OCTAVVS TOMVS OPERVM DIVI AV:RELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

CONTINENS ENARRATIONES IN PSALMOS MYSTICOS.

Spes eius, & non respexit

Beatus uir, cuius est dominus



in uanitates, & insanias falsas.

VENETIIS AD SIGNVM SPEI.

M. D. L.

AD LECTOREM.

ENARRATIONES ſacroꝝ uoluminum apud populum habitas: quas Græci uocant homilias, Diuus Auguſtinus appellat tractatus, nos conciones poſſumus appellare. In his fere ſolent notarij quod dicebatur excipere, nõnunquam qui dicturus erat uel antequam diceret digerebat in ſchedulam quod parabat diſſerere, uel quod dixerat literis mãdabat. In hoc dictionis genere multa dantur auribus imperitæ promiſcuæq́ multitudinis. In primis aliquot Pſalmis aſtrictior eſt & accuratior. In poſterioribus identidem expatiatur in longas digreſsiones, mutata ut apparet uoluntate. Lege diligenter, reperies arcanæ doctrinæ theſaurum inæſtimabilem. Vale.

PRAEFATIO CVIVSDAM RECENTIORIS, IN COMMENTARIOS *Augustini, quos scripsit in Psalmos.*

A CVM non solum diuinę, uerum
etiam humanæ philosophiæ ue
ritas doceat, nihil frustra & sine
causa siue in dei, siue in naturæ
operibus esse factum, non parũ
eorum animos, qui singulorũ
rationem factorum conati sunt
reddere, quæstio pulsauit, Cuius rei causa & ad qd
homo conditus sit. Ad quam dissoluendam & si
multorum philosophorum ingenia solicite ac plu
rimum laborauerint, nullus eorum tñ ueram inte-
gramq́ rationem reddere potuit. Quo factum est,
ut à recto ueritatis tramite deuiantes, in uarios in-
excusabilesq́ errores inciderint. Nec mirũ: Qui. n.
rationem sui ignorabant, quo pacto cuiusuis alte-
rius rationem scire poterant? Diuina aũt scriptura
ab hominis conditore inspirata, sola summã perfe
ctamq́ factionis ipsius causam in lucẽ produxit:
Pro. 16. Non modo generalẽ qua dñs omium uniuersa pp
se operatus est, sed & in specie officij sui rationẽ, di-
gnitatem, finemq́ demonstrãs. Ita. n. scriptum est,
Eccl. 7. Deus de terra creauit hominem, & scdm imaginem
B suam fecit illum. Et paulopost, Posuit oculum ipso
rum super corda illorum ostendere illis magnalia
operum suorum, ut nomen sanctificationis collau
dent, & gloriari in mirabilibus illius, ut magnalia
enarrent operum eius. Quorum omniũ hæc sum-
ma est, Deum idcirco hominem talemq́ condidis-
se, ut esset qui opera eius intelligeret, q prouidentiã
disponendi, rationem faciendi, uirtutẽ consummã
di, potentiam conseruandi, sapientiã gubernandi,
clementiam benefaciendi, & sensu admirari, & uo-
ce enarrare atq; collaudare posset, hoc est, ut deum
factorem coleret. Quemadmodum itaq; factus est
mundus pp hominẽ, ut ei seruiret, ita homo factus
est pp deum, ut ei seruiret. Sic ergo mundus idcirco
factus est, ut fieret homo: Homo uero ideo factus
est, ut deum factorẽ suũ agnosceret: ideo agnosce-
ret, ut amaret & coleret: ideo amaret & coleret, ut
beatã immortalitatẽ pro mercede laboris caperet.
Ideo autẽ præmio beatæ immortalitatis afficeret,
ut similis effectus angelis, summo & imortali deo
in perpetuũ seruiret, & esset regnũ æternũ ipsi deo.
C Hæc est summa rerũ: hoc arcanũ dei: hoc constitu-
tionis mundi mysteriũ: hæc côditi hominis ratio:
hic uniuersoꝝ cardo. Hoc qui nescit, si ipse homo
sit nescitur. Hoc si philosophi tenuissent, in tot tam
uarios tamq́ perniciosos errores prolapsi non fuis
sent. Hanc denique conditionis suæ rationem, ut ho-
mo iugiter teneret, in præceptũ sibi posita est, san-
cto legislatore Moyse attestante, & Iudaicũ populũ
ita commonente, Et nũc, inqt, quid dñs deus tuus
Deut. 10 petit à te, nisi ut timeas dñm deum tuum, & ambu
les in uijs eius, & diligas eũ, ac seruias dño deo tuo
in toto corde, & in tota anima tua, custodiasq́ mã
data dñi, & ceremonias eius, quas ego hodie pręci
pio tibi, ut bene sit tibi? Et post pauca, Dñm deum
tuum, inquit, timebis, & ei soli serues. Neque istud
prætereundum est, q eadem quoq; de causa nõ so-
lum conditus est homo, sed & hominis côditor fa
ctus est homo, Zacharia parente præcursoris dñi
spiritu sancto repleto, ita inter cætera uaticinãte & D
dicente, Iusiurandum quod iurauit ad Abrahã pa- Luc. 1
trem nostrum, daturũ se nobis: Vt sine timore de
manu inimicorũ nostrorum liberati, seruiamus il-
li: In sanctitate & iustitia corã ipso, omnibus dieb'
nr̃is. Ecce testimonio tanti pphetæ, idcirco ẽt deũ
pp hominem, hominem factum, imò & homini ser
uiuisse, ut & homo dignã sibi seruitutẽ repẽderet.
Indicta aũt homini seruitus, licet multifarie inter-
pretari, multis uarijsq́ modis deo creatori exhibe-
ri possit: nihil tñ aliud est q̃ debitus deo cultus, &
hic non aliud q̃ deuota ipsius laudatio. Sũmus. n.
Lactantio Firmiano teste, colẽdi ritus est, ex ore iu
sti hominis ad deũ directa laudatio. Quæ tñ ipsa,
inquit, ut deo sit accepta, & humilitate & timore &
deuotiõe maxima opus est, ne qs forte integritatis
& innocentiæ fiduciã gerens, tumoris & arrogãtię
crimen incurrat, eoq́ facto gratiã uirtutis amittat.
Vnde & sanctus Moyses postq̃ pmemoratũ expres-
sit præceptũ: subiecit, Ipsi adhærebis, Ipse est laus
tua: hoc est, quẽ solum laudare debes. Hęc est uera Deut. 10
religio, hæc recta pietas, hæc debita deo seruitus.
Hoc est acceptabile iugeq́ sacrificiũ, quo coli, pla- E
cari, honorificari & glorificari uult deus, ipso per
prophetam contestante, & dicente, Immola deo sa Psal. 49.
crificiũ laudis, & redde altissimo uota tua. Et i cal
ce eiusdem uaticinij: Sacrificiũ, inqt, laudis hono-
rificabit me, & illic iter quo ostẽdã illi salutare dei.
Verum quamuis ad hanc seruitutẽ oẽs homines te-
neantur: quosdam tñ dñs elegit, à quibus pręcipue
& specialius coli atq; laudari uoluit. Vt in ueteri te-
stamento populũ Israeliticum, ad quẽ Moyses ita Deut. 7.
locutus est, Te elegit dñs deus tuus, ut sis ei popu-
lus peculiaris, de cunctis populis qui sunt super ter
ram. Et iterũ post multa, En dñs, inqt, elegit te ho- Deut. 26
die, ut sis ei populus peculiaris, sicut locutus est ti-
bi, & custodias omnia pcepta illius, & faciet te ex-
celsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudẽ
& gloriam suã, ut sis populus sanctus dñi dei tui.
Sic & in nouo testamẽto populum Christianũ ad
sui laudem & gloriã singulariter elegit, Aplo Ephe-
sijs hoc scribente, & ob id deũ bñdicente & laudã
te. Benedictus, inqt, deus & pater dñi nr̃i Iesu Chri Ephe. 1
sti, qui benedixit nos in omni benedictione spirita F
li in cœlestibus in xp̃o, sicut elegit nos in ip̃o ante
mundi constitutionẽ, ut essemus sancti & immacu
lati in cõspectu eius in charitate. Qui pdestinauit
nos in adoptionem filioꝝ per Iesum xp̃m in ipsum
scd'm propositum uoluntatis suæ, in laudem glo-
riæ gr̃æ suæ. Item quemadmodũ in ueteri testamẽ
to ex electo populo subelegit sibi dñs filios Leui,
q specialiter sibi i ministerijs tabernaculi seruirẽt,
scdm qd' ad Aarõ locutus est, Ego, inqt, dedi uobis Nu. 18.
frẽs uestros, leuitas de medio filiorũ Israel, & tradi
di donũ dño, ut seruiãt in ministerijs tabernaculis
eius. Quos postea rex Dauid instituit, ut starẽt ma 1. Par. 23.
ne ad confitendũ & canẽdũ dño, similiterq́ ad uesperã,
& cætera. Sic simili modo in nouo testõ ex populo
Christiano subelecti sunt clerici & sacerdotes, ut il
li specialiter dño seruiant, & uirtutes eius enarran-
do, eum laudent & colant. Quod Petri apostolorũ

G principis authoritate cõprobat, ad eos sic scriben
tis, Vos aũt genus electum, regale sacerdotiũ, gens
sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes annũcle-
tis eius, q de tenebris uos uocauit in admirabile lu
mẽ suũ: Et sicut filij Leui certis tpibus & horis, lau
dibus diuinis deuotius insistebãt, ita & clerici de-
bent. Nam & clerici a sorte dicti sunt, eo ꝙ sint de
sorte dñi, ipm ꝓ sorte & hæreditate sua cũ filijs Le-
ui in perpetuũ possessuri, dũmodo hic debito cul-
tu & digna laudatione ei seruierint. Illud ꝑterea cõ
syderatione dignum est, nec mysterio caret, ꝙ cum
tota scriptura diuinitus inspirata, ad dei laudẽ &
gloriã ordinata & cõscripta sit, tota ẽt homini ad
eius doctrinã & cõsolationẽ tradita: tota denique
diuinis laudibus plena, uniuersa a qbus debita dei
laudatio sumi põt inducẽs, oẽmq; laudãdi formã
atq; rationem exponẽs, sancta tñ Ecclesia quibus-
dam scripturis specialius atq; frequentius in diui-
no cultu uti uoluit. Nam sicut ex utriusq; testamen
ti populis dñs quosdam specialiter elegit, ut supe-
rius expositum est, ita & ex utriusq; testamenti scri-
H pturis, quasdam specialiter in cultu suo uoluit fre-
quentari, utpote ex ueteri testamẽto librũ psalmo
rũ, hac ꝑsertim ratione ut docto Dionysio placet,
quia psalmi ꝑ modum laudis cõprehẽdunt quic-
quid in sacra scriptura cõtinetur. Vnde & hic psal-
moꝝ liber registrum est totius sacræ scripturæ, &
cõsummatio toti⁹ theologicæ paginæ. Quẽ & sub-
Disti. 38. sequens Diui Augu. nostri prologus innumeris pe-
Que ipsis. nè ꝑconijs cõmendat & extollit. Hunc librum sa-
cer canon inter cætera q̃ sacerdotibus ad sciendũ
necessaria sunt, discẽdum cõmonet. Cum. n. intel-
ligenter deo psallendum sit, quõ debite deo psalle
re potest, qui quid psallat ignorat? Iubet nanq; san
ctus psalmista noster, ut psallentes deo intelligen-
Psal. 46. ter psallant. Qm̃ rex, inquit, omnis terræ deus, psal-
lite sapienter, hoc est intelligenter, ut alia litera ha-
bet. Quia uero hic liber tot & tam profundis my-
sterijs plenus est, ut à nemine sine reuelatione uel
docto interprete possit intelligi. Ea de re magnus
ille doctor Augusti. noster, deuotissimus dei cul-
tor, animarumq; salutis zelator ardẽtissimus, illius
I explanationi uigilãti studio insudauit, clausa quę-
que reserans, abscondita reuelãs, mysteria pãdens,
obscura dilucidans, dubia definiens, uitia detestãs
uirtutes extollens, supplicia comminans, præmia
promittens, pusillanimes confortans, præsumen-
tes deterrens, perseuerantes coronans, ita ut nemo
qui diligenter legerit, absq; fructu discedat. Huic igi
tur operi studium impendant, illud frequenter le-
gant, illius sensum teneant omnes qui in sortẽ dñi,
ut illum debita seruitute laudent & glorificent, ele
cti sunt: ne negligentes & ignari illam diuinæ com
Osee. 4. minationis ultionem experiantur, Quia tu scientiã
Psal. 94. repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi.
Et istam adhuc terribiliorem, Dixi semper, hi errãt
corde: Ipsi uero non cognouerunt uias meas, qui-
bus iuraui in ira mea, si intrabũt in requiem meã.
Et ita partem suam habituri sint cum hypocritis.
Quin potius intelligentes & tenentes rationẽ qua
conditi sunt conditorem pro sorte hæreditatis suę
possideant, laudent & glorificent in secula seculo-
rum, Amen.

PRAEFATIONIS FINIS.

DIVI AVRELII AV- GVSTINI HIPPONEN- sis episcopi, in librum psalmorum Prologus.

OMNIS scriptura diuinitus in-
spirata, utilis est ad docendum.
Hac ipsa de causa à spiritusan-
cto conscripta est: id est, ut uelu
ti ex communi quodam sanita-
tis fonte, omnes nobis ex hac re
media proprijs passionib⁹ assu-
mamus. Sanitas. n. inquit, cõpescit peccata magna.
Alia nanq; sunt quæ prophetæ tradunt, alia quę hi
storia: lex quoq; alia, prouerbiorũ etiam alia com-
monitio: psalmorũ uero liber quæcunq; utilia sunt
ex omnibus continet. Futura pręducit, ueterum ge
sta commemorat, legem uiuentibus tribuit, geren
dorum statuit modum. Et ut breuiter dicam, cõis
quidam bonæ doctrinæ thesaurus est, apte singu-
lis necessaria subministrãs. Veteribus nanq; anima
rum uulneribus nouit mederi, sed & recentib⁹ ue-
locissimum solet adhibere remedium, atq; in actis
perseuerantiam scit salutis adhibere, sed & uniuer-
sis pariter passionibus subuenire, quæ dominatio-
nibus uarijs humanas animas angunt. Et hoc fit
modulatione quadam & delectabili canore, huma
num animum ad pudicitiã prouocante. Qm̃quidẽ
spiritussanctus uidens obluctantem ac resistẽtem
ad uirtutis uiam humani generis animũ, & ad de-
lectationes uitæ huius magis inclinari, q̃ ad uirtu-
tis rectum iter erigi, delectabilibus modulis canti
lenæ tum suæ doctrinæ permiscuit: ut dum suaui-
tate carminis mulcet auditus, diuini sermonis pari
ter utilitas inseratur, sed in sapientes medicos, qui
si qñ usus poposcerit, austeriora medicamẽta ęgris
offerunt mortalibus: ne æger utilitatem præ auste
ritate refugiat, ora ac summitates poculi, quo reme
dium porrigunt, melle circumlinunt. Propterea er-
go Psalmorum nobis per modulos aptata sunt car
mina, ut uel ętate pueri, uel qui adolescentes sunt
moribus, quasi cantilena quadã psallẽtes, delecta-
ri uideantur. Reuera. n. animas illuminant ac men
tem. Plurimi. n. ex his qui in Ecclesiam commeant,
neq; apostolica præcepta facile possunt, neq; ꝓphe-
tica uel liquido discere, uel cũ didicerint retinere:
psalmoꝝ uero responsa, & intra domos interdũ ẽt
in populo publice canunt. Et sicubi quis quamuis
fero ac rabidissimo furore raptet, si forte fuerit psal
mi, ut ita dixerim, carminibus incantatus, cõtinuo
omnis rabies ferocitatis eius abscedit. Psalmus trã
quillitas aĩarum est, signifer pacis, perturbationes
uel fluctus cogitationũ cohibens, iracundiã repri-
mens, luxum repellens, sobrietatẽ suggerens, amici
tiam congregans, adducens in concordiã discrepã
tes, reconcilians inimicos. Quis. n. ultra inimicum
dicat eũ, cum quo unã ad deũ psalmi emiserit uo-
cem? Ex quo intelligitur, quia qd omnium bonoꝝ
maximum est, charitatẽ psalmus instaurat, coniun
ctionem quandam per consonantiã uocis efficiẽs,
& diuersum populũ unius chori per concordiã cõ
sona modulatione consocians. Psalmus dæmones
fugat, angelos ad adiutorium inuitat. Scutum. n.
in nocturnis terroribus, diurnorumq; requies est
laborum, tutela pueris, iuuenibus ornamentũ, sola
men seni-

A men senibus, mulieribus aptissimus decor. Desertas habitare facit urbes, sobrietatem docet: Incipientibus primum efficitur elementum, proficientibus incrementū, perfectis stabile firmamentum, totius Ecclesiæ uox una Psalmus solēnitates decorat, psalmus tristitiam q propter deum est, mollit, Psalmus etiam ex corde lapideo lacrymas mouet. Psalmus angelorum opus est, exercituū cœlestium, spiritale thymiama O uerè admirandi magistri sapiens institutū, ut simul & cantare uideamur, & qd' ad utilitatem animæ pertinet doceamur. Per quod magis necessaria doctrina nostris mentibus informatur. Pro eo quod si qua per uim & difficultatē aliquam animis nostris fuerint inserta, continuo dilabuntur. Ea uero quę cum gratia & dilectione suscepimus, nescio quo pacto magis residere in mentibus, ac memoriæ uidentur inhærere. Quid autem est qd' non discatur in psalmis? Non oīs magnitudo uirtutis, nō norma iustitiæ, non pudicitiæ decor, nō prudentiæ consummatio, non patiētię rīa, non omne quicquid potest dici bonū procedit ex
B ipsis? Dei scientia perfecta, prænunciatio xp̄i in carne uenturi, & cōis resurrectionis spes, suppliciorū metus, gloriæ pollicitatio, mysteriorum reuelatio. Omnia prorsus in his uelut magno quodā & communi thesauro, recondita atq; conferta sunt bona. Quem librum ꝑpheta cùm multa sint organa musicorum, huic tn̄ organo quod psalterium appellatur, aptauit, de superioribus, ut mihi uidetur, inspiratam dei gratiam per spiritumsanctū docens. Qm̄ quidem hoc solum organū musicoꝝ, sonos de superioribus habere fertur. Cithara nanq; uel lyra ex inferiori parte æs uel tympanū habens, resultat ac resonat plectrum. Psalterium uero harmonias de superioribus habere refertur aptatas, & sonoꝝ causas desuper dare Quo scilicet ēt per hoc nos doceamur, quæ sursum sunt & quæ superiora attendere, & q̄ infirma, id est, uitia carnalia declinare. Sed illud arbitror profundius nobis ꝑphetica hac indicari ratione, ac per formam nos organi istius edoceri, ꝙ hi qui diligentes & apti, moderatiq; sunt moribus, facile peruium ad superiora iter habeāt. Sed uideamus tandē, qd ēt ipsa psalmoꝝ indicēt initia.

De titulo primi psalmi.

DIVERSA sunt genera porphetiæ, & proinde cuius hæc uox, uel in qua pſona proprie dictum sit, aut cur titulū non habeat requiramus. Centū itaq; & quinquaginta psalmos esse nulla dubitatio est. Et qui psalmus quotus sit, uel a quo recitatus sit, titulorum inscriptione ostē-
1. Par. 15. ditur Non. n. omnes psalmi à Dauid ædīti sunt. Ip-
& 16. se. n. Dauid ex omni populo quatuor principes spiritusancto mundatos elegit, quorum nomina sunt Asaph, Eman, Ethan & Idithun, ut in quęcunq; diuinus spiritus intrasset, hymnum deo caneret. Dauid ergo solus nonē psalmos ore proprio cecinit. Reliqui autem ab illis quatuor principibus iuxta titulorum inscriptionem sunt dicti. Hic autē quia titulum, sicut iam dixi, non habet, requirendū nobis est, qua ratione inter cæteros solus non habeat tituli inscriptionem, uel à quo fuerit recitatus. Nā si psalmographus secūdū & tertium & quartum & oēs uel in numero redigere, uel causas singulorum ostendere potuit, cur non & huic titulū imposuit, & utrū primus esset, ostendit? Sed qa hic psalmus propriam uocē dei loquētis inducit, ideo titulum D
nō habet, ne qd diuino eloquio præponeretur, aut primus diceretur, q non primus sed unus est appellatus: & ideo ꝑtitulatione habere nō potuit nec debuit, ne si habuisset, ut primus esset, melior tm̄ in ordine numeri nō authoritate iudicaretur. Aut ne, ut iā relatum est, aliqd præponeret diuino eloquio psalmographus ꝑtitulatione ꝑposita. Nā & prę cęteris potuisset intelligi, si primus dictus fuisset. Et iō solus titulū nō hēt, ut perspicuū esset, quantū inter cęteros emineret. Vnde iā aīaduertere debet prudētia uestra, quāta uis, quāta authoritas, quāta ratio in hoc psalmo uersei, cui nec titulū ausus est scriba ꝑponere, nec numerū indicare, ut solū eū, & unum, potius q̄ primum ostenderet. Igitur qa fauēte deo, & uocis authoritas iam ostēsa est, & tituli ratio demonstrata, superest, ut de ipso psalmo tractemus.

Psalmi enarratio.

BEATVS uir qui non abijt in cōsilio impiorum.) De dn̄o nostro Iesu xpo, hoc est, hoīe dn̄ico accipiendum est. Beatus uir E
qui non abijt in consilio impiorū, sicut homo terrenus, q uxori consensit deceptæ à serpente, Gene. 3
ut dei præcepta præteriret. Et in uia peccatorum nō stetit.) Quia uenit quidē in uia peccatorum, nascendo sicut peccatores, sed nō stetit, qa eū non tenuit illecebra secularis. Et in cathedra pestilētiæ nō sedit.) Noluit regnū terrenū cū superbia. Quæ ideo cathedra pestilētiæ recte intelligił, qa nō ferè quisquā est, q careat amore dominādi, & humanā nō appetat gloriā. Pestilētia est. n. morbus late ꝑuagatus, & oēs aut penè oēs inuoluēs: quanquā accōmodatius accipiał cathedra pestilentię ꝑniciosa 2. Tim. 2.
doctrina, cuius sermo ut cancer serpit. Deinde cōsyderādus ē ordo uerborū, abijt, stetit, sedit. Abijt. n. ille, cū recessit à deo. Stetit, cū delectatus est peccato. Sedit, cū in sua superbia cōfirmatus, redire non potuit, nisi per eū liberatus, q neq; abijt in consilio impioꝝ, nec in uia peccatoꝝ stetit, nec in cathedra pestilētiæ sedit. Sed in lege dn̄i fuit uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.) Iusto nō F
est lex posita, ut dicit Apostolus: Sed aliud est esse 1. Tim. 1.
in lege, aliud sub lege. Qui est in lege, scd'm legem agit: q est sub lege, scd'm legem agił. Ille ergo liber est, iste seruus. Deinde aliud est lex q̄ scribitur, & imponitur seruienti, aliud lex q̄ mente conspicitur ab eo, q nō indiget literis. Meditabił die ac nocte: Aut sine intermissione intelligendū est, aut die in lætitia, nocte in tribulationib⁹. Dicitur n Abrahā diē meū uidit, & gauisus est. Et de tribulatione dicił, Ioan. 8.
Insuper & usq; ad noctē erudierūt me renes mei. Psal. 15
Et erit tanquā lignum qd' plantatū est scd'm decursus aquarū) Id est, aut scd'm ipsam sapientiam, quę dignata est hominem suscipere ad salutem nostrā, ut ipse homo sit lignū plantatum scd'm decursus aquarum. Potest. n. & hoc intellectu accipi, quod in alio psalmo dicił, Fluuius dei repletus est aqua: Psal. 64.
aut scd'm spm̄sanctum, secūdū quem dicił, Ipse uos Matth. 3.
baptizabit in spiritusancto. Et illud, Qui sitit, ue- Ioan. 7.
niat & bibat Et illud, Si scires donū dei, & qs est q Ioan. 4.
à te aquā petit: petisses ab eo, & daret tibi aquā uiuā: unde q biberit, nō sitiet in ęternū, sed efficietur in eo fons aq̄ salientis in uitā æternā. Aut secūdum

G decurſus aquarum,ſcd'm populoꝝ peccata,quia &
Apoca.17 aquæ populi interpretanſ in Apocalypſi Et decur-
ſus nõ abſurde intelligiſ lapſus,qd pertinet ad deli
ctum.Lignũ ergo illud,id eſt, dñs noſter, de aquis
decurrentibus,id eſt,populis peccatoribus, trahẽs
eos in radice diſciplinę ſuę, Fructum dabit.)Hoc
eſt,conſtituet Eccleſias, In tẽpore ſuo.)Id eſt,poſt
quã clarificatus eſt reſurrectione & aſcenſione in
cœlũ. Tunc.n.ſpirituſancto miſſo Apoſtolis, & eis
in fiducia ſui cõfirmatis & directis in populos, fru
Eſai.40. ctificauit Eccleſias. Et foliũ eius non decidet.)Id
eſt,uerbũ eius non erit irritũ,qa omnis caro fœnũ,
& claritas hominis ut flos fœni:fœnũ aruit, & flos
decidit, uerbũ autẽ dñi manet in æternũ. Et oia
quæcunq; fecerit ꝓſperabuntur.)Id eſt, quæcunq;
illud lignũ attulerit,q̃ omnia uidelicet accipienda
ſunt fructus & folia,id eſt,facta & dicta. Nõ ſic im
pij non ſic,ſed tanquã puluis quẽ proijcit uentus à
facie terræ.)Terra hic accipiẽda eſt ipſa ſtabilitas
Pſal.15 in deo, ſcd'm quam dicitur, Dñs pars hæreditatis
meæ,etenim hæreditas mea p̃clara eſt mihi. Scdm
H hanc dicitur, Suſtine dñm & obſerua uias eius, &
Pſal.36 exaltabit te ut poſsideas terram. Scdm hanc diciſ,
Matth.5. Beati mites, quia ipſi hæreditate poſsidebunt ter-
ram Similitudo autem hinc ducta eſt,quia ut hæc ter
ra uiſibilis exteriorẽ hominem nutrit & continet,
ita illa terra inuiſibilis interiorẽ hominẽ, A cuius
terræ facie proiicit uẽtus impiũ,id eſt, ſuperbia,qa
1.Cor.8 inflat {Quã cauens ille q inebriabatur ab ubertate
domus dei,& torrente uoluptatis eius potabaſ,di-
Pſal.35. cit:Non ueniat mihi pes ſuperbię. Ab hac terra ꝓie
Eſai.14 cit ſuperbia eũ qui dixit, Ponã ſedem meã ad Aqui
lonẽ,& ero ſimilis altiſsimo.Ab huius terræ facie pro
iecit ẽt eum,qui cum conſenſiſſet & guſtaſſet de li-
Gene.3. gno prohibito,ut eſſet ſicut deus abſcondit ſe à fa
cie dei.Hanc terrã ad interiorem hoiem pertinere,
& inde ſuperbia hominẽ proiici, maxime intelligi
Eccle.10. poteſt in eo qđ ſcriptũ eſt, Quid ſuperbit terra &
cinis,qm̃ in uita ſua proiecit intima ſua? Vnde n.
proiectus eſt,non abſurde ſe diciſ proieciſſe. Ideo
non reſurgunt impij in iudicio.)Ideo.ſ.quia tan-
quam puluis proiiciũtur à facie terræ. Et bene hoc
I eis dixit auferri quod ſuperbi ambiunt,id eſt,ut iu
dicent,ut hoc ipſum planius dictum intelligaſ ſe-
quenti ſententia: Neq; peccatores in cõſilio iuſto
rum.)Solet.n.hoc modo repeti planius quod ſupe
rius dicitur,ut peccatores intelligãtur impij:& qđ
ſupra dictum eſt in iudicio,hic dictum ſit in conſi
lio iuſtoꝝ.Aut certe ſi aliud ſunt impij,aliud pecca
tores,ut quanquam omnis impius peccator ſit,nõ
tñ omnis peccator ſit impius, Impij non reſurgunt
in iudicio:id eſt,reſurgent quidẽ,ſed non ut iudicẽ
tur:qa iam pœnis certiſsimis deſtinati ſunt. Pecca-
tores aũt non reſurgent in conſilio iuſtorũ: id eſt,
ut iudicẽt,ſed forte ut iudicẽtur: ut de his dictum
1.Cor.3 ſit,Vniuſcuiuſq; opus q̃le ſit ignis ꝓbabit. Si cuius
opus manſerit,mercedẽ accipiet.Si cuius aũt opus
exuſtũ fuerit,detrimentũ patietur: ipſe autẽ ſaluus
erit,ſic tñ quaſi per ignem. Qm̃ nouit dñs uiã iu-
ſtorum.)Quemadmodum dicitur, nouit ſalutem
medicina,morbos aũt non nouit,& tñ etiam mor
bi arte medicinæ agnoſcuntur: ſic dici poteſt noſ-
ſe dñus uiam iuſtorum, uiam uero impiorum non
noſſe,non quia aliquid dñs neſcit,& tñ dicit pecca
Matth.7 toribus,Non noui uos: Iter autem impiorum peri

bit.)Pro eo poſitum eſt,ac ſi diceretur, iter autem K
impiorũ non nouit dñs.Sed planius dictum eſt,ut
hoc ſit neſciri à dño,quod eſt perire:& hoc ſit ſciri
à dño quod eſt manere. Vt ad ſcientiam dei eſſe p-
tineat,ad ignorantiam uero non eſſe, quia dñs di-
cit,Ego ſum qui ſum.Et qui eſt,miſit me. Exod.3

Pſalmi ſecundi enarratio.

u T qui fremuerunt gentes,& populi medita
ti ſunt inania?Aſtiterũt reges terræ, & prin
cipes conuenerunt in unũ, aduerſus dñm,
& aduerſus Chriſtum eius.)Pro eo dictum eſt, ut
quid,ac ſi diceretur,fruſtra Non.n.impleuerũt qđ
uoluerunt,ut xp̃s extingueretur. Dicitur hoc ergo
de perſecutoribus dñi,qui & in Actibus apoſtolo- Acto.4
rum commemorantur. Dirumpamus uincula eo-
rum,& abiiciamus a nobis iugũ ipſoꝝ.)Quanquã
& poſsit aliter intelligi,tñ aptius ex eorum perſona
accipitur,quos dixit inania meditatos: ut hoc ſit,
Dirũpamus uincula eoꝝ, & abiiciamus à nobis iu
gum ipſoꝝ:demus operam ut non nos alliget neq;
imponatur nobis Chriſtiana religio. Qui habitat
in cœlis irridebit eos,& dñs ſubſannabit eos.)Re- L
petita ſnia eſt.Nam pro eo quod eſt,qui habitat in
cœlis,ſubſequenter poſitũ eſt,dñs: & pro eo quod
eſt irridebit,ſubſequenter poſitũ eſt,ſubſannabit:
nihil horum tñ ſapere oportet carnaliter,quaſi aut
buccis deus irrideat,aut naſo ſubſannet, ſed ea uis
accipienda eſt,quam dat ſanctis ſuis,ut futura cer-
nentes,id eſt,nomen xp̃i & damnationem † perua †al. do-
gaturam in poſteros,& uniuerſas gentes obtentu- minatio-
ram,illos inania meditatos eſſe intelligant.Hæc.n. nem.
uis qua iſta p̃ſcita ſunt, irriſio dei eſt & ſubſanna-
tio.Qui habitat in cœlis irridebit eos.Cœlos,ſi a-
nimas ſanctas accipiamus, ꝑ has eos utiq; p̃ſciens
qd futurũ ſit,deridebit deus & ſubſannabit. Tũc
loquetur ad eos in ira ſua,& in furore ſuo cõturba
bit eos.)Planius.n.oſtendens quõ ad eos loqueſ,
dixit,conturbabit eos,ut in ira ſua hoc ſit, in furo
re ſuo.Iram aũt & furorem dñi dei non perturba- 4 ſen.di.
tionem mentis oportet intelligi,ſed uim qua iuſtiſ 46.cap.
ſime uindicat ſubiectam ſibi ad miniſterium uni- Sed quæ
uerſam creaturam. Præcipuæ nanq; præuidẽdum ritur.In
eſt,& tenendũ illud quod ſcriptũ eſt in Salomone, medio.
Tu autem dñe uirtutum cũ tranquillitate iudicas, Sapie.12.
& cũ magna reuerẽtia diſponis nos Ira ergo dei eſt M
motus q fit in aia q̃ legem dei nouit,cum eandem
legem uidit à peccatore præteriri. Per hunc.n.mo-
tum iuſtarum animarũ multa uindicantur. Quan
quã poſsit dei recte intelligi ẽt ipſa mentis obſcu-
ratio,q̃ conſequitur eos qui legem dei tranſgrediũ
tur. Ego autẽ cõſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion
montem ſanctũ eius,prædicans p̃ceptũ ipſius.)Ex
pſona ipſius dñi noſtri Ieſu xp̃i iſta manifeſta ſunt.
Sion autem ſi ſpeculationem,ut quidã interpretan
tur,ſignificat,nihil magis q̃ Eccleſiam debemus ac
cipere,ubi quotidie intentio erigitur ſpeculandæ
claritatis dei,ſicut Apl's dicit,Nos autẽ reuelata fa- 2.Cor.3
cie gloriam dñi ſpeculãtes.Ergo iſte ſenſus eſt,Ego
aũt conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Eccleſiam ſan
ctam eius,quã montem appellat pp eminẽtiam &
firmitatem. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo.
Ego.ſ.cuius uincula illi dirumpere,& iugũ medita
bantur abiicere Prædicans præceptũ ipſius. Quis
hoc nõ ſentiat, cũ quotidie factitetur? Dominus
dixit ad me filius meus es tu,ego hodie genui te.)

A Quãquam etiam posit ille dies in prophetia uide-
Heb. 1. ri, quo Iesus xp̃s secundum hominem natus est: tñ
Act. 13. hodie qa præsentiã significat, atq; in æternitate nec
1. sen dis. præteritum quicquã est, quasi esse desierit, nec fu-
9. ca Hic turum quasi nondũ sit, sed p̃sens tm̃: quia quicqd
queri po æternũ est, semper est: diuinius accipitur scd'm id
test. dictum, hodie genui te, quo sempiternã generatio-
nem uirtutis & sapiẽtiæ dei, q est unigenitus filius,
fides syncerissima & catholica prædicat. Postula
à me & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam.)Hoc iã
temporaliter scdm susceptũ hominẽ [intelligendũ
est,] qa sacrificium sese obtulit pro omnibus sacri
ficijs, qui ẽt interpellat pro nobis, ut ad totã ipsam
Rom 8. dispensationẽ temporalẽ, q̃ pro genere humano fa
cta est, referal, qđ dictũ est, Postula à me, ut. s. gen-
tes nomini xp̃iano copulenf, atq; ita à morte redi-
mantur & possideantur à deo. Dabo tibi gẽtes hæ
reditatẽ tuã, quas possideas ad earũ salutẽ, & q̃ ti-
Apoca. 5. bi fructificẽt spiritalia. Et possessionẽ tuam termi
& 19. nos terræ.)Idem repetitũ est. Terminos terræ, pro
eo positũ qđ dictũ est, dabo tibi gẽtes: sed hoc pla
B nius dictũ sit, ut oẽs gentes intelligamus. Possessio
nem aũt tuã, pro eo dictũ est, hæreditatẽ tuã. Re-
ges eos in uirga ferrea.)In inflexibili iustitia. Et
tanquã uas figuli conteres eos.)Id est, conteres in
eis terrenas cupiditates, & ueteris hominis lutulen
ta negocia, & quicqd de peccatore limo contractũ
atq; inolitũ est. Et nũc reges intelligite.)Et nunc,
id est, iã innouati, iã contritis luteis tegumentis, id
est, carnalibus uasis erroris, q̃ ad præteritã uitã per
tinent. Nũc intelligite iam reges, id est, iã ualẽtes re
gere quicqd in uobis seruile atq; bestiale est, & iã
1. Cor. 9 ualentes pugnare, non quasi aerẽ cedentes, sed ca-
stigantes uestra corpora, & seruituti subijcientes.
Et erudimini q iudicatis terrã.)Hoc idẽ repetitum
est, Erudimini, pro eo qđ dictũ est, intelligite. Qui
iudicatis aũt terrã, pro eo qđ dictũ est reges. Spiri-
tales n. significat qui iudicant terrã. Inferius. n. no-
bis est, quicquid iudicamus: quicquid aũt infra spiri
talem hominẽ est, merito terra nominaf, qa terre-
na labe sauciatũ est. Seruite dño in timore.)Ne in
superbiam uertant, qđ dictum est, reges q iudicatis
C terram. Et exultate ei cũ tremore.)Optime subie
ctum est exultate, ne ad miseriam ualere uideretur,
quod dictum est, seruite dño in timore. Sed rursus
ne idipsum pergeret in effusionẽ temeritatis, addi-
tum est, cum tremore, ut ad cautionem ualeret cir
cunspectamq; sanctificationis custodiã. Etiam sic
potest accipi, Et nunc reges intelligite: id est, & iam
nunc me rege cõstituto, nolite tristes esse reges ter-
ræ, quasi bonũ uestrũ ablatum sit uobis, sed intel-
ligite potius & erudimini. Id. n. uobis expedit ut
sub illo sitis, a quo intellectus & eruditio uobis da
tur. Et hoc uobis expedit, ut nõ temere dominemi
ni, sed dño omnium cum timore seruiatis, & exul-
tetis in beatitudine certissima & syncerissima, cau-
ti & circũspicientes, ne ab ea per superbiam decida
tis. Apprehẽdite disciplinam neqñ irascatur dñs,
& pereatis de uia iusta.)Hoc est qđ ait, intelligite
& erudimini. Nam intelligere & erudiri, hoc est ap-
prehendere disciplinã. Veruntñ in eo quod dicitur
apprehendite, satis significaf p̃sidium quoddã atq;
munimentũ esse aduersus omnia q̃ obesse possent,
nisi tanta cura apprehenderetur. Neqñ autem ira-
scatur dñs cum dubitatione positum est, non secũ
dum uisionem Prophetæ, cui certum est, sed scd'm D
eos ipsos qui monentur, quia cũ dubitatione solẽt
cogitare iram dei, quibus non aperte reuelaf. Hoc
ergo sibi ipsi debent dicere, Apprehendamus disci-
plinam nequãdo irascatur dñs, & pereamus de uia
iusta. Iam uero irascatur dñs, quõ accipiendum sit,
supra dictum est. Et pereatis de uia iusta. Hæc ma-
gna pœna est, quæ ab iis formidatur, qui aliquid
dulcedinis iustitiç perceperunt. Qui. n. perit de uia
iustitiæ, cum magna miseria per uias iniquitatis er
rabit. Cum exarserit in breui ira eius, beati oẽs q
confidunt in eo.)Id est, cum uindicta uenerit, quç
impijs & peccatoribus præparatur, non solum eos
non attinget qui confidunt in dño, sed etiam ad re
gnum illis instruendum & sublimãdum proficiet.
Non. n. dixit, cum exarserit in breui ira eius, securi
oẽs qui confidunt in eo: tanquam hoc solum inde
habeant, quod non puniuntur, sed beati dixit, ubi
est bonorum oĩum summa & cumulus. Quod aũt
positum est, in breui, hoc maxime significare arbi-
tror, quia repentinum aliquid erit, dum hoc remo-
tum & longe futurum peccatores existimabunt. E

Psalmi tertij enarratio.

Psalmus David cum fugeret à facie
Absalon filij sui.

VNC Psalmum ex persona xp̃i accipien-
h dum persuadet, qđ dictum est, Ego dormi
ui & somnũ cepi, & exurrexi, qm̃ dñs susce-
pit me. Magis. n. hoc ad passionem & resurrectionẽ
dñi congruenter sonat, quã ad illam historiam, in
qua David scribitur fugisse a facie bellantis aduer- 2. Re. 15.
sum se filij sui. Et qm̃ scriptum est de discipulis xp̃i,
Quandiu cum eis est sponsus non ieiunabunt filij Matt. 9.
sponsi: non mirum si filius eius impius signaf di-
scipulus impius, qui eum tradidit: à cuius facie fu-
gisse quanquã historice posit accipi, qñ illo disce-
dente, secessit cum cæteris in montem: tñ spiritali-
ter, qñ mentem Iudæ filius dei, id est, uirtus & sapiẽ
tia dei deseruit, cum eum diabolus penitus inuasit,
in eo quod scriptũ est, Et intrauit diabolus in cor Ioan. 13.
eius: bene accipitur a facie eius xp̃m fugisse, non qa
Christus diabolo cessit, sed Christo discedẽte, dia
bolus possedit. Quẽ discessum, fugã esse in hoc Psal F
mo appellatũ celeritatis causa arbitror, quod uer-
bo etiam dñi significatur dicentis, Quod facis, cito
fac. Loquimur etiã sic in cõsuetudine, ut dicamus,
Fugit me, quod in mentẽ non uenit. Et de homine
doctissimo dicimus, Nihil eũ fugit. Propterea ueri-
tas fugit mentẽ Iudæ, cũ eum illustrare destitit. Ab
salon aũt sicut quidã interpretantur, in latina lin-
gua dicif patris pax. Quod mirũ uideri potest, siue
in historia regnorũ, cum bellũ aduersus patrẽ Ab-
salon gesserit, siue in historia noui testamenti, cum
traditor dñi Iudas fuerit, quemadmodũ patris pax
posit intelligi. Sed & ibi q diligenter legunt, uidẽt
in illo bello David pacatũ fuisse filio, qui etiã ma-
gno cũ dolore plãxit extinctũ, dicẽs, Absalõ filius 2. Reg. 18.
meus, qs dabit mihi mori pro te. Et in historia no-
ui testamenti ipsa dñi nostri tanta & tam miranda
patientia qđ eũ tamdiu pertulit tanquã bonum cũ
eius cogitationes nõ ignoraret, cũ adhibuit ad cõ- Ioan. 13.
uiuiũ, in quo corporis & sanguinis sui figurã disci-
pulis cõmendauit & tradidit. Quòd deniq; in ipsa
traditione eius osculũ accepit, bene intelligif pacẽ
Christũ exhibuisse traditori suo, quãuis ille tã sce- Matt. 25.

G leratæ cogitationis interno bello uastaret. Et ideo Absalon patris pax dicitur, q̃a pater habuit pacem quã ille non habuit. Dñe quid multiplicati sunt q tribulant me.) Tam.s. multiplicati sunt, ut etiã de numero discipulorum nõ defuerit, q numero accesserit persequentium. Multi insurgunt super me. Multi dicunt animæ meæ, nõ est salus illi in deo eius.) Manifestũ est q̃ nisi desperarent resurrecturũ, non
Matt. 27. utiq; occiderent. Ad hoc ualẽt illæ uoces, Descẽdat de cruce si filius dei est. Et, Alios saluauit, seipsum non põt. Ergo nec Iudas eũ tradidisset, nisi ex eorũ esset numero, qui xp̃m contẽnerent dicẽtes: Nõ est salus illi in deo eius. Tu autẽ dñe susceptor meus
Ioan. 1. es.) Scd̃m hominem dicitur deo, quia hominis susceptio est uerbũ caro factũ est. Gloria mea & exaltans caput meũ.) Gloriã suam deum dicit ẽt ille, quẽ sic suscepit dei uerbũ, ut simul cum eo deus fieret. Discant superbi, q non libenter audiunt cũ eis
1. Cor. 4. dicitur, Quid aũt habes quod nõ accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Et exaltans caput meũ. Mentẽ ipsam humanã sic accipien
H dã puto, q̃ caput animæ non absurde appellatur, q̃ ita inhæsit & quodammodo coaluit excellenti supereminentiæ uerbi hominẽ suscipientis, ut tanta
Psal. 97 passionis humilitate non deponeretur. Voce mea
& 141. ad dñm clamaui.) Id est, nõ corporis uoce q̃ cũ strepitu uerberati aeris p̃mitur, sed uoce cordis, q̃ hominibus silet, deo aũt sicut clamor sonat. Qua uo
Dani. 13. ce Susanna exaudita est. Et de qua ipse dñs præce
Matth. 6 pit, ut in cubiculis clausis, id est, ut in secretis cordis sine strepitu oret. Nec facile quisquam dixerit hac uoce minus orari, si non & uerborum sonus reddatur ex corpore, q̃m & silentes cũ in cordibus oramus, si alienæ ab affectu orãtis cogitationes intercurrant, nondũ dici potest, Voce mea ad dñm clamaui. Neq; hoc recte dicitur, nisi cũ sola anima nihil carnis, nihilq; carnaliũ intentionũ in orõne attrahens, loquitur dño ubi solus audit. Clamor aũt etiã iste dicitur, pp̃ uim ipsius intentionis. Et exaudiuit me de monte sancto suo.) Montem quidẽ ipsum dñm per Prophetã dictum habemus, ut scri
Danie. 2. ptum est, Lapidem præcisum sine manibus creuisse
I in magnitudinẽ montis. Sed hoc ab ipsius persona non potest accipi, nisi forte ita dicere uoluit, de me metipso tanquã de mõte sancto suo, me exaudiuit, cũ habitaret in me, id est, in ipso mõte. Planius aũt est & expeditius, si accipiamus exaudisse deum de iustitia sua. Iustum.n. erat, ut innocentẽ occisum & cui retributa sunt mala p̃ bonis, resuscitaret a mortuis, & digna persequentibus retribueret. Legimus enim, Iustitia tua sicut montes dei. Ego dormiui
Psal 35. & somnũ cepi.) Nõ incõuenienter animaduerti potest, quod positũ est, Ego, ad significandum q̃ sua
Ioan. 10. uolũtate mortem sustinuit, scd̃m illud, Propterea me pr̃ diligit, q̃m ego pono animam meã & iterum sumo eã. Nemo eam tollit à meipso, Potestatem habeo ponendi eã, & potestatẽ habeo iterum sumendi eã. Non ergo, inq̃t, uos me tanquã inuitũ cepistis & occidistis, sed ego dormiui & somnum cepi: Et exurrexi q̃m dñs suscipiet me.) Somnum autẽ pro morte positũ innumerabiliter scripturæ cõtinent,
1. Thes. 4 sicut Apostolus dicit, Nolo uos ignorare fr̃es, de iis qui dormitionẽ acceperunt. Nec q̃rendum est cur additũ sit, Et somnũ cepi: cũ iam dictum esset, dormiui: Vsitatas.n. hñt scripturæ huiuscemodi repetitiones, sicut in secũdo Psalmo multas oñdimus. K Nonnulli aũt codices habent dormiui, & soporatus sum, Et alii aliter, q̃o interpretati potuerunt, quod Græce positum est ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα. Nisi forte dormitio morientis, somnus aũt mortui accipi potest: Vt dormitio sit qua trãsit ad somnũ, ueluti est expergefactio qua transitur ad uigilationem, Ne pro inanibus sermonis ornamẽtis, repetitiones istas in diuinis libris esse arbitremur. Bene ergo accipit, Ego dormiui & somnũ cepi, ego me passioni permisi, & mors cõsecuta est. Et exurrexi q̃m dñs suscepit me. Hoc magis animaduertendũ est, quemadmodũ in una sñia & præteriti tẽporis uerbum posuit, & futuri. Et exurrexi n. dixit, qđ est de præterito, & suscipiet, qđ est de futuro, cũ resurgere utiq; nisi illa susceptione nõ posset. Sed in p̃phetia bene miscent futura p̃teritis, quo utrunq; significetur: Quia ea q̃ uentura prophetant, secundum tp̃s futura sunt: scd̃m scientiã uero prophetantiũ, iam pro factis habenda. Miscentur quoq; p̃ñtis tẽporis uerba, quæ suo loco cum occurrerint tractabuntur. Non timebo milia populi circundantis L
me.) Scriptũ est in euangelio, Quanta eũ multitudo patientẽ & crucifixũ circũsteterit. Exurge dñe Matt. 27
saluum me fac deus meus.) Non dormienti aut iacenti dicit deo, exurge: Sed moris est diuinarũ scripturarum personæ dei tribuere, qđ in nobis facit: Non quidem ubiq;, sed ubi congruẽter dici potest. Veluti cũ ipse loqui dicitur, q̃n eius dono loquuntur prophetæ, uel Ap̃li, uel quiq; nũcii ueritatis. Vnde illud est, An uultis experimentũ accipere eius q 2. Cor. 13
in me loquitur xp̃s? Non.n. ait, eius quo illuminante aut iubẽte loquor, sed prorsus ipsam locutionẽ illi tribuit, cuius munere loquebatur. Q̃m tu percussisti oẽs aduersantes mihi sine causa.) Nõ ita distinguendũ est, quasi una sententia sit: Exurge dñe saluum me fac deus meus, q̃m tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: Nõ.n. propterea saluũ facit, quia percussit inimicos eius, sed potius ipso saluo facto, illos percussit. Ergo ad id qđ sequitur pertinet. Vt iste sit sensus, Q̃m tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa. Dentes peccatorum contriuisti.) Id est, inde cõtriuisti dẽtes peccatorum, M
q̃m percussisti oẽs aduersantes mihi. Pœna quippe aduersantiũ, qua dentes eorum contriti sunt: id est, in irritũ quasi in puluerem perducta uerba peccatorum dilacerantiũ maledictis filiũ dei: ut sic accipiamus dentes, uerba maledica. Quibus dẽtibus dicit Galat. 5.
Ap̃s, Si aũt mordetis inuicem, uidete ne consumamini abinuicẽ. Possunt & dentes peccatorũ, accipi principes peccatorum, quorum authoritate quisq; de societate recte uiuentium p̃ciditur, & quasi incorporatur male uiuentib⁹. His dẽtibus contrarii sunt dentes Ecclesiæ, quorum authoritate ab errore gentilium uariorumq; dogmatũ p̃ciduntur credẽtes, & in eam q̃ xp̃i corpus est transferuntur. His dentib⁹ dictũ est Petro ut manducaret mactata animalia: Acto. 10.
id est, occidẽdo in gentibus qđ erant, & transmutando in id qđ ipse esset. Et de his dentib⁹ Ecclesiæ dicit, Dentes tui sicut grex detonsarũ ascẽdens de Canti. 4.
lauacro, q̃ oẽs geminos pariunt, & sterilis non est & 6.
in illis. Hi sunt q recte præcipiunt, & quemadmodũ præcipiunt ita uiuunt: Qui faciũt qđ dictũ est, Lu Matth. 5.
ceat opera uestra corã hominib⁹, ut bñdicãt patrẽ uestrũ qui in cœlis est. Horum.n. authoritate com-

A mori, deo per illos loquenti & operanti, homines
credunt,& separati a seculo cui coformati erant, in
Ecclsiæ mēbra transeunt. Et iō recte isti p quos hęc
fiunt, dentes dicūtur detonsis ouibus similes, qiā
terrenarū curarū onera deposuerunt,& ascendētes
de lauacro, de sordiū seculi ablutione, per sacrum
baptismatis oēs geminos pariūt: Opantur.n duo
præcepta de quibus dictum est, In his duobus prę
Matt. 22. ceptis tota lex pendet & prophetæ: Diligentes deū
ex toto corde,& ex tota anima,& ex tota mente, &
proximum tanquam seipsos, In quibus sterilis nō
est, qm̄ tales fructus reddūt deo. Secundū ergo istū
intellectū sic accipiendum est, Dentes peccatorꝫ cō
tristiui, id est, in irritū adduxisti principes peccato
rū, pcutiēdo oēs aduersantes mihi sine causa. Prin
cipes.n.eum scd'm euāgelicā historiā psecuti sunt,
cum multitudo inferior honoraret, Dn̄i est salus
& super populum tuū benedictio tua.) In una sen-
tentia & præcepit hominibus qd crederent, & pro
credētibus orauit. Nam, dn̄i est salus, cum dicitur,
ad homines sermo dirigitur: Nec ita sequitur, & su-
B per populum suū benedictio eius, ut totū hoibus
dictum sit, sed ad ipsum deū oratio conuertiſ pro
ipso populo cui dictū est, Dn̄i est salus: Quid ergo
ait nisi hoc, nemo de se psumat, qm̄ dn̄i est saluos
facere de morte peccati? Nam infœlix ego hō, quis
me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei,
per Iesum dn̄m nostrum. Tu autem dn̄e benedic
Tracta- populum tuum, de te salutem sperantem. Potest
tio allego & iste psalmus accipi ad personam Christi alio mo
rica. do, id est, ut totus loquatur Totus dico cū corpo-
re suo, cui caput est scd'm Apostolū qui dicit, Vos
autē estis corpus Christi & membra. Ergo ille ca-
put est huius corporis, Propter quod alio loco di-
1. Cor. 12. cit, Veritatē autē facientes in charitate, augeamur
Ephes. 4. in illo per omnia, q est caput Christus, ex quo totū
corpus cōnexum & cōpactū est. Loquiſ ergo apud
pphetā simul Ecclesia, & caput eius, inter pcellas
persecutionum constituta per uniuersum orbē ter
rarum, quod iam cōtigisse scimus: Dn̄e quid mul-
tiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgūt ad-
uersum me.) Christianū nomē exterminare cupiē-
C tes. Multi dicunt animæ meæ, non est salus illi in
deo eius.) Non.n aliter sperarent posse se pdere Ec-
clesiam latissime pullulātem, nisi ad dei curam p-
tinere non crederēt. Tu autē dn̄e susceptor meus
Ioan. 1. es.) In Christo utiq; Nam in illo homine & ecclesia
suscepta est à uerbo quod caro factum est,& habi-
tauit in nobis: qa & in cœlestibus nos sedere fecit
unà cū illo. Præcedente.n.capite, membra cætera
Roma. 8. cōsequenſ. Quis.n nos separabit à charitate Chri-
sti? Recte ergo dicit ēt Ecclesia, Susceptor meus es.
Gloria mea.) Non.n.sibi tribuit quod excellit,
cum intelligit cuius gratia & misericordia talis est.
Psal. 76. Et exaltans caput meū.) Ipsum.ſ.qui primogeni-
& 141. tus à mortuis ascēdit in cœlū. Voce mea ad dn̄m
clamaui,& exaudiuit me de mōte sancto suo.) Hęc
est oratio omnium sanctorum, odor suauitatis
qui ascendit in conspectu dn̄i Iam.n.exauditur Ec
clesia de ipso mōte, quod etiam caput eius est, Vel
de illa iustitia dei, qua & liberantur electi eius, & p
secutores eorꝫ puniuntur. Dicat populus dei etiam
illud, Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi
qm̄ dn̄s suscipiet me.) Vt adiungatur & cohæreat
Ephes. 5. capiti suo, Huic enim populo dictum est, Surge q

dormis, & exurge à mortuis, & continget te Chri- D
stus, qm̄ de peccatoribus assumptus est, De quibus
generaliter dictum est, Qui autem dormiunt, no- 1. Thes. 5.
cte dormiunt. Dicat etiam, Non timebo milia po
puli circūdantis me.) Circumuallantium.ſ.gentiū,
ad extinguendum nomē si possent ubicunq; xpia-
num. Sed qūo timeremur, cum tanquam oleo san-
guine martyrum in Christo ardor charitatis inflā-
maretur. Exurge dn̄e saluū me fac dn̄e deus meꝰ.)
Potest hoc ipsi capiti suo corpus dicere. Illo enim
exurgente saluum factum est, Qui ascendit in altū, Psal. 67.
captiuā egit captiuitatem, dedit dona hominibus.
Hoc enim in prædestinatione a Propheta dicitur,
quoadusque ad terras dn̄m nostrum illa de qua
in Euangelio diciſ, messis matura deposuit, Cuius Matth. 9.
salus est in eius resurrectione, qui pro nobis digna
tus est mori. Qm̄ tu percussisti omnes aduersan-
tes mihi sine causa, dentes peccatorum cōtriuisti.)
Iam regnante Ecclesia, inimici nominis Christiani
confusione percussi sunt, & siue maledica eorum,
siue principatus in irritum deducti. Credite ergo
homines, quòd dn̄i est salus. Et tu dn̄e, sit super
populum tuū benedictio tua.) Potest etiam unus- E
quisque nostrum dicere, cum uitiorum & cupidita
tum multitudo resistentem mentem ducit in lege
peccati, Dn̄e quid multiplicati sunt qui tribulant
me, multi insurgunt aduersum me.) Et qm̄ plerun- Tracta-
que coaceruatione uitiorum subrepit desperatio tio tropo-
sanitatis, tanquā ipsis uitijs insultantibus animæ, logica si-
uel etiam diabolo & angelis eius per noxias sugge- ue mora-
stiones, ut desperemus, operantibus uerissime dici lis.
tur, Multi dicunt animæ meæ, non est salus illi in
deo eius, Tu autem dn̄e susceptor meus es.) Hęc.n.
spes est, ꝙ naturam humanam in Christum susci-
pere dignatus est. Gloria mea.) Ex illa regula ne
quis sibi aliquid tribuat. Et exaltans caput meū.)
Siue ipsum q omniū nostrum caput est, siue unius-
cuiusq; nostrum spiritum, quòd caput est animę &
carnis. Caput.n.mulieris uir, & caput uiri Christꝰ.
Exaltatur autem mens cū iam dici pōt, Mente ser- 1. Cor. 11.
uio legi dei, Vt cætera hominis peccata subdantur,
cum iam carnis resurrectione absorbetur mors in Roma. 7.
uictoriam. Voce mea ad dn̄m clamaui.) Voce illa 1. Cor. 15.
intima & intentissima. Et exaudiuit me de mon- F
te sancto suo. De ipso per quem nobis subuenit,&
quo mediatore nos exaudit. Ego dormiui & som-
nū cepi,& exurrexi, qm̄ dn̄s suscipiet me.) Quis hoc
non potest fidelium dicere, recolens mortem pec-
catorum suorum,& donum regenerationis? Non
timebo milia populi circundantis me.) Exceptis
his quæ uniuersaliter Ecclesia sustinuit & sustinet,
habet etiam unusquisque tentationes, qbus circū-
uallatus hęc dicat, Exurge dn̄e saluum me fac deus
meus.) Hoc est, fac me exurgere, Qm̄ tu percussi-
sti oēs aduersantes mihi sine causa.) Recte in præ-
destinatione diciſ de diabolo & angelis eius. Qui
non solum in totum Christi corpus, sed etiam in
singulos quousque priuatim sæuiunt. Dentes pec
catorum contriuisti.) Habet unusquisque maledi-
centes sibi, Habet etiam uitiorum authores conan
tes eum à Christi corpore præcidere. Sed domi-
ni est salus.) Cauenda superbia est & dicendum,
Adhæsit anima mea post te. Et super populum
tuum benedictio tua.) Hæc est super unumquen-
que nostrum.

G *In Psalmum 4 enarratio.*

In finem, Psalmus cantici Dauid.

Rom.10. FINIS legis Christus ad iustitiã omni cre-
f denti. Hic.n.finis perfectionem significat,
non consumptionem. Vtrum autem om-
ne cãticum Psalmus sit an potius omnis Psalmus
canticum, an sint quædam cantica, quę nõ possint
dici Psalmi, & quidã Psalmi qui nõ possint dici cã-
tica, q̃rit põt. Sed animaduertendæ scripturæ sunt,
ne forte canticũ lætitiã indicet Psalmi autem dicũ
1. Par.15. tur, q cãtantur ad Psalteriũ, Quo usum esse Dauid
& 16. Prophetam, in magno mysterio prodit historia De
qua re nõ est hic differendi locus, quia diuturnam
inquisitionem & longam disputationẽ desyderat.
Nunc interim aut uerba dñici hominis post resur-
rectionẽ expectare debemus, aut hominis in eccle
sia credentis & sperãtis in eo. Cũ inuocarẽ exau-
diuit me deus iustitiæ meæ.) Cum inuocarẽ exau-
diuit me deus, inq̃t, à quo est iustitia mea. In tribu
latiõe dilatasti mihi.) Ab angustijs tristitiæ, i latitu
Roma 2. dinem gaudiorũ me duxisti. Tribulatio.n. & angu-
H stia, in omnẽ animam hominis operantis malum.
Roma 5. Qui autẽ dicit, Gaudemus in tribulationibus, sciẽ
tes q̃m tribulatio patientiã operatur, usq; ad illud
ubi ait, Q̃m charitas dei diffusa est in cordibus no
stris per spiritum sanctũ qui datus est nobis: non
habet cordis angustias, quamuis extrinsecus à per-
sequentibus ingerantur Mutatio autẽ personæ, qđ
à tertia ubi ait, Exaudiuit statim trãseat ad secũdã
ubi ait, Dilatasti mihi, si nõ uarietatis ac suauitatis
causa facta est, mirũ cur primũ tanquã indicare no
luit hominibus exaudirũ se esse, & postea cõpella-
re exauditorem suũ, Nisi forte cũ indicasset queãd-
modũ exauditus sit ipsa dilatatione cordis, maluit
cũ deo loqui, ut etiã hoc modo ostenderet quid sit
corde dilatari, id est, iam in corde hñe infusum deũ,
cum quo intrinsecus colloquatur. Quod in perso-
na eius qui credens in Christum illuminatus est, re
ctè accipitur. In ipsius aũt dñici hominis persona,
quem suscepit dei sapientia, non uideo queãdmo-
dum hæc possint congruere. Non.n ab ea aliq̃n de
sertus est Sed queãdmodũ ipsa eius deprecatio, nr̃ę
I potius infirmitatis indiciũ est: sic etiã de ista repẽ-
tina dilatatione cordis potest idem dñs pro fideli-
bus suis loqui, Quorũ personã sibi imposuit etiam
cum ait, Esuriui, & non cibastis me: sitiui & potum
nõ dedistis mihi, & cætera: Quare hic quoq; potest
Matt.25. dicere, dilatasti mihi, pro uno ex minimis suis col-
loquẽte cũ deo, cui⁹ charitatẽ diffusam hẽt in cor
de per spiritum sanctũ q datus est nobis. Miserere
mei, & exaudi orationem meam.) Cur iterũ rogat,
cum iam se exauditum & dilatatũ indicauerit? An
pp nos de quibus dicitur, Si autem quod non uide
Roma 8. mus speramus, per patientiã expectamus, ut in illo
qui credidit, perficiatur qđ inchoatũ est? Filij ho-
minũ usquequo graues corde.) Saltẽ usq; in aduẽ-
tum, inquit, filij dei uester error durauerit, qd ergo
ultra graues corde estis? Q̃n habituri finem fallacia
rum, si ueritate præsente non habetis? Vt quid di-
ligitis uanitatẽ & q̃ritis mendacium?) Vt quid uul-
tis beati esse de infimis? Sola ueritas facit beatos, ex
qua uera sunt omnia. Nam uanitas est uanitatũ &
Eccle.1. omnia uanitas. Quæ abundãtia hoi in omni labo-
re suo quo ipse laborat sub sole? Vt quid ergo tpa-
lium rerũ amore detinemini? Vt quid tanquã pri-
ma, extrema sectamini, qđ est uanitas & mẽdaciũ? K
Cupitis.n.permanere uobiscũ, quæ omnia trãseũt
tãquam umbra. Et scitote q̃m admirabilem fecit
dñs sanctum suum.) Quem nisi eum, quem suscita
uit ab inferis, & in cœlo ad dexterã collocauit? In-
crepatur ergo genus humanum, ut ad eum se tãdẽ
ab huius mundi amore conuertat. Sed si quẽ mo-
uet coniunctio superaddita, quod ait, Et scitote, fa-
cile est ut in scripturis animaduertat huius locutio
nis genus familiare esse illi linguæ, qua prophetę lo
cuti sunt. Nã sæpe inuenis ita cœptũ: Et dixit dñs Ezech.1.
ad illũ. Et factũ est uerbũ dñi ad illũ. Quæ iunctu
ra coniunctionis, cũ sententia nõ præcessit cui se-
quens annectatur, mirabiliter fortassis insinuat p-
lationẽ ueritatis in uoce, cũ ea uisione q̃ fit in cor-
de, esse cõiunctam. Quanquã hic dici possit, quod
superior sententia, Vt quid diligitis uanitatẽ: ita po
sita est ac si diceretur, nolite diligere uanitatẽ & q̃-
rere mendaciũ. Quo ita posito, rectissima locutiõe
sequitur, Et scitote q̃m admirabilem fecit dñs san-
ctum suũ. Sed interpositum diapsalma, uetat istam
cum superiore coniungi. Siue.n. Hebræũ uerbum L
sit, sicut quidam uolunt, quo significatur fiat, Siue
Græcũ quo significatur interuallum psallendi, Vt
psalma sit qđ psallitur. Diapsalma uero interposi-
tũ in psallẽdo silentiũ. Vt queãdmodũ sympsalma
dicitur uocũ copulatio in cantando, ita diapsalma
disiũctio earũ, ubi q̃dã reqes disiũctę cõtinuatiõis
ostendit. Siue ergo illud, siue hoc, siue aliud aliq̃d
sit, certe illud probabile est, non recte continuari
& coniungi sensum, ubi diapsalma interponitur.
Dñs exaudiet me cum clamauero ad eũ.) Hic nos
admoneri credo, ut magna intẽtione cordis, id est,
interno & incorporeo clamore, auxilium implore-
mus dei. Q̃m sicut gratulandũ est de illuminatiõe
in hac uita, ita orandum pro requie post hãc uitã.
Quapp aut ex persona fidelis euangelizantis, aut
ipsius dñi sic accipiendum est: ac si dictum sit. Dñs
exaudiet uos, cum clamaueritis ad eum. Irascimi-
ni & nolite peccare.) Occurrebat.n. quis est dignus Ephe. 4.
exaudiri, aut q̃uo non frustra clamat peccator ad
dñm? Ergo irascimini, inquit, & nolite peccare. Qđ
duobus modis intelligi potest. Aut etiam si irasci- M
mini, nolite peccare: id est, etiã si surgit motus ani-
mi, qui iam pp pœnam peccati nõ est in potestate,
saltem ei non consentiat ratio & mens, quæ intus
regenerata est scđm deum, ut mente seruiamus le-
gi dei, si adhuc carne seruimus legi peccati. Aut agi Roma.7.
te pœnitentiam, id est, irascimini uobisipsis de pte
ritis peccatis, & ulterius peccare desinite. Quæ di
citis in cordibus uestris.) Subauditur dicite, Vt sit
plena sententia, quæ dicitis, in cordibus uestris di-
cite. Id est, nolite esse populus, de quo dictũ est, La-
bijs me honorant, cor autẽ eorum longe est a me. Esa.29.
In cubilibus uestris compũgimini. Hoc est, quod Matt.15.
iam dictũ est, in cordibus. Hæc.n. sunt cubilia, de
qbus & dñs monet, ut intus oremus clausis ostijs, Matth 6.
Compungimini aũt, aut ad pœnitẽtiæ dolorem re
fertur, ut seipsa anima puniẽs cõpũgat, ne in dei iu-
dicio damnata torqueatur: aut ad excitationẽ, ut
euigilemus ad uidendam lucem Christi, tãquã sti-
mulis adhibitis. Nonnulli autẽ non cõpungimini,
sed aperimini, dicũt melius legi. Q̃m in Græco Psal
terio est, κατανύγητε quod refertur ad illã dilatatio-
nem cordis, ut excipiatur diffusio charitatis per

A spiritũ sanctũ. Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, & spe
Psal. 50. rate in dño.) Idem dicit in alio Psalmo, Sacrificium
deo, spiritus contribulatus. Quare nõ absurde hic
accipitur ipsum esse sacrificium iustitiæ, qđ fit per
pœnitentiam. Quid.n.iustius, q̃ ut suis unusquisq;
peccatis, q̃ alienis potius irascat, seq; ipsum puniēs
mactet deo? An sacrificiũ iustitiæ opera iusta sunt
post pœnitentiã. Nã & interpositũ diapsalma, non
absurde fortassis insinuat ẽt trãsitũ de uita ueteri,
ad uitã nouã: ut extincto uel infirmato per pœnitẽ
tiam uetere homine, sacrificiũ iustitiæ scđm rege-
nerationẽ noui hominis offeratur deo: cũ se offert
ipsa anima iã abluta, & imponit in altare fidei, diui
no igne, id est, spiritu sancto cõprehẽdendã. Vt iste
sit sensus, Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, & sperate in
dño: id est, recte uiuite, & sperate donũ spiritus san
cti, ut uos ueritas, cui credidistis, illustret. Sed tñ
sperate in dño, clausẽ adhuc dictum est. Sperantur
autẽ q̃.nisi bona? Sed qa unusquisq; id boni uult à
deo impetrare qđ diligit, nec facile inueniunt qui
diligãt bona interiora, id est, ad interiorẽ hominẽ
B pertinẽtia, quæ sola diligenda sunt, cæteris autẽ ad
necessitatẽ utendum, non ad gaudiũ perfruendum
est, admirabiliter cũ dixisset, Sperate in dño: subie-
cit, Multi dicunt qs ostẽdit nobis bona?) Qui ser
mo quæ interrogatio quotidiana est omniũ stulto
rum & iniquorũ, Siue pacẽ & tranquillitatẽ uitæ se
cularis desyderantium, & pp peruersitatem generis
humani non inuenientium, Qui ẽt cæci accusare
audent ordinem rerũ, cum inuoluti meritis suis pu
tant tpa esse peiora q̃ præterita fuerunt, siue de ipsa
futura uita quæ nobis promittitur, dubitantium
uel desperantium, Qui sæpe dicunt, quis nouit si ue
ra sunt, aut qs uenit ab inferis ut ista nunciaret? Ma
gnifice igitur & breuiter, sed intrinsecus uidētibus,
ostendit quæ bona quærenda sint, respondēs illo-
rum interrogationi, qui dicũt, quis ostendit nobis
bona? Signatũ est, inqt, in nobis lumẽ uultus tui
dñe.) Hoc lumẽ est totum hominis & uerũ bonũ,
quod non oculis sed mente cõspicitur, signatũ au-
tem dixit in nobis, tanquã denarius signatur regis
Gene. 1. imagine. Hõ.n.factus est ad imaginem & similitu-
C dinem dei, quã peccando corrupit. Bonũ ergo eius
est uerũ atq; æternum, si renascendo signetur. Et ad
hoc credo pertinere, quod quidã prudenter intelli
gunt, illud quod dñs uiso Cæsaris nũmo ait, Red-
Matt. 22. dite Cæsari quod Cæsaris est, & deo quod dei est.
Tanquã si diceret, Quemadmodum Cęsar à uobis
exigit impreßionẽ imaginis suæ, sic & deus. Vt quẽ
admodũ illi reddit nũmus, sic deo anima lumine
uultus eius illustrata atq; signata. Dedisti lætitiã
in cor meum.) Non ergo foris quærenda est lætitia
ab his qui adhuc graues corde diligunt uanitatem
& quærunt mendaciũ, sed intus ubi signatũ est lu-
Ephe. 5. mẽ uultus dei. In interiore.n.homine habitat Chri
stus, ut ait Apls. Ad ipsum.n.pertinet uidere uerita
Ioan. 14. tem, cum ipse dixerit, Ego sum ueritas. Et cum loq-
2. Co. 13. batur in Apostolo dicente, An uultis experimentũ
eius accipere, q in me loquitur Christus? Non eis
foris utiq;, sed in ipso corde, id est, in illo cubili ubi
Matt. 6. orandum est, loquebatur. Sed homines tpalia sectã
tes, qui certe multi sunt, nihil aliud nouerunt dice-
re, nisi qs ostendit nobis bona? cũ uera & certa bo
na intra semetipsos uidere non poßint. Itaq; conse
quenter de his rectißime dicitur, quod adiungit,

A tpe frumenti, uini & olei sui multiplicati sunt.) D
Non enim uacat, quod additũ est, sui. Est.n & fru-
mẽtum dei. Siquidem est panis uiuus qui de cœlo
descendit. Est.n.uinum dei. Nã inebriabunt, inqt, Psal. 35.
ab ubertate domus tuæ. Et est oleum dei. De quo
dictum est, Impinguasti in oleo caput meũ. Isti aũt Psal. 22.
multi qui dicunt, qs ostendit nobis bona, & regnũ
cœlorũ intra se esse non uident, à tpe frumenti, uini
& olei sui multiplicati sunt. Non n.multiplicatio Luca. 17.
semper ubertatem significat, & nõ plerunq; exigui
tatem, cũm dedita tpalibus uoluptatibus anima
semper exardescit cupiditate, nec satiari potest, &
multiplici atq; ærumnosa cogitatiõe distenta, sim-
plex bonũ uidere nõ sinitur. Qualis est illa de qua
dicitur, Corpus.n quod corrumpit aggrauat ani- Sapi. 9.
mam, & deprimit terrena inhabitatio sensum mul
ta cogitantẽ. Talis anima tpalium bonorũ decessio
ne & successione, id est, à tpe frumenti, uini & olei
sui innumerabilibus completa phãtasmatibus sic
multiplicata est, ut nõ poßit agere quod præceptũ
est, Sẽtite de dño in bonitate, & in simplicitate cor Sapi. 1.
dis q̃rite illum. Ista multiplicitas, illi simplicitati E
uehementer aduersa est. Et ideo istis relictis, q mul
ti sunt, multiplicati. (temporaliũ cupiditate, & di-
cunt, Quis ostendit nobis bona, q̃ non oculis fo-
ris, sed intus cordis simplicitate quęrenda sunt, uir
fidelis exultat & dicit, In pace in idipsum, obdor-
miam & somnum capiã.) Recte.n.speratur à tali-
bus omnimodo mẽtis alienatio à mortalib⁹ reb⁹,
& miseriarũ seculi huius obliuio, q̃ nomine obdor
mitionis & somni dicẽter & prophetice significat,
ubi summa pax nullo tumultu iterpellari põt. Sed
hoc iam non tenetur in hac uita, sed post hãc uitã
sperandum est, hoc etiã ipsa uerba ostendunt, quæ
futuri sunt tpis. Non.n.dictũ est, aut obdormiui &
somnum cepi: aut, obdormio & somnũ capio: sed,
obdormiã & somnum capiam. Tunc corruptibile
hoc induetur incorruptione, & mortale hoc indue
tur immortalitate. Tunc absorbebit mors in uicto
riam. Hoc est unde dicitur, Si autẽ quod non uide- 1. Cor. 15.
mus speramus, per patiẽtiã expectamus. Quapp cõ Roma. 8.
gruenter ultimum annectit & dicit, Qm tu dñe,
singulariter in spe habitare fecisti me.) Hic non di- F
xit facies, sed fecisti: In quo ergo iam ista spes est,
profecto etiã quod speratur. Et bene ait, singulari-
ter: Põt.n.referri aduersus illos multos, qui multi-
plicati à tpe frumenti, uini & olei sui dicunt, Quis
ostendit nobis bona? Petit.n.hæc multiplicitas, &
singularitas tenetur in sanctis. De quibus dicitur
in Actibus apostolorũ, Multitudinis autem credẽ-
tium erat anima & cor unũ. Singulares ergo & sim Acto. 4.
plices, id est, secreti à multitudine ac turba nascen-
tium rerum ac morientium, amatores æternitatis
& unitatis esse debemus, si uni deo & dño nostro
cupimus inhærere.

In Psalmum Quintum enarratio.

ITVLVS Psalmi est, Pro ea q̃ hæredita-
t tem accepit.) Intelligitur ergo ecclesia, q̃
accepit hæreditatem uitã æternã per dñm Matt. 5.
nostrum Iesum Christum, ut poßideat ipsum deũ,
cui adhærens beata sit scđm illud: Beati mites, qa
ipsi hæreditate poßidebunt terrã. Quã terram, nisi
de qua dicitur, Spes mea es tu, portio mea in terra Psal. 142.
uiuentium? Et illud manifestius, Dñs pars hæredi- Psal. 15.
tatis meæ & calicis mei. Dicitur & hæreditas

G del uicissim ecclesiam sc'dm illud, Postula à me & dabo tibi gētes hæreditatē tuā. Ergo hæreditas nr̄a deus dicitur, quia ipse nos pascit & cōtinet. Et hæreditas dei dicimur, qa ipse nos administrat & regit. Quapp uox ecclesiæ est in hoc Psalmo uocatæ ad hæreditatē, ut ipsa fiat hæreditas dñi. Verba mea exaudi dñe.) Vocata inuocat dñm, ut eodem opitulante pertrāseat nequitiam seculi huius, & ad eum perueniat. Intellige clamorem meum.) Bene ostēdit quis iste sit clamor qui interior de cordis cubili sine strepitu corporis perueniat ad deū. Qm̄ quidem uox corporalis auditur, spiritalis autem intelligitur. Quanquā hoc sit etiā exaudire dei, nō aure carnali, sed maiestatis præsentia. intende uoci obsecrationis meæ.) Id est, illi uoci quā ut deus intelligar, petit. Quæ qualis sit iā insinuauit est dixit, Intellige clamorem meū, intende uoci obsecrationis meæ, Rex meus & de' me'.) Quāuis & filius deus, & pater deus, & simul pr̄ & filius unus de'. Et si interrogemur de spiritu sancto, nihil aliud rn̄dendū est nisi quod deus sit: Et cū simul dicūtur, pater & filius & spiritus sanctus, nihil aliud intelligēdū est q̄ unus deus, tn̄ regem filium solent appellare scripturæ. Scd'm ergo illud quod dictum est, Per me itur ad patrē: recte primo rex meus, & deinde deus meus. Nec tn̄ dixit, intendite: sed, intende. Nō enim duos aut tres deos fides catholica prædicat, sed ipsam trinitatem unum deum. Nō ut eadem trinitas simul possit aliqn̄ pater, aliqn̄ filius, aliqn̄ spiritus sanctus dici, sicut Sabellius credidit, sed ut pater non nisi pater, & filius nō nisi filius, & spiritus sanctus non nisi spiritus sanctus, & hæc trinitas non nisi unus deus. Quia cū dixisset Apostolus, Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia trinitatem ipsam insinuasse creditur. Nec tn̄ subiecit, ipsis gloria, sed ipsi gloria. Qm̄ ad te orabo dñe, mane exaudies uocem meam.) Quid sibi uult quod superius dixit, Exaudi, quasi in præsenti se exaudiri cuperet: nunc uero dicit, Mane exaudies, non exaudi. Et ad te orabo, non ad te oro. Et deinceps. Mane astabo tibi & uidebo) non asto, & uideo: nisi forte superior eius oratio ipsam uocationem ostendit? Caligans autē inter procellas huius scl'i, sentit se nō uidere quod cupit, & tn̄ sperare non desinit. Spes.n. quæ uidetur, nō est spes. Intelligit tn̄ quare non uideat, quia nondum nox peracta est, id est, tenebræ quas peccata meruerunt. Dicit ergo, Qm̄ ad te orabo dñe: id est, qm̄ tātus es ad quē orabo. Mane exaudies uocem meam. Non ille es, inquit, qui possis uideri ab eis quorum ab oculis nox peccatorū nondum recessit. Peracta ergo erroris mei nocte, & discendentibus tenebris, quas mihi peccatis meis feci, exaudies uocē meā. Cur ergo superius non ait, exaudies: sed, exaudi? An postquā clamauit exaudi, & non mox exaudita est, sensit qd' oporteat trāsire, ut possit exaudiri? An & supius exaudita est, sed nōdum se intelligit exauditā, quia nondū uidet à quo exaudita est. Et qd' nūc ait, Mane exaudies: hoc intelligi uoluit, mane intelligam me esse exauditam: Qualis est ista locutio, Exurge dñe. i. fac me exurgere. Sed si hoc de resurrectione. Christi accipitur, illud certe non potest recte aliter accipi, Tentat uos dn̄s deus uester, ut sciat si diligitis eum, Nisi ut uos per illū sciatis, & uobismetipsis manifestetur, quātum in eius amore profeceritis. Mane astabo tibi & uidebo.) Astabo qd est nisi non iacebo? Quid est autem aliud iacere, nisi in terra quiescere, qd' est in terrenis uoluptatibus beatitudinem quærere? Astabo, inquit, & uidebo. Non est ergo inhærendū terrenis si uolumus deum uidere, q mundo corde conspicitur. Qm̄ non deus uolens iniquitatem tu es.) Iniquitas, malignitas, mendacium, homicidiū, dolus, & qcquid hmōi est, ipsa nox est Qua trāseunte fit mane, ut uideat de'. Causam ergo exposuit q̄re mane astabit & uidebit, qm̄ non deus uolens iniquitatē, inqt, tu es. Si. n. deus esset qui uellet iniquitatem, posset etiam ab iniquis uideri, ut nō mane uideretur, id est, cum iniquitatis nox pertransierit. Non habitabit iuxta te malignus,) Id est, non sic uidebit, ut hæreat. Ideo sequitur, Neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.) Quia oculi eorum, id est, mens eorum reuerberatur luce ueritatis pp tenebras peccatorum, quorum consuetudine fulgorem rectæ intelligentiæ sustinere non possunt. Ergo & q uident aliqn̄, id est, qui uerum intelligūt: tn̄ adhuc iniusti sunt, non ibi permanent amando ea q̄ auertunt à uero. Gerunt.n. secum suā noctem. i. non solum consuetudinem, sed etiam amorem peccandi: Quæ nox si transierit, id est, si peccare destiterint, & ipse amor atq; cōsuetudo fugata fuerit, fit mane, ita ut non solum intelligant, sed etiam inhæreant ueritati. Odisti dñe omnes qui operantur iniquitatem.) Odium dei ex illa locutione intelligendū est, qua odit peccator quisq; ueritatem. Videtur. n. quod & illa odit, quos in se manere non finit. Non autem maneat, qui eam sustinere non ualent.

Perdes oēs qui loquuntur mendacium.) Hoc. n. est ueritati contrariū. Sed ne quis putet aliquā substantiam uel naturam ueritati esse contrariam, intelligat ad id quod non est pertinere mendaciū, nō ad id quod est. Si. n. hoc dicitur quod est, uerū dicitur: si autem hoc dicitur quod non est, mendaciū est. Ideo, inquit, Perdes oēs qui loquuntur mendacium: qui recedētes ab eo quod est, ad id quod nō est declinant. Multa quidē uidentur pro salute aut cōmodo alicuius, non malitia, sed benignitate mēdacia. Quale illarū in Exodo obstetricū quæ Pharaoni falsum renūciauerūt, ut infantes filiorum Israel non necarentur, sed etiā ista non re, sed in dolo laudantur. Qm̄ qui tm̄ hoc modo mentiuntur, merebuntur aliqn̄ ab omni mendacio liberari. Nam in iis qui perfecti sunt, nec ista mendacia inueniūtur. Quibus dictum est, Sit in ore uestro est est, non nō. Quicqd amplius est, à malo est. Nec immerito alio loco scriptum est, Os quod mētitur occidit animā. Ne quis arbitretur perfectū & spiritalem hominem pro ista tpali uita, in cuius morte nō occiditur aīa, siue sua, siue alterius, debere mentiri. Sed qm̄ aliud est mentiri, aliud est uerum occultare: Siquidem aliud est falsum dicere, aliud uerum tacere: ut si qs forte uel ad istā uisibilem mortem nō uult hominem prodere, paratus esse debet uerum occultare, non falsum dicere, ut neq; prodat, neq; mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius. Si autem hoc nondum pōt, uel sola huius necessitatis habeat mendacia, ut etiam ab istis si sola remanserint, liberari mereatur, & spiritus sancti robur accipere, quo quicquid perpetuū est pro ueritate, cōtēnat. Duo sunt oīno gn̄a mēdaciorum, in qb' nō magna culpa est, sed tn̄ nō sunt sine culpa, cū aut ioca- niur,

Marginalia: Psal. 2. — 1. sen. di. 34. non ergo. — H — Ioan. 14. — I — Roma. 8. — Deut. 13. — K — L — 3. sen. di. 38. c. 1. 22 q. 2. si q̄libet. — Exod. 1. — M — Matth. 5. — Sapi. 1. — 22. q. 2. c. nequis 3. se. di. 38. cap. 1. — 22. q. 2. r. ne quis. 3 sen. di. 36. cap. 1.

A mur, aut ut ꝓximis ꝓsimus métimur. Illud primũ in iocando, ideo non est perniciosissimũ, qa nõ fal lit. Nouit.n. ille cui dicis, ioci causa eẽ dictũ. Scđm autem ideo mitius est, quia retinet tñ nullã beneuolentiã. Illud uero quod non hẽt duplex cor, nec mẽdacium quidẽ dicendũ est: Tanquã, uerbi grã, si cui gladius cõmẽdatur, & ꝓmittat se redditurũ, cum ille qui cõmẽdauit poposcerit: si forte gladiũ suum repetat furens, manifestum est tunc non esse reddendum, ne uel se occidat uel alios, donec ei sanitas restituatur. Hic ideo nõ habet duplex cor, qa ille cui cõmendatus est gladius, cũ promittebat se redditurũ poscenti, non cogitabat furentẽ posse repetere. Verũ autem occultauit & dñs, cũ discipulis nondum idoneis dixit, Multa habeo uobis dicere, sed nunc non potestis portare illa. Et Apl's Paulus cum ait, Nõ potui loq uobis q̃si spiritalibus, sed q̃si carnalibus. Vnde manifestũ est, non esse culpandũ aliqñ uerũ tacere: Falsum autem dicere, non inuenitur concessum esse perfectis. Virum sanguinum & dolosum abominabit dñs.) Potest hic recte uideri repetitum, quod ait superius, Odisti dñe oẽs qui operãtur iniquitatem, perdes oẽs qui loquunt mendacium, Vt uirum sanguinum ad operantem iniquitatẽ referas, dolosum autem ad mendacium. Dolus.n. est, cũ aliud agitur, aliud simulat. Et apto uerbo usus est quod ait, Abominabitur. Solent.n. abominati, dici, exhæredati. Hic autẽ Psalmus pro ea est quæ hæreditatem accipit, Quæ subiicit exultatione spei suæ, dicens, Ego autem in multitudine miserationis tuę, Introibo in domũ tuã:) In multitudine miserationis, fortasse in multitudine hominum perfectoꝝ & beatoꝝ dicit, Quibus ciuitas illa constabit, quã nũc parturit & paulatim parit Ecclesia. Homines aũt multos regeneratos atq; pfectos, recte dici multitudinem miserationis dei quis negat, cũ uerissime dictum sit, Quid est hõ quia memor es eius, aut filiˀ hominis qa uisitas eũ? Introibo in domum tuã tanquã lapis credo in ædificii dictũ est. Quid.n. aliud domus dei q̃ templum dei est, De quo dictum est, Templum.n. dei sanctũ est, quod estis uos? Cuius ædificij lapis angularis est ille, quẽ suscepit coæterna patri uirtˀ & sapiẽtia dei.

Adorabo ad templũ sanctũ tuũ in timore tuo.) Ad templũ, sicut prope templũ intelligimus. Non enim ait, Adorabo in tẽplo sancto tuo: sed, adorabo ad templũ sanctũ tuum. Intelligendũ ẽt est nõ de perfectione, sed de progressu ad perfectionẽ dictum esse. Vt illud pfectionẽ significet, Introibo in domum tuã. Sed ut hoc proueniat, prius adorabo, inquit, ad templũ sanctũ tuũ. Et fortasse ob hoc addidit, in timore tuo, quod magnũ est p̃sidium procedentibus ad salutem. Cum autẽ quisq; puenerit, fiet in eo quod dictũ est, Cõsummata dilectio, foras mittit timorẽ. Non.n. timent iam amicum, quibus dictum est, Iam non dicã uos seruos, sed amicos, cũ ad id quod promissum est perducti fuerint.

Dñe deduc me i tua iustitia pp inimicos meos.) Satis hic declarauit in profectione se esse, id est, in profectu ad perfectionẽ nondum in ipsa perfectione, qñ ut deducatur exoptat. In tua iustitia autem, non in ea quæ uidetur hominibus. Nam & malum pro malo reddere iustitia uidetur, sed non est eius de quo dictũ est, Qui facit oriri solẽ suũ sup bonos & malos: Quia & cum punit deus peccatores, non malum suum eis infert, sed malis eoꝝ eos dimittit. D Ecce, inquit, parturit iniustitiã, concepit dolorẽ & peperit iniquitatem, Lacũ aperuit & effodit eũ, & *Psal. 7.* incidit in foueã quam operatus est, Conuertet dolor eius in caput eius, & in uerticẽ eius iniqtas eius descẽdet. Cũ ergo punit deus, ut iudex punit eos q legem prætereunt: non eis inferens de seipso malũ, sed in id quod elegerunt eos expellens, ad cõplendam summam miseriarũ. Hõ autẽ cum malũ pro malo reddit, malo uoto id facit. Et ob hoc prior ip se malus est, dũ punire uult malũ. Dirige in conspectu tuo iter meum.) Nihil manifestius est, quãm id tps eũ commendare, quo proficit. Hoc est.n. iter qđ non terrarũ locis peragitur, sed affectibus animorum. In conspectu, inquit, tuo dirige iter meum. Id est, ubi nullus hominũ uidet. Quibus credendum non est laudãtibus, aut uituperantibus. Non.n. ullo modo possunt de aliena cõsciẽtia iudicare, in qua iter dirigitur ad deũ. Ideo subiecit, Qm̃ non est in ore eoꝝ ueritas.) Quibus utiq; iudicantibus nõ est credendum, & ideo intrõ ad conscientiã & ad dei conspectum confugiendum est. Cor eoꝝ uanum E est.) Qũo ergo potest esse in ore eorũ ueritas, quorum cor fallitur de peccato & pœna peccati? Vnde reuocantur homines illa uoce, Vt quid diligitis ua *Psal. 42.* nitatem, & quæritis mendaciũ? Sepulcrum patẽs est guttur eoꝝ.) Ad uoracitatis significationem re- *Psal. 53.* ferri potest, pp quam plerunq; homines adulatio- *Roma. 3.* ne mentiuntur. Et mirabiliter dixit, Patens sepulcrum, qm̃ semper inhiat illa uoracitas, nõ ut sepulcra quę receptis cadaueribus muniuntur. Potest & illud intelligi, quod mendacio & blanda adulatione trahũt i se quos ad peccata illectãt, & eos tãquã deuorant, cũ in suam uitã conuertunt. Quod qbus contingit qm̃ peccato moriunt, recte illi ã quibus inducuntur, sepulcra patentia dicti sunt, qa & ipsi quodãmodo exanimes sunt, uitã nõ habẽdo ueritatis. Et mortuos in se recipiunt, quos uerbis mẽdacibus & uano corde interempto in se conuertunt.

Linguis suis dolose agebãt.) Id est, linguis malis. Nam hoc uidetur significare, cũ dicit suis. Mali.n. malas habent linguas, id est, mala loquũtur, cũ loquuntur dolum. Quibus dñs dicit, Qũo potestis F bona loqui, cũ sitis mali? Iudica illos deus. Deci- *Mat. 12.* dãt ã cogitationibus suis) Prophetia est, nõ maledictio. Non.n. optat ut eueniat, sed cernit qđ euenturũ sit. Contingit aũt illis, non quia uidetur optas se, sed quia tales sunt ut merito contingat. Sic.n. & quod postea dicit, Lætentur oẽs qui sperant in te: per prophetiam dicit, qm̃ cernit esse lætaturos. Sic per prophetiam dictum est, Excita potentiam tuã & ueni, qm̃ uidebat esse uenturum. Quanquã pos- *Psal. 79.* sit etiam hoc modo accipi quod dictũ est, Decidãt ã cogitationibus suis: ut magis bene ab eo optatũ credatur dum cadunt ã cogitationibus suis malis: id est, ut iam non cogitent mala. Sed uetat sic intelligi quod sequitur, Expelle eos. Nullo.n. modo põt in bonam partem accipi, cum quisque expellitur ã deo. Quapp per prophetiam dictũ non per maleuolentiã intelligitur, cũ hoc dictum sit, quod necessario talibus euenturũ est, qui in peccatis quæ memorata sunt pseuerare uoluerint. Decidãt ergo ã cogitationibˀ suis dictũ est, decidãt accusantibˀ se cogitationibˀ suis, testimoniũ phibẽte conscientia sua, Sicut Apl's dicit, Et cogitationum accusan- *Roma. 2.*

G tiũ ſeu defendentiũ, in reuelatione iuſti iudicij dei.

Secundum multitudinem impietatũ eoꝝ expelle eos.) Id eſt, longe eos expelle. Hoc eſt.n ſecundũ multitudinem impietatũ eoꝝ, ut multũ expellanť. Expelluntur ergo impij ab illa hæreditate, q̃ intelligendo & uidẽdo deum poſsidetur: ſicut expellunť morbidi oculi fulgore lucis, cũ illis ea pœna eſt q̃ alijs lætitia. Non ergo ipſi mane adſtabunt & uidebunt. Et tam magna pœna eſt iſta expulſio, q̃ magnum præmium eſt illud quod dictũ eſt, Mihi aũt

Pſal. 72. adhærere deo bonum eſt. Huic pœnæ contrarium

Matth. 5. eſt, Intra in gaudiũ dñi tui. Quia huic expulſioni ſimile eſt, Proijcite illum in tenebras exteriores.

Qm̃ inamaricauerunt te dñe.) Ego ſum, inquit, panis uiuus q de cœlo deſcendi, Et operamini eſcã

Ioan. 6. quę non corrũpitur. Et guſtate & uidete qm̃ ſuauis

Pſal. 33. eſt dñs. Peccatoribus autẽ panis ueritatis amarus eſt. Vnde os uera dicentis oderunt. Ipſi ergo amaricauerunt deum, qui peccando in eam ægritudinẽ deuenerunt, ut cibum ueritatis, quo ſanæ animæ gaudent, tanquam felleum ſuſtinere non poſsint.

H Et lætentur oẽs qui ſperant in te.) Vtiq; illi quibus guſtantibus ſuauis eſt dñs. In æternũ exultabunt & habitabis in eis.) Ipſa ergo erit æterna exultatio, cũ templũ dei fiũt iuſti. Et erit gaudiũ ipſoꝝ, ipſe incolatus eoꝝ. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.) Tanquam cum adeſt eis ad fruendũ quod diligunt. Et bene in te tanquã poſsidentes hęreditatem, de qua titulus Pſalmi eſt, cum & ipſi ſint eius hæreditas, quod ſignificat, inhabitabis in eis, A quo bono ꝓhibenť, quos ſcd'm multitudinem impietatum eorum expellit deus.

Qm̃ tu benedices iuſto.) Hęc eſt benedictio, gloriari in deo, & inhabitari à deo. Iſta ſanctificatio cõ

Roma. 3. ceditur iuſtis. Sed ut iuſtificenť pręcedit uocatio, q̃

& 8. non eſt meritorum, ſed gratiæ dei. Omnes.n. peccauerunt & egent gloria dei. Quos.n. uocauit, hos & iuſtificauit. Quos autem iuſtificauit, hos & glorificauit. Quia ergo uocatio nõ meritoꝝ noſtroꝝ, ſed beneuolentiæ & miſericordiæ dei eſt, ſubiecit dicens: Dñe, ut ſcuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos.) Bona.n. uoluntas dei præcedit bonam uolũ

I tatem noſtram, ut peccatores uocet in pœnitentiã. Et ipſa ſunt arma quibus expugnať inimicus. Cõtra quem dicitur, Quis accuſabit aduerſus electos dei? Et ſi deus pro nobis, qs cõtra nos? Qui unico filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis oĩbus tradidit illum. Si.n. adhuc cum inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo magis reconciliati, ſalui erimus ab ira p ipſum. Hoc eſt inuictiſsimũ ſcutũ, quo repellitur inimicus deſperationẽ ſalutis ſuggerens, multitudine tribulationũ & tẽtationũ. Totus ergo textus Pſalmi eſt oratio ut exaudiatur ab eo, quod ſcriptum eſt, Verba mea exaudi dñe: uſq; ad, Rex meus & deus meus. Deinde intellectus eoꝝ q̃ impediunt ad uidendum deum, id eſt, ut ſe exauditum eſſe cognoſcat, ab eo quod ſcriptum eſt. Qm̃ ad te orabo dñe, mane exaudies uocem meã: uſq; ad, Virum ſanguinum & doloſum abominabitur dñs. Tertio ſperat ſe domum dei futuram, & nunc ei appropinquare in timore ante conſummationẽ quæ expellit timorem, ab eo quod ſcriptũ eſt, Ego autẽ in multitudine miſericordiæ tuę: uſq; ad, Adorabo ad templũ ſanctũ tuũ in timore tuo. Quarto proficientem & atq; ꝓmouentẽ inter illa ipſa quibus impediri ſe ſentit, orat ut adiuueť intrinſecus, ubi

K nemo hominũ uidet, ne auertať malis linguis, ab eo qd ſcriptum eſt, Dñe deduc me in tua iuſtitia pp inimicos meos: uſq; ad, Linguis ſuis doloſe agebãt. Quinta prophetia eſt, quę pœna maneat impios, qñ iuſtus uix ſaluus erit, & quod præmium iuſti adepturi ſint, qui uocati uenerunt, & donec perducerentur uiriliter omnia ſuſtinuerũt, ab eo quod ſcriptum eſt, Iudica illos deus: uſq; ad finem Pſalmi.

In Pſalmum ſextum enarratio.

In finem in hymnis de octauo, Pſalmus Dauid.

d E octauo, hic uidetur obſcurum. Nã cętera in hoc titulo manifeſtiora ſunt. Viſum eſt enim nõnullis diẽ iudicij ſignificare, id ẽ, tps aduentus dñi noſtri, quo uenturus eſt ad iudicandum uiuos & mortuos. Qui aduẽtus cõputatis annis ab Adam poſt ſeptem annoꝝ milia futurus creditur. Vt ſeptem annoꝝ milia tanquã ſeptẽ dies tranſeat: Deinde illud tps tanquam dies octauus

Acto. 1. adueniat. Sed qm̃ dictum eſt a dño, Non eſt ueſtrũ

Matt. 24. ſcire tpa quę pater poſuit in ſua poteſtate. Et de die

L uero & illa hora nemo ſcit, neq; angelus, neque uirtus, neque filius, niſi ſolus pater. Et illud quod ſcriptum eſt, Tanquã furem uenire diem dñi, ſatis aper

1. Theſ. 5. te oſtendit neminẽ ſibi oportere arrogare ſcientiã illius tpis cõputatione aliqua annorum. Si.n. poſt ſeptem milia annorum ille dies uẽturus eſt, omnis homo poteſt annis computatis aduentũ eius addiſcere. Vbi erit ergo, quòd nec filius hoc nouit? Qđ utiq; ideo dictum eſt, quia per filium homines hoc non diſcunt, nõ quod apud ſe ipſe non nouerit, ſed ſcd'm illam locutionẽ, Tentat uos dñs deus ueſter, ut ſciat: id eſt, ſcire faciat uos. Et exurge dñe: id eſt,

Deut. 13. fac nos exurgere. Cũ ergo ita dicatur, neſcire filium hunc diem, non q, neſciat, ſed quod neſcire faciat eos, quibus hoc non expedit ſcire, id eſt, nõ eis hoc oſtendat: quid ſibi uult neſcio quæ præſumptio, q̃ annis computatis, certiſsimũ ſperat poſt ſeptẽ annorum milia diẽ dñi? Nos igitur quod neſcire nos dñs uoluit, libenter neſciamus. Et quæramus quid uelit ſibi iſte titulus, qui ſcribitur de octauo. Pòt quidem etiam nulla annoꝝ temeraria ſuppputatione, dies iudicij octauus intelligi, quod iam poſt fi

M nem huius ſeculi accepta æterna uita, tunc nõ erũt animæ iuſtoꝝ obnoxiæ tpibus. Er qm̃ omnia tpa ſeptem dierum iſtorum repetitione uoluuntur: octauus forte ille dictus eſt, qui uarietatem iſtam non habebit. Eſt aliud quod hic non abſurde accipi pòt, cur octauũ dicať iudiciũ, qđ poſt duas generationes futurum eſt: unam quę ad corpus, alteram quę ad animã ptinet. Ab Adam.n. uſq; ad Moyſen

Epheſ. 4. genus humanũ uixit ex corpore, id eſt, ſcd'm carnẽ. Qui etiã exterior & vetus homo dicitur, & cui uet' teſtamentum datum eſt, ut quãuis religioſis, tñ carnalibus adhuc operationibus futura ſpiritalia pręſignaret. Hoc toto tpe, quo ſecũdum corpus uiuebatur, regnauit mors, ſicut Apl's ait, etiam in eos qui

Roma. 5. non peccauerunt. Regnauit autem ex ſimilitudine ꝑuaricationis Adę, ſicut idẽ dicit: qm̃ uſq; ad Moyſen accipiendũ eſt, quouſq; legis opera, id eſt, carnaliter obſeruata illa ſacra etiã eos obſtrictos tenuerũt certi myſterij gratia, q uni deo ſubditi erãt. Ab aduentu autem dñi, ex quo ad circũciſionẽ cordis à carnis circũciſione tranſitũ eſt, facta uocatio eſt, ut ſecundũ animam uiueretur, id eſt, ſcd'm interio-

A rem hominē,Qui etiā nouus homo pp regeneratio nem dicitur morumq; spūalium innouationem. Manifestum est autē ad corpus quaternariū numerum pertinere, pp notissima elemēta quatuor quibus cōstat, & quatuor qualitates,siccam, humidā, calidā,frigidam. Vnde quatuor etiam tpibus administratur,uerno, æstate,autumno,hyeme. Hæc sunt notissima. Nā de quaternario numero corporis tractat ēt alibi subtilius, sed obscurius . Quod in hoc sermone uitādum est , quem etiam minus eruditis accommodatum esse uolumus. Ad animū uero ternariū numerū pertinere pōt intelligi,ex eo q tripliciter deum diligere iubemur,ex toto corde,ex tota
[Psal]m. 6. anima,ex tota mēte. De quibus singulis nō in Psal-
[Ma]tt.22. terio,sed in euangelio disputandū est. Nūc ad testimoniū ternarij numeri ad animū pertinentis , satis puto esse qđ dictū est. Peractis igitur numeris corporis,ad ueterem hominem, & ad uetus testamētū pertinētibus , peractis etiā numeris animi ad nouū hominē & ad nouū testamentū relatis, sicut septenario numero trāsacto qa unūquodq; tpaliter agit,
B quaternario in corporis,ternario i animū distributo,ueniet octauus iudicij dies, Qui meritis tribuēs qđ debet,iā non ad opera tpalia,sed ad uitā æternā sanctos transferet, impios uero damnabit in æternum. Quā dānationē metuēs, orat Ecclesia in hoc
[Psa]l. 37. Psalmo,dicens, Dn̄e ne in ira tua arguas me.) Di-
[Ro]ma.2. cit etiam Apostolus iram iudicij. Thesaurizas tibi, inquit,iram in die iræ iusti iudicij dei. In qua se nō uult argui quisquis in hac uita sanari desyderat. Nec in furore tuo corripias me.)Corripias , mitius uidetur Ad emendationem .n.ualet. Nā qui arguit, id est,accusatur,metuendū est,ne in finē habeat dānationē . Sed qm̄ furor plus uidet esse q̄ ira , potest mouere cur illud quod est initius,id est,correptio, cū eo positū est quod est durius,id est,cum furore. Sed ego puto unā rem duobus uerbis significatā. Nā in Greco θυμὸς,qđ est in primo uersu,hoc significat qđ ὀργὴ, qđ est in secūdo uersu . Sed cū Latini uellent ēt ipsi duo uerba ponere, q̄siuī est quid esset uicinū iræ, & positū est furor . Iō uarie codices habēt. Nā in alijs prius inuenit ira,deinde furor. In alijs prius furor,deinde ira. In alijs pro furore indignatio ponitur,aut bilis. Sed quicqd illud est, mo-
C tus est animi prouocans ad pœnā inferēdam . Qui
[Sap]ien. di. tū motus,nō tanquā animæ deo tribuēdus est, de
sed q̄- quo dictum est, Tu autem dn̄e uirtutum cum tran
[...]i. 12. quillitate iudicas. Quod autem trāquillum est , nō est perturbatū. Nō ergo cadit in deum iudicē pturbatio, sed quod in eius ministris fit, quia per leges eius fit, ira eius dicitur. In qua ira non solum argui se nō uult aīa q̄ nūc orat,sed nec corripi,id est emēdari uel erudiri. Nam in Græco παιδεύσῃς positum est,id est, erudias . Arguuntur .n in die iudicij oēs qui nō habent fundamentum , quod est Christus: Emendantur autem,id est,purgantur, qui huic fun
[1. C]or. 3. damento superædificant lignum,fœnum , stipulā. Detrimentum.n patientur , sed salui erunt tanquam per ignem. Quid ergo isto orat, qui non uult in ira dn̄i uel argui uel emēdari? Quid nisi ut sanet? Vbi enim sanitas est, nec mors metuenda est,nec urētis aut secantis medici manus . Sequitur itaq; & dicit, Miserere mei dn̄e , qm̄ infirmus sum , sana me domine qm̄ conturbata sunt ossa mea.)Id est , firmamentum animæ meæ uel fortitudo.Hæc enim ossa significant. Dicit ergo,anima, fortitudinem suam, D
esse turbatam,cum ossa nominat,Neque enim credendum est,quod habeat ossa quę uidemus in corpore. Quapp,ad expositionē pertinet quod subijcitur : Et anima mea turbata est ualde.) Ne qđ ossa appellauit,corporis intelligerētur. Et tu dn̄e usquequo.)Quis non intelligat significari animam luctātem cum morbis † suis,diu autē dilatam à medi- † al. mor
co,ut ei persuaderetur in quę mala se peccando precipitauerit? Quod .n. facile sanatur , non multum cauetur.Ex difficultate autem sanationis,erit diligētior custodia receptæ sanitatis. Non ergo tanquam crudelis deus æstimandus est,cui dicitur, Et tu dn̄e usquequo.Sed tanquā bonus persuasor animæ,qd mali sibiipsi pepererit. Nondū.n. tam perfecte orat † hæc anima ut ei dici possit,Adhuc loquēte te dicā,Ecce assum. Simul ut etiam illud agnoscat quāta pœna impijs præparetur qui se nolunt cōuertere ad deū, si tantam difficultatē conuertentes patiuntur.Sicut alio loco scriptum est,Si iustus uix saluus erit,peccator & impius ubi parebunt? Conuertere dn̄e & erue animam meam.) Conuertēns se , orat ut ad eam conuertatur & deus.Sicut dictū est,Cōuertimini ad me,& conuertar ad uos,dicit dn̄s. An ex illa locutione intelligendum est,cōuertere dn̄e, id est,fac me cōuerti, cū in ipsa sua cōuersione difficultatem laboremq; sentiret.Nam perfecta nostra conuersio paratum inuenit deum , sicut Propheta dicit , Tanquam diluculū paratū inuenimus eum. Qm̄ ut eū amitteremus, non eius absentia , q ubiq; adest,sed nostra fecit auersio . In hoc mundo erat, inquit,& mūdus per eū factus est, & mundus eum non cognouit. Si ergo in hoc mūdo erat,& mūdus eū non cognouit, nra immunditia no fert eius aspectum Dum.n nos conuertimus,id est, mutatione ueteris uitæ resculpimus spiritū nostrū,durū sentimus & laboriosum ad serenitatem & tranqllitatē diuinæ lucis à terrenarū cupiditatū caligine retorqueri. Et in tali difficultate dicim⁹, Cōuertere dn̄e, id est, adiuua nos ut pficiat in nobis conuersio , q̄ te paratū inuenit,& fruendū te præbentem dilectoribus tuis. Et ideo postq̄ dixit , Conuertere dn̄e, addidit,& erue animā meam, tanquā inhærentem pplexitatibus huius seculi,& spinas quasdā dilace- F
rantiū desyderior̄ in ipsa conuersione patientem. Saluū me fac,inquit,pp misericordiam tuam.Intelligit nō suor̄ meritor̄ esse q sanatur, q̄nquidem peccanti & datum præceptū prætereunti, iusta dānatio debebatur . Sana me ergo , non pp meritum meum,sed propter misericordiam tuam. Qm̄ non est in morte q memor sit tui.)Intelligit quoq; nūc esse tps conuersionis,Quia cum ista uita transierit, non restat nisi retributio meritor̄ . In inferno quis confitebit tibi ? Confessus est in inferno ille diues, de quo dn̄s dicit,qui Lazarū uidit in requie , se aūt in tormentis dolebat. Vsqueadeo confessus, ut etiā moneri suos uellet, ut se à peccatis cohiberent , pp pœnas quæ apud inferos esse nō credunt. Quamuis ergo frustra,confessus est tñ,sibi merito illa accidisse tormenta , qn̄ etiam suos ne in hæc inciderent, doceri cupiebat.Quid ergo est,In inferno quis con fitebitur tibi?An infernum uult intelligi, quò post iudicium præcipitabuntur impij , ubi iam propter profundiores tenebras nullam dei lucem uidebūt, cui aliquid confiteantur ? Nam iste adhuc eleuatis

Marginal notes (right): bis. — † aliàs p fecta erat — Esa. 65. — 1. Pet. 4. — E — Zach. 1. — Ioan. 1. — Luce. 16.

G oculis, quanuis immani profundo interpoſito, po
tuit tñ uidere Lazarum in requie conſtitutum. Ex
cuius cõparatione, ad cõfeſsionem coactus eſt me
ritorum ſuo℞. Poteſt et illud intelligi, ut mortẽ uo
cet pc̃tm̃, quod contempta diuina lege committiꝉ,
ut aculeum mortis, mortem appellemus ꝙ mortẽ
1. Cor. 15. comparet. Aculeus. n. mortis, pc̃tm̃. In qua morte,
hoc eſt eſſe immemorem dei, legem eius & ꝑcepta
contẽnere. Vt infernum dixerit, cęcitatẽ animi, quę
Rom. 1. peccantẽ, id eſt, morientẽ excipit & inuoluit. Sicut
non ꝓbauerunt, inqt, habere deũ in notitia, dedit
illos deus in reprobũ ſenſum. Ab iſta morte & ab
iſto inferno tutã ſe ꝑberi uia deprecatur, dum mo-
† al. con- litur confeſsionẽ † ad deum, & ſentit difficultates.
uerſionẽ. Quapropter contexit, dicens, Laboraui in gemitu
meo:) Et tanquã parũ ꝓfuerit, addidit & dicit, La-
uabo per ſingulas noctes lectũ meum.) Lectus eſt
hoc loco appellatus ubi reqeſcit aius æger & infir-
mus, id eſt, in uoluptate corporis & omni delecta-
tione ſeculari. Quã delectationẽ lacrymis lauat q
ſeſe ab illa conaꝉ extrahere. Videt. n. iam ſe damna-
H re carnales cõcupiſcentias: & tñ delectatione teneꝉ
infirmitatis, & in ea libenter iacet, unde reſurgere,
niſi ſanatus animus non poteſt. Quòd aũt ait, Per
ſingulas noctes: fortaſſe accipi uoluit, ꝙ ille q ſpiri
tu ꝓ́ptus ſentit aliquã lucẽ ueritatis, & tñ in dele
ctatione huius ſeculi per carnis infirmitatẽ aliqñ
requieſcit, tanquã dies & noctes alterno affectu co
Rom. 7. gitur pati. Vt cũ dicit, Mente ſeruio legi dei, tanquã
diem ſentiat. Rurſus cum dicit, Carne aũt legi pec-
cati, inclinetur in noctẽ, donec omnis nox trãſeat,
Pſal. 5. & ueniat unus dies, de quo diciꝉ, Mane adſtabo ti-
bi & uidebo. Tunc. n. adſtabit, Nunc aũt iacet, qñ
in lecto eſt. Quem lauabit per ſingulas noctes, ut
tantis lacrymis impetret efficaciſsima de dei miſe-
ricordia medicinam. In lacrymis ſtratum meũ ri-
gabo.) Repetitio eſt. Cum. n. dicit, In lacrymis: oſtẽ
dit quemadmodum ſuperius, lauabo dixerit. Hoc
autẽ accipimus ſtratum, qđ ſuperius lectũ. Quan-
quam rigabo, amplius ſit aliqd, q̃ lauabo: qm̃ pôt
aliquid in ſuperficie lauari, rigatio uero ad interio
† al. per- ra pertinet †, quod ſignificat fletum uſq; ad cordis
manat. intima. Temporum. n. uarietas, ꝙ præteritum po-
I ſuit, cũ diceret, laboraui in gemitu meo: & futurũ
cum diceret, lauabo ꝑ ſingulas noctes lectũ meũ:
rurſus futurum, in lacrymis ſtratũ meum rigabo:
illud oſtendit, quid ſibi dicere debeat, cum quiſq;
in gemitu fruſtra laborauit. Tanquã diceret, Non
profuit cũ hoc feci, ergo illud faciã. Túrbatus eſt
in ira oculus meus.) Vtrum ſua an dei, in qua petit
ne argueretꝉ aut corriperetur. Sed ſi illa diem iudi-
cij ſignificat, quõ nunc poteſt intelligi? An inchoa
tio eius eſt, ꝙ hic homines dolores & tormenta pa
tiuntur, & maxime damnũ intelligentiæ ueritatis,
Rom. 1. ſicut iam cõmemoraui qđ dictum eſt, Dedit illos
deus in reprobũ ſenſum: Nã ea eſt cæcitas mentis.
In eã quiſquis datus fuerit, ab interiore dei luce ſe-
cluditur. Sed nondũ penitus cũ in hac uita eſt. Sũt
Matt. 25. enim tenebræ exteriores, q̃ magis ad diẽ iudicij ꝑ-
4. ſen. di. tinere intelliguntur, Vt penitus extra deũ ſit, quiſ-
50. hic q̃- quis dũ tp̃s eſt, corrigi noluerit. Penitus. n. eſſe ex-
ri poteſt. tra deũ qd eſt, niſi eſſe in ſumma cęcitate? Siquidẽ
deus habitat lucẽ inacceſsibilẽ, quo ingrediuntur
1. Tim. 6. qbus dicitur, Intra in gaudiũ dñi tui. Huius igiꝉ irę
Matt. 25. inchoatio eſt, quã in hac uita patiꝉ quiſq; peccator.

Timens itaq; iudicij diem, laborat & plangit, ne ad K
illud perducatur, cuius initium tam perniciosum
nunc experitur. Et ideo non dixit, extinctus eſt, ſed
conturbatus eſt ab ira oculus meus. Si aũt ſua ira
dicit oculũ ſuum eſſe turbatũ, neq; hoc mirum eſt.
Nam hinc forſitan dictũ eſt, Non occidat ſol ſuper Ephe. 4
iracundiã ueſtram: ꝙ interiorem ſolẽ, id eſt, ſapien
tiã dei, tanquã occaſum in ſe pati arbitratur mens,
q̃ ſua perturbatione illũ uidere non ſinitur. Inue-
teraui in omnibus inimicis meis.) De ira tm̃ dixe-
rat, ſi tñ de ſua ira dixerat. Conſyderatis autẽ reli-
quis uitijs, inuenit ſe oĩbus eſſe uallatũ. Quæ uitia
qm̃ ueteris uitæ ſunt & ueteris hominis, quo exuẽ- Colo. 3.
di ſumus, ut induamur nouo: recte dictum eſt, In-
ueteraui. In omnibus aũt inimicis meis, uel inter
ipſa uitia dicit, uel inter hoĩes qui nolunt ad deum
conuerti. Nã & hi etiã ſi neſciuntur, etiam ſi parcũt
etiã ſi iiſdem conuiuijs & domibus & ciuitatibus
nulla lite interpoſita, & crebris colloqijs quaſi con
corditer utuntur: nihilominus tñ intentione cõtra
ria, inimici ſunt eis q ſe ad deũ conuertũt. Nã cum
alij amant & appetunt iſtũ mundum, alij ſe optant L
ab iſto mundo liberari, quis nõ uideat illos inimi
cos eſſe iſtis? Nã ſi pñt, eos ſecũ ad pœnas trahunt.
Et magnũ donum eſt, inter eo℞ uerba uerſari quo
tidie, & nõ excedere de itinere ꝑceptorum dei. Sępe
enim mens nitens pergere in deũ, concuſſa in ipſo
itinere trepidat. Et plerunq; propterea non implet
bonũ ꝓpoſitũ, ne offendat eos cum quibus uiuit,
alia bona peritura & tranſeuntia diligentes atq; ſe-
ctantes. Ab his ſeparatus eſt oĩs ſanus, nõ locis, ſed
animo. Nã locis corpora cõtineꝉ, animo aũt loc⁹
eſt affectio ſua. Quapp poſt laborem & gemitum
& imbres creberrimos lacrymarũ, quia inane non
poteſt eſſe qđ tã uehementer rogaꝉ ab eo, qui fons
eſt oĩum miſericordiarum, ueriſsime dictũ eſt, Pro Pſal. 33.
pè eſt dñs obtritis corde, poſt tantas difficultates Matth. 7.
exauditam ſe anima pia ſignificans, quã licet etiã Luca. 13.
Eccleſiam intelligere, uide qd adiungit: Diſcedite
à me oẽs qui operamini iniquitatẽ, qm̃ exaudiuit
dñs uocem fletus mei.) Vel in prophetia dictũ eſt,
qm̃ diſceſſuri ſunt, id eſt, ſeparabuntur à iuſtis im-
pij, cum iudicij dies uenerit. Vel nunc, Quia etiam M
ſi pariter atq; iiſdem conuenticulis cõtineñ: iã in
area nuda iam grana ſeparata ſunt à paleis, quãuis
inter paleas lateant. Simul itaq; uerſari poſſunt, ſed
ſimul uento auferri nõ poſſunt. Qm̃ exaudiuit dñs
uocem fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationem
meam, dñs orationem meam ſuſcepit.) Crebra eiuſ
dem ſententiæ repetitio, non quaſi narrantis neceſ
ſitatem, ſed affectum exultantis oſtendit. Sic. n. Io-
qui gaudentes ſolent, ut non eis ſufficiat ſemel enũ
ciare quod gaudent. Iſte fructus eſt illius gemitus
in quo laboraꝉ, & illarum lacrymarum, qbus lauaꝉ
lectus, & ſtratum rigatur, Qm̃ qui ſeminãt in lacry Pſal. 125.
mis, in gaudio metẽt Et beati lugentes, qm̃ ipſi cõ- Matth. 5.
ſolabuntur. Erubeſcant & cõturbentur [uehemẽ
ter] oẽs inimici mei.) Diſcedite à me omnes, dixit ſu
perius, quod etiam in hac uita ſicut expoſitum eſt
fieri poteſt. Quod aũt dicit, Erubeſcant & contur-
bentur, nõ uideo quemadmodũ euenire poſsit, ni-
ſi illo die cũ manifeſta fuerint iuſtorum præmia &
ſupplicia peccato℞: Nã nunc uſqueadeo nõ erube-
ſcunt impij, ut nobis inſultare nõ deſinãt. Et plerũ
que tm̃ ualẽt irriſionib⁹ ſuis, ut infirmos homines
de Chriſti

A nasceretur futurum sciebat? Nonne oĩbus discipu-
Ioan. 6 lis suis dixerat, Ego uos duodecim elegi, & unus ex
uobis diabolus est? Quo ergo in illum sperauit, ni-
si quia in membris suis ipse est, & quod multi fide-
les de Iuda sperauerũt, hoc in se trãsfigurauit dñs?
Quando.n. uidebãt Iudam multi, qui crediderunt
in xp̃m ambulare inter duodecim apostolos, spera
bant in illum aliquid, quia talis erat quales & cæte
ri. Christus aũt, quia in membris suis erat hoc spe-
rantibus, quo in illis est esurientibus & sitientib',
Matt. 25. quo dixit, esuriui, sic dixit speraui. Proinde sic hic
illi dicamus, domine, quando sperasti: quo illi di-
ctum est, domine, quãdo esuristi: quo nobis ibi di-
xit, cùm uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis:
sic potest dicere, cùm unus ex minimus meis spera-
uit, ego speraui. In quem sperauit? Homo pacis meæ,
in quẽ speraui. Qui edebat panes meos.) Quo ip-
sum ostendit in passione de istis uerbis prophetię?
Ioan. 13 Per bucellam illum designauit, ut appareret de illo
Mat. 26 dictũ, q edebat panes meos. Rursus qñ uenit ut tra
Mar. 14. deret eũ, osculum illi dedit, ut appareret de illo di-
ctum, homo pacis meæ. Tu aũt domine miserere
B mei.) Hoc ex forma serui, hoc ex persona inopis &
pauperis. Beatus.n. qui intelligit sup egenũ & pau-
perẽ. Miserere mei. Et resuscita me & reddã illis.)
Videte quando dictum est, iam factum est. Occide
Ioan. 11 runt enim Christum Iudæi ne perderent locum. Il-
lo occiso perdiderunt locum, eradicati à regno, di-
spersi sũt. Suscitatus reddidit illis retributionẽ, red
didit ad admonitionem, nõdum ad damnationẽ.
Psal. 21 Ciuitas.n. illa, in qua fremuit ppl's tanquàm leo ra
Matt. 25. piens & rugiens, exclamans, crucifige crucifige, era
Luce 23. dicatis inde Iudæis, xp̃ianos habet, à Iudæo nullo
Ioan. 19. inhabitatur. Plantata est ibi Ecclesia xp̃i, unde era-
Psal. 119. dicatæ sunt spinæ synagogæ. Proinde uerè ignis eo
rũ exarsit, sicut in spinis, dñs aũt tanq̃ lignũ uiride
erat. Hoc ipse ait qñ plangebant quædam mulieres
Luc. 23. ueluti moriturum Christum, Nolite flere super me,
Psal. 117. sed super uosipsas flete, & sup filios uestros: & hoc
prædicens, suscita me & reddã illis. Si.n. in uiridi li
gno hæc faciunt, in arido quid fiet? Qñ possit uiri-
de lignum consumi ab igne spinarũ? Exarserunt.n.
uelut ignis in spinis. Ignis q spinas cõsumit, cuicũq
uiridi ligno adhibet, difficile accẽdit. Humor.n. li-
C gni resistit flammæ lẽtæ & marcidæ, tñ idoneæ ad
consumendas spinas. Et suscita me & reddam illis.
Ne forte sanè fratres minus potentem filium, q̃ pa-
trẽ putetis, ex eo, quia dixit, suscita me, q̃ ipse se su-
scitare non possit: hoc enim suscitauit, quod mori
poterat, id est, caro mortua est, caro suscitata est. Ne
tñ putetis quia deus pater Christi potuit suscitare
Christum, id est, carnem filij sui: & ipse Christus, cũ
uerbum sit Dei æquale patri, non poterat carnem
suam suscitare: audite ex euãgelio, Soluite tẽplum
Ioan. 2 hoc, & in triduo suscitabo illud. Hoc autem euan-
gelista ne etiam inde dubitaremus, dicebat, inquit,
de templo corporis sui. Et resuscita me & reddam il
lis. In hoc cognoui qm̃ uoluisti me, qm̃ non gau-
debit inimicus meus sup me.) Quia gauisi sunt Iu-
dæi, quando uiderunt Christum crucifixum, im-
plesse se arbitrati sunt uoluntatem nocẽdi: effectũ
fructus sæuitiæ suæ uiderunt, Christum in cruce
Mat. 27. pendentẽ, agitauerunt caput, Si filius dei est, descẽ-
dat de cruce. Non descendebat qui poterat, nõ po-
tentiam demonstrabat, sed patientiam docebat. Si

enim hæc illis dicentib' de cruce descenderet, qua- D
si insultantib' cessisse uideretur, & uictus opprobria
tolerare non potuisse crederetur: magis mansit in
cruce illis insultantibus, fixus illis nutãtibus. Ideo
enim & caput agitabant, quia uero capiti nõ inhæ
rebant. Docuit nos planè ille patientiã, Nam quod
est forti' fecit, qui noluit facere quod Iudæi prouo
cabant. Multo est.n. potentius de sepulchro surge-
re, q̃ de cruce descendere. Qm̃ non gaudebit inimi-
cus meus super me. Gauisi sunt ergo tunc, resurrexit
Christus, glorificatus est Christus. Vident modo ĩ
nomine ipsius conuerti genus humanũ, modo in-
sultent, modo caput agitent: imò iam caput figant,
aut si agitant caput, stupendo & mirando agitent.
Modo enim dicunt, nunquid forte ille est, quem di
xerunt Moyses & prophetæ? De illo n. dixerunt, Si- Esa. 53.
cut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agn'
corã tondente se sine uoce, sic non aperuit os suũ,
uulneribus eius sanati sumus. Videmus enim quia
crucifixus iste ducit post se genus humanum, & si-
ne causa dixerũt patres nostri, occidamus eum, ne
seculum post illum pergat. Forte nõ post eum per- Ioan. 12.
geret, si non esset occisus. In hoc cognoui qm̃ uolui E
sti me, qm̃ non gaudebit inimicus meus super me.
Me autem propter innocẽtiam meam suscepisti.)
Verè innocentiam, ubi integritas sine peccato, red-
ditio est sine debito, flagella sine merito, Propter i-
nocentiam meam suscepisti me. Et cõfirmasti me
in conspectu tuo in æternum.) Confirmasti me in
æternum, infirmasti ad tempus. Confirmasti in cõ
spectu tuo, infirmasti in conspectu hominũ? Quid
ergo? Laudes illi, gloria illi. Benedictus dominus
deus Israel.) Ille est enim deus Israel, deus noster,
deus Iacob, deus minoris filij, deus minoris popu-
li. Nemo dicat de Iudæis hoc dixit, Nõ sum ego Is-
rael. Magis Iudęi non sunt Israel. Maior enim filius, Malac. 1.
ipse est maior populus reprobatus: minor populus
dilectus. Maior seruiat minori. Modo impletũ est, Gene. 25.
modo fratres nobis seruiunt Iudæi, tanquã capsa- »
rij nostri sunt, studentibus nobis codices portant, »
Audite in quo nobis Iudæi seruiunt, & non sine cã.
Cain ille frater maior, qui occidit minorem fratrẽ, Gene. 4
accepit signum ne occideretur, id est, ut maneat ip
se populus. Apud illos sunt prophetæ & lex, in qua
lege & in q̃bus prophetis Christus prædicatus est. F
Quando agimus cum paganis, & ostendimus hoc
euenire modo in Ecclesia xp̃i, quod ante prædictũ
est de nomine Christi, de capite & corpore xp̃i, ne
putent nos finxisse illas prædictiones ex his reb', q̃
acciderunt, quas existimant nos conscripsisse qua-
si futuræ essent, proferimus codices Iudæorũ. Nem
pe Iudæi inimici nostri sunt, de chartis inimici cõ-
uincitur aduersarius. Omnia ergo dominus distri-
buit, oia pro salute nostra ordinauit. Prædixit ante
nos, impleuit hoc tp̃e nostro. Et quæ nondum im-
pleuit, impleturus est. Itaq̃ tenemus redditorem, ut
credamus debitorẽ: quia & illa, quę nõdum dedit,
dabit, sicut ea, quæ nondum dederat, dedit. Si q̃s pro
bare uult ubi sint scripta, legat Moysen & prophe-
tas. Si aliqs pstrepit inimicus & dicit, uos uobis p̃-
phetias finxistis: proferantur codices Iudæorũ, quia
maior seruiet minori. Ibi legant ista prædicta quæ
modo uidemus impleta, & dicamus omnes, Bene-
dictus dominus deus Israel, A seculo & in secu-
lum, & dicet omnis populus fiat fiat.

G principis authoritate cõprobat, ad eos sic scribentis, Vos aũt genus electum, regale sacerdotiũ, gens sancta, populus acquisitionis, ut uirtutes annũcietis eius, q de tenebris uos uocauit in admirabile lumẽ suũ: Et sicut filij Leui certis tpibus & horis, laudibus diuinis deuotius insistebãt, ita & clerici debent. Nam & clerici a sorte dicti sunt, eo q sint de sorte dñi, ipm ꝓ sorte & hæreditate sua cũ filijs Leui in perpetuũ possessuri, dũmodo hic debito cultu & digna laudatione ei seruierint. Illud pterea cõsyderatione dignum est, nec mysterio caret, q cum tota scriptura diuinitus inspirata, ad dei laudẽ & gloriã ordinata & cõscripta sit, tota ẽt homini ad eius doctrinã & cõsolationẽ tradita: tota denique diuinis laudibus plena, uniuersa a qbus debita dei laudatio sumi põt inducẽs, oẽmq; laudãdi formã atq; rationem exponẽs, sancta tñ Ecclesia quibusdam scripturis specialius atq; frequentius in diuino cultu uti uoluit. Nam sicut ex utriusq; testamenti populis dñs quosdam specialiter elegit, ut superius expositum est, ita & ex utriusq; testamenti scri-
H pturis, quasdam specialiter in cultu suo uoluit frequentari, utpote ex ueteri testamẽto librũ psalmorũ, hac pſertim ratione ut docto Dionysio placet, quia psalmi ꝑ modum laudis cõprehẽdunt quicquid in sacra scriptura cõtinetur. Vnde & hic psalmoꝝ liber registrum est totius sacræ scripturæ, & cõsummatio toti⁹ theologicæ paginæ. Quẽ & sub-
Disti. 38. sequens Diui Augu. nostri prologus innumeris pe-
Que ipsis. nẽ ꝑconijs cõmendat & extollit. Hunc librum sacer canon inter cætera q̃ sacerdotibus ad sciendũ necessaria sunt, discẽdum cõmonet. Cum. n. intelligenter deo psallendum sit, qũo debite deo psallere potest, qui quid psallat ignorat? Iubet nanq; sanctus psalmista noster, ut psallentes deo intelligen-
Psal. 46. ter psallant. Qm̃ rex, inquit, omnis terræ deus, psallite sapienter, hoc est intelligenter, ut alia litera habet. Quia uero hic liber tot & tam profundis mysterijs plenus est, ut à nemine sine reuelatione uel docto interprete possit intelligi. Ea de re magnus ille doctor Augusti. noster, deuotissimus dei cultor, animarumq; salutis zelator ardẽtissimus, illius
I explanationi uigilãti studio insudauit, clausa quęque reserans, abscondita reuelãs, mysteria pãdens, obscura dilucidans, dubia definiens, uitia detestãs uirtutes extollens, supplicia comminans, præmia promittens, pusillanimes confortans, præsumentes deterrens, perseuerantes coronans, ita ut nemo qui diligenter legerit, absq; fructu discedat. Huic igitur operi studium impendant, illud frequenter legant, illius sensum teneant omnes qui in sortẽ dñi, ut illum debita seruitute laudent & glorificent, electi sunt: ne negligentes & ignari illam diuinæ com-
Osee. 4. minationis ultionem experiantur, Quia tu scientiã
Psal. 94. repulisti, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Et istam adhuc terribiliorem, Dixi semper, hi errãt corde: Ipsi uero non cognouerunt uias meas, quibus iuraui in ira mea, si intrabũt in requiem meã. Et ita partem suam habituri sint cum hypocritis. Quin potius intelligentes & tenentes rationẽ qua conditi sint conditorem pro sorte hæreditatis suę possideant, laudent & glorificent in secula seculorum, Amen.

PRAEFATIONIS FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS episcopi, in librum psalmorum Prologus.

OMNIS scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum. Hac ipsa de causa à spiritusancto conscripta est: id est, ut ueluti ex communi quodam sanitatis fonte, omnes nobis ex hac remedia proprijs passionib⁹ assumamus. Sanitas. n. inquit, cõpescit peccata magna. Alia nanq; sunt quæ prophetæ tradunt, alia quę historia: lex quoq; alia, prouerbiorũ etiam alia commonitio: psalmorũ uero liber quæcunq; utilia sunt ex omnibus continet. Futura prędicit, ueterum gesta commemorat, legem uiuentibus tribuit, gerendorum statuit modum Et ut breuiter dicam, cõis quidam bonæ doctrinæ thesaurus est, apte singulis necessaria subministrãs. Veteribus nanq; animarum uulneribus nouit mederi, sed & recentib⁹ uelocissimum solet adhibere remedium, atq; in actis perseuerantiam scit salutis adhibere, sed & uniuersis pariter passionibus subuenire, quæ dominationibus uarijs humanas animas angunt. Et hoc fit modulatione quadam & delectabili canore, humanum animum ad pudicitiã prouocante. Qm̃quidẽ spiritussanctus uidens obluctantem ac resistẽtem ad uirtutis uiam humani generis animũ, & ad delectationes uitæ huius magis inclinari, q̃ ad uirtutis rectum iter erigi, delectabilibus modulis cantilenæ uim suæ doctrinæ permiscuit: ut dum suauitate carminis mulcet auditus, diuini sermonis pariter utilitas inseratur, scd' ut sapientes medicos, qui si qñ usus poposcerit, austeriora medicamẽta ęgris offerunt mortalibus: ne æger utilitatem præ austeritate refugiat, ora ac summitates poculi, quo remedium porrigunt, melle circunlinunt. Propterea ergo Psalmorum nobis per modulos aptata sunt carmina, ut uel ętate pueri, uel qui adolescentes sunt moribus, quasi cantilena quadã psallẽtes, delectari uideantur. Reuera. n. animas illuminant ac mentem. Plurimi. n. ex his qui in Ecclesiam commeant, neq; apostolica præcepta facile possunt, neq; ꝓphetica uel liquido discere, uel cũ didicerint retinere: psalmoꝝ uero responsa, & intra domos interdũ ẽt in populo publice canunt. Et sicubi quis quamuis fero ac rabidissimo furore raptet, si forte fuerit psalmi, ut ita dixerim, carminibus incantatus, cõtinuo omnis rabies ferocitatis eius abscedit. Psalmus trãquillitas aĩarum est, signifer pacis, perturbationes uel fluctus cogitationũ cohibens, iracundiã reprimens, luxum repellens, sobrietatẽ suggerens, amicitiam congregans, adducens in concordiã discrepãtes, reconcilians inimicos. Quis. n. ultra inimicum dicat eũ, cum quo unã ad deũ psalmi emiserit uocem? Ex quo intelligitur, quia qđ omnium bonoꝝ maximum est, charitatẽ psalmus instaurat, coniunctionem quandam per consonantiã uocis efficiẽs, & diuersum populũ unius chori per concordiã cõsona modulatione consocians. Psalmus dæmones fugat, angelos ad adiutorium inuitat. Scutum. n. in nocturnis terroribus, diurnorumq; requies est laborum, tutela pueris, iuuenibus ornamentũ, sola-

men seni-

A men ſenibus,mulieribus aptiſsimus decor. Deſer-
tas habitare facit urbes,ſobrietatem docet:Incipiē-
tibus primum efficitur elementum,proficientibus
incrementū,perfectis ſtabile firmamentum,totius
Eccleſiæ uox una Pſalmus ſolēnitates decorat,pſal
mus triſtitiam q̄ propter deum eſt,mollit, Pſalmus
etiam ex corde lapideo lacrymas mouet. Pſalmus
angelorum opus eſt,exercituū cœleſtium, ſpiritale
thymiama. O uerè admirandi magiſtri ſapiens in-
ſtitutū,ut ſimul & cantare uideamur, & qđ ad uti
litatem animæ pertinet doceamur. Per quod ma-
gis neceſſaria doctrina noſtris mentibus informa-
tur.Pro eo quod ſi qua per uim & difficultatē ali-
quam animis noſtris fuerint inſerta,continuo dila
buntur.Ea uero quę cum gratia & dilectione ſuſce
pimus, neſcio quo pacto magis reſidere in menti-
bus,ac memoriæ uidentur inhærere. Quid autem
eſt qđ non diſcatur in pſalmis? Non oīs magnitu-
do uirtutis,nō norma iuſtitiæ, non pudicitiæ de-
cor,nō prudentiæ conſummatio, non patiētię rēa,
non omne quicquid poteſt dici bonū procedit ex
B ipſis?Dei ſcientia perfecta,prænunciatio xp̄i in car
ne uenturi, & cōis reſurrectionis ſpes, ſuppliciorū
metus,gloriæ pollicitatio,myſteriorum reuelatio.
Omnia prorſus in his uelut magno quodā & com-
muni theſauro,recondita atq; conferta ſunt bona.
Quem librum ꝓpheta cùm multa ſint organa mu-
ſicorum,huic tñ organo quod pſalterium appella-
tur,aptauit,de ſuperioribus,ut mihi uidetur,inſpi-
ratam dei gratiam per ſpiritumſanctū docens. Qm̄
quidem hoc ſolum organū muſicoꝝ, ſonos de ſu-
perioribus habere fertur. Cithara nanq; uel lyra ex
inferiori parte æs uel tympanū habens, reſultat ac
reſonat plectrum. Pſalterium uero harmonias de
ſuperioribus habere refertur aptatas, & ſonoꝝ cau
ſas deſuper dare Quo ſcilicet et per hoc nos docea
mur,quæ ſurſum ſunt & quæ ſuperiora attendere,
& q̄ infima,id eſt, uitia carnalia declinare. Sed il-
lud arbitror profundius nobis ꝓphetica hac indi-
cari ratione,ac per formam nos organi iſtius edo-
ceri,q̄ hi qui diligentes & apti,moderatiq; ſunt mo
ribus,facile peruium ad ſuperiora iter habeāt. Sed
uideamus tandē,qđ et ipſa pſalmoꝝ indicēt initia.

De titulo primi pſalmi.

DIVERSA ſunt genera porphetiæ, & pro-
inde cuius hæc uox, uel in qua pſona pro-
prie dictum ſit,aut cur titulū non habeat
requiramus. Centū itaq; & quinquaginta pſalmos
eſſe nulla dubitatio eſt. Et qui pſalmus quotus ſit,
uel a quo recitatus ſit,titulorum inſcriptione oſtē-
1. Par. 15. ditur Non.n.omnes pſalmi à Dauid æditi ſunt. Ip-
& 16. ſe.n.Dauid ex omni populo quatuor principes ſpi
rituſancto mundatos elegit, quorum nomina ſunt
Aſaph,Eman,Ethan & Idithun, ut in quēcunq; di-
uinus ſpiritus intraſſet,hymnum deo caneret. Da-
uid ergo ſolus nonē pſalmos ore proprio cecinit.
Reliqui autem ab illis quatuor principibus iuxta
titulorum inſcriptionem ſunt dicti. Hic autē quia
titulum,ſicut iam dixi,non habet,requirendū no-
bis eſt,qua ratione inter cæteros ſolus non habeat
tituli inſcriptionem,uel à quo fuerit recitatus. Nā
ſi pſalmographus ſecūdū & tertium & quartum &
oēs uel in numero redigere,uel cauſas ſingulorum
oſtendere potuit, cur non & huic titulū impoſuit,
& utrū primus eſſet,oſtendit? Sed qa hic pſalmus

propriam uocē dei loquētis inducit, ideo titulum D
nō habet,ne qđ diuino eloquio præponeretur,aut
primus diceretur,q non primus ſed unus eſt appel
latus:& ideo ꝑtitulatione habere nō potuit nec de
buit,ne ſi habuiſſet, ut primus eſſet, melior tm̄ in
ordine numeri nō authoritate iudicaretur. Aut ne,
ut iā relatum eſt,aliqđ præponeret diuino eloquio
pſalmographus ꝑtitulatione ꝓpoſita. Nā & prę cęte
ris potuiſſet intelligi,ſi primus dictus fuiſſet. Et iō
ſolus titulū nō hēt,ut perſpicuū eſſet,quantū inter
cęteros emineret. Vnde iā aiaduertere debet prudē
tia ueſtra,quāta uis,quāta authoritas, quāta ratio
in hoc pſalmo uerſet,cui nec titulū auſus eſt ſcriba
ꝓponere,nec numerū indicare,ut ſolū eū,& unum,
potius q̄ primum oſtenderet. Igitur qa fauēte deo,
& uocis authoritas iam oſtēſa eſt,& tituli ratio de-
monſtrata,ſupereſt,ut de ipſo pſalmo tractemus.

Pſalmi enarratio.

BEATVS uir qui non abijt in
cōſilio impiorum.)De dn̄o no-
ſtro Ieſu xpo,hoc eſt, hoie dn̄i-
co accipiendum eſt. Beatus uir E
qui non abijt in conſilio impio
rū,ſicut homo terrenus,q uxo-
ri conſenſit deceptæ à ſerpente, Gene. 3
ut dei præcepta præteriret. Et in uia peccatorum
nō ſtetit.)Quia uenit quidē in uia peccatorum,na
ſcendo ſicut peccatores,ſed nō ſtetit,qa eū non te-
nuit illecebra ſecularis. Et in cathedra peſtilētiæ
nō ſedit.)Noluit regnū terrenū cū ſuperbia. Quæ
ideo cathedra peſtilētiæ recte intelligiſ, qa nō ferè
quiſquā eſt,q caueat amore dominādi, & humanā
nō appetat gloriā. Peſtilētia eſt.n.morbus late p-
uagatus,& oēs aut penè oēs inuoluēs:quanquā ac
cōmodatius accipiaſ cathedra peſtilentię pnicioſa 2.Tim.2.
doctrina,cuius ſermo ut cancer ſerpit. Deinde cōſy
derādus ē ordo uerborū,abiit,ſtetit, ſedit. Abijt.n.
ille,cū receſsit à deo. Stetit,cū delectatus eſt pecca-
to. Sedit,cū in ſua ſuperbia cōfirmatus, redire non
potuit,niſi per eū liberatus,q neq; abiit in conſilio
impioꝝ,nec in uia peccatoꝝ ſtetit, nec in cathedra
peſtilētiæ ſedit. Sed in lege dn̄i fuit uoluntas eius,
& in lege eius meditabitur die ac nocte.)Iuſto nō F
eſt lex poſita,ut dicit Apoſtolus: Sed aliud eſt eſſe 1.Tim.1.
in lege,aliud ſub lege. Qui eſt in lege, ſcđm legem
agit:q eſt ſub lege,ſcđm legem agiſ. Ille ergo liber
eſt,iſte ſeruus. Deinde aliud eſt lex q̄ ſcribitur,& im
ponitur ſeruienti,aliud lex q̄ mente conſpicitur ab
eo,q nō indiget literis. Meditabiſ die ac nocte: Aut
ſine intermiſsione intelligendū eſt,aut die in lætı-
tia,nocte in tribulationib⁹. Dicitur n Abrahā diē
meū uidit,& gauiſus eſt. Et de tribulatione diciſ, Ioan. 8.
Inſuper & uſq; ad noctē emēdauerūt me renes mei. Pſal. 15
Et erit tanquā lignum qđ plantatū eſt ſcđm decur
ſus aquarū)Id eſt,aut ſcđm ipſam ſapientiam,quę
dignata eſt hominem ſuſcipere ad ſalutem noſtrā,
ut ipſe homo ſit lignū plantatum ſcđm decurſus
aquarum. Poteſt.n.& hoc intellectu accipi, quod
in alio pſalmo diciſ,Fluuius dei repletus eſt aqua: Pſal. 64.
aut ſcđm ſpm̄ſanctum,ſecūdū quem diciſ,Ipſe uos Math. 3.
baptizabit in ſpirituſancto. Et illud, Qui ſitit, ue- Ioan. 7.
niat & bibat Et illud,Si ſcires donū dei, & qs eſt q Ioan. 4.
à te aquā petit:petiſſes ab eo,& daret tibi aquā ui-
uā:unde q biberit,nō ſitiet in ęternū,ſed efficietur
in eo fons aq̄ ſalientis in uitā æternā. Aut ſecūdum

G decursus aquarum, scd'm populos peccata, quia & aquæ populi interpretant in Apocalypsi. Et decursus nõ absurde intelligit lapsus, qd pertinet ad delictum. Lignũ ergo illud, id est, dñs noster, de aquis decurrentibus, id est, populis peccatoribus, trahẽs eos in radice disciplinæ suæ, Fructum dabit.)Hoc est, constituet Ecclesias, In tẽpore suo.)Id est, post quã clarificatus est resurrectione & ascensione in cœlũ. Tunc.n. spiritusancto misso Apostolis, & eis in fiducia sui cõfirmatis & directis in populos, fructificauit Ecclesias. Et foliũ eius non decidet.)Id est, uerbũ eius non erit irritũ, qa omnis caro fœnũ, & claritas hominis ut flos fœni: fœnũ aruit, & flos decidit, uerbũ autẽ dñi manet in æternũ. Et oĩa quæcunq; fecerit ꝓsperabuntur.)Id est, quæcunq; illud lignũ attulerit, q̃ omnia uidelicet accipienda sunt fructus & folia, id est, facta & dicta. Nõ sic impij non sic, sed tanquã puluis quẽ proijcit uentus à facie terræ.)Terra hic accipiẽda est ipsa stabilitas in deo, scd'm quam dicitur, Dñs pars hæreditatis meæ, etenim hæreditas mea ꝓclara est mihi. Scdm

H hanc dicitur, Sustine dñm & obserua uias eius, & exaltabit te ut possideas terram. Scdm hanc dicit, Beati mites, quia ipsi hæreditate possidebunt terram. Similitudo autem hinc ducta est, quia ut hæc terra uisibilis exteriorẽ hominem nutrit & continet, ita illa terra inuisibilis interiorẽ hominẽ. A cuius terræ facie proiicit uẽtus impiũ, id est, superbia, qa inflat. Quã cauens ille q inebriabatur ab ubertate domus dei, & torrente uoluptatis eius potabat, dicit: Non ueniat mihi pes superbiæ. Ab hac terra ꝓiecit superbia eũ qui dixit, Ponã sedem meã ad Aquilonẽ, & ero similis altissimo. Ab huius terræ facie proiecit ẽt eum, qui cum consensisset & gustasset de ligno prohibito, ut esset sicut deus abscondit se à facie dei. Hanc terrã ad interiorem hoiem pertinere, & inde superbia hominẽ proiici, maxime intelligi potest in eo qđ scriptũ est, Quid superbit terra & cinis, qm in uita sua proiecit intima sua? Vnde.n. proiectus est, non absurde se dicit proiecisse. Ideo non resurgunt impij in iudicio.)Ideo.s. quia tanquam puluis proiiciũtur à facie terræ. Et bene hoc

I eis dixit auferri quod superbi ambiunt, id est, ut iudicent, ut hoc ipsum planius dictum intelligat sequenti sententia: Neq; peccatores in cõsilio iustorum.)Solet.n. hoc modo repeti planius quod superius dicitur, ut peccatores intelligãtur impij: & qđ supra dictum est in iudicio, hic dictum sit in consilio iustorum. Aut certe si aliud sunt impij, aliud peccatores, ut quanquam omnis impius peccator sit, nõ tñ omnis peccator sit impius, Impij non resurgunt in iudicio: id est, resurgent quidẽ, sed non ut iudicentur: qa iam pœnis certissimis destinati sunt. Peccatores aũt non resurgent in consilio iustorũ: id est, ut iudicẽt, sed forte ut iudicẽtur: ut de his dictum sit, Vniuscuiusq; opus q̃le sit ignis ꝓbabit. Si cuius opus manserit, mercedẽ accipiet. Si cuius aũt opus exustũ fuerit, detrimentũ patietur: ipse autẽ saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Qm̃ nouit dñs uiã iustorum.)Quemadmodum dicitur, nouit salutem medicina, morbos aũt non nouit, & tñ etiam morbi arte medicinæ agnoscuntur: sic dici potest nosse dñm uiam iustorum, uiam uero impiorum non nosse, non quia aliquid dñs nescit, & tñ dicit peccatoribus, Non noui uos: Iter autem impiorum peribit.)Pro eo positum est, ac si diceretur, iter autem impiorũ non nouit dñs. Sed planius dictum est, ut hoc sit nesciri à dño, quod est perire: & hoc sit sciri à dño quod est manere. Vt ad scientiam dei esse ꝑtineat, ad ignorantiam uero non esse, quia dñs dicit, Ego sum qui sum. Et qui est, misit me.

Apoca. 17 — Esai. 40. — Psal. 15 — Psal. 36 — Matth. 5. — 1. Cor. 8 — Psal. 35. — Esai. 14 — Gene. 3. — Eccle. 10. — 1. Cor. 3 — Matt. 7 — Exod. 3 — Acto. 4

Psalmi secundi enarratio.

V T qui fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterũt reges terræ, & principes conuenerunt in unũ, aduersus dñm, & aduersus Christum eius.)Pro eo dictum est, ut quid, ac si diceretur, frustra Non.n. impleuerũt qđ uoluerunt, ut xp̃s extingueretur. Dicitur hoc ergo de persecutoribus dñi, qui & in Actibus apostolorum commemorantur. Dirumpamus uincula eorum, & abiiciamus à nobis iugũ ipsos.)Quanquã & possit aliter intelligi, tñ aptius ex eorum persona accipitur, quos dixit inania meditatos: ut hoc sit, Dirupamus uincula eos, & abiiciamus a nobis iugum ipsos: demus operam ut non nos alliget neq; imponatur nobis Christiana religio. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dñs subsannabit eos.)Re-

L petita sẽtentia est. Nam pro eo quod est, hab tat in cœlis, subsequenter positũ est, dñs: & pro eo quod est irridebit, subsequenter positũ est, subsannabit: nihil horum tñ sapere oportet carnaliter, quasi aut buccis deus irrideat, aut naso subsannet, sed ea uis accipienda est, quam dat sanctis suis, ut futura cernentes, id est, nomen xp̃i & damnationem † peruagaturam in posteros, & uniuersas gentes obtenturam, illos inania meditatos esse intelligant. Hæc.n. uis quã ista pŝcita sunt, irrisio dei est & subsannatio. Qui habitat in cœlis irridebit eos. Cœlos, si animas sanctas accipiamus, p has eos utiq; pŝciens qd futurũ sit, deridebit deus & subsannabit. Tũc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo cõturbabit eos.)Planius.n. ostendens quõ ad eos loquet, dixit, conturbabit eos, ut in ira sua hoc sit, in furore suo. Iram aũt & furorem dñi dei non perturbationem mentis oportet intelligi, sed uim qua iustissime uindicat subiectam sibi ad ministerium uniuersam creaturam. Præcipuæ nanq; præuidendum est, & tenendũ illud quod scriptũ est in Salomone, Tu autem dñe uirtutum cũ tranquillitate iudicas, & cũ magna reuerẽtia disponis nos. Ira ergo dei est

M motus q̃ fit in aĩa q̃ legem dei nouit, cum eandem legem uidit à peccatore præteriri. Per hunc.n. motum iustarum animarũ multa uindicantur. Quanquã possit dei rectẽ intelligi ẽt ipsa mentis obscuratio, q̃ consequitur eos qui legem dei transgrediũtur. Ego autẽ cõstitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctũ eius, prædicans ꝓceptũ ipsius.)Ex ꝑsona ipsius dñi nostri Iesu xp̃i ista manifesta sunt. Sion autem si speculationem, ut quidã interpretantur, significat, nihil magis q̃ Ecclesiam debemus accipere, ubi quotidie intentio erigitur speculandæ claritatis dei, sicut Apl's dicit, Nos autẽ reuelata facie gloriam dñi speculãtes. Ergo iste sensus est, Ego aũt constitutus sum rex ab eo super Ecclesiam sanctam eius, quã montem appellat pp eminẽtiam & firmitatem. Ego autem constitutus sum rex ab eo. Ego.s. cuius uincula illi dirumpere, & iugũ meditabantur abiicere. Prædicans præceptũ ipsius. Quis hoc nõ sentiat, cũ quotidie factitetur? Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te.)

† al. dominationem.
4. sen. di. 46. cap. Sed quæritur. In medio.
Sapie. 12.
2. Cor. 3.

A Quāquam etiam posſit ille dies in prophetia uide-
Heb. 1. ri, quo Iesus xp̄s ſecundum hominem natus eſt: tn̄
Act. 13. hodie qa præſentiā ſignificat, atq; in æternitate nec
1. ſen diſ. præteritum quicquā eſt, quaſi eſſe deſierit, nec fu-
9. ca Hic turum quaſi nondū ſit, ſed p̄ſens tm̄: quia quicqd
quæri po æternū eſt, ſemper eſt: diuinius accipitur ſcd'm id
teſt. dictum, hodie genui te, quo ſempiternā generatio-
nem uirtutis & ſapiētiæ dei, q eſt unigenitus filius,
fides ſynceriſsima & catholica prædicat. Poſtula
à me & dabo tibi gentes hæreditatē tuam.)Hoc iā
temporaliter ſcdm ſuſceptū hominē [intelligendū
eſt,] qa ſacrificium ſeſe obtulit pro omnibus ſacri
ficijs, qui ēt interpellat pro nobis, ut ad totā ipſam
Rom 8. diſpenſationē temporalē, q̄ pro genere humano fa
cta eſt, referaſ, qd' dictū eſt, Poſtula à me, ut. ſ. gen-
tes nomini xp̄iano copulenſ, atq; ita à morte redi-
mantur & poſsideantur à deo. Dabo tibi gētes hæ
reditatē tuā, quas poſsideas ad earū ſalutē, & q̄ ti-
Apoca. 2. bi fructificēt ſpiritalia. Et poſſeſsionē tuam termi
& 19. nos terræ.)Idem repetitū eſt. Terminos terræ, pro
eo poſitū qd dictū eſt, dabo tibi gētes: ſed hoc pla
B nius dictū ſit, ut oēs gentes intelligamus. Poſſeſsio
nem aūt tuā, pro eo dictū eſt, hæreditatē tuā. Re-
ges eos in uirga ferrea.)In inflexibili iuſtitia. Et
tanquā uas figuli conteres eos.)Id eſt, conteres in
eis terrenas cupiditates, & ueteris hominis lutulen
ta negocia, & quicqd de peccatore limo contractū
atq; inolitū eſt. Et nūc reges intelligite.)Et nunc,
id eſt, iā innouati, iā contritis luteis tegumentis, id
eſt, carnalibus uaſis erroris, q̄ ad præteritā uitā per
tinent. Nūc intelligite iam reges, id eſt, iā ualētes re
gere quicqd in uobis ſeruile atq; beſtiale eſt, & iā
1. Cor. 9 ualentes pugnare, non quaſi aerē cedentes, ſed ca-
ſtigantes ueſtra corpora, & ſeruituti ſubijcientes.
Et erudimini q iudicatis terrā.)Hoc idē repetitum
eſt, Erudimini, pro eo qd dictū eſt, intelligite. Qui
iudicatis aūt terrā, pro eo qd dictū eſt reges. Spiri-
tales n. ſignificat qui iudicant terrā Inferius. n. no-
bis eſt, quicquid iudicamus: quicquid aūt infra ſpiri
talem hominē eſt, merito terra nominaſ, qa terre-
na labe ſauciatū eſt Seruite dño in timore.)Ne in
ſuperbiam uertant, qd dictum eſt, reges q iudicatis
C terram. Et exultate ei cū tremore.)Optime ſubie
ctum eſt exultate, ne ad miſeriam ualere uideretur,
quod dictum eſt, ſeruite dño in timore. Sed rurſus
ne idipſum pergeret in effuſionē temeritatis, addi-
tum eſt, cum tremore, ut ad cautionem ualeret cir
cunſpectamq; ſanctificationis cuſtodiā. Etiam ſic
poteſt accipi, Et nunc reges intelligite: id eſt, & iam
nunc me rege cōſtituto, nolite triſtes eſſe reges ter-
ræ, quaſi bonū ueſtrū ablatum ſit uobis, ſed intel-
ligite potius & erudimini. Id. n. uobis expedit ut
ſub illo ſitis, a quo intellectus & eruditio uobis da
tur Et hoc uobis expedit, ut nō temere dominemi
ni, ſed dño omnium cum timore ſeruiatis, & exul-
tetis in beatitudine certiſsima & ſynceriſsima, cau-
ti & circūſpicientes, ne ab ea per ſuperbiam decida
tis. Apprehēdite diſciplinam neqn̄ iraſcatur dn̄s,
& pereatis de uia iuſta.)Hoc eſt qd' ait, intelligite
& erudimini. Nam intelligere & erudiri, hoc eſt ap-
prehendere diſciplinā. Veruntn̄ in eo quod dicitur
apprehendite, ſatis ſignificaſ p̄ſidium quoddā atq;
munimentū eſſe aduerſus omnia q̄ obeſſe poſſent,
niſi tanta cura apprehenderetur. Neqn̄ autem ira-
ſcatur dn̄s cum dubitatione poſitum eſt, non ſecū

dum uiſionem Prophetæ, cui certum eſt, ſed ſcd'm D
eoſipſos qui monentur, quia cū dubitatione ſolēt
cogitare iram dei, quibus non aperte reuelaſ. Hoc
ergo ſibiipſi debent dicere, Apprehendamus diſci-
plinam nequādo iraſcatur dn̄s, & pereamus de uia
iuſta. Iam uero iraſcatur dn̄s, q̄uo accipiendum ſit,
ſupra dictum eſt. Et pereatis de uia iuſta. Hæc ma-
gna pœna eſt, quæ ab iis formidatur, qui aliquid
dulcedinis iuſtitię perceperunt. Qui. n. perit de uia
iuſtitiæ, cum magna miſeria per uias iniquitatis er
rabit. Cum exarſerit in breui ira eius, beati oēs q
confidunt in eo.)Id eſt, cum uindicta uenerit, quę
impijs & peccatoribus præparatur, non ſolum eos
non attinget qui confidunt in dño, ſed etiam ad re
gnum illis inſtruendum & ſublimādum proficiet.
Non. n. dixit, cum exarſerit in breui ira eius, ſecuri
oēs qui confidunt in eo: tanquam hoc ſolum inde
habeant, quod non puniuntur, ſed beati dixit, ubi
eſt bonorum oīum ſumma & cumulus. Quod aūt
poſitum eſt, in breui, hoc maxime ſignificare arbi-
tror, quia repentinum aliquid erit, dum hoc remo-
tum & longe futurum peccatores exiſtimabunt. E

Pſalmi tertij enarratio.

Pſalmus Dauid cum fugeret à facie
Abſalon filij ſui.

HVNC Pſalmum ex perſona xp̄i accipien-
dum perſuadet, qd' dictum eſt, Ego dormi
ui & ſomnū cepi, & exurrexi, qm̄ dn̄s ſuſce-
pit me Magis. n. hoc ad paſsionem & reſurrectionē
dn̄i congruenter ſonat, quā ad illam hiſtoriam, in
qua Dauid ſcribitur fugiſſe à facie bellantis aduer- 2. Re. 15.
ſum ſe filij ſui. Et qm̄ ſcriptum eſt de diſcipulis xp̄i,
Quandiu cum eis eſt ſponſus non ieiunabunt filij Matt. 9.
ſponſi: non mirum ſi filius eius impius ſignaſ di-
ſcipulus impius, qui eum tradidit: à cuius facie fu-
giſſe quanquā hiſtorice poſsit accipi, qn̄ illo diſce-
dente, ſeceſsit cum cæteris in montem: tn̄ ſpiritali-
ter, qn̄ mentem Iudæ filius dei, id eſt, uirtus & ſapiē
tia dei deſeruit, cum eum diabolus penitus inuaſit,
in eo quod ſcriptū eſt, Et intrauit diabolus in cor Ioan. 13.
eius: bene accipitur à facie eius xp̄m fugiſſe, non qa
Christus diabolo ceſsit, ſed Christo diſcedēte, dia
bolus poſſedit. Quē diſceſſum, fugā eſſe in hoc Pſal F
mo appellatū celeritatis cauſa arbitror, quod uer-
bo etiam dn̄i ſignificatur dicentis, Quod facis, cito
fac. Loquimur etiā ſic in cōſuetudine, ut dicamus,
Fugit me, quod in mentē non uenit. Et de homine
doctiſsimo dicimus, Nihil eū fugit Propterea ueri-
tas fugit mentē Iudæ, cū eum illuſtrare deſtitit. Ab
ſalon aūt ſicut quidā interpretantur, in latina lin-
gua diciſ patris pax. Quod mirū uideri poteſt, ſiue
in hiſtoria regnorū, cum bellū aduerſus patrē Ab-
ſalon geſſerit, ſiue in hiſtoria noui teſtimanti, cum
traditor dn̄i Iudas fuerit, quemadmodū patris pax
poſsit intelligi. Sed & ibi q diligenter legunt, uidēt
in illo bello Dauid pacatū fuiſſe filio, qui etiā ma-
gno cū dolore plāxit extinctū, dicēs, Abſalō filius 2. Reg. 18.
meus, qs dabit mihi mori pro te: Et in hiſtoria no-
ui teſtamenti ipſa dn̄i noſtri tanta & tam miranda
patientia, q eū tamdiu pertulit tanquā bonum cū
eius cogitationes nō ignoraret, cū adhibuit ad cō- Ioan. 13.
uiuiū, in quo corporis & ſanguinis ſui figurā diſci-
pulis cōmendauit & tradidit. Quód deniq; in ipſa
traditione eius oſculū accepit, bene intelligiſ pacē
Chriſtū exhibuiſſe traditori ſuo, quāuis ille tā ſce- Matt. 25.

G leratæ cogitationis interno bello uastaret. Et ideo
Absalon patris pax dicitur, qa pater habuit pacem
quā ille non habuit. Dñe quid multiplicati sunt
q tribulant me.) Tam. s. multiplicati sunt, ut etiā de
numero discipulorum nō defuerit, q numero accesse-
rit persequentium. Multi insurgunt super me. Mul
ti dicunt animæ meæ, nō est salus illi in deo eius.)
Manifestū est q̄ nisi desperarent resurrecturū, non
Matt. 27. utiq; occiderent. Ad hoc ualēt illæ uoces, Descēdat
de cruce si filius dei est. Et, Alios saluauit, seipsum
non pōt. Ergo nec Iudas eū tradidisset, nisi ex eorū
esset numero, qui xp̄m contēnerent dicētes: Nō est
salus illi in deo eius. Tu autē dñe susceptor meus
Ioan 1. es.) Scd̄m hominem dicitur deo, quia hominis su-
sceptio est uerbū caro factū est. Gloria mea & ex-
altans caput meū.) Gloriā suam deum dicit ēt ille,
quē sic suscepit dei uerbū, ut simul cum eo deus fie
ret. Discant superbi, q non libenter audiunt cū eis
1. Cor. 4. dicitur, Quid aūt habes quod nō accepisti? Si autē
accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis? Et exal
tans caput meū. Mentē ipsam humanā sic accipien
H dā puto, q̄ caput animæ non absurde appellatur, q̄
ita inhæsit & quodammodo coaluit excellenti su-
pereminentiæ uerbi hominē suscipientis, ut tanta
Psal. 97 passionis humilitate non deponeretur. Voce mea
& 141. ad dñm clamaui.) Id est, nō corporis uoce q̄ cū stre
pitu uerberati aeris ꝓmitur, sed uoce cordis, q̄ ho-
minibus silet, deo aūt sicut clamor sonat. Qua uo-
Dani. 13. ce Susanna exaudita est. Et de qua ipse dñs præce-
Matth. 6 pit, ut in cubiculis clausis, id est, ut in secretis cor-
dis sine strepitu oret. Nec facile quisquam dixerit
hac uoce minus orari, si nullus uerborum sonus red-
datur ex corpore, qm̄ & silentes cū in cordibus ora
mus, si alienæ ab affectu orātis cogitationes inter-
currant, nondū dici potest, Voce mea ad dñm cla-
maui. Neq; hoc recte dicitur, nisi cū sola anima ni-
hil carnis, nihilq; carnaliū intentionū in orōne at-
trahens, loquitur dño ubi solus audit. Clamor aūt
etiā iste dicitur, pp̄ uim ipsius intentionis. Et ex-
audiuit me de monte sancto suo.) Montem quidē
ipsum dñm per Prophetā dictum habemus, ut scri
Danie. 2. ptum est, Lapidem præcisum sine manibus creuisse
I in magnitudinē montis. Sed hoc ab ipsius persona
non potest accipi, nisi forte ita dicere uoluit, de me
metipso tanquā de mōte sancto suo, me exaudiuit,
cū habitaret in me, id est, in ipso mōte. Planius aūt
est & expeditius, si accipiamus exaudisse deum de
iustitia sua. Iustum. n. erat, ut innocentē occisum &
cui retributa sunt mala ꝓ bonis, resuscitaret à mor
tuis, & digna persequentibus retribueret. Legimus
Psal 35. enim, Iustitia tua sicut montes dei. Ego dormiui
& somnū cepi.) Nō incōuenienter animaduerti po
test, quod positū est, Ego, ad significandum q̄ sua
Ioan. 10. uolūtate mortem sustinuit, scd̄m illud, Propterea
me pr̄ diligit, qm̄ ego pono animam meā & iterum
sumo eā. Nemo eam tollit à meipso, Potestatem ha
beo ponendi eā, & potestatē habeo iterum sumen
di eā. Non ergo, inqt, uos me tanquā inuitū cepistis
& occidistis, sed ego dormiui & somnum cepi: Et
exurrexi qm̄ dñs suscipiet me.) Somnum autē pro
morte positū innumerabiliter scripturæ cōtinent,
1. Thes. 4 sicut Apostolus dicit, Nolo uos ignorare frēs, de iis
qui dormitionē acceperunt. Nec q̄rendum est cur
additū sit, Et somnū cepi: cū iam dictum esset, dor
miui: Vsitatas. n. hn̄t scripturæ huiuscemodi repe-

titiones, sicut in secūdo Psalmo multas ondimus. K
Nonnulli aūt codices habent dormiui, & sopora-
tus sum, Et alij aliter, quō interpretati potuerunt,
quod Grece positum est ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα.
Nisi forte dormitio morientis, somnus aūt mortui
accipi potest: Vt dormitio sit qua trāsit ad somnū,
ueluti est expergefactio qua transitur ad uigilatio-
nem, Ne pro inanibus sermonis ornamētis, repetio
nes istas in diuinis libris esse arbitremur. Bene er-
go accipit, Ego dormiui & somnū cepi, ego me pas
sioni permisi, & mors cōsecuta est. Et exurrexi qm̄
dñs suscepit me. Hoc magis animaduertendū est,
quemadmodū in una snia & præteriti tēporis uer-
bum posuit, & futuri. Et exurrexi n. dixit, qd̄ est de
præterito, & suscipiet, qd̄ est de futuro, cū resurge-
re utiq; nisi illa susceptione nō posset. Sed in ꝓphe
tia bene miscent futura p̄teritis, quo utrunq; signi-
ficetur: Quia ea q̄ uentura prophetant, secundum
tp̄s futura sunt: scd̄m scientiā uero prophetantiū,
iam pro factis habenda. Miscentur quoq; pn̄tis tē-
poris uerba, quæ suo loco cum occurrerint tracta-
buntur. Non timebo milia populi circundantis L
me.) Scriptū est in euangelio, Quanta eū multitu- Matt. 27
do patientē & crucifixū circūsteterit. Exurge dñe
saluum me fac deus meus.) Non dormienti aut ia-
centi dicit deo, exurge: Sed moris est diuinarū scri
pturarum personæ dei tribuere, qd̄ in nobis facit:
Non quidem ubiq;, sed ubi congruēter dici potest.
Veluti cū ipse loqui dicitur, qn̄ eius dono loquun-
tur prophetæ, uel Apl̄i, uel quiq; nuncij ueritatis. Vn
de illud est, An uultis experimentū accipere eius q 2. Cor. 13
in me loquitur xp̄s: Non. n. ait, eius quo illuminan
te aut iubēte loquor, sed prorsus ipsam locutionē
illi tribuit, cuius munere loquebatur. Qm̄ tu per-
cussisti oēs aduersantes mihi sine causa.) Nō ita di
stinguendū est, quasi una sententia sit: Exurge dñe
saluum me fac deus meus, qm̄ tu percussisti omnes
aduersantes mihi sine causa: Nō. n propterea saluū
facit, quia percussit inimicos eius, sed potius ipso
saluo facto, illos percussit. Ergo ad id qd̄ sequitur
pertinet. Vt iste sit sensus, Qm̄ tu percussisti omnes
aduersantes mihi sine causa. Dentes peccatorum
contriuisti.) Id est, inde cōtriuisti dētes peccatorum, M
qm̄ percussisti oēs aduersantes mihi Pœna quippe
aduersantiū, quia dentes eorum contriti sunt: id est, in
irritū quasi in puluerem perducta uerba peccato-
rum dilacerantiū maledictis filiū dei: ut sic accipia
mus dentes, uerba maledica. Quibus dētibus dicit Galat. 5.
Apl̄s, Si aūt mordetis inuicem, uidete ne consuma-
mini abinuicē. Possunt & dentes peccatorū, accipi
principes peccatorum, quorum authoritate quisq; de
societate recte uiuentium p̄ciditur, & quasi incor-
poratur male uiuentib⁹. His dētibus contrarij sunt
dentes Ecclesiæ, quorum authoritate ab errore genti
lium uariorumq; dogmatū p̄ciduntur credētes, &
in eam q̄ xp̄i corpus est transferuntur. His dentib⁹
dictū est Petro ut manducaret mactata animalia: Acto. 10.
id est, occidēdo in gentibus qd̄ erant, & transmu-
tando in id qd̄ ipse esset. Et de his dentib⁹ Ecclesiæ
dicit, Dentes tui sicut grex detonsarū ascēdens de Canti. 4.
lauacro, q̄ oēs geminos pariunt, & sterilis non est & 6.
in illis. Hi sunt q recte præcipiunt, & quemadmodū
præcipiunt ita uiuunt: Qui faciūt qd̄ dictū est, Lu- Matth. 5.
ceāt opera uestra corā hominib⁹, ut bn̄dicāt patrē
uestrū qui in cœlis est. Horum. n. authoritate com-

A moti, deo per illos loquenti & operanti, homines
credunt, & separati à seculo cui cōformati erant, in
Ecclīæ mēbra transeunt. Et iō recte isti p quos hęc
fiunt, dentes dicūtur detonsis ouibus similes, q iā
terrenarū curarū onera deposuerunt, & ascendētes
de lauacro, de sordiū seculi ablutione, per sacrum
baptismatis oēs geminos pariūt: Opantur.n duo
præcepta de quibus dictum est, In his duobus prę
Matt. 22. ceptis tota lex pendet & prophetæ: Diligentes deū
ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, &
proximum tanquam seipsos, In quibus sterilis nō
est, qm̄ tales fructus reddūt deo. Secundū ergo istū
intellectū sic accipiendum est, Dentes peccator. cō
tristiui, id est, in irritū adduxisti principes peccato
rū, pcutiēdo oēs aduersantes mihi sine causa. Prin
cipes.n.eum scd'm euāgelicā historiā psecuti sunt,
cum multitudo inferior honoraret, Dn̄i est salus
& super populum tuū benedictio tua.) In una sen-
tentia & præcepit hominibus qd crederent, & pro
credētibus orauit. Nam, dn̄i est salus, cum dicitur,
ad homines sermo dirigitur: Nec ita sequitur, & su-
B per populum suū benedictio eius, ut totū hoibus
dictum sit, sed ad ipsum deū oratio conuertit̄ pro
ipso populo cui dictū est, Dn̄i est salus: Quid ergo
ait nisi hoc, nemo de se psumat, qm̄ dn̄i est saluos
facere de morte peccati? Nam infœlix ego hō, quis
me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei,
per Iesum dn̄m nostrum. Tu autem dn̄e benedic
Tractatio allegorica. populum tuum, de te salutem sperantem. Potest
& iste psalmus accipi ad personam Christi alio mo
do, id est, ut totus loquatur. Totus dico cū corpo-
re suo, cui caput est scd'm Apostolū qui dicit, Vos
autē estis corpus Christi & membra. Ergo ille ca-
put est huius corporis, Propter quod alio loco di-
1. Cor. 12. cit, Veritatē autē facientes in charitate, augeamur
Ephes. 4. in illo per omnia, q est caput Christus, ex quo totū
corpus cōnexum & cōpactū est. Loquit̄ ergo apud
pphetā simul Ecclesia, & caput eius, inter pcellas
persecutionum constituta per uniuersum orbē ter
rarum, quod iam cōtigisse scimus: Dn̄e quid mul-
tiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgūt ad-
uersum me.) Christianū nomē exterminare cupiē-
C tes. Multi dicunt animæ meæ, non est salus illi in
deo eius.) Non.n aliter sperarent posse se pdere Ec-
clesiam latissime pullulātem, nisi ad dei curam p-
tinere non crederēt. Tu autē dn̄e susceptor meus
Ioan. 1. es.) In Christo utiq; Nam in illo homine & ecclesia
suscepta est à uerbo quod caro factum est, & habi-
tauit in nobis: qa & in cœlestibus nos sedere fecit
unà cū illo. Præcedente.n.capite, membra cætera
Roma. 8. cōsequent̄. Quis.n nos separabit à charitate Chri-
sti? Recte ergo dicit ēt Ecclesia, Susceptor meus es.
Gloria mea.) Non.n.sibi tribuit quod excellit,
cum intelligit cuius gratia & misericordia talis est.
Psal. 76. Et exaltans caput meū.) Ipsum.s.qui primogeni-
& 141. tus à mortuis ascēdit in cœlū. Voce mea ad dn̄m
clamaui, & exaudiuit me de mōte sancto suo.) Hęc
est oratio omnium sanctorum, odor suauitatis
qui ascendit in conspectu dn̄i. Iam.n.exauditur Ec
clesia de ipso mōte, quod etiam caput eius est, Vel
de illa iustitia dei, qua & liberantur electi eius, & p
secutores eor. puniuntur. Dicat populus dei etiam
illud, Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi
qm̄ dn̄s suscipiet me.) Vt adiungatur & cohæreat
Ephes. 5. capiti suo, Huic enim populo dictum est, Surge q
dormis, & exurge à mortuis, & continget te Chri- D
stus, qm̄ de peccatoribus assumptus est, De quibus
generaliter dictum est, Qui autem dormiunt, no- 1. Thes. 5.
cte dormiunt. Dicat etiam, Non timebo milia po
puli circūdantis me.) Circumuallantium.s.gentiū,
ad extinguendum nomē si possent ubicunq; xpia-
num. Sed qūo timeremur, cum tanquam oleo san-
guine martyrum in Christo ardor charitatis inflā-
maretur. Exurge dn̄e saluū me fac dn̄e deus me9.)
Potest hoc ipsi capiti suo corpus dicere. Illo enim
exurgente saluum factum est, Qui ascendit in altū, Psal. 67.
captiuā egit captiuitatem, dedit dona hominibus.
Hoc enim in prædestinatione a Propheta dicitur,
quoadusque ad terras dn̄m nostrum illa de qua
in Euangelio dicit̄, messis matura deposuit, Cuius Matth. 9.
salus est in eius resurrectione, qui pro nobis digna
tus est mori. Qm̄ tu percussisti omnes aduersan-
tes mihi sine causa, dentes peccatorum cōtriuisti.)
Iam regnante Ecclesia, inimici nominis Christiani
confusione percussi sunt, & siue maledica eorum,
siue principatus in irritum deducti. Credite ergo
homines, quòd dn̄i est salus. Et tu dn̄e, sit super
populum tuū benedictio tua.) Potest etiam unus- E
quisque nostrum dicere, cum uitiorum & cupidita
tum multitudo resistentem mentem ducit in lege
peccati, Dn̄e quid multiplicati sunt qui tribulant
me, multi insurgunt aduersum me.) Et qm̄ plerun- *Tractatio tropologica siue moralis.*
que coaceruatione uitiorum subrepit desperatio
sanitatis, tanquā ipsis uitijs insultantibus animæ,
uel etiam diabolo & angelis eius per noxias sugge-
stiones, ut desperemus, operantibus uerissime dici
tur, Multi dicunt animæ meæ, non est salus illi in
deo eius, Tu autem dn̄e susceptor meus es.) Hęc.n.
spes est, q naturam humanam in Christum susci-
pere dignatus est. Gloria mea.) Ex illa regula ne
quis sibi aliquid tribuat. Et exaltans caput meū.)
Siue ipsum q omniū nostrum caput est, siue uniuſ-
cuiusq; nostrum spiritum, quòd caput est animę &
carnis. Caput.n.mulieris uir, & caput uiri Christ9.
Exaltatur autem mens cū iam dici pōt, Mente ser- 1. Cor. 11.
uio legi dei, Vt cætera hominis peccata subdantur,
cum iam carnis resurrectione absorbetur mors in Roma. 7.
uictoriam. Voce mea ad dn̄m clamaui.) Voce illa 1. Cor. 15.
intima & intentissima. Et exaudiuit me de mon- F
te sancto suo. De ipso per quem nobis subuenit, &
quo mediatore nos exaudit. Ego dormiui & som-
nū cepi, & exurrexi, qm̄ dn̄s suscipiet me.) Quis hoc
non potest fidelium dicere, recolens mortem pec-
catorum suorum, & donum regenerationis? Non
timebo milia populi circundantis me.) Exceptis
his quæ uniuersaliter Ecclesia sustinuit & sustinet,
habet etiam unusquisque tentationes, qbus circū-
uallatus hęc dicat, Exurge dn̄e saluum me fac deus
meus.) Hoc est, fac me exurgere, Qm̄ tu percussi-
sti oēs aduersantes mihi sine causa.) Recte in præ-
destinatione dicit̄ de diabolo & angelis eius. Qui
non solum in totum Christi corpus, sed etiam in
singulos quousque priuatim sæuiunt. Dentes pec
catorum contriuisti.) Habet unusquisque maledi-
centes sibi, Habet etiam uitiorum authores conan
tes eum à Christi corpore præcidere. Sed domi-
ni est salus.) Cauenda superbia est & dicendum,
Adhæsit anima mea post te. Et super populum
tuum benedictio tua.) Hæc est super unumquen-
que nostrum.

G *In Psalmum 4 enarratio.*

In finem, Psalmus cantici David.

Rom.10. FINIS legis Christus ad iustitiã omni credenti. Hic.n. finis perfectionem significat, non consumptionem. Vtrum autem omne cãticum Psalmus sit an potius omnis Psalmus canticum, an sint quædam cantica, quę nõ possint dici Psalmi, & quidã Psalmi qui nõ possint dici cãtica, qri põt. Sed animaduertendæ scripturæ sunt, ne forte canticũ lætitiã indicet Psalmi autem dicũ
1.Par.15. & 16. tur, q cãtantur ad Psalteriũ, Quo usum esse Dauid Prophetam, in magno mysterio prodit historia De qua re nõ est hic disserendi locus, quia diuturnam inquisitionem & longam disputationẽ desyderat. Nunc interim aut uerba dñici hominis post resurrectionẽ expectare debemus, aut hominis in ecclesia credentis & sperãtis in eo. Cũ inuocarẽ exaudiuit me deus iustitiæ meæ.) Cum inuocarẽ exaudiuit me deus, inqr, à quo est iustitia mea. In tribulatiõe dilatasti mihi.) Ab angustijs tristitiæ, i latitu
Roma 2. dinem gaudiorũ me duxisti. Tribulatio.n. & angu-
H stia, in omnẽ animam hominis operantis malum.
Roma 5. Qui autẽ dicit, Gaudemus in tribulationibus, sciẽtes qm̃ tribulatio patientiã operatur, usq; ad illud ubi ait, Qm̃ charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis: non habet cordis angustias, quamuis extrinsecus à persequentibus ingerantur Mutatio autẽ personæ, qđ à tertia ubi ait, Exaudiuit statim trãseat ad secũdã ubi ait, Dilatasti mihi, si nõ uarietatis ac suauitatis causa facta est, mirũ cur primũ tanquã indicare uoluit hominibus exauditũ se esse, & postea cõpellare exauditorem suũ, Nisi forte cũ indicasset queadmodũ exauditus sit ipsa dilatatione cordis, maluit cũ deo loqui, ut etiã hoc modo ostenderet quid sit corde dilatari, id est, iam in corde hře infusum deũ, cum quo intrinsecus colloquatur. Quod in persona eius qui credens in Christum illuminatus est, recte accipitur. In ipsius aũt dñici hominis persona, quem suscepit dei sapientia, non uideo queadmodum hæc possint congruere. Non.n. ea aliqñ deserta est Sed queadmodũ ipsa eius deprecatio, nĩę
I potius infirmitatis indiciũ est: sic etiã de ista repẽtina dilatatione cordis potest idem dñs pro fidelibus suis loqui, Quorũ personã sibi imposuit etiam cum ait, Esuriui, & non cibastis me: sitiui & potum nõ dedistis mihi, & cætera: Quare hic quoq; potest
Matt.25. dicere, dilatasti mihi, pro uno ex minimis suis colloquẽte cũ deo, cui᷑ charitatẽ diffusam hẽt in corde per spiritum sanctũ q datus est nobis. Miserere mei, & exaudi orationem meam.) Cur iterũ rogat, cum iam se exauditum & dilatatũ indicauerit? An pp nos de quibus dicitur, Si autem quod non uide
Roma 8. mus speramus. per patientiã expectamus, ut in illo qui credidit, perficiatur qđ inchoatũ est? Filij hominũ usquequo graues corde.) Saltẽ usq; in aduentum, inquit, filij dei uester error durauerit, qd ergo ultra graues corde estis? Qñ habituri finem fallaciarum, si ueritate præsente non habetis? Vt quid diligitis uanitatẽ & q̃ritis mendacium?) Vt quid uultis beati esse de infimis? Sola ueritas facit beatos, ex qua uera sunt omnia. Nam uanitas est uanitatũ &
Eccle.1. omnia uanitas. Quæ abundãtia hoi in omni labore suo quo ipse laborat sub sole? Vt quid ergo tpalium rerũ amore detinemini? Vt quid tanquã prima, extrema sectamini, qđ est uanitas & mẽdaciũ? K
Cupitis.n. permanere uobiscũ, quæ omnia trãseũt tãquam umbra. Et scitote qm̃ admirabilem fecit dñs sanctum suum.) Quem nisi eum, quem suscitauit ab inferis, & in cœlo ad dexterã collocauit? Increpatur ergo genus humanum, ut ad eum se tãdẽ ab huius mundi amore conuertat. Sed si quẽ mouet coniunctio superaddita, quod ait, Et scitote, facile est ut in scripturis animaduertat huius locutionis genus familiare esse illi linguæ, qua prophetę lo
cuti sunt. Nã sæpe inuenis ita cœptũ: Et dixit dñs Ezech.1.
ad illũ. Et factũ est uerbũ dñi ad illũ. Quæ iuncturæ coniunctionis, cũ sententia nõ præcesserit cui sequens annectatur, mirabiliter fortassis insinuat, prolationẽ ueritatis in uoce, cũ ea uisione q̃ fit in corde, esse cõiunctam. Quanquã hic dici possit, quod superior sententia, Vt quid diligitis uanitatẽ: ita posita est ac si diceretur, nolite diligere uanitatẽ & q̃rere mendaciũ. Quo ita posito, rectissima locutiõe sequitur, Et scitote qm̃ admirabilem fecit dñs sanctum suũ. Sed interpositum diapsalma, uetat istam cum superiore coniungi. Siue.n. Hebræũ uerbum L
sit, sicut quidam uolunt, quo significatur fiat, Siue Græcũ quo significatur interuallum psallendi, Vt psalma sit qđ psallitur. Diapsalma uero interpositũ in psallẽdo silentiũ. Vt queadmodũ sympsalma dicitur uocũ copulatio in cantando, ita diapsalma disiũctio earũ, ubi qđã reqes disiũctę cõtinuatiõis ostendit. Siue ergo illud, siue hoc, siue aliud aliqd sit, certe illud probabile est, non recte continuari & coniungi sensum, ubi diapsalma interponitur.
Dñs exaudiet me cum clamauero ad eũ.) Hic nos admoneri credo, ut magna intẽtione cordis, id est, interno & incorporeo clamore, auxilium imploremus dei. Qm̃ sicut gratulandũ est de illuminatiõe in hac uita, ita orandum pro requie post hãc uitã. Quapp aut ex persona fidelis euangelizantis, aut ipsius dñi sic accipiendum est: ac si dictum sit. Dñs exaudiet uos, cum clamaueritis ad eum. Irascimini & nolite peccare.) Occurrebat.n. quis est dignus Ephe. 4.
exaudiri, aut qũo non frustra clamat peccator ad dñm? Ergo irascimini, inquit, & nolite peccare. Qđ duobus modis intelligi potest. Aut etiam si irascimini, nolite peccare: id est, etiã si surgit motus animi, qui iam pp pœnam peccati nõ est in potestate, saltem ei non consentiat ratio & mens, quæ intus regenerata est scđm deum, ut mente seruiamus legi dei, si adhuc carne seruimus legi peccati. Aut agite pœnitentiam, id est, irascimini uobisipsis de preteritis peccatis, & ulterius peccare desinite. Quæ dicitis in cordibus uestris.) Subauditur dicite, Vt sit plena sententia, quæ dicitis, in cordibus uestris dicite. Id est, nolite esse populus, de quo dictũ est, Labijs me honorant, cor autẽ eorum longe est a me. Esa.29. Matt.15.
In cubilibus uestris compũgimini. Hoc est, quod iam dictũ est, in cordibus. Hæc.n. sunt cubilia, de quibus & dñs monet, ut intus oremus clausis ostijs, Matth 6.
Compungimini aũt, aut ad pœnitẽtiæ dolorem te fertur, ut seipsa anima puniẽs cõpũgat, ne in dei iudicio damnata torqueatur: aut ad excitatiõnẽ, ut euigilemus ad uidendam lucem Christi, tãquã stimulis adhibitis. Nonnulli autẽ non cõpungimini, sed aperimini, dicũt melius legi. Qm̃ in Græco Psalterio est, κατανύγητε quod refertur ad illã dilatationem cordis, ut excipiatur diffusio charitatis per

A spiritũ sanctũ. Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, & spe
Psal. 50. rate in dño.) Idem dicit in alio Psalmo, Sacrificium deo, spiritus contribulatus. Quare nõ absurde hic accipitur ipsum esse sacrificium iustitiæ, qđ fit per pœnitentiam. Quid.n.iustius, q̃ ut suis unusquisq; peccatis, q̃ alienis potius irascaĩ, seq; ipsum puniẽs mactet deo? An sacrificiũ iustitiæ opera iusta sunt post pœnitentiã. Nã & interpositũ diapsalma, non absurde fortasis insinuat ẽt trãsitũ de uita ueteri, ad uitã nouã: ut extincto uel infirmato per pœnitẽtiam uetere homine, sacrificiũ iustitiæ scđm regenerationẽ noui hominis offeratur deo: cũ se offert ipsa anima iã abluta, & imponit in altare fidei, diuino igne, id est, spiritu sancto cõprehẽdendã. Vt iste sit sensus, Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, & sperate in dño: id est, recte uiuite, & sperate donũ spiritus sancti, ut uos ueritas, cui credidistis, illustret. Sed tñ sperate in dño, clausẽ adhuc dictum est. Sperantur autẽ q̃.nisi bona? Sed qa unusquisq; id bonũ uult à deo impetrare qđ diligit, nec facile inueniunĩ qui diligãt bona interiora, id est, ad interiorẽ hominẽ
B pertinẽtia, quæ sola diligenda sunt, cæteris autẽ ad necessitatẽ utendum, non ad gaudiũ perfruendum est, admirabiliter cũ dixisset, Sperate in dño: subiecit, Multi dicunt qs ostẽdit nobis bona?) Qui sermo quæ interrogatio quotidiana est omniũ stultorum & iniquorũ, Siue pacẽ & tranquillitatẽ uitæ secularis desyderantium, & pp peruersitatem generis humani non inuenientium, Qui ẽt cæci accusare audent ordinem rerũ, cum inuoluti meritis suis putant tpa esse peiora q̃ præterita fuerunt, siue de ipsa futura uita quæ nobis promittitur, dubitantium uel desperantium, Qui sæpe dicunt, quis nouit si uera sunt, aut qs uenit ab inferis ut ista nunciaret? Magnifice igitur & breviter, sed intrinsecus uidẽtibus, ostendit quæ bona quærenda sint, respondẽs illorum interrogationi, qui dicũt, quis ostendit nobis bona? Signatũ est, inqt, in nobis lumẽ uultus tui dñe.) Hoc lumẽ est totum hominis & uerũ bonũ, quod non oculis sed mente cõspicitur, signatũ autem dixit in nobis, tanquã denarius signatur regis
Gene. 1. imagine. Hõ.n.factus est ad imaginem & similitu-
C dinem dei, quã peccando corrupit. Bonũ ergo eius est uerũ atq; æternum, si renascendo signetur. Et ad hoc credo pertinere, quod quidã prudenter intelligunt, illud quod dñs uiso Cæsaris nũmo ait, Red-
Matt. 22. dite Cæsari quod Cæsaris est, & deo quod dei est. Tanquã si diceret, Quemadmodum Cæsar à uobis exigit impressionẽ imaginis suæ, sic & deus. Vt quẽadmodũ illi reddit nũmus, sic deo anima lumine uultus eius illustrata atq; signata. Dedisti lætitiã in cor meum.) Non ergo foris quærenda est lætitia ab his qui adhuc graues corde diligunt uanitatem & quærunt mendaciũ, sed intus ubi signatũ est lu-
Ephe. 5. mẽ uultus dei. In interiore.n.homine habitat Christus, ut ait Apls. Ad ipsum.n.pertinet uidere ueritatem,
Ioan. 14. cum ipse dixerit, Ego sum ueritas. Et cum loq-
2. Co. 13. batur in Apostolo dicente, An uultis experimentũ eius accipere, q in me loquitur Christus? Non eis foris utiq;, sed in ipso corde, id est, in illo cubili ubi
Matt. 6. orandum est, loquebatur. Sed homines tpalia sectãtes, qui certe multi sunt, nihil aliud nouerunt dicere, nisi qs ostendit nobis bona? cũ uera & certa bona intra semetipsos uidere non posint. Itaq; consequenter de his rectisime dicitur, quod adiungit,

A tpe frumenti, uini & olei sui multiplicati sunt.) D
Non enim uacat, quod additũ est, sui. Est.n. & frumẽtum dei. Siquidem est panis uiuus qui de cœlo descendit. Est.n.uinum dei. Nã inebriabunĩ, inqt, *Psal. 35.*
ab ubertate domus tuæ. Et est oleum dei. De quo dictum est, Impinguasti in oleo caput meũ. Isti aũt *Psal. 22.*
multi qui dicunt, qs ostendit nobis bona, & regnũ cœlorũ intra se esse non uident, à tpe frumenti, uini
& olei sui multiplicati sunt. Non n.multiplicatio *Luca. 17.*
semper ubertatem significat, & nõ plerunq; exiguitatem, cùm dedita tpalibus uoluptatibus anima semper exardescit cupiditate, nec satiari potest, & multiplici atq; ęrumnosa cogitatiõe distenta, simplex bonũ uidere nõ sinitur. Qualis est illa de qua dicitur, Corpus.n quod corrumpiĩ aggrauat ani- *Sapi. 9.*
mam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Talis anima tpalium bonorũ decesione & successione, id est, a tpe frumenti, uini & olei sui innumerabilibus completa phãtasmatibus sic multiplicata est, ut nõ posit agere quod præceptũ est, Sẽtite de dño in bonitate, & in simplicitate cor- *Sapi. 1.*
dis qrite illum. Ista multiplicitas, illi simplicitati E
uehementer aduersa est. Et ideo istis relictis, q multi sunt, multiplicati.f. temporaliũ cupiditate, & dicunt, Quis ostendit nobis bona, q̃ non oculis foris, sed intus cordis simplicitate quærenda sunt, uir fidelis exultat & dicit, In pace in idipsum, obdormiam & somnum capiã.) Recte.n.speratur à talibus omnimodo mẽtis alienatio à mortalib' reb', & miseriarũ seculi huius obliuio, q̃ nomine obdormitionis & somni dicẽter & prophetice significaĩ, ubi summa pax nullo tumultu iterpellari põt. Sed hoc iam non tenetur in hac uita, sed post hãc uitã sperandum est, hoc etiã ipsa uerba ostendunt, quæ futuri sunt tpis. Non.n.dictũ est, aut obdormiui & somnum cepi: aut, obdormio & somnũ capio: sed, obdormiã & somnum capiam. Tunc corruptibile hoc induetur incorruptione, & mortale hoc induetur immortalitate. Tunc absorbebiĩ mors in uictoriam. Hoc est unde dicitur, Si autẽ quod non uide- *1. Cor. 15.*
mus speramus, per patiẽtiã expectamus. Quapp cõ- *Roma. 8.*
gruenter ultimum annectit & dicit, Quoniam tu dñe, singulariter in spe habitare fecisti me.) Hic non di- F
xit facies, sed fecisti: In quo ergo iam ista spes est, profecto etiã quod speratur. Et bene ait, singulariter: Põt.n.referri aduersus illos multos, qui multiplicati à tpe frumenti, uini & olei sui dicunt, Quis ostendit nobis bona? Petit.n.hæc multiplicitas, & singularitas tenetur in sanctis. De quibus dicitur in Actibus apostolorũ, Multitudinis autem credẽtium erat anima & cor unũ. Singulares ergo & sim- *Acto. 4.*
plices, id est, secreti à multitudine ac turba nascentium rerum ac morientium, amatores æternitatis & unitatis esse debemus, si uni deo & dño nostro cupimus inhærere.

In Psalmum Quintum enarratio.

TITVLVS Psalmi est, Pro ea q̃ hæreditatem accepit.) Intelligitur ergo ecclesia, q̃ accepit hæreditatem uitã æternã per dñm *Matt. 5.*
nostrum Iesum Christum, ut posideat ipsum deũ, cui adhærens beata sit scđm illud: Beati mites, qa ipsi hæreditate posidebunt terrã. Quã terram, nisi de qua dicitur, Spes mea es tu, portio mea in terra *Psal. 141.*
uiuentium? Et illud manifestius, Dñs pars hæredi- *Psal. 15.*
tatis meæ & calicis mei. Dicitur & hæreditas

G dei uicissim ecclesiam scd'm illud, Postula à me & Psal. 2. dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã. Ergo hæreditas nr̃a deus dicitur, quia ipse nos pascit & cõtinet. Et hæreditas dei dicimur, qa ipse nos administrat & regit. Quapp uox ecclesiæ est in hoc Psalmo uocatæ ad hæreditatẽ, ut ipsa fiat hæreditas dñi. Verba mea exaudi dñe.) Vocata inuocat dñm, ut eodem opitulante pertrãseat nequitiam seculi huius, & ad eum perueniat. Intellige clamorem meum.) Bene ostẽdit quis iste sit clamor qui interior de cordis cubili sine strepitu corporis perueniat ad deũ. Qñquidem uox corporalis auditur, spiritalis autem intelligitur. Quanquã hoc sit etiã exaudire dei, nõ aure carnali, sed maiestatis præsentia. intende uoci obsecrationis meæ.) Id est, illi uoci quã ut deus intelligar, petit. Quæ qualis sit iã insinuauit est dixit, Intellige clamorem meũ, intende uoci obsecrationis 1. sen di. 34. non er go. meæ, Rex meus & de' me'.) Quãuis & filius deus, & pater deus, & simul pr̃ & filius unus de'. Et si interrogemur de spiritu sancto, nihil aliud r̃ndendũ est nisi quod deus sit: Et cũ simul dicũtur, pater & H filius & spiritus sanctus, nihil aliud intelligẽdũ est q̃ unus deus, tñ regem filium solent appellare scripturæ. Scd'm ergo illud quod dictum est, Per me Ioan. 14. stur ad patrẽ: recte primo rex meus, & deinde deus meus. Nec tñ dixit, intendite: sed, intende. Nõ enim duos aut tres deos fides catholica prædicat, sed ipsam trinitatem unum deum. Nõ ut eadem trinitas simul possit aliqñ pater, aliqñ filius, aliqñ spiritus sanctus dici, sicut Sabellius credidit, sed ut pater non nisi pater, & filius nõ nisi filius, & spiritus sanctus non nisi spiritus sanctus, & hæc trinitas non nisi unus deus. Quia cũ dixisset Apostolus, Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia trinitatem ipsam insinuasse creditur. Nec tñ subiecit, ipsis gloria, sed ipsi gloria. Qm̃ ad te orabo dñe, mane exaudies uocem meam.) Quid sibi uult quod superius dixit, Exaudi, quasi in præsenti se exaudiri cuperet: nunc uero dicit, Mane exaudies, non exaudi. Et ad te orabo, non ad te oro. Et deinceps. Mane astabo tibi & uidebo.) non asto, & uideo: nisi forte superior eius oratio ipsam uocationem ostendit? Caligans autẽ inter procellas huius scl'i, sentit se nõ ui I dere quod cupit, & tñ sperare non desinit. Spes.n. quæ uidetur, nõ est spes. Intelligit tñ quare non ui Roma. 8. deat, quia nondum nox peracta est, id est, tenebræ quas peccata meruerunt. Dicit ergo, Qm̃ ad te orabo dñe: id est, qm̃ tãtus es ad quẽ orabo. Mane exaudies uocem meam. Non ille es, inquit, qui possis uideri ab eis quorum ab oculis nox peccatorũ nondum recessit. Peracta ergo erroris mei nocte, & discendentibus tenebris, quas mihi peccatis meis feci, exaudies uocẽ meã. Cur ergo superius non ait, exaudies: sed, exaudi? An postquã clamauit exaudi, & non mox exaudita est, sensit qd' oporteat trãsire, ut possit exaudiri? An & supius exaudita est, sed nõdum se intelligit exauditã, quia nondũ uidet à quo exaudita est. Et qd' nũc ait, Mane exaudies: hoc intelligi uoluit, mane intelligam me esse exauditam: Qualis est ista locutio, Exurge dñe.i. fac me exurgere. Sed si hoc de resurrectione Christi accipitur, illud certe non potest recte aliter accipi, Tentat uos Deut. 13. dñs deus uester, ut sciat si diligitis eum, Nisi ut uos per illũ sciant, & uobismetipsis manifestetur, quãtum in eius amore profeceritis. Mane astabo tibi & uidebo.) Astabo qd est nisi non iacebo? Quid K est autem aliud iacere, nisi in terra quiescere, qd' est in terrenis uoluptatibus beatitudinem quærere? Astabo, inquit, & uidebo. Non est ergo inhærendũ terrenis si uolumus deum uidere, q mundo corde conspicitur. Qm̃ non deus uolens iniquitatem tu es.) Iniquitas, malignitas, mendacium, homicidiũ, dolus, & qcquid huiõi est, ipsa nox est Qua trãseunte fit mane, ut uideat de'. Causam ergo exposuit q̃re mane astabit & uidebit, qm̃ non deus uolens iniquitatẽ, inqt, tu es. Si.n. deus esset qui uellet iniquitatem, posset etiam ab iniquis uideri, ut nõ mane uideretur, id est, cum iniquitatis nox pertransierit. Non habitabit iuxta te malignus,) Id est, non sic uidebit, ut hæreat. Ideo sequitur, Neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.) Quia oculi eorũ, id est, mens eorũ reuerberatur luce ueritatis pp tenebras peccatorũ, quorum consuetudine fulgorem rectæ intelligentię sustinere non possunt. Ergo & q uident aliqñ, id est, qui uerum intelligũt: tñ adhuc iniusti sunt, non ibi permanent amando ea q̃ auertunt à uero. Gerunt.n secum suã noctem.i. non so- L lum consuetudinem, sed etiam amorem peccandi: Quæ nox si transierit, id est, si peccare destiterint, & ipse amor atq; cõsuetudo fugata fuerit, fit mane, ita ut non solum intelligant, sed etiam inhæreant ueritati. Odisti dñe omnes qui operantur iniquitatem.) Odium dei ex illa locutione intelligendũ est, qua odit peccator quisq; ueritatem. Videtur.n. quod & illa odit, quos in se manere non sinit. Non autem maneat, qui eam sustinere non ualent.

Perdes oẽs qui loquuntur mendacium.) Hoc.n. est ueritati contrariũ. Sed ne quis putet aliquã substantiam uel naturam ueritati esse contrariam, intelligat ad id quod non est pertinere mendaciũ, nõ ad id quod est. Si.n. hoc dicitur quod est, uerũ dicitur: si autem hoc dicitur quod non est, mendaciũ est. Ideo, inquit, Perdes oẽs qui loquuntur mendacium: qui recedẽtes ab eo quod est, ad id quod nõ est declinant. Multa quidẽ uidentur pro salute aut cõmodo alicuius, non malitia, sed benignitate mẽdacia. 3. sen. di. 38. c. 1. 22 q. 2. si q̃libet. Quale illarũ in Exodo obstetricũ quæ Pharaoni falsum renũciauerũt, ut infantes filiorũ Israel non necarentur, sed etiã ista non re, sed in dolo laudantur. Exod. 1. Qm̃ qui tm̃ hoc modo mentiuntur, merebuntur aliqñ ab omni mendacio liberari. M Nam in ijs qui perfecti sunt, nec ista mendacia inueniũtur. Quibus dictum est, Sit in ore uestro est est, non nõ. Quicqd amplius est, à malo est. Matth. 5. Nec immerito alio loco scriptum est, Os quod mẽtitur occidit animã. Sapi. 1. Ne quis arbitretur perfectũ & spiritalem hominem pro ista tpali uita, in cuius morte nõ occiditur aĩa, 22. q. 2. c. nequis 3. se. di. 38. cap. 1. siue sua, siue alterius, debere mentiri. Sed qm̃ aliud est mentiri, aliud est uerum occultare: Siquidem aliud est falsum dicere, aliud uerum tacere: ut si qs forte uel ad istã uisibilem mortem nõ uult homini prodere, paratus esse debet uerum occultare, non falsum dicere, ut neq; prodat, neq; mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius. Si autem hoc nondum põt, uel sola huius necessitatis habeat mendacia, ut etiam ab istis si sola remanserint, liberari mereatur, & spiritus sancti robur accipere, quo quicquid perpetiẽdũ est pro ueritate, cõtẽnat. 22. q. 2. c. ne quis. 3 sen. di. 36. cap. 1. Duo sunt oĩno gñã mẽdaciorũ, in qb' nõ magna culpa est, sed tñ nõ sunt sine culpa, cũ aut iocaniur,

A nimur,aut ut ꝓximis ꝓſimus mẽtimur. Illud primũ
in iocando,ideo non eſt pernicioſiſsimũ,qa nõ fal
lit.Nouit.n.ille cui dicit̃,ioci cauſa eẽ dictũ. Scd'm
autem ideo uitius eſt, quia retinet nõnullã bene-
uolentiã. Illud uero quod non hẽt duplex cor, nec
mẽdacium quidẽ dicendũ eſt: Tanquã, uerbi grã,
ſi cui gladius cõmẽdatur, & ꝓmittat ſe redditurũ,
cum ille qui cõmẽdauit popoſcerit: ſi forte gladiũ
ſuum repetat furens, manifeſtum eſt tunc non eſſe
reddendum,ne uel ſe occidat uel alios,donec ei ſa-
nitas reſtituatur. Hic ideo nõ habet duplex cor, qa
ille cui cõmendatus eſt gladius, cũ promittebat ſe
redditurũ poſcenti,non cogitabat furentẽ poſſe re
petere. Verũ autem occultauit & dñs,cũ diſcipulis
nondum idoneis dixit, Multa habeo uobis dicere,
ſed nunc non poteſtis portare illa. Et Apl's Paulus
cum ait,Nõ potui loq uobis q̃ſi ſpiritalibus,ſed q̃ſi
carnalibus. Vnde manifeſtũ eſt,non eſſe culpandũ
aliqñ uerũ tacere: Falſum autem dicere, non inue-
nitur conceſſum eſſe perfectis. Virum ſanguinum
& doloſum abominabit̃ dñs.) Poteſt hic recte ui-
deri repetitum, quod ait ſuperius, Odiſti dñe oẽs
qui operãtur iniquitatem, perdes oẽs qui loquunt̃
mendacium, Vt uirum ſanguinum ad operantem
iniquitatẽ referas,doloſum autem ad mendacium.
Dolus n.eſt,cũ aliud agitur,aliud ſimulat̃. Et apto
uerbo uſus eſt quod ait, Abominabitur. Solent.n.
abominati,dici,exhæredati. Hic autẽ Pſalmus pro
ea eſt quæ hæreditatem accipit, Quæ ſubiicit exul-
tatione ſpei ſuæ, dicens, Ego autem in multitudi-
ne miſerationis tuę,Introibo in domũ tuã:) In mul
titudine miſeratiõis, fortaſſe in multitudine homi
num perfectoꝶ & beatoꝶ dicit, Quibus ciuitas illa
conſtabit,quã nũc parturit & paulatim parit Eccle
ſia. Homines aũt multos regeneratos atq; pfectos,
recte dici multitudinem miſerationis dei quis ne-
gat,cũ ueriſsime dictum ſit, Quid eſt hõ quia me-
mor es eius,aut fili' hominis qa uiſitas eũ? Introi-
bo in domum tuã tanquã lapis credo in ædificiũ
dictũ eſt. Quid.n.aliud domus dei q̃ templum dei
eſt,De quo dictum eſt, Templum.n.dei ſanctũ eſt,
quod eſtis uos? Cuius ædificij lapis angularis eſt il
le, quẽ ſuſcepit coæterna patri uirt' & ſapiẽtia dei.

Adorabo ad templũ ſanctũ tuũ in timore tuo.)
Ad templũ, ſicut prope templũ intelligimus. Non
enim ait, Adorabo in tẽplo ſancto tuo: ſed, adora-
bo ad templũ ſanctũ tuum. Intelligendũ ẽt eſt nõ
de perfectione, ſed de progreſſu ad perfectionẽ di-
ctum eſſe. Vt illud pfectionẽ ſignificet, Introibo in
domum tuã. Sed ut hoc proueniat, prius adorabo,
inquit, ad templũ ſanctũ tuũ. Et fortaſſe ob hoc ad
didit, in timore tuo, quod magnũ eſt pſidium pro-
cedentibus ad ſalutem. Cum autẽ quiſq; puenerit,
fiet in eo quod dictũ eſt, Cõſummata dilectio, fo-
ras mittit timorẽ. Non.n.timent iam amicum, qui-
bus dictum eſt, Iam non dicã uos ſeruos, ſed ami-
cos, cũ ad id quod promiſſum eſt perducti fuerint

Dñe deduc me i tua iuſtitia pp inimicos meos.)
Satis hic declarauit in profectione ſe eſſe, id eſt, in
profectu ad perfectionẽ nondum in ipſa perfectio
ne, qñ ut deducatur exoptat. In tua iuſtitia autem,
non in ea quæ uidetur hominibus. Nam & malum
pro malo reddere iuſtitia uidetur, ſed non eſt eius
de quo dictũ eſt, Qui facit oriri ſolẽ ſuũ ſup bonos
& malos: Quia & cum punit deus peccatores, non
malum ſuum eis infert, ſed malis eoꝶ eos dimittit. D
Ecce, inquit, parturit iniuſtitiã, concepit dolorẽ &
peperit iniquitatem, Lacũ aperuit & effodit eũ, & Pſal. 7.
incidit in foueã quam operatus eſt, Conuertet̃ do-
lor eius in caput eius, & in uerticẽ eius iniqtas eius
deſcẽdet. Cũ ergo punit deus, ut iudex punit eos q
legem prætereunt: non eis inferens de ſeipſo malũ,
ſed in id quod elegerunt eos expellens, ad cõplen-
dam ſummam miſeriarũ. Hõ autẽ cum malũ pro
malo reddit, malo uoto id facit. Et ob hoc prior ip
ſe malus eſt, dũ punire uult malũ. Dirige in conſpe
ctu tuo iter meum.) Nihil manifeſtius eſt, quàm id
tp̃s eũ commendare, quo proficit. Hoc eſt.n.iter qđ
non terrarũ locis peragitur, ſed affectibus animo-
rum. In conſpectu, inquit, tuo dirige iter meum. Id
eſt, ubi nullus hominũ uidet. Quibus credendum
non eſt laudãtibus, aut uituperantibus. Non.n.ullo
modo poſſunt de aliena cõſciẽtia iudicare, in qua
iter dirigitur ad deũ. Ideo ſubiecit, Qm̃ non eſt in
ore eoꝶ ueritas.) Quibus utiq; iudicantibus nõ eſt
credendum, & ideo intrò ad conſcientiã & ad dei
conſpectum confugiendum eſt. Cor eoꝶ uanum E
eſt.) Quo ergo poteſt eſſe in ore eorũ ueritas, quo-
rum cor fallitur de peccato & pœna peccati? Vnde
reuocantur homines illa uoce, Vt quid diligitis ua Pſal. 42.
nitatem, & quæritis mendaciũ? Sepulcrum patẽs
eſt guttur eoꝶ.) Ad uoracitatis ſignificationem re- Pſal. 53.
ferri poteſt, pp quam plerunq; homines adulatio- Roma. 3.
ne mentiuntur. Et mirabiliter dixit, Patens ſepul-
crum, qm̃ ſemper inhiat illa uoracitas, nõ ut ſepul-
cra quę receptis cadaueribus muniuntur. Poteſt &
illud intelligi, quod mendacio & blanda adulatio
ne trahũt i ſe quos ad peccata illectãt, & eos tãquã
deuorant, cũ in ſuam uitã conuertunt. Quod qbus
contingit qm̃ peccato moriunt̃, recte illi à quibus
inducuntur, ſepulcra patentia dicti ſunt, qa & ipſi
quodãmodo exanimes, ſunt, uitã nõ habẽdo ueri-
tatis. Et mortuos in ſe recipiunt, quos uerbis mẽda
cibus & uano corde interempto in ſe conuertunt.

Linguis ſuis doloſe agebãt.) Id eſt, linguis malis.
Nam hoc uidetur ſignificare, cũ dicit ſuis. Mali.n.
malas habent linguas, id eſt, mala loquũtur, cũ lo-
quuntur dolum. Quibus dñs dicit, Quo poteſtis F
bona loqui, cũ ſitis mali? Iudica illos deus. Deci- Mat. 12.
dãt à cogitationibus ſuis) Prophetia eſt, nõ male-
dictio. Non.n.optat ut eueniat, ſed cernit qđ euen-
turũ ſit. Contingit aũt illis, non quia uidetur optaſ
ſe, ſed quia tales ſunt ut merito contingat. Sic.n.&
quod poſtea dicit, Lætentur oẽs qui ſperant in te:
per prophetiam dicit, qm̃ cernit eſſe lætaturos. Sic
per prophetiam dictum eſt, Excita potentiam tuã
& ueni, qm̃ uidebat eſſe uenturum. Quanquã poſ- Pſal. 79.
ſit etiam hoc modo accipi quod dictũ eſt, Decidãt
à cogitationibus ſuis: ut magis bene ab eo optatũ
credatur dum cadunt à cogitationibus ſuis malis:
id eſt, ut iam non cogitent mala. Sed uetat ſic intel
ligi quod ſequitur, Expelle eos. Nullo.n.modo põt
in bonam partem accipi, cum quiſque expellitur à
deo. Quapp per prophetiam dictũ non per male-
uolentiã intelligitur, cũ hoc dictum ſit, quod ne-
ceſſario talibus euenturũ eſt, qui in peccatis quæ
memorata ſunt pſeuerare uoluerint. Decidãt ergo
à cogitationib' ſuis dictũ eſt, decidãt accuſantib'
ſe cogitationib' ſuis, teſtimoniũ phibẽte conſcien-
tia ſua, Sicut Apl's dicit, Et cogitationum accuſan- Roma. 2.

G tiũ seu defendentiũ, in reuelatione iusti iudicij dei. Secundum multitudinem impietatũ eoꝝ expelle eos.) Id est, longe eos expelle. Hoc est.n. secundũ multitudinem impietatũ eoꝝ, ut multũ expellantur. Expelluntur ergo impij ab illa hæreditate, q intelligendo & uidẽdo deum possidetur: sicut expellunt morbidi oculi fulgore lucis, cũ illis ea pœna est q alijs lætitia. Non ergo ipsi mane adstabunt & uidebunt. Et tam magna pœna est ista expulsio, q̃ magnum præmium est illud quod dictũ est, Mihi aũt
Psal. 72. adhærere deo bonum est. Huic pœnæ contrarium
Matth. 5. est, Intra in gaudiũ dñi tui. Quia huic expulsioni simile est, Proiicite illum in tenebras exteriores.

Qm̃ inamaricauerunt te dñe.) Ego sum, inquit, panis uiuus q de cœlo descendi, Et operamini escã
Ioan. 6. quę non corrũpitur. Et gustate & uidete qm̃ suauis
Psal. 33. est dñs. Peccatoribus autẽ panis ueritatis amarus est. Vnde os uera dicentis oderunt. Ipsi ergo amaricauerunt deum, qui peccando in eam ægritudinẽ deuenerunt, ut cibum ueritatis, quo sanæ animæ gaudent, tanquam felleum sustinere non possunt.

H Et lætentur oẽs qui sperant in te.) Vtiq; illi quibus gustantibus suauis est dñs. In æternũ exultabunt & habitabis in eis.) Ipsa ergo erit æterna exultatio, cũ templũ dei fiũt iusti. Et erit gaudiũ ipsoꝝ, ipse incolatus eoꝝ. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.) Tanquam cum adest eis ad fruendũ quod diligunt. Et bene in te tanquã possidentes hęreditatem, de qua titulus Psalmi est, cum & ipsi sint eius hæreditas, quod significat, inhabitabis in eis, A quo bono ꝓhibent, quos sc̃d'm multitudinem impietatum eorum expellit deus.

Qm̃ tu benedices iusto.) Hęc est benedictio, gloriari in deo, & inhabitari à deo. Ista sanctificatio cõ
Roma. 3. ceditur iustis. Sed ut iustificentur pręcedit uocatio, q
& 8. non est meritorum, sed gratiæ dei. Omnes.n. peccauerunt & egent gloria dei. Quos.n. uocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, hos & glorificauit. Quia ergo uocatio nõ meritor̃ nostroꝝ, sed beneuolentiæ & misericordiæ dei est, subiecit dicens: Dñe, ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos.) Bona.n. uoluntas dei præcedit bonam uolũ
I tatem nostram, ut peccatores uocet in pœnitentiã. Et ipsa sunt arma quibus expugnatur inimicus. Cõtra quem dicitur, Quis accusabit aduersus electos dei? Et si deus pro nobis, qs cõtra nos? Qui unico filio suo non pepercit, sed pro nobis oĩbus tradidit illum. Si.n. adhuc cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis reconciliati, salui erimus ab ira p ipsum. Hoc est inuictissimũ scutũ, quo repellitur inimicus desperationẽ salutis suggerens, multitudine tribulationũ & tẽtationũ. Totus ergo textus Psalmi est oratio ut exaudiatur ab eo, quod scriptum est, Verba mea exaudi dñe: usq; ad, Rex meus & deus meus. Deinde intellectus eoꝝ, q impediunt ad uidendum deum, id est, ut se exauditum esse cognoscat, ab eo quod scriptum est. Qm̃ ad te orabo dñe, mane exaudies uocem meã: usq; ad, Virum sanguinum & dolosum abominabitur dñs. Tertio sperat se domum dei futuram, & nunc ei appropinquare in timore ante consummationẽ quæ expellit timorem, ab eo quod scriptũ est, Ego autẽ in multitudine misericordiæ tuę: usq; ad, Adorabo ad templũ sanctũ tuũ in timore tuo. Quarto proficiente se atq; ꝓmouentẽ inter illa ipsa quibus impediri se sentit, orat ut adiuuet intrinsecus, ubi K nemo hominũ uidet, ne auertat malis linguis, ab eo qd scriptum est, Dñe deduc me in tua iustitia pp inimicos me os: usq; ad, Linguis suis dolose agebãt. Quinta prophetia est, quę pœna maneat impios, qñ iustus uix saluus erit, & quod præmium iusti adepturi sint, qui uocati uenerunt, & donec perducerentur uiriliter omnia sustinuerũt, ab eo quod scriptum est, Iudica illos deus: usq; ad finem Psalmi.

In Psalmum sextum enarratio.

In finem in hymnis de octauo, Psalmus Dauid.

E octauo, hic uidetur obscurum. Nã cętera
d in hoc titulo manifestiora sunt. Visum est enim nõnullis diẽ iudicij significare, id ẽ, tps aduentus dñi nostri, quo uenturus est ad iudicandum uiuos & mortuos. Qui aduẽtus cõputatis annis ab Adam post septem annoꝝ milia futurus creditur. Vt septem annoꝝ milia tanquã septẽ dies transeat: Deinde illud tps tanquam dies octauus adueniat. Sed qm̃ dictum est a dño, Non est uestrũ Acto. 1.
scire tpa quę pater posuit in sua potestate. Et de ipso die Matt. 24.
uero & illa hora nemo scit, neq; angelus, neque uirtus, neque filius, nisi solus pater. Et illud quod scri- L
ptum est, Tanquã furem ueniet diem dñi, satis aperte ostendit nemini sibi oportere arrogare scientiã 1. Thes. 5.
illius tpis cõputatione aliqua annorum. Si.n. post septem milia annorum ille dies uẽturus est, omnis homo potest annis computatis aduentũ eius addiscere. Vbi erit ergo, quòd nec filius hoc nouit? Q̃d utiq; ideo dictum est, quia per filium homines hoc non discunt, nõ quòd apud se ipse non nouerit, sed sc̃d'm illam locutionẽ, Tentat uos dñs deus uester, ut sciat: id est, scire faciat uos. Et exurge dñe: id est, fac nos exurgere. Cũ ergo ita dicatur, nescire filium Deut. 13.
hunc diem, non q: nesciat, sed quod nescire faciat eos, quibus hoc non expedit scire, id est, nõ eis hoc ostendat: quid sibi uult nescio quæ præsumptio, q annis computatis, certissimũ sperat post septẽ annorum milia diẽ dñi? Nos igitur quod nescire nos dñs uoluit, libenter nesciamus. Et quæramus quid uelit sibi iste titulus, qui scribitur de octauo. Pôt quidem etiam nulla annoꝝ temeraria supputatione, dies iudicij octauus intelligi, quod iam post finem huius seculi accepta æterna uita, iunc nõ erũt M
animæ iustoꝝ obnoxiæ tpibus. Et qm̃ omnia tpa septem dierum istorum repetitione uoluuntur: octauus forte ille dictus est, qui uarietatem istam non habebit. Est aliud quod hic non absurde accipi pôt, cur octauũ dicat iudiciũ, qd post duas generationes futurum est: unam quę ad corpus, alteram quę ad animã ptinet. Ab Adam.n. usq; ad Moysen genus humanũ uixit ex corpore, id est, sc̃d'm carnẽ. Ephes. 4.
Qui etiã exterior & uetus homo dicitur, & cui uetus testamentum datum est, ut quãuis religiosis, tñ carnalibus adhuc operationibus futura spiritalia pręsignaret. Hoc toto tpe, quo secũdum corpus uiuebatur, regnauit mors, sicut Apl's ait, etiam in eos qui Roma. 5.
non peccauerunt. Regnauit autem ex similitudine ꝑuaricationis Adę, sicut idẽ dicit: qm̃ usq; ad Moysen accipiendũ est, quousq; legis opera, id est, carnaliter obseruata illa sacra etiã eos obstrictos tenuerũt certi mysterij gratia, q uni deo subditi erãt. Ab aduentu autem dñi, ex quo ad circũcisionẽ cordis à carnis circũcisione transitũ est, facta uocatio est, ut secundũ animam uiueretur, id est, sc̃d'm interio-

A rem hominẽ, Qui etiã nouus homo pp regeneratio
nem dicitur morumq́; spiritalium innouationem.
Manifestum est autẽ ad corpus quaternariũ nume
rum pertinere, pp notissima elemẽta quatuor qui-
bus cõstat, & quatuor qualitates, siccam, humidã,
calidã, frigidam. Vnde quatuor etiam tpibus admi
nistratur, uerno, æstate, autumno, hyeme. Hæc sunt
notissima. Nã de quaternario numero corporis ita
ctat et alibi subtilius, sed obscurius. Quod in hoc
sermone uitãdum est, quem etiam minus eruditis
accommodatum esse uolumus. Ad animũ uero ter
nariũ numerũ pertinere põt intelligi, ex eo q̄ tripli
citer deum diligere iubemur, ex toto corde, ex tota
[...]tt. 6. anima, ex tota mẽte. De quibus singulis nõ in Psal-
[...]tt. 22. terio, sed in euangelio disputandũ est Nũc ad testi-
moniũ ternarij numeri ad animũ pertinentis, satis
puto esse qđ dictũ est Peractis igitur numeris cor-
poris, ad ueterem hominem, & ad uetus testamẽtũ
pertinẽtibus, peractis etiã numeris animi ad nouũ
hominẽ & ad nouũ testamentũ relatis, sicut septe-
nario numero trãsacto qa unũquodq; tpaliter agit,
B quaternario in corporis, ternario i animũ distribu
to, ueniet octauus iudicij dies, Qui meritis tribuẽs
qđ debet, iã non ad opera tpalia, sed ad uitã ęternã
sanctos transferet, impios uero damnabit in æter-
num. Quã dãnationẽ metuẽs, orat Ecclesia in hoc
[Psa]l. 37. Psalmo, dicens, Dñe ne in ira tua arguas me.) Di-
[Ro]ma. 2. cit etiam Apostolus iram iudicij. Thesaurizas tibi,
inquit, iram in die iræ iusti iudicij dei. In qua se nõ
uult argui quisquis in hac uita sanari desyderat.
Nec in furore tuo corripias me.) Corripias, mitius
uidetur Ad emendationem.n.ualet. Nã qui arguit,
id est, accusatur, metuendũ est, ne in finẽ habeat dã
nationẽ. Sed qm̃ furor plus uidet esse q̃ ira, potest
mouere cur illud quod est mitius, id est, correptio,
cũ eo positũ est quod est durius, id est, cum furore.
Sed ego puto unã rem duobus uerbis significatã.
Nã in Greco θυμὸς, qđ est in primo uersu, hoc signi-
ficat qđ ὀργὴ, qđ est in secũdo uersu. Sed cũ Latini
uellent et ipsi duo uerba ponere, q̃situ est quid es-
set uicinũ iræ, & positũ est furor. Iõ uarie codices
habẽt. Nã in alijs prius inuenit ira, deinde furor. In
alijs prius furor, deinde ira. In alijs pro furore indi-
C gnatio ponitur, aut bilis. Sed quicqd illud est, mo-
tus est animi prouocans ad pœnã inferẽdam. Qui
[...]s. di. tñ motus, nõ tanquã animæ deo tribuẽdus est, de
sed q̃- quo dictum est, Tu autem dñe uirtutum cum tran
[...]r quillitate iudicas Quod autem trãquillum est, nõ
[Sa]pi. 12. est perturbatũ. Nõ ergo cadit in deum iudicẽ ptur
batio, sed quod in eius ministris fit, quia per leges
eius fit, ira eius dicitur. In qua ira non solum argui
se nõ uult aĩa q̃ nũc orat, sed nec corripi, id est emẽ
dari uel erudiri. Nam in Græco παιδεύσῃς positum
est, id est, erudias. Arguuntur.n in die iudicij oẽs
qui nõ habent fundamentum, quod est Christus:
Emendantur autem, id est, purgantur, qui huic fun
[1. C]or. 3. damento superædificant lignum, fœnum, stipulã.
Detrimentum.n patientur, sed salui erunt tanquã
per ignem. Quid ergo isto orat, qui non uult in ira
dñi uel argui uel emẽdari? Quid nisi ut sanet? Vbi
enim sanitas est, nec mors metuenda est, nec urẽtis
aut secantis medici manus. Sequitur itaq; & dicit,
Miserere mei dñe, qm̃ infirmus sum, sana me do-
mine qm̃ conturbata sunt ossa mea.) Id est, firma-
mentum animæ meæ uel fortitudo. Hæc enim ossa
significant. Dicit ergo, anima, fortitudinem suam, D
esse turbatam, cum ossa nominat, Neque enim cre-
dendum est, quod habeat ossa quę uidemus in cor
pore. Quapp, ad expositionẽ pertinet quod subiici
tur: Et anima mea turbata est ualde) Ne qđ ossa
appellauit, corporis intelligeretur. Et tu dñe usque-
quo.) Quis non intelligat significari animam luctã
tem cum moribus † suis, diu autẽ dilatam à medi- † al. mor
co, ut ei persuaderetur in quę mala se peccando pci bis.
pitauerit? Quod.n. facile sanatur, non multum ca-
uetur. Ex difficultate autem sanationis, erit diligẽ-
tior custodia receptæ sanitatis. Non ergo tanquam
crudelis deus ęstimandus est, cui dicitur, Et tu dñe
usquequo. Sed tanquã bonus persuasor animæ, qd
mali sibiipsi pepererit. Nondũ.n. tam perfecte orat
† hæc anima ut ei dici possit, Adhuc loquẽte te di- † aliàs p
cã, Ecce assum. Simul ut etiam illud agnoscat quã- fecta erat
ta pœna impijs præparetur qui se nolunt cõuertere Esa. 65.
ad deũ, si tantam difficultatẽ conuertentes patiun
tur. Sicut alio loco scriptum est, Si iustus uix saluus
erit, peccator & impius ubi parebunt. Conuertere 1. Pet. 4.
dñe & erue animam meam.) Conuertens se, orat E
ut ad eam conuertatur & deus: Sicut dictũ est, Cõ- Zach. 1.
uertimini ad me, & conuertar ad uos, dicit dñs. An
ex illa locutione intelligendum est, cõuertere dñe,
id est, fac me cõuerti, cũ in ipsa sua cõuersione dif-
ficultatem laboremq́; sentiret. Nam perfecta nostra
conuersio paratum inuenit deum, sicut Propheta
dicit, Tanquam diluculũ paratũ inuenimus eum.
Qm̃ ut eũ amitteremus, non eius absentia, q ubiq;
adest, sed nostra fecit auersio. In hoc mundo erat,
inquit, & mũdus per eũ factus est, & mundus eum
non cognouit. Si ergo in hoc mũdo erat, & mũdus Ioan. 1.
eũ non cognouit, nr̃a immunditia nõ fert eius aspe
ctum. Dum.n nos conuertimus, id est, mutatione
ueteris uitæ resculpimus spiritũ nostrũ, durũ senti-
mus & laboriosum ad serenitatem & tranqllitatẽ
diuinæ lucis à terrenarũ cupiditatũ caligine retor-
queri. Et in tali difficultate dicim⁹, Cõuertere dñe,
id est, adiuua nos ut pficiat in nobis conuersio, q̃
te paratũ inuenit, & fruendũ te præbentem dilecto
ribus tuis. Et ideo postquã dixit, Conuertere dñe,
addidit, & erue animã meam, tanquã inhærentem
pplexitatibus huius seculi, & spinas quasdã dilace- F
rantiũ desyderiorũ in ipsa conuersione patientem.
Saluũ me fac, inquit, pp misericordiam tuam. In-
telligit nõ suorũ meritorũ esse q̄ sanatur, qñquidem
peccanti & datum præceptũ prætereunti, iusta dã-
natio debebatur. Sana me ergo, non pp meritum
meum, sed propter misericordiam tuam Qm̃ non
est in morte q memor sit tui.) Intelligit quoq; nũc
esse tp̃s conuersionis, Quia cum ista uita transierit,
non restat nisi retributio meritorũ. In inferno quis
confitebit tibi? Confessus est in inferno ille diues,
de quo dñs dicit, qui Lazarũ uidit in requie, se aũt
in tormentis dolebat. Vsqueadeo confessus, ut etiã Luca. 16.
moneri suos uellet, ut se à peccatis cohiberent, pp
pœnas quæ apud inferos esse nõ credunt. Quamuis
ergo frustra, confessus est tñ, sibi merito illa accidis
se tormenta, qñ etiam suos ne in hæc inciderent,
doceri cupiebat. Quid ergo est, In inferno quis con
fitebitur tibi? An infernum uult intelligi, quò post
iudicium præcipitabuntur impij, ubi iam propter
profundiores tenebras nullam dei lucem uidebũt,
cui aliquid confiteantur? Nam iste adhuc eleuatis

A nasceretur futurum sciebat? Nonne oībus discipu-
Ioan. 6 lis suis dixerat, Ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? Quo ergo in illum sperauit, nisi qua in membris suis ipse est, & quod multi fideles de Iuda sperauerũt, hoc in se trāsfigurauit dñs? Quando.n.uidebāt Iudam multi, qui crediderunt in xp̃m ambulare inter duodecim apostolos, sperabant in illum aliquid, quia talis erat quales & cæteri. Christus aũt, quia in membris suis erat hoc sperantibus, quo in illis est esurientibus & sitientib⁹,
Matt. 25. quo dixit, esuriui, sic dixit speraui. Proinde sic hic illi dicamus, domine, quando sperasti: quo illi dictum est, domine, quādo esuristi: quo nobis ibi dixit, cùm uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: sic potest dicere, cùm unus ex minimis meis sperauit, ego speraui. In quem sperauit? Homo pacis meæ, in quē speraui. Qui edebat panes meos.) Quo ipsum ostendit in passione de istis uerbis prophetię?
Ioan. 13 Per bucellam illum designauit, ut appareret de illo
Mat. 26 dictũ, q edebat panes meos. Rursus qñ uenit ut tra-
Mar. 14. deret eũ, osculum illi dedit, ut appareret de illo dictum, homo pacis meæ. Tu aũt domine miserere
B mei.) Hoc ex forma serui, hoc ex persona inopis & pauperis. Beatus.n. qui intelligit sup egenũ & pauperē. Miserere mei. Et resuscita me & reddā illis.) Videte quando dictum est, iam factum est. Occide-
Ioan. 11 runt enim Christum Iudæi ne perderent locum. Illo occiso perdiderunt locum, eradicati à regno, dispersi sũt. Suscitatus reddidit illis retributionē, sed dedit ad admonitionem, nōdum ad damnationē.
Psal. 21 Ciuitas.n. illa, in qua fremuit ppl's tanquàm leo ra-
Matt. 25. piens & rugiens, exclamans, crucifige crucifige, era-
Luce 23. dicatis inde Iudæis, xp̃ianos habet, à Iudæo nullo
Ioan. 19. inhabitatur. Plantata est ibi Ecclesia xp̃i, unde era-
Psal. 119. dicatæ sunt spinæ synagogæ. Proinde uerè ignis eo rũ exarsit, sicut in spinis, dñs aũt tanq̃ lignũ uiride erat. Hoc ipse ait qñ plangebant quædam mulieres
Luc. 23. uelut moriturum Christum, Nolite flere super me,
Psal. 117. sed super uosipsas flete, & sup filios uestros: & hoc prædicens, suscita me & reddā illis. Si.n. in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Qñ possit uiride lignum consumi ab igne spinarũ? Exarserunt.n. uelut ignis in spinis. Ignis q spinas cōsumit, cuicũq uiridi ligno adhibeť, difficile accēdit. Humor.n. li-
C gni resistit flammæ lētæ & marcidæ, tñ idoneæ ad consumendas spinas. Et suscita me & reddam illis. Ne forte sanè fratres minus potentem filium, q̃ patrē putetis, ex eo, quia dixit, suscita me, ꝙ ipse se suscitare non possit: hoc enim suscitauit, quod mori poterat, id est, caro mortua est, caro suscitata est. Ne tñ putetis quia deus pater Christi potuit suscitare Christum, id est, carnem filij sui: & ipse Christus, cũ uerbum sit Dei æquale patri, non poterat carnem suam suscitare: audite ex euāgelio, Soluite tēplum
Ioan. 2 hoc, & in triduo suscitabo illud. Hoc autem euangelista ne etiam inde dubitaremus, dicebat, inquit, de templo corporis sui. Et resuscita me & reddam illis. In hoc cognoui qm̃ uoluisti me, qm̃ non gaudebit inimicus meus sup me.) Quia gauisi sunt Iudæi, quando uiderunt Christum crucifixum, impleuisse se arbitrati sunt uoluntatem nocēdi: effectũ fructus sæuitiæ suæ uiderunt, Christum in cruce
Mat. 27. pendentē, agitauerunt caput, Si filius dei est, descēdat de cruce. Non descendebat qui poterat, nō potentiam demonstrabat, sed patientiam docebat. Si

enim hæc illis dicentib⁹ de cruce descenderet, qua- D
si insultantib⁹ cessisse uideretur, & uictus opprobria tolerare non potuisse crederetur: magis mansit in cruce illis insultantibus, fixus illis nutātibus. Ideo enim & caput agitabant, quia uero capiti nō inhærebant. Docuit nos planè ille patientiā, Nam quod est forti⁹ fecit, qui noluit facere quod Iudæi prouocabant. Multo est.n. potentius de sepulchro surgere, q̃ de cruce descendere. Qm̃ non gaudebit inimicus meus super me. Gauisi sunt ergo tunc, resurrexit Christus, glorificatus est Christus. Vident modo ĩ nomine ipsius conuerti genus humanũ, modo insultent, modo caput agitent: imò iam caput figant, aut si agitant caput, stupendo & mirando agitent. Modo enim dicunt, nunquid forte ille est, quem dixerunt Moyses & prophetæ? De illo n. dixerunt, Si- Esa. 53.
cut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agn⁹ corā tondente se sine uoce, sic non aperuit os suũ, uulneribus eius sanati sumus. Videmus enim quia crucifixus iste ducit post se genus humanum, & sine causa dixerũt patres nostri, occidamus eum, ne seculum post illum pergat. Forte nō post eum per- Ioan. 12.
geret, si non esset occisus. In hoc cognoui qm̃ uolui- E
sti me, qm̃ non gaudebit inimicus meus super me.
Me autem propter innocētiam meam suscepisti.) Verè innocentiam, ubi integritas sine peccato, redditio est sine debito, flagella sine merito, Propter innocentiam meam suscepisti me. Et cōfirmasti me in conspectu tuo in æternum.) Confirmasti me in æternum, infirmasti ad tempus. Confirmasti in cōspectu tuo, infirmasti in conspectu hominũ? Quid ergo? Laudes illi, gloria illi. Benedictus dominus deus Israel.) Ille est enim deus Israel, deus noster, deus Iacob, deus minoris filij, deus minoris populi. Nemo dicat de Iudæis hoc dixit, Nō sum ego Is-
rael. Magis Iudęi non sunt Israel. Maior enim filius, Malac. 1.
ipse est maior populus reprobatus: minor populus
dilectus. Maior seruiat minori. Modo impletũ est, Gene. 25.
modo fratres nobis seruiunt Iudæi, tanquā capsa- »
rij nostri sunt, studentibus nobis codices portant. »
Audite in quo nobis Iudæi seruiunt, & non sine cā.
Cain ille frater maior, qui occidit minorem fratrē, Gene. 4
accepit signum ne occideretur, id est, ut maneat ipse populus. Apud illos sunt prophetæ & lex, in qua lege & in qbus prophetis Christus prædicatus est. F
Quando agimus cum paganis, & ostendimus hoc euenire modo in Ecclesia xp̃i, quod ante prædictũ est de nomine Christi, de capite & corpore xp̃i, ne putent nos finxisse illas prædictiones ex his reb⁹, q̃ acciderunt, quas existimant nos conscripsisse quasi futuræ essent, proferimus codices Iudæorũ. Nempe Iudæi inimici nostri sunt, de chartis inimici cōuincitur aduersarius. Omnia ergo dominus distribuit, oia pro salute nostra ordinauit. Prædixit ante nos, impleuit hoc tpe nostro. Et quæ nondum impleuit, impleturus est. Itaq; tenemus redditorem, ut credamus debitorē: quia & illa, quę nōdum dedit, dabit, sicut ea, q̃ nondum dederat, dedit. Si qs probare uult ubi sint scripta, legat Moysen & prophetas. Si aliqs pstrepit inimicus & dicit, uos uobis ꝓphetias finxistis: proferantur codices Iudæoꝝ, quia maior seruiet minori. Ibi legant ista prædicta quæ modo uidemus impleta, & dicamus omnes, Benedictus dominus deus Israel, A seculo & in seculum, & dicet omnis populus fiat fiat.

G *In Psalmum quadragesimum primum, Enarratio.*

Olim desiderabat anima nostra in uerbo dei gaudere uobiscum, & in illo uos salutare, qui est nostrum adiutorium & salutare. Quod ergo dominus dat audite per nos, & in illo exultate nobiscũ in sermone eius, & in ueritate & in charitate eius. Psalmum enim suscepimus, de quo loquendum est uobis congruum desyderio uestro. Cœpit enim iste Psalmus à sancto quodam desyderio, & ait, qui sic cantatur. Quemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desyderat anima mea ad te deus.) Quis ergo est qui sic cantat? Si uolumus, nos sumus. Et quid quæras extra quod nã sit, cum in tua potestate sit esse quod quæris? Tamen non unus homo est, sed unum corpus est: corpus autem Christi Ecclesia est. Nec in omnibus qui intrant Ecclesiam inuenitur tale desyderium: sed tamen quicunque suauitatem domini gustauerunt, & quod eis sapit agnoscunt in cantico, non putent se solos esse: sed talia semina sparsa credant in agro dominico, toto orbe terrarum, & cuiusdam unitatis christianæ esse uocem hanc, Quẽadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarũ, sic desyderat anima mea ad te deus. Et quidem non male intelligitur uox esse eorum, qui cum sint catechumeni, ad gratiã sancti lauacri festinant. Vnde & solenniter cantatur hic psalmus, ut ita desyderẽt fontẽ remissionis peccatorum, quẽadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarũ. Sit hoc, habeatque locum intellectus iste in Ecclesia & ueracem & solennẽ. Veruntamen fratres, uidetur mihi etiam in baptismate fidelibus nondum esse satiatum tale desyderium, sed fortasis si norunt ubi peregrinentur, & quò eis transeũdum sit, et ardentius inflammantur. Denique titulus eius est: In finem intellectus filijs Chore, Psalmus.) Filios Chore inuenimus & in alijs psalmorum titulis, & iam tractasse nos meminimus, & locutos esse quid sibi hoc nomen uelit. Ita tamen nunc commemorandus est iste titulus, ut non nobis quasi præiudicet quod iam diximus, ut deinceps non dicamus: non enim uobis cum diximus omnes affuerunt. Chore aliquis homo fuerit sicut fuit, habueritque filios qui appellarentur filij Chore, nos tamen arcanum sacramenti scrutemur, ut nomen hoc in mysterio quid grauidum est pariat. Magni enim sacramẽti res est ut christiani appellẽtur filij Chore. Vnde filij Chore? filij sponsi, filij Christi. Dicuntur enim christiani, filij sponsi. Quare ergo Chore Christus? Quia Chore interpretatur Caluaria. Multo remotius est hoc. Quærebam quare Chore Christus, intentius quæro quare Christus ad Caluariam pertinere uideatur. Nõne iam occurrit in loco Caluariæ crucifixus? Occurrit omnino. Ergo filij spõsi, filij passionis illius, filij redempti sanguine illius, filij crucis illius, portantes in fronte quod inimici in loco Caluariæ fixerunt, appellantur filij Chore, illis cantatur iste Psalmus. Intellectu itaque excitemur, † & si nobis cãtatur, intelligamus. Quid intellecturi sumus? In quẽ intellectũ Psalmus iste cãtatur? Audeo dicere, Inuisibilia.n. eius à creatura mũdi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Eia fratres, auiditatem meã capite, desyderiũ hoc mecum communicate, simul amemus, simul in hac siti exardescamus, simul ad fontem intelligendi curramus. Desyderemus ergo uelut ceruus fontẽ, excepto illo fonte quẽ pp remissionem peccatorum desyderant baptizãdi: & iam baptizati desyderemus illum fontẽ, de quo scriptura alia dicit, Qm̃ apud te est fons uitæ. Ipse.n. fons & lumen est, qm̃ in lumine tuo uidebimus lumen. Si & fons est, & lumen est, merito & intellectus est: quia & satiat animam auidam scientiæ: & omnis qui intelligit, luce quadam non corporali, non carnali, non exteriore, sed interiore illustratur. Est ergo fratres quædam lux intus, quam non habent qui non intelligunt. Vnde iam eos qui desyderant hũc fontem uitæ, & inde aliquid carpunt, alloquitur Apostolus obsecrans & dicit, Vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in uanitate mentis suæ, obscurati intelligentia, alienati à uia dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorũ. Si ergo illi obscurati sunt intelligentia, id est, quia non intelligunt obscurantur, ergo qui intelligunt illuminãtur. Curre ad fontes, desydera aquarũ fontes. Apud deũ est fons uitæ, & insiccabilis fons, in illius luce lumen inobscurabile. Lumen hoc desydera, quendã fontẽ, quoddã lumen, quale non norũt oculi tui: cui lumini uidẽdo oculus interior præparat, cui fonti hauriendo sitis interior inardescit. Curre ad fontẽ, desydera fontẽ, sed noli utcunque, noli ut qualecũque animal currere, ut ceruus curre. Quid est ut ceruus? Non sit tarditas in currẽdo, impigre curre, impigre desydera fontem. Inuenimus.n. insigne uelocitatis in ceruo. Sed forte non hoc scriptura solum nos in ceruo consyderare uoluit, sed & aliud audi. Quid aliud est in ceruo? Serpentes necat, & post serpentiũ interemptionẽ maiore siti inardescit: peremptis serpentibus ad fontes acrius currit. Serpẽtes uitia tua sunt, consume serpẽtes iniquitatis, tũc amplius desyderabis fontẽ ueritatis. Auaritia forte in te tenebrosum aliqd sibilat, & sibilat aduersus uerbũ dei, sibilat aduersus præceptum dei. Et qa tibi dr̃, contemne aliquid ne facias iniquitatem: si mauis facere iniquitatẽ q̃ aliquod commodum temporale contemnere, morderi magis eligis à serpente, q̃ perimere serpentem. Cum ergo adhuc faueas uitio tuo, cupiditati tuæ, auaritiæ tuæ, serpẽti tuo, qñ in te inuenietur tale desyderiũ, quo curras ad fontẽ aquarum? Qñ concupiscis fontem sapientiæ, cum adhuc laboras in ueneno malitiæ? Interfice in te quicquid contrarium est ueritati, & cum te uideris tanquã uacare à cupiditatibus peruersis, noli remanere quasi nõ sit qd̃ desyderes. Est.n. aliquid quò te tollas, si iam egisti in te, ut nõ sit impeditor contra te. Dicturus.n. es forte iam mihi, si ceruus es: deus nouit, non me iam auarum, nõ me iam cuiusquam rem concupiscere, non adulterij cupiditate flagrare, non cuiusquam odio inuidiáque tabescere, & cætera huiusmodi: dicturus es non habeo hæc, & quæris forte unde delecteris, desydera unde delecteris. Desydera ad fontes aquarum, habet deus unde te reficiat, & impleat uenientem ad se sitientem post interemptionem serpentium tanquam uelocem ceruum. Est aliud quod animaduertas in ceruo. Traduntur cerui, & à quibusdam etiam uisi sunt: non enim de illis tale aliquid scriberetur nisi antea uideretur: dicuntur ergo cerui uel quando in agmine suo ambulant, uel quando natando alias terrarum partes petunt, onera capitum suorum super se inuicem ponere, ita ut unus pcedat, & sequantur qui supra eum capita ponant,

Margin notes: K; Psal. 35.; Ephe. 4.; Psal. 35; Col. 1.; H; L; Num. 26; I; M; Mat. 27.; † al. Intellectu itaque scrutemur.; Rom. 1.; De uerb. Apostoli sermo. 11.

A & supra illos alij consequētes, & deinde alij donec
agmen finiat. Ille autem unus qui pōdus capitis in
primatu portabat, fatigatus redit ad posteriora, ut
alius ei succedat q portet quod ille portabat, atq; il
le fatigationē suam recreet posito capite sicut & cę
teri ponebant. Ita uicissim portando qd graue est,
& uiā peragunt, & inuicem se non deserunt. Nonne
Gala.6. quosdā ceruos alloquitur Apostolus dicens, Inui-
cem onera uestra portate, & sic adimplebitis legē
xpi? Talis ergo ceruus in fide constitutus, nōdum
uidens qđ credit, cupiens intelligere quod diligit,
patitur contrarios ceruos, non solū obscuratos in
intelligentia, in tenebris interioribus cōstitutos, ui
tiorum cupiditate cæcatos: insuper insultantes &
dicentes homini credenti, & quod credit non ostē
denti, ubi est deus tuus? Quid ergo iste ceruus fece
rit cōtra hęc uerba, audiamus, ut & ipsi si possum⁹
faciamus. Primo expressit sitim suam, quemadmo-
dum inqt, ceruus desyderat ad fontes aquarum, ita
desyderat anima mea ad te deus. Quid si ceruus ad
fontes aquarū lauandi causa desyderat? Vtrū ergo
B bibendi aut lauandi, nescimus: audi qd sequitur, &
noli quærere, Sitiuit anima mea ad deū uiuum.)
Quod dico queadmodū ceruus desyderat ad fon-
tes aquarum, ita desyderat anima mea ad te deus:
hoc dico, sitiuit aīa mea ad deum uiuum. Quid siti
uit? Qñ ueniam & apparebo ante faciē dei.) Hoc
est qd sitio, uenire & apparere. Sitio in peregrina-
tione, sitio in cursu, satiabor in aduentu. Sed qñ ue
niam? Et quod citius est deo, tardum est desyderio,
Quando ueniam & apparebo ante faciem dei? Ex
illo desyderio est & hoc ex quo clamabatur alibi,
Psal.26 Vnam petij à dño, hanc requiram, ut inhabitem in
domo domini per oēs dies uitæ meæ. Quare hoc?
Vt contempler, inquit, delectationem domini. Qñ
ueniam & apparebo ante faciem domini. Interim
dum meditor, dum curro, dum in uia sum, anteq̃
ueniam, antequam appaream: Fuerunt mihi la-
chrymæ meæ panes die ac nocte, cum dicitur mihi
per singulos dies ubi est deus tuus.) Fuerunt mihi,
inquit, lachrymæ meæ, non amaritudo, sed panes
suaues erant ipsæ lachrymæ, sitiēti mihi illum fon
C tem, quem qa bibere nōdum poterā, auidius meas
lachrymas manducabam. Non.n.dixit, Factæ sunt
mihi lachrymæ meæ potus, ne ipsas desyderasse ui-
deretur sicut fontes aquarū: sed seruata illa siti qua
rapior, seruata illa siti qua iardesco ad fontes aqua
rum, panes mihi factæ sunt lachrymæ meæ dū dif-
feror: & utiq; manducādo lachrymas suas, sine du-
bio pl⁹ sitit ad fontes. Die qppe ac nocte facti sunt
mihi lachrymæ meæ panes. Cibū istum q panis di
citur, die comedunt homines, nocte dormiunt: pa-
nis aūt lachrymarum & die & nocte comeditur: si
ue totum tempus accipias diem & noctē: siue diē
intelligas pro huius seculi prosperitate, noctem ue-
ro pro huius seculi aduersitate. Siue, inqt, in prospe
ris rebus seculi, siue in aduersis rebus seculi, ego de
syderij mei lachrymas fundo, ego desyderij mei aui
ditatem non desero. Et cū in mundo bene est, mi-
hi male est antequā apparebo ante faciē dei. Quid
ergo dicis? quasi gratulari me cogis, si aliqua hui⁹
seculi ꝓsperitas arriserit, nōne deceptoria est? nōn-
ne fluxa, caduca, mortalis? nonne tēporalis, uolati-
ca, transitoria? Nōne plus habet deceptionis quàm
delectationis? Cur ergo non & in ipsa fiant lachry-

mæ meæ panes? Siquidē & cum fœlicitas seculi cir- D
cūfulget, quādiu sumus in corpore, peregrinamur
à dño, & dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus? 2.Cor.5
Quia paganus si hoc mihi diceret, nōnne illi & ego
possum dicere, ubi est deus tuus? Deum qppe suum
digito ostendit. Intendit.n.digitum ad aliquem la
pidē & dicit, ecce est deus meus, ubi est deus tuus?
Cum lapidem irrisero & erubuerit qui demonstra
uit, tollit oculū à lapide, suspicit cœlum, & forte in
solē digitum intēdens, iterū dicit, ecce deus meus,
ubi est deus tuus? Inuenit ille qđ ostenderet oculis
carnis, ego autem non quasi non habeā quē osten
dam, sed non habet ille oculos quibus ostendam.
Potuit.n.ille oculis corporis sui ostendere deū suū
solem, quibus ego oculis ostendam solis creatorē?
Veruntamen audiēdo quotidie, ubi est deus tuus,
& in lachrymis meis quotidianis pastus, die ac no
cte meditatus sum quod audiui, ubi est deus tuus.
Quæsiui et egoipse deum meum, ut si possem, non
tm crederem, sed aliquid & uiderem. Video.n.quæ
fecerit deus meus, non autem uideo ipsum deum
meum qui fecit hæc. Sed qm sicut ceruus desyderat E
ad fontes aquarum, & est apud eum fons uitę, & in Psal.35.
intellectu scriptus est psalmus filijs Chore, & inuisi
bilia dei per ea q̃ facta sunt intellecta conspiciunt: Rom.1.
quid agam ut inueniam deum meum? Consydera-
bo terram, facta est terra. Est magna pulchritudo
terrarum, sed habet artificē. Magna miracula sunt
seminum atq; gignentium, sed habent ista omnia
creatorem. Ostendo magnitudinem circunfusi ma
ris, stupeo, miror, artificem qro, cœlum suspicio &
pulchritudinē syderū, admiror splendorē solis ex-
ercitio diei sufficientem, lunā nocturnas tenebras
consolantem. Mira sunt hæc, laudāda sunt hęc, uel
etiam stupenda sunt hæc. Neque.n.terrena, sed etiā
cœlestia sunt hæc: nondum ibi stat sitis mea. Hæc
miror, hæc laudo, sed eum qui fecit hæc, sitio. Re-
deo ad meipsum, & quis sim etiam ipse qui talia q̃-
ro, perscrutor: inuenio me habere corpus & aiam,
unum quod regam, aliud quo regar: corpus serui-
re, animam imperare. Discerno animam melius es-
se aliquid quā corpus, ipsum inquisitorem talium
rerum non corpus sed animam uideo, & tñ hæc o- F
mnia q̃ collustraui, ꝑ corpus ea me collustrasse co-
gnosco. Terram laudabam, oculis cognouerā: ma-
re laudabam, oculis cognouerā: cœlum, sydera, so-
lem lunamq; laudabam, oculis cognoueram. Ocu-
li membra carnis sunt, fenestræ sunt mētis: interior
est qui per has uidet, qñ cogitatione aliqua absens
est, frustra patent. Deus meus qui fecit hęc quę ocu
lis uideo, non istis oculis est inquirendus. Aliquid
etiam per seipsum animus ipse cōspicit: utrū sit ali-
quid quod non per oculos sentiat, quasi colores &
lucē: non per aures, quasi cantum & sonum: non p
nares, quasi odos suauitatem: non per palatum &
linguam, quasi saporē: non per totum corpus, qua-
si duritiā & mollitiem, rigorem atq; feruorem, aspe
ritatem lenitatemq;: sed pertractem utrum sit aliqd
intus quod uideam. Quid est intus? Videamus qđ
neque color sit, neque sonus, neque odor, neque sa
por, neque calor, aut frigus, aut duritia, aut mollitu
do. Dicatur ergo mihi, quem colorem habeat sapiē
tia? Cum cogitamus iustitiam, qua eius intus in ip-
sa cogitatione pulchritudine fruimur: quid tanquā
sonus ad aures? quid tanquā uaporeū surgit ad na-

G res? quid odori infertur? qđ manu tractatur & delectat? Et intus est & pulchra est, & laudatur & uidetur: & si in tenebris sunt oculi isti, animus illius luce pfruitur. Quid est illud qđ Tobias uidebat, qñ uidenti filio cæcus cõsiliũ uitæ dabat? Est ergo aliqd quod animus ipse corporis dominator, rector, habitator uidet, qđ nõ per oculos corporis sentit, non per aures, non per nares, non per palatũ, non per corporis tactũ, sed per seipsum. Et utiq; melius quod per se ipsum quàm quod per seruum suum quod est corpus. Seipsum.n. per seipsum uidet, & animus ipse ut norit se, uidet se. Sed nec utique ut uideat se corporalium oculorum quærit auxilium, imo uero ab omnibus corporis sensibus, tanquam impedientibus & perstrepentibus abstrahit se à se, ut uideat se in se, ut nouerit se apud se. Sed nunquid aliquid tale deus ipsius est, qualis est animus? Nõ quidem uideri deus nisi animo potest, nec tñ ita ut animus uideri potest. Aliquid.n. quærit animus iste quod deus est, de quo illi nõ insultent qui dñt, ubi est deus tuus. Aliquam q̃rit incommutabilem ueri
H tatem sine defectu substantiam. Non est talis ipse animus, deficit, proficit, nouit, ignorat, meminit, obliuiscit, modo illud uult, modo non uult. Ista mutabilitas nõ cadit i deũ. Si dixero mutabilis est de°, insultabunt mihi qui dicunt, ubi est deus tuus? Quærens ergo deũ meum in rebus uisibilib° & corporalibus & non inueniens: q̃rens eius substãtiam in meipso, quasi aliqđ sit qualis ego sum, neq; hoc inueniens, aliquid super animam esse sentio deum meum. Ergo ut eum animi intellectu tangerem.

Hæc meditatus sum, & effudi super me animam meam.) Qñ anima mea cõtingeret quod super animam meã quæritur, nisi anima mea super seipsam effunderetur? Si.n. in seipsa remaneret, nihil aliud quàm se uideret. Et cum se uideret, non utiq; deum suum uideret. Dicant iam insultatores mei, ubi est deus tuus: dicant, ego quãdiu non uideo, quandiu differor, mãducabo die ac nocte lachrymas meas. Dicant illi adhuc, ubi est deus tuus? Quæro ergo deũ meũ in omni corpore, siue terrestri, siue cœlesti, & non inuenio. Quæro substantiam eius in aia
I mea, & inuenio. Meditatus sum tñ inquisitionẽ dei mei, & per ea quæ facta sunt inuisibilia dei mei, cupiens intellecta conspicere, effudi super me animã meam, & iam non restat quem tangam nisi deum meum. Ibi.n. domus dei mei, super aiam meam habitat, inde me ꝓspicit, inde me creauit, inde me gubernat, inde mihi cõsulit, inde me excitat, inde me uocat, inde me dirigit, inde me ducit, inde me perducit. Ille.n. qui habet altissimam in secreto domum, habet etiam in terra tabernaculum. Tabernaculũ eius in terra, ecclesia est adhuc peregrina. Sed hinc quærendus est, quia in tabernaculo eius inuenitur uia qua peruenitur ad domum. Etenim cum effunderem super me aiam meam, ad attingendum deũ meum, quare hoc feci? Qm̃ ingrediar in locum tabernaculi.) Nam extra locum tabernaculi errabo quærens deum meum. Qm̃ ingrediar locum tabernaculi. Admirabilis usq; ad domum dei.) In locum tabernaculi ingrediar, admirabilis tabernaculi usq; ad domum dei. Iam.n. multa admiror in tabernaculo. Ecce quãta admiror in tabernaculo. Tabernaculum.n. dei in terra, homines sunt fideles: admiror in eis ipsorum membrorũ obsequium, quia non in eis regnat pctm̃ ad obediendum desyderijs eius, nec exhibent mẽbra sua arma iniquitatis peccato, sed exhibent deo uiuo in bonis operibus: animæ seruienti deo, mẽbra corporalia militare admiror. Respicio & ipsam aiam obedientem deo, distribuentem opera actus sui, frenãtem cupiditates, pellentem ignorantiã, extendentem se ad omnia aspera & dura toleranda, iustitiã & charitatem impendentem cęteris. Miror & istas uirtutes in anima, sed adhuc in loco tabernaculi ambulo. Trãseo & hęc, & quãuis admirabile sit tabernaculũ, stupeo cum peruenio usq; ad domũ dei. De qua domo dicitur in alio psalmo, cũ ꝓposuisset sibi quandam duram & difficilem q̃onem, quare in hac terra plerunque bene est malis, & male est bonis, ait, Suscepi cognoscere, hoc labor est ante me, donec eam in sanctuarium dei, & intelligã in nouissima. Ibi est n. fons intellectus in sanctuario dei, in domo dei. Ibi intellexit iste in nouissima, & soluit q̃onem de fœlicitate iniquorũ, & labore iustorum. Quõ soluit? Quia mali cum hic differuntur, ad pœnas sine fine reseruantur: & boni cum hic laborãt, exercent ut in fine hæreditatem consequant. Et hoc ille a sanctuario dei cognouit, in nouissima intellexit, ascẽdẽs tabernaculum, peruenit ad domum dei. Tñ dum miratur membra tabernaculi, ita perductus est ad domum dei: pcepit quandã dulcedinẽ, sequendo interiorẽ nescio quam & occultam uoluptatẽ, tanquã de domo dei sonaret suauiter aliqđ organum. Et cum ille ambularet in tabernaculo, audito quodã interiore sono, ductus dulcedine, sequens qđ sonabat, abstrahens se ab omni strepitu carnis & sanguinis, peruenit usq; ad domũ dei. Nã uiam suam & ductum suũ sic ipse cõmemorat, quasi diceremus ei, Miraris tabernaculum in hac terra, quõ peruenisti ad secretum domus dei? In uoce, inqt, exultationis & confessionis, soni festiuitatem celebrantis.) Festa cum hic hoies celebrant, suæ luxuriæ, consuetudinẽ habent constituere organa ante domos suas, aut ponere symphoniã, uel quæcunq; musica ad luxuriã seruientia & illiciẽtia, & ubi audita fuerint hęc, qđ dicimus qui transimus? Quid hic agit? Et respondetur nobis aliqua esse festa. Natalitia, inqt, celebrãt, nuptiæ hic sunt: ut nõ uideant inepta illa cantica, sed excusetur festiuitate luxuria. † In domo dei festiuitas sempiterna est. Non.n. aliqd ibi celebratur & transit. Festũ sempiternum, chorus angelorum, uultus pñs dei, lætitia sine defectu. Et dies illic festus ita est, ut nec aperiatur initio, nec fine claudat. De illa æterna & perpetua festiuitate, sonat nescio quid canorum & dulce auribus cordis, sed si non perstrepat mundus. Ambulanti in hoc tabernaculo admirabili dei, & miracula dei in redẽptione fidelium consyderanti, mulcet aurẽ sonus festiuitatis illius & rapit ceruũ ad fontes aquarum. Sed qa fratres, quãdiu sumus in corpore hoc, pegrinamur à dño, & corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: & si utcunq; nebulis diffugatis ambulando per desyderiũ ad hunc sonum peruenerimus interdum, ut aliquid de illa domo dei nitendo capiamus: onere tamen quodam infirmitatis nostræ ad consueta recidimus, & ad solita ista dilabimur. Et quomodo ibi inueneramus unde gauderemus, sic hic nõ deerit quod gemamus. Etenim ceruus

Marginalia: Tob. 4. — Psal. 41. — Rom. 1. — K — Rom. 6. — Psal. 72. — L — M — † al. lætitia. — Psal. 41 — 2. Cor. 5. — Sapi. 9.

A cervus iste mãducans die ac nocte lachrymas suas raptus desyderio ad fontes aquarum, interiorem. s. dulcedinem dei, effundens sup se animam suam, ut tangeret quod est sup animam suam, ambulans in locum tabernaculi admirabilis usq; ad domũ dei, & ductus interioris & intelligibilis soni iocunditate, ut omnia exteriora contemneret, & in interiora raperetur: adhuc tñ homo est, adhuc hic gemit, adhuc carnem fragilem portat, adhuc inter scandala huius mundi periclitatur. Respexit ergo ad se tanq̃ inde ueniẽs, & ait sibi cõstituto inter has tristitias, & cõparans hæc illis ad quæ uidenda ingressus est, & post quę tũc egressus est. Quare, inq̃t, tristis es anima mea, & quare conturbas me?) Et ecce iã quadã interiore dulcedine lętati sumus, ecce acie mẽtis aliqd incommutabile etsi pstrictim & raptim pspicere potuimus. Quare adhuc conturbas me, quare adhuc tristis es? Nõ. n. dubitas de deo tuo. Nunqd enim non est qd tibi dicas contra illos q dicũt, ubi
Psal. 42. est deus tuus? Iam aliqd incõmutabile psensi, quare adhuc conturbas me? Spera in dñm.) Et quasi responderet illi anima eius in silentio, quare cõtur
B bo te, nisi qa nondum sum ibi ubi est dulce illud, quo sic rapta sum quasi p transitum? Nunqd iam bibo de fonte illo nihil metuens? Iam nullum scandalum pertimesco? iam de cupiditatibus omnibus tanq̃ edomitis uictis secura sum? Nonne aduersus me diabolus uigilat hostis meus? Nonne laqueos mihi quotidie deceptionis intẽdit? Non uis ut conturbem te, posita in sęculo, & peregrina adhuc a domo dei mei? Sed spera in dñm, respondet conturbãti se animæ suæ, & quasi rationem reddenti perturbationis suæ, pp mala qbus abundat hic mundus, Interim habita in spe. Spes. n. quæ uidetur non est
Roma. 8. spes. Si aũt quod non uidemus speramus, p patientiam expectamus, spera in domino. Quare speras. Quoniam confitebor illi.) Quid ei confiteberis? Salutare uultus mei deus meus.) A me mihi salus esse non potest, hoc dicam, hoc confitebor, salutare uultus mei deus meus. Etenim ut metuat in his quæ utcunq; intellecta cognoscit, respexit iterũ sollicitus ne obrepat inimicus, nondum dicit saluus
Roma 8. sum ex omni parte. Etenim primitias hñtes spiritus in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem, expe
C ctantes redemptionem corporis nostri. Illa pfecta in nobis salute, erimus in domo dei, uidentes sine fi
Psal. 83. ne, & sine fine laudantes eũ cui dictum est, Beati q habitant in domo tua, in secula seculorũ laudabũt te. Hoc nondum est, qa nondum est salus quæ promittitur, sed cõfitebor domino meo in spe, & dico illi, salus uultus mei deus meus. Spe. n. salui facti su
Roma. 8. mus. Spes autem quæ uidetur, non est spes. Perseuera ergo ut peruenias, pseuera donec ueniat salus. Audi ipsum deum tuum de interiore tibi loquentem,
Psal 26. Sustine dñm & uiriliter age & confortetur cor tuũ & sustine dominum, quoniam q pseuerauerit usq;
Mat. 10. in finẽ, hic saluus erit. Quare ergo tristis es anima
& 24. mea, & quare conturbas me? Spera in dñm quoniã confitebor illi. Hæc est confessio mea, salutare uultus mei deus meus. Ad meipsum anima mea turbata est.) Nunquid a deo turbatur? Ad me turbata est ab incommutabili reficiebatur, ad mutabile pturbabatur: noui qa iustitia dei mei manet, utrum mea maneat nescio. Terret. n. me Apostolus dicẽs,
.Cor. 10 Qui se putat stare, uideat ne cadat. Ergo qa non est in me firmitas mihi, nec est mihi spes de me, ad me D
ipsum turbata est anima mea. Vis non cõturbetur: non remaneas in te ipso, & dic, Ad te domine leuaui animam meam. Hoc planius audi, Noli sperare Psal. 24.
de te, sed de deo tuo: nam si speras de te, anima tua conturbatur ad te, qa nondum inuenit unde sit secura de te. Ergo quoniã ad me conturbata est anima mea, qd restat nisi humilitas, ut de seipsa anima nõ præsumat? Quid restat nisi ut omnino minimã se faciat, nisi ut se humiliet ut exaltari mereatur? Nihil sibi tribuat, ut ei ab illo quod utile est tribuat. Ergo qa ad me turbata est anima mea, & hanc perturbationem facit supbia. Propterea memoratus sum tui domine de terra Iordanis & Hermoniim à monte paruo.) Vnde memoratus sum tui? A monte paruo, & de terra Iordanis. Forte de baptismo, ubi est remissio peccatorum. Etenim nemo currit ad remissionem peccatorum, nisi q displicet sibi. Nemo currit ad remissionem peccato, nisi q se cõfitetur peccatorem: nemo se confitetur peccatorẽ, nisi humiliando seipsum deo. Ergo de terra Iordanis me- Luc. 14.
moratus sum tui, & de mõte paruo: non de monte & 18.
magno, ut de monte paruo tu facias magnum, qm̃ E
q se exaltat humiliabitur, & q se humiliat exaltabitur. Si autem & interpretationes nominum quęras, Iordanis est descensio eo. Descende ergo ut eleueris noli extolli ne elidaris. Et de Hermoniim à mõte paruo. Hermoniim anathematizatio interpretat. Anathematiza teipsum displicendo tibi. Displicebis. n. deo, si placueris tibi. Ergo qa nobis deus omnia bona præstat, qa ipse bonus est, non qa nos digni sumus sed qa ille misericors est: non quia in aliquo pmeruimus: de terra Iordanis & Hermoniim commemoratus sum dei. Et qa q humiliter commemoratur, exaltatus pfrui merebitur, qa non in se exaltatur q in domino gloriatur. Abyssus abyssum I. Cor. 1.
inuocat in uoce cataractarum tuarũ.) Peragere Psalmum possum fortasse adiutus studio uestro, cuius feruorem uideo. De labore aũt uestro non satis curo ut audiatis, quando & me q loquor in his laboribus sudare cernatis. Aspicientes me laborantẽ, profecto collaboratis. Non. n. mihi laboro sed uobis. Ergo audite, quoniã uelle uos uideo. Abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarum tuarũ. Deo dixit ille q eius commemoratus est de terra Iordanis & Hermoniim. Et admirãdo dixit, Abyssus abys F
sum inuocat in uoce cataractarũ tuarum. Quę abyssus? quã abyssum inuocat? Vere qa iste intellectus abyssus est. Abyssus n. est profunditas quędã impenetrabilis, incomprehensibilis & maxime solet dici in aquarum multitudine. Ibi. n. altitudo, ibi profunditas, quæ penetrari usq; ad fundum nõ potest. Deniq; quodam loco dictũ est, Iudicia tua abyssus Psal. 35.
multa: hoc uolens scriptura commendare, qa iudicia dei nõ cõprehenduntur. Quæ ergo abyssus, quã inuocat abyssum? Si profunditas est abyssus, putamus q cor hominis abyssus est? Quid n. est profundius hac abysso? Loq̃ homines pñt, uideri pñt p operationem mẽbro, audiri in sermone, sed cuius cogitatio penetratur, cuius cor inspicitur? Quid intus gerat, qd intus possit: qd intus agat, qd intus disponat, qd intus uelit, qd intus nolit, qs cõprehendet? Puto nõ absurde intelligi abyssum hoiem, de quo alibi dictũ est, Accedet homo ad cor altũ & exalta Psal. 63.
bitur deus. Si ergo homo abyssus est, quõ abyssus

G inuocat abyssum? Homo inuocat hominē: inuocat
quasi quō deus inuocatur? Non. Sed inuocat dicit
ad se uocat. Nam dictum est de quodam, mortem
inuocat: id est, sic uiuit, ut mortem ad se uocet. Nā
nemo hoium est q orationē faciat & inuocet mor-
tem, sed male uiuendo homines mortem inuocāt.
Abyssus abyssum inuocat, homo hoiem. Sic discit
sapientia, sic discitur fides; cū abyssus abyssum in-
uocat. Abyssum inuocant sancti p̄dicatores uerbi
dei: nunqd & ipsi abyssus? Vt noueris qa abyssus &
1. Cor. 4. ipsi, Apostolus ait, Minimū est ut à uobis diiudicer
aut ab humano die. Quanta aūt abyssus sit, audi-
te amplius, Neq; n. ego meipsum diiudico. Tantam
ne ꝓfunditatem creditis esse in homine, q̄ lateat ip
sum hoiem in quo est? Quanta profunditas infir-
Matt. 26. mitatis latebat in Petro, qn̄ quid in se ageretur in-
tus nesciebat, & se moriturū cum dn̄o uel pro dn̄o
temere promittebat. Quanta abyssus erat? Quæ tn̄
abyssus nuda erat oculis dei. Nā hoc illi Christus
prænunciabat, quod in se ipse ignorabat. Ergo oīs
homo licet sanctus, licet iustus, licet in multis pro
ficiens, abyssus est, & abyssum inuocat, qn̄ homini
H aliquid fidei, aliquid ueritatis pp uitam ęternā prę
dicat. Sed tunc est utilis abyssus abysso uocāte, qn̄
fit in uoce cataractarum tuarum. Abyssus abyssum
inuocat, homo hominem lucratur, non tn̄ in uoce
sua, sed in uoce cataractarum tuarū. Alium accipi-
te intellectū, Abyssus abyssum inuocat in uoce ca-
taractarum tuarū. Ego q contremisco cum ad me
Psal. 35. pturbata est aīa mea, a iudicijs tuis timui uehemē-
ter. Iudicia. n. tua abyssus multa, & abyssus abyssū
inuocat. Nā sub hac carne mortali, laboriosa, pec-
catrice, molestijs & scādalis plena, concupiscentijs
obnoxia, dānatio q̄dam est de iudicio tuo, quia tu
Gene. 2. dixisti peccatori, Morte morieris: & in sudore uult⁹
Cap. 3. tui edes panē tuum: hæc abyssus prima iudicij tui.
Sed si male hîc uixerint hoies, abyssus abyssum in-
uocat, qa de pœna in pœnā trāseunt, & de tenebris
ad tenebras, & de ꝓfunditate ad ꝓfunditatē, & de
supplicio ad suppliciū, & de ardore cupiditatis in
flāmas gehennæ. Ergo hoc timuit fortasis homo
iste cum ait, Ad meipsum aīa mea turbata est, ppea
memoratus sum tui dn̄e de terra Iordanis & Her-
I monijm. Humilis esse debeo. Exhorrui. n. iudicia
tua, uehementer timui iudicia tua, ideo ad me ani-
ma mea turbata est. Et qa iudicia tua timui: paruá
ne iudicia sunt ista? Magna sunt, dura sunt, molesta
sunt, sed utinā sola essēt: abyssus abyssum inuocāt
in uoce cataractarū tuarum: quia tu minaris, tu di-
cis, & post illos labores restare alterā dānationem:
in uoce cataractarū tuarū, abyssus abyssum inuo-
Psal. 138. cat. Quo ergo abibo à facie tua, & à spū tuo quo fu
giam: si abyssus abyssum iuocat, si post istos labo-
res timent grauiores? Oēs suspensiones tuæ & flu
ctus tui sup me ingressi sunt.) Fluctus in his q̄ sen-
tio, suspēsiurę in his q̄ minaris. Omnis ppessio mea,
fluctus est tuus: omnis cōminatio tua, suspensura
tua est. In fluctib⁹ inuocat abyssus ista, in suspensu-
ris inuocat alterā abyssum. In eo q laboro, oēs flu-
ctus tui: in eo q minaris grauius, oēs suspensiones
tuæ sup me ingressæ sunt. Qui. n. minatur non pre-
mit, sed suspēdit: sed qa liberas, hoc dixi aīæ meæ,
Spera in dn̄o qm̄ cōfitebor illi, salutare uultus mei
deus meus: qa magis crebra sunt mala, dulcior erit
misericordia tua. Ideo sequitur, In die mandauit do
minus misericordiā suā & nocte declarauit.) Nulli
uacat audire in tribulatione. Attēdite cū uobis be K
ne est, Audite cū uobis bene est. Discite cū trāquil-
li estis sapientiæ disciplinam, & uerbum dei ut ci-
bum colligite. Qn̄. n. quisq; in tribulatione est, pro
desse illi debet quod securus audiuit. Etenim in re-
bus ꝓsperis mandat tibi deus misericordiam suā,
si ei fideliter seruieris, qa liberat te de tribulatiōe:
sed non tibi declarat ipsam misericordiā quā tibi
per diem mandauit, nisi per noctē. Cum uenerit ip
sa tribulatio, tunc adiutorio te nō deserit, ostendet
tibi uerū fuisse qd tibi per diē mandauit. Etenim
scriptū est quodā loco, Speciosa misericordia dn̄i Eccle. 35.
in tpe tribulationis, sicut nubes pluuiæ in tempo-
re siccitatis. In die mandauit dn̄s misericordiā suā
& nocte declarauit. Non tibi ostendit quia subue-
nit tibi, nisi uenerit tibi tribulatio, unde eruaris ab
illo q tibi per diem ꝓmisit. Ideo admonemur imi-
tari formicā. Sicut. n. prosperitas seculi significatur
die, aduersitas seculi significat nocte: ita alio mo-
do ꝓsperitas seculi significatur ęstate, aduersitas se Prouer. 6.
culi significat hyeme. Et qd facit formica? Per æsta & 30.
tem colligit quod ei per hyemē ꝓsit. Ergo cum est L
æstas, cum bene est uobis, cū tranquilli estis, audi-
te uerbum dn̄i. Vnde. n. fieri potest ut in hac tēpe-
state huius seculi sine tribulatione totum hoc ma-
re transeatis? Vnde. n. fieri potest? cui hoc hominū
contigit? Si contigit alicui, plus metuenda est ipsa
tranquillitas. In die mandauit dn̄s misericordiam
suā, & nocte declarauit. Quid ergo agas in hac pere
grinatione? quid agas? Apud me oratio deo uitæ
meæ.) Hoc hic ago ceruus sitiēs & desyderans fon-
tes aquarū, recordans dulcedinē fontis illius qua
ductus sum per tabernaculū usq; ad domum dei, Sapi. 9.
quādiu hoc corpus qd corrumpitur aggrauat ani-
mam, apud me oratio deo uitæ meę. Non. n. ut sup
plicē deo empturus sum de transmarinis locis, aut
ut exaudiat me deus meus nauigabo ut de longin
quo afferā thura & aromata, aut de grege adducā
uitulū uł arietē, Apud me orō deo uitæ meæ. Intus
habeo uictimā quā immolē, intus habeo thus qd
imponā, intus habeo sacrificiū quo flectam deum
meū. Sacrificiū deo spūs contribulatus. Quod sa-
crificiū contribulati spiritus intus habeam, audi, M
Dicam dn̄o susceptor meus es. Quare mei oblitus
es?) Sic. n. hic laboro quasi tu oblitus sis mei: tu au
tem exerces me, & noui qa differs mihi, nō mihi au
fers qd promisisti. Sed tn̄ quare mei oblitus es? Tā Psal. 21.
quam de uoce nr̄a clamauit & caput nostrū, Deus Matt. 27.
deus meus, quare me dereliquisti? Dicam deo susce
ptor meus es, quare me oblitus es? Vt quid me repu
listi? Ex illa altitudine fontis intelligentiæ incōmu-
tabilis ueritatis, ut qd me repulisti? Quare grauedi-
ne & pondere iniqtatis meæ, iā illuc inhiās, ad ista
deiectus sum? Dicit alio loco ista uox, Ego dixi in Psal. 30.
ecstasi mea, ubi uidit nescio, qd magnū excessum
mentis, Ego dixi in ecstasi mea ꝓiectus sum à facie
oculorū tuorum. Cōparauit. n. hæc in qbus esset il-
lis in q̄ erectus erat, & uidit se lōge ꝓiectum à facie
oculorū dei, sicut & hîc, ut quid me repulisti? Et ut
quid cōtristatus incedo dum affligit me inimicus,
dū confringit ossa mea?) Tentator ille diabol⁹ scā-
dalis ubiq; crebrescens, quorū abundantia refrige-
scit charitas multorū, cum uideat fortes Ecclesiæ Matt. 24.
plerūq; scādalis cedere, nōne dicit corpus Christi,

A confringit inimicus ossa mea? Ossa.n. fortes sunt,& aliqñ ipsi fortes tentationibus cedunt, Hęc cũ quisque consyderat ex corpore Christi, ex uoce corporis xpi, nonne clamat, ut quid me repulisti,& ut qd tristis incedo dum affligit me inimicus, dum confringit ossa mea? Non carnes meas tm̃: sed etiam ossa mea. ut in quibus putabatur esse aliqua fortitudo, uideas cedere in tẽtationibus, ut cæteri infirmi desperent, qñ fortes uident succumbere. Quãta ista pericula fratres mei? Exprobrauerunt mihi qui tribulant me.) Iterum illa uox. Dum dicũt mihi per singulos dies ubi est deus tuus?)Et maxime ista dicunt in tentationibus Ecclesiæ, ubi est deus tuus? Quantũ hæc martyres audierunt, pro noie xpi fortes & patientes, quantũ illis dictũ est, ubi est deus uester? Liberet uos si põt. Tormẽta.n. ipsorũ extrinsecus homines uidebant, coronas intrinsecus non uidebant. Exprobrauerũt mihi q tribulãt me, dum dicunt mihi per singulos dies, ubi est deus tuus? Et ego propter hęc qm̃ ad me turbata est anima mea, quid ei aliud q̃ illud dicam. Quare tristis es anima mea,& quare conturbas me? Et quasi respõdet, nõ

B uis ut conturbem te, hic posita in tãtis malis, suspirans ad bona, sitiens & laborãs, non uis ut conturbem te? Spera in dño qm̃ adhuc confitebor illi.) Dicit ipsam confessionem, repetit spei confirmationem. Salus uultus mei & deus meus.

In Psalmum quadragesimumsecundum enarratio.

PSALMUS iste breuis est. Sic satisfacit mẽtibus auditorũ, ut molestus non sit uentribus ieiunorũ. Pascatur ex hoc anima nr̃a, quã tristem esse dicit, q̃ cantat in hoc Psalmo. Tristem credo ex aliquo ieiunio suo, uel potius ex aliqua fame sua Nã ieiuniũ uolũtatis est, fames necessitatis. Esurit Ecclesia, esurit corpus Christi. Et homo ille ubique diffusus est, cuius caput sursum est, mẽbra deorsum: eius uocẽ in omnibus psalmis uel psallentẽ uel gementẽ, uel lætantẽ in spe, uel suspirantẽ in re, notissimã iam & familiarissimã hr̃e debemus tanquã nostrã. Non ergo diu est immorandum, ut insinuemus uobis qs loquatur. Sit unusqsque in xpi corpore & loquet̃ hic. Nostis aũt hic oẽs qui ꝓficiunt,& qui cœlesti illi ciuitati ingemiscũt, (Matt. 13.)

C q peregrinationem suã norunt, qui uiam tenent, q in desyderio terræ illius stabilissimæ spem tanquã ancoram ꝑfixerunt, Nostis ergo quia hoc genus hominum, hoc semen bonũ, hoc frumentum xpi inter zizania gemit: & hoc donec ueniat tp̃s messis, id est, usq in finẽ seculi, sicut exponit, q̃ nõ fallitur ueritas. Gemens ergo inter zizania, id est, inter malos hoies, inter dolosos & seductores, aut ira turbulentos, aut insidiis uenenatos, circunspiciẽs simul cũ illis esse se, tanquã in uno agro per totum mundum, unã pluuiam excipere, pariter perflari, pariterque secũ aduersa nutriri, habere simul ista cõia dona dei, malis bonisq̃ concessa cõiter, ab illo qui facit solẽ suum oriri super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos. (Matth.5.) Videns ergo semẽ Abrahæ semen sc̄tm̃, quanta cũ malis, á quibus q̃nque separãdum est, nunc habeat cõia, æqualiter nasci, eandẽ conditionẽ generis humani sortiri, pariter mortalia ferre corpora, simul uti luce, fontibus, fructib⁹, ꝓsperitatibus atq; aduersitatibus seculi, siue fame, siue abundantia, siue pace, siue bello, siue salute, siue peste, uidens quanta habeat communia cũ ma-

lis, cum quibus tñ non habet causam coẽm, erupit D in hãc uocem. Iudica me deus,& discerne causam meã de gente non sancta.) Iudica, inquit, me deus, nõ timeo iudicium tuum, quia noui misericordiã tuam. Iudica me deus, & discerne causam meã de gente non sancta. Nũc interim in hac peregrinatione nondũ discernis locum meũ, qa simul cum zizaniis iuuo usq ad tp̃s messis. (Matt. 13.) Nondum discernis pluuiam meam, nondũ discernis lucem meam, discerne causam meam. Distet inter eũ, qui in te credit,& eum qui in te non credit: par infirmitas est, sed dispar conscia: par labor, sed dispar desyderiũ. Desyderium impiorũ peribit: de desyderio aũt iustorum nisi certus esset pollicitator, dubitare deberemus. Finis desyderij nostri, ipse ꝓmissor. Seipsum dabit, quia seipsum dedit. Seipsum dabit immortalib⁹ immortalẽ, qa seipsum dedit mortalibus mortalẽ. Iudica me deus & discerne causam meã de gente non sancta. Ab hoie iniquo & doloso erue me.) Hoc est, de gẽte non sancta. Ab hoie, á quodã genere hominum, qa quidã homo & quidã homo, & in his duobus unus assumetur, & unus relinquet. (Matt.24.) Et qm̃ patientia opus est ferendi usq ad messem quandã, E si dici potest ad indiscretam discretionem: simul.n. sunt,& ideo discreta nondum sunt, Zizania autem zizania sunt,& frumenta frumenta sunt, & ideo discreta iam sunt. (Matt. 13.) Quia ergo fortitudine opus est, imploranda est ab illo, qui iussit ut fortes simus,& nisi fortes ipse fecerit, non erimus: quod ut simus, ab illo erimus qui dixit, Qui perseuerauerit usq in finem, hic saluus erit: (Matt.10. & .24.) ne forte sibi ipsa anima arrogãdo fortitudinem debilitetur, continuo adiungit: Quia tu es deus meus fortitudo mea, ut quid me repulisti,& ut quid tristis incedo, dũ affligit me inimicus?) Causam q̃rit tristitiæ suæ. Quare, inqt, tristis incedo dũ affligit me inimicus?) Tristis ambulo, inimicus affligit me quotidianis tentationibus, immittens uel quod male timeamus: & cõtra utrũque pugnans anima,& si non capta, tñ periclitans contrahitur tristitia,& dicit deo, ut quid tristis incedo? Quærit ergo ab ipso & audiat ut quid. Quærit.n. in Psalmo causam tristitiæ suæ dicens, ut qd me repulisti,& ut quid tristis incedo? Audiat ex Esaia, succurrat illa lectio, quæ modo recitata est, Spiritus, inquit, á me prodiet, & omnem flatum ego feci: propter peccatum modicum quidem cõtristaui illum,& auerti faciem meã ab isto, & contristatus est & abiit in uiis suis. (Esa.57.) F Quid ergo quęrebas, ut quid me repulisti,& ut quid tristis incedo? Audisti propter peccatum. Causa tristitiæ tuæ pc̃tm̃ est, causa lætitiæ tuæ iustitia sit. Peccare uolebas & laborare nolebas, ut parum tibi esset ꝙ esses iniustus, nisi ut eũ esse iniustũ uoluisses, á quo in te uindicari noluisses. Respice uocẽ meliorẽ in alio Psalmo, Bonũ est mihi ꝙ humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. (Psal.118.) Didicerã elatus iniqtates meas, dicã humiliatus iustificationes tuas. Vt quid tristis incedo dum affligit me inimicus? De inimico q̃reris: reuera affligit, sed tu ei locũ dedisti. Et nũc habes qd agas. Elige consiliũ, regẽ admitte, tyrannũ exclude. Sed ut hoc faciat, qd dicit, qd supplicat, quid orat, attẽde. Ora qd audis, ora cũ audis, omniũ nostrum sit ista uox: Emitte lucẽ tuam & ueritatem tuam, ipsa me deduxerũt & pduxerũt in montẽ sc̄tm̃ tuũ, & in tabernacula tua.) Quia ipse est lux tua & ueritas tua.

G Hęc nomina duo,res una. Quid.n.aliud lux dei,ni sit ueritas dei?Aut qd ueritas dei nisi lux dei?Et hoc
Ioan. 8. utrunq; unus xps. Ego sum lux mūdi,qui credit in
Ioan. 14. me nō ambulabit in tenebris. Ego sum uia,ueritas & uita.Ipse lux,ipse ueritas.Veniat ergo & eruat nos discernens modo causam nām à gente nō sancta, eruat ab homine iniquo & doloso. Separet frumen
Matt. 13. tū a zizanijs:quia ipse mittet angelos suos messis tē pore,ut colligāt de regno eius oīa scandala, & mittant in ignē ardentem,frumentū autem eius cōgregent in horreū. Emittat lucem suam & ueritatem suā,qa ipsa iam nos deduxerunt & perduxerunt in montem sanctū eius & in tabernacula eius.Pignus habemus,pmium speramus. Sanctus mōs eius,sancta Ecclesia eius. Mons ille est,q creuit ex minimo
Danie. 2. lapide,scđm uisionem Danielis,confringens regna terrarum,& in tm̄ excrescēs ut impleret uniuersam faciem terrę.in hoc monte se exauditū dicit qui di
Psal. 3. cit,Voce mea ad dñm clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Quisquis præter istum montem orat,non sese speret exaudiri ad uitā æternam. Ex-
H audiuntur.n.multi ad multa, nec sibi plaudant q; exaudiuntur. Exauditi sunt dæmones ut in porcos
Matt. 8. mitterentur. Exaudiri ad uitā æternam concupisca mus,pp desyderium quo dicimus, Emitte lucē tuā & ueritatem tuam. Illa lux oculū cordis inqrit,Bea
Matth. 5. ti.n.inquit,mundo corde, quia ipsi deū uidebunt. Modo in monte eius sumus,id est,in Ecclesia eius, & in tabernaculo eius. Nā tabernaculū peregrinantium est,domus cohabitantium: est & tabernaculum peregrinantiū & militantiū. Cum audis tabernaculum,bellū intellige, hostē caue. Domus autē
Psal. 93. de qua dixit,Beati q habitant in domo tua,in secula seculorū laudabunt te. Iam ergo perducti ad tabernaculū,& positi in mōte sancto eius, quā spem gerimus? Et introibo ad altare dei.)Est.n.quoddā sublime altare inuisibile, quo non accedit iniustus. Ad illud altare ille solus accedit,q ad istud securus accedit. Illic inueniet uitā suā, qui in isto discernit causam suā. Et introibo ad altare dei,de mō te sancto eius,& de tabernaculo eius. De sancta Ecclesia ei⁹ introibo ad altare dei sublime. Quale ibi
I sacrificiū est? Ipse q intrat assumet in holocaustū, Introibo ad altare dei. Quid est qđ dicit, ad altare dei? Ad deū q lætificat iuuentutē meā.)Iuuentus nouitatē significat,tanquā diceret,Ad deū q lætificat iuuentutē meā,id est,nouitatem meā. Lætificat nouitatē meā,q contristauit uetustatē meam. Incedo.n.modo tristis in uetustate, tūc autē stabo gaudens in nouitate. Confitebor tibi in cithara deus deus meus.)Quid est in cithara confiteri,& in psalterio confiteri?Non.n.semper in cithara, nec semp in psalterio. Duo hæc organa musicorū hn̄t inter se distinctā discretamq; rationem, dignā cōsyderatione & cōmendatione memoriæ. Vtrunq; hoc manibus portatur & tāgit,& significat opera qdam nr̄a corporalia. Vtrunq; bonū, si qs norit psallere, si qs norit citharizare. Sed quia Psalterium istud organū dī, qd de superiore parte habet testudinē: illud.s.tympanum & concauum lignum cui chordæ innitentes resonāt, Cithara uero idipsum lignū cauū & sonorū ex inferiore parte habet: discernēda sunt opera nostra,qn̄ in Psalterio sint, qn̄ in cithara,utraq; tn̄ placita deo & suauia eius auditui. Quando ergo ex præceptis dei aliquid agimus, iussis eius obtemperantes & obaudientes ad implenda pcepta eius, K
ubi facimus & non patimur,Psalteriū est. Faciūt.n. ita & angeli,non.n.aliquid patiuntur. Cum autem aliquid patimur tribulationū, tentationū,scandalorum in hac terra,qa non patimur nisi ex inferiore parte,id est, ex eo qđ mortales sumus, ex eo qđ primæ nr̄æ causæ quiddā tribulationū debemus, & quia patimur multa ab eis qui nō sunt desuper, cithara est. Venit.n.sonus suauis ex inferiore parte, patimur & psallimus, uel potius cātamus uel citharizamus. Qn̄ dicebat Apostolus euangelizare se, Galat. 1.
prædicare Euangeliū toto orbe terrarum ex præcepto dei,qa illud Euangeliū se non ab hominib⁹ neque per hoiem,sed per Iesum Christum accepisse dicebat,desuper sonabant chordæ. Cum uero dicebat,Gloriamur in tribulationibus, sciētes quia tri- Roma. 5.
bulatio patientiā operatur, patientia pbationem, pbatio spem:cithara sonabat ex inferiore quidem, sed tn̄ dulciter. Omnis.n.patientia dulcis est deo. Si autē in ipsis tribulationibus defeceris, citharā fregisti. Quare ergo modo dixit, Cōfitebor tibi in cithara? Propter illud qd dixerat, Vt qd tristis in- L
cedo dū affligit me inimicus. Patiebat.n.quiddā ex inferiore afflictione, & in eo ipso tn̄ uolebat placere deo & grās gestiebat agere deo fortis in tribulationibus. Et qa sine tribulatione esse nō poterat, patientiā deo debebat. Confitebor tibi in cithara deus deus meus. Et rursus ad aiam suam, ut ex inferiore illo sonoro ligno capiat sonū. Vt quid tristis es,inqt,anima mea, & ut qd conturbas me?)In tribulationibus sum,in languoribus,in mœroribus, ut qd me conturbas ô anima? Quis dicit? Cui dicit? Animæ dicit,oēs nouimus:planū est.n ad illā directus est sermo,Vt qd tristis es aia mea, & ut qd conturbas me? Quæritur psona loquens, Nunqd caro animæ loquitur,cū caro sine aia non loquat? Proprium.n magis est,ut anima carnem alloquatur,q̄ ut caro alloquatur animā. Sed qa non dixit,Quare tristis es caro mea:sed ait,quare tristis es aia mea: si etiam carnē alloqueretur,fortasse non diceret,Quare tristis es:sed,quare doles. Dolor.n.animæ tristitia dī. Molestia uero quæ fit in corpore, dolor dici potest,tristitia non pōt:sed ex dolore corporis ple- M
runque anima contristatur. Interest tn̄ quid doleat & qd contristetur. Dolet.n.caro,tristis est anima,& aperta ista uox est,ut quid tristis es anima mea?Nō enim anima alloquit carnem,qa nō dixit, Vt quid tristis es caro mea:nec caro animā,quia absurdum est ut inferior alloquat superiorem. Ergo intelligamus habere nos aliqd,ubi imago dei est, mētem.s. atq; rationem. Ipsa mens inuocabat lucem dei & ueritatem dei. Ipsa est qua capimus iustum & iniustū ipsa est qua discernimus uerū à falso,ipsa est q̄ uocatur intellectus,quo intellectu carent bestiæ,quē intellectū qsquis in se negligit,& postponit cęteris, Psal. 31.
& ita abijcit quasi nō habeat,audit ex Psalmo,Nolite esse sicut equus & mulus qbus non est intellectus. Intellectus ergo noster alloquitur aiam nr̄am: ista in tribulationibus marcida est,fessa in angoribus,contracta in tētationibus,ægra in laboribus. Erigit eā mens desup capiēs ueritatē,& dicit,Vt qd tristis es anima mea,& ut quid conturbas me?Vide si non est ista allocutio in illo cōflictu Apostoli in se pfigurantis quosdā,& forte nos, & dicentis,Con- Roma. 7.
delector legi dei secundū interiorem hoiem,uideo

A autem aliā legē in mēbris meis: id eſt, motus quoſ-
dam carnales & in quadā lucta & quaſi deſperatio
ne inuocat grām dei, Miſer ego homo, quis me libe
rabit de corpore mortis huius? Gratia dei ꝑ Ieſum
xp̄m dn̄m noſtrum. Tales ita pugnantes ét ipſe dn̄s
in ſe præfigurare dignatus eſt, cū ait, Triſtis eſt ani
Mat. 26. ma mea uſq; ad mortem. Ille.n.non nouerat ad qd
Ioan. 10. uenerat? Ille paſsione pauebat, qui dixerat, Poteſta
tem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem
habeo iterum ſumendi eam: nemo tollit illā à me,
ſed egoipſe pono eam à me, & iterum ſumo eā? Sed
triſtis eſt anima mea uſq; ad mortē, qui dixit, quæ-
dam membra ſua in ſe figurauit. Plerunq;.n. iā mēs
credit & bene nouit, futurum hominem ſcd'm fidē
ſuam in gremio Abrahę: credit hoc, & tn̄ cum uene
rit aliquis articulus mortis turbatur ex familiarita
te quadam ſeculi huius, erigit auditum in illam uo
cem dei internam, audit rationabile carmen intrin
ſecus. Ita.n. deſuper in ſilentio ſonat quiddā, nō au
ribus ſed menti, ut quicunq; audit illud melos, tæ-
dio afficiat ad ſtrepitū corporalē, & tota iſta uita
B humana tumultus ei quidā ſit impediens auditum
ſuperni cuiuſdā ſoni nimiū delectabilis & incōpa-
rabilis & ineffabilis. Et reuera cū ita cōtingit ex ali
qua perturbatione, uim patit homo alloquens ani
mam ſuā, Vt qd triſtis es anima mea, & ut quid cō-
turbas me? An forte ideo, qa difficile purgata uita
inuenit, cum ille iudicat q nouit ad purum & liqui
dum iudicare? Quia & ſi ꝓbabilis iā uita eſt inter
homines, ita ut homines, quid iā reprehendant iu-
ſte nō habeant, ꝓcedit examē ab illius oculis, ꝓce-
dit regula exæquans nō fallaciter, & inuenit in ho-
mine qdam q̄ reprehendat deus, q̄ hoies reprehen-
denda nō uidebāt, nec ille ipſe intus q iudicandus
eſt. Hæc timens aia forte cōturbatur, alloquitur eā
mens quaſi dicens, qd times de peccatis, quia non
potes omnia deuitare? Spera in dn̄o qm̄ confite-
bor illi.) Quædam ſanat præſens allocutio, reliqua
purgat fidelis cōfeſsio. Planè time ſi iuſtū te dicis,
Pſal. 142 ſi nō habes illam uocem ex alio Pſalmo, Ne intres
in iudiciū cū ſeruo tuo. Quare ne intres in iudiciū
cum ſeruo tuo. Miſericordia tua mihi opus eſt. Nā
C ſi iudiciū exhibueris ſine miſericordia, quò ibo? Si
Pſal 129. iniquitates obſeruaueris dn̄e, dn̄e quis ſuſtinebit?
Pſal. 142 Ne intres in iudiciū cū ſeruo tuo, qa nō iuſtificabi
tur in conſpectu tuo ois uiuens. Ergo ſi nō iuſtifi-
cabitur in cōſpectu tuo omnis uiuēs, qa quicunq;
illic uiuit, quantūlibet iuſte uiuat, uæ illi ſi cū illo
in iudiciū intrauerit deus. Nā ex alio Propheta arro-
Hiere. 2. gātes & ſuperbos identidē ſic obiurgat, Vt qd uul-
tis mecū iudicio cōtendere? Oēs dereliquiſtis me,
dicit dn̄s. Noli ergo iudicio cōtendere, da operā eſ-
ſe iuſtus, & quantumcunq; fueris, cōfitere te pecca-
torem. Semper ſpera miſericordiā, & in iſta humili
confeſsione ſecurus alloquere turbantem te, & tu-
multuantē aduerſus te aiam tuā. Vt quid triſtis es
aia mea, & ut qd cōturbas me? Forte in te uolebas
ſperare, ſpera in dn̄m, noli in te. Quid.n. es in te? qd
es de te? Ille ſit ſanitas in te, q ſuſcepit uulnera pp
te. Spera, inquit, in dn̄m, qm̄ confitebor illi. Quid il
li confiteberis? Salutare uultus mei deus meus.)
Tu es ſalutare uultus mei, tu ſanabis me. Aeger ad
te loquor, agnoſco medicum, nō me iacto ſanum.
Quid eſt agnoſco medicum, non me iacto ſanum?
Quod in alio Pſalmo dicitur, Ego dixi dn̄e miſere-
re mei, ſana animam meam quia peccaui tibi. Hæc D
uox frēs tuta eſt, ſed uigilate in operibus bonis: tā-
gite Pſalteriū obediendo ꝑceptis, tāgite citharam,
tolerando paſsiones. Frāge eſurienti panē tuū, audi
ſti ab Eſaia, noli ieiunium putare ſufficere. Ieiuniū Eſa. 58.
te caſtigat, non alterū reficit. Fructuoſæ erūt angu
ſtiæ tuę, ſi alteri ꝑſtiteris latitudinē. Ecce fraudaſti
aiam tuam, cui dabis quod tibi abſtuliſti? ubi po-
nes qd tibi denegaſti? Quā multos pauperes ſagina
re pōt intermiſſum hodie prādiū noſtrum. Ita ieiu
na, ut alio manducante prandiſſe te gaudeas pp o-
rationes ut exaudiaris. Ibi.n ait, Adhuc loquēte te
dicam, ecce adſum. Si fregeris ex animo eſurienti pa-
nem, qa plerunq; fit a triſtibus & à murmurātibus
ut careant tædio interpellantis, nō ut reficiāt uiſce
ra indigentis, Hilarem autem datorem diligit deus. 2. Cor. 9.
Si panē dederis triſtis, & panem & meritū perdidi-
ſti. Ergo ex aio fac, ut ille qui intus uidet adhuc lo-
quente te, dicat, ecce aſſum. Quā celeriter accipiunt Eſa. 58.
orōnes bene operātium, & hæc iuſtitia hominis in
hac uita, ieiuniū, eleemoſyna, oratio. Vis orationē
tuam uolare ad deū? Fac illi duas alas, ieiunium & E
eleemoſynam. Tales nos inueniat, ut ſecuros inue-
niat lux dei, ueritas dei, cum uenerit liberare nos à
morte, qui iam uenit ſubire pro nobis mortem.

In Pſalmum quadrageſimum tertium. Enarratio.

P Salmus iſte filijs Chore dicitur, ſicut eius
titulus ꝓfert. Interpretaſ autē Chore calui-
tium uel caluaria, & inuenimus in Euange
lio dn̄m Ieſum Chriſtum in loco Caluariæ crucifi Matt. 27.
xum. Ergo clarum eſt, quod filijs paſsionis eius cā-
tatur hic Pſalmus. Habemus autem hinc euidentiſ-
ſimum & firmiſsimum teſtimonium Apoſtoli Pau
li, qa cum in perſecutionibus gentilium laboraret
Eccleſia, hunc ſumpſit uerſum, quem interponeret
ad exhortationem & conſolationē patientiæ. Hinc
enim dictum eſt, qd ille in Epl'a ſua poſuit, Propter Roma 8.
te mortificamur tota die, deputati ſumus ut oues
occiſionis. Vocē ergo martyrum audiamus in Pſal
mo, & uox martyrum uidete q̄ bonam cauſam ha-
beat, cum dicit, propter te. Nā & dn̄s ideo addidit,
propter iuſtitiā, cum diceret, Beati qui perſecutio-
nem patiuntur propter iuſtitiam, ne quiſquā perſe F
cutionē patiēs ex ipſa pœna q̄reret gloriā non bo- Matth. 5.
nā habēs cauſam. Et hinc exhortatus ſuos ait, Bea-
ti eritis cū uobis illa & illa fecerint uel dixerint ho-
mines pp me. Hinc ergo uox martyrū, ꝓpter te morti-
ficamur tota die. Eſt autē magnæ conſyderationis Roma. 8.
& magnæ ꝓfunditatis conſiliū dei, qd cauſę fuerit,
ut cū patres noſtros Patriarchas, & totum illū po-
pulum Iſrael eduxerit in manu fortiſsima de Aegy-
pto, & perſequentes inimicos eorū in mari demer-
ſerit, duxeritq; per contradicentes gentes, debella-
tiſq; hoſtib' in terrā ꝓmiſsionis poſuerit, uictoriáſ-
que magnas ex paucitate ſuor. in magna inimicor.
multitudine fecerit: poſtea placuerit ei quaſi auer-
tere ſe à populo ſuo, ut ſtragē occiſionis & mortis
paterentur ſancti eius, & nemo reſiſteret, nemo de-
fenderet, nemo ꝓhiberet: quaſi auerteret faciē ſuā
à gemitib' eor., quaſi oblitus ſit eos, quaſi ipſe non
ſit deus q in manu ualida & brachio excelſo eundē
tiſsima potentia patres nr̄os, id eſt, illū populum ſi
cut duxit ab Aegypto liberatum, uictis pulſiſq; de
terra ſua gentibus cōſtituerit in regno, minātib' oi-
bus qd ſæpe à paucis multi uicti eſſent. Hoc ergo in

G gemitu confeſsionis incipit cantari in Pſalmo iſto.
Nō fruſtra.n.iſta facta ſunt: niſi ut intelligaſ quare
facta ſint. Proinde qa facta ſunt, manifeſtū eſt:qua
re ſint facta, altius q̄rendum eſt. Ideo titulus nō ha
bet tm̄ filijs Chore.ſed, Intellectus filijs Chore.)
Hoc & in illo Pſalmo eſt, cuius primū uerſum ipſe
Pſal.21. dn̄s de cruce dixit, Deus meus deus meus reſpice in
me, quare me dereliq̄ſti? Transfigurans.n.nos in id
qd̄ dicebat, & in corpus ſuū, qa & nos ſumus corp⁹
eius, ille caput nr̄m, uocē de cruce non dixit ſuam,
ſed noſtram. Non n. unquam eum dereliquit deus,
nec ipſe à patre unq̄ receſsit, ſed pp nos dixit hoc,
Deus meus deus meus, ut qd me dereliquiſti? Nam
ſequitur ibi, Lōge à ſalute mea uerba delictoꝝ meo
rum. Et oſtendit ex quoꝝ perſona hoc dixerit. Non
enim in ipſo delictū potuit inueniri, Clamabo ad
te, inquit, in ipſo Pſalmo, per diē & non exaudies,
& nocte: ſubaudiſ utiq̧, & nō exaudies: ſed addidit,
& non ad inſipientiā mihi: id eſt, non exaudies: id
eſt, hoc ipſum qd̄ non exaudies: non ad inſipientiā
mihi reputabis, ſed ad intellectū. Quid eſt ad intel
H lectum non exaudies? Id eſt, me nō exaudies ad tē-
poralia, ut intelligam à te deſyderāda ſempiterna.
Non ergo relinquit deus, & cū uidetur relinquere:
tollit qd̄ male deſyderaſti, & docet quid debeas be
ne deſyderare. Si.n. ſemper deus in iſtis proſperitati
bus faueret nobis, ut oīa nobis abundarent, nul-
lamq̧ in tpe iſto mortalitatis nr̄ę tribulationē, nul
las preſſuras anguſtiasq̧ pateremur, nō diceremus
niſi iſta eſſe ſumma bona q̄ p̄ſtat deus ſeruis ſuis,
& maiora ab illo nō deſyderaremus. Ideo aūt huic
uitę male dulci miſcet amaritudines tribulationū,
ut alia q̄ ſalubriter dulcis eſt, reqratur, hoc eſt, intel
lectum filijs Chore. Deniq̧ audiamus Pſalmum, &
ibi potius uideamus. Deus auribus nr̄is audiuim⁹,
patres noſtri annunciauerunt nobis. Opus qd̄ ope
ratus es in diebus eoꝝ, & in diebus antiq̄s.) Admi-
rantes quare in iſtis diebus tanquā deſeruerit eos,
quos in paſsionibus exercere noluerit, recolūt præ
Pſal.21. terita q̄ audierunt à patribus, tanquā dicentes, nō
ea q̄ patimur nobis retulerūt patres nr̄i. Nam & in
illo Pſalmo hoc dixit, In te ſperauerunt patres no-
I ſtri, ſperauerunt & eruiſti eos. Ego aūt ſum uermis
& nō homo, opprobriū hoium & abiectio plebis.
Illi ſperauerunt & liberaſti eos, ego ſperaui & reliq-
ſti me, & ſine cauſa credidi i te, & ſine cauſa nomē
meū ſcriptū eſt apud te, & nomē tuū ſcriptū eſt in
me. Hęc ergo nobis indicauerūt patres noſtri. Ma
nus tua gentes diſperdidit & plantaſti eos, infirma
ſti populos & expuliſti eos.) Id eſt, populos expuli-
ſti de terra ſua, ut iſtos introduceres atq̧ plantares,
eorumq̧ regnū tua miſericordia confirmares. Hæc
audiuimus a patrib⁹ nr̄is. Sed forte ideo illi iſta po-
tuerunt, qa fortes erāt, qa p̄liatores, qa iniucti, quia
exercitati, qa bellicoſi? Abſit. Nō hoc indicauerunt
nobis patres noſtri, nō hoc hēt ſcriptura. Sed quid
habet niſi qd̄ ſequitur? Nō.n. in gladio ſuo hęredi
tate poſſederunt terrā, & brachiū ipſorū nō ſaluos
fecit eos. Sed dextera tua & brachium tuum & illu
minatio uultus tui.) Dextera tua, potentia tua, bra
chium tuū, ipſe filius tuus, & illuminatio uult⁹ tui.
Sed quid eſt hoc? qa talibus ſignis eis affuiſti, ut p̄-
ſens intelligereris. Nūquid n. qn̄ nobis deus aliquo
miraculo adeſt, faciem ipſius oculis nr̄is uidemus?
Sed effectu miraculi ſuā p̄ſentiam inſinuat homi-
nibus. Deniq̧ oēs qui mirantur ad huiuſcemodi fa K
cta, qd dn̄t? Vidi deum p̄ſentem. Sed dextera tua &
brachium tuū, & illuminatio uultus tui. Qm̄ cō-
placuiſti in eis.) Hoc eſt, ſic cū eis egiſti, ut bene pla
ceres in eis: ut quiſquis eos attenderet qūo cum eis
ageretur, diceret, qa uere deus eſt cū illis, & deus il-
los agit. Quid ergo? Alter erat tunc, & alter eſt nūc?
Abſit. Quid.n. ſequitur? Tu es ipſe rex meus &
deus meus.) Tu es ipſe, nō.n mutatus es. Tempora
mutata uideo, creator temporū nō mutaſ. Tu es ip
ſe rex meus & deus me⁹. Tu me ſoles ducere, tu me
ſoles regere, tu mihi ſoles ſubuenire. Qui mandas
ſalutē Iacob.) Quid eſt, q mandas? Etiam ſi tu per
tuā prorſus ſubſtātiā atq̧ naturā, qua es quicquid
es, nec per hoc quod es interfuiſti patribus, ut facie
ad faciem te uiderent: tn̄ per quamlibet creaturam
tu mandas ſalutē Iacob. Etenim illa uiſio facie ad
faciē, liberatis in reſurrectionē ſeruatur. Et illi pa-
tres ēt noui teſtamēti quāuis reuelata myſteria tua
uiderint, quāuis reuelata ſecreta annūciauerint, tn̄
in ſpeculo ſe uidere dixerunt & in ænigmate: ſerua
ri autē uiſionē in futurū facie ad faciem intelligiſ, L
qn̄ uenerit quod ipſe Apoſtolus ait, Mortui.n. eſtis, 1.Cor.13.
& uita ueſtra abſcondita eſt cum xp̄o in deo: cum Colo.3.
autem xp̄s apparuerit uita ueſtra, tunc & uos appa
rebitis cū ipſo in gloria. Tunc ergo nobis ſeruaſ ui
ſio illa facie ad faciē. De qua & Ioannes dicit, Dile- 1.Ioan.3.
ctiſsimi filij dei ſumus, & nondū apparuit quid eri
mus. Scimus qa cum apparuerit, ſimiles ei erimus,
qm̄ uidebimus eū ſicuti eſt. Et ſi ergo tunc patres
noſtri non te uiderunt facie ad faciē ſcd̄m quod tu
es, etiā ſi iſta uiſio ſeruatur in reſurrectione, tn̄ etſi
angeli affuerunt, tu mandas ſalutē Iacob: non ſolū
ſi per te ades, ſed per quantamcunq̧ creaturā tuam
affueris, tu mandas pp ſalutem ſeruorum tuoꝝ qd̄
tuipſe per te facis: hoc autē fit pro ſalute ſeruorum
tuoꝝ qd̄ faciunt quibus mandas. Cum ergo tu ipſe
ſis rex meus & deus meus, & tu mandas ſalutem Ia
cob, quare iſta nūc patimur? Sed forte præterita tm̄
narrata ſunt nobis: de futuro autē non eſt aliqd ta
le ſperandū. Imò uero ſperandum. In te inimicos
nr̄os uentilabimus.) Ergo patres nr̄i indicauerunt
nobis, opus qd operatus es in diebus eoꝝ, & in die M
bus antiquis: qa manus tua gentes diſperdidit, eie-
ciſti populos & plantaſti eos. Iſta p̄terita ſunt, de fu
turo uero qd erit? In te inimicos noſtros uentilabi
mus, ueniet tempus, qn̄ oēs inimici Chriſtianoꝝ ſi
cut palea uentilentur, ſicut puluis uentilētur & de Matth.3.
terra p̄ijciantur. Ergo & p̄terita ſic ſunt nobis nar- Pſal.1.
rata, & futura talia prænunciata, in medio præſen-
tium quare laboramus, niſi in intellectu filijs Cho
re? In te inimicos nr̄os uentilabimus. Et in nomi-
ne tuo ſpernemus inſurgentes in nos.) Hoc de futu
ro. Non.n in arcu meo ſperabo.) Qūo nec patres
in gladio ſuo. Et gladius meus non ſaluum faciet
me. Saluos.n. feciſti nos ex affligentibus nos.) Et
hæc figura p̄teriti, de futuro dr̄. Sed ideo tanquam
præteritū dicitur, quia tā certū eſt quaſi factū ſit.
Intendite quare pleraq̧ Prophetæ ita dicūt tanquā
præterita ſint, cum p̄nuncientur futura non facta.
Nā & de ipſo dn̄o futura paſsio p̄nunciabatur, & tn̄
foderunt, inquit, manus meas & pedes meos, dinu
merauerunt omnia oſſa mea: non dixit, fodient &
dinumerabūt. Ipſi uero cōſyderauerunt & cōſpexe Pſal.21
runt me: nō dixit, cōſyderabūt & cōſpiciēt. Diuiſe-

A runt sibi uestimenta mea:non dixit, diuident. Oia
ista tanquam præterita dnr cum futura sint, quia
deo & futura tam certa sunt tanquã ṗterita sint. No
bis.n.ea q̃ præterierunt certa sunt, quę futura incer
ta sunt. Nouimus.n.aliquid accidisse, & non potest
fieri ut non accident quod accidit. Da Prophetam
cui tam certum sit futurum, q̃ tibi præteritum: & q̃
tibi quod meministi, factũ, non potest fieri ut non
sit factum: tam illi quod nouit futurum, nõ potest
fieri ut non fiat. Ideo de securitate dnr tanquã prę-
terita, quæ adhuc futura sunt. Hoc ergo speramus.
Saluos.n.fecisti nos ex affligentibus nos. Et eos q
oderãt nos cõfudisti. In deo laudabimur tota die.)
Videte quemadmodum miscet ét uerba futuri tem
poris, ut intelligas & ṗterita q̃ dicta sunt de futuro
esse prædicta. In deo laudabimur tota die. Et in
nomine tuo confitebimur in secula.) Quid lauda-
bimus, qd confitebimur. Quia ex oibus affligenti-
bus nos eruisti nos, qui regnũ perpetuũ dabis no-
Psal. 83. bis, qa complebit in nobis, Beati q habitant in do-
mo tua dñe, in secula seculoꝝ laudabunt te. Hęc er
B go futura cũ certa sint nobis, & illa præterita cum
a patribus nr̃is audierimus, quid modo? Nunc au
tem repulisti & confudisti nos.) Confudisti nõ in
conscientia nr̃a, sed in facie hominũ. Erat.n.tẽpus
quo affligerentur Christiani, cum utiq; fugerẽt, cũ
ubiq; diceretur, Christianus est, tanquã ad insulta-
tionem & ad opprobriũ ptineret. Vbi est ergo ille
deus nr̃, rex noster, q mãdat salutem Iacob? Vbi est
ille qui fecit omnia, q̃ nobis narrauerunt patres no
stri? Vbi est qui facturus est omnia, q̃ nobis reuela-
uit per spiritũ suum? Nunqd mutatus est? Sed in in-
tellectu filijs Chore sunt hæc. Aliqd.n.intelligere
debemus, quare nos ista oĩa medio tpe pati uoluit.
Quę omnia? Nunc autẽ repulisti & confudisti nos.
Et nõ egredieris deus in uirtutibus nostris.) Pro-
cedimus ad inimicos nostros, & tu nobiscum non
ṗcedis. Videmus eos, præualent illi, & nos inualidi
sumus. Vbi est illa uirtus tua? Vbi est dextera & po-
Exo. 14. tentia tua? Vbi mare siccatũ? Vbi Aegyptij ṗsequen
& 17. tes fluctibus obruti? Vbi Amalech resistens in cru
cis signo supatus? Et nõ egredieris deus in uirtuti-
C bus nr̃is. Auertisti aũt nos retrorsum prę inimicis
nostris.) Vt quasi illi ante sint, nos retro, illi uicto-
res, nos uicti deputemur. Et q nos oderũt diripie-
bant sibi.) Quid nisi nos? Dedisti nos tanq̃ oues
escarum, & in nationibus dispersisti nos.) A natio-
nibus mãducati sumus. Hi significantur q sic passi
sunt, ut in corpus gentiũ uerterent: plãgit.n.eos Ec
clesia tanquã membra sua deuorata. Vendidisti
populum tuũ sine precio.) Vidimus.n. quos dedi-
sti, nõ uidimus qd accepisti. Et non fuit multitu-
do in iubilationibus eoꝝ.) Nunqd.n.qñ fugiebãt
Christiani persequentibus inimicis idololatris, fie
bant cõgregationes & iubilationes deo? Nunquid
concinebant hymni de Ecclesijs dei q solent in pa
ce concini, dulciq; cõuentu fraternitatis dei auribꝰ
personari? Et non fuit multitudo in iubilationibꝰ
eoꝝ. Posuisti nos in opprobriũ uicinis nr̃is, sub-
sannationẽ & derisum his, q in circuitu nr̃o sunt.
Posuisti nos in similitudinem in nationibus.) Quid
est in similitudinem? Qñ maledicentes hoies similitu
dinem dant de eo, quẽ detestantur, sic moriaris, sic
puniaris, Quãta tunc dicta sunt talia, sic crucifiga-
ris: hodieq; non desunt hostes xp̃i, illi ipsi Iudęi, cõ-
tra quos qñ defendimus xp̃m, dicũt nobis, sic mo- D
riaris quõ & ille. Non.n.illam mortem intulissent,
nisi eo modo mori uehementer exhorruissent, aut
quid mysterij haberet, si intelligere potuissent. Cæ
cus qñ inungitur, collyrium in manu medici non
uidet. Nã crux ipsa & pro ipsis persequẽtibus facta
est. Inde sunt postea sanati, & in eũ crediderũt quẽ
ipsi occiderũt. Posuisti nos in similitudinem in natio
nibus. Commotionẽ capitis in populis.) Cõmo-
tionem capitis ad insultandũ, Et locuti sunt labijs Matt. 27.
& mouerunt caput: hoc dño, hoc ét omnibus san-
ctis eius, quos persequi, quos tenere, quos illudere,
quos tradere, quos affligere, quos occidere potue-
runt. Tota die uerecundia mea cõtra me est, & cõ
fusio uultus mei operuit me. A uoce exprobrãtis &
obloquentis.) Hoc est à uoce insultantiũ & crimẽ
mihi obiicientiũ, qa colo te, qa cõfiteor te: & crimẽ
mihi obiicientiũ de illo noie, unde mihi oĩa crimi
na delebunt. A uoce exprobrantis & obloquentis,
id est, contra me loquẽtis. A facie inimici & perse-
quentis.) Et quis hic intellectus? Quæ ṗterita dicta
sunt, nõ in nobis fient: q̃ futura sperantur, nõ appa E
rent. Præterita: In magna gloria tua eductus est po Exo. 14.
pulus de Aegypto, liberatus à ṗsequẽtibus, ductus
p gentes, expulsis gentibꝰ collocatus in regno. Quę
futura? Educẽdus ppl̃s de ista Aegypto seculi, duce
xp̃o apparẽte in gloria sua: ponẽdi sancti ad dexte
rã, iniqui ad sinistrã: dãnandi iniqui cũ diabolo in Matt. 25.
æterna pœna, accipiendũ regnũ à xp̃o cum angelis
in sempiternũ. Hęc futura, illa ṗterita. In medio qd?
Tribulationes. Quare? Vt appareat animus colens
deũ, quãtũ colat deũ, ut uideat utrum gratis colat
eũ, à quo salutẽ gratis accepit. Si.n.tibi dicat deus,
qd dedisti mihi ut facerẽ te? Certe si factus prome-
ruisti me, non me promerueras antequã facerẽ te.
Quid dicturi sumus ei q primo gratis nos fecit: qa
bonus est, nõ quia aliqd meruimus? Deinde de ipsa
reparatione, de secũda natiuitate qd dicturi sumꝰ?
Merita nr̃a fecisse ut nobis illa salus ṗpetua mittere
tur à dño? Absit. Si merita nostra aliquid facerent, F
ad damnationem nr̃am ueniret. Non uenit ille ad
inspectionem meritoꝝ, sed ad remissionem pecca-
torum. Nõ fuisti & factus es, qd deo dedisti? Malus
fuisti & liberatus es, qd deo dedisti? Quid nõ ab eo
gratis accepisti? Merito & gr̃a nominatur, quia gra-
tis datur. Exigit ergo à te, ut & tu gratis eum colas,
non qa dat temporalia, sed quia prę stat ęterna. Sed
ipsa æterna uide ne aliter cogites, & cogitando ęter
na carnaliter, nihilominus deum gratis non colas.
Quid.n.? Si ideo colis deũ, quia dat tibi fundũ, non
eũ culturus es qa tollit tibi fundũ? Sed forte tu di-
cis, ideo eũ colam, quia dabit mihi uillam, non tñ
temporalem. Nihilominus adhuc corruptã mentẽ
geris. Amore.n casto non colis, adhuc mercedem
expetis. Ea n.uis habere in futuro seculo, q̃ hic ne-
cesse est relinquas. Mutare uis uoluptatem carnalẽ
non amputare. Non laudatur in illo ieiuniũ, qui ad
luxuriosam cœnã seruat uentrem suum. Inuitãtur
enim aliqñ homines ad cœnam magnam, & cum
ad eã uolunt auidi uenire, ieiunant. Nunqd hoc ie-
iuniũ cõtinẽtię, & nõ potius luxurię deputandum
est? Noli ergo talia sperare tibi dãda à deo, q̃lia hic
te iubet cõtẽnere. Hæc.n.sperabant Iudæi, ideo tur
babãtur in illa qõne. Nam & ipsi resurrectionẽ spe
rãt, sed ad tales uoluptates corporis se sperãt resur-

G recturos,quales hic amant uiuentes. Ideo cū eis ꝓ-
poneret quæstio illa a Sadducæis, q non credūt re
surrectionē,de illa muliere quæ nupsit septē fratri-
bus sibimet succedētibus,cuius eorū in resurrectio
ne futura erat,uox deficiebat & rñdere nō poterāt.
At uero dño qñ est proposita qa nobis resurrectio
talis promittitur,nō qua repetantur huiusmodi uo
luptates,sed qua æterna deipso deo gaudia compa
Matt.22. rentur,respondit dñs & ait, Erratis nescientes scri-
pturas,neq̧ uirtutē Dei, In resurrectione enim neq̧
nubēt, neq̧ uxores ducent. Non.n.incipiēt mori s.
non ibi quæritur successor,ubi nō erit decessor. Et
qd erit? Sed erunt,inqt,æquales angelis dei. Nisi for
te putas, ꝙ angeli epulis quotidianis & uino quo
te inebrias gaudeant,aut hoc forte arbitraris, ꝙ an
geli uxores habeāt, Nihil eorum est apud angelos.
Matt.18. Vnde gaudent angeli,nisi unde dominus ait, Nesci
tis qa angeli eorū semp uident faciem patris? Si ergo
ad faciem patris gaudent angeli, ad tale gaudium
te præpara: aut si inuenis melius q̃ uidere faciē dei,
illuc te præpara. Væ tali amori tuo, si uel suspicaris
aliqd pulchrius, q̃ est ille à quo est omne pulchrū,
H quod te teneat ne illum cogitare merearis. Domin'
in carne erat,& apparebat homo hominibus. Qua
lis apparebat, iā dixi, homo hominibus. Quid ma-
gnum apparebat? Caro carni. Quid magnum appa
rebat,de quo dictum est, Vidimus eum & non ha-
Esa.53. bebat speciem neq̧ decorē? Quis non habebat spe
ciem neq̧ decorem? De quo item dicitur. Speciosus
Psal.44. forma præ filiis hominum. Vt homo non habebat
speciē neq̧ decorē,sed speciosus forma ex eo, quod
est præ filijs hominū. Ideo formam illam de forma
Ioan.14. carnis ostendens oculis intuentium,qd ait? Qui di
ligit me mandata mea custodit,& q diligit me, dili
getur à patre meo,& ego diligam eum,& ostendā il
li meipsum. Quē uidebant, ostēsurū se illis promit
tebat. Sed qd est hoc? Quasi diceret, uidetis formā
serui,occulta est forma Dei. Per hāc uobis blādior,
illā uobis seruo Hac uos paruulos nutrio,illa gran
des pasco. Ergo ut hęc fides nostra qua purgamur
ad inuisibilia pręparet,hoc est,qd in intellectu filijs
Chore facta sunt ista oia, ut detraherent sanctis ea
quę habebāt,detraheretur & ipsa uita tpalis: ut nō
pp hæc ipsa tpalia colerent ipsum æternū, sed amo
I re illius casto tolerarēt hæc omnia,quæ pro tpe pa
terentur. Deniq̧ qa intellexerunt hoc filij Chore,qd
dicunt? Hæc omnia uenerūt sup nos,& obliti nō
sumus te.) Quid est, & obliti nō sumus te? Et ini-
que nō egimus in testō tuo. Et nō recessit retro cor
nostrum, & declinasti semitas nostras de uia tua.)
Ecce est intellectus,qa nō recessit retro cor nostrū,
qa obliti nō sumus te. qa inique nō egimus in testō
tuo,positi in magnis tribulationibus & ꝑsecutioni
bus gentium, declinasti semitas nostras de uia tua.
Semitæ n. nostræ erant in uoluptatibus seculi. Se-
mitæ nostrę erant in ꝓsperitatibus tpalium rerum.
Matth.7. Tulisti semitas nostras de uia tua,& ostendisti no-
bis q̃ arcta & angusta uia est, quę ducit ad uitā. Et
declinasti semitas nostras de uia tua. Quid est decli
nasti semitas nostras de uia tua? Tanq̃ diceret no-
bis, In tribulatiōe positi estis,multa patimini,mul-
ta quę amabatis in hoc seculo amisistis,sed nō uos
dimisi in uia,quā angustā uos doceo. Latas semitas
quærebatis. Quid uobis dico? Hac itur ad uitā sem
piternam. Qua uultis ambulare? ad mortē pergitis.
Quàm lata & spaciosa uia est quæ ducit ad interi- K
tum,& multi sunt qui ambulant ꝑ eam. Quā arcta
& angusta uia est quę ducit ad uitā, & pauci sunt q
ambulant per illam. Qui sunt pauci? Qui tolerāt tri Matt. 13.
bulationes, q tolerant tentationes, q in istis oibus Marci.4.
molestijs nō deficiunt,qui non ad horam gaudent Lucæ.8.
ad uerbū,& in tpe tribulationis tanq̃ orto sole are-
scunt,sed hñt radicem charitatis, sicut audiuimus
qd modo lectum est in euangelio. Radicem, inquā,
charitatis habe,ut cū sol exortus fuerit, nō te urat
sed nutriat. Hæc oia uenerūt super nos,& obliti nō
sumus te,& inique nō egimus in testō tuo,& nō re-
cessit retro cor nostrum Sed qa hæc oia inter tribu
lationes facimus, iam in angusta uia ambulantes,
declinasti semitas nostras de uia tua. Qm̄ humilia
sti nos de loco infirmitatis.) Ergo exaltabis nos in
loco fortitudinis. Et operuit nos umbra mortis.)
Hæc.n. mortalitas umbra mortis est. Vera mors est
damnatio cum diabolo. Si obliti sumus nomen
Dei nostri.) Iste est intellectus filiorū Chore. Et si
expandimus manus nostras ad Deū alienū. Nōnne
Deus requiret ista? Ipse.n. nouit occulta cordis.)
Nouit & requirit. Si nouit occulta cordis, qd ibi fa- L
cit? Nōne Deus reqret ista? Nouit in se, reqrit ꝓpter
nos. Etenim reqrit Deus aliqñ,& dicit sibi innote-
scere, qd facit tibi innotescere. Opus suum tibi di-
cit,non cognitionem suam. Dicimus plerunq̧ lętus
dies qñ serenus est, Nūqd ipse dies gaudet? Sed gau
dentem dicimus, qa gaudētes nos facit. Et dicimus
triste cœlum, Non n. est ullus talis sensus in nubi-
bus,sed qa homines huiusmodi uidētes cęli faciē,
contristantur,triste dicitur,eo ꝙ tristes facit. Sic &
deus cognoscere dicitur,quando cognoscentes fa-
cit. Deus dicit ad Abraham, Nunc cognoui quia tu Gene.22.
times deum. Ante non cognouerat? Sed ipse Abra-
ham se nō cognouit, qa ipsa tentatione, ipse sibi in
notuit. Plerunq̧.n. homo putat se posse quod non
pōt,aut putat se non posse quod pōt. Accedit ad il-
lum interrogatio ex diuina dispēsatione,& ꝑ inter-
rogationē notus fit sibi & dicitur deus cognouisse
quod illū fecit nosse. Nunqd Petrus nouerat se, quā Matt.26.
do dixit medico, Tecū sum usq̧ ad mortē? Medicus
nouerat uena inspecta qd intus ageretur in ęgroto,
ęgrotus non nouerat. Venit accessio tētationis, &
ꝓbauit medicus sniam suā, ꝑdidit ęger pręsumptio M
nem suam. Sic ergo & nouit deus & reqrit. Nouit.
Quomodo ipse reqrit? Propter te,ut tu inuenias te,
& gratias agas ei q fecit te. Nōne deus reqret ista? Ip
se.n. nouit occulta cordis. Quid est nouit occulta?
Quæ occulta? Quoniam pp te mortificamur to- Roma.8.
ta die, deputati sumus uelut oues occisionis.) Po-
tes.n. uidere mortificari hominē, quare mortificet
nescis. Deus hoc nouit, res in occulto est. Sed dicit
mihi aliqs, Ecce pro nomine Christi detinet, nomē
Christi confitetur. Quare hęretici nomē Christi cō
fitentur,& nō tamen iam pp ipsum moriunt? Pror-
sus in ipsa ecclesia dicam catholica, putatis catholi
cos defuisse aut deesse posse, q causa humanæ glo-
rię paterentur? Si nō essent hmōi homines, nō dice
ret Apostolus, Si tradidero corpus meū ut ardeam, 1.Cor.13.
charitatē aūt non habeam, nihil mihi ꝓdest. Scie-
bat ergo esse posse quosdam, q hoc iactatione face-
rēt, nō dilectione. Ideo obscurū est, Deus hoc solus
uidet, nos nō possumus. Ipse solus pōt iudicare qui
nouit occulta cordis. Qm̄ pp te mortificamur tota Roma.8.
die,

A die, deputati sumus uelut oues occisionis. Iā dixi, hinc ēt Apostolū Paulum testimoniū posuisse ad exhortandos martyres, ne deficerent in tribulationibus pro nomine xpi susceptis. Exurge, quare ob dormis dñe?) Cui dicit, & qs dicit? Nōne magis uidetur ille dormire, balare & ululare, q talia loquit,
Psal. 120 Exurge, quare dormis dñe? Respōdet tibi. Noui qd dicam, scio quia non dormit q custodit Israel, sed tñ martyres clamāt, Exurge, quare obdormis dñe? O dñe Iesu occisus es, dormisti in passione, iam nobis resurrexisti, Nouimus.n. quia nobis resurrexisti. Quare resurrexisti? Gentes quæ nos persequuntur, mortuum te putant, resurrexisse non credunt, Exurge ergo & illis, quare dormis non nobis, sed illis? Si.n. iam te illi crederent resurrexisse, nunquid eos qui in te credunt psequi poterant? Sed quare psequuntur? Deleuerunt, occiderūt eos, qui crediderunt in te, nescio quem male mortuum, Adhuc eis dormis, exurge ut intelligāt qa resurrexisti, & quiescant. Deniq; factū est, dum moriuntur martyres, & ista dicunt & dormiunt, & excitant xpm uere mortuum dormitationibus eorū, surrexit xps quodā-
B modo in gentibus, id est, creditus est resurrexisse: ita paulatim & ipsi credendo cōuersi ad xpm, fecerunt numerum magnum quem timerēt persecutores, & cessauerunt persecutiones. Vnde? Quia resurrexit xps in gentibus, qui illis ante nō credentibus dormiebat. Exurge & ne repellas usq; in finē, quare faciem tuam auertis?) Quasi non asis, quasi oblitus sis nostri. Obliuisceris inopiam nrām & tribulationem nostram, qm̄ humiliata est in puluere anima nrā.) Vbi humiliata est? In puluere, id est, pu luis nos persequitur. Illi nos persequunt, de quibus
Psal. 2. dixisti, Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proiicit uentus à facie terræ. Humiliata est in puluere anima nrā. Adhæsit in terra uenter nr̄.) Pœnam nimiæ humiliationis mihi uidetur expressisse, qa quisquis qn̄ se prosternit, hæret in terra uenter eius. Quisquis.n. ita humiliatur ut genua figat, adhuc habet quo humilietur: Quisquis autem sic humiliatur ut hæreat in terra uenter eius, ultra qd̄ humiliet nō habet. Si.n. ultra uoluerit, iam nō erit
C humiliare sed obruere. Hoc ergo forsitan dixerint, nimiū humiliati sumus in hoc puluere, ultra quō humiliemur, nō habemus. Iā si puenit usq; ad summum humiliatio, ueniet & miseratio. An forte frēs eos plangit Ecclesia uoce ista, qbus illi q persequebantur persuaserunt impietatē ut illi q perdurarūt hoc dicant, humiliata est in puluere anima nrā? Id est, inter manus pulueris huius, inter manus impiorum & persequētiū humiliata est in puluere anima nrā, ad hoc ut te inuocaremus, ut dares auxiliū de tribulatione. Vēter aūt noster hæsit in terra: id est, consensit impietati pulueris huius, uenter nr̄, hoc est n. dictum, hæsit. Si.n. cum diligis & ardes chari-
Psal. 62. tate, recte dicis deo, Adhæsit anima mea post te: &,
Psal. 72. Mihi adhærere deo bonum est: tunc autē adhæres deo, qn̄ consentis deo: non sine causa dictū est de uentre isto qui adhæsit in terra, nisi quia illi significantur, qui persecutionem non tolerantes, consenserunt iniquis. Sic.n. hęserunt in terra. Sed quare dicti sunt uenter: nisi quia carnales sunt, ut os Ecclesiæ in sanctis sit, in spiritalibus sit, uēter Ecclesię in carnalibus sit? Itaq; os Ecclesiæ eminet, uenter absconditus est tāquā mollior & infirmior. Hoc signi-

ficat quodā loco scriptura, ubi quidā dicit se accepisse librum, & liber ipse dulcis erat, inquit, in ore D
meo, & amarus in uētre meo. Quid est hoc, nisi qa *Ezech. 3.* *Apoc. 10.*
præcepta summa quæ accipiunt spiritales, nō accipiunt carnales, & de quibus gaudent spiritales, cōtristantur carnales? Liber iste frēs quid habet? Ven *Matt. 19.*
de omnia quę habes, & da pauperibus: q̄ dulcis est in ore Ecclesiæ, ab omnibus spiritalibus factū est. At uero carnali cuicunq; dixeris, fac hoc, facilius à te tristis recedit, sicut ille diues à dño cui dictum est, Vende omnia quæ habes & da pauperibus, q̄ facit quod dictum est. Quare autem tristis recessit, nisi quia liber ille dulcis est in ore, & in uentre amarus? Dedisti nescio quid auri & argenti, uentum est ad hunc articulum, ut nisi perdas, forte aliqd peccatum committas, iniuriam forte ingeras Ecclesię, blasphemare cogaris. Positus itaq; in angustijs, aut damno pecuniæ, aut damno iustitiæ, dr̄ tibi perde potius pecuniam, ne perdas iustitiā. Tu aūt cui nō dulcis est in ore iustitia, sed adhuc in illis mēbris infirmus es, quales in uētre deputat Ecclesia, cōtristatus eligis aliqd̄ magis amittere aliquid de iusti- E
tia, q̄ uel nummū de pecunia, & percutis te damno grauiore, implens saccellum tuū, & exinaniens cor tuum. Fortassis ergo de illis dixerit, Hæsit in terra uenter noster. Exurge dñe adiuua nos.) Et uere charissimi exurrexit & adiuuit. Nāq; cū exurgeret, id est, cū resurgeret & gētibus innotesceret, cessantibus persecutionibus ēt illi qui hæserant in terra, eruti sunt de terra, & agētes pniam, redditi sunt corpori xpi, quamuis infirmi quantus imperfecti, ut cōpleretur in eis, Imperfectum meum uiderunt oculi *Psal. 138.*
tui, & in libro tuo oēs scribentur. Exurge dñe adiuua nos. Et redime nos propter nomē tuum.) Hoc est, gratis propter nomen tuum, non propter meritum meum, quia tu dignatus es facere, non qa ego dignus sum cui facias. Nam & hoc ipsum quod nō sumus obliti te, & non recessit retro cor nostrum, quod non expandimus manus nostras ad deū alienum, nisi te adiuuāte unde possemus, nisi te intus alloquente & exhortante, Nā deserente unde ualeremus? Ergo siue patientes in tribulationibus, siue gaudentes in prosperitatibus redime nos, non pp F
meritum nostrum, sed propter nomen tuum.

In Psalmum quadragesimum quartum.

ENARRATIO.

HVNC Psalmum, sicut uobiscum cū exultatione cātauimus, ita nobiscū cū attentione cōsyderetis, peto. Cātatur.n. de sanctis nuptijs, de sponso & spōsa, de rege & plebe, de salua tore & de his, q saluādi sunt. Qui cum ueste nuptia- *Matt. 22.*
li uenit ad nuptias, gloriā qrens sponsi non suam, non solū libēter audit, quod solet esse etiam hominum spectacula qrentium, non facta exhibētium: sed ēt mandat cordi, quod nū ibi uacet, sed germinet, erumpat, crescat, perficiatur, assumatur. Oportet.n. nos esse qbus hoc cantet filios Chore, qd habet titulus Psalmi. Erant.n. isti quidā homines, uer untamen omnis inscriptio literarū diuinarū aliqd innuit intelligentibus, & non tm̄ auditorem, uerūetiam cognitorē desyderat. Interrogamus ergo nomen & uim Hebraici uerbi quid sit Chore, & sicut se interpretationes habent oium uerborum in scriptura positos, renūciatur nobis filios Chore interpretari filios calui. Quod nomen non ad irrisionē

G accipiatis,ne inueniamur in sensu puerili,quales pue
ros legimus in libro regno℞, insultátes Heliseo sán
4.Reg.2. cto ꝓphetæ, & clamátes post ipsum, Ascéde calue,
ascende calue. Tales.n.pueros stultos, garrulos, &
in suá pniciem maledicentes,exeuntes de sylua be
stiæ comederút.Hoc scriptú est, & ubi sit scriptum
cómemorauimus. Qui meminerút recognoscant,q
non meminerunt legát,q non legerút credant. Qd
ergo illud factum figurauit in futurú, nó nos debet
apprehendere. Significati sunt.n.in illis pueris stul
ti homines, hñtes ignorátiæ sensum,quales nos nó
1.Cor.14 uult esse Apls,ubi dicit, Nolite pueri esse sensibus.
Et qa dñs inuitauerat nos ad imitationem puero
Matt.18. rum,qñ ante se paruulum posuit,& ait,Nisi qs fue
rit ut puer iste,non intrabit in regnú cœlorum. Ibi
quoq; Apostolus cautus,ubi reuocat á mente pue
rili,uocat rursus ad imitationem puerilem, Nolite,
inqt,pueri effici métibus, sed malitia paruuli esto
te,ut mentibus pfecti sitis. Quem delectat mutari
puer,nó delectet imperitia, sed innocétia. Illi uero
ex imperitia insultabát scó Dei Caluo, & clamabát
H post eú, Calue calue,Factú est ut á bestijs cósume
4.Reg.2. rentur,& figurauerút hóies in eadem mente puerí
Matt.27. li stulte irridentes quendá Caluú, qui in Caluariæ
loco crucifixus est. Possessi sunt ergo tales uelut á
bestijs,hoc est, á dæmonibus, á diabolo & angelis
eius q opatur in filijs diffidentię. Tales pueri erát,q
ante sacratú lignum stantes caput agitabát & dice
Ibidem. bát,Si filius Dei est,descédat de cruce. Huius nos fi
lij sumus,qa filij sponsi sumus. Et nobis iscript⁹ est
Psalmus iste,cuius titulus dicitur, Filijs Chore, ꝓ
ijs qui cómutabuntur.) Quid ergo? Exponá qd sit
ꝓ ijs qui cómutabuntur? Quid ergo dicá? Hoc ois
mutatus agnoscit. Qui audit hęc ꝓ ijs qui cómuta-
buntur,uideat qd erat,& qd núc sit. Et primo ipm
mundú uideat cómutatum,nuper adoranté idola,
modo adorantem Deú: nuper seruienté ijs quæ fe
cit,modo ei á quo factus est. Pro ijs q cómutabun
tur,uidete qñ dictum sit. Modo iam residui Pagani
mutata expauescunt,& qui nolút mutari,uidét re
pletas ecclesias,tépla deserta,in his celebritaté, ibi
solitudiné. Mirantur mutata,legant pdicta: aurem
accómodent promissori,credant exhibitori. Sed &
I unusqsq; nostrum fratres ex uetere hóie in nouum
mutatur,ex infideli fidelis fit,ex raptore largitor,ca
stus ex adultero,beneficus ex malefico. Ergo cátet
nobis pro ijs qui cómutati sunt:& sic incipiat descri
bi,per quem cómutati sunt. Seqtur.n.pro ijs qui có
mutabuntur filijs Chore. In intellectu canticum
pro dilecto.) Nam dilectus ille uisus est á psecuto
ribus suis,sed non in intellectu. Si.n. cognouissent,
1.Cor.2. nunq dñm gloriæ crucifixissent. Ad hunc intelle-
Ioan.14. ctum oculos alios quærebat ipse cum diceret, Qui
me uidet,uidet & patré. Sonet eú iam Psalm⁹, Gau-
deamus in nuptijs,& nos erimus cú ijs qui fiút nu-
ptiæ,q iuitant ad nuptias, & ipsi inuitati spósa est.
Etenim spósa ecclesia est,spósus Christus. Solét di
ci á scholasticis carmina qdam, uxores ducétibus
& nubentibus, quæ uocant epithalamia, qcqd ibi
cantatur,ad honoré cantatur spósi & spósę. An for
te & in nuptijs istis quo iuitati sumus thalamus nó
Psal.18. est? Et unde dicit alius Psalm⁹, In sole posuit taber-
Ioan.1. naculú suú, & ipse tanq spósus ꝓcedés de thalamo
Luca.1. suo. Cóiúctio nuptialis,uerbú & caro. Huius cóiun
ctionis thalamus,uirginis uterus. Etenim caro ipsa,
uerbo est cóiuncta,unde et dicit, Iam non duo sed K
una caro. Assumpta est ecclesia ex genere humano, Gene.2.
ut caput esset ecclesię ipsa caro uerbo cóiuncta, & Ephe.5.
cæteri credétes mébra essent illius capitis. Ná ui
dere qs uenerit ad nuptias? In pncipio erat uerbú,& Ioan.1.
uerbú erat apud Deú,& Deus erat uerbú. Gaudeat
sponsa amata a Deo. Qñ amata? Dum adhuc fœda.
Omnes.n.peccauerút ait Apls, & egent gloria Dei. Rom.3.
Et iterú. Etenim Christus pro impijs mortuus est. Rom.5.
Amata est fœda,ne remaneret fœda. Nó.n uere fœ
da amata est,qa non fœditas amata est. Nam si hoc
amaret,hoc seruaret. Euertit fœditaté, formauit pul
chritudiné. Ad qualé uenit,& qualem fecit? Veniat
iam ipse in uerbis ꝓpheticis, Ecce ipse sponsus ꝓce
dat nobis, Amemus illú: aut si inuenerimus in eo ali
qd fœdi,non amemus. Ecce ipse inuenit multa fœ
da,& amauit nos. Si aliqd fœdi inuenerimus in eo,
nó amemus: qa & hoc ipsum qd carné indutus est,
ut de illo ét diceretur, Vidimus eum & nó habebat Esa.53.
spém neq; decorem: si cósyderes misericordiá qua
factus est,& ibi pulcher est. Sed Iudæo℞ psonam ge
rebat Propheta eú diceret, Vidimus eum & non ha
bebat spém neq; decorem. Quare? Quia nó in intel L
lectu. Intelligentibus aút & uerbum caro factú est,
magna pulchritudo est. Mihi aút absit gloriari, di- Ioan.1.
xit unus amico℞ sponsi,nisi in cruce dni nostri Ie- Gala.6.
su Christi. Parú est ut non inde erubescas,nisi ét &
glorieris. Quare ergo non habuit spém neq; deco- 1.Cor.1.
rem? Quia Christus crucifixus, Iudæis qdem scáda
lum,gétibus stultitia. Quare aút & in cruce habuit
decorem? Quia qd stultum est Dei, sapientius est q
hóies:& qd infirmum est Dei, fortius est q hóies.
Nobis ergo iam credentibus, ubiq; spósus pulcher
occurrat. Pulcher Deus,uerbú apud Deú, pulcher Ioan.1.
in utero uirginis, ubi nó amisit diuinitaté, & sum- Luca.1.
psit humanitaté. Pulcher natus infans uerbú,qa & Luca.2.
cum esset infans,cú sugeret,cú manibus portaret, Matth.2.
cœli locuti sunt,angeli laudes dixerút,magos stel
la direxit, adoratus est in pręsepi cibaria animalium
mansueto℞. Pulcher ergo in cœlo,pulcher in terra,
pulcher in utero,pulcher in manibus parentú, pul
cher in miraculis,pulcher in flagellis, pulcher inui
tans ad uitá,pulcher nó curans morté,pulcher de
ponés aiam,pulcher recipiés, pulcher in ligno,pul M
cher in sepulchro,pulcher in cœlo, pulcher in intel
lectu. Audite canticú, neq; oculos uestros á splédo
re pulchritudinis illius auertat carnis infirmitas. Sú
ma & uera pulchritudo iustitia est. Ibi illú nó uide
bis pulchrú,ubi deprehendens iniustú. Si ubiq; iu
stus,ubiq; decorus. Veniat ergo nobis inspiciédus
oculis métis,descriptus á quodá laudatore suo Pro
pheta Ecce,inqt, Eructauit cor meú uerbum bo
nú.) Quis dicit,pater an Propheta? Intellexerút.n.
qdam patris psonam dicétis, Eructauit cor meum
uerbum bonú,cómendátis nobis natiuitaté quan
dá ineffabilé. Ne forte putares aliqd assumptú,un
de filium gñaret Deus quemadmodum homo sibi
assumit aliqd unde generet filios, coniugium scili
cet,sine quo ꝓlem ꝓcreare homo non pot. Ne igit
putares aliquo coniugio indiguisse Deum, unde fi
lium gñaret,eructauit,inqt,cor meum uerbum bo
num. Hodie cor tuum ó homo gñat cósilium,nec
quęrit uxoré: per consilium natú ex corde tuo ędi
ficas aliqd,& illa fabrica, anteq stet in opere,stat in
consilio:& inest iam qd facturus es,in eo per quod

A facturus es:& laudas fabricã nõdum existentẽ,nõ-
dum in specie ædificij,sed in platione consilij: nec
laudat alius consiliũ tuũ, nisi aut cui indicaueris,
Ioan. 1. aut q uiderit qd fecisti. Ergo si per uerbũ oia,& uer
bum de Deo, inspice fabricã factam per uerbũ, &
ex isto ædificio mirare consilium. Quale uerbũ est
per qd factum est cœlum & terra,& omnis ornatus
cœli,ois fœcunditas terræ,diffusio maris, distẽsio
aeris,fulgor syderũ,claritas solis & lunæ. Videntur
hęc,Trãscende & hęc,cogita angelos,pncipatus,se-
des,dñationes,potestates,oia per ipsum facta sunt.
Vnde ergo ista bona facta sunt? Quia eructatũ est
Mat. 19. per qd fierent uerbum bonũ. Ergo uerbũ bonum,
Mar. 10. & ipsi uerbo dictum est,Magister bone. Et ipm uer
bum rñdit,Quid me iterrogas de bono? Nemo bo
nus nisi unus Deus. Dictum est magister bone, &
dicit qd me interrogas de bono? Addidit ẽt,Nemo
bonus nisi unus Deus. Qũo ergo & ipse bonus,nisi
qa Deus? Non solum aũt Deus, sed cum patre unus
Deus. Non.n. dicẽdo,nemo bonus nisi unus Deus,
discreuit se,sed uniuit. Eructauit cor meũ uerbum
bonũ. Dixerit hoc Deus pater de uerbo suo bono
B atq; benefico bono nño, p qd solum bonũ utcunq;
boni esse possumus. Seqtur: Dico ego opa mea re-
gi) Adhuc pater loqtur. Si adhuc pater loquit̃ qra-
mus & hoc,qũo secundum fidem ueram & catholi
cam intelligamus, Dico ego opera mea regi? Si.n. pa
ter dicit opera sua filio suo regi nostro, quæ opera
pater dicturus est filio, cum oia opera patris per fi-
liũ facta sint? An forte dico ego opa mea regi, ipm
dico, gñationem filij significat? Vereor ne hoc ali-
qñ à tardioribus non possit intelligi, Veruntamen
dicam,sequatur qui põt, ne nõ dicto non sequatur
Psal. 61. qui põt. Legimus in alio Psalmo dictum, Semel lo-
cutus est Deus. Toties locutus est per Prophetas,to
ties per Aplos,hodieq; loquitur per sanctos suos, &
ait,Semel locutus est Deus? Vnde semel locutus est
nisi per uerbum suũ? Sicut aũt eructauit cor meum
uerbũ bonum,intelleximus ibi gñationẽ filij,uelu
ti repetitio mihi uidetur facta in consequenti sñia,
ut illud qd dictum est,Eructauit cor meum uerbũ
bonũ: repeteretur in eo qd ait,dico. Quid est.n. di-
co? Verbum pfero, Et unde pfert Deus uerbum,ni-
si ex corde suo & intimo suo? Tu non dicis nisi qd
C ex corde tuo pfers,uerbum tuum qd sonat & tran-
sit,aliũde non pfertur,& miraris qa ita dicit Deus?
Sed dicere Dei æternum est. Tu dicis aliqd modo,
qa tacebas pauloante, uel ecce nunc nondũ uerbũ
pfers. Cum aũt pferre cœperis,rũpis silentiũ quo-
dammodo, & generas uerbum, qd antea non erat.
Non sic Deus genuit uerbum. Dicere Dei sine initio
est,& sine fine,& tñ unum uerbum dicit, Dicat alte
rum,si qd dixit transierit. Cum uero & à quo dici-
tur manet, & qd dicitur manet, & semel dicitur, &
nõ finitur: & ipm semel sine initio dicitur, nec bis
dicitur,qa nõ transit qd semel dicitur. Hoc est ergo,
Eructauit cor meum uerbum bonum,qd est, Dico
ego opa mea regi. Quare ergo opa mea dico? Quia
in ipso uerbo oia opa Dei. Quicqd n. facturus erat
Deus in creatura,iam in uerbo erat: nec esset in re-
bus nisi esset in uerbo: qũo & in re non esset in fa-
brica,nisi esset in consilio. Sicut in euangelio dicit,
Qd factum est in illo uita erat. Erat ergo qd factum
Ioan. 1. est, sed in uerbo erat, & oia opera Dei ibi erant, &
opera nõdum erãt, Sed uerbum erat, & uerbũ hoc

erat Deus,& apud Deum erat,& filius Dei erat,& cũ D
patre unus Deus erat. Dico ego opa mea regi. Au-
diat dicentẽ qui uerbũ intelligit,& uideat cum pa-
tre sempiternũ uerbum, in quo sunt ẽt quæ futura
sunt, in quo non abierũt & quæ transierunt. Hæc
opera Dei in uerbo,tanq̃ in uerbo,tanq̃ in unigeni
to,tanq̃ in uerbo Dei. Quid ergo sequitur? Lingua
mea calamus scribæ uelociter scribentis.) Quid si-
mile fratres mei,qd habet simile lingua Dei cum ca
lamo scribæ? qd habet simile petra cum Christo? 1. Cor. 10
qd habet simile agnus cũ saluatore? qd habet leo Ioan. 1.
cum unigeniti fortitudine? Dicta sunt hæc tñ & ni- Apoca. 5.
si dicerentur,nõ aliquo modo per hæc uisibilia,ad
inuisibilem informaremur. Sic ergo humilem simi
litudinem calami huius, nec cõparemus illi excel-
lentiæ nec tñ respuamus. Quæro.n. quare linguam
suam calamum dixit esse scribæ uelociter scriben-
tis? At uero quantũuis uelociter scribat scriba,non
cõparat̃ illi uelocitati, de qua dicit alius Psalmus,
Vsq; in uelocitate currit uerbum eius. Sed mihi ui- Psal. 147.
detur quãtũ audet humana intelligẽtia, & hoc pos
se accipi ex psona patris dictum, Lingua mea cala-
mus scribæ: qa qd lingua dicitur,sonat & trãsit, qd E
scribitur manet. Cum ergo dicat Deus uerbum, &
uerbum qd dicitur non sonet & trãseat,sed & dica-
tur & maneat, scriptis hoc maluit Deus cõparare,
q̃ sonis. Quod aũt addidit uelociter scribentis,im-
pulit mentẽ ad intelligentiam: sed non pigra rema
neat, respiciendo antiquarios aut respiciendo qua-
leslibet ueloces notarios. Si aũt hoc attenderit, re-
manebit ibi ipm uelociter. Cogitet uelociter,& ui-
deat quare dictũ sit uelociter. Velociter Dei tale est
ut ueloci° nihil sit. In scripturis.n. scribit̃ litera post
literã,syllaba post syllabã,uerbum post uerbũ,nec
ad scdm transitur,nisi primo præscripto. Ibi autem
nihil uelocius,ubi nõ multa sunt uerba: nec tñ ali-
quid ptermissum est,cum in uno sint oia. Ecce iam
uerbum illud,sic platum æternum,ab æterno co-
æternum,ueniet sponsus. Speciosus forma præ fi-
lijs hominũ.) Præ filijs hominum, quare & nõ præ
angelis? Quid uoluit dicere,præ filijs hominum ni
si qa homo? ne hominẽ Christum quẽlibet homi-
nem putares,ait,pręfilijs hominũ speciosus forma.
Etiam homo prę filijs hominum: etiam inter filios
hominum,prę filijs hominum: ẽt ex filijs hominũ, F
prę filijs hominũ. Diffusa est gratia in labijs tuis.) Ioan. 1.
Lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Roma. 7.
Christum facta est. Diffusa est gratia in labijs tuis.
Merito mihi subuentum est, qa cõdelector legi Dei
scdm interiorem hominem, Sed alia lex in mẽbris
meis repugnat legi mentis meæ, & captiuũ me du-
cit in lege peccati, quæ est in membris meis, Miser
ego homo, qs me liberabit de corpore mortis hu-
ius? Gratia Dei per Iesum Christum dñm nostrum.
Diffusa est ergo gratia in labijs tuis, Venit nobis cũ
uerbo gratię,cũ osculo gratię. Quid ista gratia dul Psal. 31.
cius? Quo ptinet gratia ista? Beati quorum remissæ
sunt iniquitates,& quos tecta sunt peccata. Si seue
rus iudex ueniret,nec afferret istam gratiã diffusam
in labijs suis, qs de salute aliqd speraret? Quis non
sibi hoc timeret qd pctõri debebatur? Ille ueniens
cum gratia,non exegit qd debebatur, soluit qd nõ
debebat. Num.n. non peccator debebat mortem?
Aut uero tibi pctõri debebat̃ nisi supplictũ? Debi-
ta tua dimisit,& idebita sua exoluit, Magna gratia.

G Quare gratia? Quia gratis. Propterea tibi gratias agere licet, referre nō licet, non.n. potes. Quærebat il *Psal. 115.* le qd retribueret, qui dixit, Quid retribuam dño ꝓ omnibus quæ retribuit mihi? Et inuenit quasi aliquid, Calicem salutaris accipiam, & nomen dñi inuocabo. Hoc illi repēdis, q calicē salutaris accipis, & nomen dñi inuocas. Quis tibi dedit ipsum calicem salutarem? Remansit in actione gratiaꝝ, nā in relatione defecit. Inueni qd Deo des qd ab illo nō accepis, & retuleris gratiam, Sed caue ne dum quæris qd illi retribuas, qd ab illo nō accepis, inuenias, *Matt. 27.* sed pc̄m tuum. Hoc plane ab illo nō accepisti, sed nec ei dare debes. Hoc dederunt Iudæi, retribuerūt mala pro bonis, accepunt ab eo pluuiam, & fructū non dederunt, sed spinas doloꝝ. Ergo bonum qcqd uolueris in te dare Deo, non te inuenis accepisse nisi à Deo. Ipsa est gratia Dei diffusa in labijs. Fecit te, gratis te fecit. Non.n. erat cui præstaret anteq̄ faceret. Perieras, quęsiuit te, & inuentū reuocauit *Luca. 15.* te. Præterita non imputauit, futura ꝓmisit. Vere diffusa est gratia in labijs eius. Propterea, inqt, bñdixit te Deus in æternū.) Laboratur ut hoc posit intelligi H adhuc à Deo patre dici, ppea bñdixit te Deus in æternum. Accōmodatius uidetur hoc accipi ex psona Prophetæ Et mutationes psonaꝝ repentinę, & oino ex improuiso inueniūtur in sanctis scripturaꝝ libris, & si qs aduertat, plenæ sunt paginæ diui *Psal. 115.* næ, Dñe libera animam meam à labijs iniquis & à lingua dolosa. Et statim, Quid detur tibi aut qd adij*†al. peti-tis.*ciatur tibi aduersus linguam subdolam? Alia illic psona erat, alia hic. Ibi pœnitentis, †hic subuenientis. Sagittæ potentis acutæ cū carbonibus uastatorijs Alia psona est, qd detur tibi: alia, hoc detur tibi: & in consequentibus fit alia. Heu me, qa incolatus meus lōginquus factus est. Et in paucis uersib⁹ tam crebra mutatio psonaꝝ, intellectū admonet, nō exprimit locum ubi mutatur: non dicitur, hoc dixit homo, hoc dixit Deus, sed ex ipsis uerbis sit nobis intelligere qd ad hominem ptineat, qd ad Deū. Homo aūt dicebat, Eructauit cor meū uerbum bonum, dico ego opa mea regi. Homo dicebat, ille dicebat, q scripsit Psalmū, sed ex psona Dei, dicebat, Incipit dicere & ex sua, ppea benedixit te Deus in I æternū, Dixerat.n. Deus, Diffusa est gratia in labijs tuis, ei quē fecerat speciosum præ filijs hominū, ēt hoiem, quem Deus ante oia prętulerat ęternus ęternum coæternum. Impletus est ergo Propheta gaudio quodā ineffabili, & attēdens qd Deus pater de filio suo homini reuelauerit, potuit dicere ista ex psona Dei, Propterea, inqt, benedixit te Deus in æternum. Quare? Propter gratiā. Illa.n. gratia quo pertinet? Ad regnum cœloꝝ. Primum.n. testm̄ terram ꝓmiserat, & aliud premium fuit uel promissio sub lege positoꝝ, aliud sub gratia, Terra Chananeoꝝ Iudæis sub lege positis, regnū cœloꝝ christianis sub gratia positis. Itaq; qd ptinebat ad eos, qui sub lege positi erant, regnum transijt: regnum cœloꝝ qd ptinet sub gratia positis, non transit. Propterea hic benedixit te Deus, non ad tps sed in æternum. Nō defuerunt, qui oia etiam supiora uerba ex Prophetæ psona accipi mallent, & hoc qd dictum est, Eructauit cor meum uerbum bonum: ex Prophetæ psona uoluerunt intelligi ueluti dicente hymnū. Quisqs.n. dicit hymnum Deo, eructat cor eius uerbum bonum: qūo qui blasphemat in Deum, eructat cor eius uerbum malum: ut & illud qd adiunctum est, K Dico ego opera mea regi: significare uoluerit summum hois opus non esse nisi Deum laudare. Illius est specie sua placere tibi, ad te ptinet eum in gratiarum actione laudare. Opa tua si non fuerint laus Dei, incipis teipsum amare, & ptinebis ad illos, de qbus dicit Apls, Erūt.n. hoies seipsos amātes. Displi *2. Tim. 3.* ce tibi, placeat tibi qui fecit: qa in eo tibi displices qd in te ipse fecisti. Opus ergo tuū sit laus Dei, eructet cor tuum uerbū bonum. Dic ergo opa tua regi, qa ut diceres, rex fecit & ipse donauit quod offeres. Redde illi de suo, ne uelis accepta parte patrimonij tui ire longius, & ꝓdigē perdere in meretrices, & porcos pascere Hoc recordamini ex euangelio, sed iam de nobis dictū est, Mortuus erat & reui *Luca. 15.* xit, perierat & inuentus est. Et qd dictū est, lingua mea calamus scribat, uelociter scribentis: nō defuerunt qui sic intelligerēt Prophetā ex dixisse q̄ scriberet, Et ideo linguā suā calamo scribæ cōparasse. Velociter aūt scribētis uoluisse se dicere, ut significaret ea se scribere, q̄ uelociter uentura erāt: ut uelociter scribere, uelocia scribere itelligaf. i. scribere nō L tardatura. Non.n. tardauit Deus exhibere Christū. Quām cito euolutū sentitur, qd peractum agnoscitur. Recordare gñationes ante te, iuenies Adā tanq̄ hesterno die factū, ita gesta legimus oia ab ipso pn cipio. Ergo uelociter facta sūt, uelociter erit & dies iudicij. Præueni uelocitatē ipsius. Velociter ueniet, uelocius tu mutare. Aderit facies iudicis, sed uide qd dicit Propheta, Prçueniamus faciē eius in cōfessione. Diffusa est gratia in labijs tuis, ppea benedixit te Deus in æternum. Accingere gladiū tuū circa femur tuum potentißime.) Gladium tuū, qd nisi uerbū tuū? Isto gladio strauit inimicos, illo gladio diuisit filiū à patre, filiā à matre, nurū à socru. Legimus hæc in euangelio, Non ueni pacē mittere, *Matt. 10.* sed gladium, Et erunt in una domo qnq; diuisi aduersum se, duo aduersus tres, & tres aduersus duos erunt diuisi. i. filius aduersus patrem, filia aduersus matrem, nurus aduersus socrum suam. Diuisio hęc quo gladio facta est, nisi quē xp̄s attulit. Et reuera fratres ēt quotidianis exēplis uidemus hæc. Placet iuueni alicui Deo seruire, displicet patri, diuisi sūnt M aduersus se. Ille, ꝓmittit terrenā hereditatē, ille amat cœlestē. Aliud iste pollicef, aliud ille eligit. Nō sibi putet pater factam iniuriā, Deus solus illi præfert, & tñ litigat cum filio uolente seruire Deo. Sed fortior est ille gladius spiritalis separans, q̄ copulās natura carnalis. Fit hoc & de filia aduersus matrem, multo magis & de nuru aduersus socrū. Nam aliqn in una domo nurus & socrus iueniunf, hæretica & catholica. Et ubi fortiter recipitur iste gladius, rebaptizationē non timemus. Potuit diuidi filia aduersus matrē suā, & nō pōt nurus aduersus socrū suā? Factum est hoc generalr ēt in genere humano, diuisus est filius aduersus patrem. Fuimus.n. aliqn filij diaboli. Adhuc infidelibus dictum est. Vos à patre diabolo estis: & ois ifidelitas uestra, unde nisi à patre diabolo? Non ille creādo pater, sed nos illū imitando filij. Iam modo uidetis filium aduersus patrē diuisum. Venit gladius, ille renunciat diabolo, iuenit aliū patrem, inuenit aliā matrē. Ille ad imitationē se prębens, gñabat in exitium: parētes duos, quos inuenimus, in uitam æternā generant. Diuisus est filius aduersus patrē, diuisa est filia aduersus *Matt. 20* matrem

A matrem suā. Plebs illa q̃ de Iudæis credidit, diuisa
est aduersus synagogam. Diuisa est & nurus aduer-
sus socrū suā. Plebs de gentibus ueniens, nurus dr̃,
quia spōsus xp̄s filius synagogæ. Vnde.n.natus est
filius dei scdm carnem? Ex illa synagoga. Ille qui di
misit patrē & matrē & adhæsit uxori suæ, ut essent
duo in carne una, non coniectura nostra, sed atte-
Gene.2. stante Apostolo & dicēte, Sacr̃m hoc magnum est,
Ephe.5. Ego autem dico in xp̄o & in Ecclesia. Dimisit.n.pa
trem quodammodo, nō omnino dimisit ueluti ad
separationem, sed ad susceptionem humanæ car-
Phil.2. nis. Qūo dimisit? Quia cum esset in forma dei, non
rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed se-
Mat.10. metipsum exinaniuit formā serui accipiens. Qūo
dimisit & matrem? Gentem Iudęorum, synagogam
illam hærentē ueteribus sacramentis. Ad ipsam fi-
guram pertinet qd ait, Quæ est mihi mater, aut qui
Matt.12. fratres? Ille.n.intus docebat, illi foris stabant. Vide-
Mat.10. te si modo non ita sunt Iudæi. Docet xp̄s in Eccle-
sia, illi foris stant. Socrus ergo quid est? Mater spon
si. Mater spōsi dn̄i nostri Iesu xp̄i, synagoga est. Pro-
inde nurus eius Ecclesia, q̃ ueniens de gentib⁹ non
B consensit in circūcisionem carnalem, diuisa est ad
uersus socrum suam. Accingere gladium tuum. De
potentia huius gladij loquebamur cum ista dicere
mus, Accingere gladium tuum, sermonem tuū cir-
ca femur tuū potentissime. Circa femur habēs gla-
dium. Quid est circa femur? qd significat de femo-
Gene.49 re? Carnē. Vnde illud est, Non deficiet princeps de
Gene.12. Iuda, & dux de femoribus eius. Nonne & ipse Abra
Gene.26. hā, cui ꝓmissum erat semē in quo benedicerentur
oēs gentes, qn̄ misit seruum suum ad q̄rendā & du
cendam uxorem filio suo, unde ueniret illud semē
sanctum, in quo benedicerentur oēs gentes: fide te
nens, in illa ueluti humilitate seminis esse magnitu
dinem numinis, id est, filiū dei uenturū ex filijs ho
minum per semen Abrahæ: fecit ipsum seruū suum
Gene.24 quem mittebat ita sibi iurare, Pone, inqt, manum
tuā sub femore meo, & sic iura: quasi diceret, Pone
manū tuā ad altare, aut ad Euangeliū, aut ad Pro-
phetā, aut ad aliqd sanctū. Sub femore meo, inqt,
pone manū, habens fiduciā: nec reuerens turpitu-
dinē, sed intelligens ueritatē. Propterea accingere
C gladiū tuū circa femur potētissime. Potētissime ēt
1.Cor.1. circa femur, qa qd' infirmum est dei, fortius est ho-
minibus. Specie tua & pulchritudine tua.) Iustitiā
accipe, qua semp est speciosus & pulcher. Et inten
de prospere, ꝓcede & regna.) Nonne uidemus? Cer
te iam factum est. Attendite orbem terrarum, intē-
dit prospere, processit & regnat, subditæ sunt oēs
gētes. Quid erat illud uidere in spiritu? Quod nūc
est experiri in ueritate. Qn̄ dicebantur hæc, nondū
ita regnabat Christus, nōdum intenderat, nondū
processerat. Prædicebātur, exhibita sunt, iam ea te-
nemus. In multis redditorem habemus deū, in pau
cis debitorem. Intende prospere procede & regna.
Propter ueritatē & mansuetudinem & iustitiam.)
Psal.84. Reddita est ueritas qn̄ ueritas de terra orta est, & iu
stitia de cœlo ꝓspexit. Præsentatus est Christus ex-
pectatio generis humani, ut in semine Abrahæ be-
nedicerentur oēs gentes. Prædicatum est Euange-
Matt.12. lium, ueritas est. Quid mansuetudo? Passi sunt mar
Mat.26. tyres, & inde multū ꝓcessit, & promouit per oēs gē
tes regnum dei, quia patiebantur martyres, nec de-
ficiebant, nec resistebant dicentes oia, nihil occul-

tantes, parati ad oia, nihil recusantes. Magna man- D
suetudo, corpus xp̄i hoc fecit, in capite suo didicit.
Ille prior sicut ouis ad uictimā ductus est, & sicut Esa.53.
agnus corā tōdente se nō aperuit os suum, usquea-
deo māsuetus, ut pēdēs in cruce diceret, Pater igno Luc.23.
sce illis, qa nesciunt quid faciunt. Quid pp iustitiā?
Veniet ēt ut iudicet & retribuat unicuiq; secūdum Rom.2.
opera sua. Dixit ueritatem, pertulit iniquitatem†, † al. pro-
allaturus est æquitatem. Et deducet te mirabili- tulit mā-
ter dextera tua.) Nos dextera ipsius, ipsum deduxit suetudi-
dextera sua. Ille.n.deus, nos homines. Dextera sua nem.
deductus est: id est, potētia sua. Etenim potentiam
quā pater habet, habet & ipse, & diuinitatē patris
habet & ipse, imortalitatē patris habet & ipse, ęter-
nitatē patris hēt, uirtutē patris habet. Deducet.n.
eū mirabiliter dextera eius, faciens diuina, patiens
humana, malitias hominū sternens† bonitate sua. † al. ex-
Adhuc deducit, & ubi nondū est & dextera eius de tergens.
ducet eū. Hoc.n.eum ducit qd ipse donauit sanctis
suis. Deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ
tuæ acutæ potentissime.) Verba cor transfigentia, Cant.2.
amorē excitantia. Vnde dr̃ in Canticis cāticorum, & 4.
Quia uulnerata charitate ego sum. Dicit.n.uulnera E
tā se esse charitate: id est, amare se dicit, æstuare se
dicit, suspirare sponso, unde accepit sagittā uerbi.
Sagittæ tuæ acutę potētissime, & transfigētes & ef-
ficiētes. Acutæ potētissime. Populi sub te cadēt.)
Qui ceciderunt? Qui percussi sunt & ceciderūt? Po
pulos uidemus subditos xp̄o, cadētes nō uidem⁹.
Exponit ubi cadūt, in corde, Ibi se erigebant aduer
sus xp̄m, ubi cadunt ante xp̄m. Blasphemabat Sau- Acto.9.
lus xpm, erectus erat, supplicabat Christo, cecidit,
prostratus est. Occisus est inimicus Christi, ut ui-
uat discipulus xp̄i. De cœlo emissa est sagitta, cor-
de percussus est Saulus, nondū Paulus, adhuc Sau-
lus, adhuc erectus nondū ꝓstratus, accepit sagittā,
cecidit in corde. Nō.n quo prostratus est in faciē,
ibi cecidit in corde, sed ubi ait, Dn̄e quid me iubes
facere? Modo ibas ad Christianos alligandos & ꝑ-
ducendos ad pœnam, & modo dicis Christo, quid
me iubes facere? O sagittam acutam potentissimā,
qua accepta cecidit Saulus, ut esset Paulus. Vt ille,
ita & populi, gētes attendite, uidete subditas xp̄o.
Ergo populi sub te cadent. In corde inimicoꝝ re- F
gis.) Hoc est, in corde inimicoꝝ tuorum. Ipsum.n.
appellat regē, ipsumq; nouit regem. Populi sub te ca-
dent in corde inimicoꝝ regis. Inimici erant, accepe
rūt sagittas tuas, ceciderūt ante te Ex inimicis ami
ci facti sunt: inimici mortui sunt, amici uiuūt. Hoc
est, pro his q commutabuntur. Quęrimus intellige
re uerba singula, uersus singulos, ita tn̄ q̄rimus, ut
de xp̄o dici nemo dubitet. Populi sub te cadent in
corde inimicoꝝ regis. Sedes tua deus in secula se- Hebr.1.
culorum.) Quia benedixit te deus in ęternū ꝓpter
gratiā diffusam in labijs tuis. Erat autē sedes regni
populi Iudaici temporalis, pertinēs ad eos qui sub
lege, erant non ad eos q sub gratia erant. Venit ille
ut liberaret eos, qui sub lege erant, & sub gratia cō
stitueret. Sedes eius in secula seculoꝝ. Quare? Quia
sedes illa prima, regni tēporalis fuit. Vnde nunc se-
des in secula seculoꝝ? Quia dei. Sedes tua de⁹ in se-
cula seculoꝝ. O æternitatis diuinitas†. Non.n.pos † diui-
set deus sedē habere tēporalē. Sedes tua deus in se- nitas.
cula seculoꝝ. Virga directionis, uirga regni tui.)
Directionis uirga est, q̃ dirigit homines. Curui erāt,

G distorti erant, sibi regnare cupiebant, se amabant, facta sua mala diligebant. Non uoluntaté suã deo subdebant, sed uolũtaté dei ad suas cõcupiscẽtias flectere uolebant. Irascitur.n.peccator & iniquus plerunq; deo, qa non pluit, & non uult sibi dcũ ira sci qa fluit. Et ad hoc propemodũ sedent quotidie hoies ut disputent contra deũ: hoc facere debuit, hoc non bene fecit. Tu uidelicet uides qd facias, ille nescit. Distortus tu es, ille rectus est. Distortũ ad rectũ qñ coniungis? Collinari non põt, tanq̃ si in pauimẽto æquali ponas lignũ curuũ, non adiungitur, non cohæret, nõ coaptat pauimento. Pauimentũ ubiq; æquale est, sed illud curuũ est, non coaptatur æquali. Ergo dei uoluntas æqualis est, tua curua est. Propterea tibi cura uidetur illa, qa tu illi coaptari nõ potes. Dirigere ad illã, tene illam: nam si illam uelis curuare ad te, qa non potes, frustra conaris, illa semp directa est. Vis illi hærere? Corrigere, Erit uirga ipsius q te regit, uirga directionis. Inde & rex à regẽdo dr̃. Non aũt regit qui non corrigit. Ad hoc est rex noster rectorũ rex. Q̃uo & sacerdos a sanctificando nos, ita & rex à regẽdo nos. Sed quid ait

H alio loco? Cũ sancto sanctus eris, & cũ uiro innocẽ

Psal. 17. te innocens eris, & cũ electo electus eris, & cũ peruerso peruersus eris: non qa peruersus deus, sed qa peruersi puersum eũ putant. Placet tibi bonũ, bonus est deus: displicet tibi, quasi prauus est deus. Curuus est ad te deus, tua curuatura facit hoc, nã

Psal. 72. illius rectitudo semp manet. Audi in alio Psalmo,

Hebr. 1. Quã bonus deus Israel rectis corde. Virga directionis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiã & odisti iniqtatem.) Vide uirgã directionis, dilexisti iustitiã & odisti iniquitaté. Accede ad istã uirgam, sit tibi rex xp̃s, regat te uirga ista, ne frangat te. Virga n. ferrea

Psal. 2. est illa inflexibilis. Et qd dictũ est? Reges eos in uirga ferrea, & tanquã uas figuli cõteres eos. Alios regit, alios cõterit: regit spiritales, cõterit carnales. Ergo accede ad istã uirgã, quid in ea times? Hęc est tua uirga, Dilexisti iustitiã, & odisti iniquitaté. Quid times? Sed forte iniquus eras, audis.n. regé tuũ, qa odit iniquitaté & times. Est qď facias. Quid? Odit iniquitaté. Nunqd te? Sed in te est iniqtas. Odit illã deus, odetis & tu, & unã ré ambo oderitis. Eris.n.

I deo amicus, si odisti qď odit. Ita & amabis quod a-

23. qua 4 ca. Duo ista. mat Displiceat in teipso tibi iniqtas tua, & placeat tibi creatura ipsius. Homo.n.es iniquus. Duo dixi nomina: duo noia, homo & iniquus. In istis duob⁹ nominibus, unũ est naturæ, alterũ culpę. Vnũ tibi deus fecit, alterũ tu fecisti: ama qď deus fecit, oderis quod tu fecisti, qa & ipse hoc odit. Vide q̃uo iam illi incipias cõiungi, cũ odisti quod odit. Pc̃tm̃ puniturus est, qa uirga directiõis est, uirga regni ipsius. Sed non potest ut nõ puniat pc̃tm̃. Puniendum est pc̃tm̃: si puniendũ non esset, nec peccatũ esset. Præueni illũ, non uis ut ipse puniat, tu puni. Ideo.n. adhuc ipse parcit, differt, tenet manum, arcũ intendit, hoc est minas, clamaret tm̃ feriturum se, si uellet ferire? Differt ergo manum à peccatis tuis, tu noli differre. Cõuerte te ad punienda peccata tua, qa impunita esse peccata non possunt. Puniendũ ergo erit, aut à te, aut ab ipso. Tu agnosce, ut ille ignoscat. At

Psal. 50 tende exemplũ in alio Psalmo pniæ, Auerte faciem

Psal. 26. tuã à peccatis meis. Nunqd dixit à me? Alio.n. loco aperte dicit, Ne auertas facié tuã à me. Ergo auerte faciem tuã à peccatis meis. Nolo uideas pc̃tã mea: quia uidere dei, aiaduertere est. Ideo & iudex quod

K punit, animaduertere dicit: id est, animũ illuc uertere, intendere utiq; ad puniendum, quia iudex est: Sic est & iudex deus. Auerte facié tuam à peccatis meis. Tu ab ipsis facié noli auertere, si uis ut de⁹ ab ipsis auertat faciem suam. Vide q̃uo hoc offert deo in ipso Psalmo, Facinus meũ ego, inqt, agnosco, & pc̃tm meũ ante me est semp. Hoc non uult esse ante deũ, quod uult esse ante se. Virga directionis, uirga regni tui. Nemo sibi multũ de misericordia dei blãdiatur, uirga directionis est. Nunqd dicimus nõ esse misericordé deum? Quid misericordius eo q parcit tm̃ peccatoribus, & quis in omnibus conuersis ad se nõ curat præterita? Sic eũ dilige misericordé, ut uelis esseueracé. non.n. misericordia potest illi auferre iustitiam, neq; iustitia misericordiam. Interim quandiu ille differt, tu noli differre, qm̃ uirga directionis uirga regni ipsius. Dilexisti iustitiam, &

Hebr. 1. odisti iniquitatem. Propterea unxit te deus deus tuus.) Propterea unxit te, ut diligeres iustitiã, & odires iniquitaté. Et uide q̃uo ait, ppea unxit te de⁹ deus tuus. O tu deus, unxit te deus deus tuus. Deus

L ungitur à deo. Etenim in latino putat̃ idẽ casus nominis repetitus. In Græco auté euidẽtissima distinctio est, qa unũ nomẽ est quod cõpellatur, & alter ab eo q compellat. Vnxit te deus. O tu deus, unxit te deus tuus: q̃uo si diceret, propterea unxit te ô tu deus deus tuus. Sic accipite, sic itelligite, sic in Græco euidentissimũ est. Ergo qs est de⁹ unctus à deo? Dicãt nobis Iudęi. Scripturæ istæ cões sunt, unctus est deus à deo: unctũ audis, xp̃m intellige, etenim xp̃s à chrismate. Hoc nomẽ quod appellatur Christus, unctionis est. nec in aliquo alibi ungebantur reges & sacerdotes, nisi in illo regno, ubi xp̃s ,pphetabatur & ungebatur, & unde uenturum erat xp̃i nomen. Nusq̃uã est alibi omnino, in nulla gẽte, in nullo regno. Vnctus est ergo deus à deo. Quo oleo nisi spiritali? Oleũ.n. uisibile in signo est, oleum inuisibile in sacro est. Oleum spiritale intus est, oleũ

De sacra unctione capite Vnico. uisibile exterius est. Vnctus est nobis deus, & missus est nobis, & ipse deus ut ungeret homo erat: sed ita homo erat, ut deus esset: ita deus erat, ut homo esse nõ dedignaret̃. Verus homo, uerus deus, in nul

M lo fallax, in nullo falsus: qa ubiq; uerax, ubiq; ueritas. Deus ergo hõ, & ideo unctus deus: qa hõ deus, & factus est xp̃s. Hoc figurabat̃ in eo q̃ Iacob lapi-

Gene. 28. dem sibi ad caput posuerat & dormierat. Iacob Patriarcha lapidẽ sibi ad caput posuerat. Dormiẽs autem illo lapide ad caput posito, uidit apertis cœlis scalã à cœlo in terrã, & angelos ascẽdentes & descẽdentes. Hoc uiso euigilauit, unxit lapidem & discessit. In illo lapide intellexit xp̃m, ideo unxit. Videte ex quo p̃dicat̃ xp̃s: qď sibi uult illa unctio lapidis, p̃sertim apud Patriarchas q unũ deum colebãt? Factus est aũt in figura, & discessum est. Nõ.n. unxit lapidé, & uenit illuc semp adorare, & sacrificia ibi facere. Expressum est mysteriũ, nõ inchoatũ sacrile-

Psal. 117. gium. Et uidete lapidẽ, Lapidem quem reprobaue-

1. Cor. 11. runt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Et

1. Petr. 2. qa caput uiri xp̃s, ppea lapis ad caput. Attẽdite magnum sacr̃m. Lapis Christus. Lapidem uiuum ait Petrus ab hominibus reprobatum, à deo autem ele-

Gene. 28. ctum. Et lapis ad caput, quia caput uiri Christus: & unctus lapis, qa à chrismate dictus est xp̃s. Et uidentur scalę reuelãte Christo à terra in cœlũ, uel à

A cœlo in terram,& aſcendentes & deſcẽdentes ange
li. Quid hoc ſit,melius uidebimus, cũ teſtimoniũ
Euangelicum ab ipſo dño commemorauerimus.
Noſtis qa Iacob ipſe eſt Iſrael. Illi.n.cum angelo lu-
ctanti & præualenti,& benedicto ab eo cui prꝗua
luit, nomẽ mutatũ eſt ut appellaretur Iſrael, ſicut
populus Iſrael ꝑualuit xp̃o, ut crucifigeret eum,&
tñ in his qui Chriſto crediderunt, ab ipſo cui præ-
ualuit benedictus eſt. Sed multi non crediderunt,
uide claudicationẽ Iacob. Benedictionem & clau-
dicationẽ: benedictio in his q crediderunt: nã po-
ſtea nouim⁹ ex illo populo multos credidiſſe. Clau
dicatio aũt in his qui non crediderunt: & quia plu
res nõ crediderũt,& pauci crediderunt,ideo ut fie-
ret claudicatio,tetigit latitudinẽ femoris ei⁹. Quid
eſt latitudo femoris eius? Multitudo generis. Vide-
tẽ ergo ſcalas illas. Dñs uidit Nathanaelẽ in Euãge
Ioan. 1. lio,& ait, Ecce uere Iſraelita in quo dolus nõ eſt. Sic
Gene. 25. enim dr̃ de ipſo Iacob, Et erat Iacob ſine dolo habi
tans in domo. Hoc recolẽs dñs uidens Nathanaelẽ
ſine dolo de gente illa,& de populo illo, Ecce uere,
inqt, Iſraelita in quo dolus non eſt. Appellauit Iſrae
B litã in quo dolus non eſſet, pp Iacob. Et ille Natha
nael, unde me noſti? Et dñs, cũ eſſes ſub arbore fici
uidi te: id eſt, cũ eſſes in illo populo ſub lege conſti
tutus, q carnali umbra illũ populũ protegebat, ibi
te uidi. Quid eſt, ibi te uidi? Ibi tui miſertus ſum. Il-
le aũt recordatus quod fuerat & ſub arbore fici in
ueritate, admiratus eſt, quia putabat ſe à nemine ui
ſum cũ ibi eſſet, confitet & dicit, Tu es filius dei, tu
es rex Iſrael. Quis hoc dixit? Qui audierat quod ue-
rus eſſet Iſraelita, & dolus in illo non eſſet. Et dñs,
Quia dixi tibi, uidi te ſub arbore fici, credidiſti ma
Gene. 25. iora horũ uidebis. Loquiť cũ Iſrael, cũ Iacob, cum
illo q ſibi lapidẽ ad caput poſuerat, maiora horũ
Ioan. 1. uidebis. Quæ maiora? Quia iam lapis ille ad caput
eſt. Amen dico uobis, uidebitis cœlũ apertũ,& an-
gelos dei aſcendentes & deſcẽdentes ſup filium ho
Ioan. 1. minis. Angeli dei aſcendant & deſcẽdant p ſcalas il
las, fiat hoc in Eccľia. Angeli dei annũciatores ſunt
Ioan. 1. ueritatis, aſcendant & uideãt, In principio erat uer-
bum,& uerbũ erat apud deũ,& deus erat uerbum.
Deſcẽdant & uideant, qa uerbũ caro factũ eſt,& ha
C bitauit in nobis. Aſcendãt ut erigãt magnos: deſcẽ
2. Cor. 5. dant ut nutriant paruos. Vide aſcendentẽ Paulũ, ſi
ue mente exceſſimus, deo. Vide deſcẽdentẽ, ſiue tẽ
perantes ſumus, uobis. Vide aſcendentẽ, ſapiẽtiam
loqmur inter pfectos. Vide deſcendentẽ, lac uobis
potũ dedi non eſcã: hoc fit in Eccleſia. Aſcendũt &
deſcendũt angeli dei ſup filiũ hominis, qa ſurſum
eſt filius hominis ad quẽ aſcendãt corde, id eſt, ca-
put eius: & deorſum filius hominis, id eſt, corpus
eius. Membra eius hic ſunt, caput ſurſum eſt. Aſcen
ditur ad caput, deſcenditur ad membra. Chriſtus ibi
xp̃s hic. Nam ſi ibi tm̃ & hic non, unde uox illa, Sau
le Saule qd me perſequeris? Quis.n. illi in cœlo mo
Act. 9. leſtus fuit? Nemo, nec Iudæi nec Saulus, nec diabo-
lus tẽtator. Nemo ibi moleſtus illi, ſed ſicut in com
page corporis humani, pede calcato lĩgua clamat:
Dilexiſti iuſtitiã,& odiſti iniquitatẽ, ppea unxit te
deus deus tuus. Locuti ſum⁹ de uncto deo, hoc eſt,
de xp̃o. Non potuit apertius dici nomẽ xp̃i, q ut di-
ceretur unctus deus. Quõ ſpecioſus forma præ fi-
lijs hoium, ſic unctus. Oleo exultationis præ par-
ticipibus tuis.) Qui.n. participes eius? Filij hoium,

D qm̃ & ipſe filius hominis particeps factus eſt mor-
talitatis illoȝ, ut faceret eos participes immortalita
tis ſuę. Myrrha & gutta & caſia à ueſtimẽtis tuis.)
Odores boni à ueſtimẽtis tuis. Veſtimẽta eius, ſunt
ſancti eius, electi eius, tota Eccleſia eius, quã ſibi ſi
cut ueſtẽ exhibet, ſine macula & ruga. Propter ma- Ephe. 5.
culam abluẽs in ſanguine, pp rugã extẽdens in cru
ce. Inde bonus odor q ſignificatur noiatis quibuſ-
dam aromatibus. Audi Paulũ illã minimã fimbriã
de ueſtimento, quod tetigit mulier in fluxu ſangui Matt. 9.
nis,& ſanata eſt. Audi illũ dicentẽ, xp̃i bonus odor 2. Cor. 2.
ſumus in omni loco,& in ijs q ſalui fiunt, & in ijs q
pereunt. Non dixit bonus odor in ijs q ſalui fiunt,
& malus odor in ijs qui pereunt: ſed qd ad nos atti
net, bonus odor ſumus,& in ijs q ſalui fiũt, & in ijs
q pereunt. Saluum fieri hoiem bono odore, nõ eſt
improbabile neq; incredibile. Perire aũt hoiem bo
no odore, q ratio eſt? Magna uis, magna ueritas,&
ſi capi nõ poteſt, ita eſt. Nã ut noueritis qa difficile
capiť, ſtatim ſubiecit, Et ad hæc qs idoneus? Quid
eſt, Ad hæc qs idoneus? Quis intelligat hoies mori
bono odore? Tñ aliquid dicã fratres, Ecce ipſe Pau
E lus pdicabat Euangelium, multi illũ amabant prę
dicatorem Euangelij, multi illi inuidebant. Qui il-
lum amabant, bono odore ſaluabantur: q illi inui
debant, bono odore pibant. Ideo & peuntibus nõ
malus odor, ſed bonus odor. Ideo.n. magis illi inui
debant, qa tm̃ bona in illo grã ꝑualebat: nemo.n.
inuidet miſero. Erat ergo glorioſus in prædicatio-
ne uerbi dei, & uiuens ſcđm rĩam illius uirgæ dire
ctionis, & diligebant eum q in illo diligebãt xp̃m,
qui ſequebantur bonum odorẽ. Diligebat amicũ
ſponſi ſui ſpõſa ipſa, q dicit i Canticis canticorum, Cant. 1.
Poſt odorẽ unguentorũ tuorũ curremus. Illi autẽ
alij quãto magis eũ uidebant in gloria pdicationis
Euãgelij,& in uita inculpabili, tãto magis inuidia
torquebantur & occidebant bono odore. Myrrha
& gutta & caſia à ueſtimẽtis tuis. A domib⁹ ebur-
neis ex qbus delectauerunt te filiæ regũ.) Domos
eburneas, quãuis domos magnas, quanuis domos
regales dicat, qs ſi uis, elige, delectauerũt ide xp̃m
filiæ regũ. Vis domos eburneas ſpiritaliter accipe?
Magnas domos, & magna tabernacula dei, corda
ſunt ſanctoȝ. Ipſoſq; reges regentes carnẽ, ſubiugã F
tes ſibi turbas humanas affectionũ, caſtigãtes cor
pus & ſeruituti ſubijcientes, accipe, qa inde delecta
uerunt eũ filiæ regũ. Etenim oẽs aiæ quæ illis præ
dicantibus & euãgelizãtibus natæ ſunt, filiæ regũ
ſunt & Eccleſiæ, filiæ Apoſtoloȝ, filiæ regũ ſunt: il
le eſt.n rex regũ. Illi aũt reges, de quibus dictũ eſt,
Sedebitis ſuper duodecim ſedes iudicantes duode- Matt. 19.
cim tribus Iſrael, pdicauerunt uerbũ ueritatis,& ge
nuerunt Eccleſias, nõ ſibi ſed illi. Ad hoc ſacrm pti Deut. 25.
net qđ ſcriptũ eſt in lege, Si mortuus fuerit frater,
accipiat uxorem eius frater eius, & ſuſcitet ſemẽ fra-
tri ſuo. Accipiat uxorẽ eius,& ſuſcitet ſemẽ, non ſi-
bi, ſed fratri ſuo. Dixit xp̃s, Dic fratribus meis Dixit Matt. 28.
& in alio pſalmo, Narrabo nomen tuum fratribus Pſal. 21.
meis Mortuus eſt xp̃s, reſurrexit, aſcendit, abſenta-
uit ſe corpore, ſuſceperũt frẽs eius uxorem eius, præ
dicatione Euangelij generaturi filios, nõ p̃ſemet- †al.pp.
ipſos ſed per Euangeliũ, pp nomẽ fratris, In xp̃o.n.
Ieſu, inquit, per Euangelium pp nomen fratris, ego 1. Cor. 4.
uos genui. Itaq; ſuſcitantes propter nomen fratris Deut. 25.
ſemen fratri ſuo, quotquot genuerũt nõ Paulianos

G aut Petrianos,sed Christianos nominauerũt. Vide te si non iste sensus uigilat, & in his uersibus: cũ.n. diceret à domibus eburneis,dixit de regalibus,amplis,pulchris,lenibus, qualia sunt corda sanctorũ: subiecit,Ex qbus te delectauerunt filiæ regum. In honore tuo.)Filiæ quidẽ regũ, filiæ Apostolorum tuoꝝ,sed in honore tuo,quia semen illud suscitauerunt fratri. Ideo ipsos quos suscitauerat fratri suo Paulus,cũ uideret currere ad nomen suũ,exclamauit, Nunqd Paulus crucifixus est pro uobis? Quid enim ait lex?Et habeat nat⁹ nomẽ defuncti, defuncto nascat,defuncti noie appellet. Seruat hoc legitimũ Paulus,uolẽtes appellari ex noie suo, reuocat,
Matt.22. Nunqd Paulus pro uobis crucifixus est?Ad defunctũ aspicite,Nunqd Paulus pro uobis crucifix⁹ est? Et qd ergo? Qñ illos generasti,quid si nomẽ tuum illis imposuisti?Nõ.Ait.n. Aut in nomine Pauli baptizati estis?Delectauerunt te filiæ regũ in honore tuo?Tene te,serua te in honore tuo, hoc est habere ueste nuptialẽ illius,illius honorem,illius gloriam qrere.Intellige ẽt filias regũ ciuitates, q̃ crediderũt in xp̃m,& à regibus cõditæ sunt,& à domib⁹ebur-
H neis,diuitibus,superbis,elatis Filiæ regum delectauerunt te in honore tuo, qa nõ qsierunt honorem patrũ suoꝝ,sed qsierunt honorem tuũ. Ostẽdatur mihi Romæ in honore tanto templum Romuli,in quanto ibi ostendo memoriã Petri. In Petro qs honoratur, nisi ille defunctus pro nobis? Sumus.n.
Deute.25 Christiani,nõ Petriani.Et si nati p fratrẽ defuncti, tñ cognominati nomine defuncti. Per illum nati, sed illi nati.Ecce Roma,ecce Carthago, ecce alię & aliæ ciuitates filiæ regũ sunt,& delectauerunt regẽ suum in honore ipsius,& ex oibus fit una quędam regina. Quale carmẽ nuptiale? Ecce inter carmina hilaritatis plena,procedit & ipsa sponsa. Spõsus.n. ueniebat,ipse describebatur,in illũ erat omnis intẽtio nostra,procedat & ista. Astitit regina à dextris tuis,)Quæ à sinistris?Nõ regina. Stabit.n.qdam & à sinistris,cui dicet,Vade in ignẽ æternũ. A dextris
Matt.25. aũt stabit,cui dicetur,Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratũ est ab initio mundi. Astitit regina à dextris tuis. In uestitu deaurato circũamicta uarietate.)Vestitus reginæ hu-
I ius qs est: Et preciosus est,& uarius est.Sacramenta doctrinę in linguis oibus uarijs.Alia lingua Aphrica,alia Syra,alia Græca,alia Hebræa,alia illa & illa. Faciunt istæ linguæ uarietatẽ uestis reginæ huius. Quo aũt omnis uarietas uestis in unitate concordat,sic & oẽs linguæ ad unã fidẽ In ueste ista uarietas sit,scissura nõ sit. Ecce uarietatẽ itelleximus de diuersitate linguarũ:& uestẽ intelleximus pp unitatem.In ipsa aũt uarietate aurũ qd est?Ipsa sapientia. Qualibet sit uarietas linguarũ,unũ aurum prędicatur non diuersum aurũ, sed uarietas de auro. Eandem qppe sapientiã, eandem doctrinã & disciplinam oẽs linguæ prædicant. Varietas in linguis, aurũ in sententijs. Alloquitur Propheta reginã istã, libenter.n.illi cantat, & unusquisqꝫ nostrũ audiat: si tñ nouerimus ubi simus,& ad illud corpus pertinere conemur, & fide & spe pertineamus uniti in membris xp̃i.Nos.n.alloqtur, Audi filia & uide.) Alloquitur eam tanquam unus de patribus,quia filiæ regum sunt,& sic alloquitur Propheta,& sic alloquatur Apl̃s tanquam filiam. Sic.n. dicimus,patres nostri Prophetę,patres nostri Apl̃i Si nos illos ut patres,illi nos ut filios,uox una paterna alloqui- K
tur unicam filiam,Audi filia & uide.Prius audi,postea uide. Ventũ est.n.ad nos cum Euãgelio & prædicatum est nobis quod nondum uidemus, & audiendo credimus,& credendo uidebimus:sicut dicit ipse sponsus apud Prophetã, Populus quem nõ Psal. 17.
cognoui seruiuit mihi,in obauditu auris obediuit mihi.Quid est in obauditu auris? Quia non uidit. Viderũt Iudæi & crucifixerunt,nõ uiderunt gentes & crediderunt. Veniat regina de gẽtibus in uestitu deaurato,circũamicta uarietate. Veniat a gẽtibus, ueniat circũamicta oibus linguis in unitate sapiẽtiæ:dicat ei,audi filia & uide.Si nõ audieris non uidebis.Audi ut mũdes cor fide,sicut Apl̃s ait in actibus Apostolorum, Fide mundans corda eorũ. Ad Acto. 15.
hoc.n.audimus ut credamus antequã uideamus, ut credendo cor mũdemus unde uidere possimus. Audi ut credas,munda cor fide.Et cũ cor mũdauero,quid uidebo?Beati mundo corde, qaipsi deum Matth. 5.
uidebũt.Audi filia & uide, Et inclina aurẽ tuam. Parũ est audi,humiliter audi,inclina aurem tuam.
Et obliuiscere populũ tuum & domũ patris tui.) Erat populus quidã,& domus patris q̃dam,in qua L
natus est populus Babyloniæ, habens regem diabolum. Vndecunqꝫ uenerũt gẽtes, à patre diabolo uenerunt,sed patri diabolo renunciauerunt. Obliuiscere populũ tuum & domũ patris tui. Fœdã te ille genuit,cũ peccatricem fecit: pulchrã te iste regenerat qui iustificat impium. Obliuiscere populum tuum,& domũ patris tui. Qm̃ cõcupiuit rex speciẽ tuam.)Quã speciem,nisi quam ipse fecit? Concupiuit speciẽ. Cuius speciẽ?Peccatricis,iniquæ,impiæ. Esa.1.
Qualis erat apud patrem diabolũ,& apud populũ suũ?Nõ,sed de qua dr̃, Quæ est ista q̃ ascendit dealbata?Antea ergo non alba,postea dealbata:quia si fuerint peccata uestra sicut phœniciũ, tanquam niuem dealbabo. Concupiuit rex speciem tuã. Quis rex? Quia ipse est dñs deus tuus.)Iam uide si non debes dimittere patrem tuũ illum,& populum tuũ illum,& uenire ad regem istum deũ tuũ.Deus tuus est,rex tuus est. Rex tuus,& ipse est spõsus tuus.Regi nubis deo,ab illo dotata, ab illo decorata, ab illo redempta,ab illo sanata. Quicquid habes unde illi placeas,ab illo habes. Et adorabunt eũ filiæ Tyri in muneribus.)Ipsum regẽ tuũ deum tuum M
adorabunt filiæ Tyri in muneribus.Filiæ Tyri,filiæ gẽtiũ.A parte refert ad totũ.Tyrus uicina huic terræ,ubi p̃phetia erat,significabat gentes crediturras xp̃o.Inde erat illa Chananæa,q̃ primo canis est appellata.Nã ut noueritis,qa inde erat, Euangeliũ sic loqtur,Secessit in partes Tyri & Sidonis, & ecce Matt. 13.
mulier Chananæa de finib⁹ illis egressa clamabat, & cætera quę ibi narrantur. Quę primo canis erat apud patrẽ suũ,& in populo suo,clamãdo & ueniẽdo ad istũ regem, decora facta credendo in illũ,qd meruit audire?O mulier,magna est fides tua:cõcupiuit rex speciem tuã.Adorabunt eum filię Tyri in muneribus. Quib⁹muneribus?Sic ad se uult ueniri rex iste, & thesauros suos impleri uult: & ipse donauit unde impleant,& à uobis impleant. Veniant,inqt,adorẽt eũ in muneribus.Quid est in munerib⁹? Matth. 6.
Nolite uobis cõdere thesauros in terra,ubi tinea & rubigo exterminãt,& ubi fures effodiũt & furant: sed thesaurizate uobis thesauros in cœlo, ubi neqꝫ fur,neqꝫ tinea corrũpit. Vbi.n.fuerit thesaur⁹tuus, illic

A illic erit & cor tuũ. Venite cũ muneribus, date elee-
Luc. 11. mosynas, & oia munda sunt uobis. Venite cũ mu-
Osee. 6. neribus ad eum, q dicit, Misericordiã uolo magis,
Matth. 9. q̃ sacrificium. Ad illud templũ quod erat antè um-
bra & figura futuri, ueniebatur cum tauris & arieti
bus, cũ hircis, cum diuersis quibusq; aialibus aptis
ad sacrificiũ, ut in illo sanguine aliud fieret, aliud
significaretur. Modo iã ipse sanguis, quẽ figurabãt
illa oia, uenit. Venit rex ipse, & ipse munera uult.
Quę munera? Eleemosynas. Ipse est. n. iudicaturus,
& ipse munera imputabit quibusdã, Venite, iquit,
Matt. 25. benedicti patris mei, percipite regnũ, quod uobis
paratũ est ab initio mundi. Quare? Esuriui, & dedi
stis mihi mãducare: sitiui, & dedistis mihi bibere:
nudus fui, & uestistis me: hospes, & adduxistis me:
infirmus & in carcere, & uisitastis me. Hęc sunt mu
nera in qbus adorant filiæ Tyri regem: qa cũ dice-
rent, qñ te uidimus? ille q sursum est & deorsum, pp
ascendentes & descẽdẽtes, cũ uni, inqt, ex minimis
meis fecistis, mihi fecistis. Adorabunt eum filię Ty
ri in muneribus. Et q̃ sunt filiæ Tyri, & q̃uo adora-
bunt eum in muneribus? Planius illud uoluit dice
B re. Vultum tuum deprecabuntur diuites plebis.)
Hæ filiæ Tyri adorãtes in muneribus, diuites sunt
1. Tim. 6. plebis, quos ille alloquit amicus sponsi: pcipe diui
tibus huius mundi, nõ superbe sapere, neq; sperare
in incerto diuitiarũ, sed in deo uiuo, q præstat no-
bis oia abundãter ad fruendũ. Diuites sint in ope-
ribus bonis, facile tribuant, cõmunicent, adorent
in muneribus sed non perdant. Securi ponant, ubi
semper inueniant. Thesaurizet sibi fundamentum
bonũ in futurum, ut apprehendant uerã uitã, ado-
rando in muneribus. Vultũ tuũ deprecabuntur di
uites plebis. Ad ecclesiam. n. concurrunt, & ibi elee
mosynas faciunt: ne extra fiat, id est, ne extra positi
faciãt, in Ecclesia faciant. Vultus. n sponsæ huius &
Act. 4. reginæ, pderit facientibus. Propterea illi q res suas
uendebant, uultũ reginæ huius deprecantes in mu
neribus ueniebant, & ea q̃ portabãt, ad pedes Apo
stolorum ponebant. Feruebãt dilectio in Ecclesia,
uultus erat reginæ Ecclesia, uultus erat reginæ ob-
sequium filiaꝝ Tyri, id est, diuitũ adorantiũ in mu
neribus. Vultũ tuũ deprecabunt diuites plebis. Et
C q deprecabuntur uultũ, & cuius uultũ deprecabũ-
tur? Oẽs una sponsa, oẽs una regina, mater & filij si
mul totum ad xp̃m pertinẽs, ad caput ptinens. Sed
quia fiunt ista opera, & istæ eleemosynæ ad iactan
Matt. 6. tiam hoium: inde dicit ipse dñs, Cauete facere iusti
tiam uestrã corã hominibus ut uideamini ab eis.
Q̃uo autem & publice debẽt fieri propter uultum
Matth. 5. sponsæ, ait Luceant opera uestra coram hominib᷒,
ut uideant bona facta uestra, & glorificent patrem
uestrũ q in cœlis est: nõ ut gloriã uestram q̃ratis in
operibus bonis, q̃ publice facitis, sed ut gloriã dei.
Et quis nouit, inqt, utrũ gloriã dei q̃ro, an gloriam
meã q̃ro? Quia do pauperi, uideor quo aio dem, qs
uid. Sufficiat tibi qui uidet: ille uidet, q retribuet.
Intus amat q intus uidet, intus amat ut intus ame-
tur, qui interiorem facit & ipsam pulchritudinem.
Noli quasi oculis exteriorib᷒ delectari, qa uideris,
& qa laudaris: attede qd hic sequatur. Omnis glo
ria eius filiæ regis intrinsecus. Extrinsecus non so
lum uestis est aurea & uariata, sed intus pulchram
nouit q speciẽ eius amauit. Quæ sunt interiora pul
chritudinis? Conscientia. Ibi uidet xp̃s, ibi amat xp̃s,

ibi alloqtur xp̃s, ibi punit xp̃s, ibi coronat xp̃s. Sit D
ergo talis eleemosyna tua in occulto, qa omnis glo
ria eius filiæ regis intrinsecus. In fimbris aureis
circumamicta uarietate,) Pulchritudo intrinsecus.
In fimbris autẽ aureis uarietas linguarũ, doctrina,
decus. Ista qd psunt, si non sit pulchritudo illa in-
trinsecus? Afferentur regi uirgines post eam.) Vere
factum est, credidit Ecclesia, facta est Ecclesia per
oẽs gentes. Modo quemadmodũ concupiscunt uir
gines placere illi regi? Vnde iritant? †Quia præces- † al. inuitantur.
sit Ecclesia. Offerẽtur regi uirgines post eam. Pro
ximæ eius afferentur tibi.) Non. n. q̃ afferuntur alie
næ sunt, sed pximæ eius, ad eã pertinentes. Et quia
dixit regi, ad eũ conuersus dixit tibi, Proximæ eius
afferent tibi. Afferentur in lætitia & exultatione,
adducentur in tẽplum regis.) Templum regis ipsa
Ecclesia, intrat in templum ipsa ecclesia. Vnde con
struitur templum? De hominibus q intrant in tem
plum. Lapides uiui q sunt nisi fideles dei? Adducen
tur in templũ regis. Sunt. n. uirgines extra templũ
regis, hęreticę sanctimoniales. Sunt qdem uirgines,
sed qd pderit eis nisi adducãtur in templum regis?
Templum regis in unitate est, templu regis non est E
ruinosum, nõ discissum, nõ diuisum. Iunctura lapi
dum uiuentiũ charitas est. Adducentur in templũ
regis. Pro patrib᷒ tuis nati sunt tibi filij.) Nihil eui
dentius. Attẽdite iam ipsum templum regis, qa in-
de loquitur pp unitatem diffusam toto orbe terra-
rum, qa illæ, q uirgines esse uoluerunt, nisi adducã
tur in templum regis, sponso placere non possunt.
Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Genuerunt te
Apl̃i, ipsi missi sunt, ipsi p̃dicauerũt, ipsi patres. Sed
nunqd nobiscũ corporaliter semp esse potuerunt?
Et si unus ipsoꝝ dixit, cupio dissolui & esse cũ xp̃o, Philip. 1.
multo magis optimũ est, manere in carne necessa-
rium pp uos. Dixit hoc quidẽ, sed quãdiu hic mane
re potuit? Nunqd usq; ad hoc tp̃s? Nunquid usq; in
posteꝝ? Ergo illorum abscessu deserta est Ecclesia?
Absit. Pro patrib᷒ tuis nati sunt tibi filij. Quid est p
patrib᷒ tuis nati sunt tibi filij? Patres missi sunt Apo
stoli, pro Apl̃is filij nati sunt tibi, cõstituti sunt Epi.
Hodie. n. Epi q sunt per totum mundum, unde na-
ti sunt? Ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos
genuit, & ipsa illos cõstituit in sedibus patrum. Nõ F
ergo te putes desertã, qa non uides Petrum, qa non
uides Paulum, qa non uides illos per quos nata es,
de ple tua tibi creuit Paternitas. Pro patribus tuis
nati sunt tibi filij. Constitues eos principes super
oẽm terram.) Vide templum regis q̃ late diffusum
est, ut nouerint uirgines, q̃ non adducunt in tẽplũ
regis, non se ad istas nuptias ptinere. Pro patribus
tuis nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes super
oẽm terram. Hæc est catholica Ecclesia, filij eius cõ
stituti sunt principes super oẽm terram, filij eius cõ
stituti sunt pro patribus. Agnoscant q præcisi sunt,
ueniant ad unitatẽ, adducantur in templum regis.
Templum suum deus ubiq; collocauit, fundamen
ta Prophetarũ & Apostoloꝝ ubiq; firmauit. Filios
genuit Ecclesia, cõstituit eos pro patribus suis prin
cipes super oẽm terram. Memores erunt nominis
tui in omni gñatione & gñatione. Propterea popu
li cõfitebunt tibi.) Quid ergo pdest cõfiteri, & ex-
tra tẽplũ cõfiteri? Quid pdest p̃cari, & in monte nõ
p̃cari? Vocẽ mea, inqt, ad dñm clamaui & exaudiuit Psal. 3.
me de mõte sctõ suo. De quo monte? De quo dictũ

G est, Non potest ciuitas abscondi supra montē con-
Matth.5. stituta. De quo monte? Quē uidit Daniel ex paruo
Danie.2. lapide creuisse, & fregisse oīa regna terrarū, & imple
uisse oēm faciem terræ. Ibi adoret q uult accipere,
ibi petat q uult exaudiri, ibi confiteatur q uult sibi
ignosci: ppea populi confitebuntur tibi. In æter-
num & in seculū seculi.) Quia & in illa uita ęterna
non erit iam qdem gemitus peccatoꝝ, sed tn̄ in di-
uinis laudibus supernæ illius ac perpetuę ciuitatis
non deerit sempiterna confessio tantæ fœlicitatis.
Psal.86 Ipsi n. ciuitati, cui alius psalmus cātat, Gloriosa di-
cta sunt de te ciuitas dei: ipsi sponsę xp̄i, ipsi reginę
filiæ regis, & cōiugi regis: qa principes eius sunt me
mores nominis eius i omni gnatione & gnatione,
id est, quandiu transeat hoc seculū, qd multis gene
rationibus agit, gerentes pro illa charitatis curā, ut
de isto seculo liberata in ęternū deo conregnet: pp
hoc idem ipsi confitebūtur tibi populi in æternū,
illic conspicuis & manifestis, ibi cordibus oium p-
fecta charitate luminosis, ut se uniuersam plenissi-
me nouerit, q̄ hic in multis suis partibus occulta si
bi est. Vnde admonemur ab Ap̄lo, nihil ante tp̄s iu
1.Cor.4. dicare, donec ueniat dn̄s, & illuminet abscōdita te
nebraꝝ, & manifestet cogitatiōes cordis, & sit laus
H unicuiq̄ a deo. Ipsa n. sancta ciuitas sibi quodāmo
do confitebitur, cū populi eius quibus cōstat ipsi
ciuitati confitebunī in æternū, ut ex nulla parte se
lateat, nullo in se existente cuius aliquid lateat.

In Psalmum quadragesimum quintum.

Enarratio

AM charitati uestræ qdā sicut notissima
I loqmur, in qbus immorari non debemus.
Et quia ea q̄ scitis breuiter commemorari
debēt, filios Chore non intelligamus. Cōmemoro
enim uos sciētes Chore interpretari caluitiū domi
Matt.27. numq̄ nostrum significare, q in Caluariæ loco cru
Ioan.12 cifixus adduxit multos, tanquā illud granū, qd nisi
mortificatum esset, solū remaneret: & eos q addu-
ctt sunt appellatos filios Chore, hoc in mysterio.
Cæterū fuerunt nescio q filij Chore illo tpe, qn̄ ista
1.Par.26. cantabantur, sed sp̄us nos uiuificare debet, nō lite-
1.Cor.3 ra uelare. Nos ergo intelligamus, & uidete si ea quę
sequuntur, id est, q̄ habet psalmi ipsius cōtextus cō
gruunt nobis: & inuenimus hic nos, si tn̄ inhærea-
mus membris eius, cuius corporis in cœlo caput
est: ex illa passione ascendēs, ut eos q in humilitate
I iacebāt, secū in ubertate adducat, fructū ferētes in
tolerantia. Dictū est antē, In finē pro occultis pro
filijs Chore, psalmus.) Occultū est ergo, sed ille ip-
se q in Caluariæ loco crucifixus est, nostis qa uelū
Matt.27. discidit, ut tēpli secreta patescerēt. Proinde qa crux
dn̄i nr̄i causa fuit, qua caluaria aperirentur, credamus
affuturū eū nobis, ut ista occulta reuelent. In finē
Rom.10. qd habet, semp xp̄m intelligere debemus. Finis n.
legis xp̄s ad iustitiā omni credenti. Finis autem di
citur, nō qa consumit, sed qa perficit. Nam & finitū
cibum dicimus q mādūcabatur, & finitam tunicā
quæ texebatur. Illud ad consumptionē, hoc ad per
fectionem. Quia ergo ultra quō tendamus non ha
bemus cū ad xp̄m peruenerimus, ipse cursus nostri
finis dr̄. Nec putare debemus, quia cū ad illum per
uenerimus, aliqd amplius debemus niti, ut ad pa-
trem pueniamus. Hoc. n. putauit & Philippus cū ei
Ioan.14. dixit, Dn̄e ostende nobis patrē, & sufficit nobis. Cū
dicit, sufficit nobis, finem q̄rit satietatis & pfectio-

nis. Et ille tanto, inqt, tempore uobiscū sum, & nō K
cognouistis me? Philippe, qui uidet me, uidet & pa Ioan.10.
trem. In illo ergo habemus patrē, qa ipse in patre, &
pater in ipso: & ipse & pater unū sunt. Quid igit hic
admonet q cantat, ubi uocē nr̄am agnoscere debe
mus, si tn̄ huius uocis affectū habemus? Deus nr̄
refugium & uirtus.) Sunt qdam refugia, ubi nō est
uirtus, quō quisq̄ cū fugerit, magis infirmatur quā
cōfirmetur. Confugis, uerbi gr̄a, ad aliquem in se
culo magnum, ut facias tibi potentem amicum, re
fugium tibi uidetur. Tanta tn̄ huius seculi incerta
sunt, & ita potentū ruinæ quotidianæ crebrescūt,
ut cum ad tale refugium cōfugeris, plus ibi timere
incipias. Antea. n. causæ tuæ tm̄ timebas, cum uero
ad talē refugeris, & de illo tibi timebis. Multi. n. cū
ad talia refugia cōfugissent, cadentib⁹ illis ad quos
cōfugerunt, & ipsi qsiti sunt: quos nemo quæreret,
si non ad talia confugissent. Non est refugium no-
strum tale, sed refugiū nostrum uirtus est. Cū illuc
cōfugerimus, firmi erimus. Adiutor in tribulatio L
nibus q̄ inuenerunt nos nimis.) Multæ sunt tribu-
lationes, & in omni tribulatione ad deū confugiē-
dum est: siue sit tribulatio in re familiari, siue sit in
salute corporis, siue de piculo charissimoꝝ, siue de
aliqua re ad huius uitæ sustentaculum necessaria,
oino aliud refugium nō debet esse homini christia
no q̄ saluator eius, q̄ deus eius, quo cū confugerit,
fortis sit. Nō. n. ipse in se fortis erit, aut sibi ipse for-
titudo erit, sed ille illi fortitudo erit, q refugiū eius
factus est. Veruntamen charissimi inter oēs tribu-
lationes humanæ aīæ, nulla est maior tribulatio q̄
conscientia delictoꝝ. Nanq̄ si ibi uulnus nō sit, sa-
numq̄ sit intus hominis qd cōscientia uocat, ubi-
cunq̄ alibi passus fuerit tribulationes, illuc confu-
giet, & ibi inueniet deū. Si autē ibi reqes nō est pp
abundantiam iniquitatis, qm̄ & ibi deus nō est, qd
facturus est homo? Quō confugiet cum cœperit pa
ti tribulationes? Fugiet ab agro ad ciuitatē, à publi
co ad domum, à domo in cubiculū, & sequtur tribu
latio. A cubiculo iam quo fugiat nō habet nisi in- M
terius ad cubile suū. Porrò si ibi tumultus est, si fu
mus iniquitatis, si flama sceleris, non illuc pōt cō-
fugere. Pellit. n. inde, & cum inde pellit, a seipso pel
litur. Et ecce hostē suum inuenit, quō confugerat,
seipsum quō fugiturus est? Quocunq̄ fugerit se, ta-
lem trahit post se: & quocunq̄ talē traxerit se, cru-
ciat se. Sed a seipso sunt tribulationes, q̄ inueniunt
hoiem nimis: acerbiores. n non sunt: tanto sunt a-
cerbiores, quāto sunt interiores. Videte charissimi,
cū ligna deasciantur à fabris & pbātur, aliqn̄ in su
perficie uidentur quasi læsa & putrida. Faber autē
inspicit tanquam medullam interiorē ligni, & si sa
na interius ligna cognouerit, pmittit ea in ędificio
duratura, nec ualde erit de superficie lęsa solicitus,
qn̄ id quod interius est sanū renūciat. Porro homi
nis interius conscientia nō inuenit. Quid igit pro-
dest, si qd est exterius sanū est, & putrefacta est me-
dulla consciæ? Arctæ illæ & uehemētes oino, & si-
cut psalmus ipse ait, nimię tribulationes sunt: tn̄ &
in his adiutor factus est dn̄s dimittēdo peccata. Ini
quorum. n. conscientias nō sanat nisi indulgentia.
Si. n. magnas tribulationes habere se dicit debitor
fisci, cōfessus & intuēs angustias rei familiaris suæ,
cū se uidet nō posse esse soluēdo pp imminētes o-
mni anno cōpulsores, tribulatiōes magnas se pati

A dicit, nec usquã respirat nisi in spe indulgẽtiæ rerũ terrenarũ. Quanto magis debitor pœnarũ de abũdantia delictorũ, qñ reddet quod debet de mala cõscientia, qñ si reddiderit ipse perit? Hoc.n. debitum reddere, pœnas luere est. Restat ergo ut deipsius in dulgentia securi esse poßimus, si tñ accepta indulgentia non rursus ad debita cõtrahenda redeam°. Isti ergo filij Chore fortasse intelliguntur esse illi q̃bus locutus est Petrus in actibus Apostolorum, cũ intenti facti essent ad mirabilia aduentus spiritusſancti, cũ oẽs in quos uenerat linguis oĩbus loquerentur: annunciauit.n. illis Christum. Qui cum tãta potuisset mittendo spiritumſanctum, ille quem ipsi crucifixerant manibus suis, cogitantes q̃ contẽptibilis esset cum ab eis occideret, q̃ altus & excelsus apud deum factus esset, qui spiritusancto idiotas impleret, & linguas infantiũ faceret disertas, cõ-

Acto. 2. puncti corde, dixerunt, Quid faciemus? Istæ erant nimiæ tribulationes q̃ illos inuenerant. Non.n. ipsi inuenerunt peccata sua, sed inuẽta in eis sunt cõ memoratione Apostolorũ, Ideo inuenerunt illos tribulationes, non ipsi inuenerunt tribulationes. Nã

B qñ sine alicuius admonitione ipse homo consyderat factũ suum, & rogat deum, qd dicit? Tribulatio-

Psal. 114 nem & dolorẽ inueni, & nomen dñi inuocaui. Alia est ergo tribulatio, quam tu inuenis, alia q̃ te inuenit. In utraq; tñ siue q̃ te inuenit, siue quam tu inuenis: ut utraq; depellat ille rogandus est qui est adiutor in tribulationibus. Nam & ille cũ inuenit, hoc dixit, Et nomen dñi inuocaui. Et hi in tribulationibus, à q̃bus se inuẽtos esse dixerunt, hoc dixerũt, Deus nr̃ refugium & uirtus, adiutor in tribulationibus, q̃ inuenerunt nos nimis. Sed q̃a adiutor factus

Acto. 2. est, unde factus est? Copuncti, inqt, corde dixerũt, qd faciemus? Tanquã magna desperatione. Ille tantus est quẽ nos occidimus, nos ubi erimus? Et Petrus, Agite pniam, & baptizetur unusquisq; uestrũ in nomine dñi nostri Iesu xp̃i, & dimittũtur uobis peccata uestra. Nihil.n. hoc peccato grauius cogitare potuerunt. Quid grauius peccatori ægro q̃ medici interfectio? Quid grauius potest æger facere, quã si medicum suum occidat? Cum hoc dimittit, quid nõ dimittit? Ab illo ergo cui dictũ est, refugium

C & uirtus, acceperunt magnã securitatem. Baptizet unusquisq; uestrum in nomine dñi nostri Iesu xp̃i, In illius nomine quẽ occidistis baptizamini, & dimittuntur uobis peccata uestra. Medicum uel postea cognouistis, iam securi bibite sanguinem quẽ fudistis. Deniq; accepta tanta securitate, qd dicunt?

Propterea non timebimus dum conturbabit terra.) Paulo ante soliciti, subito securi, ex tribulatio-

Matth. 8. nibus nimijs in magna trãqllitate positi sunt. Dormiebat.n. illis xp̃s, ideo turbabant: excitat° est xp̃s, sicut modo audiuimus in Euãgelio, imperauit uentis & quieuerunt, qm̃ Christus in cuiuscunq; corde per fidem non est, significatum est nobis, quia eius cor tanquam nauis in huius seculi tempestate turbatur. Qui fidem suã obliuiscitur, tanquã xp̃o dormiente turbatur: excitato autem xp̃o, fit tranquillitas. Deniq; & ipse dñs qd ait? Vbi est fides uestra? Excitatus Christus, excitauit fidem, ut quod in naui factum erat, fieret in cordibus eorũ. Adiutor.n. in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, id egit ut esset tranquillitas magna. Videte ipsam tranquillitatem. Propterea non timebimus, cum cõturbabitur terra. Et trãsferent mõtes in cor maris.) D Tunc non timebimus. Quæramus montes translatos, & si inuenire poterimus: manifestũ est q̃a ipsa est securitas nostra. Dñs quippe dixit discipulis, Si

Matt. 17. habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis mõti huic, tollere & mittere in mare, & fiet. Forte mon

Esa. 2. ti huic de seipso dixit, dictus est.n. mons, Erit in no

Mich. 4. uißimis temporibus manifestus mõs dñi. Sed iste mons super alios montes collocatus est, q̃a & Apostoli montes, portãtes montẽ hunc. Ideo sequitur, Erit in nouißimis temporibus manifestus mõs domini, pparatus in cacumine montiũ. Transcendit ergo cacumina mõtiũ oĩum, & in cacumine oĩum montiũ collocatus est, qm̃ montes sunt annunciãtes montem. Mare autem significat hoc seculum, in cuius maris comparatione tanquam terra uidebatur gens Iudæorũ. Non.n. idololatriæ amaritudine tegebat, sed erat tanquã arida, amaritudine gentium, tanquã mari circũdata. Futurum erat ut turbaretur terra, id est, illa ipsa gens Iudæa, & transferrentur montes in cor maris, id est, primo ipse mõs magnus paratus in cacumine montiũ. Deseruit.n. gentem Iudæã, & factus est in gentibus, translatus E est de terra ad mare. Trãsferentibus q̃bus? Aposto-

Matt. 17. lis q̃bus dixerat, Si habueritis fidẽ in uobis tanquã granum sinapis, dicetis monti huic tollere & mittere in mare & fiet: id est, per fideliſſimã uestrã prædicationem fiet, ut mons iste, hoc est, egoipse prædicer in gentibus, glorificer in gentibus, agnoscar in

Psal. 17. gentibus, & fiat quod de me pdictum est, Populus quẽ nõ cognoui seruiuit mihi. Qñ autẽ & illi mõtes trãslati sunt? Et hoc indicet nobis scriptura dei. Qñ Apostoli pdicabat Iudæis, respuerunt uerbũ,

Acto. 13 & ait Apl̃s Paulus, Ad uos missi eramus, sed quia respuistis uerbum dei, imus ad gentes, Translati sunt montes in cor maris. Vere.n. gentes crediderũt mõtibus, ut in corde maris essent montes illi, nõ sicut

Matt. 15. Iudæi de q̃bus dictũ est, Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longe est à me. Hoc.n. & de nouo testamento promittit dñs per Prophetam di-

Hiere. 31. cens, Dabo leges meas in cordibus eorum. Hæ le-

Hebr. 8. ges, hæc pcepta per Apostolos indita omnium gentium fidei & credulitati, montes dicti sunt translati in cor maris, tunc nos non timebimus. Qui non F timebimus? Illi q̃ compuncti sumus, corde ne fieremus de numero reprobotũ Iudæorũ, tãquam ramorum fractorũ. Crediderunt.n. quidã illorũ & adhæserunt Apostolis prædicantibus. Timeant ergo illi quos deseruerunt montes, nos à montibus non recessimus, & qñ translati sunt in cor maris, securi sumus. Quid iã sequit ex eo quod translati sunt montes in cor maris? Attẽdite & uidete ueritatẽ. Hæc.n. qñ dicebãtur, obscura erãt, q̃a nondũ contigerãt, nunc aũt q̃s iam facta non cognoscat? Liber tibi sit pagina diuina, ut hęc audias: liber tibi sit orbis terrarum, ut hęc uideas. In istis codicib° nõ ea legunt, nisi q̃ literas nouerunt: in toto mũdo legat & idiota. Quid ergo factũ est dum translati sunt montes in cor maris? Sonauerũt & turbatæ sunt aq̃ eius.)

Acto. 17. Qñ pdicabat Euangeliũ dixerũt, Quid est hoc? Peregrinorũ dæmoniorũ uidet iste annunciator esse. Hoc Athenieñſes. Ephesij aũt quo tumultu occide-

Acto. 19 re Aplos uoluerũt, qñ in theatro p Diana sua tm̃ strepitũ fecerũt ut clamarẽt, magna Diana Ephesia? In ter quos fluctus & sonitus maris nõ timebãt, q̃a ad

G refugium illud confugerant. Deniq; Apostolus Pau
lus uolebat intrare in theatrū, & à discipulis reuo-
catus est, qa necessariū erat adhuc ut in carne ma-
Philip. 1. neret pp ipsos, sed tñ sonauerunt & turbatæ sunt
aquæ eius. Conturbati sunt montes in fortitudi-
ne eius.) Cuius? Nūquid nam maris, an potius dei:
de quo dictū est, Refugium & uirtus, adiutor in tri
bulationibus q̄ inuenerunt nos nimis? Turbati.n.
sunt montes, id est, potestates huius seculi. Alij.n.
sunt montes dei, alij sunt montes seculi. Montes se-
culi qbus caput diabolus: montes dei, qbus caput
xp̄s. Sed per istos montes turbati sunt illi montes.
Tunc dederunt uoces contra Christianos, qn̄ tur-
bati sunt montes sonantibus fluctibus: & montes
sunt turbati, & factus est magnus terręmotus, cum
Matth. 7. motu aq̄. Sed cui hæc? Ciuitati illi fundatæ sup pe
tram. Sonant aquæ, turbantur mōtes, annunciato
Euangelio. Quid tu ciuitas dei? Audi qd sequitur.
Fluminis impetus lętificat ciuitatē dei.) Contur-
bantur mōtes cū sæuit mare, non deserit deus ciui
tatem suā per impetus fluminis. Qui sunt isti impe
H tus fluminis? Inundatio illa spiritussancti, de qua
Ioan. 7. dn̄s dicebat, Si qs sitit, ueniat & bibat, Qui credit
in me, flumina aquæ uiuæ fluēt de uentre eius. Er-
go hęc flumina fluebāt de uētre Pauli, Petri, Ioānis,
aliorū Aplor̄, aliorum Euāgelistar̄, fideliū. Hæc flu
mina cū fluant ab uno flumine, multi impetus flu
minis lætificant ciuitatē dei. Nā ut noueritis hoc
de spiritu sancto dictū, in eodē Euangelio conse-
quenter dicit Euāgelista, Hoc aūt dicebat de spiri-
tu, quē accepturi erant hi, qui in eū erāt credituri.
Spiritus aūt nondum erat datus, qa Iesus nondum
erat glorificatus. Glorificato Iesu post resurrectio-
Acto. 2. nem, glorificato post ascensionē, die pētecostes ue
nit spiritussanctus, impleuit credentes, locuti sunt
linguis, pdicare Euangeliū cœperunt gentib⁹. Hinc
ciuitas dei lætificabat, dum mare turbaret sonitu
aquar̄ suarū, dū montes conturbarent, q̄rentes qd
agerent, qūo nouā doctrinam pellerent, qūo Chri
stianor̄ genus de terra eradicarent. Contra quem?
Contra fluminis impetus lætificantis ciuitatē dei.
Hic ēt ostēdit de quo flumine diceret, qa spiritum-
I sanctū significabat, fluminis impetus lætificans ci
uitatē dei. Et qd sequitur? Sanctificauit taberna-
culum suū altissimus.) Si ergo seqtur sanctificatio
nis nomē, manifestū est fluminis illos impetus de
spiritusancto intelligēdos, quo lætificat & sanctifi
catur oīs pia anima credēs in xp̄m, ut fiat ciuis ciui
tatis dei. Deus in medio eius non cōmouebitur.)
Sæuiat mare, conturbent mōtes, deus in medio ei⁹
non cōmouebitur. Quid est in medio eius? Tāquā
deus in uno loco stet, & circundent eū q credūt in
eū. Ergo ambit loco deus, & lata sunt q̄ circundāt,
in angusto est q circundat? Absit. Nihil tale cogite-
tis de deo, q nullo capit loco, cui sedes est conscie-
tia pior̄. Et ita sedes dei est in cordibus hoium, ut
si homo ceciderit a deo, deus in se maneat, no qua-
si cadat, nō inueniēdo ubi sit. Magis.n. te subleuat
ut in illo sis, q̄ in te incūbat, ut si te subduxeris ca-
dat. Ille si se subduxerit, cades tu: tu te si subduxe-
ris, nō cadit ille. Quid ergo est deus in medio eius?
Hoc significat qd ęquus est oibus deus, & personas
nō accipit. Qūo.n. illud qd in medio est, paria hēt
spatia ad oēs fines, ita de⁹ medius esse dr̄, æqualiter
oibus cōsulens. Deus in medio eius nō cōmouebi-
tur. Vnde nō commouebitur? Quia in medio eius K
deus. Adiuuabit eā deus uultu suo.) Ille est adiu-
tor in tribulationibus, q̄ inuenerūt nos nimis. Ad-
iuuabit eā deus uultu suo. Quid est uultu suo? De-
monstratione sua. Qūo se demōstrat deus ut uul-
tum eius uideamus? Iā cōmemoro, Didicistis p̄sen-
tem deū, didicimus p opera. Qn̄ ab illo aliqd adiu
torij accipimus, ita ut oino non dubitemus à dn̄o
nobis esse cōcessum, uultus dei nobiscū est. Adiu-
uabit eā deus uultu suo. Conturbatę sunt gētes.)
Et qūo conturbatæ? Vt qd conturbatæ? Vt deuce-
rent ciuitatē dei, in cuius medio eius deus, ut euer-
terent tabernaculū sanctificatū, qd adiuuat deus
uultu suo? Non. Sed iā salubriter conturbatæ sunt
gentes. Quid.n. seqtur? Et inclinata sunt regna.)
Inclinata, inqt, sunt regna, iā non erecta ut superbi
rent, sed inclinata ut adorarent. Qn̄ inclinata sunt
regna? Qn̄ factū est quod p̄dictum est in alio Psal- Psal. 71
mo, Adorabunt eū reges terræ, oēs gentes seruient
ei. Quæ res fecit ut inclinarentur regna? Quæ res,
Audi, Dedit uocē suam altissimus, & mota est ter
ra.) Arreptitij idolor̄ tanquā ranæ de paludib⁹ per L
sonabant, tanto tumultuosius, quāto sordidius ex
delictor̄ cœno. †Et qd strepitus ranarum ad toni- †al. sordidi⁹ de luto, & cœno.
trua nubiū? Inde.n. dedit uocem suā altissimus, &
mota est terra. Tonuit de nubibus suis. Quæ sunt
nubes eius? Apostoli eius, p̄dicatores eius, de qbus
intonabat p̄ceptis, coruscabat miraculis. Ipsi nu-
bes q & montes. Montes pp altitudinem & firmita
tem, nubes pp pluuiā & ubertatem. Irrigauerūt.n.
terrā nubes istæ, de quibus dictum est. Dedit uocē
suam altissimus & mota est terra, De his.n. nubib⁹
minatur cuidam uineæ sterili, unde translati sunt
montes in cor maris. Mandabo, inqt, nubib⁹ meis Esaia. 5.
ne pluāt super eā imbrem. Hoc impletum est in eo
quod commemorauimus, qn̄ translati sunt mōtes
in cor maris, qn̄ dictum est, Ad uos missi eramus, Acto. 13.
sed quia respuistis uerbum dei, ibimus ad gentes,
Impletum est, Mandabo nubibus meis, ne pluāt su
per eam imbrem. Deniq; ipsa gens Iudæa modo sic Iudicū. 6.
remansit tanquā uellus siccum in area. Nam & hoc
nostis contigisse in quodā miraculo. Area sicca e-
rat, uellus solū madebat, sed pluuia in uellere non M
apparebat. Sic & sacr̄m noui testamenti non appa-
rebat in gente Iudæorum, eò q illic uellus erat, ibi
hoc uelatum erat sacr̄m in uellere, In area uero, id
est, in omnibus gentibus, ubi patet euāgelium xp̄i,
pluuia manifesta est, nuda est area Christi, non.n.
tegitur uelamento. Vt autem exiret inde pluuia, ex-
pressum est uellus. Per pressuram.n. à se excluserūt
Christum, & dn̄s iam de nubibus suis compluit a-
ream, uellus siccum remansit. Inde ergo dedit uo-
cem suam altissimus de istis nubibus, per quā uo-
cem regna inclinarentur & adorarent. Dn̄s uirtu-
tum nobiscum, susceptor noster deus Iacob.) Non
quicunq; homo, non potestas quęlibet, non deniq;
angelus, nō aliqua creatura, siue terrena, siue cœle-
stis, sed dn̄s uirtutū nobiscū, susceptor noster deus
Iacob. Qui misit angelos, uenit post angelos, uenit
ut ei seruirēt angeli, uenit ut hoies faceret æquales
angelis. Magna gratia. Si deus pro nobis, quis con- Roma. 8.
tra nos? Dn̄s uirtutum nobiscum. Virtutum quis?
Dn̄s uirtutū nobiscum. Si deus pro nobis, inquā,
quis contra nos? Qui proprio filio non pepercit,
sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo

A non & cum illo omnia nobis donauit? Frēs ergo se curi simus, in tranquillitate cordis nutriamus bonam conscientiam de pane dñi. Dñs uirtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob. Quantacunq; sit infirmitas tua, uide qs te suscipiat. Aegrotat nescio qs, adhibetur medicus, susceptum suum dicit medicus ægrotū. Quis eū suscepit? Ille. Magna spes salutis, magnus medicus eū suscepit. Quis medic⁹? Omnis medicus ꝑter illū homo est. Omnis medicus q uenit ad infirmū, alia de infirmari potest, præter illum. Susceptor noster deus Iacob. Fac te infantem paruulū oīno, quales à parentibus suscipiunt. Qui.n. non suscipiuntur, exponuntur: qui suscipiū
Matt.26. tur, nutriuntur. Putásne sic te suscipit deus, qūo infantem te suscepit mater tua? Nō sic, sed in æternū. Tua.n uox est in isto Psalmo, Qm̄ pr̄ meus & mater mea dereliquerunt me, dñs autē assumpsit me. Susceptor noster deus Iacob. Venite & uidete opera dñi.) Vide de hac susceptione quid fecit dñs? Animaduerte orbem terrarum, ueni & uide. Si.n. nō uenis, non uides: si non uides, non credis: si nō credis, longe stas. Si credis, uenis: si credis, uides. Qūo
B enim uenitur ad montem istum? Nunquid pedib⁹? nunquid nauibus? nunquid pennis? nūquid equis? Quantum attinet ad locorum spatia, ne satagas, ne
Danie.2. conturberis, ipse ad te uenit. Etenim ex lapide paruo creuit, & factus est mons magnus, ita ut impleret uniuersam faciē terræ. Quid uis ergo ad eum p terras uenire, q terras impleuit? Ecce iam uenit, euigila credendo, euigilantes pulsat: si tn̄ nō tantus in eis somnus est, quo ēt contra montē uenientē ob-
Ephe.5. durescant, sed audiant, Surge q dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te xps. Multū.n. erat Iudæis uidere lapidem. Lapis.n. ille adhuc paruus erat: merito & paruum contempserunt, contemnēdo offenderunt, & offendendo quassati sunt, restat ut & cō-
Luc.20. terantur. Hoc.n. de lapide illo dictū est, Qui offenderit in lapidem illum, conquassabit eum, sup quē uenerit conteret eū. Aliud est conquassari, aliud cōteri. Conquassari minus est q̄ conteri. Sed neminē conterit excelsus ueniens, nisi quē conquassauerit humilis iacens. Modo autē antequā ueniat dñs noster humiliter iacuit Iudæis, & offenderūt in illum
C & cōquassati sunt: ueniet postea in iudicio suo clarus atq; altus, magnus & potens, & nō infirmus ut iudicetur, sed fortis ut iudicet, & conterat eos q cōquassati sunt in eū offendēdo. Lapis.n offensionis & petra scandali non credētibus ipse est. Ergo charissimi non est mirū si Iudæi non agnouerunt quē tanquā paruulum lapidē ante pedes suos iacētem contempserunt: illi mirandi sunt q adhuc tam magnum montē nolunt agnoscere. Iudæi in lapidem paruum non uidendo offenderūt, hæretici in mōtem offendunt. Iam.n. creuit ille lapis, iam dicimus
Daniel.2 illis, Ecce impleta est ꝓphetia Danielis, Lapis ille q erat paruus, factus est mons magnus, & impleuit uniuersam terrā. Quare in illū offenditis, & non in illū ascenditis? Quis iā cęcus est ut offendat in mōtem? Quasi ideo ad te uenerit, ut habeas in quem offendas, & nō habeas in quē ascēdas, Venite ascē-
Esaia. 2. damus ad montē dñi. Esaias hoc dicit, Venite ascēdamus. Q[illegible]l est, uenite ascendamus? Venite & credite. Ascendamus, hoc est ꝓficiamus. Isti aūt néc uenire [illegible] l[illegible]ni, nec ascēdere, nec credere, nec ꝓficere. Latrant cōtra montem, iā in illū toties offendēdo

quassati sunt, & nolunt ascendere, semper eligentes D
offendere. Dicamus illis, Venite & uidete opa dñi, Quæ posuit ꝓdigia super terrā.) Prodigia dr̄ qd aliquid portendant, signa illoꝝ miraculorum quæ facta sunt qn̄ mundus credidit. Et quid inde factū est, & quid portendebant? Auferēs bella usq; ad fines terræ.) Hoc nondum uidemus completum esse. Sunt adhuc bella, sunt inter gentes pro regno, inter sectas, inter Iudæos, inter paganos, iter Christianos, inter hæreticos. Sunt bella, crebrescunt bella, alijs pro ueritate, alijs pro falsitate certantibus. Nōdum ergo cōpletum est, Auferēs bella usq; ad finē terræ, sed fortasse cōplebitur. An & modo comple-
tum est? In quibusdā cōpletum est, in tritico cōple-
tum est, & in zizanijs nondū cōpletum est. Quid er Matth.3.
go hoc est? Auferens bella usq; ad fines terræ? Bella dicit qbus bellatur aduersus deū. Quis.n. bellat aduersus deū? Impietas. Et quid potest facere deo impietas. Nihil. Quid facit fictile uas elisum ad petrā, quanuis uehementer elidatur? Tanto maiore malo suo uenit, quāto maiore impetu uenerit. Hæc bella magna erāt, crebra erant, cōtra deū impietas dimi-
cabat, & uasa fictilia conterebantur, ꝑsumentes de E
se hoīes & de uirtute sua multū ꝑualēdo. Cuius rei
scutum ēt Iob dixit de quodā impio, Cucurrit ad- Iob.15.
uersus deū in crassa ceruice scuti sui. Quid est i crassa ceruice scuti sui? Nimium ꝑsumendo de ꝓtectione sua. Nunqd nā isti tales erant q dicebāt, Deus nr̄ refugiū & uirtus, adiutor in tribulationibus q̄ in-
uenerunt nos nimis? Aut in alio Psalmo, Non.n. in Psal. 43.
arcu meo sperabo, & brachium meū non saluabit me? Qn̄ quisq; cognoscit, quia in seipso nihil est, & adiutorium de se nullū habet, arma in illo confracta sunt, bella sedata sunt. Talia ergo bella deleuit uox illa altissimi de nubibus sanctis, qua terra cōmota est, & inclinata sunt regna, abstulit hæc bella usq; ad fines terræ. Arcū conteret & confringet arma, & scuta cōburet igni.) Arcus, arma, scuta, ignis. Arcus, est insidiæ. Arma, publica oppugnatio. Scuta, uana præsumptio suæ ꝓtectionis. Ignis, quo ista cōburuntur, est, de quo dñs ait, Ignem ueni mitte-
re in terrā: De quo igne dicit Psalmus, Et nō est q se Luc.12.
abscōdat à calore eius. Feruente igne isto, nulla in Psal. 18.
nobis impietatis arma remanebunt, necesse est ut
oīa confringant, conterantur, cōburant, remaneas F
inermis, nō habens ullū adiutorium tuū: & quāto magis infirmus es, nulla tua arma habens, tāto magis te suscipit, de quo dictū est, Susceptor nr̄ deus Ia-
cob. Valebas n. quasi per te, cōturbaris in te. Perde Psal.45
arma qbus ꝑsumebas, audi dn̄m dicentem, Sufficit
tibi gr̄a mea. Dic & tu, qn̄ infirmor, tunc potēs sum. 1.Cor. 12
Apostoli uox est. Omnia arma sua perdiderat tanquam fortitudinis suæ, q dicebat, Ego autem non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis: uelut si diceret, Nō curro aduersus deum in crassa ceruice scuti
mei, q prius fui blasphemus & ꝑsecutor & iniurio- Ibid.
sus, sed ideo misericordiā consecutus sum, ut in me Iob. 15.
ostenderet xp̄s Iesus oēm longanimitatem in eos q 1.Tim. 1.
crediturí sunt illi in uitam æternā. Auferens bella usq; ad fines terræ. Qn̄ autem nos dñs suscipit, nunquid inermes dimittit? Armat nos, sed alijs armis euangelicis, ueritatis, cōtinentiæ, salutis, spei, fidei, charitatis. Hæc arma habebimus, sed non a nobis. Arma autem quæ a nobis habuimus arserunt: [illegible] tn̄ igne illo spiritussancti accensi sumus, de quo dr̄, Et

G ſcuta cōburet igni. Quid poſtea i te eſſe cupiebas?
Infirmum te fecit deus, ut fortē te faceret de ſe, qa
infirmabaris de te. Quid ergo ſequitur? Vacate.)
Ad quam rem? Et uidete qm̄ ego ſum deus.)Hoc
eſt,nō uos,ſed ego ſum de⁹:ego creaui, ego recreo:
ego formaui,ego reformo: ego feci, ego reficio. Si
nō potuiſti facere te,qūo potes reficere te? Hoc nō
uidet tumultus cōtentioſus animi humani,cui tu-
multui cōtentioſo dr̄,uacate, id eſt, reprimite aios
ueſtros à contradictionibus. Nolite argumētari &
tanquā armari contra deū, alioquin uiuunt arma
nondū illo igne cōbuſta. Si aūt combuſta ſunt,ua
cate,qa non habetis unde pugnetis.Si aūt uacaue-
ritis in uobis,& à me petieritis oia, q primo de uo-
bis præſumebatis, uacate & uidebitis qm̄ ego ſum
deus. Exaltabor in gētibus, & exaltabor i terra.)
Pauloante dixerā, terræ nomine ſignificari gētem
Iudæoꝝ,maris nomine cæteras gētes. Trāſlati ſunt
montes in corde maris,conturbatæ ſunt gentes,&
inclinata ſunt regna,dedit uocē ſuam altiſsimus,&
mota eſt terra. Dn̄s uirtutum nobiſcū,ſuſceptor
noſter deus Iacob)Facta ſunt miracula in gētib⁹,
H implet fides gentiū, ardent arma p̄ſumptionis hu-
manæ. Vacat in tranquillitate cordis, ut cognoſcat
author deus oium munerum ſuorum. Et poſt iſtā
clarificationem,nunqd deſerit & plebem Iudæoꝝ,
Rom. 11. de qua dicit Apoſtolus, Dico.n.uobis, ut non ſitis
uobis ſapientes, qa cæcitas ex parte Iſrael facta eſt,
donec plenitudo gentiū intraret? Id eſt,donec mō
tes huc transferrent,nubes hic pluerēt,hic dn̄s toni
truo ſuo regna inclinaret, donec plenitudo gentiū
Ibid. intraret? Et qd poſtea? Et ſic omnis Iſrael ſaluus fie
ret. Ideo & hic ipſum ordinē ſeruans,exaltabor,in-
quit,in gentibus,& exaltabor in terra,id eſt,& in ma
ri & in terra. Vtinā oēs dicant qd ſequitur,Dn̄s uir-
tutum nobiſcum ſuſceptor noſter deus Iacob.

In Pſalmum quadrageſimumſextum
Enarratio. Præfatio.

D OMINVS deus noſter fidē in qua uiui-
mus & ex qua uiuimus, per libros ſanctos,
ſcripturas ſanctas multipliciter nobis ua-
rieq̧ diffudit,ſacra quidem uerboꝝ uarians,fidem
tn̄ unam cōmendans. Vna.n.eademq̧ res ideo mul
I tis modis dicitur,ut modus ipſe dicēdi pp faſtidiū
uarietur,ſed propter concordiam una fides teneat.
Itaq̧ in hoc Pſalmo quem cātatum audiuimus,cui
cantando reſpondimus,ea ſumus dictuii quæ no-
ſtis: & tn̄ fortaſsis aliquam adiuuante & donante
dn̄o ſuauitatē allaturi ſumus uobis,qn̄ ea q̄ſalibi&
Leuiti. 11 alibi noueratis,etiam commoniti ruminatis. Nam
& ipſa ruminatione in qua ſignificat deus munda
animalia,hoc uoluit inſinuare: quia omnis homo
quod audit ſic debet in cor mittere, ut nō piger ſit
poſtea inde cogitare: ut qn̄ audit ſit ſimilis mandu
canti,cum audita in memoriam reuocat, & cogita
tione dulciſsima recolit,fiat ſimilis rumināti. Tali
ergo modo eadē dr̄,& faciūt nos dulciter cogita-
re q nouimus,& eadem ipſa libenter audire,qa mo
dus dicendi uariatur,& res antiqua ipſo modo di-
cendi renouatur. Titulus Pſalmi ſic ſe habet:

In finem pro filijs Chore, Pſalmus ipſi Dauid.

F Ilios iſtos Chore habent tituli Pſalmoꝝ ēt
alij nōnulli,& indicāt dulce myſteriū,inſi-
nuant magnū ſacrm: ubi & noſipſos liben
ter intelligamus,& agnoſcamus in titulo nos q au-
dimus & legimus,tanquam ſpeculo propoſito q ſu K
mus intuemur. Filij Chore q ſunt? Fuit homo qdā
Chore nomine,ſic.n.uocabatur aliquis homo. Ve
runtamen cum legūtur q̄ ſcripta ſunt, & inuenitur
ſermo diuinus loq ad quoſdam q non ualde intel-
ligunt filij eſſe eius unius hominis q uocabat Cho
re,recurrit animus ad myſteriū,ut q̄rat quid ſigni-
ficet Chore. Quia.n.uerbum Hebræū, dicit utique
& interpretatur in Græcā linguā & in Latinam lin-
guam,& factum eſt. Iam multa nomina Hebræa &
interpretata ſunt nobis,& inſpicimus, & inuenim⁹
Chore interpretari caluū. Multo magis attenditis.
Obſcurū erat cū dicerent filij Chore,nonne obſcu
rius eſt cū dr̄ filij calui? Qui ſunt iſti filij calui? An
forte filij ſponſi? Quia ſpōſus in loco Caluariæ cru- Matt. 27.
cifixus eſt. Recolite Euangeliū ubi dn̄m crucifixe-
runt,& inuenietis eum in loco Caluariæ crucifixū.
Proinde q crucem eius irrident, à dæmonibus tan
quā à beſtijs deuorant. Nā ſignificauit & hoc quæ-
dam ſcriptura,cū aſcēderet Propheta dei Heliſeus,
clamabant poſt eū pueri irridētes, Aſcende calue, 4. Reg. 2.
aſcēde calue. Ille aūt non tā crudeliter q̄ myſtice fe
cit illos pueros ab urſis exeūtibus deuorari. Si nō L
deuorarentur illi pueri,nunquid uſq̧ adhuc uiue-
rent? Aut non poſſent mortales nati etiam febre in
tercipi? Myſterium in eis tn̄ non oſtenderet, ubi po
ſteri terrerētur. Nemo ergo irrideat crucem dn̄i,Iu-
dæi ſunt poſſeſsi à dęmonibus & deuorati Nam in Matt. 27
Caluariæ loco crucifigentes Chriſtū, & leuātes in
cruce,tanquā ipſi dicebant ſenſu puerili, non intel
ligentes qd loquerentur,aſcende calue. Quid eſt.n.
aſcende? Crucifige crucifige. Proponit.n.pueritia
ad imitandū humilitatem, & item p̄ponitur pueri
tia ad cauendā fatuitatē. Propoſita pueritia ad imi
tandā humilitatem,à dn̄o eſt,qn̄ uocauit ad ſe pue
ros. Et cum p̄hiberentur ab illo,dixit,Sinite eos ue Matt. 19.
nire ad me:talium eſt.n.regnum cœlorum. Propo-
ſitum exemplum pueritiæ ad cauendam fatuitatē
ab Apoſtolo eſt, Fratres nolite pueri eſſe ſenſibus. 1. Cor. 14.
Et rurſum p̄ponit ad imitandū,Sed malitia infan-
tes eſtote,ut mentibus perfecti ſitis. Pro filijs Cho
re Pſalmus canitur. Ergo pro Chriſtianis cantatus
eſt. Audiamus eū tanquā filij ſponſi illius,quē pue-
ri inſenſati in Caluariæ loco crucifixerūt. Illi.n.me M
ruerunt à beſtijs deuorari, nos ab angelis corona- Matt. 27.
ri. Agnoſcimus humilitatem dn̄i noſtri,& nō de il- 4. Reg. 2.
la erubeſcimus. Nō erubeſcimus de illo appellato
myſtice caluo propter Caluariæ locum. Ipſa n.cru
ce in qua illi inſultatū eſt, nō permiſit caluam eſſe
frontem noſtram,quia eam ſuo ligno ſignauit. De-
nique ut noueritis,quia nobis dicūt hæc, hic uide
te quid & cui dicitur:

Enarratio.

O Mnes gētes plaudite manibus.)Nunqd po
pulus Iudæoꝝ oēs gentes erāt? Sed cæcitas
ex parte Iſrael facta eſt, ut pueri inſenſati cla
marent, Calue calue, atq̧ ita dn̄s crucifigeretur in
Caluariæ loco,ut ſanguine ſuo gentes redimeret, Matt. 27.
& impleretur quod ait Apoſtolus, Cæcitas ex parte Rom. 11.
Iſrael facta eſt,ut plenitudo gētiū intraret. Inſultēt
ergo uani & hebetes & inſenſati,& dicāt, Calue cal
ue. Vos aūt ſanguine [illegible] ſi,q fuſus eſt in Cal-
uariæ loco,oēs gētes plaudite manibus,pertinere
ad nos grām dei Plaudite manib⁹. Quid eſt plaudi
te? Gaudete. Sed q̄re manibus. Quia bonis operibus.

A Ne gaudeatis ore & cessetis manibus, Si gaudetis, plaudite manibus. Manus gentiũ uideat, q gaudia donare dignatus est. Quid est manus gentiũ? Facta bene operantiũ. Oẽs gentes plaudite manibus. Iubilate deo in uoce exultationis.)Et uoce & manibus. Si tm̃ uoce, non bene, qa pigræ sunt manus, Si tm̃ manibus, nec hoc bene, qa muta est lingua Cõcordent manus & lingua: illa confiteaẽ, illæ operẽtur. Iubilate deo in uoce exultationis. Qm̃ dñs excelsus terribilis.)Excelsus ille, q quasi irrisibilis descendendo, ascendendo in cœlum factus est terribilis. Rex magnus super oẽm terram.)Non tm̃ super Iudeos, nam & super illos rex. Inde. n. & apostoli crediderunt, inde & multa milia hoĩum res suas

Acto. 4. uendiderunt, & precia ad pedes apostolorum posuerunt, & impletũ est in illis, qd erat in titulo cru-

Matt. 27. cis conscriptum, rex Iudæorũ: Rex est. n. & Iudæorũ. Sed parum est Iudæorum, Omnes gentes plaudite manibus, qm̃ rex omnis terræ deus. Non. n. illi sufficit unam gentem habere sub se, ideo tm̃ precium ex latere dedit ut emeret orbem terrarum. Subiecit plebes nobis, & gentes sub pedibus nr̃is.)Quas

B subiecit & quibus? Qui sunt qui loquuntur? Forte Iudæi, Plane si Apostoli, plane si sancti. His n. deus subiecit plebes & gentes, ut hodie honorenẽ in gẽtibus, qui a suis ciuibus occidi meruerũt: quõ dñs eorum occisus est à ciuibus, & honoratur à gentibus, crucifixus à suis, adoratur ab alienis, sed p̃cio sanguinis sui. Ideo. n. emit nos, ut alieni ab eo non essemus. Putate ergo uoces esse apostolorũ, Subiecit plebes nobis, & gentes sub pedibus nostris. Nescio. Mirũ si apostoli sic superbe loquerẽtur, ut gauderent gentes esse positas sub pedibus suis, id est, Christianos sub pedib⁹ apostolorũ. Etenim gaudẽt nos secũ esse sub pedibus illius q mortuus est pro nobis. Nã sub pedibus Pauli currebãt q uolebant

1. Cor. 1. esse Pauli & dicebat eis, Nunqd Paulus pro uobis crucifix⁹ est? Quid ergo hic? Quid accepturi sum⁹? Subiecit plebes nobis, & gentes sub pedibus nr̃is. Oẽs pertinentes ad hæreditatẽ xp̃i, in oibus gentibus sunt, & oẽs nõ pertinentes ad hæreditatẽ xp̃i, in oibus gentibus sunt: uidetis sic exaltari in noie xp̃i Ecclesiam Christi, ut oẽs nondũ credentes in

C Christo, sub pedibus iaceant Christianorũ. Quãti enim modo currũt ad Ecclesiam nondũ Christiani, rogant auxiliũ Ecclesiæ, subueniri sibi temporaliter uolunt, ẽt si in æternũ nobiscũ regnare adhuc nolunt. Cum oẽs q̃runt auxilium Ecclesiæ, & q nõdum sunt in Ecclesia, nonne subiecit plebes & gentes sub pedibus nostris? Elegit nobis hæreditatẽ

Gene. 27 suam, speciem Iacob quã dilexit.)Pulchritudinem quandam Iacob elegit nobis hæreditatẽ suam Iacob. Duo frẽs erant Esau & Iacob, in utero matris ambo confligebant, & de conflictu uiscera materna quatiebanẽ, & ibi cũ duo essent, electus est mi-

Rom. 9. nor, & p̃positus est maiori, & dictũ est, Duo populi sunt in utero tuo, & maior seruiet minori. Per oẽs gentes maior, p oẽs gentes minor. Sed minor in bonis Christianis, electis, pijs, fidelib⁹: maior in superbis, indignis, peccatorib⁹, cõtumacibus, sua peccata defendẽtibus magis q̃ cõfitentibus: qualis ẽt ip-

Rom. 10. se populus Iudæorũ fuit, ignorans dei iustitiã, & suã uolens constituere. Sed qa dictũ est, Maior seruiet minori: manifestũ est, qa pijs subdẽtur impij, & humilibus subdentur superbi. Prior natus est Esau, & posterior natus est Iacob: sed q posterius natus est, D

prælatus est primo nato, q per gulam perdidit primogenita sua. Sic habes scriptũ, Desyderauit lenti- Gen. 25.

culã, & ait illi frater eius, Si uis ut dem tibi, da mihi primogenita tua. Ille plus amauit qd corporaliter concupierat, q̃ quod spiritaliter prius nascẽdo meruerat, & deposuit primogenita sua, ut mãducaret lenticulã. Lenticulam aũt inuenimus cibũ esse Ae- Lẽticula.

gyptiorũ, Nã ibi abundat in Aegypto, unde magnificatur lenticula Alexãdrina, & uenit usq; ad terras nostras, quasi hic non nascaẽ lenticula. Ergo desyderãdo cibũ Aegyptiũ, perdidit primatũ. Sic & populus Iudæorũ, de quo dictũ est, conuersi sunt corde in Aegyptũ, lenticulã quodammodo desyderauerunt, & primatũ p̃diderunt. Elegit nobis hæreditatem suã, speciẽ Iacob quã dilexit. Ascendit deus in iubilatione.)Ipse ille dñs noster Iesus xp̃s ascendit in iubilatione. Dñs in uoce tubæ.)Ascendit. Quò, nisi quò scimus? Quò eum Iudæi non sunt secuti, nec oculis. In cruce n. exaltatum irriserunt, in Matt. 27.

cœlũ ascendentem non uiderunt. Ascendit deus in iubilatione. Quid est iubilatio, nisi admiratio gaudij, q̃ uerbis non põt explicari? Quõ admirati sunt E

gaudentes discipuli, uidentes ire in cœlum, quem Acto. 1.

planxerunt mortuum? Reuera qa gaudio huic uerba non sufficiebant, restabat iubilare qd nemo poterat explicare. Ibi erat & uox tubæ, uox illa angelo- Esa. 58.

rum Dictũ est. n. sicut tuba exalta uocem tuã. Prædicauerunt angeli ascensionem dñi, uiderunt discipuli ascendentẽ dñm, orantes, admirantes, stupentes, nihil dicentes, sed corde iubilantes Et uox iam tubæ in clara uoce angelorũ, Viri Galilæi, inqt, q̃d Acto. 1.

hic statis? Hic est Iesus. Quasi illi non scirent qa ipse esset Iesus. Ante se pauloante eũ non uiderant, se cũ loquentem non audierant? Nempe nõ solũ speciem uiderũt p̃sentis, sed & mẽbra cõtrectauerũt. Ipsi ergo nesciebant quod ipse esset Iesus? sed admiratione ipsa præ gaudio iubilationis, tanquã mente alienatis, loquuntur angeli, ipse est Iesus, Quasi dicerent, Si creditis illi quo crucifixo nutauerunt uobis pedes, quo occiso & sepulto, spem uobis p̃didisse putabatis, ecce ipse est Iesus. Ascẽdit ante uos, sic Acto. 1.

ueniet queãdmodũ eũ uidetis euntẽ in cœlũ. Tollitur qdem corpus ab oculis uestris, sed nõ separaẽ F

deus à cordibus uestris. Videte ascendentẽ, credite in absentẽ, sperate uenientẽ, sed tñ per misericordiã occultam ẽt sentite p̃sentem. Ille. n. qui ascendit in cœlũ ut tolleretur ab oculis uestris, p̃misit uobis dicens, Ecce ego uobiscũ sum usq; in cõsummatio- Matt. 28.

nem seculi. Merito & Apl̃s sic nos alloquebatur, Do- Philip. 4

minus in p̃ximo est, nihil soliciti fueritis, Sedet super cœlos xp̃s, & longe sunt cœli, & ipse qui ibi sedet, propẽ est. Dñs in uoce tubę. Ergo uos filij Chore, iam si intellexistis uos, & inspicitis hic uos, gaudetis, qa uidetis hic uos. Psallite deo nr̃o, psallite.) Quem tanquam hominem irriserunt, q a deo alienati sunt, psallite deo nostro. Non. n. homo tm̃, sed & deus. Homo ex semine Dauid, deus dñs Dauid, ex Iudæis carnem habens, quorum patres, ait Apostolus, & ex quibus Christus sc̃d'm carnem. Ex Iu- Roma. 9.

dæis ergo Christus, sed secundum carnem. Quis autem iste xp̃s qui est ex Iudæis secũdum carnẽ? Quis est sup omnia deus benedictus in secula. Deus ante carnem, deus in carne, deus cum carne. Nec solũ ante carnẽ deus, sed ante terrã deus, unde facta est

G caro, nec tm̃ ante terram deus unde caro facta est, sed ẽt ante cœlum deus, quod prius factum est. An te diem deus q primus factus est, ante oẽs angelos
Ioan. 1. deus, in se Christus deus, qm̃ in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, Oia per ipsum facta sunt, sine ipso factum est nihil. Ille est ante oia, per quem facta sunt omnia. Psallite ergo deo nostro, psallite. Qm̃ rex omnis terræ deus.) Quid.n? Et ante nõ omnis terræ deus? Nonne & cœli & terræ deus, cum utiq; per illum facta sunt omnia? Quis posset dicere non esse deum
Psal. 75. suum? Sed non oẽs homines agnouerunt deũ suũ, & [illegible] cebatur, quasi ibi tm̃ deus erat. Notus in Iu[dæ]a de[us], nondum filijs Chore dicebatur, oẽs gentes plaudite manibus. Ille.n. deus notus in Iudæa, rex omnis terræ, deus est. Iam ab oibus agno
Esa 54. scitur, qa [im]pletum est quod dicit Esaias, Ipse deus tuus q eruit te, uniuersæ terræ deus uocabitur. Qm̃ rex omnis terræ deus. Psallite intelligenter.) Docet nos & admonet nos ut psallamus intelligẽter, non q[u]amus sonum auris, sed lumen cordis. Psallite, inqt, intelligenter. Gentes unde uocatæ estis, ut
H Christiani essetis? Adorabant deos manu factos, & psallebãt illis, sed non intelligenter. Si intelligenter cantarent, lapide[s] non adorarent. Qñ homo sensatus cantabat lapidi insensato, nunqd intelligenter cantabat? M[o]do aũt frẽs non uidemus oculis quẽ ad[oramus], & tñ co[rrecti a]doramus. Multo magis nobis deus commendatur potentior, qa eũ oculis non uidemus. Si eũ oc[ul]is uideremus, forte contẽneremus. Nam & xp̃m Iudæi uisum contempserũt,
Psal. 31. non uisum gentes adorauerunt. Illis.n. dictum est, Psallite intelli[ge]nter, nolite esse sicut equus & mulus, in qbus n[o]n est intellectus. Regnabit dñs sup oẽs gentes.) Qui regnabat super unam gentem, regnabit, inqt, super oẽs gentes. Qñ dicebantur ista, super unam gentem regnabat deus, prophetia erat, nondum res demonstrabatur. Deo gratias, iam uidemus impleri quod ante ꝓphetabatur. Chirographum deus ante tp̃s scripsit nobis, impleto tpe reddidit nobis. Regnabit deus super oẽs gentes, ꝓmissio est. Deus sedet super sedem sanct[am] suã.) Quod tunc ꝓmittebatur futurum, nunc impletum agno
I scitur & tenetur. Deus sedet super sedem sanctam suam. Quæ sedes eius sancta? Forsitan cœli, & bene
Acto. 1. intelligitur. Ascendit.n. Christus sicut nouimus cũ
2. Tim. 4 corpore in quo crucifixus est, & sedet ad dexteram patris, inde eum uenturũ expectamus ad iudicandos uiuos & mortuos. Sedet sup sedem sanctã suã. Cœli sunt sedes sancta eius. Vis & tu esse sedes ei? Noli putare te esse non posse. Para illi locũ in corde
1. Cor. 1. tuo, uenit & libẽter sedet. Ipse certe est dei uirtus & dei sapientia. Et qd dicit scriptura de ipsa sapiẽtia?
Sapi. 7. Anima iusti, sedes sapiẽtię. Si ergo aia iusti sedes est sapientiæ, sit anima tua iusta, & eris regalis sella sapientię. Et reuera frẽs, oẽs homines q bene uiuunt, qui bene agunt, scdm charitatem piam conuersantur, nonne deus in illis sedet, & ipse iubet? Obtemperat aia sedenti in se deo, & ipsa iubet mẽbris. Anima n tua iubet membro tuo, quo moueatur pes, quo manus, quo oculus, quo au[ris], & iubet ipsa mẽbris tãquam famulis suis, sed & ipsa seruit interius insidienti sibi dño suo. No põt inferiori se bene imperare, nisi superiori se nõ fuerit dedignata seruire. Deus sedet sup sedem sanctã suã. Principes populorum cõuenerunt cum deo Abrahã.) Deus Abra- K ham & deus Isaac & deus Iacob. Verũ est, dixit hoc deus, & superbierunt inde Iudæi, & dixerũt, Nos fi-
lij Abrahæ sumus. Superbiẽtes de noie paterno, ge- Ioan. 8.
rentes eius carnẽ, non tenẽtes eius fidẽ, semini adhærentes, moribus degenerantes. Deniq; dñs quid ait eis ita superbientibus, Si filij Abrahæ estis, facta Abrahæ facite? Item qd dixit illis Ioannes uenienti bus & cõtremiscentibus quibusdã ipsorũ, q se pœnitendo corrigere uoluerũt? Progenies uiperarum
Erant.n. iniqui, erant perditi, erant peccatores, erãt Matth. 3.
impij, Venerunt ad baptismũ Ioannis. Et qd eis dicit? Progenies uiperarũ. Illi se dicebant filios Abrahæ, & ipse illos dicebat filios uiparũ. Nunqd Abraham uipera erat? Sed qa male uiuendo dæmones imitati erant, & eorũ filij facti erant, quos imitando male uiuebãt, Progenies, inqt, uiperarum, qs uobis ostendit fugere ab ira uẽtura? Facite ergo fructũ dignum pniæ, & nolite dicere apud uosmetipsos, pa-
trem habemus Abrahã, & quasi superbire de gene- Matth. 3.
re Abrahæ. Potens est.n. deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Non.n. remansurus est Abra-
ham sine filijs, si uos dãnauerit deus, Potens est.n. L
& dãnare quos odit, & illi reddere quod ꝓmisit. Et unde illi redditurus est filios, si damnaret Hebreos de carne eius progenitos? De lapidibus istis, Ostendebat illis lapides in eremo. Qui erant lapides nisi gentes, q lapides adorabant? Lapides quare? Adorã
do lapides, dicti erant lapides, qa Psalmus pdixerat, Psal. 113.
Siles [i]llis fiant q faciunt ea, & oẽs q cõfidunt in eis. Tñ de i[ps]is lapidibus reddidit filios Abrahæ. Modo oẽs q lapides adorabamus, conuersi ad dñm, filij Abrahæ facti sumus, nõ ducendo ab illo carnẽ, sed imitando fidẽ. Principes ergo populorũ conuenerunt cũ deo Abrahã. Principes populorũ, gentiũ principes, nõ unius populi principes, sed principes populorũ oium conuenerunt cum deo Abraham. Ex ipsis principibus erat & iste Centurio, de quo
modo euangeliũ cũ legeretur audistis. Erat.n. Centu Matth. 8.
rio habens honorẽ & potestatem inter hoies, princeps erat de principibus populorũ. Venienti ad se xpo obuiã misit amicos suos, imò uero transituro xpo misit amicos, & rogauit ut curaret puerũ eius
q periculose infirmabatur. Et cũ uellet ipse dñs ue- M
nire, hoc ei mandauit, Nõ sum dignus ut sub tectũ meũ intres, sed tm̃ dic uerbo, & sanabitur puer me[us]. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus,
habens sub me milites. Videte quemadmodum te- Matth. 8.
nuit ordinem. Prius commemorauit q sub alio esset, & postea q alij sub illo essẽt. Sub potestate sum, & in potestate sum: Et sub aliquo sum, & super aliquos sum: Et dico huic uade, & uadit: & alio ueni, & uenit: & seruo meo fac hoc, & facit. Tãquã diceret, Si ego sub ptãte cõstitutus iubeo illis q sub me sunt, tu q sub nullius ptãte positus es, non potes iubere creaturæ tuæ, q[ui] oia p te [facta sunt] & sine te
factũ est nihil? Dic ergo uerbo, in [q]uit, [& s]anabitur Ioan. 1.
puer meus. Na ut in domum meã intres non sum
dignus. Trepidauit xp[s] [illegible] suos, Matth. 8.
& ia intus erat in corde eius. Iam erat eius sedes illius, iam ibi sedebat ille q h[umi]l[itat]e[m] eq[ui]e[b]at. Conuersus Deniq; Christus, [illegible] est & ait sequentibus se, Amen [dic]o u[obis], [no]n [inue]ni [t]antã fidẽ in Israel. Et sicut a[illegible] euang[elio illegible] [ser]quitur d[ominu]s & d[ici]t, Ideo dico u[obis illegible] [ab] Oriente

A Oriente & Occidente uenient, & recumbent cum Abrahã & Isaac & Iacob in regno cœlorũ. Iste.n. Cẽturio nõ erat de populo Israel. Nã in populo Israel, superbi repellebant a se deũ, in principibus gẽtiũ inuentus est humilis q̃ ad se inuitaret deum. Admirans Iesus fidẽ ipsius, reprobat perfidiam Iudæorũ. Sani.n.sibi uidebantur,& periculosius ęgrotabãt, qñ medicum non cognoscentes occidebant. Cum ergo reprobaret & repudiaret illos superbiam, qd ait: Ideo uobis dico, qa multi ab Oriẽte & Occidẽte uenient, nõ pertinentes ad cognationẽ Israel. Veniunt multi quibus dixit, Omnes gentes plaudite manibus,& recũbent cum Abrahã in regno cœlorum. Non illos genuit carne sua Abraham,& ueniẽtes recumbent cum illo regno cœlorũ, & filij ipsius erunt. Quare filij ipsius? Nõ nati de carne, sed sequẽdo fidẽ ipsius. Filij autẽ regni, id est, Iudæi ibunt in tenebras exteriores, illic erit ploratio & stridor dẽtium. Dãnabuntur in tenebras exteriores, qui nati sunt de carne Abrahæ. Et recũbent cũ eo in regno cœlorũ q̃ imitati sunt fidẽ Abrahæ. Merito ergo & hic principes populorũ conuenerunt cũ deo Abrahã. Et quid illi qui pertinebant ad deũ Abrahã? Qm̃ dij fortes terræ ualde eleuati sunt.) Qui erant dij? Populus ille dei, uitis illa dei, de qua dr̃, Iudicate inter me & inter uineã meam, Ibunt in tenebras exteriores, non recũbent cum Abrahã & Isaac & Iacob, non conueniunt cũ deo Abrahã, Quare? Qm̃ dij fortes terræ, Illi qui erant dij fortes terræ, præsumẽtes de terra, de qua terra? De se ipsis, quia omnis homo terra. Homini.n. dictũ est, Terra es,& in terram ibis. Debet autem homo de deo præsumere & inde sperare auxiliũ, non de se. Non.n. terra pluit sibi aut lucet sibi. Qũo autẽ terra de cœlo expectat pluuiam & lucem, sic homo de deo debet expectare misericordiam & ueritatẽ. Illi ergo dij fortes terræ, ualde eleuati sunt, id est, ualde superbierũt: nõ sibi medicum necessariũ putauerunt,& ideo in sua ægritudine remãserunt, & ipsa ægritudine ad mortem pducti sunt. Præcisi sunt rami naturales, ut humilis insereretur oleaster. Qm̃ dij fortes terræ ualde eleuati sunt. Teneamus ergo frẽs humilitatem, charitatẽ, pietatẽ, qa uocati sumus illis reprobatis, C uel illorũ exemplo superbire timeamus admoniti.

Matt. 8. (margin) Esa. 5. Matt. 8. Gene. 3. Roma. 11 (margin)

In Psalmum quadragesimumseptimum

Enarratio. Præfatia.

TITULUS Psalmi est, Laus cantici filijs Chore secũda sabbati.) De hoc quod dñs donare dignabitur, excipite tanquam filij firmamenti. Secunda.n. sabbati, id est, post diẽ primum quem dominicum dicimus, quæ etiam secũda feria dicitur, factũ est firmamentũ cœli, imò firmamentum cœlũ. Cœlum.n. uocauit deus firmamentum. Primo aũt die lucem fecerat,& à tenebris diuiserat,& uocauerat lucem, diem:& tenebras, noctẽ. Sicut aũt indicat Psalmi huius cõtextio, aliqd etiã ꝓlocutus est deus in illo opere suo, qd compleretur in nobis cũ gaudio, & sc̃dm huius creaturæ conditionẽ secula cucurrerunt. Non frustra n. dñs ait de Moyse, De me.n. ille scripsit, nisi quia omnia quæ scripta sunt, etiam cum deus conderet creaturam, possunt interpretari ad significationem futurorum: ut intelligas deum fecisse lucem, cum xp̃s a mortuis resurrexisset. Tunc.n. reuera illa lux diuisa est à tenebris, qñ immortalitas à mortalitate discre ta est. Quid ergo sequitur, nisi ut capiti etiam corpus fieret q̃d est Ecclesia? Denique est etiam Psalmus de prima sabbati, in quo aptissime resurrectio dñi declaratur. Ibi.n. dicitur, Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quid euidentius q̃ xp̃m esse regem gloriæ? De quo dictum est, Si cognouissent, nunquam dñm gloriæ crucifixissent. Secundam ergo sabbati non debemus intelligere nisi Ecclesiam xp̃i, sed Ecclesiam Christi in sanctis, Ecclesiam xp̃i in his qui scripti sunt in cœlo, Ecclesiam Christi in his q̃ mũdi huius tentationib' non cedunt. Ipsi n. d gni sunt nomine firmamenti. Ergo Ecclesia Christi in his q̃ firmi sunt, de qbus dicit Apostolus, Debemus aũt nos firmi infirmitates infirmorum sustinere, appellata est firmamentum. De hoc cantatur in Psalmo, Audiamus, agnoscamus, sonem', gloriemur, regnemus. Nanq̃ eam ẽt firmamẽtum apostolicis literis appellatam audi & agnosce, Quæ est, inqt, Ecclesia dei uiui, columna & firmamentũ ueritatis. De hoc firmamento cantatur filijs Chore, quos nostis esse filios sponsi crucifixi in Caluariæ loco. Chore nãque caluicium interpretatur. Sequitur in hoc Psalmo, qui inscribitur secunda sabbati. E

D (margin) Psal. 23. 1. Cor. 2. Rom. 15. 1. Tim. 3. Matt. 27.

Enarratio.

Agnus dñs & laudabilis ualde.) Ecce magnus dñs & laudabilis ualde. Sed nunquid infideles laudant dñm? Nũqd etiam qui credunt & male uiuunt laudant dominum, ꝑ quos fit ut nomen dei blasphemetur in gentibus? Nunquid laudant dñm? An uero si etiam laudent, acceptatur laus eorum, cum scriptum sit, Nõ est speciosa laus in ore peccatoris? Dixisti ergo, Magnus dñs & laudabilis ualde: sed dic ubi. In ciuitate dei nostri, in mõte sancto eius. De hoc alibi dicitur, Quis ascendet in montẽ dñi? Innocens manibus & mundo corde. In his magnus dñs & laudabilis ualde: hoc est, in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Hæc est ciuitas in monte posita, q̃ abscõdi non potest. Hæc est lucerna q̃ sub modio non occultatur, oibus nota, omnibus diffamata. Non autẽ uniuersi ciues eius sunt, sed illi in qbus magnus dñs & laudabilis ualde. Quæ est ergo ista ciuitas uideamus, ne forte qa dictũ est, In ciuitate dei nostri in monte sancto eius: debeamus q̃rere istum montem, ubi etiã exaudiri possimus. Non.n. frustra dicitur in alio Psalmo, Voce mea ad dñm clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo. Audiuit ergo te mons iste ut exaudireris. Nã si in eum non ascenderes, infra iacens clamare posses, sed exaudiri non posses. Quis est ergo iste mons frẽs? Magna cura inquirendus, magna solicitudine inuestigãdus, labore ẽt occupandus & ascendẽdus. Sed si in aliqua parte terrarũ est, qd faciemus? Peregrinabimur de terra nr̃a, ut ad illũ montẽ ꝑuenire possimus? Imò uero tunc peregrinabimur, si in illo non sumus. Ipsa est.n. ciuitas nostra, si mẽbra regis sumus, qui caput est ciuitatis ipsius. Vbi est ergo iste mõs? Si regionẽ aliquã tenuit, laborandũ est, ut dixi, ut ad eũ pueniatur. Sed qd satagis? Vtinã non sis piger ascendere in montem, qũo mons non fuit tardus uenire ad dormientem. Fiut n. quidam lapis angularis contemptibilis, in quem Iudæi offenderũt: præcisus est de quodã monte sine manib', hoc est, de regno Iudæorũ ueniẽs sine manibus, qa humanũ opus non ac-

Psa. 144 Roma. 2. Eccle. 15. Psal. 23. Matt. 27. F Psal. 3. Rom. 9. Dani. 2. Lu. 1. et. 2 Rom. 9. (margin)

G cessit ad Mariam de qua natus est xps. Sed si la-
pis iste ubi in eū offenderunt Iudæi ibi remane
ret, tu quò ascēderes non haberes. Quid autē fa-
Danie.2. ctum est? Quid dicit ꝓphetia Danielis? Quid nisi
qa creuit lapis iste, & factus est mōs magn⁹? Quā
magnus? Ita ut impleret uniuersam faciē terrę. Er
go crescēdo mons iste & implendo uniuersam fa
ciē terrę, uenit ad nos. Quid ergo mōtē quasi ab-
sentē q̄rimus, & nō in p̄sentem iā ascendimus, ut
sit in nobis magnus dñs & laudabilis ualde? De-
niq; ne istum montē nō agnosceres & in hoc Psal
mo, & in aliqua parte terrarū q̄rendum existima-
res: uide qd sequitur, Cum dixisset in ciuitate dei
nostri in monte sancto eius: qd addidit? Dilatās
exultationes uniuersę terrę, mōtes Siō.) Sion unus
mons est. Quid ergo mōtes? An qa ad Sion ptinue
runt, ēt q de diuerso uenerunt, ut sibi concurrerēt
in lapidē angularē, & fierent illi duo parietes tan-
Ephe.2. quā duo mōtes, unus ex circūcisione, alter ex p̄pu
tio, unus ex Iudæis, alter ex gentibus, nō iā aduersi
& diuersi, qa ex diuerso iā in angulo nec diuersi?
Ipse est.n. inqt, pax nr̃a, qui fecit utraq; unum. Ipse
H ille angularis lapis quē reprobauerunt ædificātes,
Psal.117. hic fact⁹ est in caput anguli. Duos iunxit in se mōs
montes, Vna domus & duæ domus. Duæ pp ex di
uerso uenientes, una pp lapidem angularē, in quo
sibi ambæ copulantur. Audi & hoc, Montes Sion.

Latera Aquilonis ciuitas regis magni.) Intēderas
enim tu Sion tanquā unū locum, ubi condita est
Hierusalē, & in ea tibi nō occurrebat nisi populus
ex circuncisione, q quidē ex reliquijs à xpo colle-
Matth.3. ctus est, ex magna autē parte tanquā palea uentila
Roma. 9. tus. Etenim scriptū est, Reliquiæ saluę fient. Sed at
Roma 11. tende & gentes, unde & oleastrū inseri in pinguedi
nē oliuæ. Ecce gentes, latera Aqlonis, adiuncta sunt
latera Aquilonis ciuitati regis magni. Contrarius
solet esse Aquilo Sion. Sion qppe in meridie, Aqui-
lo contra meridiē. Quis est iste Aquilo nisi q dixit,
Esa.14. Ponam sedē meā ad Aqlonem, & ero similis altissi
mo? Tenuerat regnū diabolus impiorū, & possede-
rat gentes seruientes simulacris, adorantes dæmo
nia, & totū qcquid generis humani erat ubiq; per
Matt. 12. mundū, inhærendo illi Aqlo factū erat. Sed qm̄ il-
I le q alligat fortē, aufert eius uasa & facit uasa sua, li
berati hoies ab infidelitate & superstitione dæmo
niorum, credentes in xp̄m colliniati sunt illi ciui-
tati, occurrerunt in angulo illi parieti de circunci-
sione uenienti, & facta est ciuitas regis magni q̄ fue-
Ephe.2. rat latera Aquilonis. Ideo & in alia scriptura dicit,
Ab Aquilone nubes coloris aurei, in his est magna
gloria & honor omnipotentis. Magna.n. gloria me
Iob.37. dici est, qñ ex desꝑatione conualescit ægrotus. Ab
Aquilone nubes, & nō nigræ nubes, non caligino-
sæ, non terræ, sed coloris aurei. Vnde, nisi gratia il-
luminatæ per xp̄m? Ecce latera Aquilonis, ciuitas
regis magni, Latera utiq;, quia inhęserant diabolo.
Quicunq;.n. alicui cohærent, latera ipsius dr̃. Nā
& de aliquibus hominibus solemus ita loqui, Bo-
nus homo est, sed mala latera habet: id est, ipse qui
dem ꝓbitate præstat, sed maligni sunt q ei coniun
cti sunt. Latera ergo Aquilonis q diabolo cohære-
bant: inde uenit & iste filius de quo modo audie-
bamus, qa mortuus erat & reuixit, pierat & inuen-
tus est. Proficiscēdo.n. in regionē longinquā, ēt ad
Aquilonē puenerat, & ibi sicut audistis uni ex prin

cipibus regionis illius adhęserat. Factus est ergo la K
tus Aquilonis, adhærendo principi illius regionis:
sed qa ciuitas regis magni, & ex latere Aqlonis col-
ligitur, reuersus ad se dixit, Surgā & ibo ad patrem
meū: Et occurrit ei pater q dicit de illo, mortu⁹ erat Luc.15.
& reuixit, pierat & inuētus est. Vitulus ille sagina-
tus, lapis angularis fuit. Deniq; & maior fili⁹ q epu- Ephe. 4.
lari nolebat, exhortatus à patre igressus est, & duo
iā parietes, tanquā illi duo filij ad uitulū puenien-
tes, ciuitatē regis magni fecerūt. Sequatur ergo iste
Psalmus & dicat, Deus in domibus eius cognosce
tur.) Iā in domibus pp mōtes, pp duos parietes, pp
duos filios. Deus in domibus eius cognoscet. Sed
gratiā commēdat, ideo addidit: Cū suscipiet eā.)
Nā quid esset ipsa ciuitas, nisi ille suscepisset eam?
Nonne statim caderet, nisi tale fundamentum ha-
beret? Fundamētum n. aliud nemo potest ponere, 1.Cor. 3.
præter id qd positū est, quod est Christus Iesus. Ne 1.Cor. 1.
mo ergo de suis meritis glorietur, sed qui gloriat, in
dño glorietur: quia tunc est illa magna ciuitas, tūc
in ea cognoscitur dñs cum suscipiet eam. Quō su-
scipit? Nunquid quō suscipit medicus ægrotum cu L
randum, non sicut est amandum. † Etenim febrē †al. curā
odit medicus. Non amat medicus ægrotū, & amat dum? nō,
medicus ægrotum. Si ægrotum amaret, semp ægro sed sicut
tum optaret. Rursus si ægrotum non amaret, ad ę- est aman
grotum non ueniret: sed amat ægrotum, ut faciat do.
sanū. Suscepit ergo hanc ciuitatem dñs, & agnitus
est in ea, id est, gratia ipsius cognita est in illa ciui-
tate: quia qcquid habet illa ciuitas q̄ gloriatur in
dño, non habet de se. Propter hoc.n. dicitur. Quid
enim habes quod non accepisti? Si autem accepi- 1.Cor. 4.
sti, quid gloriaris quasi non acceperis. Deus in do-
mibus eius cognoscetur, dum suscipiet eam. Qm̄
ecce reges terræ collecti sunt.) Iam ecce illa latera
Aquilonis uidete quō ueniant, uidete quō dicant,
Venite ascendamus in montem dñi, annunciauit Esa.2.
enim nobis uiam suam, ut ingrediamur in ea Ecce
reges terræ collecti sunt. Et conuenerūt in unū.)
In quem unum, nisi in lapidem illum angularem. Ephe.2.

Ipsi uidentes ita admirati sunt.) Post admiratio-
nem miraculorum & gloriæ Christi, quid secutū
est? Cōturbati sunt, commoti sunt, tremor appre
hendit eos.) Vnde tremor apprehēdit eos, nisi de M
conscientia delictorū? Currāt ergo reges post regē,
agnoscāt reges regē. Inde alibi, Ego autem, inquit, Psal. 2.
constitutus sum rex ab eo super. Sion montem san
ctū eius, p̄dicans præceptum dñi. Dñs dixit ad me
filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me,
& dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & possessio-
nem tum terminos terrę. Reges eos in uirga ferrea,
& tanquā uas figuli conteres eos. Auditus est ergo
rex, constitutus in Siō, tradita est illi possessio usq;
ad terminos orbis terræ. Metuere nō debent reges
ne regnū perdant, ne illis auferatur regnū, sicut mi
ser timuit Herodes, & ꝓ paruulo occidit paruulos. Matt. 2.
Timens autē regnū amittere, non meruit regē co-
gnoscere. Vtinā & ipse regē cū Magis adoraret, non
male regnū q̄rendo, innocentes perderet, & nocēs
periret. Nā quod ad illum attinebat, perdidit inno
centes: Quantū autem ad xp̄m, etiam paruus pro
se morientes paruulos coronauit. Ergo debuerunt
timeres reges qñ dictum est, Ego autem cōstitutus
sum rex ab eo, & hæreditatē usq; ad fines terræ da-
bit mihi q me constituit regem. Sed quid inuidetis

A reges: Videte, non inuidete. Longe. n. aliter iste rex
qui dixit, Regnũ meum non est de hoc mũdo. No-
Ioan. 18. lite ergo timere, ne uobis auferatur regnũ mundi
huius, dabitur uobis regnũ, sed cœlorũ, ubi ille rex
Psal. 2. est. Ideo quid ibi sequitur? Et nũc reges intelligite.
Iam inuidere uos parabatis, intelligite de alio rege
dicitur, cuius regnũ non est de hoc mũdo. Merito
ergo collecti sunt reges in unũ, conturbati sunt, tre
mor apprehendit eos. Inde & illis hoc dicit, Et nũc
reges intelligite, erudimini oẽs qui iudicatis terrã.
Seruite dño in timore, & exultate ei cum tremore.
Et qd fecerunt? Ibi dolores ut parturiẽtis.) Quid
sunt dolores ut parturientis, nisi dolores pœniten
tis? Vide ipsam conceptionẽ doloris & parturitio-
Esaia. 26. nis, A timore tuo, inqt Esaias, concepimus, & partu
riuimus spm salutis. Sic ergo conceperunt reges à ti
more xpi, ut parturiendo salutem parerent, creden-
do in eũ quem timuerunt. Ibi dolores sicut partu-
rientis. Vbi parturientẽ audis, fœtum expecta, Par-
turit uetus homo, sed nascit nouus homo. Ibi do-
lores ut parturientis. In spiritu uiolento conteres
naues Tharsis.) Breuiter intelligit, euertens super-
B biam gẽtiũ. Sed unde ex hac historia dicit euersio
superbiæ gentiũ? Propter naues Tharsis. Tharsis ci
uitatem qsierunt docti, hoc est, q̃ nam ciuitas hoc
nomine significaret: & aliquibus uisum est Ciliciã
dictam esse Tharsis, ex eo q metropolis eius Thar
sus dicitur, De qua ciuitate erat etia Paulus aposto
Acto. 21. lus, natus in Tharso Ciliciæ. Aliqui aũt eã Cartha-
ginem intellexerunt, fortasis aliqñ ita nominatã,
aut aliqua locutione ita significatam. Nanq apud
Esa. 23. pphetam Esaiã sic iuenitur, Vlulate naues Cartha-
Eze. 26 ginis. Apud Ezechielẽ autẽ à diuersis interpretib',
ab alijs Carthago, ab alijs Tharsis interpretata est,
& hoc diuersitate interpretũ positũ potest intelli-
gi, hãc appellari Tharsum, q̃ Carthago dicebatur.
Manifestũ est autẽ q primordia regni Carthaginis
nauibus floruerunt, & ita floruerunt, ut inter cæte
ras gentes excellerẽt negociationibus & nauigatio
nibus. Nã qñ Dido fugiens fratrẽ delapsa est ad ter
ras Africæ, ubi Carthaginẽ condidit, naues q̃ para-
tæ erant ad mercationẽ, in eius regionẽ assumpse-
rat ad fugã, cõsentientibus sibi regionis eius princi
C pibus, & ipsæ naues ẽt condita Carthagine ad ne-
gociandum non defecerũt: atq hinc nimiũ supba
facta est ciuitas illa, ut digne per eius naues intelli-
gatur superbia gentiũ, psumens in incertis tanquã
in flatibus uentorũ. Iam non psumatur de uelifica-
tione, & quasi prosperitate seculi huius, tanquã ma
ris: fundamentũ nostrũ in Sion sit, ibi stabiliri de-
Ephe. 4. bemus non pflari omni uento doctrinæ. Quicunq
ergo ex incerto huius uitæ tumuerant, euertantur
& subijciantur xpo, id est, omnis superbia gentium
conterenti in spiritu uiolẽto naues Tharsis, nõ cu-
iuscunq ciuitatis, sed Tharsis. Qũo in spiritu uiolẽ
to? Timore fortissimo. Sic. n. eũ tremuit omnis su-
perbia iudicaturũ, ut in humilem crederet, ne ex-
celsum expauesceret. Sicut audiuimus ita & uidi-
mus.) O beata Ecclesia, quodã tpe audisti, quodã
tpe uidisti. Audiuit in pmissionibus, uidet in exhi
bitionibus: audiuit in pphetia, uidet in Euãgelio.
Omnia. n. q̃ modo complentur, antea prophetata
sunt. Erige oculos ergo & diffunde per mundũ; ui-
de iã hæreditatem usq ad terminos orbis terræ. Vi
Psal. 71. de iam impleri quod dictum est, Adorabunt eum
omnes reges terræ, oẽs gentes seruient illi. Vide im D
pletum esse quod dictum est, Exaltare super cœlos Psal. 107
deus, & super oẽm terram gloria tua. Vide illum cu
ius pedes & manus fixi sunt clauis, cuius ossa in li- Matt. 27.
gno pendentia numerata sunt, super cuius uestimẽ
tum sors missa est. Vide regnantem, quem illi uide Acto. 1.
runt pendentẽ. Vide in cœlo sedentẽ, quem contẽ
pserunt in terra ambulantẽ. Vide inde impleri, Cõ Psal. 21.
memorabuntur & conuertent ad dñm uniuersi fi-
nes terræ, & adorabunt in cõspectu eius uniuersæ
patriæ gentiũ. Hæc uidens, exclama cũ gaudio, Si-
cut audiuimus, ita & uidimus. Merito sic uocat ip-
sa Ecclesia de gentibus, Audi filia & uide, & obliui Psal. 44.
scere populũ tuum & domũ patris tui. Pater tuus
Aqlo fuit, ueni ad montem Sion, Audi & uide, non
uide & audi, sed audi & uide: prius audi, postea ui- Psal. 17
de. Audis primo qd nõ uides, uidebis postea quod
audisti. Populus, inqt, quẽ nõ cognoui seruiuit mi Esa. 55.
hi, in obauditu auris obaudiuit mihi. Si in obaudi
tu auris obaudiuit, ergo non uidit. Et ubi est qbus
nõ est nunciatum de eo, uidebunt, & q non audie-
runt intelligent? Ad quos nõ missi sunt Prophetæ,
ipsi primo audierũt & intellexerũt Prophetas. [Illi E
q primo non audierunt, postea audientes admira-
ti sunt.] Remãserunt illi ad quos missi sunt codices
ferentes, ueritatẽ nõ intelligentes, testamenti tabu-
las hñtes, & hæreditatem nõ tenẽtes. Sed nos sicut
audiuimus ita & uidimus. In ciuitate dñi uirtu-
tum, in ciuitate dei nři.) Ibi audiuimus, ibi & uidi-
mus. Extra illã q est, nec audit nec uidet: In illa qui
est, nec surdus nec cęcus est. Sicut audiuimus, ita &
uidim'. Et ubi audis? Vbi uides? In ciuitate dñi uir-
tutum, in ciuitate dei nostri. Deus fundauit eam
in æternum.) Non insultent heretici per partes cõ-
cisi, non se extollant q dicunt, Ecce hic est xps, ecce Matt. 24.
illic. Qui dicit, ecce hic est, ecce illic, ad partes indu
cit. Vnitatem promisit deus, reges in unum collecti
sunt, non per schismata dissipati sunt. Sed forte ista
ciuitas q̃ mundũ tenuit aliqñ euersa est? Absit. Deus
fundauit eam in æternum. Si ergo eam deus funda
uit in æternum, qd times ne cadat firmamentum?
Suscepimus deus misericordiam tuam in medio
templi tui. †) Qui susceperunt, & ubi susceperunt? †al. popli tui.
Nõne ipse populus tuus suscepit misericordiã tuã?
Si populus tuus suscepit misericordiam tuam, qũo F
suscepimus misericordiam tuam, & in medio popu
li tui, quasi alij sint qui susceperunt, alij in quorum
medio susceperunt? Magnum facim, sed tñ notum:
& cum hinc, hoc est, ex his uersibus & obscuritati-
bus fuerit exculptum, erit & erutũ, quod nostis,
non erit rudius sed dulcius. Nunc quippe populus
dei censentur oẽs qui portant sacramenta eius, sed
non oẽs pertinent ad misericordiam eius. Omnes
quippe sacrm baptismi Christi accipiẽtes, Christia
ni uocantur, sed non omnes digne illo sacramẽto
uiuunt. Sunt. n. quidã de quibus dicit Apostolus,
Habentes formam pietatis, uirtutẽ autem eius ab- 2. Tim. 3.
negantes, Tñ propter ipsam speciem pietatis in po
pulo dei nominantur, qũo ad aream quamdiu tri- Matth. 3.
turatur, non solum grana sed etiam palea pertinet:
nunqd & ad horreũ pertinebit? In hoc medio autẽ
populi mali est populus bon', q suscipit misericor-
diam dei. Viuit digne misericordia dei, q audit & te
net & facit qd ait Apostolus, Præcipientes ergo ro- 2. Cor. 6.
gamus, ne in uacuũ gratiam dei suscipiatis. Qui en-

G go non in uacuum gratiam dei suscipit, ipse tam sa
crauētum q̃ ēt misericordiam dei suscipit. Et quid
illi obest, qa in medio populi inobedientis est, do-
Matth. 3. nec area ista uentiletur, donec boni a malis separē
tur? Quid ei obest in medio populi habitare? Sit de
illis q appellātur firmamentū, suscipiens misericor
diam dei, sit lilium in medio spinarum. Nam & ip-
†al. quo- sæ spinæ non†ad populū dei pertinēt, uis audire?
niam. Ita posita est ipsa situdo, Sicut lilium, inquit, inter
Cant. 2. medium spinarū, ita ꝓxima mea in medio filiarū.
Nunquid dixit in medio alienarū? Non, sed in me-
dio filiarum. Sunt ergo filiæ malæ, & inter illas est
lilium in medio spinarū. Itaq; illi qui sacramēta ha
bent, & mores bonos non habent, & dei dicuntur
& non dei, & eius dñr & alieni. Eius propter ipsius
sacr̃m, alieni pp proprium uitium. Ita & filiæ & alie
næ: filiæ, propter formam pietatis: alienæ, propter
amissionem uirtutis. Sit ibi lilium, suscipiat miseri-
cordiam dei, teneat radicē boni floris, nō sit ingra
tum pluuiæ dulci de cœlo uenīēti. Ingratæ sint spi
næ, crescant de imbribus, ad ignē crescunt non ad
horreū. Suscepimus deus misericordiā tuam in me
H dio templi tui. In medio populi tui nō suscipiētis
†al. popu misericordiam tuam, nos suscepimus misericordiam
li, & sic tuam: in sua.n. propria uenit, & sui eum non recepe
deinceps. perunt. In medio aūt eorum quotquot receperunt
Ioan. 1. eum, dedit ei potestatem filios dei fieri. Iam hic oc
currit unicuiq; cogitanti: & quid? Iste populus q in
medio populi dei suscepit misericordiā dei, quan-
tum numerū habet? Quam pauci sunt, uix inueniū
tur aliqui. Illisne contētus deus erit, & perdet tan-
tam multitudinē? Dicunt hoc q sibi ꝓmittūt hoc,
quod a deo ꝓmittente non audierunt. Et uere si
male uiuamus, si mūdi huius delitijs perfruamur,
si nostris libidinibus seruiamus, pditurus est nos
deus? Quot.n. sunt illi q uident seruare pcepta dei?
Vix inuenit unus uel duo uel paucissimi: ipsos so-
Matt. 25. los deus liberaturus est, & cæteros dānaturus? Ab-
sit, inquit, Cum uenerit & uidebit tātā multitudi-
nem ad sinistram, miserebitur, & dabit indulgen-
Gene. 2. tiā. Hoc planè ēt serpens illa promisit primo homi
ni: nā minatus erat deus mortē si gustaret. Ille autē
Gene. 3. absit, inqt, non morte moriemini. Crediderunt ser
I penti, inuenerūt uerū esse quod minatus erat deus,
falsum qd ꝓmiserat diabolus. Ita & nūc fratres po-
nite uobis Ecclesiam ante oculos adinstar similitu
dinemq; paradisi, non cessat serpens suggerere qđ
tunc suggessit. Sed casus primi hominis ad experi-
mentum cauendi debet nobis ualere, non ad imi-
Iob 2. tationē peccādi. Ideo ille cecidit, ut nos surgamus.
Gene. 3. Respondeamus talibus suggestionibus, qđ respon
dit Iob. Nā & ipsum per fœminā tanquā per Euā tē
tauit, & uicit in stercore, uictus in paradiso. Ergo
non audiamus tales uoces, nec putemus paucos es
se istos, multi sunt, sed inter plures laten'. Nō possu
mus.n. negare plures esse malos, & tā plures ut in-
Matth. 3. ter eos prorsus boni nō appareant, quō non appa-
rent grana in area. Nā quisquis areā uidet, pōt puta
re q palea sola sit, Da hoiem inexpertum, & putat
inaniter fieri quod boues mittuntur, qđ ibi hoies
sub æstu desudant ut conterant paleam, sed ibi est
& massa uentilatione purganda, Tunc ꝓcedit co
pia frumēti, q latebat in copia paleæ. Et modo uis
inuenire? Bonus esto & inuenies. Contra istā ergo
desperationē, uide qd sequatur in isto psalmo, Q̃m

cum dixisset, Suscepimus deus misericordiā tuam K
in medio tēpli tui: significauit esse populū dei, nō
suscipientem misericordiā dei, in cuius medio qui-
dam suscipiant misericordiā dei: ne occurreret ho-
minibus rā paucos esse, ut ꝓpe nulli sint, quo con
solatus est consequentibus uerbis. Scdm nomen
tuum deus, ita & laus tua in fines terræ.) Quid est
hoc, Magn' dñs & laudabilis ualde, in ciuitate dei
nostri in monte sancto eius. Non pōt esse laus eius,
nisi in sanctis eius: nā qui male uiuunt, non eū lau
dant, sed quia & si pdicant lingua, blasphemant ui
ta. Quia ergo laus eius nō est nisi in sanctis eius, nō
sibi dicant hæretici, in nobis remāsit laus eius, qa
pauci sumus & a turba separati: nos iuste uiuimus,
nos laudamus deū, non solū loquendo, uerumetiā
conuersando. Respōdetur eis ex hoc psalmo, Quid
uos dicitis in parte laudare deū, cui dictū est, Secū
dum nomē tuū deus, ita & laus tua in fines terræ?
Id est, quō notus es per oēs terras, sic & lauderis p
oēs terras. Nec desunt q te nūc laudant per oēs ter-
ras. Illi autem laudant qui bene uiuūt. Scd'm.n. no
men tuum deus, ita & laus tua, non in parte, sed in
fines terræ. Iustitia plena est dextera tua.) Id est, L
multi sunt, & illi, q stabunt ad dexteram. Non solū Matt. 25.
illi multi erunt qui stabunt ad sinistram, sed & ibi
erit plenitudo massæ ad dexterā constitutæ. Iusti-
tia plena est dextera tua. Lætet mons Sion & exul
tent filiæ Iudæ, pp iudicia tua dñe.) O mons Sion,
ō filiæ Iudæ, laboratis modo inter zizania, inter pa Matth. 3.
leas, inter spinas laboratis, sed exultate pp iudicia
dei. Non errat deus in iudicādo: discrete uiuite, & si
concretæ natæ estis: non frustra uox exijt de ore &
de corde uestro, ne cōperdas cū impijs aiam meā, Psal. 25.
& cū uiris sanguinum uitam meam. Ille uentilabit
tantus artifex, in manu uētilabrū portabit, ut unū
granū tritici non cadat in aceruū paleæ comburē- Matth. 3.
dū, nec una arista paleæ transeat ad massam in hor
reo recondendam. Exultate filiæ Iudæ, pp iudicia
dei non errantis, & nolite modo temere iudicare.
Ad uos pertineat colligere, ad illū pertineat separa
re. Lætet mons Sion, & exultent filiæ Iudæ pp iudi
cia tua dñe. Ne autem putetis filias Iudæ Iudæas es
se. Iuda confessio est, Oēs filij confessionis, filiæ Iu- Ioan. 4.
dæ sunt: quia salus ex Iudæis, nihil est aliud quam M
xp̃s ex Iudæis. Hoc ait & Apostolus, Non.n. qui in Rom. 2.
manifesto Iudæus est, neq; quæ in manifesto in car
ne est circuncisio, sed qui in abscōdito Iudæus est,
& circuncisio cordis in spiritu nō litera, cuius laus
non est ex hominibus, sed ex deo est. Talis Iudæus
esto: gloriare de circuncisione cordis, & si non ha-
bes circuncisionē carnis. Exultent filię Iudæ, pp iu
dicia tua dñe. Circundate Sion & complectimini
eā.) Dicat eis q male uiuunt, in quorum medio est
populus ille qui suscepit misericordiā dei, i medio
uestrū est populus bene uiuens, circūdate Siō. Sed
quō? Complectimini eam. Nolite scandalis circun
dare, sed charitate circundate, ut qui bene uiuūt in
medio uestrū, eos imitemini, & eorum imitatione
xp̃m, cuius membra sunt in corpore complectimi- 2. Tim. 3.
ni. Circundate Sion & complectimini eam. Narra
te in turribus eius.) In altitudine munitionū eius,
pdicate laudes eius. Ponite corda uestra in uirtu-
te eius.) Nō ut habeatis formā pietatis, uirtutē ei'
abnegetis: sed i uirtute eius ponite corda nr̃a. Quæ
est uirtus ciuitatis huius? Qui uult itelligere uirtutē
huius

A huius ciuitatis, intelligat uim charitatis. Ipsa est uirtus quã nemo uincit. Huius ignẽ nulli fluctus seculi, nulla flumina tentationis extinguunt. De hac dictũ est, Valida est sicut mors dilectio. Quõ.n. mors qñ uenit, resisti ei non potest, quibuslibet artibus, quibuslibet medicamẽtis occurras, uiolentiã mortis uitare non potes, quia mortalis natus es: sic contra uiolentiã charitatis mundus nihil potest. Econtrario.n. similitudo data ẽ de morte: quõ.n. mors ad auferendum uiolentissima est, sic charitas uiolentissima est ad saluandum. Per charitatem.n. multi mortui sunt seculo, ut uiuerent deo. Hac charitate accẽsi martyres, non simulati, non uana gloria uentilati, non tales de qbus dictũ est: Si tradidero corpus meum ut ardeã, charitatem aũt non habeam, nihil mihi pdest: sed tales quos uere xpi & ueritatis charitas perduceret ad passionẽ. Quid eis fecerunt tentationes sæuientiũ? Maiorem uiolentiã habuerunt oculis flentiũ suorum, q̃ persecutiones insectantiũ. Quàm multos.n. tenebant filij ne paterentur: quã multos genibus prouolebantur uxores, ne uiduæ relinquerentur: q̃ multos parentes filij prohibebant

Canti. 8.

1.Cor.13.

B mori, sicut nouimus & legimus in passione beatæ Perpetuæ. Facta sunt ista, sed lachrymæ quantælibet & quantolibet impetu fluerent, quõ ardorem charitatis extinguerent? Hæc est uirtus Sion, cui & alibi dr, Fiat pax in uirtute tua, & abũdantia in turribus tuis. Annunciate in turribus eius, ponite corda uẽra in uirtute eius. Et distribuite domos eius.) Quid hic intelligemus, ponite corda uestra in uirtute eius, & distribuite domos eius? Id est, distinguite domũ à domo, nolite cõfundere. Domus est.n. formã pietatis habens, & pietatẽ nõ habens. Est autem domus, & formã & pietatem habens. Distribuite, nolite confundere. Tunc aũt distribuitis & non cõfunditis, qñ corda uestra in uirtute eius ponitis: id est, cũ facti fueritis per charitatẽ spiritales, tũc temere nõ iudicabitis, tũc uidebitis nihil obesse bonis malos. Quàmdiu sumus in hac area, distribuite domos eius. Potest & alius esse intellectus, Domos illas duas unã ex circuncisione, alterã ex præputio uenientem, Apostolis dictum est ut distribuerent. Cum.n. uocatus esset Saulus & factus Apls Paulus,

Psal.122.

C conueniens in unitatẽ coapostolos suos, sic cum eis habuit placitũ, ut illi irent in circuncisionẽ, ipse in pputium. Ista dispẽsatione apostolatus sui distribuerunt domos ciuitatis, magni regis: & concordãtes in angulo, euangeliũ dispensatione diuiserunt, charitate iunxerunt. Et reuera hoc magis intelligẽdum est. Nã sequitur & ostendit φ hoc pdicatoribus dictũ sit, & distribuite domos eius. Vt enarretis in pgenie altera.) Id est, ut ẽt ad nos post futuros illorum euãgelij dispẽsatio pueniret. Non.n. illis tm̃ laborauerunt, cũ quibus in hac terra uixerunt: nec dñs illis tm̃ Apostolis, quibus se uiuum etiam post resurrectionẽ dignatus est ostendere, sed & nobis. Nam illis loquebatur, & nos significabat cum diceret: Ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus usq; ad consummationẽ seculi. Nunqd illi hic futuri erant usq; in consummationem seculi? Item dicit, Nõ pro his rogo tm̃, sed & pro his qui credituri sunt p uerbum illorum in me. Ergo attendit nos, quia passus est propter nos. Merito itaq; dicitur, Vt enarretis in progenie altera: quid enarretis? Qm̃ hic est deus deus noster.) Terra uidebat, terræ conditor non uidebatur: caro tenebat, sed deus in carne non agnoscebatur. Tenebatur caro ab eis, ex quibus sumpta fuerat ipsa caro: ex semine Abrahæ.n. uirgo Maria: ad carnẽ remanserunt, diuinitatẽ non intellexerũt.

Gala.2.

Matt.28.

Ioan.17

D O Apostoli, ô ciuitas magna, in turribus tuis prædica & dic, hic est deus deus noster. Sic sic quõ contẽptus ẽ, quõ lapis ante pedes iacuit offendentiũ, ut humiliaret corda confitentiũ: sic hic est deus noster. Certe uisus est sicut dictũ est, Post hęc in terris uisus est, & cum hominibus cõuersatus est. Hic est deus noster. Et homo est, & qs est q cognoscet eũ? Qm̃ hic est deus noster. Sed forte ad tempus, quõ dij falsi. Quia.n. uocari possunt dij, esse autem non possunt, ad tps uel uocantur: nã quid eis dicit Propheta, uel qd monet ut eis dicatur? hæc eis dicetis, Quid? Dij q cœlum & terrã non fecerunt pereãt de terra, & de his q̃ sub cœlo sunt, Nõ est iste talis deus, qm̃ deus noster super omnes deos. Super quos oẽs deos? Qm̃ omnes dij gentium dæmonia: dñs autẽ cœlos fecit. Ipse est ergo deus noster, hic est deus noster. Quousq;? In æternum & in seculum seculi, ipse reget nos in secula.)

1.Pet.2.

Baruch 3

Hier.10.

Psal.95

E Si deus noster est, & rex noster est, protegit nos, quia deus est ne moriamur: regit nos, qa rex est ne cadamus. Regẽdo autem nos non frangit nos: nã quos non regit, frangit. Reges eos, inqt, in uirga ferrea, & tanquã uas figuli conteres eos. Sed sunt quos nõ regit, ipsis non parcit, sed tanquam uas figuli conteret eos. Ab illo ergo optemus regi & liberari, qa hic est deus noster in æternum & in seculũ seculi, & ipse reget nos in secula.

Psal.2.

In Psalmum XLVIII. Enarratio.

Concio prima de prima parte Psalmi.

OMNIA diuina eloquia salubria sunt bene intelligẽtibus, periculosa uero his q ea uolũt ad sui cordis puersitatẽ detorquere, potius q̃ suum cor ad eorum rectitudinem corrigere. Hæc est.n. in hominibus magna & usitata peruersitas: qa cum debeant uiuere ipsi scdm uoluntatem dei, deũ uolunt uiuere scdm uoluntatem suam. Et cum ipsi nolunt corrigi, illum uolunt deprauari, rectum non arbitrãtes quod ille uult, sed qd ipsi uolunt. Solemus aũt audire homines murmurãtes aduersus deum, φ malis in hac uita bene sit, & laborent boni: quasi ille peruersus sit, & nesciat qd agat,

F aut oino auertat oculos à rebus humanis: uel securitatem suam perturbari nolit, ut hæc nõ attẽdat, qa cũ labore ista deus aut uideat aut corrigat. Murmurant ergo homines q ppea uolũt deum colere, ut hic illis bene sit, qñ uiderint eos qui deum non colunt pollere atq; florere fœlicitate terrena, se aũt colẽtes deũ laborare in angustijs, in necessitatibus, in erũna, cæterisq; difficultatibus mortalitatis humanæ. Contra istã uocẽ & cõtra has blasphemias murmurantiũ, incãtat semp sermo diuinus, curans à morbo serpẽtis. Venenati.n. cordis est ista sanies, eructãs in deum pitorem blasphemiæ, & qd peius est, manus curantis repellens, morsum serpẽtis non repellens. Hoc dixi, repellit a se cor hominis uerbi dei seueritatem, & admittit ad se male suadentis serpentis blanditias. Contra hos ergo cãtat sermo diuinus, & iã in isto Psalmo loquitur nobis. Ad quẽ Psalmum quõ intentam ego facerem sanctitatẽ uestram, nisi ipse uos faceret oẽs intentos? Nec uos solos, sed totum orbem terrarum. Audite.n. quemadmodum cœpit. Audite hæc omnes gentes.) Non

D

G ergo uos oẽs soli qui hic estis. Nã uox nostra quan
ta est ut sic clamemus, ut audiant oẽs gẽtes? Clama
uit.n. per Apostolos dñs noster Iesus Christus, cla-
mauit tot linguis in quas misit, & uidemus hunc
Psalmũ qui antè non recitabatur nisi in una gente
in synagoga Iudæorum, recitari per totũ orbẽ ter-
rarum, per oẽs Ecclesias, impletumq́ esse q̃d hic di-
ctum est, Audite hæc oẽs gentes. Ad hoc solum uo
lo intẽtos facere animos uestros, ne pp̃ laborẽ cor-
poralem non erigatis animum, terrente uos longi-
tudine Psalmi huius: si potuerit finiet hodie: si nõ,
restabit nobis aliq̃d in crastinum diem, tñ uos sem
per intẽti estote. Tm̃ enim audietis si dñs uoluerit
quantum uos non grauet, sed reuelet. Audite hæc
oẽs gentes, Vnde estis & uos. Auribus percipite o-
mnes qui habitatis orbem.) Hoc iterũ uidetur re-
petisse, quasi parũ fuerit quod dixit, audite. Quod
dico, audite, auribus percipite: hoc est, nolite tran-
seũtes audire. Quid est, auribus p̄cipite? Quod dñs
Matt. 11. dicebat, Qui habet aures audiendi audiat: cũ oẽs
qui in conspectu eius erant, utique haberent aures.
Quas ille aures q̃rebat nisi cordis, cũ diceret, Qui
H habet aures audiẽdi audiat? Has & iste Psalmus au
res pulsat. Auribus p̄cipite oẽs qui habitatis orbẽ.
Forte & hic est aliqua distinctio. Non quidem nos
coarctare debemus, sed nihil mali est ẽt istã expli-
care sententiã. Forte aliquid distat inter id quod di
xit, oẽs gentes, & quod dixit, oẽs qui habitatis or-
bem. Significantius.n. fortasse uoluit nos intellige
re q̃d dixit, inhabitatis: ut gentes intelligamus oẽs
iniquos: habitatores autem orbis oẽs iustos. Ille.n.
habitat qui non tenetur: nam qui tenetur, habitat,
non habitat: q̃uo ille possidet quęcunq; habet, qui
dñs est rerum suarum. Dñs autem est qui non est
irretitus cupiditate: qui autem cupiditate tenetur,
possessus est, non possessor. Habemus.n. quoddam
uerbum habitatione signatũ in scriptura dei, ubi
Psal. 83. ait, Elegi abiici in domo dñi, magis quàm habitare
in tabernaculis peccatorum. Quid.n? Si abiiciaris
in domo dñi, nõ ibi habitas. Noluit significare ha
bitationem, nisi in eis qui regnant & tenent, & do-
minantur & gubernant: qui autẽ contẽnuntur, nõ
quasi habitãt, sed subiecti sunt. Ita autẽ dixit, Sub-
I ditus uolo esse in domo dei, magis q̃ regnare in ta-
bernaculis peccatorũ. Itaq; si est aliqua distinctio in
ter oẽs gentes, & habitatores orbis, sicut est distin-
ctio inter audite & auribus percipite: hoc quidem
uidetur repetisse, sed tñ aliud est. Quid sanè uoluit
significare? q̃a ista eloquia audituri erant, non solũ
peccatores & impij, sed & iusti. Permixte modo au-
diunt oẽs, sed cum uentum fuerit ad reddendã ra-
tionem, separabuntur q̃ sine causa audierunt, ab il
lis qui auribus perceperunt. Audiant ergo & pecca
tores, audite hæc oẽs gentes: audiant & iusti, q̃ non
sine causa audierunt, & regunt potius terrã q̃ regun
tur à terra: auribus percipite oẽs qui habitatis or-
bem. Et iterum dicit, Quiq; terrigenæ & filij homi
num.) Quod ait, terrigenæ, ad peccatores retulit:
quod ait, filij hoium, ad fideles & iustos. Videtis er
go, quia seruatur ista distinctio. Qui sunt ergo ter-
rigenæ? Filij terræ. Qui sunt filij terræ? Qui hæredi-
tates terrenas requrunt. Qui sunt filij hoium? Qui p̄-
tinent ad filiũ hominis. Aliq̃n iam ista distinximus
sanctitati uestræ, & inuenimus q̃a Adã homo erat,
filius hominis non erat. xp̃s autem filius hominis
erat, & deus erat. Quicunq;.n. pertinent ad Adã, ter K
rigenæ: quicunq; pertinent ad Christum, filij homi
num. Omnes tñ audiant, ego nulli subtraho sermo
nem meum. Terrigena est, audiat propter iudiciũ:
filius hominis est, audiat propter regnum. Simul
in unum diues & pauper.) Iterum ipsa sunt repeti-
ta. Quod ait, diues, ad terrigenas p̄tinet: quod ait,
pauper, ad filios hominum dixit. Diuites intellige
superbos, pauperes humiles. Habeat quis multas fa
cultates pecuniarũ, si in eis nõ extollitur, paup̄ est:
non habeat aliquis & cupiat & infletur, inter diui-
tes & reprobos eũ deputat deus. Et diuites & pau-
peres in corde interrogat deus, non in area † & do- † al. arca
mo. Nõne pauperes sunt q̃ accipiũt mandatũ Apo-
stoli, dicentis Timotheo, Præcipe diuitibus huius 1. Tim
seculi non superbe sapere? Q̃uo eos q̃ diuites erant
fecit pauperes? Tulit illis, quare q̃runtur diuitię. Ne
mo.n. uult esse diues, nisi ut infletur inter eos, inter
quos uiuit, & superior illis uideat. Cum autẽ dixit,
nõ sup̄be sapere, æquales eos fecit nõ habentibus:
ut fortassis pauculis nummis mendicus plus extol
latur, q̃ ille diues q̃ audit Ap̄lm dicentem, Præcipe
diuitibus huius seculi non superbe sape. Vnde non L
superbe sapere? Si faciant q̃d seq̃tur, Neq; sperare in ibid.
incerto diuitiarũ, sed in deo uiuo qui p̄stat nobis
oĩa abundanter ad fruendum. Non dixit, qui præ-
stat illis: sed, qui p̄stat nobis. Nunquid ipse Paulus
non habebat diuitias? Habebat planè. Quas diui-
tias? De q̃bus dicit alio loco scriptura, Fideli homi- Hierony.
ni mundus totus diuitiarũ est. Audi & ipsum confi in Biblio
tentẽ, Quasi nihil hñtes, & omnia possidentes. Qui rum pro-
uult ergo esse diues, nõ hęreat parti, & totũ posside logo. 2.8
bit, illi inhæreat q̃ totũ creauit. Simul in unũ diues 2. Cor. 6.
& pauper. Dicit in alio Psalmo, Edẽt pauperes & sa- Psal. 21.
turabuntur. Q̃uo cõmendauit pauperes? Edẽt pau
peres & saturabuntur. Quid edunt? Quod sciunt fi
deles. Q̃uo saturabũtur? Imitando passionem dñi
sui, & non sine causa accipiendo precium suum. E-
dent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dñm
qui requirunt eum. Diuites q̃d? Etiam ipsi edunt?
Sed q̃uo edunt? Mãducauerunt & adorauerũt oẽs
diuites terę. Non dixit, manducauerunt & satura-
ti sunt: sed, mãducauerunt & adorauerunt. Adorãt De Cõse.
quidem deum, sed humanitatem nolunt exhibere dist. 2. cap.
fraternam. Manducant illi & adorãt: manducãt isti Non pro-
& saturantur, tñ oẽs manducant. Exigitur de man- hibeat.
ducante quod manducat, non prohibeatur mãdu
care à dispensatore, sed moneatur timere exactorẽ.
Audiant ergo ista peccatores & iusti, gentes, & qui
habitant orbem, terrigenæ & filij hominum, simul
in unum diues & paup̄, nõ diuisi, non separati. Tẽ-
pus messis hoc faciet, manus uentilatoris hoc pote Matth. 3.
rit. Nunc simul in unũ audiant diues & pauper: si-
mul in unũ pascãtur hœdi & agni, donec ueniat q̃
segreget alios ad dexterã, alios ad sinistram. Simul Matth. 25.
in unum audiant docentẽ, ne segregati ab inuicem
audiant iudicantẽ. Et nunc quid est quod auditu-
ri sunt? Os meum loquet sapiẽtiam, & meditatio
cordis mei intelligentiã.) Et hæc repetit potius, ne
forte cũ dixisset, os meum, intelligeres eum tibi lo-
qui, q̃ in labijs haberet sapientiã: multi.n. habẽt in
labijs, & non habent in corde, de quibus dicit scri-
ptura, Populus iste labijs me honorat, cor autẽ eo- Matt. 15.
rum longe est à me. Quid ergo ait? Ille tibi loq̃tur Esa. 29.
qui cum dixerit, Os meum loquetur sapiẽtiã: intel-

A ligas qa illud quod ex ore funditur, de intima cor-
† al. de uena cordis emanat. dis meditatione ꝓcedit. Et † meditatio cordis mei
intelligentiā. Inclinabo in parabolā aurem meā,
aperiam in Psalterio ꝓpositionem meā.) Quis est
Intus est. hic cuius meditatio cordis loquitur intelligentiā,
Et &c. ut non sit in sola superficie labiorum, sed hominis in
teriora possideat? Quis est iste qui audit, & sic loq-
Matt. 23. tur? Multi.n. loquuntur qd non audiunt. Qui sunt
qui non audiunt qđ loquuntur? Qui nō faciunt q̄
dicunt: quales dicit dn̄s Pharisæos sedere super ca-
thedram Moysi. Voluit tibi loqui in cathedra Moy
si, per eos q ea loquuntur & nō faciunt, & tibi secu-
Ibid. ritatem dn̄s uoluit dare. Nolite timere, Quæ dicūt,
inquit, facite, quæ autem faciunt, nolite facere: di-
cunt.n. & non faciunt. Non audiunt quod dicunt.
Qui uero faciunt & sic dicūt, audiunt quod dicūt.
Quod & ideo fructuose dicunt, qa audiunt. Qui er
go dictor & non auditor est, alteri ꝓdest, sibi non
ꝓdest. Iste ergo q & auditor uolebat esse & dictor,
& qui tibi loquitur antequā diceret, Aperiam, inqt,
in Psalterio ꝓpositionem meam: quod est iam lo-
qui per corpus. sic.n. utitur anima corpore, quō uti
B tur citharista Psalterio: dixit, Inclinabo in parabo-
lam aurem meam, aperiam in Psalterio propositio
nem meam. Antequā loquar tibi, inqt, per corpus,
antequam psalterium sonet, primo ego inclinabo
in parabolā aurem meam, id est, audiam quid tibi
1. Cor. 13. dicam. Et quare in parabolā? Quia uidemus nunc
2. Cor. 5. ꝑ speculū in ænigmate, sicut dicit Apostolus, Quā-
diu sumus in hoc corpore, peregrinamur à dn̄o: qa
nōdum est illa uisio nostra facie ad faciē, ubi iam
non sint parabolæ, ubi iam non sint ænigmata &
similitudines. Quicqd modo intelligimus, p ænig-
mata conspicimus. Aenigma est obscura parabola
q̄ difficile intelligitur. Quantū uis excolat homo
cor suū, & ad interiora intelligenda refugiat, quan
2. Tim. 4. diu per corruptibilitatē carnis huius uidemus, ex
parte uidemus. Assumpta autē incorruptione, in re
surrectione mortuorum, cum apparuerit filius homi
nis iudicaturus uiuos & mortuos, tunc uidebit fi-
lius hominis, q primo iudicatus est, iudicās, discer-
nēs malos à bonis, ponēs malos à sinistris, bonos
C à dextris. Videbunt illum & boni & mali, sed malis
Matt. 25. dicet, Ite in ignē æternū. Bonis autem dicet, Venite
benedicti patris mei, ꝑcipite regnū. Abibunt mali
in ambustionē æternā, iusti autem in uitā æternā:
& ibi erit illa uisio facie ad faciē, qua illi nō sunt di
gni. Attendite qd dicam, Filium.n. hominis sicut
hic, cū esset adhuc iudicandus, & mali uiderunt &
boni: uiderunt.n. Apostoli q secuti sunt, uiderunt
Iudæi q crucifixerunt: sic cū uenerit iudicaturus, &
boni illū uidebunt & mali: Boni, ut percipiant mer
cedē, qa secuti sunt: mali ut percipiant pœnā, quia
crucifixerunt. Soli ergo illi dānabuntur qui crucifi
xerunt? Audeo dicere, soli. Ergo nos, inqunt pecca-
tores huius tēporis, securi sumus? Si non animam
interrogat deus, securi estis. Quid est quod dixi? In-
telligat charitas uestra, ne hoc dicāt in iudicio dei,
qa non intellexerunt: & Iudæi qa uiderunt Christū
crucifixerunt, tu quia non uides Christum, uerbo
ipsius resistis. Nunqd ergo qui uerbo resistis, carnē
non crucifigeres si uideres? Contempsit Iudæus in
4 ser. di. ligno pendentē, contemnis tu in cœlo sedentē. Er-
48. cap. go uiderūt eum ambo genera dum hic esset, ambo
Sed cum. genera uidebunt & cum uenerit. Filius.n. hominis
uenietut iudicet, qa filius hominis uenit ut iudica D
retur. Ideo quia pater non est incarnatus, pater nō
est passus, & per filium hominis iudicat, sicut ipse
dixit in Euangelio, Pater non iudicat quenquā, sed Ioan. 5.
omne iudicium dedit filio. Secutus paulopost ait,
Et dedit ei potestatē iudiciū faciendi, qm̄ filius ho
minis est. Secundū.n. qđ filius dei est, uerbum sem
per cum patre: & quia semper cū patre, cum patre
iudicat. Secundum autem quod filius hominis est,
& iudicatus est, & iudicaturus est. Quō autē uisus
est ab eis qui crediderūt, & ab eis qui crucifixerūt,
qn̄ iudicatus est: sic uidebitur cum cœperit esse iu
dex, & ab eis quos dānabit, & ab eis quos corona-
bit. Visionem autem illam diuinitatis, quam ꝓmi-
sit dilectoribus suis qn̄ ait, Qui diligit me, diliget à Ioan. 14.
patre meo: & qui diligit me, mādata mea custodit,
& ego diligam eum & ostendam meipsum illi: iam
impij non uidebunt. Ista demonstratio quodāmo-
do familiaris est, suis illam seruat, non illam osten-
dit impijs. Qualis est ipsa uisio? Qualis Christꝰ? Ae-
qualis patri. Qualis est xp̄s? In pricipio erat uerbū, Ioan. 1.
& uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum.
Huic uisioni suspiramus modo, & gemimus quan- E
diu pegrini sumus: huic uisioni in fine reddemur:
hāc uisionē modo in ænigmate uidemus Si.n. i æ-
nigmate uidemus, inclinemus in parabolam aurē 1. Cor. 13.
nostram, & sic apiamus in psalterio ꝓpositionem
nostrā. Audiamus quod dicimus, faciamus quod
præcipimus. Et qd dixit? Vt qd timebo in die ma-
la? iniquitas calcanei mei circundabit me.) Cœpit
obscurius, ut qd timebo, inqt, in die mala? Iniqtas
calcanei mei circundabit me. Magis ergo debet ti-
mere, si iniqtas calcanei eius circundabit eū. Non
enim timeat, inqt, homo, quod non habeat in po-
testate deuitare. Verbi gratia, Qui timet mortē, qd
facturus est, ut non moriat? Dicat mihi quò uadat.
Debet qđ Adam, qui natus est ex Adā. Sed cogitet
qui natus est ex Adam, & secutus est Christū, quia
oportet eū soluere quod debet Adam, & consequi
qđ promisit xp̄s. Qui ergo timet mortem, non est
quo uadat: q autem timet damnationē quam au-
dient impij, Ite in ignē æternum: est quò uadat: Nō
ergo timeat. Vt qd.n. timeat? Iniquitas calcanei ip-
sius, illum circundatura est. Si ergo uitet iniquitatē F
calcanei sui, & ambulet in uia dei, non ꝑueniet ad
diem malā. Dies mala, dies nouissima, non erit illi
mala. Etenim dies nouissima mala erit quibusdā,
bona erit quibusdā. Nunquid mala erit illis quibꝰ
dicetur, Venite benedicti patris mei ꝑcipite regnū?
Sed mala erit illis quibus dicetur, Ite in ignem æter Matt. 25.
num. Quod si iniqtas calcanei sui circundabit eū,
ut qd ergo timet in die mala? Modo cū uiuunt ꝓui
deant sibi, tollant iniqtatem à calcaneo suo, ambu
lent illā uiam, ambulent per uiā de qua ipse dixit, Ioan. 14.
Ego sum uia, ueritas & uita, & non timeant in die
mala, qa dat illis securitatē q factus est uia. Vt qd
timebo in die mala? Iniqtas calcanei mei circunda
bit me. Ergo uitet iniquitatē calcanei sui. In calca-
neo quisq; labit. Intendat charitas uestra, à deo qd
dictum est serpēti? Ipsa tuū obseruabit caput, & tu Gene. 3
eius obseruabis calcaneū. Diabolus calcaneū tuū
obseruat, qn̄ laberis ut deiiciat te Ille obseruat cal-
caneum tuum, tu obserua caput illius. Quid est ca
put illius? Initium malæ suggestionis illius. Qn̄ in-
cipit mala suggerere, tunc repelle antequam surgas

G delectatio,& sequatur consensio,& tunc uidebis* caput eius, & nõ apprehendit ille calcaneũ tuum. (*al. uitabis.) Quare aũt Euæ hoc dixit? Quia per carnẽ labitũ homo. Eua nobis interior caro nr̃a est. Qui diligit,inqt,uxorem suã,seipsum diligit. Quid est seipsum? Sequitur & dicit,Nemo n. unquã carnem suam odio habuit. (Gene.3.) Quia ergo quõ illum hominẽ Adã per Euã supplantauit, sic diabolus per carnẽ uult nos supplãtare. Præceptũ est. n. Euę ut obseruet caput diaboli,qa diabolus calcaneũ ipsius obseruat. Si ergo iniqtas calcanei circũdabit nos, ut quid timemus in die mala,cũ conuersi ad xp̃m habeamus in potestate ut non faciamus iniqtatem, & nõ erit qđ nos circundet,& gaudebimus in die nouissima, nõ plãgemus? Qui sunt aũt quos circundabit iniqtas calcanei? Qui confidunt in uirtute sua,& in abundãtia diuitiarum suarũ gloriantur.) Ergo uitabo ista, & non iniquitas calcanei mei circũdabit me. Quid est uitare ista? Vt nõ confidamus in uirtute nr̃a,nõ gloriemur in abundantia diuitiarũ nostrarum,sed gloriemur in eo q nobis ꝓmisit humilibus altitudinem,& minatus est elatis damnationẽ,& nõ nos

H iniquitas calcanei circundabit. Qui confidunt in uirtute sua,& in abundãtia diuitiarũ suarũ gloriantur: sunt q p̃sumunt in amicis suis, alij præsumunt in uirtute sua,alij in diuitijs. Ista est p̃sumptio generis humani,nõ p̃sumentis in deo. Dixit de uirtute, dixit de diuitijs, dicit de amicis. Frater non redimit,redimet homo?) Expectas ut homo te redimat ab ira uentura? Si te frater non redimet, homo te redempturus est? Quis est frater qui si nõ redemerit, nullus homo redẽpturus est? (Matt.28.) Qui post resurrectionem dixit,Vade dic fratribus meis: frater nr̃ uoluit (Ioan.20.) esse,& cũ dicimus,Pater noster,hoc manifestatur in (Matt.6.) nobis. Qui. n. dicit deo,pater noster, xp̃o dicit,frater. Ergo q patrem deũ,& fratrem habet xp̃m, nõ timeat in die mala. Non. n. eum circundabit iniquitas calcanei eius quia nõ p̃sumit de uirtute sua,nec in abundantia diuitiarũ suarum gloriatur, nec de amicis suit potentibus se iactat. In illo ergo præsumat,qui pp illum mortuus est, ut ille non in sempiternũ moreretur: qui pp illum humiliatus est,ut ille exaltaretur: qui q̃siuit impium, ut à fideli quære

I retur. Ergo si ipse nõ redimet, homo redempturus est? Aliquis homo redimet,si filius hominis non redimit? Si xp̃s non redimit,Adã redimet? Frater non redimit,redimet homo? Non dabit deo de propitiatione sua,nec preciũ redemptionis animæ suæ.) Ille confidit in uirtute sua,& in abundãtia diuitiarum suarũ gloriatur, q non dabit deo de ꝓpitiatione sua,id est, placationẽ qua flectat deũ pro peccatis. Nec preciũ redemptionis aiæ suę,qui p̃sumit de uirtute sua,& de amicis,& de diuitijs suis. Qui sunt aũt qui dant preciũ redemptionis aiæ suę? Quibus ait dñs,Facite uobis amicos de mammona iniqui- (Luc.16.) tatis,ut & ipsi recipiant uos in tabernacula ęterna. Illi dant preciũ redemptionis animæ suæ, qui non cessant eleemosynas facere. Ideo illos quos monet per Timotheũ Apl̃s,noluit esse superbos,ne in abũdantia diuitiarũ suarum glorientur. Deniq̧ qđ possidebant,noluit apud illos ueterascere, sed aliquid ex eo fieri,ut esset preciũ redemptionis aiæ eorum. (1.Tim.6) Ait. n. Diuitibus huius seculi p̃cipe, non superbe sapere,neq̧ sperare in incerto diuitiarũ,sed in deo uiuo,q præstat nobis omnia abundãter ad fruendũ.

K Et quasi dicerent, Quid ergo facturi sumus de diuitijs nostris? Diuites sint,inqt,in operibus bonis,facile tribuant,cõmunicent,& nõ illud pdituri sunt. Vnde scimus? Audi quid seqtur, Thesaurizent sibi fundamentũ bonum in futurũ, ut apprehendãt ueram uitã. Sic dabunt preciũ redemptionis aiæ suę, Et dñs noster hoc monet,Facite uobis sacculos nõ (Luc.12.) ueterascentes, thesaurũ non deficientem in cœlis, quò fur nõ accedet,neq̧ tinea corrũpit. Noluit deꝰ ut perdas diuitias tuas,sed ut locũ illis mutes. Consilium tibi dedit. Intelligat charitas uestra. Modo si amicus tuus intraret in domũ tuã: & inueniret te in loco humido frumẽta posuisse, q forte sciret naturam corruptionis frumentoꝝ, quã tu nescires,daret tibi hmõi consilium dicens,Frater,perdis quod cũ magno labore collegisti, in loco humido posuisti, paucis diebus ista putrescunt. Et qđ facio frater? Leua in superiora. Audires amicũ suggerentem ut frumenta leuares de inferioribus ad superiora,& non audis xp̃m monentem, ut thesaurũ tuum leues de (Matth.6.) terra ad cœlũ: ubi nõ hoc tibi reddatur qđ serues, sed serues terrã,accipias cœlũ: serues mortalia,acci-

L pias sempiterna. Fœnerare xp̃o accipiat in terra parua, ut reddat tibi in cœlo multa. Veruntamen illis quos circũdabit iniqtas calcanei sui, q confidũt in uirtute sua, & in abundantia diuitiarũ suarum gloriantur,& de amicis hominibꝰ nihil ualentibus pręstare p̃sumunt,nõ dabunt deo de ꝓpitiatione sua, & preciũ redẽptionis aiæ suę. Et qđ dixit de tali homine? Et laborabit in æternũ & uiuet in finem.) Labor eius sine fine erit,uita ipsius habebit finem. Quare hoc dixit,uiuet in finẽ? Vitã quippe non ponunt isti,nisi delitias quotidianas. Adeo sunt multi inopes & paupes nostri,parũ firmi, & nõ intuentes qđ illis ꝓmittat deus pro istis laboribus: cũ uiderint diuites in epulis quotidianis, in splẽdore & nitore auri & argẽti: qđ dñt? Fœlices sunt isti,isti uere uiuũt. Dr̃,iã nõ dicat,& monemus, & si dici hẽt uel à paucioribus dicatur q̃ dicetur si non moneremus. Nã nec nos pręsumimus,ita nos ista dicere ut non dicantur,sed uel à paucioribus dicant: nã dicetur usq̧ in finẽ seculi. Parũ est, qa dicit eum uiuere: adiungit,& dicit,tonat, putas eũ solum uiuere: ui-

M uat,finietur uita ipsius, q̃m non dat preciũ redemptionis aiæ suæ. Finietur uita, labor non finietur. Laborabit in æternũ,& uiuet in finem. Quõ uiuet in finem? Quõ uiuebat ille q induebatur purpura (Luc.16.) & bysso,& epulabatur quotidie splendide, & iacentem ulcerosum ante ianuã,cuius ulcera canes lingebant,& desyderantem micas q̃ de mensa eius cadebant,supbus & tumidus contẽnebant. Quid illi ꝓfuerunt illæ diuitiæ? Mutauerunt uicẽ ambo, ille à ianua diuitis subleuatus est in sinũ Abrahæ, ille ab epulis splẽdidis missus est in ignẽ: ille requiescebat, ille ardebat: satiebat ille,ille sitiebat: ille laborauerat in finẽ, uiuet in æternũ: ille uixerat in finẽ, laborabit in æternũ. Et qđ ꝓfuit diuiti qui q̃siuit apud inferos in tormẽtis positus,stillari sibi guttã aquæ in linguã suam de digito Lazari dicens, q̃m ardeo hic in hac flãma,& non illi concessum est? Sic desyderauit ille guttam de digito, quõ ille micas de mensa diuitis. Sed illius labor finitus est, & illius uita finita est. Labor huius in æternũ, uita illius in æternũ. Non hic habemus uitam, qui forte hic laboramus in terra,& non sic erimus postea. Erit enim uita nostra Christus

A stra xps in æternum. Illi autem qui hic uolunt habere uitā, laborabūt in æternū, & uiuent in finem.

Qm̄ non uidebit interitum cum uiderit sapiētes morientes.) Si iste q laborauit in ęternū & uiuet in finem, non uidebit interitum, cū uiderit sapientes morientes, qd est hoc? Et non intelliget quid sit interitus, qn̄ uiderit sapientes morientes, Dicit.n. sibi iste, qa sapiens erat, & cū sapiētia habitabat, & cū pietate deum coluit, nunqd nō est mortuus? Faciā ergo mihi bene cum uiuo. Nā si aliquid possent q aliud sapiunt, nō morerent. Videt illū mori, & non uidet q sit mors. Non uidebit interitum cum uiderit sapientes morientes. Qūo Iudæi uiderunt xpm Matt.27. pendentē in cruce, & contempserūt dicentes, Iste si filius dei esset, descenderet de cruce: non uidētes qd sit interitus. Si uiderent qd sit interitus, se uiderent. Ille moriebat̄ tēporaliter ut reuiuisceret i æternum, illi uiuebant tēporaliter ut morerent in æternum. Sed qa illum uidebant morientē, nō uidebāt interitū, id est, non intelligebāt qs esset uerus interitus. Sapi.2. Quid dñt ēt in sapientem? Morte turpissima cōdemnemus illū, erit.n. respectus ex sermonibus illius. B Si.n. est uere filius dei, liberabit illū de manib' contrarior, non permittet mori filiū suum, si uere filius ipsius est. At ubi uiderūt illum in cruce, insultantes sibi, & illum nō descendere de cruce, dixerunt, Vere homo fuit. Dictū est hoc, & utiq poterat descendere de cruce, q potuit de sepulchro resurgere. Sed docuit nos ferre insultātes, docuit aduersus linguas hoium esse patiētes, bibere modo calicem amaritudinis, & postea accipere sempiternā salutē. Bibe æger calicē amarū, ut sanus sis cui nō sunt sana uiscera: noli trepidare, qa ne trepidares prior bibit medicus, id est, passionis amaritudinem bibit prior dñs. Bibit q pctm̄ nō hēbat, qui quod i eo sanaretur, nō habebat. Bibe donec transeat amaritudo huius seculi, & ueniat seculū, ubi nullū scādalū, nulla ira, nulla tabes, nulla amaritudo, nulla febris, nullus dol', nullę inimicitię, nulla senect', nulla mors, nulla cōtētio. Labora hic uēturus ad finē: labora, ne cū nō uis hic laborare, uenias ad finē uitę, & nunquā uenias ad finē labor. qm̄ nō uidebit interitum cū uiderit sapiētes morientes. Simul im-
C prudens & insipiens pibunt.) Quis est imprudens? Qui nō sibi ꝓspicit in futurum. Quis est insipiens? Qui nō intelligit in quo malo sit. Tu uero itellige, in quo malo sis modo, & ꝓspice ut in bonis sis in poster. Intelligēdo i quo malo sis, nō eris insipiēs: ꝓspiciendo tibi in futurū, nō eris imprudens. Quis est q sibi ꝓspicit? Seruus ille cui dedit dñs suus qd' erogaret, & postea dixit ei, Nō potes mihi agere, red-
Luc.16. de rationem actus tui. Et ille, Quid facio? Fodere non possum, mēdicare confundor. Sedit, & de re dñi sui fecit sibi amicos q illū reciperent cū de actu ꝑmoueretur. Ille.n. fraudē fecit dño suo, ut cōpararet sibi amicos q illum susciperent. Tu noli timere ne fraudem facias, ipse dñs hortat̄ ut facias, ipse tibi dicit, Fac tibi amicos de mãmona iniqtatis. Fortassis ea q acquisisti, de iniquitate acqsisti, aut fortasse eaipsa est iniqtas, qa tu habes & alter non habet, tu abūdas & alter eget. De ista mãmona iniqtatis, de diuitijs istis quas iniq uocant diuitias, fac tibi amicos, & prudens eris: copares tibi, no fraudaris. Modo.n. uideris pdere. Nunqd perdes in thesaurario xpi ponens? Nā pueri frēs unde sibi emant nescio quid, si-

mul inueniunt nummos, & ponūt in thesaurario, D
& non aperiunt nisi postea: nunqd quia non uidēt Prou. 6.
qd colligunt, ideo pdiderunt? Noli timere. Ponunt & 30.
pueri in thesaurario & securi sunt, ponis in manu xpi & times? Esto prudens & ꝓspice tibi in posterū in cœlo. Esto ergo prudens, imitare formicā, sicut dicit scriptura, reconde ęstate, ne esurias in hyeme. Hyems est dies nouissim', dies tribulationis: hyems est dies scādalor & amaritudinis. Collige qd' ibi tibi sit in posterū, si autē non facis, simul imprudēs & insipiens pibis. Sed mortuus est ille diues, & tale Luc.16. ibi funus factū est. Ecce quō se cōuerterunt hoies. Non attendunt q̄ malam uitā habuerit cum uiueret, sed quā pompā cum moreretur. O fœlix quem tanti plangunt, iste uero sic uixit ut pauci plangāt. Omnes.n. deberent plangere tam male uiuentem, sed pōpa est funeris, excipitur sepulchro precioso, inuoluitur preciosis uestibus, sepelit̄ unguentis & aromatibus. Deinde memoriā qualē habet, q̄ marmoratā? Viuit in ipsa memoria ille ubi mortu' est. Ista putantes hoies bona aberrauerunt a deo, nec q̄sierunt uera, & decepti sunt falsis, ideo uidē qd sequitur, Ille qui non dedit preciū redemptionis aiæ E suę, qui non intellexit interitum, qa uidit sapientes morientes, factus est imprudens & insipiens, ut simul periret. Et quō peribūt q relinquent alienis diuitias suas? Simul imprudēs & insipiēs pibunt. Attēdite frēs. Et relinquent alienis diuitias suas.) Qua si eos posuit in maledicto, q cum mortui fuerint, alieni possidebunt res ipsor. Ergo fœlices ipsi qui relinquunt filios in possessione sua, qbus sui succedūt. Habuit filios, nō est mortuus. Quid filij ipsi? Et ipsi seruant qd eis reliquerunt parentes sui. Parū 13. quæ. 2. est quia seruāt, & augent. Quibus & ipsi seruant? Fi- c. Si quis lijs suis, & illi filijs, & tertij filijs. Quid xpo? Quid irascitur. aiæ tuæ? Oia filijs. Inter filios suos quos hnt in terra, cōputent unū fratrem quē hnt in cœlo, cui totū dare debebant, uel diuidāt cū illo. Sed tn̄ ait mihi aliquis, Ecce quos maledictos dixit scriptura, quos dixit ꝑire & relinquere alienis diuitias suas, ille aūt beatus q suis relinquit. Ego discutio sensum istum, qa inclino in parabolā aurem meam, & uideo non frustra sic loq scripturam. Video.n. multos iniquos mori, qbus successores sunt filij, nec potuit sic loq F scriptura, ut separet eos a miseria quor uitā improbat. Et quid putatis intelligere fratres, nisi quia oēs tales alienis relinquunt diuitias suas? Qūo alieni sunt filij? Iniquorum filij alieni sunt: nā inuenimus quendam extraneum propinquum factum, qa profuit? Si quis tuorum tibi nihil prodest, alienus est. Vbi inuenimus nescio quē exterum ꝓpinquum factum, qa ꝓfuit? In Euangelio, iacebat quidam uulneratus a latronibus. Dñs autem dixerat cuidam, Diliges ꝓximum tuum tanquam teipsum: & ille re- Luca.10. spōnderat, Et qs est mihi ꝓximus? Et narrauit dñs, Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones qui eum uulnerauerūt, & semiuiuum in uia reliquerunt. Trāsierunt ꝓpinqui, Iudæus.n. erat, ideo de Hierusalem descēdebat in Hiericho. Transiit sacerdos & præterijt: transijt leuites, & pterijt etiam ipse: transiuit quidam Samaritanus. Samaritanus nescio quis extraneus erat, ipse ad illū accessit, inspexit miseriā eius, & misericordia mot', curauit uulnera ei', leuauit in iumētū & duxit i stabulū, cōmēdauit stabulario. Quia i my-

G sterio dicta sunt, & ad discutiendū nunc ꝓlixiora uidētur, tñ propter quod proposui fratres, ait dñs, Quis est illorum illi sauciato proximus? Respondit ille, Credo qui cum illo fecit misericordiam, Vade, inquit, & tu fac similiter. Cui misericordiam facis, ꝓximus tibi est. Si ergo extraneus Samaritanus faciendo misericordiam & subueniendo ꝓximus factus est: quicunq; tibi in tribulatione subuenire non possunt, alieni a te facti sunt. Iam attendamus illos diuites q male uixerunt, qui superbe egerunt, mortui sunt, & reliquerunt, nō dico extraneis, sed filijs suis reliquerunt diuitias suas: & filij ipsoꝝ uiā parētum suoꝝ sequuntur: sicut illi superbi, ita & isti: sicut illi rapaces, ita & isti: ut illi auari, & isti, alieni ab illis sunt. Nā ut noueritis qa illi alieni sunt, subuenirent illi diuiti q ardebat in flāma, successores
Luc. 16. ipsius diuitiarū. Sed forte non habuit q illi succederent, & alieni possederūt diuitias ipsius. Inuenimus in ipso Euāgelio qa habuit: ait. n. Habeo quicunq; frēs. Fratres ipsius subuenire illi ardenti in flammia nō potuerunt. Quid tibi diceret diues? Quid frēs?
Ibid. Vnum fratrē mihi amicū non feci qui iacebat ante
H ianuā. Illi mihi fratres subuenire nō possunt, q possident diuitias meas, alieni a me facti sunt. Videtis qa oēs qui male uiuunt, alienis relinquunt diuitias suas, sed planè præstant illis ipsi alieni qui uocatur sui. Audite qd illis præstant, attendite qūo irrideātur: simul imprudens & insipiens peribunt, & relinquēt alienis diuitias suas. Quare dixit alienis? Quia nihil eis ꝓdesse possunt. Et tñ in quo sibi uidentur prodesse? Et sepulchra eoꝝ, domus eorum in æternum.) Iam quia ista structa sunt sepulchra, domus sunt sepulchra. Nam plerunq; audis diuitem dicentem, Habeo marmoratā domū quā relicturus sum, & non cogito mihi æternā domum ubi semp ero. Qñ cogitat sibi memoriam marmoratā aut exculptam facere, quasi de domo æterna cogitat, quasi ibi maneat ille diues. Si ibi maneret, non arderet apud inferos. Vbi maneat spūs male agētis, nō ubi ponatur corpus mortale cogitandū est, sed domus eoꝝ sepulchra eorū in æternum. Tabernacula eorum in generatione & generationē.) Tabernacula in qbus temporaliter māserunt, domus in quibus
I quasi in æternū manebunt, id est, sepulchra. Tabernacula ergo suis dimittunt ubi manebant cū uiuerent, trāseūt quasi ad domos æternas ad sepulchra. Quid illis ꝓsunt tabernacula eorū in generatione & generationē? Iam generatio & generatio, puta filij sunt, nepotes erunt & ꝓnepotes, qd faciūt? Quid prosunt tabernacula eoꝝ? Quid? Audi, Inuocabūt nomina eorum in terris ipsoꝝ.) Quid est hoc? Tollunt panē & merū ad sepulchra, & inuocant ibi nomina mortuoꝝ. Putas quantum inuocatum est nomen illius diuitis: postea qñ inebriabāt se hoies in
Luc. 16. memoria ipsius, nec descēdebat una gutta sup linguam ipsius ardentem? Ventri suo seruiunt homines, non spiritibus suoꝝ. Ad spiritus mortuoꝝ suorum non peruenit, nisi qd secū uiui fecerunt. Si autem uiui non secum fecerunt, ad mortuos nihil ꝑuenit. Sed quid faciunt illi? Solum inuocabunt nomina eoꝝ in terris ipsorum. Et homo cum in honore esset non intellexit, cōparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis.) Qūo insultatū est hominibus q non intellexerunt qd facerent de diuitijs cū uiuerent, & putarunt se beatos futuros, si haberēt memoriam marmoratam, quasi æternam K domum, & si sui qbus reliquissent substantiam suā inuocarent nomina eoꝝ in terris ipsoꝝ. Deberent autem contra ꝑparare sibi domum æternā in bonis, operibus ꝑparare sibi uitam immortalem, mittere ante se sumptus, seq; opera sua, attendere comitem egentem, dare ei cū quo ambulabant, non cōtemnere xpm ante ianuam ulcerosum, q dixit, Cū Ibid. uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quia er- Matt. 25. go non intellexit hō in honore positus. Quid est, in honore positus? Factus ad imaginem & similitu- Gene. 1. dinē dei, homo prælatus iumentis. Nō. n. fecit deus sic hominem, quo fecit iumentū: sed fecit deus hominem cui seruirent iumenta. Nunquid eius uiribus & non intellectu? Ille autem non intellexit. Et qui factus erat ad imaginem dei, comparatus est iumentis insensatis, & similis factus est illis. Vnde alibi dicit, Nolite esse sicut equus & mulus qbus non Psal. 31. est intellectus. Hæc uia eoꝝ scādalum ipsis.) Ipsis est scandalum non tibi. Qñ autem erit & tibi? Si putes q beati sint tales si intelligas quia nō sunt beati, ipsis erit scandalum uia ipsoꝝ, non Christo, non corpori eius, non membris eius. Et postea in ore L suo benedicent.) Quid est, postea in ore suo benedicent? Cū facti fuerint tales ut non qrant nisi bona temporalia, fiunt hypocritæ, & qñ benedicunt deū, labijs benedicunt non corde. Tales facti xpiani, qñ illis laudatur uita æterna, & dicitur illis, contemptores diuitiarū esse debere in nomine xpi, torquentur in corde suo, Et si non audent in facie ne erubescant aut ne corripiant ab hominibus, in corde id faciunt, contemnut, & remanet eis in ore benedictio, & in corde maledictio. Et postea in ore suo benedicent. Longū est ut Psalmum finiamus, sufficiat charitati uestræ quod audistis interim hodie, cras quod domino placuerit audietis.

Concio secunda de secunda parte Psalmi.

HEsterno die cœpto Psalmo terminus debebatur, sicut meminit charitas uestra Peruenerámus autem usq; ad illum uersum, ubi designat spiritus dei homines non attendentes nisi ad præsentia secularia & terrena. Et in posterum post hanc uitā nihil cogitantes, neq; ullam fœlicitatem esse arbitrantes, nisi diuitias & honores huius M seculi, & trāsitoriam uirtutem † & fœlicitatem: post †al. uitā. obitum autem suum non attendentes, nisi quemadmodum eis procurentur funera pomposa, & sepeliantur in monumētis opere mirabili extructis, & inuocent nomina eorum in terris, ipsorum a domibus eorum: non autem sibi coparant ubi spiritus sit post hanc uitam, stulti non contremiscentes uocem Christi dicentis, Stulte, hac nocte auferetur anima tua a te, & q præparasti cuius erunt? Nec Luc. 12. attendētes post epulas quotidianas splendidas, & purpuram & byssum, diuitem damnatū ad tormē- Luc. 16. ta in infernum, & post labores & miseria & famem pauperem requiescentem in sinu Abrahæ. Ista non curantes, sed attendentes ad id quod pręsens est, & post hāc mortem non ꝓuidentes nisi quemadmodum nomen eorum qd reprobatur in cœlo, inuocetur in terra: Describens ergo tales spiritussanctus ait, Hæc uia ipsoꝝ scandalū ipsis, & postea in ore suo benedicent.) Sicut dicit dñs lesus Christus de quibusdam, q primo accedunt ad fidē mandatum uerbo dei & exorcismus in nomine Christi, ut accipiāt

A gratiam dei, ut baptizentur: & postea redeuntes ad
peiora mala q̃ antea commiserāt, fiant illis, inquit,
2. Petr. 2. posteriora deteriora prioribus. Hoc Petrus Aposto
Luc. 11. lus. Dn̄s autem, Et erit posteriora, inquit, illius ho-
minis peiora q̃ erant priora. Quare? Quia primo uel
apertus paganus erat, postea palliatus nomine xp̄ia-
no, sub uelamine religionis occultus malus est, &
fit deterior, q̄a occultus est: sicut ait, Et postea i ore
suo benedicentiud est, nomē dei & nomen xp̄i au-
dis in labijs, in corde nō inuenis. De q̄bus dictum
Matt. 15. est, Populus iste labijs me honorat, cor aūt eorū lō
ge est a me. Hucusq; ergo Psalmus tractatus erat. De
inde sic incipiunt uersus, hodie discutiendi atq; tra
ctandi: Sicut oues in inferno positæ, mors pastor
est eis.) Quibus? Illis quorū uia scandalū ipsis. Qui-
bus? Illis qui p̄sentia sola attendunt, dū futura non
cogitant: illis q̄ uitam non putant nisi istā, q̃ mors
dicenda est. Non igitur immerito tanquam oues in
inferno, mortem h̄nt pastorem. Quid est mortē ha
3. sen. di. bent pastorē? Mors. n. aliqua res est, aut aliqua po-
21. c. Post testas est. Mors nempe separatio est animæ à corpo
p̄dicta. re. Mors equidem quā timēt hoīes, separatio est aīę
B à corpore. Mors autē uere, quam nō timent hoīes,
Ad frēs separatio est aīæ a deo. Et plerunq; cum timent ho
in eremo mines istam q̃ separat animam à corpore, incidunt
sermo. 72. in illā ubi anima separat̄ a deo: hæc est ergo mors.
Q̄uo autē mors pastor est illis? Si uita Christus est,
mors diabolus. Habemus autē multis locis in scri-
ptura, quia uita est xp̄s, mors autem diabolus est:
non q̄a ipse mors est, sed quia per illum mors. Siue
Gene. 3. enim illa in qua lapsus est Adā, ipsius persuasione
homini ꝓpinata est: siue ista in qua separatur aīa à
corpore, ipsum habent authorem q̄ primo per sup-
biam cadens inuidit stanti, & morte inuisibili dere
cit stātem, ut ēt morte inuisibili perderet. Ad eum
pertinentes pastorem mortē habent. Nos autem q̄
de futura immortalitate cogitamus, & nō sine cau
sa in fronte signum crucis xp̄i portamus, nō habe-
mus pastorē nisi uitam. Infidelium pastor mors, fi-
delium pastor uita. Si ergo in inferno sunt oues qui
bus pastor mors est, in cœlo sunt oues q̄bus pastor
uita est. Quid igit̄? Iam in cœlo sumus? In cœlo secū
dum fidē. Si ergo in cœlo, ubi sursum cor? Si nō in
C cœlo, ubi est q̄d Ap̄ls Paulus dicit, Nostra. n. cōuer-
Philip. 3. satio in cœlis est? Corpore ambulamus i terra, cor-
de habitamus in cœlo. Habitamus ibi, si illuc ali-
quid mittimus, q̄d ibi nos teneat. Nemo. n inhabi-
tat corde, nisi unde cogitat, Inde autē cogitat, ubi
Math. 6. thesaurizat. Thesaurizauit i terra, corde ipsius à ter
ra non recedit, thesaurizauit in cœlo, cor ipsius de
Ibid. cœlo non descendit: dn̄o apte dicente, Vbi est the-
saurus tuus, illic & cor tuū erit. Isti ergo q̄bus mors
pastor est, uidentur florere ad t̄ps, & iusti laborare.
Sed quare? Quia nox est adhuc. Quid est, nox est?
Non apparēt merita iustorū, & quasi nominatur fœ
licitas impiorū. Tādiu uidet̄ herba lætior q̃ arbor,
quādiu hyems est. Herba. n per hyemem uiget, ar-
bor per hyemem quasi arida est: cum sol exierit fer
uentior tempore ęstatis, arbor q̃ per hyemem arida
uidebatur, expletur folijs, profert fructus, herba au
tem arescit. Videbis honorem arboris, herba arida
est. Sic & modo iusti laborant, antequā ueniat æ-
stas. Est uita in radice, nondū apparet in ramis. Ra
dix aūt nostra charitas est. Et q̄d ait Apostolus? ut
sursum debeamus habere radicē, ut uita sit pastor

noster: q̄a habitatio nostra non debet recedere de D
cœlo, q̄a in hac terra debemus sicut mortui ambu
lare, ut supra uiuentes, infra mortui simus, nō ut su
pra mortui, infra uiuamus. Quid ergo nō debet re-
cedere uita n̄ra & cor nostrum de supernis, quid ait
Apostolus? Mortui. n. estis. Et ne timeres uita uestra Col. 3.
abscondita est, ait, cum xp̄o in deo. Ecce ubi est ra
dix nostra. Qn̄ autem apparebit honor noster tan-
quam in folijs & fructibus, sequitur & dicit, Cum
xp̄s apparuerit uita uestra, tunc & uos cum illo ap-
parebitis in gloria, & erit mane. Nam modo nō est
mane. Tumeant modo superbi & diuites huius se-
culi, impij bonis insultent, infideles fidelibus, & di
cāt, Quid uobis ꝓdest quia credidistis? Quid plus
habetis, quia xp̄m habetis? Respondeant fideles, si
uere fideles sunt, Nox est, nōdum uidetur quod te-
nemus. Non q̄escant manus in bonis operibus. Vn
de alibi dicitur, In die tribulationis meę deū exqui Psal. 76
siui manibus meis, nocte corā eo, & non sum dece
ptus. Apparebit labor noster mane, & erit fructus
mane, ut illi q̄ modo laborant, postea dominent̄, &
illi q̄ modo se iactant & superbiūt, postea subiiciā-
tur. Quid. n. sequitur? Sicut oues in inferno positę, E
mors pastor est eis. Et dominabuntur eis recti ma
ne.) Puto iam planū esse istum uersum, quem præ-
locuti sumus, Dominabuntur eis recti mane. Tole
ra noctē, desydera mane, ne putes quia nox habet
uitā, & mane non habet uitā. Ergo q̄ dormit uiuit,
& q̄ surgit non uiuit? Nonne q̄ dormit, morti simi-
lior est? Et qui sunt q̄ dormiunt? Quos excitat Apo
stolus Paulus, si tā uelint euigilare. Quibusdam n.
dicit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illu- Ephe. 5.
minabit te Christus. Qui ergo illuminantur a xp̄o,
iam uigilant, sed nondum apparet fructus uigilia-
rum. Mane apparebit, id est, cum seculi huius incer
ta transierint. Ipsa est. n nox: nunc tibi uident̄ qua
si tenebræ. Facit male, uiuit, floret, terret, honorat̄.
Facit bene, reprehēditur, blasphematur accusatur,
laborat, terretur, Quasi tenebræ sunt. In radice au-
tem, uigor, fructus, opulentia, Vita nondū est in ra
mis, sed radix non aruit, Similis arescenti est, Sed tē
pus uenit, uestitur honore suo, fœcundatur fructi-
bus suis. Tunc illi de q̄bus scriptū est, ut nō eos ze-
lemus. Quid. n. de illis ait Psalmus? Q̄m sicut fœnū F
cito arescent, & sicut olera prati cito cadent. Cadēt Psal. 36.
cum uidebunt ad dexteram sanctos, quibus labo-
rantibus insultauerunt, & dicent intra se pœniten- Sapi. 5.
tiam agentes, sed p̄nia sera & infructuosa. Qui no-
luerunt modo agere fructuosam, agent tunc infru
ctuosam. Quid ergo dicent iā in pœnitentia infru-
ctuosa? Hi sunt quos aliq̄n in derisum habuimus,
& in similitudinem improperij. Verba dico libri de sa
pientia. Cognoscunt qui ea solent audire, Verba. n.
sunt malorum futura q̄n uidebunt iudicem, etiam
omnes fideles ad dexterā eius, & oēs sanctos eius
cum illo iudicantes. Hoc habēt illic ere, Verba ipso-
rum dicit scriptura, Hi sunt quos aliq̄n habuimus Matt. 25.
in risum, & in similitudinem improperij, Nos insen
sati, uitam illorum æstimabamus insaniam. Cum
enim cœperit deo quisq; uiuere, mundum contem-
nere, iniurias suas nolle ulcisci, nolle hic diuitias,
nō hic q̄rere fœlicitatē terrenā, contēnere omnia,
dn̄m solum cogitare, uiā Christi non deserere, non
solū à paganis dicitur insanus: sed quod magis do-
lendum est, quia & intus multi dormiunt, & uigila

G re nolunt, à suis, à Christianis audiunt, Quid pate-
ris? Frés mei, homini uiuenti scdm uiam xpi, qui di
cit, Quid pateris? putamus quid dicit. Horremus Iu
Ioan.7. dæos quia dixerunt dño Iesu Christo, Dęmonium
habes: & qñ audimus euangeliú recitari, tundimus
pectora nostra. Sceleratam rem dixerũt Iudæi xpo,
dæmoniũ habes. Age tu Christiane qñ uideris de
corde hominis expulsum diabolum, & inhabitare
Christum, & dicis, quid pateris? dęmonium tibi ui
Ioan.10. detur habere? Dictum est & de ipso dño ꝙ insani-
Ibid. ret, qñ loquebatur uerba quæ illi non caperent. Di
ctum est, insanit, dęmonium habet, & tñ aliqui eui
gilabant à somno, & dicebant, Non sunt ista uerba
dæmonium habentis, Sic & modo fratres. Quãdiu
ista uerba audiunt & gentes, & qui inhabitant or-
bem, & terrigenæ, & filij hominum, & diues & pau-
per, id est, & qui pertinent ad Adã, & qui pertinent
ad xp̄m: alij dicunt, dæmonium habet: alij dicunt,
nó sunt ista uerba dæmoniũ habentis. alij.n. tenẽt
uiam seculi, & ista ad tp̄s audiunt: alij non frustra
audiunt, sed faciunt qđ dictum est, Auribus percipi
te qui habitatis orbem. Et cũ agunt ista certus est
H fructus. Sed qui male agunt, & uiam seculi eligunt,
mors pastor est eis. Qui aũt eligunt nomen dei, ui-
ta pastor est eis. Veniet ipsa uita iudicatura, & dãna
Matt.25. tura cum pastore suo eos qbus dicetur, Ite in ignẽ
æternum q p̄paratus est diabolo & angelis eius: Illi
autẽ qbus insultatum est, & q irrisi sunt quia crede
bant, audient ab ipsa uita quã habent pastoré, Ve-
nite benedicti patris mei, percipite regnũ qđ uobis
paratũ est ab origine mundi. Dominabuntur ergo
eis recti, non modo, sed mane, Nemo dicat, quare
†al' xp̄ia sum Christianus, impero nemini, imperẽ iniquis?†
nus, imp- Quisqs es noli festinare, & dñaberis, sed mane. Et
periũ ini auxiliũ eoꝝ ueterascet in inferno & à gloria eoꝝ.)
quis? Modo habent gloriã, in inferno ueterascent. Quid
est auxilium eoꝝ? Auxilium de pecunia, auxilium
de amicis, auxiliũ de uirtute sua. Sed cum mortuus
Psal.145 fuerit homo, in illa die p̄ient oẽs cogitationes eius.
Quantũ uisus est gloriã habere inter hoies cum ui-
ueret, tantã uetustatem & corruptionem supplicio
rum habebit cũ mortuus fuerit apud inferos. Ve-
runtamen deus redimet aiam meã.) Videte uocem
I sperantis de futuro, Veruntamen deus redimet ani
mam meã. Forte uox est adhuc uolentis liberari de
pressura. Nescio qs i carcere est, dicit, deus redimet
animam meã: nescio quis in catena, deus redimet
animam meam: nescio qs periculum patiť in mari,
iactatur fluctibus & sæuientibus tẽpestatibus, qd
dicit? Deus redimet aiam meam. Liberari uolũt ad
istam uitam. Non est autẽ ista uox huius. Audi qd
sequitur, Deus redimet aiam meam. De manu in-
ferni cum acceperit me.) Hãc redemptionem dicit,
Ephe.5. quam xp̄s iam in se ostendit. Descendit.n. ad infe-
ros, ascendit in coelum. Quod uidemus in capite,
inueniemus in corpore. Quid.n. credimus in capi-
te? Qm̄ qui uiderunt, ipsi nobis annunciauerũt, &
per ipsos uidemus, quia unum corpus oẽs sumus.
Sed meliores illi qui uiderunt, nos deteriores qbus
annunciatum est? Nó hoc dicit ipsa uita nostra, ip-
se pastor nr̄. Insultat.n. cuidam discipulo suo dubi
tanti, & cicatrices palpare cupienti. Et cum palpas-
Ioan.20. set cicatrices, exclamauit dicens, Dñs meus & deus
meus. Videns ergo dubitantẽ discipulum, & intuẽs
totum orbẽ terrarũ crediturum, quia uidisti, inqt,
credidisti, beati q non uident & credunt. Verunta- K
tamen deus redimet animam meã de manu inferi
cum acceperit me. Hic ergo qd? Labor, pressura, tri-
bulatio, tentatio, Nihil aliud speres. Vbi gaudiũ? In
spe futura. Nã dicit Apostolus, Semper gaudẽtes. In
tantis tribulationibus, semp gaudentes, semper tri
stes. Semp gaudẽtes, qa ipse dixit, Quasi tristes, sem 2.Cor. 6.
per autẽ gaudentes. Tristitia nr̄a habet quasi, gau-
dium nostrum nó habet quasi, qa in spe certa est.
Quare tristitia nr̄a quasi habet? Quia sicut somnus
transit, & dñabuntur recti mane. Nouit.n charitas
uestra, qa qui somniũ idicat, addit quasi, Quasi di-
cebam, quasi loquebar, quasi prãdebã. quasi equi-
tabã, quasi disputabam. Totum quasi, qa cum eui-
gilauerit, nó inuenit qđ uidebat. Quasi thesaurum
inueneram, dicit mendicus. Si quasi nó esset, mendi-
cus non esset: sed qa quasi erat, mendicus est. Itaq̃
modo q ad lætitias seculares oculos apiunt & cor
claudũt, trãsit quasi eoꝝ, & uenit uerũ ipsoꝝ. Qua-
si ipsoꝝ fœlicitas est seculi, uerum ipsoꝝ pœna est.
Nostrũ autẽ quasi tristitia est, gaudiũ non est qua
si. Non.n. ait Apostolus, Quasi gaudentes, semp au 2.Cor. 6.
tem tristes: aut, quasi tristes, & quasi gaudẽtes: sed L
ait, quasi tristes, semp autẽ gaudentes. Sicut egeni,
& ibi sicut pro quasi posuit. Multos autẽ ditantes:
& cũ hoc diceret, nihil habebat Ap̄ls. Omnia sua
dimiserat, diuitias nullas possidebat Et qd secutus
ait? Quasi nihil hñtes: & ipsum nihil habere quasi
Apostoli erat. Et oia possidentes: ibi non dixit qua
si. Quasi egebat, non autem quasi, sed uere multos
ditabat. Quasi nihil habebat, nó aũt quasi, sed oia
possidebat. Vnde uere oia possidebat? Quia oium
creatori adhærebat. Veruntamen, inquit, deus redi
met aiam meam de manu inferi cum acceperit me.
Quid igitur? Quid hic uoluit florere? Tu uisurus es
hoiem florentem malum, & forte titubabũt pedes
tui, & dicturus es in aia tua, Deus ego noui facta hu
ius hominis, q̃ scelera fecit iste homo, & ecce floret,
terret, dñatur, extollitur caput illi non dolet, nihil
in domo eius diminutũ est: & timebis, quia credi-
disti, & forte dicet cor tuum, me miserum puto, si-
ne causa credidi, deus nó respicit res humanas. Ex-
citat ergo nos deus. Et qd dicit? Ne timueris cũ di
ues factus fuerit homo.) Quare.n. timebas, quia di M
ues factus est homo? Timebas ne sine causa crede-
res, ne forte p̄didisses laborem fidei tuę, & spem cõ
uersionis tuæ: qa forte incurrit tibi lucrum cũ frau
de, & potuisti facere ipsum lucrum cum fraude, di-
ues esse & non laborare, & attẽdens quid minatus
est deus, tẽperasti à fraude & contempsisti lucrum.
Vides alium fecisse lucrũ de fraude, & nihil mali pa
ti, & times esse bonus. Ne timueris ait tibi spiritus
dei, cũ diues factus fuerit homo Oculos nó uis ha
bere nisi in p̄sentia? Futura ꝓmisit q resurrexit, pa-
cem in hac terra & requiem nó ꝓmisit. Omnis ho-
mo requiem q̃rit, bonam rem q̃rit, sed non in regio
ne sua illam q̃rit. Non est pax in hac uita, in cœlo
nobis ꝓmissum est quod in terra quęrimus. In futu
ro seculo promissum est, quod in isto seculo quęri
mus. Ne timueris cũ diues factus fuerit homo. Et
cum multiplicata fuerit gloria domus eius.) Qua-
re ne timueris? Qm̄ nó cũ morieť accipiet hæc o-
mnia.) Vides uiuentẽ, cogita morientem. Quid hic
habeat attẽdis, qd tecum tollat attende. Quid secũ
tollit? Multũ auri habet, multũ argenti habet, mul-

A tum prædiorum, mancipiorum: moritur, remanēt illa, nescio qbus. Etsi.n. dimittit quibus uult, non seruat qbus uult. Multi.n. & non sibi dimissa acquisierunt, & multi sibi dimissa pdiderunt. Remanent enim illa omnia, & tulit secum. Quid? Forte dicit aliquis, illud secum tollit unde inuoluitur, & quod illi erogatur ad preciosum & marmoratum sepulchrum, ad instruendā memoriā, hoc secum tollit. Ego nec hoc dico. Exhibent.n. ista nō sentienti. Si dormientē & non uigilātem ornas, in lecto secum illa habet. Forte ornamenta insunt in corpore iacētis, & forte ille in somnis in pannis se uidet. Quod sentit ei plus est, q̄ quod non sentit. Quanquam & illud cū euigilauerit non erit: tñ dormienti magis illud erat qd in somnis uidebat, q̄ illud quod non sentiebat. Quid ergo fratres dicant sibi homines? Erogent ad mortē meam, quare dimitto hæredes meos diuites? Multa habebunt de meo, habeam & ego aliquid de meo in corpore meo. Quid habebit corpus mortuum? Quid habebit caro putrescens? Quid habebit caro nō sentiens? Si aliqd habuit diues ille cuius lingua sicca erat, tūc habet homo aliquid de suo. Fratres, nunqd sic legimus in Euange-
B
Luc.16. lio, qa diues ille cū holosericis & byssinis tegumētis apparebat in igne? Nunqd qualis erat in epulis ad mēsam, talis erat & apud inferos, cū sitiret, & stillam desyderaret? Non ibi erant illa omnia. Non ergo secū accipit homo oia, nec qd tollit sepultura, tollit secū mortu⁹. Vbi.n. sensus, ibi homo: ubi nullus sensus, non est homo. Iacet uas qd continebat hoiem, domus q̄ habebat hominem. Corpus dicamus domum, spiritū dicamus habitatore domus. Spiritus torquetur apud inferos, quid illi ꝓdest, qa corpus iacet in cinnamis & aromatibus cōditum, inuolutum preciosis linteis? Tanquam si dñs domus mittatur in exiliū, & tu ornes parietes ipsius. Ille in exilio eget & fame deficit, uix sibi unam cellam inuenit ubi somnū capiat, & tu dicis fœlix est, Nam ornata est domus illius. Quis te non aut iocari, aut insanire arbitref? Ornas corpus, torquef spiritus. Da aliqd spiritui, & dedisti aliqd mortuo. Sed quid illi dabis, qñ unam guttā desyderauit & non accepit? Hic n contēpsit mittere ante se aliqd. Qua
C re contempsit? Quia hæc uia eos, scandalum est illis. Non putauit uita nisi pſentem, non cogitauit nisi quemadmodū preciosis uestibus obuolutus sepeliretur. Ablata est ab illo anima eius, sicut dñs di-
Luc.12. cit, Stulte, hac nocte auferetur aīa tua, & q̄ præparasti cuius erunt? Et impletū est in illo quod iste Psalmi dicit, Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, qñ nō cum morietur accipiet hęc oia. Neq̄ simul descendet cum eo gloria domus eius. Qm anima eius in uita ipsius benedicetur. Intendat charitas uestra, qm aia eius in uita ipsius benedicef. Quandiu uixit, bene sibi fecit. Hoc dicūt oēs, sed falso dicunt. Benedictio est ab animo benedicentis, nō ab ipsa uanitate. Quid.n. dicis tu, quia manducauit & bibit, quia fecit quod uoluit, qm splendide epulatus est, ideo secum fecit bene? Ego dico, fecit secum male: non ego dico, sed Christus, fecit secum male.
Luc.16. Etenim diues ille qñ quotidie epulabatur splendide, bene secum facere putabatur: cum autē cœpit ardere apud inferos, tunc inuētum est male, quod putabatur bene. Quod.n. manducauerat apud superos, hoc digerebat apud inferos. Iniquitatē dico
D fratres, quā epulabatur. Manducabat preciosas epulas ore carnis, ore cordis māducabat iniquitatem. Quod apud superos ore cordis manducabat, hoc apud inferos in illis supplicijs digerebat. Et quidē temporaliter manducauerat, in æternū male digerebat. Manducatur ergo iniqtas. Forte aliquis dicit, Quid est quod loquitur, manducatur iniqtas? Non ego dico, audi scripturam, Sicut uua acerba denti- Prou.10.
bus uexatio est, & fumus oculis, sic iniquitas utētibus ea. Qui manducauerit.n. iniquitatē, id est, qui libenter habuerit iniquitatē, non poterit māducare iustitiā. Panis.n. iustitia est. Quis est panis? Ego Ioan.6.
sum panis uiuus, q de cœlo descendi. Ipse est panis cordis nostri. Qūo q manducat ore corporis uuas Hiere.31.
acerbas, obrigescunt & obstupescunt dentes eius, & minus idoneus fit ad manducandū panē, & remanet illi laudare, qd uidet, & manducare non possit: sic & qui iniquitate usus est, & pastus peccatis in corde, incipit nō posse māducare panē, laudat uerbum dei, & non facit. Vnde nō facit? Quia cū cœperit facere laborat, qūo sentim⁹ laborare dentes post uuas acerbas, cū cœperimus panē manducare. Sed
E
qd faciunt illi qbus obstupuerunt dentes? Temperant se aliquantulū ab uuis acerbis, & redeunt dētes ad stabilitatē suā, & incumbunt pani, Sic & nos laudemus iustitiā. Sed si nos uolumus manducare iustitiā, tēperemus nos ab iniqtatibus, & nascif in corde non solū delectatio laudandi iustitiā, sed ēt facilitas manducandi. Nā si dicit Christianus, deus nouit, qa delectat me, sed nō possum facere: quassatos dentes habet, diu māducauit iniquitatē. Ergo & iustitia manducatur? Si nō manducaref, nō diceret dñs, Beati q esuriunt & sitiunt iustitiā. Ergo qm Matth.5.
anima illius in uita ipsius benedicef, in morte torquebitur. Cōfitebitur tibi cū bene feceris ei.) Attendite & pascimini, hæreat in cordib⁹ uestris, māducate & uidete tales, & nolite esse tales. Cauete & talia uerba, Confitebif tibi cū bene feceris ei. Quā multi sunt Christiani frēs, q tunc deo grās agūt, qñ illis accidit lucrū: hoc est, cōfitebitur tibi cū bene feceris ei, laudabit te & dicet, Vere quia tu es deus meus, Liberauit me de carcere, & cōfitebor illi. Venit illi lucrū, cōfitef: uenit hæreditas, confitef: patitur damnum, blasphemat. Qualis filius es, qa qñ te F
pater emendat, tunc tibi displicet? Non emēdaret, nisi displiceres. Aut si sic displiceres ut odisset, non ille te emendaret. Grās age ergo emēdatori, ut accipias hæreditatē à deo q te emendat. Erudiris.n. cū emendaris, sed multū emēdat, qa magnū est qd habes accipe. Nā si appendas qd emēdaris cum eo qd accepturus es, inuenies qa nihil est qd emendaris. Apls Paulus hoc dicit, Etenim qd ad pſens est tēpo 2.Cor.4.
rale leue tribulationis nr̄æ, iuxta incredibilem modum æternū glię pondus opatur in nobis. Sed qñ? Non respicientibus, inqt, q̄ uidentur, sed quæ nō uidentur: non q̄ temporalia, sed quæ æterna. Quę.n. uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna. Et iterū, Non sunt condignæ passiones Rom.8.
huius tēporis, ad futurā gloriā q̄ reuelabitur in nobis. Quid ergo? Quod pateris sic semp pateris? Cōcedo, Ex quo natus es per oēs ætates tuas, usq̄ ad senectam tuam, quousq̄ morieris, puta quia hoc pateris quod est passus Iob. Quod ille passus est aliquot diebus, si aliqs patiaf ab ipsa infantia? Quod

G pateris, transit, finitur: quod accepturus es, finē nō
habebit. Nolo iam æques pœnā cum præmio tem
porali: æqua æternitati si potes. Confitebitur tibi
cū bene feceris ei. Nolite esse tales, fratres, uidete qa
propterea dicimus hæc, propterea cantamus, ppea
tractatur, ppea sudatur. Nolite facere ista, negocia
uestra uos probant. Aliqñ in negocio uestro audi-
tis uerum & blasphematis, Ecclesiam blasphema-
tis. Quare? Quia Christiani estis. Si sic est, duco me
in parte Donati, Pagan⁹ uolo esse. Quare? Quia mo
mordisti panē & dolent dentes. Qñ uidebas ipsum
panē, laudabas: cœpisti manducare, & dolent den
tes. id est, qñ audiebas sermonem dei collaudabas,
cum tibi dr, fac hoc, blasphemas. Noli sic uelle, hoc
dic, bonus est panis, sed ego nō possum illū mādu-
care. Nunc aūt si oculis uides laudas, cum cœperis
dentes premere, dicis, malus est panis iste. Et qualis
est [illegible] fecit. Ita fit ut confitearis deū, qñ ti-
Psal. 33. bi bene fecit deus, & mētiaris qñ cantas, Benedicā
dño in omni tpe, semper laus eius in ore meo. Exigi
tur de corde tuo cantatio labiorū tuorū, cantasti in
H Ecclesia, Benedicam dñm in omni tempore. Quō
in omni tempore? Si omni tempore lucrum, omni
tempore benedicetur. Si aliqñ est damnum, nō be-
nedicitur, sed blasphematur. Certe quia non bene-
dicis in omni tempore, certe quia non semper laus
eius in ore tuo est, eris talis qualē modo descripsit,
Confitebitur tibi cū bene feceris ei. Introibit usq;
in pgenies patrum suorum.)Id est, imitabitur pa-
tres suos: qa iniqui quō sunt, non habēt fratres uel
patres? Antiqui iniqui, patres sunt pñtium. Et mo
do qui iniqui sunt, patres sunt posteriorū iniquorū:
quō patres iustorum antiqui iusti patres sunt iusto
rum, quō & qui modo sunt, patres sunt eorum q fu
turi erunt. Ostendere uoluit spiritussanctus, qa nō
est mala æquitas, qñ ad illā murmuratur, sed hi ab
origine usq; ad progeniem patrum suorum, patrem
Gene. 4. suum habent. Duos genuit Adam, & in uno iniqui
tas, in uno iustitia. Iniqtas in Cain, iustitia in Abel.
Præualuisse uidet iniquitas super iustitiā, qa occi-
al. in no dit Cain iniustus Abel iustum & innocentē†. Nun
cte. qd mane? Sed dominabūtur eis recti mane. Veniet
I mane, & uidebis ubi sit Abel, & ubi Cain. Sic oēs q
scdm Cain, & sic oēs qui secundum Abel usq; in fi-
nem seculi. Introibit usq; in progenies patrum suo-
rum. Vsq; in æternum non uidebit lumen.)Quia
& hic cum esset in tenebris, erat gaudens falsis bo-
nis, & nō amans bona uera, & ideo hinc ad tartarū
ibit, A tenebris somniorū excipiēt eum tenebræ tor
mentorū. Ergo usq; in æternum non uidebit lumē.
Sed quare hoc, quod posuit in medio Psalmo, hoc
& in fine? Homo cū in honore esset nō intellexit,
comparatus est iumētis insensatis, & similis factus
est illis.)Vos aūt fratres consyderate uos homines
Gene. 1. factos ad imaginem & similitudinem dei. Imago dei
intus est, nō est in corpore, non est in auribus istis
quas uidetis, & oculis, & naribus, & palato, & mani
bus, & pedibus: sed est facta tñ ubi est intellectus,
ubi est mens, ubi ratio inuestigandæ ueritatis. Vbi
est fides, ubi est spes uestra, ubi charitas uestra: ibi
hēt deus imagine suā, uel ibi intelligitis & uidetis,
Psal. 38. qa ista trāseunt, qa sic dixit in alio Psalmo, Quanq̃
in imagine ambulet hō, tñ uane conturbat, thesau
rizat & nescit cui cōgregabit ea. Non turbemini qa
qualiacunq; sunt ista, transitoria sunt, si hoies estis
in honore positi, intelligitis. Nam si homines estis K
in honore positi & non intelligitis, comparamini
iumentis insensatis, & similes efficimini illis.

In Psalmum quadragesimumnonum Enarratio.

Q Vantū nobis ualeat sermo dei ad correctio
nem uitæ nr̄æ, & ad speranda pręmia eius,
pœnasq; metuendas, unusquisq; in se metia
tur, & conscientiam suā ante oculos eius sine dolo po-
nat, nec sibi blandiatur in tāto periculo, qm̄ & ipse
dn̄s deus noster, uidetis quia nulli blanditur. Et si
consolatur nos pmittendo bona sua, & confirmā-
do spem nr̄am, male uiuentibus tñ & contemnen-
tibus uerbū suū, oino nō parcit. Interroget se unus
quisq; cū tps est, & uideat ubi sit, & aut perseueret
in bono, aut mutetur a malo. Sicut.n. dicit in hoc
Psalmo, Non quicunq; homo, aut quicunq; angel⁹,
sed Deus deorū dn̄s, locutus est. Loquendo autē
quid egit? Vocauit terram. A solis ortu usq; ad oc-
casum.)Qui uocauit terrā a solis ortu usq; ad occa-
sum, dn̄s noster & saluator est Iesus Christus, Ver- Ioan. 1.
bum caro factū est ut inhabitaret in nobis. Dn̄s er
go noster Iesus xp̄s deus deorū est, quia per ipsum fa L
cta sunt omnia, & sine ipso factū est nihil. Verbum
dei, si deus est, utiq; deus deorū est. Vtrum autem sit
deus, Euāgeliū respondet, In principio erat uerbū,
& uerbum erat apud deum, & deus erat uerbū. Et
si oia per ipsum facta sunt, sicut cōsequenter dicit,
& dij si q facti sunt, p ipsum facti sunt. Vnus.n. deus
non factus, & uerus deus ipse solus. Ipse autē solus
deus, pater & filius & spūs sanctus, un⁹ deus. Dij er-
go quorū deus uerus est, q sunt, aut ubi sunt? Dicit
alius Psalmus, Deus stetit in synagoga deorū, in me Psal. 81
dio autē deos discernit. Adhuc nescimus, ne forte
dij aliq in cœlo cōgregati sint, & in eorū congrega-
tione, hoc est.n. in synagoga, stetit deus discernere
illos. Videte in eodē Psalmo qbus dicat, Ego dixi Ibid.
dij estis, & filij excelsi oēs. Vos aūt ut hoies morie-
mini, & sicut unus ex principibus cadetis. Manife-
stum est ergo, qa hoies dixit deos, ex grā sua deifica
tos, nō de substantia sua natos. Ille.n. iustificat, qui Rom. 4.
per semetipsum nō ex alio iustus est, & ille deificat
q per seipsum non alterius participatione deus est.
Qui aūt iustificat, ipse deificat, quia iustificando fi M
lios dei facit. Dedit.n. eis potestatē filios dei fieri. Si Ioan. 1.
filij dei facti sumus, & dij facti sumus, sed hoc grā
est adoptantis, nō naturæ generantis. Vnicus.n. dei
filius deus, & cū patre unus deus, dn̄s & saluator nr̄
Iesus xp̄s, in principio uerbū, & uerbum apud deū,
uerbū deus. Cæteri q fiunt dij, grā ipsius fiunt, nō
de substātia eius nascunt ut hoc sint quod ille, sed
ut per beneficium [illegible] ad eum, & sint cohęre
des xp̄i. Tanta.n. charitas est in illo hærede, ut uo-
luerint habere cohęredes. Quis.n. auarus homo ue
lit habere cohæredes? Sed & q inuenitur uelle diui
det cū eis hæreditatē, minus habēs ipse diuidēs q̃
si solus possideret. Hæreditas autē in qua cohære-
des xp̄i sum⁹, nō minuit copia possessorum, nec fit
angustior numerositate cohęredū, sed tāta est mul
tis, quāta paucis, tāta singulis, quāta oibus. Videte,
inqt Apl̄s, qualē dilectionem nobis dedit deus, ut 1. Ioan. 3.
filij dei uocemur & simus. Et in alio loco, Dilectissi Ibid.
mi, filij dei sumus, & nondū apparuit q[illegible]. Ergo
sumus in spe, nondū in re. Scimus [illegible]
cum apparuerit, similes ei erimus, qm̄ uidebimus
eum sicuti est. Vnicus similis nascendo, nos simi-

A les uiuendo. Non.n. ita similes, ut ille qui hoc est,
qd ille [illegible] genitus est. Nos.n. similes non æqua-
les. Ille [illegible] qualis, nos similis. Audiamus q sunt
dij facti [illegible], quia filij dei sunt: & dij qui non
sunt dij quibus ille deus deorum terribilis est. Di-
Psal. 95. cit.n. alius Psalmus, Terribilis est sup oẽs deos. Et
quasi quæreres, quos deos, qm̄ omnes dij gentium
dæmonia. Dijs gentium, dæmonijs terribilis: dijs á
se factis, filijs amabilis. Proinde cõfitentes maiesta
tem dei utrosq; inuenio, & dæmonia confessa sunt
Christum, & fideles confessi sunt Christum. Tu es
Matt. 16. Christus filius dei uiui, dixit Petrus. Scimus qui sis,
Marc. 5. tu es filius dei, dixerunt dæmones. Parẽ audio con
fessionem, sed non parem inuenio dilectioné: illio
uero hic dilectioné, ibi timoré. Quibus ergo ama-
bilis. filij sunt: qbus terribilis, filij nõ sunt. Quibus
amabilis, deos illos fecit: quibus terribilis, non esse
deos cõuincit. Hi.n. dij fiunt, illi dij putantur. Hos
deos facit ueritas, illos error existimat. Deus ergo
Heb 1. deoꝝ dñs locutus est. Locut⁹ est multis modis. Per
angelos ipse locutus est, per Prophetas ipse locutus
est, p os ꝓprium locutus est ipse, per Aplos suos ipse
B locutus est, per fideles suos ipse loquitur, per humi
litatem nostram, cum aliquid uerum dicimus, ipse
loqtur. Videte itaq; loquendo multipliciter, multis
modis, per multa uasa, per multa organa, ipse tñ so
nat ubiq; tangendo, modificando, inspirãdo. Vide-
te quid egerit. Locutus est.n. & uocauit terrã. Quã
terram? An forte Aphricã propter eos q dicunt, Ec-
clesia xpi pars Donati est. Solam quidem Aphricã
non uocauit, sed & Aphricam nõ separauit. Qui n.
uocauit terram a solis ortu usq; ad occasum, nullas
reliquit partes, quãs non uocauerit, in sua uocatio
ne & Aphricã inuenit. Gaudeat ergo in unitate, nõ
supbiat in diuisione. Bene dicimus, qa uox dei deo
rum, & in Aphricã uenit, nõ in Aphrica remãsit. Vo
cauit.n. terram a solis ortu usq; ad occasum. No est
ubi lateant insidiæ hæreticoꝝ, non habentes qua
Psal. 18 se umbra falsitatis abscondant. Nec.n. est qui se ab
scondat a calore eius. Qui terrã uocauit, & totã ter
ram uocauit. Qui terrã uocauit, tantã uocauit quã
tam fabricauit. Quid mihi exurgunt pseudochristi
& pseudoprophetæ? Quid est qd me uerbis captio-
C sis illaqueare moliunt, dicentes: Ecce hic est xps, ec
Matt. 24 ce illic est? Nõ audio ostendentes partes, deus deo-
rum totũ mihi ostẽdit: q uocauit terram a solis or-
tu usq; ad occasum, totũ redemit: partes aũt, id est,
calumniantes condẽnauit. Sed audieramus á solis
ortu usq; ad occasum uocauit terram. Vnde cœpit
uocare q uocauit? Et hoc audite. Ex Sion species
decoris eius.) Certe concordat Psalmus Euangelio
dicenti, Per oẽs gentes, incipiẽtibus ab Hierusalem.
Luc. 24 Audi per oẽs gentes, uocauit terrã a solis ortu usq;
ad occasum. Audi incipientibus ab Hierusalem, ex
Sion species decoris eius. Ergo uocauit terrã a solis
ortu usq; ad occasum, concordat uerbis dñi dicen-
Ibid. tis, Oportebat xpm pati, & resurgere a mortuis ter-
tia die, & ꝑdicari in noie eius pniam & remissioné
peccatoꝝ per oẽs gẽtes. Omnes.n. gentes sunt, á so-
lis ortu usq; ad occasum. Quod uero ex Siõ species
Psal 44. decoris eius, quod inde cœpit decus Euãgelij eius,
quod inde annunciari cœpit speciosus forma præ
filijs hoium, concordat uerbis dñi dicentis, Incipiẽ
Luc. 24. tibus ab Hierusalẽ. Concinunt noua ueterib⁹, uetera
Esa. 6. nouis. Dicunt adinuicẽ seraphim duo, Sanctus san-
ctus sanctus dñs deus sabaoth. Hæc consonãt duo D
testamenta, & unã uocem hñt duo testamenta. Au
diatur uox concinentium testamentoꝝ, non calũ-
niantium exhæredatoꝝ. Fecit ergo ista deus deoꝝ,
Vocauit terrã a solis ortu usq; ad occasum, ex Sion
ꝓcedente specie sua. Ibi.n. erant discipuli qui acce- *Act. 1.*
perunt spiritum sanctum qnquagesimo post resur-
rectionem eius die missum de cœlo. Inde Euange-
lium, inde ꝑdicatio, inde impletur orbis terrarũ, Et
hoc in grã fidei. Nã cum ipse dñs uenisset, quia pas-
surus uenit, occultus uenit. Et cum esset fortis in se, *1. Cor. 2.*
infirmus in carne apparuit. Oportebat.n. enim ui-
deri ut nõ intelligeret, contemni ut occideret. Erat
gloriæ species in diuinitate, sed hæc latebat in car-
ne. Si.n. cognouissent, nunquam dñm gloriæ cruci
fixissent. Sic ergo inter Iudæos, sic iter inimicos am
bulauit occultus, mira faciens, mala patiẽs, donec
suspenderet in ligno. Videntesq; pendentẽ Iudæi, *Matt. 27.*
magis magisq; contẽpserunt, & ante crucem caput
agitantes, & dicentes, Si filius dei est, descendat de
cruce. Occultus ergo erat deus deoꝝ, & uoces ædē-
bat magis ex cõpassione nostra, q̃ ex maiestate sua.
Vnde.n. illę uoces nisi ex nobis assumptę, De⁹ deus E
meus ut qd me dereliquisti? Qñ autem pater filiũ *Psal. 21.*
dereliquit, aut filius patrẽ? Nonne unus deus filius *Matt. 27.*
& pater? Nõne uerissimũ, Ego & pater unũ sumus.
Vnde ergo, deus deus meus ut qd me dereliquisti. *Ioan. 10.*
nisi qa in carne infirmitatis agnoscebat uox pecca-
toris? Qui.n. suscepit silitudiné carnis peccati, cur *Rom. 8.*
nõ susciperet silitudinem uocis peccati? Occultus
ergo deus deoꝝ, & cũ inter hoies ambulauit, & cũ *Ioan. 4.*
esuriuit & sitiuit, & cũ fatigatus sedit, & cũ lassato *Matt. 27.*
corpore dormiuit, & cũ apprehensus, & cũ flagella
tus, & cũ ante iudicem positus, & cũ superbienti
respondit, Non haberes in me potestaté, nisi data ti *Ioan. 19.*
bi fuisset desuper: & qd ductus ad uictimam, corã *Esa. 53.*
tondente se non aperuit os suum, & qd crucifixus, *Matt. 27.*
& qd sepultus, semp occultus deus deoꝝ. Quid po-
stea q̃ resurrexit? Mirati discipuli, & primo non cre- *Luc. 24.*
diderunt, donec tãgerent atq; palparẽt. Sed caro re
surrexerat, qa caro mortua erat, diuinitas quę mori
nõ poterat, adhuc ẽt in carne resurgẽtis latebat. Vi
deri forma poterat, teneri mẽbra, palpari cicatrices,
uerbũ per qd facta sunt oia, quis uidet? quis tenet? F
qs palpat? Et tñ uerbũ caro factum est, & habitauit
in nobis. Et q tenebat hoiem Thomas, intelligebat *Ioan. 1.*
ut poterat deũ. Palpatis.n. cicatricibus, exclamauit,
Dñs meus & deus meus. Ostendebat tñ dñs eã for- *Ioan. 20.*
mam, eamq; carnem quam in cruce uiderant, quæ
in sepultura posita fuerat. Fuit cum eis quadragin-
ta dies. Impijs Iudæis non se demonstrauit. Illis de- *Act. 1.*
monstrauit se, q in eũ crediderant anteq̃ crucifige-
retur, ut quos crucifixus diuiserat titubãtes, resur-
gens faceret fortes. Deinde quadragesimo die com
mendans Ecclesiã suã, id est, uocatã terrã, a solis or
tu usq; ad occasum, ne haberent excusationé, q uo
lũt in schismate depire, ascendit in cœlũ, dicẽs eis, *Act. 1.*
Eritis mihi testes in Hierusalẽ, unde species decoris
ei⁹, & in totã Iudæã, & Samariã, & usq; in totã terrã.
His.n. dictis, nubes suscepit eũ. Intuebant illi quem
nouerant: nouerant tñ in humilitate, nondũ in cla
ritate. Et cũ ab eis iret in cœlũ, admoniti sunt uoce
angelica dicente, Quid statis uiri Galilæi? Hic Iesus
que uidetis ire, sic ueniet quẽadmodũ uidistis eũ
eũtẽ i cœlũ. Ascẽdit ergo. Regressi illi lętãtes mãse-

G runt in ciuitate scdm eius preceptum, donec imple
rentur spiritu sancto. Quid autẽ dictum erat Tho-
Ioã. 20 mę palpanti? Quia uidisti credidisti, beati qui non
uiderunt & crediderunt. Prædicti sumus, Terra illa
uocata à solis ortu usq; ad occasum, nõ uidit & cre
dit. Occultus ergo deus deorũ, & eis inter quos am-
bulauit, & eis à qbus crucifixus est, & eis à quorum
oculis resurrexit, & nobis q credidimus in cœlo se-
dentem, quẽ non uidimus in terra ambulantẽ. Sed
& si uideremus, nõne hoc uideremus qd Iudæi ui-
derunt & crucifixerunt? Plus est qd' non uidentes
xp̃m credimus deum, q̃ quod illi uidentes, non ni-
si hoiem putauerunt. Illi deniq; male putãdo mor-
tificauerunt, nos bene credendo & uiuendo uiuifi
cabimur. Quid ergo fratres? Ille deus deorũ & tunc
occultus, & modo occultus? Nunqd semper occul-
tus? Nõ planè, Audi sequẽtia. Deus manifestus ue-
niet.) Qui uenit occultus, ueniet manifestus. Venit
occultus iudicãdus, ueniet manifestus iudicaturus.
Venit occultus ut ante iudicẽ staret, ueniet manife
stus ut ẽt de iudicibus iudicet. Veniet manifestus
& non silebit.) Quid.n. modo silet? Et unde sunt q̃
H dicimus? Vnde ista p̃cepta? Vnde ista monita? Vnde
ista tuba terroris? Nõ silet & silet. Nõ silet admonẽ
do, silet a iudicãdo. Nõ silet p̃cepto, silet à iudicio.
Patitur.n. peccatores quotidie mala facientes, deũ
nõ curãtes, nõ in consciẽa sua, nõ in cœlo, nõ in ter-
ra, Non eũ latent hæc oia, & uniuersaliter oẽs ad-
monet, & qñ aliquos flagellat in terra, admonitio
est, nondũ dãnatio Silet ergo à iudicio, occultus in
cœlo est, adhuc interpellat pro nobis. Patiẽs est su-
p peccatores, nõ exercens irã, sed expectans pniam.
Dicit alio loco, Tacui: nunqd semp tacebo? Qñ er-
go non tacebit? Deus manifestus ueniet. Et qs de⁹?
Deus noster, & ipse est deus. Quis deus noster? Non
enim deus est, q nõ est nr̃ deus. Dij gentium dæmo
nia, deus Christianorũ uerus de⁹: ipse ueniet, sed ma
Matt. 27. nifestus, non adhuc illudendus, nõ adhuc alapan-
dus, nõ adhuc flagellandus. Veniet, sed manifestus,
nõ adhuc calamo in capite p̃cutiendus, nõ adhuc
crucifigendus, occidẽdus, sepeliendus, qa hæc oia
occultus deus pati uoluit, Veniet manifestus & nõ
silebit. Quia uero ad iudiciũ ueniet, sequentia do-
I cent, Ignis ante eũ p̃ibit.) Timeamus, mutemur, &
nõ timebimus, Ignẽ palea timet, auro qd facit? Est
aũt nunc in potestate qd facias, ne illud qd & te no
lente uenturũ est, nõ correctus experiaris. Si.n. pos
semus facere frẽs, ut dies iudicij non ueniret, puto
qa nec sic erat male uiuẽdũ. Si nõ ueniret ignis diei
iudicij, & sola peccatoribus immineret separatio à
facie dei, in qualibet essent affluẽtia delitiarũ, non
uidẽtes à quo creati sunt, & separati ab illa dulcedi
ne ineffabilis uultus eius, in qualibet æternitate &
impunitate peccati, plangere se deberẽt. Sed qd lo-
quar, aut qbus loquar? Hęc amantib⁹ pœna est, nõ
contẽnentibus. Qui dulcedinẽ sapiẽtię & ueritatis
utcunq; sentire cœperunt, nouerunt qd dico, quan
ta pœna est tñmodo à facie dei separari. Qui aũt il
lam dulcedinẽ nõ gustauerũt, si nondũ desyderãt
dei faciẽ, timeant uel ignẽ, supplicia terreant, quem
p̃mia non inuitant. Vile tibi est qd deus pollicetur,
cõtremisce qd minatur. Veniet dulcedo p̃sentię, nõ
mutaris, non excitaris, nõ suspiras, non desyderas,
Amplexaris peccata tua, & delitias carnis tuæ, stipu
las ad te cõgeris, ueniet ignis. Ignis in cõspectu eius
ardebit. Non erit iste ignis sicut focus tuus: quo tñ K
si manum mittere, cogaris, facies q̃cquid uoluerit
q hoc minatur. Si tibi dicaĩ, scribe cõtra caput p̃ris
tui, scribe cõtra capite filiorũ tuorũ: nã si nõ feceris,
manum tuã mitto in focũ tuũ: facies ne ardeat ma
nus tua, ne ardeat ad tp̃s membrum tuum, nõ sem
per in dolore futurũ. Minaĩ ergo inimicus tã leue
malũ, & facis malum: minaĩ deus æternũ malũ, &
nõ facis bonũ? Ad malũ faciendũ, nec minæ te cõ-
pellere deberẽt, à bono faciendo nec minę te terre-
re deberent. Minis.n. dei, minis ęterni ignis p̃hibe-
ris à malo, iuitaris ad bonũ. Vnde piget, nisi qa nõ
credis? Excutiat ergo unusquisq; cor suũ, & uideat
qd ibi fines teneat. Si credimus futurũ iudiciũ frẽs,
bene uiuamus. Tẽpus misericordię nunc est, tp̃s iu
dicij tũc erit. Nemo dicet, reuoca me ad priores an
nos. Pœnitebit & tũc, sed frustra pœnitebit. Modo
pœniteat cũ fructus est pœnitẽdi, modo adhibeaĩ Lüc. 13.
ad radices arboris cophinus stercoris, id est, cordis
luctus & lachrymarũ, ne ueniat uentus & eradicet.
Cũ.n. eradicauerit, iã ignis expectaĩ Modo & si fra Rom. 11.
cti sunt rami, possunt rursus inseri, Tũc ois arbor q̃ Matth. 3.
nõ facit fructũ bonũ, excideĩ & ĩ ignẽ mitteĩ. Ignis L
in cõspectu eius ardebit. Et ĩ circuitu eius tempe-
stas ualida.) Valida tẽpestas, uentilatura tã magnã
areã. Hac tẽpestate erit illa uentilatio, qua separabi
tur a sanctis oẽ immundũ, a fidelibus ois simula-
tio, à pijs & tremẽtibus uerbũ dei, omnis cõtẽptor
& superbus. Modo.n mixtura q̃dã iacet à solis ortu
usq; ad occasum. Videamus ergo q̃uo faciet q uẽtu-
rus est tẽpestate illa, qd facturus? q̃ erit in circuitu
eius tẽpestas ualidã? Proculdubio ista tẽpestas quã
dam separationẽ factura est. Ista est illa separatio, Lüc. 5.
quã non expectauerunt, q anteq̃ ad littus uenirent,
retia diruperũt. In illa uero separatione fit q̃dã ma-
lorũ & bonorũ distinctio. Alij sunt.n. sequẽtes nũc
xp̃m, expeditis humeris sine sarcina curarũ secula-
rium, q nõ frustra audierunt, Si uis esse p̃fectus, ua- Matt. 19.
de uende oia q̃ habes & da pauperibus, & habebis
thesaurũ in cœlo, & ueni sequere me: qualib⁹ dicit,
Sedebitis super duodecim sedes, iudicãtes duode-
cim trib⁹ Israel. Alij ergo erũt iudicãtes cũ dño, alij
uero iudicãdi, sed ad dexterã ponẽdi. Nã qa erunt
q̃dã iudicãtes cũ dño, habemus apertissimũ testi- M
moniũ, qd modo cõmemoraui, Sedebitis sup duo-
decim sedes, iudicãtes duodecim trib⁹ Israel. Sed di
cit aliqs, Duodecim illic Ap̃li cõsedebunt, non am-
plius. Vbi ergo erit Ap̃ls Paul⁹? Nunqd inde separa
tus est? Absit ut hoc dicam⁹, absit ut hoc uel tacite
cogitemus. Quid si ergo ĩ loco Iudæ ipse residebit?
Sed manifestauit scriptura diuina, qs ĩ Iudę loco sit
ordinat⁹. Matthias.n. est exp̃sse noiatus in Actibus Act. 1.
Ap̃lorũ, ut de illo dubitare nõ possimus. Cadente er
go Iuda, impletus est numerus duodenarius. Cũ er
go ille numer⁹ duodenari⁹ occupauerit duodecim
sedes, nõ iudicabit Paulus Ap̃ls? An forte stãs iudi-
cabit? Nõ ita est. Non faciet hoc ille iustitię retribu
tor, Non oino stans iudicabit, qui plus omnibus il
lis laborauit. Certe uel iste unus Apostolus Paulus
cogit nos diligẽtius cogitare & p̃scrutari, quare di-
ctæ sint duodecim sedes. Inuenimus.n. & alios nu
meros in scripturis, multitudinẽ significãtes. Quin Matt. 25.
que uirgines admittunĩ, quinq; excluduntur. Vbili
bet intellige uirgines, siue ĩ castitate atq; in integrita
te cordis, ubi debet uirgo esse tota Ecclia, cui dicit
Desponsaui

A Desponsaui uos uni uiro, uirginē castam exhibere
2.Cor 11. Christo: siue in his fœminis q etiā integritaté car-
De uerb. nis dicatam habent deo: nūquid in tot milibus so
domini lę quinq sunt? Sed in quinario numero intelligitur
sermo.23. continentia quinq sensuum carnis. Etenim multis
uenit corruptio per oculos, multis per aurē, multis
per illicitū olfactum, multis per nephariū gustum,
multis per adulterinum amplexū. Ab his omnibus
quinq ianuis corruptionis quicunq se continēt, &
sic continent, ut in sua conscientia gloriā habeant,
non laudē ab oibus expectēt, quinq sunt uirgines
Matt.25. sapientes, habentes oleū secū. Quid est oleū haben
2.Cor.1. tes secum? Gloria nostra hæc est, testimonium con
Luc.16. scientiæ nostræ. Rursus ille q apud inferos torque-
batur, habeo inqt, quinq fratres, Ibi intelligitur po
pulus Iudæorū sub lege positus, qa Moyses legisla-
Ioan.21 tor, quinq libros conscripsit. Item dn̄s post resurre
ctionem iubet mitti retia in dexterā partem, leuant
In sermo pisces centū quinquagintatres. Et cū tāti & magni
nibus de essent, ait Euāgelista, retia nō sunt dirupta. Etenim
tēpore ser ante pasionē iussit immitti retia, non dicens in de
mo.148. xterā partē neq ad sinistram: quia si in dexterā di-
B ceret, solos bonos significaret: si in sinistram, solos
Matt.13. malos. Vbi aūt tacetur dextera & sinistra, mixti ca-
piuntur boni & mali. Capti sunt aūt tūc, sicut Euā
gelij ueritas attestatur, tā multi ut retia rumperent.
Significabat.n. illa captura hoc tp̄s, Retia rupta si-
gnificant concisiones & conscissuras hæreticorū &
schismaticorū. Quod autem post resurrectionē suā
dn̄s fecit, post resurrectionē nostram nobis futurū
significauit, in illo numero, regnū cœlorū, ubi nul-
lus erit malus. Propterea retia q̄ in dexterā partem
missa sunt, dexteros expresserunt, remotis sinistris.
Ioan.21. Nunqd tn̄ in illis dextris centū qnquagintatres so-
li iusti erunt? Milia miliū scriptura significat. Legite
Apoc.7. Apocalypsim, duodecies duodena milia fortasse si
cut ibi intelligitur, ex solo populo Iudæorū futura
sunt. Attendite martyrū numerositatē, sola in ꝓxi-
mo q̄ dicitur massa cādida, plus habet q̄ centū qn-
quagintatres martyres. Postremo septē illa milia,
3.Reg.19 de qbus respondetur Heliæ, Reliq mihi septē milia
Rom.11. uirorū, q non curuauerunt genua ante Baal, longe
Ioan.21 istū piscium numerū superāt. Cētū ergo qnquagin-
C tatres pisces, non tm̄ numerum sanctorū significāt,
sed uniuersorū sanctorū & iustorū numerum. Cer-
ta causa tāto numero significat scriptura, ut oēs in
telligantur in illis centū qnquagintatribus, ptinen
Exod.2. tes ad resurrectionem uitę æternæ. Etenim lex hēt
Esa.11. decem p̄cepta, spūs autem gratiæ, per quā sola lex
impletur, septiformis legitur. Discutiendus est ergo
numerus, qd sibi uelint decē & septē. Decem in p̄ce
ptis, septē in gr̄a spiritussancti, p quam gratiā implē
tur p̄cepta. Decem ergo & septē tenent oēs ptinen-
tes ad resurrectionē ad dexterā, ad regnum cœlorū,
ad uitam æternā, id est, legem implentes per gratiā
spūs, non quasi per opus suū aut per meritū suum.
Decē autem & septē, si numeres ab uno usq ad de-
cem septem & addendo numeros, oēs gradatim, ut
ad unum addas duo, ad duo addas tria, ad tria ad-
das quatuor, & fiunt decē, addēdo quinq ut fiant
qndecim, addendo sex ut fiant uiginti unū, adden
do septē ut fiant uigintiocto, addēdo octo ut fiant
trigintasex, addēdo nouē ut fiant quadragintaqn-
que, addendo decē ut fiant qnquagintaquinq, ad-
dēdo undecim ut fiāt sexagintasex, addendo duo-
decim ut fiāt septuagintaocto, addendo tredecim D
ut fiāt nonaginta unū, addendo quatuordecim ut
fiāt centū qnq, addendo qndecim ut fiāt centū ui-
ginti, addēdo sedecim ut fiāt centū trigintasex, ad-
dēdo decē & septē, efficiunt centū qnquagintatres,
inuenies ingentē numerū oium sanctorū ptinere ad Ioan.21
hunc numerū piscium paucorū. Q̄uo aūt in quinq Matt.25.
uirginibus innumerabiles uirgines, q̄uo in quinq Luc.16.
fratribus illius, q torquebatur apud inferos, milia
populi Iudæorū, q̄uo in numero centū quinquagin Ioan.21
tatriū piscium milia milium sanctorū: sic in duode Matt.19.
cim sedibus non duodecim hoies, sed magnus est
numerus perfectorū. Sed uideo qd cōsequenter req
ratur à nobis, q̄uo de quinq uirginibus reddita est Matt.25.
ratio, quare ad quinq multæ ptineant, & quare ad
quinq illos multi Iudæi, & quare ad centū qnqua-
gintatres, multi pfecti. Ostendo quare & q̄uo ad duo
decim sedes, nō duodecim homines, sed multi ptī-
neāt, Quid sibi uolūt duodecim sedes, q̄ significāt
oēs undiq q tam pfecti esse potuerunt, qa perfectis
dictū est, Sedebitis sup duodecim sedes, iudicantes Matt.19.
duodecim trib⁹ Israel. Et quare oēs undiq ad duo-
denariū numerū pertinent? Quia ipsum undiq qd' E
dicimus, de toto mūdo dicimus. Orbis aūt terrarū
quatuor designatis partibus cōtinet, oriente, occi-
dēte, meridiano, & aqlone. Ab his oibus partib⁹ uo
cati sunt in trinitate, & pfecti fide, & p̄cepto trinita
tis, qm̄ ter quaterni xij fiunt, agnoscitis quare ad to
tum orbē ptineāt sancti, q sedebūt sup xij sedes iu-
dicaturi xij trib⁹ Israel, qa & duodecim trib⁹ Israel,
toti⁹ Israel xij trib⁹ sunt. Sicut.n. iudicaturi ex toto
mūdo, sic & iudicādi ex toto mūdo. Apl̄s de se Pau
lus dū argueret fideles laicos, qa iudicia sua nō de-
ferebāt ad Ecclesiā, sed ad publicū ptrahebāt eos,
cū qbus habebant negocia, ait, Nescitis qa angelos
iudicabimus? Videte queādmodū iudicē se fecit, 1.Cor.6.
nō solū se, sed & oēs q recte iudicāt in Ecclesia. Cū
ergo manifestū sit multos cum dn̄o iudicaturos, a-
lios uero nō tā ex ęquo, sed pro meritis iudicādos,
cū oibus angelis suis ueniet, qn̄ ante eū cōgregabū Matt.25.
tur oēs gentes: & inter oēs angelos deputādi erunt
illi q tā perfecti fuerint, ut sedētes sup duodecim se F
des, iudicēt duodecim trib⁹ Israel. Etenim hoies di Matt.19.
cti sunt angeli, Apl̄s de se dicit, Sicut angelū dei su- Gala.4.
scepistis me. De Ioanne Baptista dr̄, Ecce mitto an- Malac.3.
gelū meū ante faciē tuā, q p̄parabit uiam tuā ante Matt.11.
te. Ergo cum oibus angelis ueniens, simul secū ha-
bebit & sanctos. Aperte.n. dicit & Esaias, Veniet ad Esa.3.
iudiciū cum senioribus populi. Isti ergo sunt senio
res populi, isti iā angeli nominati, ista milia multo
rum pfectorū de toto orbe uenientiū, cœlum uocā
tur. Illa uero terra sed fructuosa, q̄ terra fructuosa i
dextera ponēda, cui dicet, Esuriui, & dedistis mihi Matt.25.
mādncare. Vere terra fructuosa, cui gaudet Apl̄s qn̄
ei miserunt ad necessitates eius: non qa quæro da- Philip.4
tum, inqt, sed requiro fructū. Et gratias agit dicēs,
quia tandem aliqn̄ repullulastis pro me sacere. Re-
pullulastis ut arboribus dicit, q̄ sterilitate exarue-
rant quadam. Veniens itaq dn̄s ad iudicium, ut iā
Psalmum fratres audiamus, qd facturus est? Aduo
cauit cœlum sursum.) Cœlū oēs sanctos perfectos
iudicaturos, aduocauit eos sursum sessuros, secum Matt.25.
iudicaturos duodecim tribus Israel. Quomodo.n.
aduocauit cœlum sursum, cum semper sursum sit
cœlum? Sed quos hic cœlū dicit, eosdem cœlos ali

G bi appellat. Quos cœlos? Qui enarrāt gloriam dei.
Psal. 18. Cœli.n.enarrant gloriam dei, de quibus dicitur, In
oēm terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis ter-
ræ uerba eorum. Videte.n discernentem dn̄m in iu
dicio, Aduocauit cœlum sursum. Et terram discer
nere populum suum.) A quibus nisi à malis? De q-
bus hic postea non fit mentio, iam tanquam diiu-
dicatis ad pœnā. Istos bonos uide & distingue. Ad
uocauit cœlū sursum, & terrā discernere populum
suum. Vocat & terram, non tn̄ conterendam, sed di
scernēdam. Primo.n.cum commixtos uocauit, qn̄
locutus est deus deorum & uocauit terram, à solis
ortu usq; ad occasum, nondum discreuerant serui
Matt. 22. illi, qui missi erant inuitare ad nuptias, qui congre-
gauerant bonos & malos. Cum uero deus deorum
manifestus ueniet & non silebit, sic aduocauit cœ-
lum sursum ut iudicet cū illo. Quod.n.cœlum, ipsi
cœli: sicut q̄ terra, ipsæ & terræ: sicut q̄ Ecclesia, ipsæ
Ecclesiæ. Aduocauit cœlū sursum, & terrā discerne
re populū suū. Iam cum cœlo terrā discernit, id est,
cœlum cum illo terrā discernit. Q̄uo discernit ter-
ram? Vt alios ponat ad dexteram, alios ad sinistrā.
H Terræ aūt discretæ quid dicit? Venite benedicti pa
Matt. 25. tris mei, percipite regnum quod uobis paratū est
ab origine mundi: Esuriui.n. & dedistis mihi man-
ducare, & cætera. Illi autē, Qn̄ te uidimus, inquit,
esurientem? Et ille, Cum uni ex minimis meis feci-
stis, mihi fecistis. Cœlum terræ ostendit, minimos
suos iā sursum uocatos, & ab humilitate exaltatos.
Cū uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ad-
uocauit ergo cœlū sursum, & terram discernere po
pulum suum. Congregate illi iustos eius.) Vox di
uina & ꝓphetica, uidens futura tanquā p̄sentia, ex-
Matt. 25. hortatur angelos congregantes. Mittet.n.angelos
suos, & cōgregabuntur ante eū oēs gentes. Congre
gate illi iustos eius. Quos iustos nisi uiuentes ex fi-
de facientes opa misericordiæ? Etenim opa illa, iu-
Matth. 6. stitiæ opera sunt. Habes euangeliū, Cauete iustitiā
uestrā facere corā hominibus, ut uideamini ab eis.
Et quasi q̄reretur quā iustitiā? cum ergo facis elee-
mosynam, inqt. Ergo eleemosynas, opa iustitiæ esse
Psal. 4. significauit. Ipsos cōgregate iustos eius: eos congre
gate q cōpassi sunt inopi, q intellexerunt super ege
I num & pauperē Cōgregate illos, cōseruet eos dn̄s
& uiuificet eos. Cōgregate illi iustos eius. Qui di-
sponunt testm̄ eius super sacrificia.) Id est, q cogitāt
de promissis eius, super illa q̄ operātur. Ipsa.n sunt
Osee. 6. sacrificia deo dicēte, Misericordiam uolo plus q̄ sa-
Matt. 9. crificium. Qui disponūt testm̄ eius super sacrificia.
Et annunciabunt cœli iustitiam eius.) Vere hanc
iustitiā dei, cœli nobis annunciauerunt, Euangeli-
stæ prædixerunt. Per illos audiuimus futuros quos
dā ad dexterā, qbus dicit paterfamiliâs, Venite be-
Matt. 25. nedicti patris mei, pcipite, Quid percipite? Regnū.
Pro qua re? Esuriui & dedistis mihi manducare.
Quid tā uile, qd tā terrenū, q̄ frāgere panē esurienti?
Esa. 58. Tanti ualet regnū cœlorū, Frange esurienti panem
tuū, & egenū sine tecto induc in domū tuā: Si uide
Mat. 10. ris nudū, uesti. Si nō habes facultatē frangendi pa-
Marc. 12. nem, non habes domū quò inducas, nō habes ue-
Matt. 4. stem qua cooperias, da calicē aquæ frigidæ, mitte
duo minuta in gazophylatiū. Tm̄ emit uidua duo
bus minutis, quantū emit Petrus relinquens retia,
quantū emit Zachæus dādo dimidiū patrimoniū.
Regnū dei tm̄ ualet quantū habueris. Annūciabūt
cœli iustitiam eius: Qm̄ deus iudex est.) Vere iu- K
dex, non concernens †sed discernens. Nouit.n.dn̄s †al. conte-
qui sunt eius. Et si grana latēt in palea, agricolæ no rens.
ta sunt. Nemo timeat esse granū ēt inter paleā, non Matth. 3.
fallūtur oculi uentilatoris nostri. Noli timere, ne il
la tēpestas q̄ erit in circuitu eius, cōcernat †te cum †al. cōte-
palea. Certe ualida erit tēpestas, nullū tn̄ granū tol rat.
let à parte tritici ad paleam, quia nō quilibet rusti-
cus cū tridente, sed deus trinitas iudex est. Et annū
ciabunt cœli iustitiā eius, qm̄ deus iudex est. Eant
cœli, annuncient cœli, in oēm terram exeat sonus Psal. 18.
eorū, & in fines orbis terræ uerba eorum. Et dicat
illud corpus, à finibus terræ ad te clamaui, dū an- Psal. 60.
geretur cor meū. Modo.n.concretum gemit, discre
tum gaudebit. Clamet ergo & dicat, Ne comperdas Psal. 25.
cum impijs aiam meā, & cum uiris sanguinū uitā
meā. Non cōperdit, qa deus iudex est. Clamet ille
& dicat, Iudica me dn̄e & discerne causam meā de Psal. 42.
gente nō sancta. Dicat ille, faciet ille, cōgregabunt
ei iusti eius. Vocauit terrā ut discernat populū suū.
Audi ppl̄s meus & loquar tibi.) Ille q ueniet & nō
silebit, uidete qa & modo si auditis non silet. Audi
populus meus & loquar tibi. Nā si nō audis, etsi lo L
quar, nō tibi. Qn̄ ergo tibi loquar? Si audis. Qn̄ au-
dis? Si ppl̄s meus es. Audi.n. populus meus, non au
dis si ppl̄s alienus. Audi populus meus & loquar ti
bi. Israel, & testificabor tibi.) Israel audi, ppl̄s meꝰ
audi. Israel nomē electionis est. Non uocaberis, ait, Gene. 32.
Iacob, sed uocaberis Israel. Ergo audi sicut Israel, si
cut uidēs deū, etsi nondū specie, sed iā fide. Hoc.n.
interpretał Israel, uidēs deū. Qui hēt aures audien- Matt. 11.
di, audiat: & q hēt oculos uidendi, uideat. Audi Is-
rael, & testificabor tibi. Qd sursum dixit ppl̄s meꝰ,
hoc in cōsequēti, Israel. Et qd dixit sursum, loquar
tibi, hoc in cōsequēti, testificabor tibi. Quid loque
tur dn̄s deꝰ nr̄ populo suo, Israeli suo? Quid testifica
bitur tibi? Audiamus. Deus deus tuus ego sum.)
Deus ego sum, deus deus tuus sum. Q̄uo deus ego
sum? Sicut Moysi dictū est, Ego sum q sum. Quo Exod. 3
deus tuus sum? Ego sum deus Abrahā, & deus Isaac
& deus Iacob. Sum deus, & tuus sum deus: & si tuꝰ
nō sum deus, sum deus. Bono meo deus sum, malo
tuo nō sum deꝰ tuus. Etenim deus tuus, ei ꝓprie dr̄
quē familiarius hēt deus, tanquā in mancipio suo, M
tanquā in peculio suo. Deus deus tuus sum ego.
Quid uis amplius? Preciū q̄ris à deo: ut aliqd tibi
det deus, ut qd tibi dederit, tuū sit? Ecce ipse deus q
dabit, tuus est. Quid eo dulcius†? Dona q̄rebas, ip- †al. di-
sum donatorē habes. Deus deꝰ tuus ego sum. Quid tius.
q̄rit ab hoīe, uideamus, deus nr̄, impator & rex nr̄.
Quod uectigal nobis idicit, q̄uo uoluit esse rex nr̄,
& uoluit nos esse ꝓuinciā suā? Audiamus indictio-
nes eius, nō trepidet pauper sub indictione dei. Qd
sibi deus dari indicit, ipse prius donat q idicit, uos
tm̄ deuoti estote. Non exigit deus quod non dedit,
& omnibus dedit quod exigit. Quid.n.exigit? Au-
diamus iam. Non supra sacrificia tua arguam te.)
Non tibi dicā, quare non mihi pinguem taurū ma
ctasti? quare nō de grege tuo optimum hircum ele
gisti? quare aries ille ambulat in ouibus tuis, & in
ara mea nō ponitur? Nō dicā, inspice agros tuos &
cortem tuā, & parietes tuos, quærendo quid mihi
des. Non sup sacrificia tua arguā te. Quid ergo? Nō
acceptas sacrificia mea? Holocausta aūt tua in cō
spectu meo sunt semp.) Holocausta quędā de qui-

A bus in alio Psalmo dicit, Si uoluisses sacrificiũ, dedissem utiq;, holocaustis non delectaberis. (Psal. 50.) Et rursus conuertit se, Sacrificiũ deo spiritus contribulatus, cor contritũ & humiliatum deus non spernit. Quæ sunt ergo holocausta q̃ nõ spernit? Quæ holocausta q̃ in conspectu eius sunt semper? Benigne, inq̃t, fac dñe in bona uoluntate tua Sion, & ędificẽtur muri Hierusalẽ. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta. Dicit q̃dam holocausta deum acceptaturum. Quid est autem holocaustum? Totum igne absumptum. καῦσις incensio est, ὅλον totũ est. Holocaustum autẽ est totum igne absumptum. Est quidã ignis flagrantissimæ charitatis. Animus inflãmetur charitate, arripiat eadem charitas mẽbra in usum suũ, non ea permittat militare cupiditati, ut totus exardescat igne amoris diuini q uult offerre deo holocaustũ. Talia holocausta tua i cõspectu meo sunt semp. Adhuc iste Israel forte non intelligit q̃ holocausta eius in conspectu suo habeat semp, & adhuc de bobus, de ouibus, de hircis cogitat, Non cogitet. Non accipiã de domo tua uitulos.) Holocausta nominaui: iã aĩo & cogi-

B tatione ad terrenos greges currebas, inde pingue mihi aliqd eligebas. Nõ accipiã de domo tua uitulos. Prænũciat testm̃ nouum, ubi oĩa illa sacrificia uetera cessauerunt. Erant.n. tunc pnunciantia futurum quoddã sacrificiũ, cuius sanguine mundaremur. Nõ accipiã de domo tua uitulos, Neq; de gregibus tuis hircos. Qm̃ meæ sunt oẽs bestiæ syluę.) Quid à te quęram qd ego condidi? Magisne est hoc tuũ, cui posidere dedi, q̃ meũ q feci? Qm̃ meę sunt oẽs bestiæ syluæ. Sed forte ait ille Israel, Bestiæ dei sunt illæ bestiæ ferę quas nõ includo in corte mea, quas non alligo ad psepe meũ. Cęterum bos ille, & ouis & hircus, mea sunt hæc. Pecora in montibus & boues.) Mea sunt illa q̃ nõ posides, mea sunt ista q̃ posides. Si.n. seruus meus es tu, totum peculium tuũ meum est. Neq; n. est peculiũ dñi qd sibi seruus cõparauit, & non erit peculium dñi quod ipse dñs seruo creauit. Ergo meæ sunt bestiæ syluæ quas tu nõ cepisti, mea sunt & pecora in montibus, q̃ sunt tua, & boues q sunt ad psepe tuũ. Omnia mea sunt, qa ego creaui ea. Cognoui omnia uolatilia cœli.)

C Qũo cognouit? Appẽdit, numerauit. Quis nr̃m nouit oĩa uolatilia cœli? Sed & si alicui deus det notitiam omniũ uolatilium cœli, non sic ipse nouit ut dat nosse homini. Alia est notitia dei, alia hominis, sicut alia possesio dei, alia hoĩs, id est, aliud est posidere dei, aliud posidere hoĩs. Non.n. tu qd posides totũ habes in potestate, aut quãdiu uiuat bos tuus in tua potestate, est: aut ut nõ peat, aut ut non pascat. Apud quẽ summa potestas est, summa & secreta cognitio, & tribuam⁹ hoc deo, laudãtes deũ, nõ audeamus dicere, qũo nouit deus: ne forte hoc à me frẽs expectetis ut explicem uobis qũo cognoscat deus: hoc solũ dico, nõ sic cognoscit ut homo, nõ sic cognoscit ut angelus: & qũo cognoscit, dicere non audeo, qm̃ & scire non possum. Vnũ tñ scio, qa & antequã essent oĩa uolatilia cœli, nouerat de⁹ quod fuerat creaturus. Quæ est illa notitia? O homo, uidere cœpisti uolatilia, posteaquã plasmatus es, posteaquã sensum uidendi accepisti. Hæc uolatilia de aqua nata sunt ad uerbũ dei dicentis, Producant aquæ uolatilia. (Gene. 1.) Vbi nouerat deus q̃ impabat ut aqua pferret? Iã certe nouerat qd crearat, & antequam crearet nouerat. Tãta est ergo notitia dei ut apud ipsum essent quodam ineffabili modo anteq̃ creata essent, & à te expectat ut accipiat qd antequã crearet habebat? Cognoui oĩa uolatilia cœli, q tu mihi non potes dare. Quæ tu mihi mactaturus es, ego cognoui oĩa, nõ qa feci cognoui, sed ut facerẽ. D

Et species agri mecũ est.) Pulchritudo agri, ubertas oĩum in terra gignentiũ, mecũ est, inq̃t. Qũo cũ illo? Verum & anteq̃ fierent? Cum illo.n. erãt oĩa futura, & cum illo sunt oĩa pterita: futura ita ut nõ ei detrahant omnia pterita. (1. sen. di. 35. ca. Inde est.) Cum illo sunt omnia cognitione quadã ineffabilis sapientiæ dei, in uerbo constituta, & in ipsum uerbum oĩa. An aliquo modo cum illo est agri species, qa ipse ubiq; est, & ipse dixit, Cœlũ & terrã ego impleo? (Hiere. 23.) Quid cum illo nõ est de quo dr̃, Si ascendero in cœlum, tu illic es: & si descẽdero in infernũ, ades? (Psal. 138.) Cum illo est totum, sed nõ sic cũ illo est, ut aliquã ex his q̃ creauit cõtagionem, aut eor̃ indigẽtiam patiatur. Nam tecum est forte columna iuxta quã stas, & cũ fatigatus fueris, incumbis in eã. Indiges eo qd tecum est, non indiget deus agro q cum illo est. Cum illo ager, cum il- E lo species terrę, cũ illo species cœli, cũ illo oĩa uolatilia, qa ipse ubiq;. Et quare apud ipsum oĩa? Quia & antequã essent oĩa aut crearentur, ei nota erãt omnia. Quis explicat, qs exponit illud qd ei dicit in alio Psalmo, Qm̃ bonor̃ meorum nõ eges? (Psal. 15.) Non se egere à nobis aliquo necessario dixit. Si esuriero non dicã tibi.) (Psal. 120.) Non esuriet, neq; sitiet, neq; laborabit, neq; obdormiet qui custodit Israel. Sed ecce ut scd̃m carnalitatem tuã loquar: quia tu cũ non manducaueris, famẽ patieris, forte putas & deum esurire ut manducet. Et si esurierit non tibi dicit: oĩa ante illũ sunt, unde uult tollit qd illi necessarium est. Dicta sunt hæc ad cõuincendũ paruulum sensum, non qa pfessus est deus esuriem suã: quanquam pp nos deus ille deor̃ & esurire dignatus est. Venit esurire & saginare, uenit sitire & potũ dare, uenit uestiri mortalitate & uestire immortalitate, uenit paup diuites facturus. Etenim nõ pdidit diuitias suas assumendo paupertatẽ nostrã, qa in illo sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientię absconditi. (Col. 2.) Si esuriero nõ dicã tibi. Meus est.n. orbis terrę & plenitudo ei⁹.)

F Noli ergo laborare qd mihi des, sine labore habeo qd uolo. Quid ergo de gregib⁹ tuis adhuc cogitas?

Nunqd manducabo carnes tauror̃, aut sanguinẽ hircor̃ potabo?) Audistis qd à nobis non q̃rat, qui nescio qd nobis uult indicere. Si de talibus cogitabatis, iã auferte cogitationes uestras à talibus reb⁹, nihil tale deo offerre cogitetis. Si habes taurũ pinguem, occide pauperibus, manducent ipsi carnes tauror̃, etsi non bibent sanguinem hircor̃. Quod cum feceris, imputabit tibi ille q dixit, Si esuriero nõ dicam tibi: & dicet tibi, Esuriui & dedisti mihi manducare, (Matt. 25.) Nunquid manducabo carnes tauror̃, aut sanguinem hircor̃ potabo? Dic ergo, dñe deus noster, qd indicis populo tuo, Israeli tuo? Immola deo sacrificium laudis.) Dicamus illi & nos, In me sunt deus uota tua, q̃ reddam laudis tibi. (Psal. 55.) Expauerã ne aliquid indiceres qd esset extra me, qd computabã in corte mea, & à fure iã forte ablatũ erat. Quid mihi indicis? Immola deo sacrificiũ laudis. Ad me redeã, ubi inueniã qd immolem. Ad me redeam, in me inueniã laudis immolationẽ. Ara tua, conscia tua. Immola deo sacrificiũ laudis. Securi sumus, nõ

G imus in Arabiã thus q̃rere, nõ sarcinas auari nego-
ciatoris excutimus,sacrificiũ laudis quęrit à nobis
Luc. 9. deus.Habebat hoc sacrificiũ laudis Zacheus in pa
Marc. 12. trimonio suo,habebat uidua in sacello suo:habe
bat nescio qs pauper hospes in dolio suo.Alius nec
in patrimonio,nec in sacello,nec in dolio aliquid
Mat. 10. habebat,totũ habebat in aio suo.Salus domui Za
chæi Et plus misit hęc uidua q̃ diuites illi. Iste cali
Luc. 2. cē aquæ frigidæ porrigens,nõ pdet mercedem suã.
Sed & pax in terra hominibus bonæ uolũtatis. Im
mola deo sacrificium laudis.O sacrificium gratuitũ,
gra datum.Non qdem hoc emi qd offerrem, sed tu
donasti,nã nec hoc haberē. Immola deo sacrificiũ
laudis.Et hæc immolatio,hoc sacrificiũ laudis est,
grãs agere illi à quo habes,qcqd boni habes,& cu-
ius misericordia tibi dimittit quicqd tuũ mali ha-
bes Immola deo sacrificiũ laudis, Et redde altissi
mo preces tuas.)Hoc odore dñs delectat.Redde al
tissimo preces tuas. Et inuoca me ĩ die tribulatio
nis tuæ,& eximã te,& glorificabis me.)Non.n.p̃su
mere debes de uirib⁹ tuis, oĩa auxilia tua mẽdacia
sunt.Me inuoca in die tribulationis,eruã te & glori
H ficabis me . Ad hoc.n.pmisi diē tribulationis tibi
fieri,qa forte si nõ tribulareris,nõ iuocares me. Cũ
tribularis aũt inuocas me:cũ inuocas me,eximam
te:cũ eximã te,glorificabis me, ut iã nõ discedas à
me.Obtorpuerat qdē & friguerat à feruore orõnis,
Psal. 114. & dixit,Tribulatiõnē & dolorem inueni, & nomē
dñi inuocaui Inuenit tribulationē tanquã aliquid
utile,putruerat tabe peccatoꝝ suoꝝ,iã sine sensũ re
manserat,inuenit tribulationē tanquã ustionem &
sectionem.Inueni,inqt,tribulationem & dolorem,
& nomen dñi inuocaui.Et qdam fratres sunt tribu
lationes oibus notę.Ecce istæ q̃ abundant in gene
re humano,alius damno affectus plangit,alius or-
bitate pcussus luget,alius patria exulatus mœret &
redire cupit,intolerabilē peregrinationē deputãs.
Alteri uinea grãdinata est, attēdit ad labores suos,
& consumptam oēm operam incassum. Qñ nõ po
test contristari,q inimicum patitur ex amico?Quę
maior miseria in genere humano? Plangũt hęc oēs
& dolent,& tribulationes sunt istę,& in his omni-
bus inuocant dñm,& recte faciunt. Inuocent deũ,
I potens est,uel docere tolerandũ, uel sanare tolera-
1. Cor. 10 tum.Nouit ille nõ sinere tentari nos supra q̃ possu-
mus ferre.Inuocemus deum ēt in istis tribulationi
bus:sed hæ tribulationes inueniũt nos, sicut in a-
Psal. 35 lio Psalmo scriptũ est , Adiutor in tribulationibus
q̃ inuenerũt nos nimis. Est q̃dam quã nos debem⁹
inuenire.Inueniat ista tribulatio, Est q̃dam tribu-
latio quã nos debemus q̃rere & inuenire. Quæ est
ista?Eaipsa in hoc mũdo fœlicitas, affluẽtia rerum
temporaliũ,nõ qdē ipsa tribulatio est, solatia sunt
nr̃æ tribulationis. Cuius tribulationis?Nr̃ę peregri
nationis.Hoc.n.ipsum qd cũ deo nondum sumus,
hocipsum quo inter tentationes molestiasq̃ uersa
mur , q̃ sine timore esse non possumus ,tribulatio
est:non.n.est illa securitas q̃ nobis pmissa est.Hãc
tribulationē peregrinationis suæ q non inuenerit,
ad patriã redire nõ cogitat, Tribulatio illa est frẽs.
Matt. 25. Certe modo facimus bona opa, qñ porrigimus pa
nē esurienti,domũ pegrino & cętera, tribulatio est
& hæc. Inuenimus.n.miseros super quos misericor
diã facimus.Et si miseroꝝ miseria facit nos compa
tientes,quãto melius ibi iã esses ubi nõ inuenis esu

rientem quē pascas, ubi nõ inuenis peregrinũ quē K
suscipias,non nudũ quē uestias, non ægrũ quē uisi-
tes,nõ litigantē quē concordes? Oĩa.n.ibi summa
sunt,uera sunt,sancta sunt,ęterna sunt.Panis nr̃ ibi
iustitia est,potus noster ibi sapientia est, uestis nr̃a
ibi immortalitas est, domus nostra æterna i cœlis,
firmitas nostra immortalitas. Nunqd ęgritudo sur
repit?Nunquid lassitudo ad somnum trahit?Nulla
mors,nulla lis,ibi pax,qes,gaudiũ , iustitia.Nullus
intrat inimicus ,nullus labit amicus. Quæ ibi qes?
Si cogitem⁹ & attẽdamus ubi simus,& ubi nos fu-
turos esse pmisit,q mētiri nescit, ex ipsa eius pmis-
sione inueniemus,in qua sumus tribulatione: hãc
tribulationē nemo inuenit,nisi q q̃sierit. Sanus es,
uide si miser es.Nã facile est ut q ægrotat, sentiat se
miserũ.Qñ sanus es,uide si miser es,qa cũ deo nõ-
dum es.Tribulationē & dolorē inueni ,& nomen Psal. 114.
dñi inuocaui . Immola ergo deo sacrificium laudis.
Lauda pmittentem,lauda uocantē, lauda exhortã
tem,lauda adiuuantē,& intellige in qua tribulatio
ne positus es.Inuoca,eruēris,glorificaberis,pmane
bis.Videte aũt qd sequtur frẽs mei:iam.n.nescio qs,
qa dixerat illi deus , Immola deo sacrificiũ laudis, L
& hoc quodãmodo uectigal indixerat, meditabat
sibi & dicebat, Surgã quotidie , pergã ad Ecclesiã,
dicam unũ hymnum matutinũ,alium uespertinũ,
tertium aut quartũ in domo mea, quotidie sacrifi-
co sacrificiũ laudis,& immolo deo meo. Bene facis
qdem si hoc facis, sed uide si iã securus sis , qa iam
hoc facis,& forte lingua tua deũ benedicat, & uita
tua deo maledicat. O popule meus, dicit tibi deus
deoꝝ dñs q locutus est, uocans terrã à solis ortu us
que ad occasum,quãuis adhuc inter zizania cõsti- Matth. 3.
tutus sis,immola sacrificiũ laudis deo tuo , & red-
de illi preces tuas.Sed uide ne uiuas male & cantes
bene. Quare hoc? Peccatori n. dixit deus,ut qd tu
enarras iustitias meas, & assumis testm̃ meũ per os
tuũ?)Videtis frẽs cũ quo tremore ista dicamus.As
sumimus testm̃ dei per os nostrũ, & pdicamus uo-
bis eruditionem & iustitias dei.Et quid dicit pecca
tori deus?Vt quid tu prædicas?Prohibet ergo pdi-
catores peccatores?Et ubi est illud,Quæ dicunt fa Matt. 23.
cite,q̃ aũt faciũt facere nolite?Vbi est illud,Siue ue Philip. 1.
ritate siue occasione xp̃s annuncietur?Sed hæc di- M
cta sunt,ne timeat q̃ audiunt à quocunq̃ audiant,
non ut securi sint q̃ dñt bona & faciunt mala. Mo-
do ergo frẽs uos securi estis,si bona auditis,deũ au
ditis,p quẽlibet audiatis.Sed noluit deus sine cor-
reptione dimittere illos q̃ dñt,ne ob hoc solum qd
dñt,securi sibi obdormiscant in mala uita,& dicãt
sibi,Neq̃.n.perdet nos deus,per quorum os uoluit
tãta bona dici populo suo.Immo uero audi qd di-
cit,Quicunq̃ dicis,& q uis te audiri , prior tu audi,
& dic qd dicit in alio Psalmo quidam, Audiam qd Psal. 84.
loquatur in me dñs deus, qm̃ loquetur pacē in ple
bem suam. Qualis ergo ego,q non audio qd in me
loquitur,& uolo ut alij audiãt quod per me loqui-
tur?Audiam prior,audiam maxime Quę audiam?
Quod loquitur in me dñs deus, qm̃ loquetur pacē
in plebem suam . Audiam & castigem corpus meũ 1. Cor. 9.
& seruituti subiiciam, ne forte alijs prædicans,ipse
reprobus inueniar.Vt qd tu enarras iustitias meas?
Vt quid tu quod non pdest tibi? Admonet illũ ut
audiat,non ut deponat prædicationem,sed ut assu
mat obedientiam . Tu uero ut quid assumis testm̃
meum

A meum per os tuum? Tu uero odisti eruditionē.) Odisti disciplinam. Qñ parco, cantas & laudas: qñ castigo, murmuras: quasi qñ parco sim deus tuus, & qñ non parco, nō sim deus tuus. Ego quos amo, arguo & castigo. Tu uero odisti eruditionem. Pro iecisti sermones meos post te.) Quæ dñr per te, ꝓijcis post te. Et proiecisti sermones meos post te, ubi non uideantur à te, sed onerent te. Et proiecisti sermones meos post te. Si uidebas furē concurrebas ei, & cum adulteris portionē tuā ponebas.) Ne forte diceres, nō feci furtū, nō feci adulteriū: qd si placuit tibi q fecit? Nōne ipso placito concurristi? Nōne portionē tuā cum illo q fecit, laudādo posuisti? Hoc est.n. fratres cōcurrere cum fure, & ponere cū adultero portionem tuam: quia etsi nō facis, & laudas quod fit, astipulator es facti: qm̄ laudatur peccator in desyderijs animæ suæ: & qui iniqua gerit benedicetur. Non facis mala, laudas mala facietes. Hoc.n. paruum malum non est. Cum adulteris portionē tuam ponebas. Os tuū abundauit malitia, & lingua tua amplexa est dolositatē.) Maleuolentiam & dolositatē frēs quorundam hoium dicit, q

B per adulationē quamuis sciant mala esse q audiūt, ne offendant eos à quo audiunt, non solū non reprehendendo, sed tacendo consentiunt. Parum est, qa non dicunt, male fecisti, sed dñt & bene fecisti: & norunt malū esse, sed abundat os eoꝝ malitia, & lingua eorum amplexaꝫ dolositatem. Dolositas est fraus qdam in uerbis, aliud ꝓmendi, aliud sentiendi. Nō ait, Lingua tua admisit dolositatē: aut perpetrauit dolositatē: sed ut ostenderet tibi quandā delectationē in ipso malo facto, amplexa est dixit. Parū est, qa facis & delectaris, laudas i ꝓmptu, irrides apud te: pcipitas hoiem incaute uitia sua ꝓferentē, & an sint uitia nescientē: tu q scis uitiū esse, non dicis corruisse illū. Si illum uideres ambulare incautū in tenebris, ubi tu puteum esse scires, & taceres, qualis esses? Nōne inimicus deputareris aiꝫ eius? Et tn̄ si in puteū caderet, non anima, sed corpore moreretur. Præcipitat se in uitia sua, pdicat apud te mala facta sua, tu nosti male esse, & laudas, & irrides apud te. O si conuertaꝫ aliqñ ad deū ille quem irrides, & quem corripere noluisti, & dicat, confundā-

C tur q dicunt mihi euge euge, Et lingua tua amplexa est dolositatē. Sedēs aduersus fratrē tuū detrahebas.) Et ipsum sedens ad hoc ptinet qd superius dixit, amplexa est. Qui.n. stans aut transiens facit, nō cū uoluptate facit: q uero ad hoc sedet, quantū ocium q̄rit ut faciat? Sedēs aduersus fratrem tuum detrahebas, ipsam detractionē malam diligēter faciebas, sedendo faciebas. Volebas ibi occupari, amplexabaris malū tuum, osculabaris dolū tuum. Sedens aduersus fratrē tuū detrahebas. Et aduersus filiū matris tuæ ponebas scandalū.) Quis est filius matris? Nōne frater? Hoc ergo repetere uoluit qđ supius dixerat, fratrē tuū: an aliquā distinctionem nobis intelligendā insinuauit? Planē frēs puto esse distinguēdū. Frater aduersus fratrē detrahit, uerbi grā, ut puta quasi firmus & alicuius tā momēti doctor, & doctus, detrahit fratri suo, forte bene docēti & bene ambulāti. Est autē alius infirmus, aduersus illū ponit scandalū huic detrahēdo. Etenim cū detrahit bonis ab his q uidētur alicuius momenti esse & docti esse, in scādalū cadūt infirmi, q adhuc nesciūt iudicare. Ideo infirmus ille filius matris di-

Apoc. 3.
Psal. 9.
Matth. 3.
Psal. 34.
1. Cor. 3.

ctus est, nōdū patris, adhuc lacte indigēt & uberibus adhærens. Portaꝫ adhuc sinu matris Eccl'iæ, nō ualet accedere ad solidū cibum mēsæ patris sui, sed de ubere matris uictū trahit ignarus iudicādi, qm̄ adhuc aīalis atq; carnalis est. Spiritalis.n. oia diiudicat, animalis autē homo nō pcipit ea q̄ sunt spūs dei, qm̄ stultitia est illi. Talibus dicit Apls. Non potui loq uobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquā paruulis in xpo lac uobis potum dedi non escā. Neq;.n. poteratis, sed neq; adhuc quidem potestis. Mater uobis fui, qūo dicitur alio loco, Factus sum paruulus in medio uestrū, tāquam si nutrix fouēs filios suos. Nō nutrix nutriens filios alienos, sed nutrix fouēs filios suos. Sūt.n. matres q cū pepererint, dāt nutricibus. Illæ q peperūt nō fouēt filios suos, qa nutriendos dederunt. Illæ autē quæ fouent, nō suos fouēt, sed alienos. Iste uero ipse pepererat, ipse fouebat, nulli nutrici quē pepererat cō mittebat: dixerat.n. Quos iterum parturio, donec xps formeꝫ in uobis. Fouebat ergo & lactabat. Erāt autē qdem quasi docti & spiritales q Paulo detraherent. Eplæ quidē, aiunt, graues & fortes sunt, præsentia autē corporis infirma, & sermo contēptibilis. Dicit ipse in Epla sua quosdam detractores suos ita dixisse. Sedebāt & aduersus fratrē suum detrahebant, & aduersus lactandū illū filiū matris suę ponebant scandalū. Merito fecerunt ipsi matri, ut iterum parturiret, Et aduersus filiū matris tuæ ponebas scādalū. Hæc fecisti & tacui.) Ideo ueniet dñs deus noster & nō silebit. Modo hęc fecisti & tacui. Quid est tacui? Vindictā supersedi, seueritatē meā distuli, patientiā tibi ꝓlongaui, pniam tuā diu expectaui. Hæc fecisti & tacui. Ego aūt cū ad hoc expectarem ut te pœniteret, scdm Aplm dicētem, Tu autem scdm duritiā cordis tui, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Suspicatus es iniquitatē quod ero tibi similis. Parū est, qa mala facta tua placent tibi, placere putas & mihi. Deū qa non pateris ultorem, uit habere participē, & tanquā corruptū iudicē prædę sociū uis habere. Suspicatus es iniquitatē qđ ero tibi sīlis, dū non uis tu mihi esse similis. Estote n. inqt, perfecti sicut & pater uester q in cœlis est, qui facit solē suū oriri sup bonos & malos. Hunc tu imitari noluisti, q donat bona & malis, ut sedēs detrahas & bonis. Suspicatus es iniqtatē qđ ero tibi similis. Arguā te.) Qñ deus manifestus ueniet deus nr̄ & nō silebit, Arguā te. Et qđ tibi faciā arguendo te? Quid tibi faciā? Modo te non uides, facia ut uideas te, qa si uideres te & displiceres tibi, placeres mihi: qa uero te nō uidēs placuisti tibi, displicebis & mihi & tibi: mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis. Quid.n. tibi faciā, inqt? Constituam te ante faciē tuā.) Quid.n? Vis latere teipsum i dorso tuo? Ibi es, nō te uides, facio ut te uideas. Quod post dorsū posuisti, ante faciē ponā, uidebit fœditatē tuā, non ut corrigas, sed ut erubescas. Iā qa dicit ista frēs, desperādus est ille cui dī? Nōne illa ciuitas de qua dictū est, Triduo Niniue euerteꝫ: intra triduū idonea fuit cōuerti, orare, plāgere, de pœna iminenti misericordiā ꝓmereri? Audiāt ergo q tales sunt, dū licet audire & tacētē. Veniet.n. & nō silebit, & arguet qñ correctioni locus nullus erit, Statuā te, inqt, ante faciē tuā. Mō ergo tu fac qsqs talis es, qđ tibi minaꝫ facere de', Tolle te à tergo tuo ubi te uidere nō uis, dis-

D
1. Cor. 2.
1. Cor. 3.
1. Thess. 2.
Gal. 4.
2. Cor. 10
E
Roma. 2.
Ad frēs in Ere. ser. 51. Et in li. 50. homi. homi. 2.
Matth. 5.
F
Ionę. 3.
18. De Ciuita. dei. ca. 44. et. 21. ca. 18.

G simulans à factis tuis,& cōstitue te ante te. Ascēde
tribunal mentis tuæ,esto tibi Iudex,torqueat te ti-
Psal. 50. mor,erūpat a te confessio,& dic deo tuo,Qm̄ iniq-
tatem meā ego cognosco, & delictum meum ante
me est semper. Quod erat post te, fiat ante te,ne tu-
ipse postea à deo iudice fias ante te, & non sit quò
fugias a te. Intelligite autē hæc qui obliuiscimini
dnm.) Videte quia clamat,& non tacet, nō parcit.
Oblitus eras dnm, nō cogitabas de uita tua mala.
Intellige qa oblit⁹ es dnūi. Neqn̄ rapiat sicut leo,
& non sit q eruat.) Quid est sicut leo? Sicut fortis,si
cut potens, sicut ille cui nemo resistere potest. Ad
hoc retulit,ut diceret leo Ponitur.n.in laude, poni
1.Petr. 5. tur & in uituperatione. Dictus est leo,diabolus,Ad
uersarius uester ait, tanquā leo rugiens circumit q̄-
rens quē deuoret. Nunqd qa ille leo dictus est, pp
immanem sæuitiam: xp̄s non dicitur leo pp ingen
Apoca. 5. tem fortitudinem? Et ubi est illud, Vicit leo de tri-
bu Iuda? Intendat paululum charitas uestra adhuc
modicum qd restat. Obsecro uos, ut excutiatis fati
gationē, aderit ille q uobis usq ad hanc horā uires
dedit. Pauloante dixerat tanquā indicens nobis ut
H audistis uectigal quoddā laudis suæ, Immola deo
sacrificiū laudis,& redde altissimo preces tuas:po-
stea autē,Peccatori aūt dixit deus,ut qd tu enarras
iustitias meas, & assumis testm̄ meum per os tuū?
Tanquā diceret ei,Nihil tibi ꝓdest qd laudas. Ego
indixi laudis sacrificiū illis qui bene uiuunt. Eis.n.
prodest qd laudāt:tu autē si laudas,nihil tibi pro-
Eccle. 15. dest. Vt qd me laudas? Non est speciosa laus in ore
peccatoris. Postea concludit quasi ad utrunq & ar
guens malos q obliuiscunt deū,ait, Intelligite hæc
qui obliuiscimini deū,neqn̄ rapiat sicut leo, & nō
sit qui eruat. Sacrificium laudis glorificabit me.)
Quō sacrificiū laudis glorificabit me? Certe nihil
ꝓdest malis sacrificium laudis, qa assumunt testm̄
tuum per os suum, & faciunt dānanda q̄ displicent
oculis tuis. Prorsus,inquit,& illis hoc dico. Sacrifi-
cium laudis glorificabit me. Iam putabas tibi lau-
dem non ꝓdesse,lauda ꝓderit tibi. Si.n.male uiuis
& bona dicis,nondum laudas. Sed rursus si cū cœ
peris bene uiuere, meritis tuis tribuas quod bene
Luc. 23. uiuis,nondū laudas. Nolo te esse latronē insultan-
Luc. 18. tē cruci dñi, sed nec te uolo esse pharisæū in tēplo
I iactantem merita sua,& occultantē uulnera sua. Si
fueris iniquus & perseuerans in illa iniqtate,nō di-
co tibi,non ꝓderit laus, sed non me laudas, laudē
istā esse non deputo. Rursus si fueris quasi iustus,
nam nemo iustus nisi humilis & pius, & de iustitia
tua inflatus intesseris,& alios in tua comparatione
contempseris, & superexulteris tanquā glorians de
meritis tuis nō me laudas: nec ille me laudat q ma
le uiuit,nec ille me laudat qui quasi de suo bene ui
Ibid. uit. Sed nunqd ille pharisæus quasi de suo talis erat
cum diceret,Gratias tibi ago, qa nō sum sicut cæte
ri hoies? Gr̄as deo agebat ex eo qd bonum in se ha
bebat. Q̄uamuis ergo aliqd bonū in te sit, quamuis
iā intelligas non ex te esse qd bonum est, sed a deo
te accepisse:tn̄ in eoipso si te extuleris sup aliū non
habentem,inuidus teneris, nondū laudator meus
eris. Primo ergo corrigere à uia pessima,incipe uiue
re bene,intellige qa nō corrigeris nisi dono dei. A
dño.n.gressus hominis diriguntur. Hoc cum intelle-
xeris,faue & alijs, ut sint qd & tu es, qa hoc eras &
tu,qd & illi sunt. Faue quantū potes,& noli despe-
rare,nō.n.usq ad te diues est deus. Nō ergo laudat K
qui male uiuendo offendit dñm, non laudat, qui
cum iam cœperit bene uiuere, de suo putat esse qd
bene uiuit,non acceptū à deo. Nec ille laudat,q cū
sciat se qd bene uiuit, accepisse a deo, tn̄ usq ad se
uult esse diuitē deum Ille itaq qui dicebat,Gratias Luc. 18.
tibi ago deus q non sum sicut & cætera hoies,iniu
sti,raptores,adulteri,sicut & publicanus iste. nōne
ibi habebat unde diceret, dona & publicano huic
qd mihi donasti, supple & mihi q̄ nōdum dedisti?
Sed iam quasi saturatus ructabat, nō dicebat,Ego Psal. 108
autē egenus & pauper:qd dicebat publicanus ille, Luc. 18.
Dñe propitius esto mihi peccatori. Ideo descendit
iustificatus publicanus, magis q̄ ille pharisæus. Er-
go audite q bene uiuitis,audite q male uiuitis,sacri
ficiū laudis glorificabit me. Nemo mihi offert hoc
sacrificium laudis & malus est. Non dico, non hoc
mihi offerat malus, sed nemo mihi hoc offert ma-
lus. Qui.n.laudat bonus est,qa si laudat ēt bene ui
uit:qa si laudat,non solū lingua laudat, sed & uita
cū lingua cōsentit. Sacrificium laudis glorificabit
me. Et ibi uia est,in qua ostendā illi salutare dei.)
In sacrificio laudis uia est,quia illi ostēdatur saluta- L
re dei. Quod est salutare dei? xp̄s Iesus. Et quō in sa-
crificio laudis nobis ostenditur Christus? quia xp̄s
cum gr̄a uenit ad nos. Hæc dicit Apostolus, Viuo Gal. 2.
autem iam non ego,uiuit uero in me xp̄s. Quod au
tem in carne uiuo,in fide uiuo filij dei,qui me dile
xit,& tradidit semetipsum pro me. Agnoscant ergo Matt. 9.
peccatores,qa nō opus esset medicus si sani essent.
Etenim Christus pro impijs mortuus est. Cū ergo Roma. 5.
agnoscunt impietates suas, & primo imitant publi
canum illum dicentem, Dñe ꝓpitius esto mihi pec Luc. 18.
catori,ostendunt uulnera, implorant medicum,Et 1 Cor. 1.
qa non se laudant,sed reprehendunt se,ut q glorια-
tur,non in se,sed in dño glorietur, agnoscunt cau-
sam aduentus Christi, quia ideo uenit ut peccato- 1.Tim. 1.
res saluos faceret. Quia Iesus xp̄s uenit, inqt,in hūc
mundū peccatores saluos facere,quorum primus ego
sum. Proinde illos Iudæos, de opere suo gloriantes,
sic arguit idem Apostolus, ut eos diceret ad gr̄am
nō pertinere, qui meritis & operibus suis mercedē
deberi arbitrabant. Qui ergo ad gratiam se scit pti
nere,quod est Christus,& quod est Christi, nouit, M
quia indiget gr̄a. Si gr̄a uocatur. gratis datur:si gra- Roma. 4.
tis datur,nulla merita tua p̄cesserunt ut detur:nam
si præcesserunt merita tua, merces non imputatur
scdm gratiam,sed secūdum debitum. Si ergo dicis
præcessisse merita tua,te uis laudari non deū: ideo
non agnoscis xp̄m,qui uenit cū gratia dei. Cōuer-
te ergo te ad merita tua,uide illa mala fuisse, ut nō
tibi deberetur nisi supplicium,non præmium. Et
cum uideris quid tibi per meritum debeatur,agno
scis quid per gratiam donetur, & sacrificio laudis
glorificas deum Ibi est.n.uia, in qua noueris Chri
stum salutare dei.

In Psalmum quinquagesimum. *Enarratio.*

M VLTITVDINIS huius, nec frequentia
fraudāda est,nec īfirmitas onerāda. Silētiū
petimus & qetem,ut uox nr̄a post hesternū
laborē possit aliquātis uiribus ꝑdurare. Credēdū
est charitatē uestrā,non ob aliud hodierno die co
piosius cōuenisse,nisi ut oretis ꝓ eis quos absentes
facit alienus & peruersus affectus. Neq.n loqmur de
Paganis,neq de Iudæis,sed de xp̄ianis. Neq de his

A adhuc catechumenis, sed de multis etiam baptizatis, à quorũ lauacro nihil distatis, & eorũ tamẽ cordi dissimiles estis. Quam multos enim hodie fratres nostros cogitamus & plangimus ire in uanitates & insanias mẽdaces, negligere quò uocati sunt. *Psal. 39.* Qui si forte in ipso circo aliqua ex cã expauescant, continuo se signant, & stant illic portantes in fronte unde abscederent si hoc in corde portarent. Deprecanda est misericordia dei, ut donet intellectũ ad ista damnanda, & affectum ad fugienda, & misericordiam ad ignoscenda. *In li. 50. homi. ho. 28.* Opportune ergo de pœnitentia Psalmus hodie cantatus est. Loquamur & cum absentibus. Erit ad eos uox nostra, memoria uestra: nec ut saucios & lãguidos negligatis, sed ut facilius sanetis, sani permanere debetis: corrigite arguendo, consolamini alloquendo, exemplum præbete bene uiuendo: aderit eis q affuit & uobis: nõ enim uobis iam ista pericula prętergressis, fons misericordiæ dei pcisus est. Quã uenistis, uen ẽt: quã transistis, transibunt. Molestũ est qdem & nimium periculosum, imo pniciosum, & pro certo exitiabile, qđ sciẽtes peccãt. Aliter.n. ad has uanitates B currit qui uocẽ Christi cõtemnit: aliter ille qui nouit quid fugiat. Sed nec de talib⁹ desperari debere, iste psalmus ostendit. Inscribitur enim titulus eius.

Psalmus ipsi Dauid, cum uenit ad eum Nathan Propheta, quando intrauit ad Bersabee.

Bersabee erat mulier uxor aliena, cũ dolore b qdem dicimus & tremore, sed tñ deus noluit taceri, qđ uoluit scribi. Dicã ergo non *In li. 50. homi. ho. 12.* qđ uolo, sed qđ cogor: dicã nõ exhortans ad imitationẽ, sed instruẽs ad timorẽ. Huius mulieris uxoris alienę pulchritudine captus rex & Propheta Da*2. Reg. 11* uid, ex cui⁹ semine scđm carnẽ dñs uenturus erat, adulterauit eam. Hoc in isto psalmo nõ legitur, sed in titulo eius apparet. In libro autẽ regnoꝝ plenius legitur. Vtraq; scriptura canonica est, utriq; sine ulla dubitatione à xp̄ianis fides adhibenda est. Commissum atq; cõscriptum est. Huius etiam maritum in bello occidendum curauit, homicidio auxit adulterium: & post hoc factũ, missus est ad eum Na*2. Reg. 12* than Propheta, missus à dño qui eum argueret de tanto cõmisso. Quid caueant hoies diximus, quid C uero si lapsi fuerint imitentur, audiamus. Multi.n. cadere uolunt cũ Dauid, & nolunt surgere cum Dauid. Non ergo cadendi exẽplum propositũ est, sed si cecideris resurgendi. Attẽde ne cadas: nõ sit delectatio minoꝝ, lapsus maioꝝ: sed sit casus maiorũ, tremor minoꝝ. ad hoc propositum est, ad hoc scriptum est, ad hoc in Ecclesia sæpe lectum atq; cantatũ. Audiant q nõ ceciderũt ne cadant, audiãt q ceciderunt ut surgant. Tanti uiri pctm̃ nõ tacetur, prædicatur in Ecclesia. Audiunt male uiuentes, & quærunt sibi patrocinia peccandi: attẽdunt unde defendant quod cõmittere parauerunt, nõ unde ca*2. Reg. 11* ueant quod nõ cõmiserunt, & dicũt sibi, Si Dauid, cur nõ & ego? Inde aia iniquior, q̃ cum propterea fecerit, quia Dauid fecit, ideo peius quàm Dauid fecit. Dicã hoc ipsum si potero plani⁹. Dauid nullũ sibi ita ad exẽplũ ꝓposuerat, ut tu. Ceciderat lapsu cupiditatis, non patrocinio sanctitatis: tu tibi tanq̃ sanctũ proponis ut pecces, nõ imitaris ei⁹ sanctitatẽ, sed imitaris ruinã. Hoc amas in Dauid qđ in se odit Dauid. Pręparas te ad peccãdũ, disponis peccare. Librũ dei ut pecces inspicis: scripturas dei ad hoc audis, ut facias qđ displicet deo? Hoc nõ fecit Da- D uid. Correptus est p Prophetã, nõ lapsus est in Pro- *2. Reg. 12* pheta. Alij uero audientes salubriter, in casu fortes, metiũtur infirmitatẽ suã, & qđ damnat deus deuitare cupientes, ab aspectu securo † abstinẽt oculos. *† al. impuro.* Non eos illẽ figunt in pulchritudine carnis alienæ, nec seipsos faciũt de peruersa simplicitate securos. Nõ dicũt, bono aio attẽdi, benigne attẽdi, de charitate diu aspexi. Proponunt.n. sibi casum Dauid, & *2. Reg. 11* ad hoc illũ magnũ uidẽt cecidisse, ut parui nolint uidere unde possint cadere. Reprimũt.n. oculos à petulãtia, nõ se facilè adiungũt, nõ miscẽt se mulieribus alienis, nõ leuãt oculos faciles ad aliena mœnia, ad aliena solaria. De lõge.n. uidit Dauid illam in qua captus est. Mulier longe, libido prope. Alibi erat qđ uideret, in illo unde caderet. Attẽdenda est ergo hæc infirmitas carnis, recordanda sunt uerba Apli, Nõ ergo regnet pctm̃ in uestro mortali corpo- *Roma. 6.* re. Non dixit, non sit: sed, non regnet. Inest pctm̃ cũ delectaris, regnat si consenseris. Carnalis delectatio pfertim usq; ad illicita & aliena progrediens, frenanda est: nõ relaxanda: imperio domanda, nõ in E imperio collocãda. Attẽde securus, si nõ habes unde mouearis: sed respõdes, fortis teneor. Nunqd tu fortior q̃ Dauid? Admonet ẽt tali exemplo, non se quẽquam debere extollere in prosperis rebus. Multi.n. res aduersas timent, res prosperas non timent. Periculosior est res prospera animo, q̃ aduersa corpori. Prius corrumpit prospera, ut inueniat qđ frangat aduersa. Fratres mei, aduersus fœlicitatẽ acri⁹ uigilãdũ est: propterea uidete queãdmodũ eloquiũ dei in nostra fœlicitate tollat nobis securitatẽ, Seruite, inquit, dño in timore, & exultate ei cũ tremo- *Psal. 2.* re. In exultatione, ut grãs agam⁹: in tremore, ne cadamus. Hoc pctm̃ non fecit Dauid, cum persecutorem Saulem pateretur, qñ Dauid sanctus Saulẽ ini- *1. Reg. 18* micum patiebatur, qñ illius persecutionibus agita- *1. Re. 24. & 26.* batur: quando per diuersa fugiebat, ne in man⁹ ei⁹ incideret, nõ cõcupiscebat alienã, non adulterata uxore occidit uirum. Erat in infirmitate tribulationis suæ, tãto i deũ intẽrior, quãto miserior uidebatur. Vtile quiddã est tribulatio, utile medici ferramentũ, tanq̃ contra diaboli tẽtamentũ. Factus est securus deuictis hostib⁹, pssura caruit, tumor excre- F uit. Valet ergo hoc exẽpliũ ad id, ut timeam⁹ fœlicitatẽ. Tribulationẽ, inqt, & dolorẽ inueni, & nomẽ *Psal. 114.* dñi inuocaui. Sed factũ est, dixerint hæc eis q non cõmiserunt, ut uigilent custodire integritatẽ suã, & cũ attẽdunt magnum cecidisse, parui timeãt. Si uero aliqs iam lapsus hæc audit, & aliqđ mali in conscientia tenet, uerba huius psalmi aduertat. Attẽdat qdem uulneris magnitudinẽ, sed nõ desperet medici maiestatẽ. Pctm̃ cum desperatione, certa mors. Nemo ergo dicat, Si iã aliqđ mali feci, iam damnandus sum, de⁹ malis talib⁹ nõ ignoscit: cur non addo peccata peccatis? Fruar hoc seculo in uoluptate, in lasciuia, in cupiditate nefaria. Iã pdita spe reparationis, uel hoc habeã quod uideo, si nõ possum habere quod credo. Iste ergo Psalmus, sicut cautos facit eos q nõ ceciderũt, sic despatos eẽ nõ uult q cecide rũt. Quisquis peccasti, & dubitas agere pniam pro pctõ tuo desperando salutẽ tuã: audi Dauid gemẽtem. Ad te Nathan Propheta nõ est missus, ipse Da- *2. Reg. 12* uid ad te missus est. Audi eũ clamantẽ: & simul clama, audi gemẽtẽ & cõgemiscẽ: audi flẽtẽ & lachry

G mas iunge: audi correctum, & condelectare. Si tibi non potuit intercludi pctm̄, spes ueniæ non intercludatur. Missus est ad istū uirū, Nathan Propheta: attende regis humilitatē. Non respuit uerba præcipientis, nō dixit, Audes mihi loqui regi? Rex sublimis Prophetā audiuit, plebs eius humilis xp̄m audiat. Audi ergo hæc, & dic cum illo. Miserere mei deus, scd̄m magnam misericordiā tuam.)Qui magnam misericordiā deprecatur, magnam miseriam confitet. Quærant paruam misericordiam tuam, q nesciendo peccauerūt. Miserere, inqt, mei scd̄m magnam misericordiam tuam. Subueni graui uulneri, secundum magnam medicinam tuam. Graue est qd' habeo, sed ad omnipotentē confugio. De meo tam letali uulnere desperarem, nisi tm̄ medicum reperirem. Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.)Quod ait, Dele iniquitatē meā: hoc est, miserere mei deus. Et quod ait, Scd̄m multitudinem miserationū tuarum: hoc est, scd̄m magnam misericordiam tuam. Quia magna est misericordia, multæ sunt miseri-

H cordiæ. Et de magna misericordia tua, multæ sunt miserationes tuæ. Attēdis contēptores ut corrigas, attendis nescientes ut doceas, attēdis cōfitentes ut ignoscas. Fecit hoc, nesciēs fecerat aliqua, & multa

1.Tim.1. mala fecerat. Et qd ait? Misericordiā, inqt, consecu-
2.Re.11. tus sum, qa ignorās feci in incredulitate. Iste Dauid non posset dicere, ignorans feci. Non.n. ignorabat quantū mali esset contrectatio coniugis alienæ, & quantū malū esset interfectio mariti nescientis, & nec saltē irascentis. Consequuntur ergo misericordiam dn̄i q ignorantes fecerunt, & qui sciētes cōsequuntur, nō quālibet misericordiam, sed magnā misericordiā. Magis magisq; laua me ab iniustitia mea.)Quid est magis magisq; laua? Multū inquinatum. Magis magisq; laua peccata scientis, qa abluisti peccata ignorātis. Nec sic desperandū de misericordia tua. Et à delicto meo mūda me.)Quo merito? Medicus est, offer mercedē. Deus est, offer sacrificium. Quid dabis ut munderis? Vide.n. quē inuoces. Iustum inuocas, odit peccata. Si iustus est, uindicat in peccata: si iustus est, utiq; nō poteris aufer-

I re à dn̄o deo iustitiam eius. Implora misericordiā, sed attēde iustitiā. Misericordia est ut ignoscat peccanti, iustitia est ut puniat pctm̄. Quid ergo? Quæ-

De pe. ris misericordiā, pctm̄ impunitū remanebit? Respō-
di.1.ca. deat Dauid, respondeant lapsi, respondeant cū Da-
Gratia uid ut misericordiā mereant sicut Dauid, & dicāt,
dei. Non dn̄e, non erit impunitū pctm̄ meum. Noui iustitiā eius, cuius q̄ro misericordiā. Nō impunitum erit: sed ideo nolo ut tu me punias, quia ego pctm̄ meū punio. Ideo peto ut ignoscas, qa ego agnosco.

Qm̄ iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum coram me est semper.)Non posui post dorsum meū quod feci, non intueor alios oblitus mei,

Matth.7. nō affectō stipulā eiicere de oculo fratris mei, cum sit trabes in oculo meo. Pctm̄ meū ante me est, nō post me. Fuit.n post me qn̄ ad me missus est Propheta, & de oue pauperis similitudinē mihi propo

2.Reg.12 suit. Ait.n. Nathan Propheta ad Dauid, Erat diues quidā habens plurimas oues, pauper autē uicinus eius habebat unā ouiculam, quā in sinu suo & de suo cibo nutriebat. Venit hospes diuiti, nihil de grege suo abstulit, ouiculā uicini pauperis cōcupi-

uit, ipsam suo hospiti occidit: qd dignus est? At ille K
p̄fert iratus sniam. Planè tunc rex nesciens ubi captus esset, morte dignū diuitē dixit, & ouem reddēdam in quadruplū, seuerissime atq; iustissime. Sed pctm̄ eius nōdū erat corā eo, post dorsum erat qd fecerat. Suā iniquitatē nondū agnoscebat, & ideo alienæ non ignoscebat. Sed p̄pheta ad hoc missus, abstulit à dorso pctm̄, & ante oculos posuit, ut uideret illā sniam tam seueram in se esse p̄latam. Ad secandum & sanandū uulnus cordis eius, ferramētū fecit de lingua eius. Hoc fecit dn̄s Iudæis qn̄ ad eum adulteram mulierem adduxerunt, proponentes laqueū tentationis, & in id qd proposuerant incidentes. In adulterio, inquint, hæc mulier deprehē- Ioan.8.
sa est. Moyses hm̄oi lapidari iussit, tu de illa qd censes? tanquam bicipiti muscipula tentātes capere sapientiam dei, ut si iuberet occidi, perderet mansuetudinis famā: si aūt iuberet dimitti, incurreret blasphemiam tanquā reprehensor legis calūniandus. Quid ergo respondit? Non ait, occidite: non ait, dimittite: sed ait, Qui se scit sine peccato esse, primus in illā lapidē iaciat. Iusta lex q iubet adulterā occidi, sed hæc lex iusta, ministros habeat innocentes. L
Attenditis quā adducitis, attēdite & q estis. Illi hoc De uer-
audito, unus post alterū discesserunt. Remāsit adul bis domi-
tera & dn̄s, remāsit uulnerata & medicus, remansit ni ser 47.
magna miseria & magna misericordia. Adducētes Ioan.8.
erubuerūt, nec ueniā petiuerunt. Adducta confusa est & sanata. Ait illi dn̄s, Mulier nemo te cōdemnauit? Et illa, Nemo dn̄e. Et ille, Nec ego te condēnabo, Vade, deinceps iā noli peccare. Nunquid xp̄s fecit contra legē suam? Neq;.n. pater eius sine filio dederat legē. Si cœlū & terra, & omnia q in eis sunt, p ipsum facta sunt, lex sine uerbo dei quo scripta est? Non ergo deus contra legem suam, quia nec imperator contra leges suas facit, qn̄ confessis dat indulgentiam. Moyses minister legis, Christus promulgator legis. Moyses lapidat ut iudex, xp̄s indulget ut rex. Misertus est ergo eius deus scd̄m magnā misericordiam suam, sicut hic rogat, sicut hic petit, sicut exclamat & dolet: qd illi adulteram offerentes facere noluerūt, uulnera sua ostendēte medico cognouerunt, medicinā à medico nō quæsierunt. Ita sunt multi quos peccare nō pudet, agere pniam pudet. O incredibilis insania. De uulnere ipso nō erubescis, de ligatura uulneris erubescis? Nonne putridum nudū fœdius & putidius est? Cōfuge ergo ad medicū, age pniam, dic, Iniquitatem meā ego agnosco, & pctm̄ meum ante me est semper. Tibi soli peccaui, & malignum coram te feci.)Quid est hoc? Corā hominibus.n. non erat adulterata uxor alie- 2.Reg.11
na, & maritus occisus? Nōne oēs nouerant qd Dauid fecerat? Quid est, tibi soli peccaui & malignū corā te feci? Quia tu solus sine pctō. Ille iustus punitor, q non habet qd in illo puniatur. Ille iustus reprehensor, q non habet quod in illo reprehendat. Tibi soli, inqt, peccaui, & malignum coram te feci.

Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū iudicaris.)Cui dicat frēs, cui dicat, difficile est aduertere. Deo utiq; loqtur, & manifestum est, quō deus pater nō est iudicatus. Quid est, tibi soli peccaui & malignū corā te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū iudicaris? Videte futurū iudicē, iudicatū à peccatorib' iustū, & in eo uincētē, qa qd i illo iudicaret nō habuit, & q eū miserat pater: erat

enim

A enim solus uerus. Et ideo solū uerum in hominib⁹
dicere potuit homo deus, si inuenistis in me pctm̄,
dicite. Sed forte erat qđ homines latebat, & non in
ueniebant illi quod erat quidē, sed manifestū non
Ioan. 14. erat. Alio loco ait, Ecce uenit princeps mundi: acu-
tus inspector oium peccatorꝝ, ecce, inqt, uenit prin-
ceps mundi huius, morte affligens peccatores, præ
Sapi. 2. positus mortis: inuidia. n. diaboli mors intrauit in
Ioan. 14. orbē terrarū. Ecce, inqt, uenit princeps mundi hu-
ius. Dixit hæc ꝓximus passioni, & in me nihil inue
niet: nihil peccati, nihil morte dignū, nihil damna
tione dignū. Et tāquā ei diceret, cur ergo moreris?
Sequitur & dicit, Sed ut sciant oēs, quia uoluntatē
† al. ea- patris mei facio, surgite ambulemus† hinc. Patior,
mus. inqt, indignus pro dignis, ut eos dignos faciā uita
mea, pro qbus indigne patior morte illorꝝ. Huic ita
que nullū habenti pctm̄ dicit in præsentia Prophe
ta Dauid, Tibi soli peccaui, & malignū corā te feci,
ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cū iudi
caris: superas. n. oēs homines, oēs iudices: & qui se
putat iustū, coram te iniustus est. Tu solus iuste iu
B dicas, iniuste iudicatus, q potestatē habes ponendi
aiam tuam, & potestatē habes iterum sumendi eā.
Ioan. 10. Vincis ergo cum iudicaris. Oēs homines superas,
quia plus es q̄ homines, & p te facti sunt homines.
Tibi soli peccaui, & malignū coram te feci, ut iusti
ficeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris.

Ecce. n. in iniqtatibus conceptus sum.) Tanquā
diceret, Vincuntur illi q fecerūt quod & tu Dauid.
Non. n. hoc paruum malum, paruumq; peccatum,
adulterium & homicidiū. Quid illi q ex quo nati
sunt de uentre matris suæ, nihil tale fecerunt? Etiā
ipsis imputas aliqua peccata, ut ille oēs uincat cū
cœperit iudicari. Suscepit personā generis humani
Dauid, & attēdit oium uincula, ꝓpaginem mortis
33. q. 4. c. consyderauit, originē iniqtatis aduertit & ait, Ecce
uir. enim in iniqtatibus conceptus sum. Nunqd Dauid
1. Reg. 16. de adulterio natus erat, de Iesse uiro iusto & coniu
2. sen. dis. ge ipsius? Quid est qđ se dicit in iniqtate cōceptū,
30. c. Sed nisi quia trahit iniquitas ex Adam? Etiā ipsum uin
quod. culum mortis, cum ipsa iniqtate concretum est. Ne
Ioan. 15. mo nasciť nisi trahens pœnā, trahens meritum pœ
C næ. Dicit & in alio loco Propheta, Nemo mundus
in conspectu tuo, nec infans cuius est unius diei ui
ta sup terrā. Nouimus n. ex baptismo xp̄i solui pec
cata, & baptismum xp̄i ualere ad remissionē pecca
torum. Si infantes omnimodo innocētes sunt, cur
matres ad Ecclesiam cum languentibus currunt?
Quid illo baptismo? qđ illa remissione dimittitur?
Innocentē magis uideo flentem q̄ irascentē. Quid
diluit baptismū? Quid soluit illa grā? Soluiť ꝓpago
peccati, qa si loqui tibi posset ille infans diceret, &
si iam intellectū haberet, quem habebat Dauid, re
sponderet tibi, Quid me attendis infantē? Nunqd
uides facinora mea? Sed ego in iniqtate conceptus
sum, Et in peccatis mater mea me in utero aluit.)
Præter hoc uinculū concupiscentię carnalis, natus
est xp̄s sine masculo, ex uirgine cōcipiente de spiri-
tu sancto. Non pōt iste dici in iniqtate conceptus:
non pōt dici, in peccatis mater eius in utero eum
Luc. 1. aluit, cui dictū est, Spūssanctus superueniet in te, &
uirtus altissimi obūbrabit tibi. Non ergo ideo in
iniqtate concipiunť hoies, & in peccatis in utero à
matribus aluní, qa pctm̄ est misceri cōiugibus: sed
quia illud qđ fit, utiq; fit de carne pœnali. Pœna. n.

carnis mors est, & utiq; inest ipsa mortalitas. Vnde D
Apl's non moriturū corpus dixit, sed mortuū. Cor- Rom. 8.
pus quidē mortuum est, inqt, pp pctm̄, spūs autem
uita est pp iustitiam. Quō ergo sine uinculo pecca
ti nascitur, qđ concipitur & seminatur de corpore
mortuo pp peccatum? Opus hoc castum in cōiuge
non habet culpā, sed origo peccati trahit secum de
bitam pœnā. Non. n. maritus, qa maritus, est mor-
talis non est, aut aliunde nisi peccato mortalis est.
Erat. n. & dn̄s mortalis, sed non de peccato suscepit
pœnā nostram, & ideo soluit culpā nr̄am. Merito
ergo in Adam oēs moriuntur, in xp̄o autem oēs ui 1. Cor. 15.
uificātur. Per unum hoiem. n. ait Apl's, peccatum in Roma. 5
hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, &
ita in oēs homines pertransijt, in quo oēs peccaue-
runt. Definita est snia, In Adam, inqt, oēs peccaue
runt. Solus esse innocens infans potuit, q de opere
in Adam non est natus. Ecce. n. ueritatē dilexisti,
incerta & occulta sapiētiæ tuæ manifestasti mihi.)
Veritatē dilexisti, id est, impunita peccata eorū ēt E
qbus ignoscis nō reliquisti. Veritatem dilexisti, sic De pæ.
misericordiā ꝓrogasti, ut seruares & ueritatē. Igno- di. 5. c.
scis cōfitenti, ignoscis, sed seipsum punienti: ita serua Gratia
tur misericordia & ueritas. Misericordia, qa homo dei.
liberať: ueritas, qa pctm̄ punitur. Ecce. n. ueritatem
dilexisti, incerta & occulta sapiētiæ tuæ manifesta
sti mihi. Quę occulta? q̄ incerta? qa deus ignoscit &
talibus: nihil tā occultū, nihil tā incertū. Ad hoc in
certum. Niniuitæ pniam egerunt: dixerunt. n. quā-
uis post minas Prophetæ, quamuis post illā uocem
Triduo & Niniue euerteť: dixerunt apud se, peten- Ione. 3.
dum esse misericordiā. Dixerūt ita apud se disceptā
tes, Quis nouit, si deus flectat in melius sniam suā
& misereť? Incertū erat, cū dr̄, qi nouit. † De incerto † al. cum
pniam egerunt, certā misericordiā meruerunt Pro- deo, qui
strauerunt se in lachrymis, in ieiunijs, in cilicio, & nouit, in-
in cinere. Prostrauerūt se, gemuerūt, fleuerunt, pep certū non
cit deus. Stetit Niniue, an euersa est Niniue? Aliter q esset.
dem uideť hominibus, & aliter uisum est deo. Ego
aūt puto impletū fuisse qđ Propheta ꝑdixerat. Re-
spice q̄ fuit Niniue, & uide qa euersa est. Euersa ī ma
lo, ædificata in bono: sicut euersus Saul⁹ ꝑsecutor, Acto. 9.
ædificatus Paulus ꝑdicator. Quis nō diceret ciuita F
tē istā in qua nūc sum⁹ fœliciter euersam, si oēs illi
insani nugis suis desertis ad Ecclesiā cōpuncto cor
de cōcurrerent, dei misericordiā de suis factis ꝑteri
tis inuocarēt? Nōne diceremus, ubi ē illa Carthago?
qa nō est qđ erat, euersa est: sed si est qđ nō erat, ędi
ficata est. Ita dr̄ Hieremię, Ecce dabo tibi eradicare, Hier. 1.
suffodere, euertere, dispdere, & rursus ædificare, & Deut. 32.
plātare. Inde ē uox illa dn̄i, Ego pcutiā, & ego sana-
bo. Percutit putredinē facinoris, sanat dolorē uul-
neris. Faciūt hoc medici, secāt, pcutiūt & sanant: ar
māt se ut feriāt, ferrū gestāt & curare ueniūt. Sed qa Ione. 3.
pctā magna erāt Niniuitarū, dixerunt, Quis nouit?
Hoc incertū patefecerat de⁹ seruo suo Dauid: cū. n.
dixisset, stāte & arguēte se Propheta, Peccaui; statim
audiuit à Propheta, id est, à spiritu dei q erat in Pro
pheta, Dimissum est tibi pctm tuū. Incerta & occul 2. Reg. 12
ta sapiētiæ tuæ manifestasti mihi. Aspergis me, in
qt, hysopo & mundabor.) Hysopum herbam noui
mus humilē, sed medicinalē, saxo hærere radicib⁹
dr̄. Inde in mysterio mundandi cordis similitudo as-
sumpta est. Apprehēde, inqt, & tu radicem dilectio
nis petram tuam. Esto humilis in humili deo tuo,

G ut sis excelsus in glorificato dño deo tuo. Asperge-
ris hysopo, humilitas xpi te mundabit. Noli herbã
contemnere, uim medicamenti attende. Aliquid ẽt
dicã quod à medicis solem⁹ audire, uel experiri in
ægrotis. Hysopum dicunt purgandis pulmonibus
aptũ eẽ. In pulmone solet notari supbia: illic. n. in-
Act. 9 flatio, illic anhelit⁹. Dicebat de Saulo psecutore, tã-
quã de Saulo supbo, q̃ ibat ad uinciẽdos xpianos,
spirans cædem: anhelabat sangui-
nẽ, nondũ purgato pulmone. Audi & hic humilia-
tum, quia hysopo purgatũ. Asperges me hysopo &
mũdabor. Lauabis me,) id est, mũdabis me. Et
Esa. 1. sup niuẽ dealbabor.) Et si fuerint, inqt, peccata ue-
Ephe. 5 stra sicut phœniciũ, tanq̃ niuem dealbabo. De ta-
Matt. 17 libus sibi exhibet xps uestem sine macula & ruga.
Proinde uestis eius in monte, q̃ tanq̃ nix dealbata
effulsit, significauit Ecclesiã omni macula peccati
mũdatã. Sed ubi humilitas ex hysopo? Audi sequẽ-
tia. Auditui meo dabis exultationem & lętitiã, &
exultabunt ossa humiliata.) Auditui meo, inqt, da
bis exultationẽ & lætitiã. Gaudebo audiendo te,
nõ loquẽdo cõtra te, Peccasti, q̃ defendis te loquẽ-
H do? Loq uis, patere, audi cede diuinis uocib⁹, ne tur
beris & ampli⁹ uulnereris. Cõmissum est, nõ defen
dat, in cõfessionẽ ueniat, nõ in defensionem. Adhi
bes te defensorẽ peccati tui, uinceris. Non innocen
tem patronũ adhibuisti, nõ est tibi utilis defensio
tua. Quis es. n. ut te defendas? Idone⁹ esto ad accu-
sandũ te: noli dicere, aut nihil feci, aut qd magnũ
feci, aut fecerunt & alij. Si faciẽdo pctm̃ nihil te di-
cis deliquisse, nihil eris, nihil accipies. Parat⁹ est de⁹
dare indulgentiã, claudis contra te: ille paratus est
dare, noli opponere obicẽ defensionis, sed aperi si-
nũ confessionis. Auditui meo dabis exultationẽ &
lætitiã. Ipse donet ut dicã qd⁹ sentio. Fœliciores sũt
qui audiunt, q̃ qui loquuntur. Qui. n. discit, humi-
lis est: qui autem docet, laborat ut non sit supbus,
ne male placẽdi affectus irrepat, ne deo displiceat
q̃ uult placere hoibus. Magnus tremor est in docẽ-
te, fratres mei, magnus tremor est noster i his uoci-
bus nostris. Credite cordi mo qd⁹ uidere nõ pote-
stis, scit ipse q̃ mitescat nobis, qui propitius sit no-
bis, cũ quãto sub illo tremore ad uos loqmur. Cũ
I aũt ipsum aliquid suggerentem & docentem intus
audiuimus, securi sumus, securi gaudem⁹. Sub ma-
gistro n. sumus, illius gloriã quærimus, illũ docẽ-
tem laudam⁹. Delectat nos ueritas ei⁹ intus, ubi ne-
mo facit uel audit strepitũ. Ibi dixit iste esse lætitiã
suã & exultationẽ suã. Auditui meo, inqt, dabis ex-
ultationẽ & lætitiã. Et ideo qa humilis, audit. Qui
uere audit & bene audit, humilis audit. Gloria. n.
eius in illo est à quo audit. Posteaq̃ dixit, Auditui
meo dabis exultationẽ & lætitiã: continuo demõ-
strauit quid faciat auditio, Exultabũt ossa humilia
ta. Humiliata sunt ossa, ossa audiẽtis nõ hñt fastũ,
non habẽt timorẽ, quẽ in se uix uincit q̃ loquitur.
Mat. 11 Inde & ille humilis magnus, quo in natis mulierũ
nemo maior surrexit: ille qui ita se humiliauit, ut se
indignũ diceret soluere corrigiã calciamenti domi
Mar. 1 ni sui. Ioannes ille Baptista, dans gloriam magistro
suo & iõ amico suo, cum xps putaretur, & ex eo su-
Luc. 3 perbire posset & se extendere: non. n. ipse se dixerat
xpm, sed poterat accipere hominum errorem hoc
putãtium, ultro istum honorẽ deferre uolentium:
sed respuit falsum honorẽ, ut inueniret ueram gra-
tiã: & uide humilitatẽ de auditu, ait, Qui habet spõ K
sam, sponsus est, amicus aũt sponsi stat & audit eũ. Ioan. 3.
Stantem se fecit & audientem, non cadentem & lo
quentem. Stat, inquit, & audit eũ. Audisti auditum,
ubi est exultatio & lætitia? Cõtinuo sequi. Stat &
audit eũ, & gaudio gaudet pp uocem sponsi. Audi-
tui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt Ioan. 3.
ossa humiliata. Auerte faciẽ tuã à peccatis meis, &
oẽs iniquitates meas dele.) Iam. n. exultant ossa hu
miliata, iam hysopo mundatus, humilis factus sũ.
Auerte faciẽ tuã non a me, sed a peccatis meis. Ali- Psal. 26.
bi qppe orãs dicit, Ne auertas faciem tuã à me. Qui
nõ uult à se auerti faciem dei, uult auerti faciẽ dei
à peccatis suis. Pctm̃. n. unde se deus nõ auertit, ad-
uertit. Si aduertit, animaduertit. Auerte faciẽ tuam
à peccatis meis, & oẽs iniqtates meas dele. Satagit
de illo grandi pctõ, plus psumpsit, oẽs deleri uult
iniquitates suas. Præsumit de medici manu, de ma
gna illa misericordia, quã in principio psalmi inuo
cauit, oẽs iniquitates meas dele. Auertit faciẽ de⁹,
& sic delet auertendo faciẽ peccata delet, aduerten
do scribit. Audisti auertẽdo delentẽ, audi aduertẽ-
do, quid facientem? Vultus aũt domini super faciẽ L
tes mala, ut perdat de terra memoriã eoꝝ, nõ delẽ- Psal. 33.
do peccata eoꝝ. Hic autẽ quid rogat? Auerte faciẽ
tuam à peccatis meis. Bene rogat, Ipse. n. non auer-
tit faciem à peccatis suis, dicens, Qm̃, peccatũ meũ
ego cognosco. Merito rogas & bene rogas, ut deus
auertat faciem à peccato tuo, si tu inde nõ auertis
faciem. Si uero tu pctm̃ tuum in dorso ponis, deus
ibi faciem ponit. Tu pctm̃ tuum ante faciem tuam
conuerte, si uis ut inde deus faciem suam auertat,
& sic securus rogas, & exaudit. Cor mundũ crea i
me deus.) Crea, nõ quasi nouũ aliquid institue, di
cere uoluit: sed quia pœnitens orabat, q̃ cõmiserat
aliquid, quod prius q̃ cõmitteret innocentior erat,
ostendit queadmodum dixerit, crea. Et spm̃ rectũ
innoua in uisceribus meis.) Perfectũ, inquit, in me
spm̃ fac esse. Inueterata erat atq̃ curuata rectitudo
spũs mei. Dicit enim ex alio Psalmo, Curuauerunt Psal. 56
aiam meam. Et quando se homo pronum facit ad
terrenas concupiscentias, incuruatur[cor] quodã-
modo: cum aũt erigitur in superna, rectum fit cor Psal. 72
eius ut bon⁹ illi sit deus. Quã bonus. n. deus Israel M
rectis corde. Proinde fratres audite. Aliqñ deus cui
ignoscit i futuro seculo, corripit eũ de pctõ in isto
seculo. Nã & ipsi Dauid, cui dictũ iã fuerat p Pro-
pheta, Dimissum est pctm̃ tuum, euenerunt qdam 2. Reg. 12
q̃ minatus erat deus propter ipsum pctm̃. Nam fili⁹
eius Absalon aduersus eum cruentum bellum ges- 2. Reg. 15
sit, & in multis humiliauit patrem suum. Ambula-
bat ille in dolore, in tribulatiõe humiliationis suę,
ita subditus deo, ut omnia iusta ei tribuens confi-
teretur qd⁹ nihil pateretur indigne, hñs iam rectũ
cor cui nõ displicebat deus. Iniuriosum quendam
& in os sibi dura maledicta iaciẽtẽ, patiẽter audie-
bat, ex aduersa parte, unũ ex militib⁹ q̃ erant cũ fi-
lio ei⁹ impio. Et cũ ille iaceret maledicta in regẽ, ira
tus un⁹ ex comitib⁹ Dauid, uoluit ire & pcutere eũ, 2. Re. 16
prohibet à Dauid. Et quo prohibetur? Vt diceres,
deus illũ misit ut mihi malediceret. Agnoscens cul
pam suam, amplexus est pœnã suam, quærens glo-
riã non suã, dñm laudans in eo quod boni hẽbat,
dñm laudans in eo quod patiebatur, benedicens
dñm in omni tempore, semper laus eius in ore ei⁹. Psal. 33.

A Tales sunt oẽs recti corde. Nõnne hi peruersi q se
rectos putant, & peruersum deum? Qui qñ aliquid
faciunt mali gaudent, qñ aliquid mali patiunt bla
sphemant: Insuper positi in tribulatione & flagel-
lo, dicunt de corde distorto, Deus qd tibi feci? Ve-
re quia nihil deo fecerunt, omnia.n.sibi fecerunt.
Et spm rectũ innoua in uisceribus meis. Ne ꝓii-
cias me à facie tua.) Auerte faciem tuam à peccatis
meis, & ne proiicias me à facie tua. Cuius faciem ti
met, ipsius faciem inuocat. Ne proiicias me à facie
4. ser. di. 17. Quid ergo. in fi ne. tua. Et spm sanctũ tuũ ne auferas à me.) Est.n.spi
ritus sanctus in confitente. Iã ad donũ spũs sancti
pertinet, qa tibi displicet qd fecisti. Immundo spiri
tui peccata placent, sancto displicent. Quanuis er-
go adhuc ueniã depreceris, tñ ex alia parte, qua ti-
bi displicet malũ qd cõmisisti, deo cõiungeris. Hoc
enim & tibi displicet, quod & illi. Iam duo estis ad
expugnandã febrem tuã, tu & medicus. Quia ergo
non potest esse confessio peccati, & punitio peccati
in hoie a seipso, cum quisq; sibi irascit & sibi displi
cet, sine dono spũs sancti non est. Nec ait, spiritum
sanctum tuũ da mihi: sed, ne auferas à me. Et spiri-
B tum sanctũ tuũ ne auferas à me. Redde mihi exul
tatione salutaris tui.) Redde quam habebam, quã
peccando amiserã. Redde mihi exultationẽ saluta
ris tui, utiq; xpi tui. Quis n. sine illo sanari potuit?
Ioan. 1. Quia & anteq̃ de Maria nasceret, In principio erat
3. ser. de. uerbum, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uer-
25. cap. 5. bum. Et ita à sanctis patribus dispensatio susceptę
carnis futura credebatur, sicut à nobis facta credi-
tur. Tẽpora uariata sunt, nõ fides Redde mihi exul
tationem salutaris tui. Et spiritu principali cõfir-
ma me.) Nonnulli intellexerũt hic trinitatẽ in deo
ipsum deum, excepta dispensatione carnis, qm̃ scri
Ioan. 4 ptum est, Deus spũs est. Quod.n. non est corpus, &
tñ est, uidetur restare ut spiritus sit. Intelligunt ergo
hic nonnulli Trinitatẽ dictã, in spiritu recto filiũ,
in spiritu sancto spm sanctum, in spiritu principali
patrem. Siue ergo hoc ita sit, siue spm rectũ ipsius
hominis accipi uoluit, dicens, Spiritum rectum in
noua in uisceribꝰ meis, quẽ curuaui & distorsi pec-
cando, ut iam spiritus sanctus ipse sit spũs principa
lis, quem & auferri à se noluit, & eo se uoluit confir
mari, non est hæretica q̃libet sententia. Sed uidete
C qd adiungat, Spiritu, inqͬ, principali confirma me.
In quo confirma? Quia ignouisti mihi, qa securus
sum, non mihi imputari qd donasti. Ex hoc factus
securus atq; ista gratia confirmatus, non ero ingra-
tus. Quid.n. faciam? Doceam iniquos uias tuas.)
Doceã iniquos ex iniquo, id est, q fueram & ego ini
quus, iã nõ iniquus, nõ ablato spiritu sancto à me,
& spiritu principali confirmatus, doceam iniquos
uias tuas. Quas uias iniquos docebis? Et impij ad
te cõuertent.) Si pctm̃ Dauid impietati deputat, nõ
de se desperent impij, qa pepercit deus impio, sed si
ad eũ conuertant, si uias ipsius discant. Si autẽ im-
pietati non deputat factũ Dauid, sed illa ꝓpria im-
pietas dr̃ apostatare à deo, unum deũ non colere,
aut nunquã coluisse, aut quẽ colebat dimisisse, ad
cumulũ ualet qd ait, Et impij ad te conuertent, Ita
plenus es adipe misericordiæ, ut ad te cõuersis, nõ
solum quibuslibet peccatoribus, sed et impijs nõ sit
desperandũ. Et impij ad te cõuertent. Vt qd? Vt cre
Roma. 4 dentes in eũ q iustificat impium, deputet fides eoꝝ
ad iustitiam. Erue me de sanguinibꝰ deus deus sa-

lutis meæ.) Expressit Latinus interpres uerbo minꝰ
Latino ꝓprietatem tñ ex Greco. Nam oẽs nouimus
Latine non dici sanguines nec sanguina, sed sangui
nem: tñ quia ita Græcus posuit plurali numero, nõ
sine causa, nisi qa hoc inuenit in prima lingua He-
bræa, Maluit pius interpres minus Latine aliqd di-
cere, q̃ minus proprie. Quare ergo pluraliter dixit
de sanguinibus? In multis sanguinibus tãquam in
origine carnis peccati, multa peccata intelligit uo-
luit. Ad ipsa peccata respiciens Apostolus, q̃ ueniũt
de corruptione carnis & sanguinis, ait, Caro & san 1. Cor. 15.
guis regnũ dei nõ possidebunt. Nã utiq; scdm fidẽ Enchiri-
uerã eiusdem Apostoli, caro ista resurget, & ipsa me dio. c. 90
rebitur incorruptionẽ dicente ipso, Oportet corru 1. Cor. 15.
ptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc
induere immortalitatem. Quia ergo corruptio ista
de peccato est, ipsius noie appellant peccata: quem
admodũ dicit lingua & illud frustũ carnis & mem
brum, qd in ore mouet cũ uerba distinguimus, &
lingua qd per linguã fit, sicut dicimus aliã linguã
Græcam, aliam Latinã. Non.n. caro diuersa est sed
sonus. Quo ergo dr̃ lingua locutio q̃ fit per linguã:
sic dr̃ & sanguis iniquitas q̃ fit per sanguinẽ. Atten E.
dens ergo multas iniqtates suas, ut illud superius,
Et oẽs iniquitates meas dele: & eas tribuens corru
ptioni carnis & sanguinis, Libera me, inquit, de san
guinibus: hoc est, Libera me ab iniqtatibus: mũda Ibidem
me ab omni corruptione. Incorruptionẽ.n. desyde
rat q dicit, Libera me de sanguinibꝰ: qa caro & san-
guis regnũ dei nõ possidebũt, neq; corruptio incor
ruptionẽ. Erue me de sanguinibꝰ, Deus deus salutis
meæ. Oñdit qa cũ fuerit salus pfecta in isto corpo
re, corruptio in eo nõ erit, q̃ intelligit noie carnis &
sanguinis. Ipsa est.n. perfecta sanitas corporis. Nam
modo quo sanũ est quod labitur, qd indiget, quod
habet perpetuã quandã ægritudinẽ famis & sitis?
Hæc & tunc nõ erunt, qa esca uẽtri, & uenter escis, 1. Cor. 6
deus aũt & hũc & has euacuabit. Erit forma corpo
ris pfecta ex deo, absorpta morte in uictoriã, nulla
remanente corruptione, nulla surrepẽte defectiõe, 1. Cor. 15
nullis mutata ætatibus, nullo labore lassata, ut nul
lo cibo fulciat, & aliqua esca reficiat. Sed nõ enimꝰ
sine esca & potu, Ipse erit cibus nr̃ deus & potus nr̃.
Solꝰ ille cibꝰ reficit nec deficit. Libera me de sangui
nibus deus deus salutis meæ. Modo n. iã in ipsa sa- F
lute sumus Audi Aplm, Spe.n. salui facti sumus. Et Roma. 8
uide quid de ipsa salute corporis dicebat, In nobis-
metipsis, inqt, ingemiscimus, adoptionẽ expectan-
tes, redemptionẽ corporis nr̃i, Spe. n. salui facti su-
mus, Spes aũt q̃ uidet nõ est spes, Quod.n. uidet qs,
qd sperat? Si aũt qd nõ uidemus speramus, p patien
tiã expectamus. Qui pseuerauerit usq; in fine: ipsa Mat. 10.
est illa patiẽtia, Hic saluus erit: ipsa est salus quã nõ & 24.
dũ habemus, sed habituri sumus. Nõdũ est res, sed
certa spes. Et exaltabit lingua mea iustitiã tuam.
Dñe labia mea apies, & os meũ annunciabit laudẽ
tuã.) Laudẽ tuã, qa creatus sum, laudẽ tuã, qa ut cõ
fiterer iã monitus sum, laudẽ tuã qa peccãs nõ de-
relictus sum, laudẽ tuã qa ut securus essem mũdatꝰ
sum. Labia mea apies & os meũ annunciabit laudẽ
tuã. Qm̃ si uoluisses sacrificiũ, dedissem utiq;.) In
illo tpe erat Dauid, qñ sacrificium uictimarum ani
malium offerebat deo, & uidebat hæc futura tpa.
Nõne in his uocibus nos agnoscimus? Erant illa sa
crificia figurata, ꝓnunciantia unum salutare sacrifi

G cium,nec nos dimissi sine sacrificio sumus, qđ deo
offeramus. Audi.n.quid dicat curā gerens pro pec
cato suo,& ignosci sibi uolēs malum qđ fecit,Si uo
luisses,inquit sacrificium dedissem utiq;. Holocau
stis nō delectaberis.)Nihil ergo offerem⁹? Sic uenie
mus ad deū? Et unde illum placabim⁹? Offer,sanè
Psal. 55. in te habes qđ offeras. Noli extrinsecus thura cōpa
rare,sed dic, In me sunt deus uota tua,q̄ reddā lau-
des tibi.Noli extrinsec⁹ pecus quod mactes inquire
re,hahes in te quod occidas. Sacrificiū deo spūs
contribulatus, cor cōtritum & humiliatū deus nō
spernit.) Prorsus spernit taurum,hircū,arietē:iā nō
est tps ut hæc offerantur.Oblata sunt cum aliquid
indicarent,cum aliqiud promitterent:uenientibus
repromissis, promissiones ablatæ sunt.Cor contri
tum & humiliatum deus non spernit.Nostis qa ex-
celsus est deus:si te excelsum feceris, longinquabiť
à te:Si te humiliaueris,propinquabit ad te. Videte
quis iste sit. Vnus uidebať deprecari Dauid, uidete
hic imaginē nr̄am & typum Ecclesiæ. Benigne fac
dn̄e in bona uoluntate tua Sion.) Huic Sion beni-
gne fac.Quid est Sion? Ciuitas sancta.Quæ est ciui
H tas sancta? Quæ abscōdi nō pōt sup montem con-
Matth. 7 stituta.Sion in speculatione, quia aliqđ spectat qđ
sperat.Intrepretatur.n.Sion speculatio,& Hierusalē
uisio pacis. Agnoscitis ergo uos in Sion & in Hieru
salem:si certi expectatis spem futurā,eisi pacem ha
betis cum deo. Et ędificentur muri Hierusalem.)
Benigne fac dn̄e in bona uoluntate tua Sion,& ędi
ficentur muri Hierusalem. Nō sibi.n.tribuit aliqua
merita sua,tu cum illa benigne fac.Aedificenť mu-
ri Hierusalem, Munimenta construantur imortali-
tatis nr̄ę,in fide,spe & charitate. Tunc acceptabis
sacrificium iustitiæ.) Modo autem sacrificium pro
iniquitate,spūm contribulatum & cor humiliatū:
Psal. 83. tunc sacrificium iustitiæ laudis solius. Beati.n.qui
habitant in domo tua, in secula seculoꝝ laudabūt
te.Hoc est sacrificium iustitiæ. Oblationes & ho-
locaustomata.)Quæ sunt holocaustomata? Totū
igne consumptum. Qn̄ totum pecus imponebatur
aræ dei ignem consumendum, holocaustū diceba
tur. Totos nos diuinus ignis absumat,& feruor ille
Psal. 18. totos arripiat. Quis feruor? Nec est q se abscōdat à
Rom. 12. calore eius. Quis feruor? De quo dicit Apl's, Spiritu
I feruentes Non tantum aĩa nostra absumatur ab il-
lo igne diuino sapientiæ:sed & corpus nostrum,ut
mereatur ibi imortalitatem: sic leueť holocaustū,
1. Cor. 15. ut absorbeatur mors in uictoriā,Oblationes & ho
locaustomata. Tunc imponent sup altare tuū ui-
tulos.)Vnde uitulos? Qui tibi elegit innocentiā no
uæ ętatis, liberat colla a iugo legis. Psalmus in no
mine xp̄i,etsi forte nō ut uolum⁹,uerūtamen ut po
tuimus terminat⁹ est. Restat paucis alloqui uos fra
tres, pp multa mala inter q̄ uiuimus. Neq;.n.uiuen
tes in rebus humanis,migrare possumus à reb⁹hu-
manis. Cum tolerantia uiuendum est nobis inter
malos,quia cum mali essemus, cum tolerantia ui-
xerunt boni inter nos. Non obliuiscentes quid fue
rimus,nō desperabimus de his q nunc sunt qđ fui-
mus. Verūtamen charissimi in tāta morū diuersi-
tate,& tam detestabili corruptela,regite domos ue
stras regite filios uestros,regite familias ur̄as. Qūo
ad nos pertinet in Ecclesia loq uobis,sic ad uos pti
net in domib⁹ uestris agere,ut bonā rōnem redda-
tis de his qui uobis sunt subditi.Amat de⁹ disciplinam.

Peruersa aūt & falsa inocentia est,habenas la K
xare peccatis. Valde inutiliter,ualde perniciose sen-
tiet filius patris lenitatē, ut iuste postea dei sentiat
seueritatē. Et hoc nō solus,sed cū dissoluto pr̄e suo.
Quid.n.? Si ipse non peccat & non facit quod filius
ei⁹,ideo nō debet ab ipsa nequitia filiū prohibere?
An forte ut uideatur filio eius, quia & pr̄ talia face-
ret,nisi senuisset? Pctm̄ quod tibi non displicet in fi
lio tuo,delectat te:sed ætas deleuit, nō cupiditas.
Maxime fratres mei filios uestros fideles attendite,
quos fide genuistis,ut baptizarentur.Sed forte ne-
gligit malus filius,uel monita patris, uel obiurga-
tionem,uel seueritatem, Tu imple personā tuam,
deus de te & de illo exigit suam.

In psalmum quinquagesimumprimum.

Enarratio.

P Salmus breuis est, de quo loquendum su-
scepimus charitati uestræ, sed titulum hēt
aliquantulum negociosum.Patienter ergo
sustinete nos,donec illū enodem⁹ut possum⁹,quan
tum adiuuerit dn̄s.Neq;.n.passim prætereūda sunt
hæc,qn̄quidem placuit fratrib⁹,non tm̄ aure & cor
de,sed & stylo excipienda q̄ dicimus, ut non audi- L
torem tm̄,sed & lectorem etiam cogitare debeam⁹.
Nata est quidem occasio Psalmo huic ex re quadā
gesta,quā nobis etiam fecimus recitari de libro Re
gnorum. Saul.n.rex non ad permanendum elect⁹ 1. Reg. 8.
est à domino,sed secundum populi cor durū & ma
lum datus ad eorum correptionem, non ad utili-
tatem: secundum illam sentētiam sanctarum scri-
pturarum,q̄ ait de deo,Qui regnare facit hoiem hy Iob 34.
pocritam,propter peruersitatem populi. Cum er-
go talis esset Saul,persequebatur Dauid,in quo de⁹ 1. Re. 22.
p̄figurabat regnum salutis ęternę, & quē de⁹ elege-
rat permansurum in semine suo: qn̄quidem futur⁹
erat rex noster rex seculoꝝ, cum quo regnaturi su-
mus in æternum ex semine ipsi⁹ Dauid secundum
carnem. Cum ergo Dauid deus elegisset, & præele- Roma. 1.
gisset & p̄destinasset ad regnū,noluit & ip̄m Dauid
ante regnum tenere,q̄ primo à persequentib⁹libera
ret,ut etiam in hoc ipso figuraret nos.i.corpus ei⁹,
cuius corporis caput xp̄s.Porrò.n.si ip̄m caput no- 1. Reg. 28.
strum sine primo peracto labore in terra, in cœlo Col. 1.
regnare noluit,neq; leuare sursum corpus qđ deor-
sum accepit,nisi per tribulationis uiā, quid audēt M
membra sperare capite suo magis se posse esse fœli-
cia? Si patrēfamilias Beelzebub uocauerunt,quāto Matt 10.
magis domesticos eius? Nō ergo speremus mollio-
rē uiā,quā p̄cessit eamus,quā duxit sequanť. Si.n.à
uestigio ei⁹aberrauerim⁹,perimus.In hoc ergo Da-
uid quid p̄figurabatur uidetis. Ergo & in Saul qđ
p̄figurabatur uidetis.Regnū malum in Saul, & re-
gnū bonū in Dauid.Mors in Saul, & uita in Dauid.
Etenim nos nō p̄sequitur nisi mors, de qua in fine
triūphabimus,dicētes, Vbi est mors cōtentio tua? 1. Cor. 15.
ubi est mors aculeus tu⁹? Quid est qđ dico, nō nos
p̄sequitur nisi mors? Quia nisi mortales essem⁹, nō
esset quod nobis faceret inimicus. Nunquid.n.an-
gelis quicq̄ facit? Ergo ēt ipsa mors à qua maxime
habemus persecutionē,cuius finitur in fine contē-
tio,cū resurrexerim⁹a mortuis, sicut finita est in ca
pite nostro,sic finieť & in nobis si iusti fuerim⁹ in-
uēti.Nā mortu⁹ ille mortis īterfector fuit, & magis
ī illo mors mortua ē,q̄ ipse ī morte.Deniq; ēt nomē
ip̄m si attēdam⁹,nō est sine mysterio. Na Saul iter-

A pretatur petitio, hoc est, appetitio. Quid .n. dubitare debemus, nobis fecisse mortẽ istã? A peccato .n. hominis nata est mors. Merito ergo ipse sibi homo appetiuit mortẽ, & ideo appetitio nomen est mortis. Nã sicut scriptum est, Deus mortẽ non fecit nec lętaĩ in perditione uiuorũ. Creauit .n. deus ut essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum, Et unde mors? tanquam q̃reres, Impij autem manibus, inq̃t, & uerbis accersierunt illam, & æstimãtes illam amicã defluxerunt. Ergo appetendo illam de fluxerunt, & in mortem irruerunt, æstimantes illã sibi esse amicam, & q̃uo æstimauit populus amicũ, & petiuit regem inimicũ. Extorsit .n. populus à domino habere regem, & datus est Saul: tanquã dati essent illi in manus suas, q̃ manibus & uerbis accersierũt mortẽ, & figurata est in ipso Saule ipsa mors. Ideo Psalmus ille septimusdecimus sic habet titulum, In die qua liberauit eũ dñs de manu omnium inimicorũ eius, & de manu Saul. Dixit primò oẽs inimicos eius, & postea de manu Saul, quia nouissima inimica destruetur mors. Quid est, Et de manu Saul? Q̃m exemit nos ab inferis, & de manu mortis liberauit nos. Cum ergo Saul psequereĩ uirum sanctum Dauid, confugit Dauid ubi tutũ putauit esse locũ, transiens per sacerdotẽ quendã Achimelech, accepit ab eo panes. Vbi figurauit ẽt psonam, nõ tm̃ regis, sed & sacerdotis, quia manducauit panes ppositionis, quos sicut dicit dñs in Euangelio, nõ licebat manducare nisi solis sacerdotibus. Postea cœpit eũ q̃rere Saul, & iratus est suis qd nemo eum sibi uellet prodere. Hoc modo lectũ est in libro Regnorum. Erat aũt ibi Doech Idumæus quidam q̃n uenerat ille ad Achimelech sacerdotẽ, princeps pastorum Saul. Qui cum adesset q̃n Saul irascebatur suis, q̃ nullus illi uellet prodere Dauid, pdidit ubi eum uidisset. Misit cõtinuo Saul, exhibuit sacerdotẽ, & oẽs eius, & iussit occidi. Nemo ausus est hominum regis Saul, nec iubẽte rege mittere manum in sacerdotes dñi, sed ille qui prodiderat, sicut Iudas, qui à proposito suo non recessit, & usq̃ in finẽ perseuerauit, de illa radice fruct⁹ ferre, quales, nisi quales fert arbor mala? Occidit Doech iste manu sua iubente rege sacerdotẽ, & oẽs eius. Deinde debellata est ciuitas et sacerdotũ. Inuenimus ergo Doech istum inimicum regi Dauid, & sacerdoti Achimelech. Vnus homo est Doech, sed genus hominũ est Doech: sicut Dauid & corpus ipsius regis & sacerdotis, tãquã unus homo & duæ psonæ, sed tñ unũ genus hoium. Proinde in isto tpe, & in isto seculo uideamus hęc duo gña, ut ptineant ad utilitatẽ nostram, uel quod cantauimus, uel quod cantari audiuimus. Modo uideam⁹ Doech, modo uideamus corpus regis & sacerdotis, modo uideamus corpus hoium aduersus regem & sacerdotẽ. Primo nomina ipsa attendite, q̃ mystica sint. Doech interpretaĩ motus. Idumæus interpretaĩ terren⁹. Iã uidete quale genus hoium significet Doech iste motus. Nõ ergo perseuerans in æternũ, sed emigrãdus terrenus. Quid expectatis de homine terreno, aliquos fruct⁹ cœlestes? Homo erit in æternum. Est ergo regnum terrenũ, ut breuiter dicam & cito insinuẽ, hodie in isto seculo, ubi est & regnũ cœleste. Peregrinos hẽt ciues suos utrunq̃ regnum, regnũ terrenũ, & regnũ cœleste, regnum eradicandũ, & regnum in æternũ plantandũ. Modo in hoc seculo ciues utriusq̃ regni permixti sunt. Corpus regni terreni, & corpus regni cœlestis commixtũ est. Regnũ cœleste gemit inter ciues regni terreni: & aliqñ, nam & hoc tacendum non est, quodammodo regnum terrenũ angariat ciues regni cœlorũ, & regnũ cœleste angariat ciues regni terreni. Vtrunq̃ uobis de scriptura dei demõstrabimus. Daniel & tres pueri in Babylonia ppositi sunt negotijs regis. Ioseph in Aegypto secundus à rege positus est administrare reimpublicam, de qua republica erat populus ille dei liberãdus. In ipsa republica angariã quodammodo faciebat Ioseph, sicut illi tres pueri, sicut Daniel. Manifestũ est ergo q̃ usurpat sibi ad opa sua, id est, ad opa regni sui, non ad facta sua mala regnũ terrenũ ciues regni cœlorum. Quid est regnũ cœlorũ, Q̃uo usurpat in hoc seculo ad tps ciues regni terreni? Nõne de his Apostolus dicit, q̃ non caste Euangelium annunciabant, sed terrena desyderãtes, regnum cœlorum prædicabant, sua q̃rebant & Christum annunciabãt? Et ut noueritis q̃ & ipsi ad opus regni cœlorum, tanquã mercenarij assumpti sunt, Apostolus gaudens de illis dicit, Sunt q̃ per inuidiam & cõtentionem xpm annunciant, non caste, existimãtes tribulationẽ se suscitare uinculis meis. Quid .n. dum omnimodo siue per occasionem siue per ueritatem xps annuncietur? Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. De talib⁹ etiã xps annunciat, dicens, Pharisæi & scribæ super cathedrã Moysi sederunt, q̃ dicunt facite, q̃ autẽ faciunt, facere nolite, Dicunt .n. & non faciunt. Quæ dicunt, ptinent ad Dauid: q̃ autem faciunt, ptinent ad Doech. Per illos me audite, illos imitari nolite. Ista duo genera hoium sunt hodie in terra. De his duobus generibus hoium cantat Psalmus iste. Hẽt autem Psalmi titulus, In finem intellectus Dauid, cum uenit Doech Idumæus & nũciauit Saul, uenit Dauid in domũ Abimelech.) Cum legamus eũ uenisse in domũ Achimelech. Et fortasse qd nõ absurde sentimus pp similitudinẽ nominis, & unius syllabæ differentiam, uel potius unius literæ, uariati sunt tituli. In codicibus tñ Psalmorũ, cum inspicere mus, magis Abimelech q̃ Achimelech inuenimus. Et q̃m in alio loco habes euidẽtissimum Psalmum non dissimilitudinẽ nominis, sed prsus diuersum nomen insinuãtem: q̃nquidem Dauid ante regem Achis, nõ ante regem Abimelech immutauit faciẽ suã, & dimisit eum & abiit: titulus autẽ Psalmi sic scriptus est, Q̃n immutauit uultum suum corã Abimelech: ipsa magis mutatio nominis in mysterium fecit nos esse intentos, ne tanquã res historiæ perse quaris, & sacrata uela contẽnas. Discussum nomen in Psalmo illo, qd est Abimelech, inueniĩ interpretatũ, patris mei regnũ. Q̃uo autem patris sui regnũ dimisit Dauid, & abiit, nisi q̃uo xps regnum Iudęorum dimisit, & ad gẽtes transiuit? Hinc fortassis ẽt propheticus spiritus ascribens titulũ Psalmo huic, uoluit ut non diceret Achimelech sed Abimelech: quia q̃n uenit Dauid ad patris sui regnum, tunc est pditus: hoc est, q̃n uenit dñs noster Iesus Christus ad regnum Iudæorum institutum à patre suo, de quo dicit, Auferetur à uobis regnum dei, & dabiĩ genti facienti fructus eius & iustitiam: tunc est proditus morti, quam significat Saul. Non est autẽ occisus, sicut nec Isaac, cum & ipse passionẽ dñi figuraret: nec tñ sine sanguine figura transacta est, uel ibi illius arie.is, uel hic Abimelech sacerdotis. Neq

Marginal notes (left): Sapien. 1. — 1. Reg. 8. — 1. Cor. 15. — B — 1. Reg. 21 — Matt. 12. — 1. Reg. 21 — C

Marginal notes (right): D — Dani. 2. 3 — Gene. 39. — Philip. 1. — E — Matt. 23. — 1. Reg. 16 — F — Psal. 33. — Matt. 21. — Gene. 22.

G enim occidi oportuit eos, quos tūc resurgere non oportebat, sed eorū uitā à mortis periculo liberari. Veruntamen effusi sanguinis liberatio, resurrectionem potius significabat, q̄ hoc modo in illis figurabatur. Quia uero dño seruabat resurrectio, plura hinc dici possent, si illarū rerum gestarū in hoc sermone suscepissemus tractāda mysteria. Nunc iā audiamus ista duo genera hominum, q̄nquidem de titulo isto, & si oposius & fortasse loquacius, tñ ut dñs concessit exitum est. Duo genera hominum attendite, unum laborantiū, alterum oēs inter quos laboratur. Vnum de terra, alterum de cœlo cogitātium. Vnum in pfundum cor mittentiū, alterū, cor angelis coniungentium. Vnū sperantiū de terrenis

† al. pol- let.

quibus pollicet† hic mundus, alterum psumētium de cœlestibus, q̄ promisit non mendax deus. Nō est se desperandū de hominibus bonis, si per eos terrenum aliqd administretur: nec rursum cōtinuo gratulandum hominibus, q cœlestia agere dignoscantur negocia, cum plerunq; illi q negocijs secularib⁹ implicati sunt, cor semper sursum habeant, & isti q cœlestia semper prædicant, cor trahāt in terra Sed

H mixta sunt ista genera hoium. Inuenimus modo ciuem Hierusalem, ciuem regni cœlorū administrare aliqd in terra: utputa purpuram gerit, magistratus est, ædilis est, pconsul est, imperator est, rempublicam gerit terrenā, sed cor sursum habet, si Christianus est, si fidelis est, si pius est, si contēnens in qbus est, & sperat in qbus nondū est. De quo genere fuit

Hest. 14. illa sancta mulier Hester, q̄ cum esset uxor regis, uētum est ad periculū deprecādi pro ciuibus suis. Et cum oraret corā deo ubi mentiri nō posset, in oratione sua dixit, ita sibi fuisse illa ornamēta regalia sicut pannū menstruatæ. Non ergo desperemus de ciuibus regni cœlorū, q̄n eos uidemus aliqua gerere Babyloniæ negocia, aliqd terrenum in republica terrena. Nec rursus continuo gratulemur oibus hominibus, quos uidemus agere negocia cœlestia,

Psal. 1. qa & filij pestilentię sedent aliq̄n in cathedra Moy-

Matt. 23. si. de qbus dr, Quæ dicunt facite, q̄ aūt faciunt, facere nolite. Dicunt.n. & non faciunt. Illi in terrenis rebus leuant cor in cœlū, isti in cœlestibus uerbis trahunt cor in terra Veniet aūt tempus uentilabri, q̄n utrunq; diligentissime discernat, ne granum ali-

Matth. 3. quod transeat in aceruū paleæ comburēdum, nec una stipula transeat ad massam in horreo recondēdam. Quandiu ergo nunc permixtū est, audiamus hinc uocē nrām, id est, ciuiū regni cœlorū. Hoc.n. effectare debemus, tolerare hic malos, q̄ tolerari à bonis, & cōiungamus nos huic uoci, & aure, & lingua, & corde, & opere. Quod si fecerimus, nos hic loquimur in his, quę audiuimus. Dicatur ergo primo de corpore malo regni terreni.

EXPOSITIO PSALMI

Quid gloriatur in malitia q potens est?) Attendite fratres mei, gloriā malignitatis, gloriam hominum malorum Quæ est gloria? Quid gloriatur in malitia, qui potēs est? id est, qui in malitia potens est, quid gloriatur? Opus est potentē esse, sed in bonitate, non in malitia Aliqd magnum est gloriari in malitia? Aedificare domū paucorū est, destruere multorū. Quiuis ignarus potest seminare frumenta, excolere segetem, expectare donec maturescat, sed in eius fructu in quo laborauit gaudere, paucorū est. Vna scintilla oēm segetē incēdere quiuis potest. Suscipere infantem, natū nutri-

K re, educare, ad iuuenilē ætatem perducere, magnū officium est: occidere uero illū uno puncto temporis quiuis potest. Ergo ea q̄ ad destructionē fiunt, facillime fiunt. Qui gloriat, in dño gloriet: Qui glo-

1. Cor. 1. riatur, in bonitate gloriet. Gloriaris qa potēs es in malo, quid facturus es ô potēs, qd facturus es? Multum te iactas, occisurus es hoiem, hoc & scorpius, hoc & una febris, hoc & fungus malus. Hiccine redacta est ois potentia tua, ut uno malo fungo coæquet? Hoc ergo faciunt boni ciues Hierusalē, q non in malitia, sed in bonitate gloriant, Primò ut nō in se, sed in dño glorientur: deinde ut ea q̄ ad ædificationem faciunt, studiose faciant, & talia faciāt quæ ualeant ad permanendū. Quę aūt faciūt ad destructionem, faciant pp disciplinam proficientiū, non pp oppressionem innocentium. Huic ergo potētiæ comparatum corpus illud terrenum, quare non audiat ex his uerbis, Quid gloriatur in malitia qui potens est? In iniquitate tota die iniustitiam cogitauit lingua tua) In iniquitate tota die, id est, toto tēpore, sine lassitudine, sine interuallo, sine pausatio-

L ne. Et q̄n non facis, cogitas, ut q̄n aliqd mali abest à manibus, à corde nō absit. Aut facis malū, aut dū non potes facere, dicis malum, hoc est, maledicis. Aut q̄n nec hoc potes, uis & cogitas malum. Tota die ergo, id est, sine itermissione. Expectamus huic homini pœnā, parum sibi pœna est? Minaris ei? Tu cū ei minaris, quò eū uis mittere, in malū? Dimitte illum in se. Vt multū sæuias, subiecturus es bestijs, in seipsum peior est bestijs. Bestia.n. lacerare corp⁹ eius potest, ipse cor suum sanū relinquere non potest. Interius in seipsum sæuit, & tu exterius plagas inquiris: immò ora deū pro illo, ut liberet a se. Veruntamen in hoc Psalmo frēs mei, nō oratio est p malis, aut contra malos, sed pphetia qd sit euenturum malis. Non itaq; putetis ex maleuolentia Psalmum aliqd dicere. Dicit.n. in spiritu pphetię. Quid ergo seqtur? Tota potentia tua, & tota cogitatio iniqtatis, tota die, & meditatio malignitatis in lingua tua sine intermissione qd egit? qd fecit? Sicut no-

M uacula acuta fecisti dolū.) Ecce quid faciūt sanctis

De uerbis domi. ser. 6. mali, capillos radunt. Quid est qd dixi? Si sint tales ciues Hierusalē q audiāt uocem dñi sui, regis sui di-

Matt. 10. centis, Nolite timere eos q corpus occidunt, animā autem non possunt occidere, Qui audiant uocem,

Matt. 16. q̄ modo ex Euangelio recitata est, Quid pdest homini si totū mundū lucret, se autem ipsum pdat & detrimentum sibi faciat: contemnunt oia psentia bona insuper & ipsam uitā. Et qd factura est nouacula Doech, homini meditanti in hac terra regnū

1 Reg. 21 cœlorū, & futuro in regnum cœlorum, habēti secū deum & pmansuro cum deo? Quid est factura illa nouacula? Capillos rasura, Caluum factura est. Et

Matt. 27. hoc ad xpm pertinet, q in loco Caluarię crucifixus

1. Para. 6 est. Facit & filiū Chore, quod interpretat caluitiū. Nā isti capilli, superflua rerum temporalium significant. Qui qdem capilli non superflue facti sunt à deo in corpore hoium, sed ad aliqd ornamentum: tñ qa sine sensu præciduntur, illi qui adhærent corde deo, sic hñr ista terrena tanquā capillos. Sed aliq̄n & aliquid boni de capillis operandū est, q̄n frā-

Esa. 58. gis panem esurienti, egenum sine tecto inducis in domum tuam, si uideris nudum uestis, Postremò etiā ipsi martyres imitantes dñm, sanguinem pro-

A Ecclesia fundentes, audientes uocem illã, Sicut xp̃s
1. Ioan. 3 animam suam pro nobis posuit, sic & nos debem⁹
pro fratrib⁹ animas ponere: quodãmodo de capil-
lis suis bene nobis fecerunt: id est, de his reb⁹ quas
põt amputare uel radere illa nouacula. Quia ergo
& de ipsis capillis boni aliqd fieri põt, significauit
Luc. 7. & illa mulier peccatrix, q̃ cum fleuisset super pedes
dñi, capillis suis tersit, quos lachrymis rigauit: si-
gnificãs qa cũ misertus fueris alicui⁹, debes & sub-
uenire si potes. Cum.n.misereris, tanq̃ lachrymas
fundis, cum subuenis, capillis tergis. Et si hoc cui-
cũq;, quãto magis pedib⁹ dñi? Qui sunt pedes dñi?
Esa. 52. Euangelistæ sancti, de quibus dictum est, Quã spe
Rom. 10 ciosi sunt pedes eorũ, qui annunciant pacẽ, qui an-
nunciãt bona. Ergo acuat nouaculam suã Doech,
acuat dolum quantũ põt, ablaturus est supflua tẽ
poralia, nunquid necessaria sempiterna? Dilexisti
malitiam sup benignitatem.) Ante te erat benigni-
tas, ipsam diligeres. Non .n. aliquid eras erogatur⁹,
aut quod diligeres de longinqua nauigatiõe alla-
turus eras. Benignitas ante te, iniqtas ante te, cõpa-
ra & elige. Sed forte habes oculũ quo uideas mali-
B gnitatẽ, & non habes oculum quo uideas benigni
tatem. Væ iniquo cordi, qd per⁹ est, auertit se, ne ui-
deat qd uidere põt. Quid enim de talibus alio lo-
Psal. 35. co dictum est? Noluit intelligere ut bñ ageret. Non
enim dictũ est, nõ potuit: sed noluit, inquit, intelli
gere ut bene ageret: clausit oculos à luce p̃senti. Et
quid seqtur? Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo:
hoc est, in interiori secreto cordis sui. Tale quid o-
1. Reg. 22 bijcit huic Doech Idumęo maligno corpi, motui
terreno, nõ pmanenti, nõ cœlesti. Dilexisti malitiã
super benignitatem. Nam uis nosse, q̃ uideat mal⁹
utrunq;, & illud potius eligat, hinc se auertat. Qua-
re clamat qñ inique aliquid patit? Quare tũc exag-
gerat quantum potest iniquitatem, & laudat beni-
gnitatem, reprehendens eũ qui in illo operatus est
malignitatem sup benignitatẽ? Sit ergo regula sibi
ad uidẽdũ, de seipso iudicabitur. Porrò si faciat qd
Matt. 22. scriptum est, Diliges proximum tuum tanq̃ teip̃m,
& 7. Et q̃ uultis ut faciant uobis hoies bona, hęc & uos
facite illis, apud se habet unde nouerit, qa qd sibi
non uult fieri, nõ debet facere alteri. Dilexisti mali
tiam sup benignitatem. Inique, inordinate, & puer
C se uis leuare aquã sup oleũ, demergetur aqua, oleũ
supereminebit. Ponere uis sub tenebris lucẽ, fuga-
buntur tenebræ, lux manebit. Sup cœlum terram
uis collocare põdere suo cadet terra in locum suũ.
Tu ergo mergeris diligendo malitiam sup benigni
tatem. Nam nunq̃ benignitatem malitia superabit.
Dilexisti malitiam sup benignitatem. Iniquitatẽ
magis q̃ loqui æquitatem.) Ante te est æquitas, an-
te te est iniquitas. Vnam linguã habes, quò uis eã
uertis. Quare ergo potius ad iniquitatem, & nõ ad
ęquitatẽ? Cibos amaritudinis nõ das uentri tuo, &
cibos iniquitatis das linguę tuæ malignæ? Sicut eli
gis quo uescaris, sic elige qd loquaris. Pręponis er-
go iniquitatẽ ęqtati, & pponis malitiã benignitati,
Tu quidem p̃ponis, sed supra esse quid põt nisi be-
nignitas & ęquitas? Sed tu imponendo te quodã-
modo sup ea q̃ necesse est ut deorsum eant, nõ illa
facies eẽ supra bona, sed tu cũ eis mergeris i mala.
Propter hoc sequitur in Psalmo: Dilexisti oia uer-
ba submersionis.) Eripe ergo te si potes a submer-
sione. Naufragiũ fugis, & plumbum amplecteris. Si
nõ uis mergi, tabulã apphende, ligno portare, crux D
te pducat. Nũc ergo qa Doech es Idumęus, mot⁹ & 1. Reg. 22
terren⁹, qd facis? Dilexisti oia uerba submersionis.
. Linguã dolosam.) Expressit uerba submersionis,
linguã dolosam. Quid est lingua dolosa? Ministra
fallacię est lingua dolosa, aliud in corde gestantiũ,
aliud ore p̃mentiũ. Sed i his subuersio, in his sub-
mersio est. Propterea de⁹ destruet te in finẽ.) Et si
nũc uideris uirere tanq̃ fœnũ in agro ante æstũ so-
lis. Omnis.n. caro fœnũ, & claritas hois ut flos fœ- Esa. 40.
ni, Fenum aruit & flos decidit, uerbũ aũt dñi ma-
net in ęternum. Ecce quò te teneas, ad id quod ma
net in ęternum. Nam ad fœnum, & ad florem fœni
si te tenueris, qm̃ fœnum arescet, & flos decidet, de
struet te deus in finem. Et si non modo certe in fi-
nem destruet, qñ illud uentilabrũ uenerit, & acer- Mat. 3. et
uus paleæ à massa separatus fuerit. Nõnne massa in 13.
horreo, & palea in ignẽ? Nõne totus iste Doech ad
sinistrã stabit, qñ dicturus est dñs, Ite i ignem ęter- Matt. 25.
nũ, qui paratus est diabolo & angelis ei⁹? Destruet
ergo te deus i finem. Euellet te & emigrabit te de
tabernaculo tuo.) Modo ergo Doech iste Idumęus
est in tabernaculo, sed seruus nõ manet in domo i E
ęternũ. Operatur & iste aliquid boni, & si nõ factis Ioan. 8.
suis, saltem uerbis dei, ut in Ecclesia qñ sua q̃rit, sal Philip. 2.
tem q̃ xp̃i sunt dicat. Sed emigrabit te de taberna-
culo, Amen dico uobis, perceperũt mercedem suã. Mat. 6.
Et radicem tuam de terra uiuẽtium.) Ergo in ter-
ra uiuẽtium nos debemus habere radicem. Radix
nostra ibi sit. In occulto est radix. Fructus uideri
possunt, radix uideri non potest. Radix nr̃a, chari-
tas nostra: fructus nostri, opa nr̃a. Opus est ut ope-
ra tua de charitate p̃cedant, tũc est radix tua in ter
ra uiuentiũ. Inde eradicabitur iste Doech, nec oino 1. Reg. 22
poterit ibi permanere, quia nec altius ibi fixit radi
cem. Sed quo illa semina in petra & si radicẽ emit- Matt. 13.
tunt, tñ quia humorem non habent, sole orto con-
tinuo arescũt. At uero illi qui altius figunt radicẽ,
quid audiunt ab Aplo? Flecto genua mea pro uo- Ephe. 3
bis ad patrem domini nostri Iesu Christi, ut sitis in
charitate radicati & fundati. Et qa ibi iam radix, ut
possitis, inquit, cõprehendere q̃ sit altitudo, latitu-
do, longitudo & profundum. Scire ẽt supereminen
tem scientiã charitatis xp̃i, ut impleamini in oẽm
plenitudinem dei. Talibus fructibus digna est tan F
ta radix, tam simplex, tam germinãs in germina, tã
alta & fundata & p̃funda. At uero hui⁹ radix eradi-
catur de terra uiuentiũ. Et uidebunt iusti & time
bunt, & sup eum ridebunt.) Qñ timebunt? Quãdo
ridebunt? Intelligamus ergo & discernam⁹ duo ista
tẽpora satis utiliter timendi & ridendi. Quãdiu.n.
sumus in hoc seculo, nõdum est ridendum ne po-
stea ploremus. Legimus qd seruetur in finem huic
Doech, legimus & quia intelligimus & credim⁹, ui- 1. Reg. 22
demus sed timemus. Hoc ergo dictũ est, Videbunt
iusti & timebunt. Quãdiu timemus quid euenturũ
sit i finem malis, quare timemus? Quia dixit Apls, Philip. 2.
In timore & tremore uestram ipsorũ operamini sa- Psal. 2.
lutem. Quia dictum est in Psalmo, seruite dño in ti
more, & exultate ei cum tremore. Quare cum timo 1. Cor. 10
re? Quia pp hoc ait Apostolus, Qui se putat stare, ui
deat ne cadat. Quare cũ tremore? Quia dicit alibi, Gala. 6.
Fratres si præoccupatus fuerit homo in aliquo de-
licto, uos qui spũales estis instruite huiusmodi in
spũ lenitatis, intẽdens teip̃m, ne tu tenteris. Ergo

G iusti q sunt modo, q uiuunt ex fide, sic uident iusti Doech, quid illi euenturum sit, ut tñ timeant & sibi. quid. n sunt hodie, sciūt: qd cras futuri sint, ne sciunt. Modo ergo uidebūt iusti & timebūt. Qñ au-
Rom. 1. tem ridebunt? Quādo transient iniqtas, qñ trāsuo lauerit, sicut iam ex magna parte transuolauit tps incertum, qñ fugatæ fuerint tenebræ huius seculi, in quibus modo nos ambulamus ad lucernā scripturarum, & ideo timemus tanq̃ in nocte. Ambula-
2. Petri 1. mus.n.ad prophetiā, de qua dicit Aplš Petrus, Habemus certiorem propheticum sermonem, cui bene facitis intēdentes sicut lucernæ lucēti in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriaf in cordibus uestris. Quādiu ergo ad lucernā ambulam⁹, necesse est ut cum timore uiuamus. Cum aūt uene-
Col. 3. rit dies uester. i manifestatio Christi, de qua idem dicit Apš, Cū Christus apparuerit uita uestra, tūc
2. Reg. 22 & uos apparebitis cum ipso in gloria. Tunc iusti uidebunt & irridebunt super istum Doech. Nō est.n. iam subueniendi locus quo nunc, quādo uides hominem iniuste uiuentem, uis cum illo laborare ut corrigas: quia qui iniustus est, conuersus poterit iu-
H stus esse, quo & iustus auersus poterit iniustus esse. Itaq; nec de te præsumas, nec de illo desperes, & da operā quantū potes si benignus es, si nō diligis malitiā super benignitatem, ut ambulātem hominem in uia mala & errantē, corrigas ad uiam bonā. Tūc uero cū uenerit iudiciū tps, correctionis locus non erit, sed tm̄ damnationis, & erit ibi pnia, sed infructuosa, quia sera. Vis ut fiat fructuosa, non sit sera. Consydera, hodie te corrige. Reus es, ille iudex est: corrige reatū tuū, & gaudebis ad iudicē. Hodie.n. hortatur te ne iudicet te: & q iudex tuus futur⁹ est, ipse est hodie aduocat⁹ tuus. Tunc ergo frēs restat ridēdi tps. Nam ipsam irrisionem iniquorum, quæ
Prouer. 1. futura est à iustis, significauit liber ille sapiētiæ. In suos. n. amicorum animas cum trāsfert se sapiētia factura est qd dixit, increpabā & non exaudiebatis, loquebar & meis sermonib⁹ non intēdebatis, & ego uestræ pditioni superridebo. Hoc fiet à iustis in istum Doech. Modo aūt uideamus & timeamus, ne hoc simus qd in eum dicimus. Et si eramus hoc, eē desinamus, ut mō timentes postea rideam⁹. Quid
I aūt tunc dicent qui ridebunt? Et sup eum ridebūt.

Et dicent, ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum)Videte corpus terrenum. Quantum habebis, tātus eris: prouerbiū auaroꝝ, rapaciū, innocentes opprimentiū, res alienas inuadentiū, cō-
De ipse ser. 239. mendata negantium. Quale hoc prouerbiū? Quantū habebis, tantus eris: id est, quātū habueris pecuniæ, quantū plus acqsieris, tanto plus poteris. Ecce homo q non posuit deum ꝓtectorem suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarū suarum.)Non dicat pauper forte malus, ego non sum de hoc corpore. Audiuit.n. Prophetam dicentē, Sperauit in multitudine diuitiarū suarum: continuo si pauper est attendit pannos suos, respexit iuxta se forte diuitē in populo dei ornatius uestitū, & ait in corde suo: de isto dicit, nunqd de me? Noli inde te excipe, noli separare, nisi uideris & timueris ut postea rideas. Nā qd tibi ꝓdest si eges facultate, & ardes cupidita-te? Qñ dñs noster Iesus Christus abeunti a se illi di-
Matt. 19. uiti cōtristato dixerat, Vade uende omnia q̃ habes, & da paupibus, & habebis thesaurū in cœlo, & ue-ni sequere me: & magnā desperationē diuitib⁹ pre-

nunciarat, ut diceret, Facilius posse camelū trāsire K
Ibid. per foramen acus, q̃ diuitem intrare in regnum cœlorum: nōnne continuo discipuli contristati sunt dicentes apud seipsos, Quisnā poterit saluari? Ergo qñ dicebant, quisnā poterit saluari, diuites paucos attendebant. Latebat eos tāta pauperū multitudo? Nō sibi poterāt dicere, si difficile est, imò est impossibile, ut intrēt diuites in regnū cœlos, sicut impossibile est, ut intret camelus p foramē acus: oēs pauperes intrant in regnū cœlorū, diuites soli excludūtur? Quot sunt.n. diuites? At uero pauperū milia innumerabilia. Nō.n. tunicas inspecturi sumus in regno cœlos, sed uestis cuiusq; fulgor iustitiæ deputabitur. Erunt ergo pauperes æquales angelis dei, induti stolis immortalitatis, & fulgebunt sicut sol Matt. 22.
in regno patris sui. Quid nobis est de diuitib⁹ paucis solicitos esse aut laborare? Nō hoc senserūt apostoli, sed cum dñs hoc dixisset, Facilius est camelū Matt. 13.
transire per foramen acus, q̃ diuitē intrare in regnū Matt. 19.
cœlos: illi apud se dicentes, Quisnā poterit saluari? qd attenderūt? Nō facultates, sed cupiditates. Viderunt.n. etiam ipsos pauperes, & si non habentes pecuniam, tñ habere auaritiam. Et ut noueritis nō L
pecuniam in diuite, sed auaritiā cōdemnari, aduertite quod dico. Respicis illum diuitē stātē iuxta te & forte in illo est pecunia & non est auaritia, in te non est pecunia & est auaritia. Paup ulcerosus, erū-
Luc. 16. nosus, linctus à canibus, non habēs opē, nō habēs escā, non habēs forte ipsam uestē, ablatus est ab angelis in sinū Abrahæ. Eia tu pauper gaudes modo, nunqd nā tibi & ulcera optanda sunt? Nōne patrimonium tuum sanitas est? Non est in hoc Lazaro meritū paupertatis, sed pietatis. Nā uides q sublatus est, nō uides quò sublatus est. Quis est sublatus ab angelis? Paup erūnosus, ulcerosus. Quò sublatus est? In sinū Abrahæ. Lege scripturas & inuenies diuitē Abrahā. Vt noueris qa non diuitiæ puniunf, habebat Abrahā multū auri, argenti, pecoꝝ, familiæ. Di-
Gene. 13. Luc. 16. ues erat, & ī eius sinū Lazarus paup sublatus est, In sinu diuitis paup, An potius ambo deo diuites, am bo cupiditate pauperes? Quid ergo in hoc Doech culpat scriptura? Nō dixit, Ecce homo q fuit diues: sed, ecce homo q nō posuit deū adiutorē suū, sed spera-
Psal. 51. uit in multitudine diuitiarū suarū, Non qa habuit M
diuitias, sed qa in ipsis sperauit, & in deo non sperauit. Ideo damnaf, ideo punit, ideo mouef de tabernaculo tāquā motus ille terrenus, sicut puluis quē ꝓicit uentus à facie terræ, ideo extirpaf radix eius de terra uiuentiū. Nunqd huic similes sunt diuites, de qbus Paulus apostolus loquif, Præcipe diuitib⁹
1. Tim. 6. huius mundi, nō superbe sapere, sicut Doech, neq; sperare in incerto diuitiarum, sicut ipse sperauit in multitudine diuitiarū suarū: sed in deo uiuo, non quo iste q non posuit deū adiutorem suum? Deniq; illis qd præcepit? Diuites sint in operibus bonis, facile tribuāt, communicent. Et qd si facile tribuerint, si cōicauerint non habenti, intrabunt per foramē acus? Intrabūt planē. Nā & pro illis iam ipse ca-
Matt. 19. melus intrauit. Ipse.n prior intrauit, quem sicut camelum nemo sarcina passionis oneraret, nisi ipse se in terrā deponeret, qa & ipse hoc dixit, Quod hominibus impossibile est, deo facile est. Dānatur ergo iste Doech, timeāt de illo modo iusti, rideāt super eum postea iusti. Merito.n. damnaf, q non posuit deum adiutorē suum sicut tu, q forte habes pecuniā, sed de deo

A de deo p̄sumis, non de pecunia. Et sperauit in multitudine diuitiarū suarum. Similis factus est illis, q cum dicerent, Beatus populus cui hæc sunt, id est, ista terrena, Retulit continuo iste qui insultat huic
Psal. 143. Doech, Beatus populus cuius est dñs deus ipsius. Nā illa in qbus dixerunt, beatum ppl̄m enumerat Psalmus, Locuti sunt. n. tāq̄ filij alieni, tanquā
Ibid. iste Doech Idumæus, id est, terrenus: os eoꝝ locutū est uanitatē, dextera eorum dextera iniqtatis. Quorum filij ipsoꝝ sicut nouellæ constabilitæ in iuuētute sua: filiæ eoꝝ cōpositæ & ornatæ, sicut similitudo templi. Cellaria eoꝝ plena, eructantia ex hoc in hoc. Oues eoꝝ fœcundæ, multiplicantes in exitib' suis, boues eoꝝ crassæ: Nō est ruina sepis, nec exit', neq; clamor in plateis eoꝝ. Quasi magnā fœlicitatē uidentur habere pacis terrenæ, Sed ille q terrenus
Psal. 1. est, ēt motus est, id est, tāquam puluis quē proiicit uentus à facie terræ. Deniq; quid in illis reprehenditur? Non qa ista habuerint, nam & boni habēt ista. Sed quid? Hoc intendite ne passim diuites reprehēdatis, & rursus ne de paupertate & egestate p̄sumatis. Si. n. non est p̄sumendum de diuitijs, quāto ma
B gis non est p̄sumendum de paupertate, sed de deo uiuo. In quo ergo isti notant? Quia beatū dixerunt populum cui hæc sunt. Ideo filij alieni, ideo os eoꝝ locutum est uanitatē, & dextera eoꝝ dextera iniq-
Psal. 143 tatis. Tu autem quid? Beatus populus cuius est dñs deus ipsius. Ergo isto dānato qd? Sperauit in multitudine diuitiarum suarum: Et p̄ualuit in uanitate sua.) Quid. n. uanius eo, q putat plus ualere nummum q̄ deum? Ergo isto damnato q dixit, Beatum populum cui hæc sunt, tu quid dicis? Beatus populus cuius est dñs de' ipsius. Quid de te sentis? Quid tibi speras? Ego aūt, iam modo corpus illius audi, Ego autē sicut oliua fructifera in domo dei.) Nō unus homo loquitur, sed oliua illa fructifera, unde amputati sunt superbi illi rami, & insertus humilis
Roma. 11. oleaster. Sicut oliua fructifera in domo dñi. Sperauí in misericordia dei.) Ille quid? In multitudine diuitiarum suarū, ideo radix eius euelleť de terra uiuentium. Ego autē quia sicut oliua fructifera in domo dei, cuius radix nutritur nō eradicatur, sperauí in misericordia dei. Sed forte modo, Nā & hinc er-
C rant hoies aliqñ. Deum quidem colunt, & nō sunt iam similes isti Doech. Sed quamuis de deo p̄sumāt ad temporalia: tñ ut dicāt sibi, colo deum meum, q me facturus est diuitē in terra, q mihi filios daturus est, qui mihi uxorem daturus est. Talia quidē non dat nisi deus, sed nō uult se pp talia diligi de'. Ideo. n. sæpe ista dat & malis, ut aliud ab illo discāt quærere boni. Quō ergo tu dicis, Sperauí in misericordia dei? Forte ad temporalia adipiscenda: imò, In æternum & in seculum seculi.) Quod dixit in æternū, repetere uoluit adijciendo in seculū seculi, ut confirmaret ibi repetēdo, q̄ fundatus esset in dilectione regni cœlorū, & in spe æternæ fœlicitatis.
Cōfitebor tibi in seculū qm̄ tu fecisti.) Quid fecisti? Doech dānasti, Dauid coronasti. Confitebor tibi in seculū qm̄ tu fecisti. Magna cōfessio, qm̄ tu fecisti. Quid fecisti, nisi hæc ipsa q supra dicta sunt, ut tanquā oliua fructifera in domo dei sperarē in misericordia dei in æternū, & in seculū seculi? Tu fecisti, impius iustificare se non potest, sed qs est q
Roma. 4. iustificat: Credenti, inqt, in eum q iustificat impiū.
1. Cor. 4. Quid. n. habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis, quasi ex te D
habeas? Absit ut & ego sic glorier, ut iste q oppositus est cōtra Doech, qui tolerat Doech in terra, donec emigret ille de tabernaculo, & eradiceť de terra uiuentiū. Non glorior quasi non acceperim, sed in deo glorior. Et confitebor tibi qm̄ tu fecisti: id est, qa tu fecisti, non ex meritis meis, sed ex misericordia tua. Ego n. quid feci? Si recolas, prius fui bla 1. Tim. 1.
sphem' & p̄secutor & iniuriosus. Tu autē qd fecisti? Sed misericordiā consecutus sum, qa ignorās feci, Cōfitebor tibi in seculū qm̄ tu fecisti. Et expectabo nomen tuum qm̄ iocundum est.) Amarum est seculum, sed nomen tuū iocundum. Et si dulcia q̄dam sunt in seculo, sed cum amaritudine digeruntur. Præponitur nomen tuum, non solū amaritudini, sed ēt iocunditati. Narrauerūt etenim mihi iniu Esa. 118.
sti delectationes suas, sed nō sicut lex tua dñe. Neq; enim si nihil dulce esset martyribus, tantas tribulationū amaritudines æquo animo sustinerēt. Amaritudo eoꝝ à quouis sentiebatur dulcedinē eorum non facile q̄squā gustare poterat. Nomen ergo dei iocundū est amantibus deū super oēs iocūditates.
Expectabo nomen tuum qm̄ iocundum est Et cui E
probas quia iocundum est? Da mihi palatū cui iocundum est, Lauda deū quantum potes, & exaggera dulcedinē eius qbus ualueris uerbis. Homo nesciens qd sit mel, nisi gustauerit, qd dicas nescit. Iō magis ad experimentū te inuitans Psalmus, qd ait? Psal. 33.
Gustate & uidete qm̄ suauis est dñs. Gustare non uis, & dicis, iocundū est. Quid iocundum est? Si gustasti in fructu tuo inueniať, non in solis uocibus tm̄modo tanquā in folijs, ne maledicto dñi arescere tanquam illa ficulnea merearis. Gustate, inqt, & Matt. 21.
uidete qm̄ suauis est dñs. Gustate & uidete, Tunc uidebitis si gustaueritis. Homini autem non gustāti, unde probas? Laudādo iocunditatem nominis dei, quantacunq; dixeris, uerba sunt. Aliud est gustus. Verba laudis eius audiūt & impij, non aūt gustant q̄ iocundū est, nisi sancti. Proinde iste sentiēs dulcedinem nominis dei, & uolens explicare & uolens ostēdere, nec inueniēs qbus: etenim sanctis nō opus est, ut ostendat, qa & ipsi gustant, & norūt, Impij aūt sentire nō possunt, qd gustare nolunt. Quid ergo facit de iocūditate nominis dei? Tulit se cōti- F
nuo à turbis ipsoꝝ, Et expectabo, inqt, nomen tuū, qa iocundum est. In cōspectu sanctoꝝ tuorum.) Iocundum est nomen tuū, sed nō in conspectu impiorum. Ego q̄ dulce sit scio, sed his q gustauerunt.

In Psalmum quinquagesimum secundum.

Enarratio.

PSALMVM istū uobiscū tractandū quātum dñs suggerit suscepimus. Iubete fratres ut uelimus, & orate ut possimus. Si qd festinatione forte prætermisero, implebit in uobis qui & nobis dare dignatur quod dicere potuerimus.

Titulus eius est:

In finem pro Amalech intellectus ipsi Dauid.

PRo Amalech, sicut in Hebræoꝝ interpretationib' nominū inuenimus, uidet dicere p̄ parturiēte siue dolēte. Quis aūt i hoc seculo parturiat & doleat, agnoscūt fideles, qa ide sunt. Christus hic parturit, xps hic dolet, caput est sursum, mēbra deorsum. Neq;. n. non parturiēs nec dolens diceret, Saule Saule, quid me persequeris? Quo Act. 9.
p̄sequēte parturiebat, eū cōuersum parturire fecit.

G Namq; & ipse postea illuminatus est, & illis quos p sequebatur mēbris insertus, eadē charitate pugnans
Galat. 4. dicebat; Filioli mei, quos iterū parturio donec xps
Col. 1. formetur in uobis. Pro mēbris igitur Christi, pro corpore eius qd est ecclesia, pro uno ipso homine: id est, pro ipsa unitate, cuius caput sursum est, psalmus iste cantat. Gemit autē & parturit, & dolet iste homo. Quare, & inter quos, nisi qa accepit & cognouit a capite suo dicēte, Abūdabit iniqtas & refrige-
Matt. 24. scet charitas multorū? Si autē abundauit iniquitas & refrigescet charitas multorū: qs remanebit q parturiat? Seqtur, Qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Vnde esset magnū perseuerare, nisi inter molestias & tentationes & turbationes, & scādala esset perseuerādū? Nemo. n. iubetur bona tolerare, sed pro isto qa dicitur, & pro isto qa cātatur, uideamus quid sit. Pro isto increpantur hic homines, in ter quos gemitur, inter quos dolet, & cōsolatio dolētis & parturiētis in psalmi fine depromit & exprimitur. Qui sunt ergo iter quos parturimus & gemimus? Si in corpore xpi sumus, si sub illo capite uiuimus, si in mēbris eius deputamur: q sunt igitur, au-
H di: Dixit imprudens in corde suo, nō est deus.) Tale genus est hoium inter quos dolet & gemit corp' xpi. Si tale hoc hoium genus est, non multos partu rimus, quantū uidet occurrere cogitationibus nostris, perpauci sunt. Et difficile est ut icurramus in
Psal. 13. hoiem, q dicat in corde suo, nō est deus: tn̄ sic pauci sunt, ut inter multos timendo hoc dicere, in corde suo dicant, qa ore dicere non audent. Non ergo multū est, qd iubemur tolerare, uix inuenit. Rarū hoium genus est, q dicāt in corde suo, nō est deus. At uero alio intellectu discusso inuenit esse in pluribus, qd in paucis & raris & penē in nullus esse putabamus. Prodeant in mediū q male uiuunt, inspiciamus facta flagitiosorū, facinorosorum, sceleratorumq; hoium, quorū magna turba est, q fotiēt quotidie peccata sua, q factis in consuetudinē uersis, ēt uerecundiam perdiderunt. Hæc tanta hoium multitudo est, ut inter eos positum corpus xpi, uix audeat reprehendere, qd nō cogitur admittere: & pro magno sibi putet seruari integritatē innocētiæ, ne faciat qd culpare iam per consuetudinē, aut nō au
I deat, aut si ausus fuerit, facilius erumpat reprehensio & reclamatio eorū, q male uiuūt, q̄ uox libera eorum, q bene uiuunt. Et isti tales sunt, ut dicāt in corde suo, nō est deus. Tales. n. conuinco. Vnde cōuinco? Facta sua deo placere arbitrant. Nō aliqui ergo ait, dicunt, sed dixit imprudens in corde suo, nō est deus. Qui usqueadeo credunt esse deū, ut eidē deo arbitrent placere qd faciūt: atq; si intelligas, prudēs quia imprudens dixit in corde suo, non est deus: si aduertas, si intelligas, si discutias, q putat deo placere facta mala, non eū putat deū. Si. n. deus est, iustus est: si iustus est, displicet ei iniustitia, displicet iniquitas. Tu autē cum putas ei placere iniquitatē, negas deū. Si. n. deus est cui displicet iniquitas, tibi autē non uidet esse deus cui displicet iniquitas: non est autē deus, nisi cui displicet iniqtas: cū dicis in corde tuo, fauet iniqtatibus meis deus, nihil aliud dicis q̄ non est deus. Referamus nos ad illū intellectū, q & de ipso xpo dn̄o nostro de ipso capite nr̄o
Philip. 2. occurrit. Ipse. n. cū in forma serui appareret in terra, dixerunt q eum crucifixerunt, nō est deus. Quia filius dei erat, utiq; de' erat. Sed illi q corrupti sunt & abominabiles facti sunt, qd dixerūt? Nō est de', K
Occidamus eum non est deus. Habes uocē ipsorū in libro Sapientiæ: sed primo illos uide corruptos, Sapi. 2.
ut possint dicere in corde suo, non est deus. Præmisso. n. uersu, Dixit imprudens in corde suo, non est Psal. 13.
deus: tanquā causę quærerentur unde hoc posset dicere imprudēs, subiecit: Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis.) Audi illos cor- Sapi. 2.
ruptos. Dixerunt. n. apud se nō recte cogitātes. Cœpit corruptio a mala fide, inde itur in turpes mores, inde in acerrimas iniquitates: gradus isti sunt. Quid enim apud se dixerūt cogitantes nō recte? Exiguū & cū tædio est uita nostra. Ab hac mala fide seqtur illud qd & Apostolus dixit, Manducemus & biba- 1. Cor. 15.
mus, cras. n. moriemur. Ibi autē latius luxuria ipsa Sapi. 2.
describit, Coronemus nos rosis anteq; marcescant. Vbiq; relinquamus signa lætitiæ nr̄æ. Post istā descriptam latius luxuriā: qd seqtur? Occidamus pauperem iustū: hoc est ergo dicere, nō est deus. Lenia uidebant iam dudum loq, Coronemus nos rosis antequā marcescant. Quid delicatius, quid lenius? Sperares de hac lenitate cruces, gladios? Noli mirari, lenes sunt & radices spinarū. Si qs eas contrectet, L
nō pungit, sed quo pungeris, inde nascit. Corrupti ergo sunt isti & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Dixit imprudēs in corde suo, nō est deus, Si filius dei est, descēdat de cruce. Ecce apte dixere, Matt. 27.
nō est deus. Sed qūo inter illos gemit corpus xpi? Gemuerunt inter illos apli q tunc fuerunt, & discipuli xpi. Ad nos isti q pertinēt? Qūo inter hos nos parturimus? Adhuc sunt q dicunt, Christus nō est deus. Hoc dn̄t pagani qui remanserunt: hoc ipsum dicunt ipsi Iudæi, qa ad testimonium confusionis suæ ubiq; diffusi sunt: hoc dn̄t & hæretici multi. Nāque & Arriani dixerunt, nō est deus: Eunomiani dixerunt, nō est deus. Huc accedit frēs, qa & illi de quibus paulo antē dixi, q male uiuunt, nihil aliud dn̄t q̄ non est deus. Cum. n. dicimus eis xpm̄ uēturum iudicem ad iudicium, quod dicunt scripturæ quæ non fallunt: illi aūt magis aurem præbentes serpēti suggerenti, nō morte morieris, qd dixerat in para Gene. 3.
diso, contra ueritatē dei constituentis & dicentis, Gene. 2.
morte morieris: ita faciūt mala ut dicāt sibi, ueniet xps & dabit indulgentiā omnibus. Ita ergo mēdax M
est ille q dixit, qa separabit iniquos ad sinistram, separabit iustos ad dexterā. Iustis dicet, Venite bene- Matt. 25.
dicti patris mei, pcipite regnū qd paratum est uobis ab origine mundi. Iniqs dicet, Ite in ignem æternum, q paratus est diabolo & angelis eius? Qūo ergo oibus dabit indulgentiam? Qūo neminem dānabit? Ergo mentit. Hoc est dicere, non est deus. Vide ergo ne forte tu mentiaris. Tu. n. homo es, ille Psal. 115.
deus. Deus. n. uerax, omnis autem homo mendax. Sed qd de istis ō corpus xpi? Separa te interim corde & uita, nec imiteris, nec assuescas, nec ānuas, nec approbes: magis autē & redargue. Quid. n. attēdis ad istos qui hæc dn̄t? Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. Non est qui fa- Psal. 13.
ciat bonū, non est usq; ad unum. Dn̄s de cœlo prospexit super filios hominum, ut uideret si est intelligens aut requirens deū.) Quid est hoc? Corrupti sunt & abominabiles facti sunt isti oēs qui dicūt, nō est deus. Et qd hoc latebat deū, tales esse factos? aut uero nobis eorū interior cogitatio aperiret, nisi ab illo diceretur? Si ergo nouerat, si sciebat, qd est

A hoc qđ dictū est, quod de cœlo ꝓspexit sup filios
hoium, ut uideret si est itelligēs aut requirēs deū?
Quærentis.n.uerba sunt, non scientis, deus de cœ-
lo ꝓspexit sup filios hoium, ut uideret si est intelli
gens aut requirens deū. Et tanq̄ inueniret quod q̄-
siuit inspiciendo, & de cœlo prospiciēdo, dixit sen-
Psal. 13. tentiam. Omnes declinauerunt simul inutiles fa-
Roma. 3. cti sunt, non est q faciat bonū, nō est usq; ad unū.)
Duæ quæstiones oriuntur aliquātulum difficiles.
Si.n.respicit de cœlo de⁹, ut uideat si est intelligens
aut requirens deum, subintrat cogitatio impruden
ti, qa non omnia nouit deus. Hæc una quæstio est.
Quæ est altera? Si non est qui faciat bonū, non est
usq; ad unū: qs est ille q parturit inter malos? Illa er
go sic soluitur quæstio, quia plerūq; ita loquit̃ scri
ptura, ut qđ dono dei creatura facit, deus facere di-
catur: ut, uerbi gratia, cū misereris pauperis, qa do
no dei facis, deus miseretur. Cū cognoscis q lis, qa
Psal. 17. illo allucēte facis, si is es qui dicas, Tu illuminabis
lucernā meam dn̄e, deus meus illumina tenebras
meas: quod deo donāte & faciente cognoueris, ille
cognoscit: nā unde est, Tentat uos dn̄s de⁹ uester,
B ut sciat si diligatis illū? Quid est ut sciat? Vt dono
Deut. 13. suo scire uos faciat Sic ergo & hic, de⁹ de cœlo ꝓspe
xit sup filios hoium, ut uideret si est intelligēs aut
requirēs deum. Assit ipse & donet nobis, ut qđ cor
nostrum fecit concipere, faciat & parere. Apl's dicit,
1. Cor. 2. Nos autem non spiritū huius mundi accepim⁹, sed
spiritum qui ex deo est, ut sciamus q̄ à deo donata
sunt nobis. Hoc spiritu ergo quo cognoscim⁹ quę à
deo donata sunt nobis, discernim⁹ inter nos & eos
qbus hæc donata nō sunt, & ex nobis illos cogno-
scimus, Quia si nos aliqđ bonū habere nō potuisse
intelligimus, nisi illo donāte & largiēte, à quo sunt
oia bona, simul intelligimus nihil tale posse hēre
ex qbus hæc deus nō donauit. Ista dignoscētia no
bis ex spiritu dei est, & eo quo uidem⁹ hoc deus ui-
det, qa id deus facit ut uideam⁹. Hic.n dictū est &
illud, Spiritus.n.omnia scrutatur, etiam altitudinē
1. Cor. 2. dei: non quia ille scrutatur qui nouit oia, sed quia
tibi donatus est spiritus q & te scrutari facit. Et qđ
dono ipsius tu facis, ille facere dicitur, qa sine illo
tu non faceret: ergo deus facere dicitur cū tu facis.
C De dono spiritus filiorum, qbus datus est spūs dei,
respiciunt super filios hominum, ut uideant si est
intelligens aut requirēs deū. Sed qa id dono dei &
spū dei faciūt, deus hoc facere dicitur, uelut prospi
cere & uidere. Quare aūt de cœlo, si hoc hoies fa-
ciunt? Quia dicit Apl's, Nostra aūt cōuersatio in cœ
Philip. 3. lis est. Vnde enim hoc facis ut uideas, unde prospi-
cis ut intelligas? Nonne corde? Si corde hoc facis
xp̄iane, uide si sursum cor habeas. Si sursum cor ha
bes, de cœlo in terrā prospicis. Et qa hoc dono dei
facis, deus de cœlo prospicit sup filios hoium. Illa
igitur q̄stio pro modulo nostro sic soluta ē. Quid
est qđ prospiciētes agnoscim⁹? Quid est quod pro-
spiciēs deus agnoscit? Quicqđ hic donat, agnoscit.
Audi, quid? Quia oēs declinauerūt, simul inutiles
facti sunt, non est qui faciat bonū, non est usq; ad
unum Quæ igitur illa q̄stio est, nisi quā paulo ante
cōmemoraui Si non est q faciat bonū, non est usq;
ad unum: nemo restat qui gemat inter malos. Ex-
pecta, inquit, dn̄s, noli cito ferre sniam. Donaui ho
minibus bene facere, sed ex me, inquit, nō ex se. Ex
se enim mali sunt. Filij enim hominum sunt quan-
do male faciunt: qn̄ bene, fili dei. Hoc.n.facit deus D
ex filijs hoium filios dei, quia ex filio dei fecit de⁹
filium hois, Videte q̄ sit illa participatio diuinita-
tis: promissa quidem est nobis participatio diuini-
tatis. Mentitur q promisit, si nō est prior fact⁹ parti
ceps mortalitatis. Filius n.dei particeps nr̄ę morta
litatis effectus est, ut mortalis hō fiat particeps di-
uinitatis suæ. Qui tibi promisit cōicandum tecum
bonum suum, prius tecum cōicauit mala tua. Qui
tibi promisit diuinitatē, ostendit in te charitatem.
Ergo tolle qđ homines filij dei sunt, remanet quod
filij hoim sunt. Non est qui faciat bonum, nō est
usq; ad unum. Nōnne scient oēs qui operantur ini-
quitatem, qui deuorāt populum meum in cibo pa
nis.) Nonne scient? Nōnne illis ostendet? Dic, mina-
re, loquere ex parturiente & dolēte. Popul⁹.n.tuus
deuoratur in cibo panis. Est ergo hic ppl's dei qui
deuoratur? Certe nō est q faciat bonū, non est usq;
ad unum Respōdetur ex illa regula. Sed iste popu-
lus q deuoratur, iste popul⁹ qui patitur malos, iste
q gemit & parturit inter malos, iā ex filijs hoinū fi
lij dei facti sunt, & ideo deuoratur. Consiliū.n.ino Psal. 13.
pis confudistis, qm̄ dominus spes eius est. Plerunq; E
enim ut deuoretur populus dei, hoc ipsum in illo
contemnitur, quia populus dei est. Rapiam, inqt,
& expoliem, si xp̄ianus est, qđ mihi facturus est? Lo
quitur pro illo q loquitur pro parturiēte, & minat̃
deuorantib⁹, dicēs: Nōnne scient oēs qui operātur Psal. 49.
iniquitatem? Nam & ille qui uidebat furem & con
currebat cū eo, & cum adulteris portionē suā po-
nebat, sedens aduersus fratrē suū detrahebat, & ad
uersus filium matris suæ ponebat scandalū, dixit i
corde suo, nō est de⁹. Ideo hoc illi dicitur, hæc feci
sti & tacui, Suspicatus es iniquitatē qđ ero tui siīis: Ibidem.
hoc est, nō ero deus, si ero tibi siīis Sed quid sequi-
tur? Arguam te, & statuam te ante faciem tuā. Sic &
hic arguā te, & statuam te ante faciem tuam. Nō uis
modo nosse ut tibi displiceas, nosces ut plāgas. Nō
enim demonstraturus est de⁹ iniquis iniquitatē su-
am? Si non est demonstraturus, qui erunt q dicturi
sunt, qđ nobis profuit supbia, & diuitiarū iactan- Sap. 5
tia quid cōtulit nobis? Tunc ergo scient q mō sci-
re nolunt. Nōnne scient oēs qui operātur iniquita
tem, qui deuorāt populum meū. In cibo panis?) F
Qui addidit in cibo panis? Tanquā panē mandu-
cant populum meū. Cætera.n.quæ manducamus,
possumus modo illa, modo illa, nō semp hoc olus,
non semp hanc carnē, non semper hæc poma, semp
autem panem. Quid est ergo, deuorant populum
meū in cibo panis? Sine itermissione, sine cessatio-
ne deuorant, q deuorant populum meū in cibo pa
nis. Deum non inuocauerunt.) Consolat̃ gemen-
tē, & maxime ex cōmemoratione, ne imitādo ma-
los q plerūq; prosperant̃, delectetur fieri malus. Ser
uatur tibi qđ tibi promissum est, spes illoꝝ pręsens
est, tua futura est: sed illoꝝ fluxa, tua certa: illoꝝ fal
sa, tua uera. Illi n. deum non innocauerunt. Nōnne
quotidie tales rogant deum? Nō rogāt deū. Attēdi-
te si possimus hoc dicere adiuuante ipso deo. De⁹
gratis se uult coli, gratis se uult diligi, hoc est, caste
amari: non ppea se amari, quia dat aliquid præter
se, sed qa dat se. Qui ergo iuocat deū ut diues fiat,
deum nō inuocat, hoc n.inuocat qđ ad se uult ue-
nire: quid.n.est inuocare, nisi uocare in se? In se er-
go uocare, hoc dicitur iuocare. Nam cùm dicitur,

G deus da mihi diuitias: nō uis ut ipſe deus ad te ue-
niat,ſed uis ut diuitiæ ueniāt ad te. Quod uis ut ad
te ueniat,hoc inuocas.Si aūt deū inuocares,ipſe ad
te ueniret,ipſe eſſet diuitiæ tuæ.Nunc aūt uis habe
re arcam plenam,& inanē conſcientiam.Deus non
implet arcā,ſed pectus. Quid tibi ꝓſunt exteriores
diuitiæ,ſi te interior premit egeſtas? Ergo iſti q pp
ſecularia cōmoda,qui propter terrena bona, q pro
pter uitā p̄ſentem & terrenā fœlicitatem inuocant
deum,non inuocant deum.Propterea quid de illis
ſeqtur? Ibi timuerunt timore ubi nō erat timor.)
Nunquid.n.timor eſt, ſi quis perdat diuitias? Non
eſt ibi timor,& ibi timetur.Si quis autem perdat ſa
pientiam,ibi uere timor eſt,& ibi non timet. Audi,
dignoſce,tales intellige.Commendatur neſcio cui
ſaccellus ,non uult reddere,pro ſuo cōputat,nō pu
tat poſſe repeti,iam pro ſuo habebit,reddere detre
ctat:uideat quid timeat amittere, & qd nolit habe
re:in dubiū ueniunt pecunia & fides , q̄ precioſior
eſt,ibi grauius damnū timendū eſt. Tu autē ut au
rum teneas,fidē perdis . Grauiori damno percute-
ris,& tu de lucro lętatus es.Ibi timuiſti timore, ubi
H non erat timor.Redde pecuniā:parum dico redde,
perde pecuniā ne fidem perdas.Tu aūt reddere pe-
cuniā timuiſti,& fidē pdere uoluiſti.Martyres non
aliena tulerunt,ſed ēt ſuam fidē ne amitterent, pro
pria contēpſerunt . Et parum fuit perdere pecuniā
qñ ꝓſcripti ſunt , perdiderunt & animam ſuam qñ
Matt.10. paſsi ſunt:perdiderunt animam, in uitam ęternam
inuenirent eā Ergo ibi timuerunt ubi timendum
eſt.Illi uerò qui xpo dixerūt, nō eſt deus,ibi timue
Ioan. 11. runt ubi non eſt timor.Dixerunt.n.Si dimiſerimus
eum, uenient Romani & tollent nobis & locum &
regnum. O ſtultitia & imprudentia, dicens in cor-
de ſuo,nō eſt deus.Timuiſti pdere terrā, & perdidi
ſti cœlum,timuiſti ne uenirent Romani,& tollerēt
tibi locum & gentem, nunqd tibi tollerent deum?
Quid ergo reſtat?Quid niſi ut iam fatearis, qa tene
re uoluiſti,& tenendo male amiſiſti? Perdidiſti.n.
& locum & gentē occidendo xp̄m , & perdidiſti &
locum & gentē & xp̄m.Timendo occiderunt Chri
ſtum.Sed quare hoc?Qm̄ deus diſsipat oſſa homi-
Ibid. nibus placentium.)Et uolentes placere hominib⁹,
I timuerunt perdere locum : Chriſtus autem ipſe de
quo dixerunt,non eſt deus,maluit diſplicere homi
nibus talibus,quales illi erant, filijs hominum:nō
autē filijs dei maluit diſplicere . Inde diſsipata ſunt
oſſa eoꝝ,illius oſſa nemo confregit. Confuſi ſunt
qm̄ deus ſpreuit eos)Reuera fratres,quātum ad il-
†al. ma- los attinet, magis†illis acceſsit confuſio in loco in
gna. quo crucifigerunt dn̄m,quem ideo crucifixerūt ne
Ioan.11. perderent gentē & locum & regnū : non.n.ibi ſunt
Iudæi.Deus ergo ſpreuit eos,& tn̄ ſpernēdo admo-
nuit illos ut conuertantur.Modo cognoſcant Chri
ſtum,& dicant,deus eſt, quē dixerunt nō eſt deus.
Redeant ad hæreditatem paternā,ad hæreditatem
Abrahę Iſaac & Iacob,poſsideant cū ipſis uitā ęter
nam,& ſi uitā temporalem amiſerunt. Quare hoc?
Quia ex filijs hoium facti ſunt filij dei. Nam quan-
diu ſic manent & cōuerti nolunt,nō eſt q faciat bo
Pſal.13. num,non eſt uſq; ad unum:confuſi ſunt , qm̄ deus
ſpreuit eos,& tanquā ad ipſos conuerſus ait: Quis
dabit ex Sion ſalutare Iſrael?) O ſtulti,īcrepaſtis,in
ſultaſtis,colaphizaſtis,ſputis illiniſtis, ſpinis coro-
naſtis,in crucē erexiſtis. Quem?Quis dabit ex Sion
ſalutare Iſrael? Nonne ipſe de quo dixiſtis , non eſt K
deus. In auertendo dn̄s captiuitatem populi ſui.) Gene. 25.
Non.n.auertit captiuitatē populi ſui , niſi q uoluit
inter ueſtras manus eſſe captiuus. Sed q hoc intelli
gent? Exultabit Iacob,& lætabitur Iſrael.)Vere Ia
cob & uere Iſrael,minor ille cui ſeruiuit maior,ipſe
exultabit,quia ipſe cognoſcet Iſrael.

In Pſalmum quinquageſimumtertium *Enarratio.*

PSALMI huius titulus habet fructum pro
lixitatis ſuę ſi intelligatur.Et quia pſalmus
breuis eſt , cōpenſemus in mora tituli , qđ
in pſalmo non immorabimur . Inde.n.pendet oīs
uerſus q cantatur . Si quis itaq; cognoſcat quod in
domus frōte p̄fixum eſt,ſecurus intrabit : nec cum
intrauerit,errabit . Hoc.n.in ipſo poſte prænotatū
eſt,q̄uo interius non erretur. Titulus eius ſic ſe ha-
bet, In finem in hymnis intellectus ipſi Dauid.Cū
uenerunt Ziphæi & dixerunt ad Saul , Nonne ecce
Dauid abſconditus eſt apud nos?)Quòd Saul per
ſecutor erat ſancti uiri Dauid, optime nouimus:ꝙ
figuram agerebat Saul temporalis regni,non ad ui
tam,ſed ad mortem pertinentis,& hoc ueſtræ cha-
ritati nos commendaſſe meminimus.Itemq; ꝙ ipſe L
Dauid figuram gerebat Chriſti, uel corporis xp̄i,&
noſſe debetis,& recolere quod iam noſtis. Quid er
go Ziphæi?Vicus quidam erat Ziph,cuius habita- 1.Re. 23.
tores Ziphæi dicebantur , in quorū regione ſe ab-
ſconderat.Dauid,cū eū uellet Saul inuenire & occi
dere.Iſti ergo Ziphæi cū hoc cognouiſſent, ꝓdide
runt eum regi perſecutori dicentes, Nonne ecce Da
uid abſconditus eſt apud nos? Nihil quidem ꝓfuit
illis ꝓditio eorum,& ipſi Dauid nihil obfuit.Nan-
que animus eoꝝ malignus demonſtratus eſt . Saul
uerò nec poſt eorum ꝓditionem potuit comprehē
dere Dauid, ſed potius in ipſius regionis quadā ſpe 1.Re.24.
lunca,cū eius manib⁹ datus eſſet occidendus Saul,
pepercit illi Dauid : & quod habebat in poteſtate,
non fecit. Ille autē q̄rebat facere quod in poteſtate
non habuit . Ziphæi ergo illi uiderint qui fuerint:
quos nobis pſalmus ex illoꝝ occaſione intelligen-
dos offerat,uideamus . Si q̄ramus ergo quid inter-
pretentur Ziphæi,inuenimus,florentes . Florentes
ergo neſcio q inimici erāt ſancto Dauid, florētes la 1.Reg.23
tenti.Inuenimus ergo eos ī genere humanū, ſi pſal
mum intelligere uolumus . Inueniamus hic primo M
Dauid latentē,& inueniemus ei aduerſarios floren Colo. 3.
tes.Artē de Dauid latentē.Mortui.n.eſtis,dicit Apl̄s
membris xp̄i,& uita ueſtra abſcōdita eſt cū xp̄o in
deo.Iſti ergo latentes qñ erunt florentes? Cū Chri-
ſtus,inqt,apparuerit uita ueſtra,tunc & uos cū illo
apparebitis in gloria. Qñ erunt iſti florentes , tunc
erunt illi Ziphæi areſcentes . Cui nanq; flori illorū
comparet gloria,attendite omnis. Omnis caro fœ-
nū,& oīs honor carnis ut flos fœni . Quis finis?Fœ Eſa.40.
num aruit, & flos decidit.Vbi tunc erit Dauid? Vi-
de qd ſequitur , Verbum aūt dn̄i manet in æternū.
Illa ergo duo genera hoim ſunt,q̄ & diſtinguere de-
betis,& eoꝝ alrū eligere . Quid.n.tibi prodeſt noſ-
ſe,ſi eligere piger es? Equidem nunc eligendi pote-
ſtas adiacet, ueniet tp̄s qñ tibi poteſtas deerit eligē
di,cùm iam deus ſententiam non differret iudican
di.Qui ſunt n.iſti florentes Ziphæi,niſi corpus il-
lud Doech Idumęi,de quo iam locuti ſumus chari
tati ueſtræ ante paucos dies:de quo dictū eſt, Ecce Pſal.51.
homo q nō poſuit deū adiutorem ſuū,ſed ſperauit
in multitu-

A in multitudine diuitiarũ suarũ, & præualuit in uanitate sua? Isti sunt florentes filij seculi, quos modo
Luc. 16. ex Euãgelio audistis, qa in sua generatione astutiores sunt filijs lucis. Etenim ipsi uident prospicere in posterũ, quo nesciunt utrũ ueniant. Audistis quid fecerit dño suo uillicus ille faciens sibi bonũ de rebus domini sui, & largiens debitoribus illius, ut cũ amotus esset à uillicatione, susciperet ab eis. Et q̃uis fraudẽ fecerit domino suo, tamẽ cor eius laudauit dominus eius, nõ attendens ad damnũ suũ, sed ad eius ingenium. Quãto magis nos debemus ipso do-
Ibidem. mino nostro Iesu Christo admonente facere nobis amicos de mãmona iniquitatis. Mãmona enim diuitiæ interpretatur. Nostræ aũt diuitię ibi sunt ubi est domus nr̃a æterna in cœlis. Proinde pecuniam tẽporalem illi appellant diuitias, qui nisi tẽporaliter florere nõ possunt, nec in ęternũ sibi ex his amicos facere uolunt, qa ueras diuitias non nouerunt. Has ergo diuitias solas iniquitas putat, florẽs ad tẽpus ut fœnũ. Hi sunt Ziphæi inimici Dauid florẽtes in seculo. Hos aliqñ attendunt etiã filij lucis in-
B firmi, & nutant eis pedes cũ uiderint malos fœlicitate florere, & dicũt apud seipsos, Quid mihi ꝓdest innocentia? Quid mihi cõfert ꝙ deo seruio, ꝙ mandata eius custodio, ꝙ neminem premo, nemini aliquid rapio, nulli noceo, quod possum præsto? Ecce hęc oia facio, & florent illi, ego laboro. Quid enim & tu Ziphęus uis esse? Florent in seculo, arescent in iudicio, & post ariditatẽ in ignẽ æternũ mittentur. Hoc uelis & tu: ignoras qd tibi promiserit qui ad te uenit, quid in seipso hic ostẽderit. Si flos Ziphæorũ appetendus esset, ipse dñs tuus nõnne & in hoc seculo floruisset? An uerò deerat illi ut hic posset florere? Sed hic maluit inter Ziphæos latere, & dicere Pontio Pilato interrogãti tanq̃ & ipsi flori Ziphęo-
Ioan. 18. rum, & suspecto de regno eius, Regnũ meum nõ est de hoc mundo. Dauid periuit apud Ziphęos Ecclesiã quasi latens inter florẽtes huius seculi hoies, qa bonũ Ecclesię intus est. Ergo hic latebat, & omnes boni latent hic, qa bonũ eorũ intus est, absconditũ est, in corde est, ubi fides, ubi charitas, ubi spes, ubi thesaurus illorũ. Nunquid hęc bona apparent i secu-
C lo? Et hęc bona latent, & horũ bonorũ merces latet. At uero dignitas seculi, qũo alba est? Nitet ad tempus. Nunquid semper nitebit? Herba est hyemalis, usq; ad æstatẽ uiret. Nõ ergo fiet in animo quod in alio psalmo inuenimus. Cõfitetur enim quidã prope se cecidisse nutantẽ, & labasse gressus suos ambulantes in uia dei, dum aspiceret florem quendã fœlicitatemq; iniquorũ, & posteaq̃ cognouisset quid iniquis in finem seruaret deus, & quid iustis laborantibus promitteret qui fallere non potest, agens gratias de hac cognitione, ait, Quàm bonus Israel
Psal. 72. deus rectis corde. Quare hoc dicis? Mei aũt, inquit, penè cõmoti sunt pedes. Vnde? Quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum uidens. Cõfirmati sunt autem gressus eius posteaquã intellexit in nouissima. Quod enim in eodẽ psalmo paulopost dicit, Hoc labor est ante me: id est, magna mihi quæstio surrexit in corde, quare homines male faciunt, & in seculo florent: multi aũt bene agunt, & in hac terra laborant. Quæstio ergo ista cum magna esset ante oculos meos, & laboriosa ad inuestigandum, Labor est, inquit, ante me, donec introeam in sanctuariũ dei, & intelligã in nouissima. Quę sunt ista

nouissima. Quæ, nisi q̃ scimus iam in Euãgelio prę- D
nunciata? Cũ enim uenerit filius hominis, cõgrega- Matt. 25.
buntur ante eũ omnes gẽtes, & separabit eos, sicut pastor segregat oues ab hędis: oues ponet ad dexteram, hœdos ad sinistrã. Ecce iam illi Ziphęi separabuntur, flãma sequitur separationẽ. Vbi est flos eorum, qui iam ad sinistrã stabunt? Nõnne tunc ingemiscent? Nõnne tunc sera pœnitentia torquebunt, & dicent. Quid nobis ꝓfuit superbia, & diuitiarũ Sapien. 5.
iactãtia quid cõtulit nobis? Trãsierunt omnia illa tanq̃ umbra. O Ziphæi ad sinistrã stantes, sero pœnitet uos in umbra floruisse. Quare Dauid, quẽ prodebatis inter uos latere, nõ agnoscebatis? Tunc. n. si corrigeremini, dolor iste infructuosus non esset. Est enim dolor fructuosus, est & infructuosus. Fructuosus dolor nunc est cũ te accusas, cũ in te reprehendis malos mores tuos, cũ rephensos ꝑsequeris, persecutos excludis, illisq; exclusis mutaris, exuens te ueterẽ hominẽ, & induens nouũ: eligens potius Christi opprobriũ quàm florem Ziphæorũ. Porrò si tibi cõtigerit habenti in occulto bonum tuũ, & latenti inter Ziphęos, habẽti etiã in occulto ꝓmis- E
sionẽ mercedis tuæ, aliqua sublimitas seculi, noli extolli: nã si elatus ex illa fueris, cades in florẽ Zi-
phæorũ. Sic enim mulier q̃dam sancta Hester in illo Hest. 14.
tunc populo Iudæorũ, cum esset uxor regis alienigenæ, uentũ est ad periculũ ciuium, ut deprecaretur regem pro ciuibus suis: cœpit orare, & in ipsa oratione cõfessa est, illa omnia insignia regalia sic sibi esse uelut pannũ menstruatæ. Si hæc mulieres pos- Psal. 61.
sunt, uiri non possunt? Et si hæc potuit mulier Iudæa, nõ poterit Ecclesia Christiana? Hoc ergo dico charitati uestræ: diuitiæ si affluant, ne apponatis cor, Abundent licet, & sequat̃ te ꝓsperitas seculi, tu mari noli credere, nec ridenti, Diuitiæ si affluant, si abundent, calca eas, & suspendere ex deo tuo. Cũ enim eas subter te habueris, & ex illo pepẽderis, cũ fuerint subtractæ nõ cades: ne forte per malam cogitationem minimeq; Christianam, fiat in te quod dicitur in alio Psalmo, cõmemorato flore istorum Ziphæorum, Nimis enim, inquit, profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Deo dicatur, Nimis ꝓfundæ Psal. 91.
factæ sunt cogitationes tuæ. Vir imprudens nõ co- F
gnoscet, & stultus nõ intelliget hæc. Quid non intelliget? Cũ exorientur peccatores sicut fœnum, & prolongati fuerint omnes qui operantur iniquitatem, ut intereant in seculum seculi, delectabit eos flamma malorum. Dixerunt apud se, ecce mali florent, puto malos amat deus, & delectatur temporali flore iniquorum, cõuersi sunt ad iniquitatem ut interirent: non ad tempus, sicut illi florent, sed in seculum seculi. Vnde hoc? Quia uir imprudens non Psal. 72.
cognoscet, & stultus nõ intelliget hæc, non intrans in sanctuariũ dei, ut intelligat in nouissima. Et qa difficilis est aliquantulũ intellectus hic, inde cœpit Psalmus iste: ut Dauid lateret inter Ziphæos, nec delectaretur flore Ziphæorum: sed eligeret potius inter illos humilitatẽ, ut haberet apud deũ absconditam claritatẽ. Quid ergo ei tribuitur in hoc titulo? In finem in hymnis, hoc est, in laudibus. Qui-
bus laudibus? Dominus dedit, dominus abstulit, Iob. 1.
sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Quasi uidebatur aruisse perdita omni substantia? Absit. Folia ceciderunt, radix uiuebat. Ergo in finem in hymnis. Quid est, intelle-

G ctus contra illud, Vir imprudens non cognoscet,&
Psal.91. stultus nõ intelliget hæc. Intellectus ipsi Dauid,cũ
1.Reg.2. uenerũt Ziphæi & dixerũt ad Saul, Nonne ecce Da
uid abscõditus est apud nos? Et si absconditus est
apud uos,dũmodo nõ floreat sicut uos. Audi ergo
uocẽ eius: Deus in noie tuo saluũ me fac,& in uir-
tute tua iudica me.) Hoc dicat Ecclesia latẽs inter
Ziphæos. Hoc dicat corpus Christianũ habens in
occulto bonũ morũ suorũ, sperans de occulto mer
cedẽ meritorũ suorũ: hoc dicat, Deus in nomine tuo
saluũ me fac, & in uirtute tua iudica me. Venisti ò
Matt.27. Chre, humilis apparuisti, cõtemptus es, flagellatus
es, crucifixus es, occisus es: sed tertia die resurrexi-
sti, quadragesimo die in cœlum ascẽdisti, sedes ad
dexterã patris,& nemo uidet: spiritũ tuũ inde misi
Acto.1. sti, quẽ acceperunt digni impleti amore tuo, laudẽ
& 2. ipsius humilitatis tuæ per mundũ gentesq; ꝑdica-
uerunt. Nomẽ tuũ uideo excellere in genere huma
no, sed tamẽ infirmius nobis ꝑdicatus es. Neq; enim
& ille doctor gentium dixit aliquid inter nos se sci
1.Cor.1. re, nisi Christum Iesum & hunc crucifixum, ut eius
H eligeremus opprobrium, magis q̃ gloriam floren-
tium Ziphæorũ. Veruntamen de illo quid ait? Et si
2.Cor.13. mortuus est ex infirmitate, sed nunc uiuit ex uirtu
te dei. Venit ergo ut moreret ex infirmitate, uentu-
rus est ut iudicet in uirtute dei: sed per infirmitatẽ
crucis clarificatũ est nomẽ eius. Quisquis nõ credi
derit in nomẽ clarificatum per infirmitatẽ, expaue
Matt.3. scet ad iudicẽ cũ uenerit in uirtute. Ne autẽ quon-
& 25. dam ille infirmus, cũ uenerit fortis, uentilabro illo
ad sinistrã nos mittat, saluet nos in nomine suo, &
iudicet nos in uirtute sua. Quis.n. hoc tam temera
rius optauerit, ut dicat deo, iudica me? Nõnne pro
maledicto dici solet hominib', iudicet te deus? Ita
planè est maledictũ, si iudicat te in uirtute sua, sed
si nõ te saluauerit in nomine suo. Cũ uerò in noie
ꝑcedente saluauerit te, salubriter in uirtute conse-
quẽte iudicabit. Securus esto, iudiciũ illud nõ tibi
erit punitio, sed discretio Nam & in quodã Psalmo
Psal.42. ita dicitur, Iudica me deus & discerne causam meã
de gẽte nõ sancta. Quid est, iudica me? Discerne me
a Ziphæis inter quos lateo. Pertuli eorũ florem, iam
ueniat & flos meus, Et illorum quidẽ flos fuit tẽpo
ralis,& arescente fœno decidit, flos autẽ meus quis
erit? Plantati in domo domini, in atrijs domus dei
Psal.91. nostri florebunt. Remanet.n.& nobis flos, sed qui
non cadat sicut folium plantati illius ligni iuxta
Psal.1. aquas, de quo dictũ est, Et folium eius nõ decidet.
Deus ergo in nomine tuo saluũ me fac,& in uirtute
tua iudica me. Deus exaudi orationem meam, au-
ribus percipe uerba oris mei.) Perueniant ad aures
tuas uerba oris mei, quia non florem Ziphæorũ à
te desidero. Aurib' percipe uerba oris mei. Tu pci-
pe. Nã Ziphæis & si sonet oratio mea nõ audiunt,
quia nõ intelligunt, Tẽporalibus quippe gaudent,
bona æterna desiderare nõ nouerunt. Ad te perue-
niat oratio mea, ex desiderio æternorũ tuorum be
neficiorũ excussa & iaculata: ad aures tuas emitto
eam, adiuua eam ut perueniat, ne deficiat in itinere
medio,& quasi collapsa corruat. Sed & si non mihi
eueniunt modo bona q̃ postulo, securus sum tamẽ
quia postea uenient. Nã & in delictis dicitur quidã
rogasse deum, & non est exauditus bono suo. De-
sideria enim secularia incitauerant illum ad oran-
dũ,& in tribulationibus tẽporalibus positus opta

uerat, ut transirent tribulationes tẽporales,& redi- K
ret flos fœni,& ait, Deus meus deus meus ut qd me Psal.21.
dereliquisti? Vox ipsa Christi est, sed pro membris
suis, Verba, inquit, delictorũ meorũ clamaui ad te
per diem nec exaudies,& nocte, & non ad insipien
tiam mihi: id est,& nocte clamaui & nõ exaudisti,
& tamẽ hoc ipsum qđ nõ exaudisti, nõ ad insipien
tiam mihi nõ exaudisti, sed magis ad sapientiã non
exaudisti, ut intelligerẽ quid a te petere deberẽ. Ea
enim petebam q̃ malo meo fortassis acciperẽ. Petis
diuitias ò homo, quãti euersi sunt per diuitias suas?
Vnde scis utrũ tibi sint profuturæ diuitiæ? Nõnne
multi pauperes tutius latebãt, diuites facti, mox ut
lucere cœperunt, ꝑda fortiorib' fuerunt? Quãto me
lius laterent, quãto melius nescirentur, q̃ cœperunt
q̃ri, nõ propter qđ erant, sed propter qđ habebant.
In his ergo tẽporalibus fratres admonemus uos &
exhortamur i domino, ut nõ petatis aliquid quasi
fixum: sed quod uobis deus expedire scit. Quid.n.
uobis expediat, omnino nõ scitis. Aliquãdo qđ pu
tatis ꝓdesse, obest: & qđ putatis obesse, hoc ꝓdest.
Aegri.n estis, nolite medico dictare, q̃ uobis medi- L
camenta uelit apponere. Si doctor gentium Paulus
apostolus dicit, Quid.n. oremus sicut oportet, ne- Rom.8.
scimus, quãto magis nos? Qui tamẽ cum sibi uide-
retur ipse prudẽter orare, ut ab eo auferretur stimu
lus carnis, angelus satanę q eũ collaphizabat, ne in
magnitudine reuelationũ extolleretur: qđ audiuit
à dño? Nunquid factũ est quod uolebat? Non, ut
fieret quod expediebat. Quid ergo audiuit à domi
no? Ter, inquit, rogaui dñm, ut auferret eũ à me, & 2.Cor.12.
dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nã uirtus in infir
mitate perficitur. Ego medicamentũ ad uulnus po
sui, qñ posuerim noui, quando auferendũ sit, noui.
Nõ recedat ægrotus à manib' medici, nõ det con-
silium medico. Ita sunt ista omnia tẽporalia, tribu-
lationes sunt. Si bene colis deum, noueris q̃a nouit
qđ cuiq; expediat Prosperitates sunt magis cauẽdę,
ne ipsæ corrũpant animũ tuũ, ut ab eo q hæc dedit
recedat. Ergo iste intelligens quid ait? Deus exaudi
orationẽ meã, auribus ꝑcipe uerba oris mei. Qm̃
alieni insurrexerunt aduersum me.) Qui alieni? M
Nõnne ipse Dauid Iudæus erat de tribu Iuda? Ipse
aũt locus Ziph ad tribũ Iuda pertinebat, Iudæorũ
erat. Quo ergo alieni? Nõ ciuitate, nõ tribu, nõ co-
gnatione, sed flore: nã uis nosse alienos istos? In alio
psalmo filij alieni dicti sunt, Quorũ os locutum est
uanitatẽ, & dextera eorũ dextera iniquitatis. Et enu
merat florem Ziphæorum: Quorum filij uelut no- Psal.143.
uellæ constabilitæ in iuuentute sua. Filiæ eorũ cõ-
positæ & ornatæ, sicut similitudo tẽpli, Cellaria eo
rum plena, eructantia ex hoc in hoc. Oues eorũ fœ
cundæ multiplicãtes in exitibus suis, boues eorum
crassi: Nõ est ruina sepis, nec exitus, neq; clamor in
plateis eorũ. Sed uide Ziphæos, uide ad tẽpus flo-
rentes. Beatũ dixerunt populum cui hęc sunt. Men
to filij alieni. Tu quid latens inter Ziphęos? Beatus
populus cuius dñs deus ipsius. Ex hoc affectu hæc
oratio mittitur ad aures dñi, cũ dicitur, Auribus ꝑ-
cipe uerba oris mei, quoniam alieni insurrexerunt
aduersum me, Et potentes quæsierunt animã me-
am.) Nouo enim modo fratres mei uolunt perdere
genus sanctorum, & ab huius seculi spe abstinen-
tium. Omnes qui spem habent in isto seculo, cer-
te concreti sunt, certe simul uiuunt. Vehementer

A sibi aduersa sunt ista duo genera: unum eoꝝ q non ponunt spem, nisi in rebus secularibus & temporali fœlicitate: & alterum eorum q spem suam in dño deo suo firmiter ponunt. Et cũ concordes sunt isti Ziphæi, noli tu multũ credere concordię eoꝝ, tentationes desunt. Vbi uenerit aliqua tentatio, ut arguaſ aliquis pro flore seculi, nõ dico tibi, offendit ẽpm, sed nec ad ipsam Ecclesiam accedere uult, ne cadat aliqd fœni. Quare ista dixi frẽs? Quia modo libenter audistis oẽs in nomine xp̃i, & quemadmodum intelligitis, ita exclamatis ad uerbũ: non utiq acclamaretis nisi itelligeretis: Intellectus iste uester fructuosus esse debet. Vtrum autẽ fructuosus sit, tẽtatio interrogat, ne subito dum dicimini nr̃i, p tentationem inueniamini alieni, & dicaſ, Alieni insurrexerunt aduersum me, & potentes q̃sierunt aiam meam. Ne dicaſ quod sequitur: Non proposuerũt deum ante conspectum suum.) Qñ.n ponet ante conspectum suũ deũ, ante cuius conspectũ non est nisi seculum? Qũo sit nummus super nummũ, qũo augeantur greges, qũo impleantur apothecæ, qũo

B dicatur animæ, habes multa bona, iocundare, epulare, satiare: nunquid ponit ante conspectum suum illum, q sic glorianti, & ita flore Ziphæoꝝ nitenti

Luc. 12. dicit, stulte, hoc est, non intelligens, uir imprudẽs; hac nocte auferet anima tua, hæc omnia q̃ præparasti cuius erunt? Non ꝓposuerunt deũ ante cõspectum suum. Ecce.n deus adiuuat me.) Et ipsi nesciunt inter quos lateo. Si aũt & ipsi ponerent deũ ante conspectũ suum, inuenirent quemadmodum me adiuuat deus. Oẽs n. sancti adiuuantur à deo; sed intus ubi nemo uidet. Qũo n. magna est pœna impioꝝ cõscientia, sic magnum gaudium piorum

2. Cor. 1 ipsa cõscientia. Nã gloria nostra hæc est, dixit Apostolus, testimonium conscientiæ nr̃æ. In hac gloriatur iste intus, non in flore Ziphæoꝝ foris, q modo ait, Ecce.n. deus adiuuat me. Prorsus quamuis lõge futura sint q̃ promittit, hodie mihi dulce & p̃sens

Psal. 4. est adiutoriũ. Hodie in corde meo gaudium inuenio, qa sine causa dicunt qdam, Quis ostendit nobis bona? Signatũ est sup nos lumẽ uultus tui dñe, dedisti iocunditatem in cor meum. Non in uineã

C meã, non in gregem meum, non in cuppã meã, nõ in mensam meam, sed in cor meũ. Ecce n. deus adiuuat me. Quomodo te adiuuat? Et dñs susceptor est aiæ meę. Auerte mala inimicis meis.) Sic qũo uirent, & sic quomodo florent, igni seruantur. In uirtute tua disperde illos.) Puto quia, florent modo:

Psal. 91. puto, quia exoriunſ sicut fœnum. Tu noli esse uir imprudens & stultus, ut hæc attendendo intereas in seculum seculi. Auerte.n. mala inimicis meis. Nã si tu fueris in corpore ipsius Dauid, in uirtute sua disperdet illos. Isti florent fœlicitate seculi, pereunt in uirtute dei: non.n. qũo florent, sic pereunt: florent.n. ad tempus, pereunt in æternum: Florent falsis bonis, pereunt ueris tormentis. Et in uirtute tua disperde illos, quos in ifirmitate tua tolerasti. Voluntarie sacrificabo tibi.) Quis hoc bonum cordis uel intelligere potest alio dicente, si nõ in seipso gustet? Quid est uoluntarie sacrificabo tibi? Dicã tñ, capiat qui potest, qũo potest. Credat q non potest, & oret ut possit. Nunqd tñ istum uersum ita præterire debemus, ut eum uobis nõn cõmendemus? Dico charitati uestræ, inuitat me satis amor ipsius aliqd de illo loqui, & gratias ago deo q intente audi-

tis. Si aũt uos fastidientes audire conspicerẽ, inuitus ab hoc uersu silerem, & tñ in corde meo, quantum dñs dignaretur concedere, nõ silerẽ. Veniat ergo in linguã qd corde conceptum est: ꝓmatur uoce, quod mente seruatur. Dicamus ut possumus, qd sit uolũtarie sacrificabo tibi. Quod n. sacrificium hic accipiã fratres? Aut quid digne offerã dño pro misericordia eius? Victimas q̃ram de grege ouium, arietẽ eligam, taurum aliquem in armentis ꝓspiciã, thura certe de terra Sabęoꝝ offeram? Aliter quid faciam? Quid offerã, nisi qd ait, Sacrificiũ laudis honorificabit me? Quare ergo uoluntarie? Quia gratis amo qd laudo. Laudo deũ, & in ipsa laude gaudeo. Ipsius laude gaudeo, quo laudato non erubesco. Non.n. quemadmodũ laudaſ à studiosis theatricarum nugarũ uel auriga, uel uenator, uel qlibet histrio, & à laudatoribus suis inuitanſ alij laudatores & exhortanſ ut pariter clament: & cum oẽs clamauerint, plerunq illo uicto oẽs erubescunt: Non ita est deus nr̃. Laudeſ uoluntate, ametur charitate, gratuitũ sit, & qd amaſ & quod laudatur. Quid est gratuitum? Ipse pp se, nõ propter aliud. Si.n. laudas

Psal. 49. (beside "Sacrificiũ laudis ho-")

D (beside the first line of this column)

E deum ut det tibi aliqd aliud, iam non gratis amas deũ. Erubesceres, si te uxor tua pp diuitias amaret, & fortè si tibi paupertas accideret, de adulterio cogitaret. Cũ ergo te à coniuge gratis amari uelis, tu deum pp aliud amabis? Quod p̃mium accepturus es à deo ô auare? Non tibi terrã, sed seipsum seruat, q fecit cœlũ & terrã. Voluntarie sacrificabo tibi, noli ex necessitate. Si.n. propter aliud laudas deũ, ex necessitate laudas. Si adesset tibi qd amas, non laudares deũ. Vide qd dicã? Laudas deum, uerbi gr̃a, ut tibi det amplam pecuniã. Si haberes aliũde amplã pecuniã nõ à deo, nunqd laudares deũ? Si ergo pp pecuniã laudas deũ, non uolũtarie sacrificas deo, sed ex necessitate sacrificas, qa p̃ter illum nescio qd aliud amas. Inde dictũ est. Voluntarie sacrificabo tibi. Contẽne oĩa, ipsum attẽde: & hęc q̃ dedit, propter dantẽ bona sunt: nã dat prorsus, dat ista tẽporalia. Et qbusdã bono eoꝝ, & qbusdam malo eorum, scd̃m altitudinẽ & profunditatẽ iudicioꝝ suorum. In quorum iudicioꝝ abysso expauit Aposto-

F

Rom. 11. lus, dicens, O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei, q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ ipsius. Quis n. inuestigabit uias eius, aut quis comprehẽdet consilia eius? Nouit qñ det, cui det. qñ auferat, & cui auferat. Pete tu in hoc tpe quod tibi ꝓsit in posterum, pete qd te adiuuet in ęternum. Ipsum aũt gratis dilige: quia melius ab eo non inuenis quod det q̃ seipsum: aut si inuenis melius, hoc pete. Voluntarie sacrificabo tibi. Quare uoluntarie? Quia gratis. Quid est gratis? Et confitebor nomini tuo dñe, qm̃ bonum est.) Ob nihil aliud, nisi qa bonum est. Nunqd ait, Cõfitebor nomini tuo dñe, qa das mihi fructuosa prædia, quia das mihi aurum & argentum, qa das mihi latas diuitias, amplã pecuniã, excellentissimam dignitatẽ? Non. Sed quid? Qm̃ bonum est. Melius nihil inuenio, q̃ nomen tuum, Ideo confitebor nomini tuo dñe, qm̃ bonum est. Qm̃ ex omni tribulatione eripuisti me.) Ideo intellexi quia bonum est nomen tuum: nã si hoc possem ante tribulationes cognoscere, forte mihi necessarię non fuissent. Sed adhibita est tribulatio ad admonitionẽ, admonitio facta est ad tuam laudationẽ. Non.n. intelligerẽ ubi es-

G sem, nisi de infirmitate mea admonitus essem. Ex oibus ergo tribulationibus eripuisti me. Et super inimicos meos respexit oculus meus.) Sup illos ziphæos respexit oculus meus. Florē qppe illorū transiji altitudine cordis, & perueniens inde ad te, respe-
Esa. 40. xi super illos, & uidi qa omnis caro fœnū, & omnis claritas hominis sicut flos fœni: sicut quodā loco
Psal. 36. iterum dī, Vidi impium superexaltari & eleuari sicut cedros Libani, transiui, & ecce non erat. Quare non erat? Quia transisti. Quid est, qa trāsisti? Quia non sine causa sursum cor habuisti, qa non in terra ubi putresceres remansisti, qa leuasti animā tuam ad deū, & transcendisti cedros Libani, & de illa celsitudine attendisti, & ecce non erat, & q̄sisti eum, & non est inuentus locus eius. Iā labor non est ante te, qa intrasti in sanctuariū dei, & intellexisti in no-
Psal. 72. uissima. Sed & hic ita concludit, Et super inimicos meos respexit oculus meus. Hoc ergo agite fratres mei cū animis uestris, erigite corda uestra, expolite aciem mentis uestræ, discite gratis diligere deū, discite præsens contemnere seculū, discite uolūtarie sacrificare hostiam laudis, ut transcendentes florē
H fœni, respiciatis super inimicos uestros.

In Psalmum quinquagesimumquartum enarratio.

Psalmi huius Titulus,

In finem in hymnis intellectus ipsi David.

Q VIS sit finis cōmemoramus, qa nostis. Fi-
Rom. 10. nis.n. legis xp̄s est, ad iustitiā omni credenti. Intentio ergo dirigatur in finem, dirigat in Christum. Quare finis dicitur? Qm̄ quicqd agimus, ad illum referimus, & cum ad eum peruenerimus, ultra quod quæramus non habebimus. Dicitur.n. finis qui consumit, & dicitur finis q perficit. Aliter quippe intelligimus cum audimus, Finitus est cibus qui manducabatur: & aliter intelligimus cum audimus, finita est uestis q̄ texebatur. In utroque audimus, finitū est: sed cibus ut iam non esset, uestis ut perfecta esset. Finis ergo noster perfectio nr̄a esse debet, perfectio nostra xp̄s est. In illo.n. pficimur, quia ipsius capitis mēbra sumus. Et dictus est finis legis, qa sine illo nemo perficit legem. Cū ergo auditis in Psalmis, In finē multi.n. Psalmi ita superscripti sunt, non sit uestra cogitatio in cōsum-
I ptionem, sed in cōsummationem. In hymnis.) in laudib᷒. Siue.n. tribulemur & angustiemur, siue lætemur & exultemus, ille laudādus est, q & in tribulationibus erudit, & in lætitia cōsolat nos. Laus.n. dei a corde & ore Christiani recedere non debet, non ut laudet in ꝓsperis, & maledicat in aduersis: sed quemadmodū Psalmus ille ꝑscribit, Benedicā
Psal. 33. dn̄m in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. Gaudes, agnosce patrē blandientē: tribularis, agnosce patrem emendantē. Siue blandiatur siue emendet, eum erudit cui parat hæreditatē. Cur dicitur, Intellectus ipsi David?) Quid est ergo intellectus ipsi David? Erat quidē David, ut nouimus, Prophe-
1. Reg. 16. ta sanctus, rex Israel, filius Iesse: sed qa ex eius semi-
Rom. 1. ne uenit ad salutem nostram secundum carnē dn̄s Iesus xp̄s, sæpe isto nomine ille figuratur, & David pro Christo in figura ponitur, propter originē carnis ipsius: nam secundum aliquid filius est David, secundum aliquid dn̄s est David. Filius David secūdum carnem, dn̄s David secundum diuinitatem. Si.n. per ipsum facta sunt omnia, per ipsum & ipse David fact᷒ est, ex cuius semine uenit ad homines. Proinde cum interrogasset dn̄s Iudæos, cuius filiū K
Christum esse dicerent, responderunt David. [Cur increpabat dn̄s Iudęos quando eum dicebant esse filium David?] Vidit eos remansisse in carne, & dimisisse diuinitatem, & corrigit eos quæstione pro-
posita. Quomodo ergo, inquit, ipse David in spiri- Matt. 22.
tu dicit eum dn̄m, dicēs, Dixit dominus dn̄o meo, Psal. 109
sede ad dexteram meam, quoadusq; ponam inimi- Heb. 10.
cos tuos sub pedibus tuis? Si ergo ille in spiritu di- 1. Cor. 15.
cit eum dn̄m, quomodo filius eius est? Quæstionē proposuit, non filium negauit. Audistis dn̄m, discite quō filius sit. Audistis filium, discite quō dn̄s sit. Hanc quæstionem soluit fides catholica. Quomo-
do dn̄s? Quia in principio erat uerbum & uerbum Ioan. 1.
erat apud deum, & deus erat uerbum. Quō filius? Quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quia ergo David in figura Christus est, xp̄s autem, ut sæpe commemorauimus charitati uestrę, & caput & corpus est: nec nos a xp̄o alienos dicere debemus, cuius membra sumus: nec nos quasi alterū
computare, qa erunt duo in carne una. Sacr̄m hoc Gene. 2.
magnum est ait Apostolus, Ego autem dico in xp̄o Ephe. 5.
& in Ecclesia. Quia ergo totus xp̄s caput & corpus L
est, cum audimus, intellectus ipsi David, intelligamus & nos in David. Intelligamus membra xpi, & in membris suis intelligatur xp̄s, & membra xpi intelligantur in Christo, qa caput & membra unus
Christus. Caput in cœlo erat, & dicēbat, Quid me Acto. 9.
persequeris? Nos cum illo in cœlo per spem, ipse nobiscum in terra per charitatē. Ergo intellectus ipsi David Admoneamur cū audimus, & intelligat Ecclesia: pertinet.n. ad nos magna cura intelligēdi, in quo malo nunc sumus, & de quo malo ut liberemur, optamus, reminiscentes orōnis dominicę, ubi
in fine dicimus, Libera nos a malo. Inter multas er- Matth. 6.
go tribulationes huius seculi, plāgit aliqd Psalmus iste de intellectu. Ille cū isto non plorat, q non hēt intellectum. Porrò aūt charissimi meminisse debemus ad imaginem dei nos esse factos, nec alibi q̄ in ipso intellectu. Nā in multis rebus a bestijs nō separamur. Vbi antē homo ad imaginem dei factum se
nouit, ibi aliqd in se agnoscit amplius esse q̄ datū Gene. 1.
est pecoribus. Consideratis uerò omnibus rebus
quas habet homo, inuenit se eo ꝓprie discretum a M
pecore, qd ipse habeat intellectum. Vnde quosdam contemnentes in se, quod ꝓprium & præcipuum a conditore acceperunt: increpat ipse cōditor dicēs,
Nolite fieri sicut equus & mulus qbus nō est intel- Psal. 31.
lectus. Et alio loco dicit, Homo in honore positus. Psal. 48.
In quo honore, nisi qa factus ad imaginē dei? Ergo in honore positus non intellexit, ait, Cōparatus est iumentis insensatis, & silis factus est illis. Agnoscamus ergo honorē nr̄m, & intelligamus. Si intelligimus, uidemus non esse istā regionem gaudēdi, sed gemendi: non iā exultandi, sed adhuc plangendi. Sed & si exultatio q̄dam habitat in cordibus nr̄is, nondū est in re, sed in spe. Ex ꝓmissione lætamur, qa scimus non nos fallere ꝓmittentem. Verū quod attinet ad præsens tp̄s, in quo malo, in qbus angustijs simus audite: & si uiam istā tenetis, quod auditis in nobis agnoscite. Quisquis enim nondum tenet iter pietatis, miratur, quia talia gemunt membra David. Non enim uidet in se ista: quamdiu & in se ista non uidet, nondum est ibi: non sentit qd̄ corpus sentit, quia præter corpus est, incorporetur & sentiet.

A & sentiet. Dicat ergo & audiamus, audiamus & dicamus: Exaudi deus deprecationem meam, & ne despexeris precē meā, intende mihi, & exaudi me.) Satagētis solliciti in tribulatione positi, uerba sunt hęc. Orat multa patiēs, de malo liberari desiderās: superest ut audiamus in quo malo sit. Et cū dicere cœperit, agnoscamus ibi nos esse, ut cōmunicata tribulatione, coniungamus orationem. Cōtristatus sum in exercitatione mea, & cōturbatus sum.) Vbi cōtristatus, ubi conturbatus? In exercitatione mea, inqt, Hoīes malos quos patitur cōmemoratus est, eandemq; passionē malorū hominū exercitationē suā dixit, Ne putetis gratis esse malos in hoc mūdo, & nihil boni dei illis agere deum. Omnis mal⁹ aut ideo uiuit ut corrigať, aut ideo uiuit ut per illū bonus exerceatur. Vtinā ergo qui nos modo exercent conuertantur, & nobiscum exerceantur: tamē quādiu ita sunt ut exerceant, nō eos oderimus: quia in eo ꝙ malus est quis eorum, utrum usq; in finē perseueraturus sit, ignoramus: & plerunq; cū tibi uideris odisse inimicū, fratrē odisti & nescis. Diabolus

Super canō. Ioan. tracta. 8. & 50.

& angeli eius in scripturis sanctis manifestati sunt nobis, ꝙ ad ignem æternū sint destinati: ipsorum tantum desperanda est correctio, contra quos ha-

B bemus occultam luctam: ad quā luctā nos armat

Ephes. 6. Apostolus, dicens, Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem, id est, non aduersus homines quos uidetis, sed aduersus principes & potestates & rectores mūdi tenebrarū harū. Ne forte cum dixisset, mundi, intelligeres dæmones esse rectores cœli & terræ. Mundi dixit, tenebrarū harum: mundi dixit, amatorū munds: mundi dixit impiorū & iniquorum: mundi dixit de quo dicit euangelium,

Ioan. 1. Et mundus eū non cognouit. Si enim mundus nō cognouit lucē, qa lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nō cōprehenderunt, & ipsæ tenebræ quæ non cōprehenderunt lucem q; [illegible]entem, mundi nomine appellantur: harū tenebrarum sunt illi rectores. De

Ephe. 6. ipsis ergo rectorib⁹ habemus determinatā scripturarū sententiam, qđ omnino inde reditus alicuius eorū sperādus nō est. At uero de ipsis tenebris quarum illi rectores sunt, non sumus certi, ne forte qui erant tenebræ, fiant lux. Fidelib⁹ quippe iam factis

Ephe. 5. dicit Apl̃s, Fuistis aliquādo tenebræ, nunc autē lux

C in dño: tenebræ in uobis, lux in dño. Ergo fratres, omnes mali, cū mali sunt, exercent bonos. Ecce.n. breuiter audite & intelligite. Si bonus es, inimicū nō habebis nisi malum. Porrò tibi ea regula boni-

Matth. 5. tatis ꝓfixa est, ut imiteris bonitatē patris tui, qui facit solem suū oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nūquid enim tu habes inimicum, & deus nō habet? Tu quidem eū habes inimicum qui tecū creatus est: ille uerò eum quē creauit. Inimicos ergo dei malos & iniquos sæpe in scripturis legimus, & parcit eis ille qui non habet quod ei imputet inimicus, cui omnis inimic⁹ ingratus est: ab illo.n habet qcquid boni habet. Ab ipso.n habet misericordiā, qcquid est, etiā unde tribulať. Ad hoc enim tribulať ne superbiat: ad hoc tribulať ut humilis agnoscat excelsum. Tu ergo inimico tuo quem intolerabiliter pateris quid præstitisti? Si ille eum habet inimicū qui ei tanta præstitit, & facit solem suū oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: tu qui nec solem potes oriri facere, nec super terras pluere, unū aliquid seruare amico

nō potes, ut sit tibi pax in terra homini bonæ uolū- D

Luc. 2. tatis? Ergo qm̃ hæc tibi dilectionis regula figitur,

Luc. 6. ut imitans patrē, diligas inimicū, Diligite enim, inquit, inimicos uestros: in hoc ꝓcepto quō exercereris si nullum inimicū patereris? Vides ergo ꝓdesse tibi ad aliquid, & quod deus parcit malis, Prosit tibi ad habendā misericordiam, qa & tu forte si bonus es, ex malo factus es bonus: & si deus nō parceret malis, nec tu q grãs ageres appareres. Parcat ergo alijs qui pepercit & tibi. Non enim cū transieris, intercludēda est uia pietatis. Vnde ergo iste orat positus inter malos, quorū inimicitijs exercebať? Quid ait? Cōtristatus sum in exercitatione mea, & cōturbatus sum. Cū extendit dilectionē, ut diligat inimicos, affectus est tædio multorū inimicitijs, multorum rabie circunlatratus, & quadā humana infirmitate succubuit. Vidit se iam incipere penetrari mala ꝑsuasione diabolica, ut odiū inducat aduersum inimicos, reluctans odio ut ꝑficeret ipsam dilectionē, in ipsa pugna & lucta turbat⁹ est. Eius.n. uox est & in alio Psalmo, Turbatus est ꝓ ira oculus meus. Et

Psal. 6. qd ibi sequitur? Inueteraui in oībus inimicis meis.

E Veluti in tēpestate & fluctib⁹ mergi cœperat, sicut

Luc. 6. Petrus. Ille.n. calcat fluctus huius seculi, qui diligit

Matt. 14. inimicos, Chr̃s in mari ambulabat intrepid⁹, cuius oīno de corde auferri nō poterat inimici dilectio,

Luc. 23. q pendens in cruce dicebat, Pater ignosce illis, quia nesciunt qd faciunt. Et Petrus uoluit ambulare, Ille tanq̃ caput, Petrus tanquā corpus, quia super hanc petrā, inquit, ædificabo Ecclesiā meā. Iussus est am-

Matt. 16. bulare, & ambulabat grã iubentis, nō uiribus suis.

Matt. 14. Sed cū uideret uentū ualidum timuit, & mergi iam cœperat, cōturbatus in exercitatione sua. A quo uēto ualido? A uoce inimici, & à tribulatione peccatoris.) Ergo quō ille clamauit in fluctibus, domine pereo, salua me: talis & huius uox pręcessit, Exaudi deus deprecationē meā, & ne despexeris ꝓcem meā, intēde mihi & exaudi me. Quare? Quid enim pateris? quid gemis? Cōtristatus sum in exercitatione mea.) Exerceri me quidē inter malos posuisti, sed nimis exurrexerunt supra uires meas. Trāquilla ꝑturbatū, manū extende mergenti. Cōtristatus sum in exercitatione mea, & cōturbatus sum à uoce, ini-

F mici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira adumbrabant me.) Audistis fluctus & uentos, tanq̃ humiliato insultabant, & ille orabat. Vndiq; illi strepitu insultationis sęuiebāt, at ille intus inuocabat quē nō uidebant: Cū aliquid tale patitur Christian⁹, nō debet facile uelut odio ire in eū, à quo patitur, & uelle uētū uincere, sed conuertere se ad orõnem ne amittat dilectionē. Neq; enim timendū est, ne aliquid faciat homo inimicus. Quid.n. facturus est? Multa mala dicturus, opprobria iaculatur⁹, in cōuitijs sęuitur⁹.

Matth. 5. Sed quid tibi? Gaudete, inquit, & exultate, qm̃ merces uestra magna est i cœlis. Ille in terra geminat cōuitia, tu in cœlo lucra. Sed sæuiat amplius, possit &

Matt. 10. aliquid amplius, quid te securius: cui dictū est, Noli te timere eos q corpus occidunt, animā autem non possunt occidere. Quid est ergo timendū quando pateris inimicū? Ne conturbetur in te dilectio, qua diligis inimicū. Etenim inimicus ille homo caro &

Ephe. 6. sanguis, quod uidet in te, appetit. Alius autem inimicus occultus rector harum tenebrarum, quas tu pateris in carne & sanguine: alterum occultū tuum

G petit, thesauros tuos interiores deprędari & uastare
molitur. Duos ergo inimicos cõstitue tibi ante ocu
los, unũ apertũ, & alterum occultum. Apertum, ho
minem: occultũ, diabolũ. Homo ille, hoc est, quod
tu secundũ naturã humanã, secundũ fidem autem
& dilectionem nondum quod tu, sed poterit esse
quod tu. Cũ ergo sint duo, unum uide, alterũ intel
lige: unũ dilige, alterũ caue. Nanq; & inimicus ille
quẽ uides, hoc in te uult humiliare unde uincitur.
Verbi grã, Si diuitijs tuis uincitur, pauperẽ te uult
facere: si honorĩ tuo uincitur, humilẽ te uult facere:
si uirib⁹ tuis uincitur, debilẽ te uult facere. Ea ergo
attẽdit in te, uel deijcere uel auferre quib⁹ uincitur,
& ille occult⁹ inimicus, illud tibi uult tollere unde
uincitur. Homo n. hominẽ uincis humana fœlicita
te, diabolũ autem uincis inimici dilectione. Qũo
ergo homo ambit auferrẽ tibi & detrũcare, aut auer
tere fœlicitatẽ qua uincitur, sic & diabol⁹ hominẽ
uult uincere auferendo unde uincitur. Sed cura in
corde seruare inimici dilectionẽ, qua diabolũ uin-
cis. Sæuiat homo quantũ potest, auferat qcquid po
H test: si diligitur aperte sæuiens, uictus est occulte sæ
Psal. 6. uiens. At iste cõturbatus & cõtristatus orabat tanq̃
In 3. regu turbato præ ira oculo suo. Ira uero fratres si fuerit
la. ca. 38. inueterata, iam odiũ est: ira turbat oculũ, odiũ ex-
et in 1. 50 tinguit: ira festuca est, odiũ trabes est. Aliqñ odisti
ho. ho. 5. & corripuisti irascentem, in te est odium, in illo ira
cap. 40. quẽ corripis. Meritò tibi dicitur, Eijce primum tra-
Matth. 7. bem de oculo tuo, & sic uidebis eijcere festucã de
oculo fratris tui. Nã ut noueritis quantum intersit
inter irã & odiũ, quotidie homines irascuntur filijs
suis. Date qui oderint filios suos. Conturbatus iste
orabat & cõtristatus, luctans aduersus oĩa cõuitia
omniũ conuitiatorũ, non ut aliquem eorũ conui-
tium reddendo uinceret, sed ne aliquẽ eorum odis-
set. Hinc orat, hinc petit, A uoce inimici & à tribula
tione peccatoris, qm declinauerunt in me iniquita
Psal. 6. tes, & in ira adumbrabant me. Cor meum contri-
statũ est in me.) Hoc est illud alibi dictũ, Turbatus
est præ ira oculus meus. Et si oculus turbat⁹ est, qd
sequitur? Et metus mortis cecidit super me.) Vita
nostra dilectio est. Si uita dilectio, mors odiũ est.
I Cũ cœperit homo timere ne oderit quẽ diligebat,
mortẽ timet, & acriorẽ mortem & interiorẽ mortẽ
qua occiditur anima, non corpus. Attendebas ho-
minem sæuientem in te, quid erat facturus contra
mus ad eū locū, ad eam sedem, ad eā beatitudinē,
ad cœlestem patriam, ubi anima nostra impleatur
securitate, impleatur quiete & sempiterna fœlicita-
te, nullꝰ ibi dolor erit, q̄a unde doleat nō erit. Multi,
inq̄t, qui debellant me, timebunt. Et ipsi stupidi q
modo nihil timent, timebūt aliq̄n. Veniet.n. tātus
terror qui totā duritiā frangat & conterat. Multi q
debellabāt me, timebūt, ego uero ī te speraui dn̄e.
In deo laudabo sermones meos.) In deo speraui,
nō timebo q̄d faciat mihi caro. Quare? Quia i deo
spabo. Quare? Quia in deo laudabo sermones me-
os. Si in te laudas sermones tuos, nō dico ut nō ti-
meas: impossibile est.n. ut nō timeas. Sermones.n.
tuos aut mēdaces habebis, ideoq; tuos, q̄a menda-
ces: aut si erūt ueraces sermones, & nō eos putabis
te hr̄e à deo, sed à te loq; ueraces erūt, sed tu tn̄ men
dax eris. Si aūt cognoueris nihil te uerū i sapia dei,
in fide ueritatis posse dicere, nisi q̄d ab illo accepi-
sti de quo dicit: Quid.n. habes q̄d nō accepisti? In F
deo laudas sermones tuos, ut i deo lauderis sermo 1. Cor. 4.
nibꝰ dei. Etenim si q̄d i te dei est, honorat à te, & tu
factus à sanctis in deo honoraberis à deo: si aūt q̄d
in te dei est honoraueris tanq̄ tuū, nō dei, q̄uo p̄p̄s
ille longe factus est a sanctis, sic tu longe a sanctos.
Ergo i deo laudabo sermones meos. Si i deo, quare
meos? Et ī deo & meos. In deo, q̄a ab ipso: meos, q̄a
accepi. Ipse uoluit meos eē q dedit, amādo eū cuiꝰ
sunt: q̄a ex illo mihi sunt, mei facti sunt. Vnde.n. pa-
nē nostrū quotidianum da nobis hodie? Q̄uo no- Mat. 6.
strum? Q̄uo da? Ab illo petendo non eris uacuus,
tuum cōfitendo nō eris igratus. Si.n. nō dicas tuū,
nō accepisti: rursus si dicas tuū, ita q̄si à te sit, cū di
cis tuū, amittis q̄d acceperas, q̄a ingratꝰ es illi à quo
accepas. In deo ergo laudabo sermōes meos, q̄a ibi
ipse est fons sermonū uerorū. Meos, q̄a sitiēs accessi
& bibi. In deo laudabo sermōes meos: In deo spa-
ui, nō timebo q̄d faciat mihi caro.) Nōne tu eras q
paulò antè dicebas, Miserere mei dn̄e, qm̄ concul-
cauit me homo, tota die bellās tribulauit me? Quo

G mõ ergo hic nõ timebo qd faciat mihi caro? Quid
tibi faciet? Tuipse pauloãte dixisti, cõculcauit me,
tribulauit me, Nihil faciet cum ista faciat? Respexit
ad uinũ qd manat de calcatura, & rñdit: Planè con
culcauit, planè tribulauit: sed qd mihi faciet? Vua
erã, uinũ ero: i deo spaui, nõ timebo qd faciat mihi
caro. Tota die uerba mea abominabant.) Sic sũt,
nostis, dicite ueritatẽ, pdicate ueritatẽ, annunciate
xpm paganis, annunciate Ecclesiam hæreticis, an-
nunciate oĩbus salutem. Contradicunt, abominã-
tur uerba mea. Sed cũ uerba mea abominant, quẽ
putam⁹ abominant, nisi eũ in quo laudabo sermo-
nes meos? Tota die uerba mea abominabant. Suffi
ciat saltẽ abominent uerba, nihil ultra pgrediant,
reprehẽdant, respuãt. Absit. Vt qd dicã hoc? Qñ uer
ba mea respuũt, qñ uerba mea abominãt, q̃ uerba
de fonte ueritatis manãt, qd faciẽt illi p quẽ uerba
ipa dicũtur? Quid nisi qd sequitur: Aduersum me
oĩa consilia eo᷑ in malum?) Si panẽ ipm abominã
tur, uasculo in quo ministratur quõo parcũt? Aduer
sum me oĩa consilia eorũ in malum. Si sic, & in ip-
sum dñm, non dedignetur ergo corpus quod præ-
H cessit in capite, ut corpus hæreat capiti. Contẽptus
est dñs tuus, & tu te honorari uis ab eis q longe fa-
cti sunt à sanctis? Noli tibi arrogare uelle, qd in illo
Matt. 10 non pcessit. Nõ est discipulus maior magistro suo,
non est seruus maior dño suo: si patrẽfamiliãs Beel
zebub uocauerũt, quãto magis domesticos ei⁹? Ad
uersum me oĩa consilia eo᷑ i malum. Incolent &
abscõdent.) Incolere pegrinari est. Incolæ dñr qui
habitant in patria non sua: oĩs hõ in hac uita pere-
grinus est, in qua uita uidetis quia carne circũtegi-
mur, per quam carnẽ cor uideri non põt: ideo Apl's
1. Cor. 4 dicit, Nolite ante tps quicquã iudicare, quoadusq;
ueniat dominus, & illuminabit abscõdita tenebra
rum, & manifestabit cogitatiões cordis, & tũc laus
erit unicuiq; à deo. Anteq̃ hoc fiat, in hac peregrina
tione carnalis uitæ quisq; cor suũ portat, & oẽ cor
omni cordi clausum est. Proinde isti, quo᷑ cõsilia
aduersus hunc in malũ incolent & abscõdent, qa i
ista peregrinatiõe sunt, & carnẽ portãt, dolũ tegũt
in corde, quicqd mali cogitãt, abscondunt. Quare?
Quia adhuc peregrina est uita ista. Abscõdant, ap-
parebit qd abscõdunt, & ipsi nõ abscondent. Est &
I in hoc abscõdito ali⁹ intellect⁹, q fortasse magis pla
cebit. Etenim ex ijs q longe facti sunt à sanctis, sub
intrãt quidã ficti, & peiores tribulatiões faciũt cor
pori xpi: & quia non tanq̃ penitus alieni deuitant,
ab ipsis pericula grauiora sustinet corpus xpi. Quę
2. Cor. 11 cõmemorãs Apl's cũ enumeraret multas passiones
suas, & diceret: Periculis fluminũ, piculis latronũ,
periculis ex gñe, periculis ex gentib⁹, periculis in ci
uitate periculis in deserto, periculis ĩ mari, piculis,
inquit, in falsis fratrib⁹. Hi nimis periculosi sunt, de
Psal. 40. qbus dicitur in alio psalmo: Et ingrediebant ut ui-
derent, & nemo dicit, nõ intres ut uideas. Intrat e-
tenim tanq̃ tuus, non cauet ut alienus. Isti ergo ĩco
lent & abscõdent, qa sic intrãt in domũ magnã, nõ
ibi pseueraturi, ideo incolent. Tales. n. pctores ser-
uos uolens intelligi dñs, secũdum illum intellectũ
euangelicum, quo omnis qui facit pctm̃, seruus est
Ioan. 8. peccati, ait: Seruus non manet in domo in æternũ,
Matt. 10. filius aũt manet in æternum. Qui itrat ut filius, nõ
& 24 incolet, qa pseuerabit usq; in finẽ: qui intrat ut ser-
uus, subdolus, pctõr, ad oculũ attendens, q̃rens qd

rapiat, q̃rẽs qd accuset, aut quid uituperet, incolere K
intrat, non inhabitare & perseuerare. Nec istos tñ ti
meamus frẽs: in deo speraui, nõ timebo quid faciat
mihi caro. Etsi incolũt, etsi itrãt, etsi fingũt, etsi ab
scondũt, caro sunt: tu in deo spera, nihil tibi faciet
caro. Sed ĩfert tribulationẽ, ĩfert cõculcationẽ, acce
dit uinũ, qa uua pmit, tribulatio tua ĩfructuosa nõ
erit. Alter uidet te, imitat te, qa & tu ut disceres talẽ
ferre, caput tuũ contẽplatus es, botrũ illum primũ,
ad quẽ intrauit hõ ut uideret, incoluit, & abscõdit
traditor Iudas. Oẽs ergo ficto aĩo intrãtes, incolen
tes & abscõdentes sunt, sed noli timere: Pr ipso᷑ Iu
das cum dño tuo fuit, & ille quidem nouerat eum,
quanq̃ Iudas traditor incolebat & abscondebat, tñ
cor ipsius dño rerum patebat. Sciẽs ille elegit unũ,
unde tibi solatium faceret nescituro, quos deuites.
Poterat. n. ille nõ eligere Iudam, qui nouerat Iudã:
ait quippe discipulis, Nonne ego uos duodecim ele Ioan. 6
gi, & un⁹ ex uobis diabolus est? Ergo & diabol⁹ ele-
ctus est? Aut si electus non est, quõo duodecim ele-
git, & non poti⁹ undecim? Elect⁹ & ille est, sed ad a-
liud. Electi undecim ad opus pbatiõis, elect⁹ unus
ad opus tẽtationis. Vñ posset tibi exẽplũ dare ne- L
scituro, quos deuites malos, quos caueas falsos & fi
ctos ĩcolẽtes & abscõdentes, nisi ut dicat tibi. Ecce
ego mecũ habui unũ ipso᷑: Præcessit exẽplũ, tole-
raui, pferre uolui qd sciebã, ut tibi nesciẽti pberem
solatiũ. Quod mihi fecit, hoc faciet & tibi: ut mul-
tũ possit, ut multũ sæuiat, accusatur⁹ est, falsa etia
dicturus est, ut pualeãt falsitates. Nunqd in te pua-
lebunt, & in me non pualuerunt? In me certe pua-
luerunt, se cœlũ mihi non abstulerũt. Caro ipsius Mat. 27
iã sepulta falsos testes ptulit: parũ fuit eos perpeti ĩ
iudicio, perpessus est in sepulchro. Acceperũt pecu
niã ut mentirent, & dixerunt: Cũ dormiremus ue- Matt. 28
nerunt discipuli ei⁹ & abstulerunt eũ. Tales aũt cæ
ci erant Iudæi, ut crederent dicto omo incredibili,
crediderunt testib⁹ dormientib⁹. Aut falsum erat q
dormierãt, & mendacib⁹ credere nõ debuerũt: aut
uerum erat q dormierunt, & quod factũ est nescie
runt. Incolẽt & abscõdent: incolãt & abscõdãt, qd
facturi? In deo speraui nõ timebo qd faciet mihi ca
ro. Ipsi calcaneũ meũ obseruabũt.) Etenim sic in
colẽt & abscõdent, ut obseruẽt ubi hõ labit. Intẽti
sunt ad calcaneũ qñ fiat lapsus, ut pedẽ teneant ad M
ruinã, aut pedem supponãt ad offensionẽ, certe ut
inueniãt qd accusent. Et quis ita ambulet ut nusq̃
labat? Certe qd cito fit uel i lingua? Etenim scriptũ
est, Si quis in lingua nõ offendit, hic pfectus est uir. Iac. 3.
Quis tandem se audeat dicere aut putare pfectum?
Ergo necesse est ut aliqs labat in lingua. Illi aũt qui
incolent & abscondent, aucupãtur uerba oĩa, quę-
rũt alicubi laqueos & nodosas facere calũnias, qui
bus prius ipsi implicãtur, q̃ quos implicare conten
dunt, ut prius ipsi capiantur & pereant, q̃ alios ca-
piant ut perdant. Etenim recurrit hõ in cor suũ, &
inde recurrit ad deũ, & nouit dicere: In deo lauda-
bo sermones meos. Quicqd bonũ dixi, quicqd ue-
rũ dixi, deo dixi, & de deo dixi. Quicqd forte aliud
dixi qd dicere nõ debui, hõ dixi, sed sub deo dixi,
q cõfirmat ambulantẽ, minat errãti, ignoscit agno
scẽti, reuocat linguã, reuocat lapsũ. Iust⁹. n. septies Pro. 24
cadet & resurget, impij uero infirmabunt in mala.
Non ergo timeat unusquisq; uestrũ callidos ĩsecta-
tores, aucupes uerbo᷑, dinumeratores pene syllaba-

A rum, & prævaricatores pceptoꝝ. Quid in te arguat
attendit, ut credat per te xp̄o, non attendit. Attēde
in sermones eius quē reprehendis, ne forte te aliqd
salubriter doceat. Et qd me, inquit, salubriter pote
rit docere, q sic lapsus est i verbo? Hoc ipsum te for
te salubriter doceret, ne sis auceps verboꝝ, sed col-
lector præceptoꝝ. Ipsi calcaneū meū obseruabūt.
Sicut sustinuit aīa mea.) Hoc dico quod sustinui,
loquebatur expertus: Sicut sustinuit aīa mea, inco-
lent & abscondent. Oēs sustineat aīa mea, foris la-
trantes, intus occultātes, sustineat forinsecus uenie-
tes, quasi fluuius uenit tētat o, in petra te inueniat,
Matth. 7. impingat, nō deiiciat: fundata est domus supra pe-
trā: intus est, incolet, abscōdet: ut palea tibi uicine-
tur, intret tritura boū, intrēt tribulę tentationū, tu
purgans, illa cōminuit: sicut sustinuit anima mea.
Pro nihilo saluos facies eos.) Docuit & pro ipsis
orare: nēpe incolēt & abscōdēt, nēpe dolosi, nēpe
simulatores atq; insidiatores sunt: tu ora pro eis, &
noli dicere, nunqd ecce talē hoiem deus correctu-
rus est, tā malū, tā puersum? Noli desperare, quē ro-
ges attēde, nō p quo roges. Magnitudinē morbi ui
B des, potentiā medici nō uides? Incolēt & abscōdēt,
sicut sustinuit aīa mea. Sustine, ora: & qd fit? Pro ni
hilo saluos facies eos. Sic illos saluos facies, ut nihil
tibi sit, id est, ut nullus labor tibi sit. Hominib⁹ de-
sperati sunt, sed tu uerbo curas, nō laborabis in cu
rādo, quāuis nos stupeamus in inspiciēdo. Est ali⁹
sensus i hoc uersu: Pro nihilo saluos facies eos: nul-
1. Timo. 1. lis eoꝝ meritis præcedētibus saluos facies eos. Qui
Acto. 9. prius fui blasphem⁹, inqt, & psecutor & iniuriosus,
accipiebā lr̄as a sacerdotibus, ut ubicunq; inuenirē
xp̄ianos, alligarē & adducerem: utiq; ut alligaret &
adduceret, prius icolebat & abscōdebat. Nulla er
go hui⁹ bōa merita pcesserāt [de qb⁹ saluaret,] imo
talia pcesserāt de qb⁹ dānaret: nihil boni attulit &
saluus fact⁹ est. Pro nihilo saluos facies eos. Non ad te
afferēt hircos, arietes, tauros, non dona & aromata
afferēt i tēplo tuo, nō aliqd de cōscia bona libami
nis supfundūt, totū in illis asperū, totū tetrū, totū
detestādū, & cū illi ad te nihil afferāt, unde saluent?
Luce. 23. Pro nihilo saluos facies eos: id est, gratis data gr̄a
tua. Quid ille latro attulerat ad crucē, de fauce ue
Psal. 115. nit ad iudicium, de iudicio i lignū, de ligno i para-
C disum? Credidit pp qd locut⁹ est: sed & ipsam fidē
qs donauit, nisi q iuxta pepēdit? Pro nihilo saluos
facies eos. In ira pplos deduces.) Irasceris & dedu-
cis, sequis & saluas, terres & uocas. Quid est. n. in ira
pplos deduces? Imples tribulationib⁹ oia, ut in tri-
bulationib⁹ positi oēs recurrāt ad te, ne delitijs & se
curitate puersā seducant. A te ira uidet, sed paterna
Irascit pr̄ filio contēptori pceptoꝝ suoꝝ, irat⁹ ei eū
colaphizat, cædit, aurē uellit, manu trahit, ad scho
lam ducit. In ira pplos deduces. Quā multi ingressi
sunt, q multi impleuerunt domū dn̄i, in ira eius de
ducti, id est, tribulationib⁹ territi, & fide ipleti. Ad
hoc. n. exagitat tribulatio, ut exinaniat uas qd ple-
nū est neqtia, & impleat gr̄a. In ira pplos deduces.
Deus uitā meā enūciaui tibi.) Vt. n. uiuam tu feci
sti, & ad hoc enūcio uitā meā tibi. Itāne uero deus
ignorabat qd dederat? Quid ē hoc qd illi enūcias?
Docere uis deū? Absit. Ergo qd ait? Enunciaui tibi.
An forte, qa tibi pdest quod enūciaui uitā meā? Et
qd pdest deo? Lucris dei prodest. Enunciaui deo ui
tam meā, qa uiuere me fecit deus. Quō. n. enuncia-
uit uitā suam Paulus Ap̄ls, dicens: Qui prius fui bla D
sphemus & psecutor & iniuriosus? Enunciet uitam 1. Timo. 1.
suā, Sed misericordiā cōsecutus sum. Enunciauit ui
tam suā, nō sibi sed illi, qa sic enunciauit ut illi cre
deret, non ad lucra sua, sed ad lucra illius: qd. n. ait
ipse Paulus? Ideo xp̄s mortuus est & resurrexit, ut q 2. Cor. 5.
uiuit iā non sibi uiuat, sed ei q pro oibus mortuus
est. Si ergo uiuis & nō a te uiuis, quia ut uiueres ille
pstitit, enuncia uitā tuā non tibi, sed illi, non tua q̄-
rens, non tibi uiuens, sed ei qui pro oibus mortuus
est. Etenim de quibusdā reprobis qd ait idem Apo Philip. 2.
stolus? Omnes. n sua q̄runt, non quę Iesu xp̄i. Sed si
propterea enuncias uitam tuā ut tibi prosit, & alijs
non psit, tibi illā enuncias non deo: si aūt sic enū-
cias uitam tuā, ut alios ēt inuites ad accipiendam
uitam, quā & tu accepisti, enuncias uitam tuā illi a
quo accepisti, & habebis mercedē ampliorem, qa
& ex eo qd accepisti non ingratus extitisti. Deus ui
tam meā enunciaui tibi. Posuisti lachrymas meas
in cōspectu tuo.) Exaudisti me deprecantē te. Si-
cut & in repromissione tua.) Quia sicut repromise
ras, hoc egisti. Dixisti te exauditurū flentē, credidi,
fleui, exauditus sum, inueni te misericordē in repro- E
mittendo, ueracē in reddēdo: sicut & in repromis-
sione tua. Conuertantur inimici mei retrorsum.)
Hoc ipsis pdest, nō malū illis optat. Etenim pcede-
re uolunt, ideo corrigi nolunt. Mones inimicū tuū
ut bene uiuat, ut se corrigat: ille cōtēnit, ille respuit
uerbū tuum, Ecce q me monet, ecce a quo auditu-
rus sum pcepta qbus uiuā, pcedere te uult, & pcedē
do non corrigit. Nō attendit, qa uerba tua nō sunt
tua, non attēdit, qa uitā tuā deo enuncias, nō tibi.
Præcedendo. n non corrigit: Bonum est illi ut con
uertat retrorsum, & quē pcedere uolebat, sequatur.
Dn̄s de passione sua futura discipulis loquebatur,
exhorruit Petrus & ait, Absit dn̄e, nō fiet istud: qui Matt. 16.
pauloante dixerat, Tu es xp̄s fili⁹ dei uiui, cōfessus
deum, timuit eū mori quasi hoiem. Dn̄s autem qui
sic uenerat ut pateretur, neq; n. aliter salui esse pos-
semus, nisi eius sanguine redimeremur, pauloante
confessionē Petrū laudauerat & dixerat: Quia non Ibid.
tibi caro & sanguis reuelauit hoc, sed pr̄ meus q in
cœlis est, ppea tu es Petrus, & super istā petrā ædifi
cabo Ecclesiam meā, & portæ inferoꝝ non uincēt F
eam, & tibi dabo claues regni cœloꝝ. Videte quē-
admodū psecutus est confessionem uerā, piā, ple-
nam fiducia q dixit: Tu es xp̄s filius dei uiui. Con-
tinuo autem ubi cœpit loq dn̄s de passione sua, ti-
muit ille ne periret moriendo, cū ipsi nos periremus
nisi ille moreret, & ait: Absit dn̄e, non fiet istud: &
dn̄s illi cui pauloante dixerat, Beatus es, & sup hāc
petram ædificabo Ecclesiam meā: Redi, inqt, retro Matt. 16.
satanas, scādalū mihi es. Quare ergo satanas, q pau
loante beatus & petra? Nō. n sapis ea q dei sunt, ait,
sed q sunt hominis. Pauloante quæ dei, quia nō re-
uelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus q in cœ
lis est. Qn̄ in deo laudabat sermonē, nō satanas, sed
Petrus a petra: qn̄ autē a se, & ex humana infirmita
te, amore hominis carnali, quod impedimēto esset
saluti ipsius & cæteroꝝ, satanas dictus est. Quare?
Quia pcedere dn̄m uolebat, & duci cœlesti terrenū
dare cōsiliū: Absit dn̄e, nō fiet istud. Dicis absit, &
dicis domine. Vtiq; si dn̄s est, potestate facit: si ma-
gister est, nouit quid faciat, nouit quid doceat. Tu
aūt uis ducere ducem, docere magistrū, iubere do-

G nuno, optaret deo, multum pcedis, redi retro. Nun-
tal. impe qd nō & istis inimicis hoc ,pderat? Conuertant ini
rare. mici mei retrorsum, sed nō remaneant retrorsum.
Ideo cōuertant retrorsum, ne pcedant, sed ut sequā
tur, nō ut remaneāt. Cōuertant inimici mei retror-
sum. In quacunq; die inuocauero te, ecce sciui qm̄
deus meus es tu.) Magna scia: nō ait, sciui quia deus
es: sed, qa deus meus es tu. Tuus est n. cum tibi sub
uenit, tuus est cū tu ab illo alienus non es. Vnde di
Psal. 143. citur, Beatus populus cuius est dn̄s de' ipsius. Qua
re cuius est? Cuius. n. nō est? Oium qdem deus est,
sed eorum deus proprie dr̄ qui eum diligūt, q eum
tenent, q illum possident, q illum colunt. Tanquā
de domo ipsius magna, sunt familiæ eius redēptæ
magno sanguine unici filij. Quantum dedit nobis
deus, ut ipsius essemus, & ipse sit nr̄? At uero alieni-
genæ longe facti sunt à sanctis, filij alieni sunt. Vide-
te quid de illis dicat in alio Psalmo: Dn̄e libera me,
ait, de manu filior. alienorom, quor. os locutū est
uanitatem, & dextera eor. dextera iniqtatis. Et uide
altitudinē ipsor., sed altitudinem diei, id est, super-
biam temporalē. Quorum filij, inqt, sicut nouellæ
Ibid.
H cōstabilitæ, filiæ eor. ornatæ ut sit tudo templi. Fœ
licitatem describit pſentis seculi, in qua errantes ho
mines & eā pro magno habentes, fœlicitatē ueram
sempiternamq; non qrunt. Inde ergo isti filij alieni,
non filij dei: quor. filij, inqt, eor. sicut nouellæ con
stabilitæ, filiæ eorum ornatæ sicut similitudo templi:
Cellaria eor. plena, eructantia ex hoc in illud: Bo-
ues eor. crassi, oues eorū fœcundæ, multiplicantes
in exitibus suis: nō est ruina maceriæ neq; trāsitus,
neq; clamor in plateis eorū & qd sequitur? Beatum
dixerunt populū cui hæc sunt, sed q dixerunt? Filij
alieni, quor. os locutum est uanitatem. Tu quid di
cis? Beatus populus, cuius est dn̄s deus ipsius. Tu-
lit omnia de medio cætera q dat deus, & dedit ip-
sum deū. Oia qppe illa fratres q commemorauerūt
filij alieni, dat deus, sed & alienis dat, sed & malis
Matth. 5. dat, sed & blasphemis dat, q solem suum oriri facit
super bonos & malos, & pluit super iustos & iniu-
stos. Aliqñ ista bonis dat, aliqñ non dat, & malis
aliquando dat, aliqñ non dat. Bonis tñ seruat seip-
sum, malis autem ignem sempiternum. Est ergo ma
I lum quod non dat bonis, & est bonum quod non
dat malis, sunt qdam media, & bona & mala quæ
dat & bonis & malis. Nos ergo deum amemus frēs
pure & caste. Nō est castū cor, si deū ad mercedem
colit. Quid ergo? Mercedē de dei cultu non habebi
mus? Habebimus planē, sed ipsum deū quē colim',
Ipse nobis merces erit, qa uidebimus eū sicuti est.
I. Ioan. 3. Attende, qa mercedē consequeris. Amatoribus suis
Ioan. 14. dn̄s noster Iesus Christus qd dicit? Qui diligit me,
mandata mea custodit, & qui diligit me, diligetur
à patre meo, & ego diligā eū. Quid illi ergo dabis?
Et ostendā meipsum illi: si non amas, parum est: si
amas, si suspiras, si gratis colis eū, à quo gratis em-
ptus es, nō. n. eum ,promerueras ut te redimeret: si cō
sideras in te beneficia eius, suspiras, & inqetum ha-
bes cor desyderio eius, noli extra eū aliqd ab eo q̄-
rere, ipse tibi sufficiet. Quantumlibet sis auarus, suf
ficit tibi deus. Etenim auaritia terram qrebat possi
dere totā, adde & cœlum, plus est q fecit cœlum &
terram. Dicamus fratres, in istis humanis coniugijs
cōsyderate cor castū quale sit ad deū. Certe huma-
na coniugia sunt, non diligit uxorē suā, q pp dotē

illam diligit: non maritum caste diligit, q̄ ,pptereа K
diligit, qa aliqd donauit, aut qa multum donauit.
Donatur & diues maritus, & pauper factus est mari
tus. Quā multi ,pscripti à castis uxoribus amplius
dilecti sunt? Probata sunt multa casta cōiugia cala
mitatibus maritor., & ne aliud amare q̄ maritū pu
tarent, non solū non deseruerunt, sed amplius obse
cutæ sunt. Si ergo maritus carnalis gratis diligit, si
caste diligit: & uxor carnalis gratis diligit, si caste
diligit: deus qūo diligendus est, uerus & uerax aiæ
maritus ad ,plem sempiternæ uitæ fœcūdans, & ste
riles nos non esse permittens? Illum ergo sic diliga-
mus, ut aliud pter ipsum nō diligamus, & sit in no-
bis qd diximus, qd cantauimus, qa & hæc uox nr̄a
est: In quacunq; die inuocauero te, ecce sciui qm̄ de' *Psal. 55.*
meus es tu. Hoc est inuocare deum, gratis inuocare
deū. Proinde de qbusdam qd dictum est? Dn̄m nō
inuocauerunt. Quasi dn̄m sibi inuocare uideban-
tur, & petebant eū de hæreditatibus, de amplificā-
da pecunia, de ,plonganda uita ista, de cæteris tem
poralibus. Et qd de illis scriptura dicit? Dn̄m
nō inuocauerūt. Ideo qd sequit? Ibi timuerūt timo
re, ubi non erat timor. Quid est, ubi nō erat timor? L
Ne illis subtraheret pecunia, ne aliqd in domo eor.
minus fieret. Postremo ne minus annor. haberent
in hac uita, q sibi sperabant. Veruntamē illic trepi-
dauerunt timore ubi nō erat timor, quales fuerunt
illi Iudæi: Si dimiserimus eū uiuere, uenient Roma *Ioan. 11.*
ni & auferent à nobis & locū & gentem. Ibi timue-
runt timore ubi nō erat timor. Ecce sciui, qm̄ deus
meus es tu. Magnæ diuitię cordis, magnum lumen
oculi interioris, magna fiducia securitatis: Ecce sciui
qm̄ de' meus es tu. In deo laudabo uerbū, in dn̄o
laudabo sermonē, in deo speraui, nō timebo qd fa
ciat mihi homo.) Iā ipse est sensus q superius est re-
petitus. In me sunt deus uota tua, q redda laudes
tibi.) Vouete & reddite dn̄o deo uestro. Quid uo- *Psal. 75.*
ueatis, qd reddatis? An forte aïalia illa q offerebant
ad aras aliqñ? Nihil tale offeras, in te est quod uo-
ueas & reddas. De cordis arca ,pfer laudis incēsum,
de cellario bonæ consciæ profer sacrificium fidei.
Quicqd profers, accēde charitate. In te sunt uota, q
reddas laudes deo. Cuius laudes? Quid. n. tibi pſti
tit? Qm̄ eruisti aiam meam de morte.) Ipsa est illa M
uita quā enūciat illi, Deus uitā meā ennunciaui ti- *Psal. 114.*
bi. Qui n. erā mortuus, p meipsum erā mortuus, p
te quid sum? Viuus: ideo in me sunt deus uota tua,
q reddam laudes tibi: Et amo deū meū. Nemo hūc
mihi eripit: qd illi dem, nemo mihi eripit, qa in cor
de inclusum est. Et merito dicitur in illa superiore
fiducia, qd faciat mihi homo? Sæuiat homo, pmit-
tatur sæuire, permittatur efficere quod conat. Quid
est ablaturus? Aurum, argentū, pecora, seruos ancil
las, fundos, domos, auferat oia nunqd auferet uota
q in me sunt, quæ reddā laudes deo? Permissus est
tentare tentator sanctū uirum Iob, uno puncto tē-
poris abstulit oia. Quicqd facultatū habuerat ade *Iob. 1.*
mit, abstulit hęreditatem, interfecit filios. Neq; hoc
paulatim, sed cateruatim, uno ictu, uno impetu, ut
oia subito nunciarent. Ablatis oibus solus reman-
sit Iob. Sed in illo erāt uota laudis q redderet deo,
in illo planē erāt. Arcā sancti pectoris sui fur diabo
lus nō inuaserat, plenus erat unde sacrificaret. Audi
quæ habebat audi quæ ,ptulit: Dn̄s dedit, dn̄s ab-
stulit: sicut dn̄o placuit, ita factū est, sit nomen do

mini

A mini benedictũ. O diuitiæ interiores, quò fur non
accedit. Ipse dederat deus unde accipiebat, ipse dita
uerat, unde illi offerebat qđ amabat. Laudē a te q̄rit
deus, cōfeßionē tuā q̄rit de⁹. Sed de agro tuo aliq̄d
daturus es, ipse pluit unde haberes. De arca datur⁹ es
aliq̄d, ipse instituit qđ daturus es. Quid daturus es
1. Cor. 4. quod ab illo nō accepisti? Quid.n. habes quod nō
accepisti? De corde dare uis, ipse dedit fidē, spem &
charitatē, hoc ꝓlaturus, hoc sacrificaturus es. Sed pla
nè oia illa cætera pōt tibi auferre inimicus inuito,
hoc auferre nō pōt nisi uolēti. Illa pdet & inuitus,
& uolens habere aurũ, perdet aurũ: & uolens habe
re domũ, perdet domũ: fidē nemo perdet nisi qui
spreuerit. In me sunt deus uota tua, q reddā laudes
tibi, qa eruisti animā meam de morte, oculos meos
à lachrymis: Et pedes meos de lapsu, ut placeā co
rā deo in lumine uiuentiũ.) Merito nō placet filijs
alienis lōge factis a sanctis, qa no habent lumē ui-
uentium unde uideant qđ deo placet. Lumē uiuen
tium, est lumen imortalium, lumē sanctoꝝ. Qui nō
est in tenebris, placet in lumine uiuentiũ. Attēditur
B homo & ea q̄ ipsius sunt, & nemo scit qualis est, de⁹
uidet qualis est. Aliq̄n & ipsum diabolum latet, ni-
si tentet nō inuenit, sicut de isto uiro quē modò cō
memoraui. Nouerat eũ deus, & ei testimoniũ perhi
bebat: Diabol⁹ eũ nō nouerat, & ideo dixerat, Nun
Iob. 1. quid nō Iob gratis colit deum? Videte quò ꝓuocat
inimicus. Ibi pfectio est: Videte qđ obijcit inimic⁹.
Videbat hominē deo seruientē, in oibus obsequen
tem, oia bene operantem: & quia diues erat & fœli
cißima domus, hoc obijcit, qa ideo colit deũ, q̄m
dedit illi hęc oia: Nunquid nō Iob gratis colit deũ?
Hoc.n. erat uerum, hoc lumen uiuentium ut gratis
coleret deũ. De⁹ uidebat i corde serui sui cultũ suũ
gratuitũ. Placebat.n. illud cor in cōspectu domini
in lumine uiuentiũ, diabolũ latebat, qa in tenebris
erat. Admisit deus tentatorē, non ut ipse nosset qđ
nouerat, sed ut nobis noscendũ & imitādũ p̄beret.
Nūquid.n. si tentator nō admitteretur, uideremus
Iob. 2. nosipsi in Iob, qđ deberem⁹ & uellem⁹ imitari? Ad
missus est tētator, abstulit oia, remāsit ille solus à fa
C cultatib⁹, solus a familia, sol⁹ à filijs, plen⁹ deo, uxor
sanè relicta erat. Misericordē putatis diabolũ qui ei
Gene. 3. reliquit uxorē? Nouerat p quē deceperat Adā, suam
reliquerat adiutricē, nō mariti cōsolatricem. Ille er-
go plenus deo in quo uota erant q̄ redderet laudis,
ut ostēderet, qa gratis deũ colebat, nō ideo qa tāta
acceperat, & amißis oibus talis est, quia illũ qui de
Iob. 1. derat oia nō amisit: Dn̄s dedit, inquit, dn̄s abstulit:
sicut dn̄o placuit, ita factũ est, sit nomē domini be
nedictum. Vulnere etiam percussus à capite usq; ad
pedes, integer tamen intus rn̄dit tentatrici, de lumi
Iob. 2. ne uiuentiũ, de lumine cordis sui, Locuta es tanquā
una ex insipientib⁹ mulieribus: id est, tanquā ea q̄
nō habet lumē uiuentium. Lumen.n. uiuentium sa
piētia, & tenebræ insipientiũ stultitia est. Locuta es
tanquā una ex insipientib⁹ mulierib⁹: carnē meam
uides, lumē cordis mei nō uides. Poterat.n. illa tūc
uirũ amplius amare, si pulchritudinē interiorē suf-
† al. interiorē nosset & inspiceret ubi, &c. ferre & inspicere, ubi † ille pulcher erat corā oculis
dei, qa in illo erant uota quæ redderet laudis deo.
Q̄uo illđ patrimoniũ nō inuaserat inimic⁹? Quàm
integrũ erat qđ poßidebat, & propter qđ amplius
poßidendũ sperabat iturus à uirtutibus in uirtutē.
Ergo fratres ad hoc ualeant nobis hæc oia, ut deũ
gratis diligamus, in illo semper sperem⁹, nec homi- D
nē, nec diabolũ timeamus, nec ille: nec iste facit ali
quid, nisi quantũ permittitur: permitti ad nihilum
potest, nisi qđ nobis ꝓdest. Toleremus malos, sim⁹
boni, qa & nos fuim⁹ mali. Pro nihilo saluos faciet
deus oēs, de q̄bus desperare nō debemus. Ergo de
nemine desperemus, pro oibus quos patimur ore-
mus, à deo nunquā recedamus. Patrimonium no-
strum ipse sit, spes nr̄a ipse sit, salus nr̄a ipse sit. Ipse
hic consolator, ibi munerator, ubiq; uiuificator &
uitæ dator, nō alterius uitæ, sed illius de qua dictũ
est, Ego sum uia & ueritas & uita, ut & hic in lumi- Ioan. 14.
ne fidei, & ibi in lumine speciei, tanquā in lumine
uiuentium in cōspectu domini placeamus.

In Psalmum quinquagesimumsextum Enarratio.

Vdiuimus in Euāgelio modò fratres, quan
a tum nos diligat dn̄s & saluator noster Iesus
Christus, deus apud patrem, homo apud
nos, ex nobisipsis iam circa patris dexterā. Audistis
quantũ nos diligat: nam suæ charitatis mensurā & E
ipse dixit & nobis indixit, mandatũ suũ dicens es-
se, ut nos inuicem diligamus. Et ne q̄reremus dubi Ioan. 13.
tantes & æstuātes, quantũ nos debeamus inuicē di
ligere, quantaq; illa sit q̄ deo placeat charitatis pfe-
cta mēsura: ea n. perfecta est qua maior esse nō po-
test, ipse expreßit, ipse docuit, & ait, Maiorē hac cha Ioan. 15.
ritatē nemo habet, quàm ut animā suam ponat qs
ꝓ amicis suis. Fecit ipse quod docuit, fecerunt Apl̄i
quod ab illo didicerunt, & nobis faciendum p̄dica
uerũt. Faciamus & nos, qa & si nō sumus quod ille
secundũ id quod creauit nos, qđ ille tamē sumus se
cundũ id quod factus est ꝓpter nos: & si solus fecis
set, forte nemo nostrũ deberet audere imitari. Ita n.
ille hō erat, ut & deus esset. Sed in eo ꝙ homo erat,
imitati sunt serui dn̄m, & discipuli magistrũ, & fece
runt qui nos p̄cesserunt in familia eius, patres qui-
dem nostri, sed tamē cōserui nostri. Neq; imperaret
hoc deus ut facerem⁹, si impoßibile esse iudicaret,
ut hoc ab homine fieret. Si cōsyderans infirmitatē
tuā deficis sub p̄cepto, cōfortare in exēplo: sed etiā
exēplum ad te multũ est, adest ille q p̄buit exēplũ,
ut p̄beat & auxilium. Audiamus ergo & in isto Psal F
mo: opportune nāq; accidit & illo ꝓcurāte, ut ei cō
sonaret Euangelium, cōmendans nobis dilectionē
Chisti, q animā suam posuit ꝓ nobis, ut & nos ani- 1. Ioan. 3.
mā nr̄am pro fratrib⁹ ponamus. Cōcordauit & cō
sonuit huic Psalmo, ut uideamus q̄uo ipse dn̄s no-
ster animā suam posuit pro nobis. Psalmus.n. iste
paßionē ipsius cantat, & q̄m totus Chr̄s caput est Matt. 27. & 28.
& corpus, quod bene uos nosse non dubito: caput
est ipse saluator nr̄, passus sub Pontio Pilato, q nunc Marci. 16.
posteaquā resurrexit à mortuis, sedet ad dexterā pa Ephe. 1.
tris. Corp⁹ aũt eius est Ecclesia, nō aũt ista aut illa,
sed toto orbe diffusa: Nec ea q̄ nunc est in hoibus,
qui p̄sentem uitā agunt, sed ad eā pertinentib⁹ etiā
his qui fuerunt ante nos, & his qui futuri sunt post
nos usq; in finē seculi. Tota.n. Ecclesia constans ex
oibus fidelibus, quia fideles omnes membra sunt
Christi, habet illud caput positũ in cęlestib⁹ qđ gu
bernat corpus suũ, etsi separatũ est a uisione, sed an
nectitur charitate. Quia ergo totus Chr̄s caput est
& corpus eius, propterea in oib⁹ Psalmis sic audia-
mus uoces capitis, ut audiamus & uoces corporis.
Noluit.n. loqui separatim, qa noluit esse separatus,

G dicens, Ecce ego uobiscũ sum usq; ad cõsummatio-
Matth.2. nẽ seculi. Si nobiscũ est, loquitur in nobis, loquitur
de nobis, loquitur p nos, qa & nos loquimur i illo,
& ideo uerũ loquimur, qui in illo loquimur: nã qñ
in nobis & ex nobis loqui uoluerim⁹, in mẽdacio
remanebimus. Quia ergo paßionẽ dñi cantat iste
Psalm⁹: uide quẽ titulum habeat. In finẽ.) Finis est
Rom.10. Christus, quare dictus est finis? Non q cõsumat, sed
qui cõsummet. Consumere n. perdere est: consum-
mare, perficere. Finitũ.n. quicquid dicimus, a fine
dicim⁹: aliter dicim⁹, finitus est panis: aliter dicim⁹,
finita est tunica. Finitus est panis q manducabat, fi
nita est tunica q̄ texebatur. Panis ergo finitus est ut
cõsumeretur, tunica finita est ut perficeretur: finis
ergo ꝓpositi nostri Christus est, qa quantũlibet co
nemur, in illo pficimur, & ab illo pficimur, & hæc
est pfectio nostra, ad illũ peruenire: sed cũ ad illum
perueneris, ultra nõ q̄ris, finis tuus est. Quõ.n. finis
uitæ tuæ locus est quò tendis, quo cũ perueneris,
iam manebis: sic finis studij tui, propositi tui, cona
tus tui, intentionis tuæ, ille est ad quẽ pertendis, ad
H quẽ cũ perueneris, ultra nil desyderabis, qa melius
nihil habebis. Ipse ergo & exẽplum nobis uiuendi
ꝓposuit in hac uita, & p̄mium uiuendi dabit in fu-
1.Reg.24 tura uita. In finẽ ne corrũpas ipsi Dauid in tituli
inscriptionẽ, cũ fugeret à facie Saul in speluncam.)
Referentes nos quidẽ ad sanctã scripturã, inuenim⁹
sanctũ Dauid illũ regem Israel, ex quo etiam nomẽ
accepit Psalteriũ Dauidicũ, psecutorẽ passum fuis-
se Saulem regẽ ipsius populi, sicut multi uestrũ no
uerunt q scripturas uel attigerunt uel audierũt. Ha-
buit ergo persecutorẽ Saulem rex Dauid, & cũ esset
ille mitißimus, ille ferocißimus: ille lenis, ille inui-
dus. ille patiens, ille crudelis: ille benefic⁹, ille ingra
tiosus, pertulit eũ tanta lenitate, ut cũ eũ accepisset
in manus, nõ illũ attigisset, nõ illũ læsisset. Accepit
enim a dño deo potestatem, ut si uellet, occideret
Saulẽ ipse Dauid, & elegit parcere quam occidere.
Ille aũt nec tali beneficio uictus est ut desineret p-
sequi. Inuenimus ergo illo tẽpore qñ Saul Dauid p-
sequebatur, regẽ futurũ & p̄destinatum rex iam re-
probatus, q fugeret a facie Saul in speluncã ipse Da
uid. Quid ergo hoc ad Christũ? Si omnia q̄ tũc age
bant, figuræ erant futuroꝝ, inuenimus ibi Christũ
& multo maxime: nã illud, Ne corrumpas in tituli
inscriptionem: nõ uideo quõ pertineat ad illũ Da-
uid. Nõ.n. aliquis titulus inscriptus erat ipsi Dauid
quẽ corrũperet Saul. Videmus autẽ in paßione dñi
Matt.27. scriptũ fuisse titulum, Rex Iudæoꝝ: ut ille titulus
Ioan.19. exprobraret frontẽ ipsoꝝ, qđ a rege suo manus nõ
abstinuerunt. In illis.n. Saul erat, in Christo Dauid
Rom.1. erat. Christus.n. sicut Apostolicũ & Euangelicũ est
Matt.1. qđ nouimus, qđ cõfitemur, ex semine Dauid secun
dũ carnem: nam secundũ diuinitatẽ supra Dauid,
supra oẽs homines, supra cœlum & terrã, supra an-
gelos, supra oia uisibilia & inuisibilia, quia oia per
ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil: Dignat⁹
Ioan.1. tamẽ homo fieri ex semine Dauid ad nos uenit, qa
Luc.1. de tribu Dauid natus est, unde uirgo Maria q̄ pepe
& 2. rit Christũ. Inscriptus itaq; titulus ille est, rex Iudæo
Ioan.19. rum Saul ut diximus, populus Iudæoꝝ erat, Dauid
Christ⁹ erat, titulus ibi, Rex Iudęoꝝ. Indignati sunt
Iudæi qa inscriptus erat titul⁹, Rex Iudæoꝝ: puduit
illos habere regẽ quẽ crucifigere potuerunt. Nõ.n.
uiderunt, quia ipsa crux, in qua eum fixerunt, futu-
ra erat in frontib⁹ regũ. Cũ ergo indignarentur ex K
illo titulo, adierunt Pilatum iudicẽ, cui obtulerunt
occidendũ Chrm, & dixerunt ad eum: Noli scribe-
re sic, rex Iudæoꝝ: sed scribe, qa ipse dixit se regem
esse Iudæoꝝ. Et quia iam cantatũ erat per spiritum
sanctũ, In finẽ ne corrũpas in tituli inscriptionem:
Rñdit eis Pilatus, Quod scripsi scripsi: Quid mihi
suggeritis falsitatẽ? Ego nõ corrũpo ueritatẽ. Audi-
uimus ergo quid sibi uelit, ne corrũpas in tituli in-
scriptione. Quid ergo est, cũ fugeret a facie Saul in
speluncã? Quod quidẽ & Dauid ille fecit: sed qa in 1.Reg.24
illo nõ inuenimus tituli inscriptionẽ, in hoc inue-
niamus fugã in speluncã. Figurabat.n. aliqd illa spe
lunca, qua se texit Dauid. Quare aũt se texit? Vt oc-
cultaret & nõ inueniretur. Quid est contegi spelun
ca? Cõtegi terra: qui.n. fugit in speluncã, terra con-
tegitur ne uideat. Portabat autẽ terrã Iesus carnem
quã acceperat de terra, & in ea se occultabat, ne a Iu
dæis inueniretur deus. Si n. cognouissent, nunquã 1.Cor.2.
dñm gloriæ crucifixissent. Quare ergo dñm gloriæ
nõ inuenerunt? Quòd spelunca se texerat .i. carnis L
infirmitatẽ oculis obijciebat: maiestatem autẽ di-
uinitatis in corporis tegmine, tanquã terræ abdito
cõtegebat. Illi ergo nõ cognoscẽtes deum, crucifixe
runt hominẽ. Nec mori potuit nisi in homine, nec
crucifigi potuit nisi in hoie, quia nec teneri posset
nisi in homine. Opposuit male q̄rentibus terrã, ser-
uauit bene q̄rentib⁹ uitã. Fugit ergo secundũ carnẽ
in speluncã a facie Saul. Quod si ex hoc uelis accipe
re, ita dñm fugisse in speluncã a facie Saul qa passus
est, usqueadeo se occultauit Iudæis, ut & moreretur:
quantũlibet.n. sęuirent in eũ Iudæi donec morere-
tur, adhuc putabant eũ posse liberari, & ostendere
miraculum aliquod q filius dei esset: hoc p̄dictum
erat in libro Sapientiæ, Morte turpißima condẽne Sapien.2.
mus illum: erit.n. respectus illi ex sermonib⁹ illius.
Si.n. uere filius dei est, suscipiet illum, & liberabit
illum de manibus contrarioꝝ. Quia ergo crucifige
batur, & nõ liberabatur, crediderunt illum nõ esse
filiũ dei. Propterea insultantes pendenti in ligno, &
caput agitãtes, dicebant illi: Si filius dei es, descẽde Matt.27.
de cruce, alios saluos fecit, seipsum saluare nõ põt. M
Ista dicẽtes sicut est in ipso libro Sapiẽtiæ, hęc cogi
tauerũt & errauerũt. Excęcauit.n. illos malitia eoꝝ.
Quid.n. magnũ erat de cruce descendere, cui facile Sapien.2.
fuit de sepulchro resurgere? Sed quare? Quia usq; ad
mortẽ uoluit esse patiens, ut fugeret a facie Saul in
speluncã. Etenim speluca, inferior pars terrę potest
accipi. Et certe qđ manifestũ est, & certũ oibus ho-
minib⁹, corpus eius in monumẽto positũ est, quod
erat excisum in petra. Hoc ergo monumentũ spelũ-
ca erat, illuc fugit à facie Saul. Tãdiu.n. psecuti sunt
illũ Iudæi, quoadusq; poneret in spelũca. Vnde pro
bamus q tandiu illũ psecuti sunt, quousq; ibi pone
retur? Etiã mortuũ in cruce pendentẽ lancea uulne Matt.27.
rauerunt. At ubi inuolutus, curato funere posit⁹ est
in spelũca, iam nihil habuerũt quod carni facerẽt,
Resurrexit dñs ex illa spelunca illęsus, incorruptus, Ioan.19.
quò fugerat à facie Saul, occultans se impijs quos p
figurabat Saul. Ostendens se aũt mẽbris suis. Nam 1.Reg.24
resurgentis mẽbra à mẽbris eius palpata sunt: mẽ- Luc.24.
bra.n. eius Apostoli tetigerunt resurgentẽ & credi-
derunt, & ecce nihil profecit persecutio Saulis. Au-
diamus ergo iam psalmũ, quia de titulo eius satis
locuti sumus, quantũ dñs dare dignatus est: Mise-

A rere mei deus, miserere mei, qm in te cõfidit anima mea.) Christus in passione dicit, Miserere mei de⁹. Deo deus dicit, miserere mei. Qui cũ patre miseret tui, in te clamat miserere mei. Etenim qd de illo clamar, miserere mei, tuũ est. A te hoc accepit, pp te liberandum carne indutus est. Caro ipsa clamat: Miserere mei deus, miserere mei. Homo ipse aia est & caro. Totum.n. hoiem suscepit uerbũ, & totus homo factus est uerbum. Ne ideo putet non ibi fuisse animam, qa Euãgelista ita dicit: Verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Etenim dicit, caro homo, sicut alio loco dicit scriptura: Et uidebit omnis caro salutare dei. Nunqd caro sola uidebit, & anima ibi nõ erit? Iterũ dicit ipse dñs de hominibus, Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. Nunqd in sola carne acceperat potestatem, & nõ maxime in aias, quas primitus liberabat? Ergo ibi erat aia, ibi erat caro, ibi totus homo: totus homo cũ uerbo, & uerbum cũ hoie, & homo & uerbũ unus homo, & uerbum & homo unus deus. Dicat ergo, Miserere mei deus, miserere mei. Nõ expauescamus uoces petentis misericordiã & exhibetis. Ideo.n. petit, qa exhibet: ad hoc.n. homo, qa misericors, nõ ut conditionis necessitate nasceret, sed ut nos de cõditione necessitatis liberaret. Miserere mei deus miserere mei: Qm in te cõfidit aia mea.) Audis magistrũ orantem, disce orare. Ad hoc.n. orauit ut doceret orare, qa ad hoc passus est ut doceret pati, ad hoc resurrexit ut doceret sperare resurrectionẽ. Et in umbra alarum tuarũ sperabo, donec trãseat iniqtas.) Hoc planẽ iam totus xps dicit: hic est & uox nr̃a. Nõ.n. iam transiuit iniquitas, adhuc feruet iniqtas. Et in fine dixit ipse dñs abundãtiam futurã iniquitatis, Et qm abundabit iniqtas, refrigescet charitas multorum: qui autẽ pseuerauerit usq; in finẽ, hic saluus erit. Quis autẽ perseuerabit usq; in finẽ, quousq; trãseat iniquitas? Qui fuerit in xpi corpore, q fuerit in membris xpi, & a capite didicerit patientiã perseuerandi. Transisti, & ecce transierũt tentationes tuæ, & is in aliam intã in quam ierunt sancti si sanctus fueris: in aliã, inquã, ierunt martyres, si martyr fueris ibis & tu in aliã uitam. Nunqd qa tu trãsisti hinc, ppea iam transiit iniquitas? Nascunt alij iniq, sicut moriunt, alij iniqui. Qũo ergo alij iniqui moriuntur, & alij nascunt: sic alij iusti eũt, & alij nascũtur. Vsq; in finem seculi nec iniqtas deerit premẽs, nec iustitia patiens. Et in umbra alarum tuarũ sperabo, donec transeat iniquitas, id est, tu ptegas me: & ut ab æstu iniqtatis non arescã, tu umbraculum præbebis mihi. Clamabo ad deũ altissimum.) Si altissimus est, qũo te audit clamantẽ? Nata est experimẽto fiducia. Deum, inqt, qui bene fecit mihi.) Si antequã eum qrerem benefecit mihi, clamãtem me non exaudiet? Bene.n. nobis fecit dñs deus mittendo nobis saluatorem nostrum Iesum Christũ ut moreretur pp delicta nostra, & resurgeret pter iustificationem nostrã. Pro qualibus mori uoluit filium suum? Pro impijs. Impij aũt non quærebant deum, & qsiti sunt a deo. Sic est ergo ille altissim⁹, ut nõ sit ab illo lõge miseria nr̃a & gemitus noster, quia prope est dñs his qui obtriuerunt cor. Clamabo ad deũ altissimum, deum q benefecit mihi. Misit de cœlo & saluũ fecit me.) Iam homo ipse, iã caro ipsa iam filius dei fcdm nostram participationẽ manifestum est qa saluatus est: & misit de cœlo pa ter, & saluauit eũ: misit de cœlo, & resuscitauit eũ. Sed ut noueritis quia & ipse deus est, & ipse se resuscitauit, utrunq; positũ est in scriptura, qa & pater illum resuscitauit, & qa ipse se resuscitauit. Audite, qa pater illum resuscitauit, Aplš dicit: Factus est, inqt, obediẽs usq; ad mortẽ, mortem aũt crucis. Pp̃ter qd & deus eum exaltauit, & donauit ei nomen qd est super omne nomẽ. Audistis patrem resuscitantẽ & exaltantẽ filium: audite quia & ipse carnem suã resuscitauit. In figura templi dicit ad Iudæos, Soluite tẽplum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Euangelista aũt exposuit nobis qd diceret: hoc autẽ, inqt, dicebat de tẽplo corporis sui. Modo ergo ex persona precãtis, ex p̃sona hominis, ex persona carnis dicit: Misit de cœlo, & saluũ me fecit. Dedit in opprobrium cõculcãtes me.) Qui illũ cõculcauerũt? Qui mortuo insultauerunt, q tanquã hoiem cruci fixerunt, qa deũ non intellexerunt, dedit eos in opprobriũ. Videte si nõ est factũ, non futurum credimus, sed cõpletũ agnoscimus. Sæuierunt Iudæi in xpm, superbierunt in xpm. Vbi? In ciuitate Hierusalem. Vbi.n. regnabant, ibi tumebãt, ibi ceruices erexerunt. Post passionẽ dñi eradicati inde sunt, & pdiderunt regnũ, in quo regẽ xpm agnoscere noluerunt. Quemadmodũ dati sunt in opprobriũ uidete, dispersi sunt per oẽs gentes, nusquã hñtes stabilitatem, nusquã certã sedẽ. Propterea autẽ adhuc Iudæi sunt, ut libros nr̃os portent ad confusionẽ suã. Qñ.n. uolumus ostendere pphetarũ xpm, proferimus Paganis istas literas. Et ne forte dicãt duri ad fidẽ, quia nos illas xpiani cõposuimus, ut cũ Euangelio quod prædicamus finxerimus Prophetas, p quos pdictum uideret qd pdicamus, hinc eos conuincimus, quia oẽs ipsæ literæ quibus Christus pphetatus est, apud Iudæos sunt: oẽs ipsas literas habent Iudæi: Proferimus codices ab inimicis, ut cõfundam⁹ alios inimicos. In quali ergo opprobrio sunt Iudæi? Codicẽ portat Iudæus unde credat xpianus. Librarij nostri facti sunt, qũo solent serui post dños codices ferre, ut illi portãdo deficiãt, illi legẽdo pficiant. In tale opprobrium dati sunt Iudæi, & impletũ est qd tanto ante pdictum est: dedit in opprobriũ conculcantes me. Quale aũt opprobrium est frẽs, ut hũc uersum legant, & ipsi cæci attendãt ad speculũ suum? Sic.n. apparent Iudæi de scriptura sancta quam portant, qũo apparet facies cæci de speculo: ab alijs uidet, ab ipso non uidet. Dedit in opprobriũ conculcantes me. Quærebas forte cum diceret, Misit de cœlo & saluũ me fecit: qd misit de cœlo? Quẽ misit de cœlo? Angelũ misit, ut saluum faceret xpm, & per seruũ saluus sit dñs? Omnes.n. angeli creatura seruiens Christo est. Ad obsequiũ mitti potuerunt angeli, ad seruitium mitti potuerunt, non ad adiutorium: sicut scriptũ est, q angeli ministrabant ei, non tanquã misericordes indigenti, sed tanquã subiecti oipotenti. Quid ergo misit de cœlo, & saluũ fecit me? Mõ audiem⁹ in alio uersũ, qd de cœlo miserit. Misit de cœlo misericordiã suã & ueritatẽ suam.) Ad quam rem? Et eruit aiam meã de medio catulorũ leonũ. Misit, inqt, de cœlo misericordiã suã & ueritatem suã: & ipse Christus ait, Ego sum ueritas. Missa est ergo ueritas, ut erueret aiam meam hinc de medio catulorum leonũ, missa est misericordia: ipsum xpm inuenimus & misericordiam & ueritatẽ, misericordiam nobis com

G patientem,& ueritatem nobis tribuentem. Hoc est
ergo quod paulo antè dixi: Quia & ipse se resuscita
uit. Si.n. ueritas resuscitauit xpus, & si ueritas aiam
xpi eruit de medio catulorum leonum, ut misericors
fuit mori pro nobis, ita uerax fuit resurgere ad iusti-
ficandos nos. Dixerat.n. se resurrecturū, & ueritas
Ioan. 20. mentiri non potuit. Et qa ueritas & uerax, ppterea
cicatrices ueras ostendit, qa uera uulnera pertulit.
Has cicatrices tenuerunt discipuli, palpauerūt, ma-
nifestauerūt sibi: exclamauit q misit digitos in cō-
punctum latus, & ait, Dñs meus & deus meus Mise
ricordia pro illo mortuus erat, & ueritate ad illum
resurrexerat. Misit de cœlo misericordiam suam &
ueritatem suam. Et eruit aiam meam de medio ca
tulorum leonū.) Qui sunt catuli leonum? Populus
ille minutus, male deceptus, male seductus a prin-
cipibus sacerdotum Iudæorum, ut illi leones, illi catu
li leonū: Omnes fremuerunt, oēs occiderunt. Audi
turi.n. sumus hic & cædē ipsorum modo in consequē
tibus uersibus Psalmi huius. Et eruit, inqt, aiam meā
de medio catulorum leonū. Quare dicis, & eruit ani-
mā meā? Quid.n. passurus eras, ut erueret aia tua?
H Dormiui conturbatus.) Expressit Christus mor-
1. Reg. 24 tem suā. Certe de illo Dauid legimus, q fugerit in
speluncā, non tñ qa dormiuit in speluca. Alius Da-
uid est in speluca, alius Dauid est q dicit, Dormiui
conturbatus. Videmus pturbationē ipsius, nō illo
turbato, sed illis turbātibus. Turbatum.n se dixit
scdm opinionem frementiū, non scdm cedentis cō
scientiam. Putauerunt se illū turbasse, putauerūt ui
cisse: ille aūt dormiuit conturbatus. Tam placatus
erat iste turbatus, ut qñ uellet, dormiret. Nemo dor
mit turbatus, oēs q perturbant, aut à somno excitā
tur, aut in somnū uergi nō permittunt. Ille aūt tur
batus est, & dormiuit. Magna humilitas perturba-
ti, magna potestas dormientis: de qua potestate ue
Ioan. 10. niebat q dormiuit? De qua ipse dicit, Potestatē ha-
beo ponendi aiam meā, & potestatē habeo sumen
di eā: nemo tollet eā à me, sed ego eam pono, & ite-
Gene. 2. rum sumo eā Turbauerunt illi & dormiuit ipse: cu
ius typū gerebat Adam, qñ immisit ei deus soporē,
ut de latere illi coniugē faceret. Nō.n. poterat uxo-
rem facere primo homini ēt de latere uigilātis? aut
I propterea uoluit eū dormire, ne sentiret cū sibi co-
sta detraheret? Postremo, qs ita dormit, ut osse sibi
cōuulso nō expergiscat? Qui potuit sine dolore au
ferre costā dormiēti, potuit & uigilanti. Sed quare
uoluit dormiēti facere? Quia dormiēti xpo in cru-
Ioan. 19. ce, facta est cōiunx de latere. Percussum est.n. latus
pendentis de lancea, & pfluxerunt Ecclesiæ sacra.
Dormiui, inqt, cōturbatus Et in alio Psalmo mani
Psal. 3. festat hoc ubi ait, Ego dormiui & somnum cepi. Ibi
expressit potestatē suā Poterat & illic dicere, Dor-
miui, sicut dixit hic. Quid est autē, ego dormiui? Id
est, qa uolui, dormiui. Nō illi me in somnū nolentē
cōpulerunt: sed mea uoluntate ego dormiui, scdm
Ioan. 10. illud, Potestatē habeo ponendi aiam meā, & pote-
statē habeo iterū sumendi eā. Propterea ibi sequit
& dicit, Ego dormiui & somnū cepi, & exurrexi, qm
dñs suscepit me. Dormiui cōturbatus. Vnde turba
tus? Quibus turbantibus? Videamus qūo indurat
malā consciam Iudęis uolētibus excusare se ab in-
terfectione dñi. Nam ppea eum, sicut loquitur Euā
gelium, iudici tradiderunt, ne ipsi eum occidisse, ui
derentur. Cum.n. dixisset eis iudex tunc Pilatus, Ac
cipite eum uos, & scdm legem uestrā iudicate eū. K
Responderūt, Nobis nō licet interficere quenquā. Ioan. 18.
Interficere non licet, tradere ad interficiendū licet: De pœ.
Quis aūt occidit? Qui audito clamore cessit, an q di. 1. cap.
clamando ut occideret extorsit? Ipse dñs dicat testi Periculo-
monium à quibus occisus est, utrum ab illo Pilato se.
q nolens eū occidit: unde ēt eum flagellauit, & ue- Matt 27.
ste ignominiosa circundedit, & flagellatū ad eorū Ioan. 19.
oculos pduxit, ut saltem pœna flagellorum eius satia
ti, eum occidi nō extorquerent. Propterea etiā cum
uideret eos perseuerare, sicut legimus, lauit manus
suas, & dixit, Innocens ego sum a sanguine iusti hu Matt. 27.
ius. Videritis utrū ille innocens q uel cessit clamman
tibus? multo magis tñ illi nocentes, q clamādo eū
occidere uoluerūt. Sed nos interrogemus & audia
mus dñm, qbus tribuat mortem suā, qa dixit, Dor-
miui turbatus. Interrogemus eum & dicamus, Qm
dormisti turbatus, q te persecuti sunt? Qui te occi-
derunt? Nunqd forte Pilatus q militibus dedit in li
gno suspendendū, clauis trāsfigendū? Audite, Qui?
Filij hoium.) Illos utiq dicit, quos psecutores pas
sus est. Sed qūo ipsi occiderunt q ferrum non fere-
bant, q gladium non strinxerunt, q impetū in eum L
non fecerunt ad occidendū? Vnde occiderūt? Dē
tes eorum, arma & sagittæ, & lingua eorū gladius acu
tus.) Noli attendere inermes manus, sed os armatū:
inde gladius processit quo xps occideretur, qūo &
de ore Christi unde & Iudæi occiderentur. Habet Apoc. 1.
enim ille gladium bis acutum, occidentis & resur-
gentis, & resurgēs pcussit eos, & diuisit ab eis quos
faceret fideles suos. Illi malū gladiū, ille bonū. Illi
sagittas malas, ille bonas. Nā habet & ipse sagittas
bonas, uerba bona, unde sagittet cor fidele ut ame
tur. Ergo aliæ istorum sagittę, & alius istorum gladius. Fi
lij hoium dentes eorum, arma & sagittę, & lingua eorum
machęra acuta. Lingua filiorum hoium machęra acu
ta, & dentes eorum arma & sagittæ. Qñ ergo percusse-
runt, nisi qñ clamauerunt, Crucifige, crucifige? Et Matt. 27.
quid tibi fecerunt ô dñe? Exultet hic Propheta. Su- Ioan. 19
perius.n. omnes illos uersus dñs loquebatur. Pro-
pheta quidem sed ex persona dñi, quia in Prophe-
ta dominus. Et qñ loquitur ex persona sua Prophe
ta, ipse dominus loquitur per eum, qui ei dictat ue-
ritatem quam loquitur. Modo ergo ex persona Pro M
phetæ, audite fratres mei. Vidit dñm in spiritu iste
Propheta humiliatū, cæsum, flagellatū, colaphis p-
cussum, expalmatū manibus, sputis illitū, spinis co
ronatum, ligno suspensum. Illos sæuientes, illū to-
lerantem: illos insultantes; illū quasi uictum uidit
in spiritu, & post illā iam oēm humiliationē, & illo
rum furorēm, resurrexisse eum, & illa omnia quę fe
cerant Iudæi sæuientes facta esse inania, & eleuat9
gaudio tanquā uideret fieri, Exaltare, inqt, sup cœ
los deus.) Homo in cruce, & super cœlos deus. Re-
maneant in terra sæuiētes, tu in cœlo esto iudicās.
Vbi sunt q furebant? ubi sunt dētes eorum, arma & sa-
gittæ? Nōne sagittæ infantiū factæ sunt plagæ eo- Psal. 63
rum? Alio.n. loco Psalmus hoc dicit, uolens eos o-
stendere inaniter sæuisse, & inaniter in furias præci
pitatos esse, qm nihil potuerunt facere Christo ad
horā crucifixo, & postea resurgenti atq in cœlo se-
denti. Sagittæ infantiū factæ sunt plagę eorū. Qūo
infantes faciunt sibi sagittas de cannis? Sagittę au-
tem quæ? aut q uires, aut qui arcus, aut q ictus, aut
qd uulnus? Exaltare super cœlos deus. Et sup om-
nem

A nem terrã gloria tua.) Vt qd exaltaris super cœlos deus? Fratres, exaltatũ deum super cœlos non uidimus, sed credimus. Super omnẽ autẽ terrã gloriam eius, non tantũ credimus, sed etiam uidemus. Qualem uero uæsaniam patiuntur heretici, q̃so ut attendatis. Illi pcisi à cõpagine Ecclesiæ Christi, & partẽ tenentes, totũ amittentes, nolunt cõmunicare orbi terrarum, quo diffusa est gloria Christi. Nos autem catholici in omni terra sumus, quia omni terræ cõmunicamus quacunq; gloria Christi diffusa est. Videmus enim qđ tunc cantatum est, modo cõpletum, Exaltatus est super cœlos deus nr̃, & super omnem terrã gloria ipsius. O hæretica insania, quod nõ uides credis mecũ, quod uides negas. Credis mecum exaltatũ Christum super cœlos, quod nõ uidimus, & negas gloriam eius super omnẽ terram, quod uidemus. Exaltare super cœlos deus, & super oẽm terrã gloria tua. Redi ad uerba domini, & ipse dñs narrare nobis incipit tanquã alloquens nos, exultante etiã Propheta & dicẽte, Exaltare super cœlos deus, & super omnẽ terram gloria tua. Confirmat nos &

B ipse, tanquã dicens nobis, Quid mihi facere potuerunt illi qui me persecuti sunt? Quare aũt nos alloquitur? Quia faciunt & nobis. Sed nihil faciũt qui nos similiter fuerint psecuti. Videat.n. charitas uestra alloquentem nos dñm & exhortantẽ nos exẽplo suo. Muscipulam parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animã meam.) Voluerunt illã quasi de cœlo deponere & ad inferiora deprimere, Curuauerunt animã meam. Foderũt ante faciem meã foueam, & ipsi inciderunt in eam.) Mihi nocuerũt an sibi? Ecce ille exaltatus est sup cœlos deꝰ, & ecce super omnẽ terrã gloria ipsius. Regnũ Christi uidemus, ubi est regnum Iudæorũ? Quoniam ergo fecerunt quod facere nõ debuerunt, factum est in illos quod pati debuerũt: ipsi foderunt foueã, & ipsi inciderunt in eam. Quod.n. persecuti sunt Christũ, Xpo nõ obfuit, sed ipsis obfuit. Et nolite putare fratres ipsis solis hoc accidisse. Omnis q parat foueam fratri suo, necesse est ut ipse incidat in eã. Intendite fratres mei, Xpianos oculos habete, nolite decipi

C uisibilibus. Forte.n alicui uestrũ quia hoc dixi, subuenit modo: si quis noluit fratri suo fraudẽ facere, & uoluit ei aliquas insidias machinari, & machinatus est & impleuit, & cecidit frater in insidias eiꝰ, & expoliatus est, aut pressus est siue carcere, siue falso testimonio, siue aliqua nefaria criminatione circũuentus: uidetur autẽ iste oppressus, ille oppressisse: iste uictus, ille uicisse: & falsum putat qđ diximus, qm̃ quicunq; foueam parauerit fratri suo, ipse cadet in eam. Interrogo uos tanquã Xpianos, ut sumatis exẽplũ de his q iam nouimus. Pagani psecuti sunt martyres, martyres capti sunt, ligati sunt, in carcerẽ missi sunt, bestijs subiecti sunt, alij ferro pcussi, alij ignibꝰ cõcremati, uicerũt persequẽtes, & uicti sunt martyres? Absit. Quære gloriã martyrũ apud deũ, quære foueam paganorũ in cõfossa conscientia. Vbi.n. est fouea quo cadit impius? In cõscientia mala Putas eum in foueam nõ cecidisse qui lucẽ dei & Xpi perdidit, & cæcitate percussus est? Si nõ caderet ĩ foueam, uideret ante se: nesciit quõ eat, quõ qui ambulat in uia cũ ceciderint in foueam, perdidit uiam. Videtis ergo omnes malefactores perdidisse uiam, implicatos facinore. Sed iã te tradidit in manus forte latronis, aut in manꝰ alicuiꝰ iniusti: uel circũuenire

te satagit apud iudicẽ, & tu in pressura es: ille lætaſ, D ille exultat. Noli, ut iam dixi, noli habere oculos paganorũ: Xpianos oculos habe. Vide illum qui in te exultat, ipsa exultatio est fouea ipsius. Melior est.n. tristitia iniqua patientis, q̃ lætitia iniqua facientis. Ipsa lætitia iniqua facientis, ipsa est fouea, illuc q̃cũ ceciderit oculos perdit. Te doles, quia perdidisti uestẽ, & illum nõ doles, quia perdidit fidem? Quis uestrũ grauiore damno percussus est? Ecce ille occidit, tu occideris. Viuit ille, tu mortuꝰ es? Absit. Vbi est fides Xpianoꝝ? & ubi est ille qui moritur ad tẽpus? Audiat dñm suum, Qui credit in me, licet moriaſ, uiuit. Ergo qui non credit, licet uiuat, mortuus est. Foderũt ante faciem meã foueam, & ipsi inciderunt in eam. Oibus malis necesse est ut hoc contingat, Bonorũ autẽ patientia, pparatione cordis excipit uoluntatẽ dei, & gloriaſ in tribulationibus, dicens quod sequitur, Paratũ cor meum deus, paratũ cor meũ, catabo & psallã.) Quid fecit mihi? Parauit foueã, cor meũ paratũ est. Ille parauit foueã ad decipiendũ, ego cor nõ parabo ad perpetiendũ? ille parauit foueã ad opprimendũ, ego cor nõ parabo ad tolerandũ? Propterea ille incidet in eã, ego autẽ cãtabo & psallam. Audi cor paratũ in Apostolo, q imitatus est dñm suũ, Gloriamur, inquit, in tribulationibus, quia tribulatio patientiam opeaſ, patientia probationẽ, probatio spem, spes uero nõ cõfundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Erat in pssuris, in catenis, i carceribꝰ, in plagis, in fame & siti, in frigore & nuditate, in omni uastatione laboꝝ & doloꝝ, & dicebat, gloriamur in tribulationibꝰ. Vnde? Quia paratũ est cor eius, ideo cãtabat & psallebat, Paratũ cor meũ deus, paratũ cor meum, cantabo & psallam. Exurge gloria mea. Ille qui fugerat à facie Saul in spelunca, Exurge gloria mea, glorificatus Iesus post passionẽ. Exurge psalteriũ & cithara.) Quid uocat ut surgat? Duo organa uideo, corpus aũt Xpi unũ uideo: una caro resurrexit, & duo organa surrexerunt. Alterũ ergo organũ psalteriũ, alterũ cithara. Organa dicunſ omnia instrumẽta Musicorũ. Non solũ illud organũ dicitur quod grande est & inflaſ follibꝰ, sed quicquid aptatur ad cantilenã, & corporeum est, quo instrumento utitur qui cãtat, organũ dicitur. Distincta sunt aũt inter se ista organa, & uolo quantũ dñs dat, indicare uobis, & q̃õ distincta sunt, & quare distincta, & quare utrunq; dicaſ, exurge. Iam diximus, una caro domini resurrexit, & dicitur, Exurge Psalterium & cithara. Psalteriũ est organum quod quidem manibus fertur percutientis, & chordas distentas habet: sed illũ locum unde sonũ accipiunt chordæ, illud cõcauũ lignũ quod pẽdet & tactũ resonat, qa cõcipit aerẽ, Psalterium in superiore parte habet. Cithara autẽ genus ligni cauũ & resonans in inferiore parte habet. Itaq; in Psalterio chordæ sonũ desuper accipiũt: in cithara aũt chordæ sonũ ex inferiore parte accipiũt. Hoc interest inter Psalteriũ & citharã. Quid ergo duo hæc organa nobis figurant? Excitat.n. Xps dñs noster Psalteriũ suũ & citharã suam, & dicit, Exurgam diluculo.) Puto quia hic iam agnoscitis dñm resurgentem. Legimus in Euangelio, uidete hoiam resurrectionis, Quandiu per umbram quærebatur Christus? Lux itaq; agnoscatur, diluculo surrexerit. Sed quid est Psalterium? quid est & cithara? Per carnẽ suam do-

Ioan. 11.
Psal. 107.
E
Roma. 5.
2. Cor. 11.
Organa.
F
Psalteriũ
Cithara.
Matt. 28.

G minus duo genera factoꝝ operatus est, miracula &
passiones. Miracula desuper fuerũt, passiones de in
feriori fuerunt. Illa.n.q̃ fecit miracula, diuina erant,
sed ꝑ corpus fecit, per carnẽ fecit. Caro ergo diuina
operans Psalterium est: caro humana patiens, citha
Matt.11. ra est. Sonet Psalteriũ, illuminenẽ cæci, audiant sur-
di, stringantur paralytici, ambulent claudi, surgant
ęgroti, resurgant mortui, iste est sonus Psalterij. So-
Matt.27. net & cithara, esuriat, sitiat, dormiat, teneaẽ, flagelle
tur, irrideaẽ, crucifigaẽ, sepeliaẽ. Cũ ergo uides i illa
carne q̃dam sonuisse desuper, quædam de inferiori
parte, una caro resurrexit, & i una carne agnoscim⁹
& Psalterium & citharã. Et ista duo genera factorũ
impleuerunt Euangeliũ, & p̃dicatur in gentib⁹. Nã
& miracula & passiones dñi p̃dicantur. Ergo surre-
xit Psalterium & cithara diluculo, & cõfitetur dño.
Et quid ait? Cõfitebor tibi in populis dñe, & psal-
lam tibi in gentibus. Quia magnificata est usq; ad
cœlos misericordia tua, & usque ad nubes ueritas
tua.) Cœli supra nubes, & nubes infra cœlos, & tñ
ad hoc cœlũ proximũ pertinent nubes. Sed aliq̃n
H nubes recũbunt super mõtibus usqueadeo ut ꝓxi-
mo aere cõglomerenẽ. Cœlum aũt sursum est, habi
tationes angelorũ, sedium, dominationũ, principa-
tuũ, potestatũ. Illud ergo forte uideaẽ fuisse dicẽdũ,
Magnificata est usq; ad cœlos ueritas tua, & usq; ad
nubes misericordia tua. Etenim in cœlo angeli lau
dant deum, uidẽtes ipsam speciẽ ueritatis, sine ulla
caligine uisionis, sine interpollatione aliqua fallita
tis, uidẽt, diligũt, laudãt, nõ fatiganẽ. Ibi ueritas: hic
aũt in nr̃a miseria utiq; misericordia. Misero.n. præ-
benda est misericordia: nõ.n. opus est misericordia
sursum, ubi nullus est miser. Hoc ꝓpterea dixi, quia
uideẽ cõgruentius dici potuisse, Magnificata est usq;
ad cœlos ueritas tua, & usq; ad nubes misericordia
tua. Nubes.n. intelligimus p̃dicatores ueritatis. Ho
mines.n. portãtes istam carnẽ caliginosam quodã-
modo, sed unde deus & coruscat miraculis, & to-
nat p̃ceptis: & ipsi sunt illę nubes de qb⁹ dicit Esai-
as ex persona dñi, increpans quandã uineam malã
Esa.5. sterile, spinosam, Mãdabo nubibus meis, ne pluant
I super eam imbrem .i. mandabo Apostolis meis ut
deserant Iudęos, & nõ illis euãgelizent, sed euãgeli-
zent in terra bona gentiũ, unde non spinæ, sed uuæ
ꝓcedant. Nouimus ergo nubes dei esse p̃dicatores
ueritatis, Prophetas, Aplos, oẽs recte ꝓferentes uer-
bũ ueritatis, & habẽtes in se lumen occultum, sicut
habẽt nubeẽ unde coruscãt: homines ergo nubes.
Quid sibi itaq; uult, dñe, quia magnificata est usq;
ad cœlos misericordia tua, & usq; ad nubes ueritas
tua? Veritas p̃pollet in angelis, sed dedisti illam &
hoibus, & deduxisti illã usq; ad nubes. Sursum mi-
sericordia uideneẽ angeli nõ indigere, sed qa homi-
nib⁹ miseris tu misereris, & p̃bendo illis misericor-
diam cõmunione resurrectionis angelos facis, usq;
ad cœlos est misericordia tua. Gloria dño deo no-
stro, & misericordiæ ipsius, & ueritati ipsius, qa nec
deseruit nos misericordia facere beatos per gratiã
suam, nec fraudauit nos ueritate: qa primo ueritas
carne cooperta uenit ad nos, & sanauit per carnem
suam oculũ interiorẽ cordis nostri, ut eam postea
1.Cor.13. facie ad faciẽ uidere possemus. Agẽtes ergo illi gra-
tias, dicamus cũ Psalmo ipso ultimos uersus quos
iamdudũ etiã dixi, Exaltare super cœlos deus, &
super oẽm terrã gloria tua.) Hoc enim ei dixit Pro-
pheta ante tot annos: hoc modo uidemus nos, hoc K
ergo dicamus & nos.

In Psalmum quinquagesimumseptimum Enarratio.

Vox quã cãtauimus audienda nobis magis
est q̃ clamanda. Omnibus.n. tanquã in cõ-
cione generis humani ueritas clamat, Si
uere utique iustitiam loquimini, recta iudicate filij
hominũ.) Cui.n. iniquo nondũ facile est loqui iu-
stitiam? Aut quis de iustitia interrogatus, qñ nõ ha
bet causam, non facile respondeat quid sit iustum?
Quãdoquidẽ manu formatoris nostri, in ipsis cor-
dib⁹ nostris ueritas scripsit, Qđ tibi nõ uis fieri, ne Matth.7.
facias alteri? Hoc & anteq̃ lex dareẽ nemo ignorare Tob.4.
ꝑmissus est, ut esset unde iudicarenẽ, & quibus lex
nõ esset data. Sed ne sibi hoies aliquid defuisse q̃re
rentur, scriptũ est & in tabulis, quod in cordib⁹ nõ
legebant. Non n. & scriptũ nõ habebant, sed legere
nolebant. Oppositum est oculis eoꝝ quod in con-
scientia uidere cogerenẽ, & quasi forinsec⁹ admota
uoce dei, ad interiora sua homo cõpulsus est, dicẽ- L
te scriptura, In cogitationib⁹.n. impij, interrogatio Sapien.1.
erit. Vbi interrogatio, ibi lex. Sed qa hoies appeten-
tes ea q̃ foris sunt, etiã à seipsis exules facti sunt, da-
ta est etiã cõscripta lex, nõ qa in cordib⁹ scripta nõ
erat, sed qa tu fugitiuus eras cordis tui, ab illo qui
ubiq; est cõprehenderis, & ad teipsum intrò reuoca
ris. Propterea scripta lex qd clamat eis q̃ deseruerũt
legem scriptã in cordibus suis? Redite p̃uaricatores Esa.46.
ad cor. Quis.n. te docuit, nolle accedi ab altero ad
uxorẽ tuam? Quis te docuit, nolle tibi furtũ fieri? Deut.5.
Quis te docuit, nolle iniuriã pati, & qcqd aliud uel
uniuersalr uel particulariter dici põt? Multa.n. sunt,
de quibus singulis interrogati homines, clara uoce
rñdeant, nolle se pati. Age, si nõ uis pati ista, nunqd
solus es homo? nõnne in societate uniꝰ generis hu
mani? Qui tecũ factus est, socius tu⁹ est: & oẽs facti Gene.1.
ad imaginẽ dei, nisi terrenis cupiditatib⁹ cõterant
qđ ille formauit. Qđ ergo tibi nõ uis fieri, noli alte
ri faceẽ. Iudicas n. malũ esse in eo quod pati nõ uis,
& hoc te cogit nosse lex intima, i ipso tuo corde cõ
scripta. Faciebas & clamabaẽ inter man⁹ tuas. Q̃uo M
cogeris redire ad cor tuũ, cũ hoc pateris inter ma-
nus alienas? Furtũ bonũ est? Nõ. Interrogo, Adulte
rium bonũ est? Et omnes clamant, Nõ. Homicidiũ Deut.5.
bonũ est? Omnes clamant, detestari se. Cõcupiscere
rẽ ꝓximi bonũ est? Non, uox omnium est. Aut si ad
huc nõ cõfiteris, accedit qui cõcupiscat rẽ tuã: pla-
ceat tibi, & rñde quod uis. Omnes ergo de his reb⁹
interrogati, clamãt hæc bona nõ esse. Rursus de be
neficijs nõ solum de non nocendo, uerumetiam de
nõ præstando atq; tribuendo. Interrogatur omnis
anima esuriens, famẽ pateris? Alius habet panẽ, &
redũdat ei ultra sufficientiã, nouit te egere, nõ dat:
displicet tibi esurienti: displiceat & satiato, cũ alte-
rũ esurire cognoueris. Peregrinus tecto indigens ue
nit in patriam tuã, nõ suscipitur ille: tũc clamat in-
humanã esse illam ciuitatẽ, facile apud Barbaros si
bi esse potuisse refugiũ: sentit iniquitatẽ, quia pati-
tur, tu fortè nõ sentis. Sed oportet ut & te cogites pe-
regrinũ, & uideas q̃uo tibi possit displicere qui tibi
non præstiterit, quod tu in patria tua non uis pere-
grino p̃stare. Interrogo omnes, uera sunt hęc? Vera.
Iusta sunt hæc? Iusta. Sed Psalmũ audite, Si uere er-
go iustitiam loquimini recta iudicate filij hoium.

A Nō sit iustitia labiorū, sed & factorū. Si.n.aliter agis q̄ loqueris, bona loqueris, & mala iudicas. Si.n.agis quo iudicas, interrogatus quid sit melius, aurū an fides, non usqueadeo puersus & deuius es ab omni ueritate, ut aurum melius esse rn̄deas. Præponis ergo interrogatus auro fidem. Locutus es iustitiā, an dixisti Psalmū, Si uere ergo iustitiā loqmini, recta iudicate filij hoīum. Et ubi ꝓbabo nō te ita ut locutus es iudicare? Iam teneo rn̄sionem tuā, ꝑponentē auro fidē. Ecce nescio unde amicus uenit, & nullo teste aurū cōmendauit: solus hoc nouit, & tu, quantum ad hoīes attinet. Est ibi altus testis q nō uidetur & uidet: & ille tibi aurū i secreto & in cubiculo tuo, fortè remotis oībus arbitris cōmendauit. Testis est q adest, nō in cubiculo adest parieiū, sed in cubilib⁹ cōsciētiarū uestrarū: cōmendauit ille atq; discessit, nulli suorū notū fecit, rediturum se sperās, & ab amico qd' dederat recepturū: ut hūana sunt, mortuus est: filiū habet, reliqt heredē: ignorat fili⁹ qd pater habuerit, qd tibi cōmendauerit: eia tu redi, redi ꝑuaricator ad cor, ibi scripta ē lex, Qd' tibi nō uis fieri, alij ne feceris. Teipm cogita cōmēdasse, nulli tuorū dixisse, mortuū esse, filium reliquisse: quid ei uelles à tuo amico pstari? Responde, iudica cām, iudicis tribunal est in mēte tua, sedet ibi de⁹, adest accusatrix cōscia, tortor timor. In reb⁹ humanis es, in societate hūana detineris, cogita qd uelles ꝑstari filio tuo ab amico. Noui quid tibi rn̄deat cogitatio tua, Sic iudica, sicut audis. Iudica, Vox erit. Vox ueritatis nō tacet, nō labijs clamat, sed uocifer at ex corde. Adhibe aurē, ibi esto cū filio amici tui. Vides fortasse ēt indigentē uagari, nescientē qd pr ei⁹ habuerit, ubi posuerit, cui cōmendauerit: cogita & filiū tuū, fac illū uiuere qui contēnis mortuū, te mortuū cogita ut uiuas. Sed aliud iubet de⁹ contra auaritiā, aliud auaritia iubet cōtra deū, de⁹ aliud, auaritia aliud: aliud i paradiso cōditor nr̄, aliud re trāsuersō seductor serpēs. Veniat in mentē prior causa tuus, ppea mortalis, ppea laborans, propterea in sudore uultus tui panē comedēs, ppea spinas & tribulos tibi terra germinat. Experimēto disce, qd noluisti pcepto. Si uincit cupiditas, cur nō poti⁹ ueritas? Et ubi est qd' loquebaris? Ecce cogitas aurū negare, ecce cogitas hereditatē amici tui ꝓrsus abscōdere. Interrogauerā pauloāte qd sit charius, & qd

C sit melius, aurū an fides. Quare aliud dicis, aliud agis? Nō times hāc uocē, Si uere utiq; iustitiā loqmini, recta iudicate filij hoium? Ecce locutus es mihi meliorē eē fidē, & i iudicio tuo meli⁹ dixisti aurū. Nō sic iudicasti ut locut⁹ es. Vera locut⁹ es, & falsa iudicasti. Ergo & cū loqbaris iustitiā, nō uera loqbaris. Si.n.uere utiq; iustitiā loqmini, recta iudicate filij hoium. Qn̄ mihi de iustitia rn̄debas, erubescendo, nō fatēdo loqbaris. Sed ad cām pſentē iā ueniamus si placet. Vox est.n.illa dulcis, & nota auribus Ecclesiæ, Vox dn̄i nr̄i Iesu xp̄i, & uox corporis eius, uox Ecclesiæ laborantis, peregrinantis in terra, iter maledicentiū & adulantiū pericula uiuētis. Non timebis cōminatorē, si nō amas adulatorē. Attendit ergo ille cui⁹ hęc uox est, & uidet oēs loq iustitiam, Quis enim audet non loq eā ne dicat iniustus? Cū ergo tanq̄ audiret oium uoces, & intenderet oimm labia, clamabat ad eos, Si uere utiq; iustitiam loquimini, si non fallo iustitiam loquimini, si non aliud in labijs pstrepit, aliud celat in cordib⁹, recta iudi-

cate filij hoium. Audi ex Euangelio propriā uocē, eandem ipsam q̄ in hoc Psalmo est, Hypocritæ, ait dn̄s pharisæis, quo potestis bona loqui cū sitis mali? Aut facite arborē bonam, & fructū eius bonū: aut facite arborem malā, & fructū eius malū. Quid te uis dealbare paries lutee? Noui interiora tua, nō fallor tectorio tuo, noui qd ptēdas, noui qd tegas. Neq; enim opus eius erat, ait Euāgelista, ut qsquā ei perhiberet testimoniū de hoie: ipse.n. sciebat quid esset in homine. Sciebat quid esset in hoie qui fecerat hoiem, & homo factus erat, ut quæreret hominem. Videte ergo si non sequātur se uoces istæ, Hypocritæ, quo potestis bona loqui cum sitis mali: Si uere ergo iustitiā loqmini, recta iudicate filij hominum. Nonne iustitiā locuti estis, qn̄ dixistis, Magister scimus qa iustus es, & nullius pſonā accipis? Quare dolū in corde tegebatis? Quare imaginē Cęsaris creatori uestro ondebatis, & eius imaginē i uestris cordib⁹ delebatis? Nonne auditū est qd locuti fueritis, & expertum est queādmodum iudicaueritis? Nonne uos crucifixistis eū, quē iustū eē dixeratis? Si uere ergo utiq; iustitiā loqmini, recta iudicate filij hoiūm. Vt qd audio locutionē uestrā, scim⁹ qa iustus es, cū preuideā iudiciū uestrū, Crucifige crucifige? Si uere ergo iustitiā loqmini, recta iudicate filij hoium. Quid.n.fecistis ꝯ uiendo aduersus deum qui homo erat, & occidendo regē uestrū? Nō enim ideo rex non erat futurus, quia occisus est à uobis resurrecturus. In titulo ubi scriptū erat, Rex Iudęorū: posito sup crucē dn̄i, linguis trib⁹, Hebraica, Greca & Latina, nouerat dicere iudex hō, Quod scripsi scripsi: & deus nō nouerat dicere, qd' scripsi scripsi? Prorsus rex uester est, uiu⁹ rex uester est, occisus rex uester est. Ecce resurrexit, & in cœlo rex uester est, & ecce uēturus est. Væ uobis, qa rex uester est. Ite nūc & loqmini iustitiā, & nolite recta iudicare filij hoīum. Non uultis recte iudicare, recte iudicabimini. Viuit.n. ille rex uester, & iā non moritur, & mors ei ultra nō dominabitur. Ecce uenit, redite ꝑuaricatores ad cor. Ecce ueniet, corrigimini anteq̄ ueniat, præuenite faciem eius in confessione. Ecce ueniet, rex uester est: recordamini titulū sup crucē, si nō eum uidetis scriptum, manet tm̄. In terra non legitur, sed in cœlo seruatur: putatis.n. illam inscriptionē fuisse corruptā? Et qd ait titulus Psalmi huius? In finē ne corrūpas ipsi Dauid, in tituli inscriptionē.) Non ergo corrūpitur illa inscriptio tituli. Rex uester est xp̄s, quia oium rex xp̄s, qm ipsius est regnū, & ipse dominabitur gentium. Si ergo rex est, ecce anteq̄ ueniat dicit uobis. Adhuc loquor, inqt, nondum iudico, Qui sic clamo cōminando, nolo ferire iudicādo Si uere ergo iustitiā loqmini, recta iudicate filij hoium. Nunc aūt quid facitis? Quare ista uobis dico? Etenim in corde iniquitates operamini in terra.) Iniquitatē forte in corde solo? Audi sequitur, Et cor suū sequunt manus, & cordi suo famulant manus. Cogitatur & fit, aut ideo non fit, non qa nolumus, sed qa nō possumus. Quicquid uis & nō potes, factū deus cōputat, Etenim in corde iniq tates operamini in terra. Quid deinde? Iniqtates manus uestræ cōnectunt.) Quid est, cōnectūt? De peccato pctm̄ & pctm̄, peccatum propter peccatū. Quid est hoc? Furtum fecit, peccatum est. Visus est, Occidere quærit eum à quo uisus est. Connexū est pctm̄ peccato. Permisent deus occulto iudicio oc-

G cidere eũ, quem uoluit occidere. Sentit sciri, quęrit
& alterũ occidere, cõnexuit tertiũ. Dũ ea molitur,
forte ne inueniatur, aut quia fecit ne conuincatur,
cõsulit mathematicum, additũ est quartũ. Respon
det forte aliqua dura & mala mathematicus, currit
ad haruspicẽ ut expiet: rñdet haruspex, non se posse
expiare, maleficus q̃ritur. Et qs oĩa posit numera-
re, q̃ connectũtur peccata peccatis? Iniquitates ma
nus uestræ cõnectunt. Quadiu cõnectis, ligas pct̃m
pct̃o, te solue à peccatis. Sed nõ possum inquis, Cla
Roma. 7 ma ad illũ, Infœlix ego hõ, qs me liberabit de cor-
pore mortis huius? Veniet.n. grã dei ut delectet te
iustitia, sicut delectabat iniqtas, & homo q ex uin-
Psal. 115. culis resolut⁹es, exclamabis ad deũ, Dirupisti uin-
cula mea. Quid est, dirupisti uincula mea: nisi, remi
sisti pct̃ã mea? Audis qa uincula sũt. Rñdet scriptu
Prouer. 5. ra, Criniculis peccatorũ suorũ unusquisq; cõstringi-
tur. Nõ solũ uincula, sed & criniculi sunt. Criniculi
sunt, q siũt intorquẽdo, hoc est, q peccatis pct̃ã cõ-
Esa 5. nectebas. Væ his q trahunt peccata sua sicut restẽ
longã: Esaias clamat, Væ his q trahunt pct̃m suum
sicut restẽ longã: quid est aliud q̃ uæ his quorũ ma
H nus cõnectũt iniquitatẽ? Et quia unusquisq; pecca
tis suis cõstringit, sicut & peccatis suis cædit, dñs
male uẽdentes in tẽplo flagello de resticulis facto
exclusit. Sed non uis modo dirũpi uincula tua, qa
non sentis uincula tua, ẽt delectant te, & uoluptati
Matt. 22. sunt: senties in fine cum dicetur, Ligate illi man⁹ &
pedes & proiicite illũ i tenebras exteriores, ibi erit
flet⁹ & stridor dẽtiũ. Exhorrescis, times, pect⁹ tũdis,
dicis mala eẽ pct̃ã, bonã eẽ iustitiã. Si uere ergo iu-
stitiã loq̃mini, recta iudicate filij hoĩum. In uita ue
stra iueniant uerba ur̃a, i factis ur̃is cognoscant la-
bia ur̃a. Nolite ergo cõnectẽ iniqtatẽ, qa uobis ad
aligaturã adhibebit quicqd cõnectitis. Nõ audiũt,
non oẽs tamen, & qui non audiũt pręcogniti sunt.

Alienati sunt pct̃õres à uulua, errauerũt à uentre,
locuti sunt falsa.) Et cũ iniquitatẽ loquunt, falsa lo
quunt, qa fallax est iniquitas. Et cũ iustitiã loquun
tur, falsa loquunt, quia aliud ore proferũt, aliud in
corde obtegũt. Alienati sũt pct̃õres à uulua. Quid
est hoc? Quęram⁹ diligẽtius: fortasis.n. illud dicit,
qa deus pręcognouit hoĩes pct̃õres, etiam in uteris
I matrum. Nã unde cum adhuc prægnãs esset Rebec
Gene. 25. ca, & geminos ĩ utero portaret, dictũ est, Iacob dile
Mala. 1. xi, Esau aũt odio habui? Dictũ est.n. Maior seruiet
Roma. 9. minori. Occultũ ibi iudiciũ dei, sed tñ à uulua, id
est, ab ipsa origine, alienati sunt pct̃õres. Pct̃õres
unde alienati? ab ipsa ueritate. Vnde alienati? A pr̃ia
beata, à uita beata. An forte alienati ab ipsa uulua?
Et q pct̃õres alienati sunt à uulua? Qui.n. nascerent,
si nõ ibi tenerent? Aut q hodie uiuerẽt, ut hæc sine
causa audirent, nisi nascerent? Forte.n. à quadã uul
ua alienati sunt pct̃õres, in qua dolores patiebatur
Gala. 4. charitas, p Ap̃lm dicens, Quos iterum parturio, do
† al. Ex nec xp̃s formet in uobis. Expecta ergo formari †,
pct̃õre er- Noli tibi tribuere iudiciũ quod forte nõ nosti. Car
go refor- nalis es adhuc, cõcept⁹ es, eoipso quo accepisti no-
maris. mẽ xp̃i, sacro quodã natus es i uiscerib⁹ matris. Nõ
enim ex uisceribus tantũ homo nascitur, sed & in
uiscerib⁹. Prius nascit i uisceribus, ut posit nasci de
Luc. 1 uiscerib⁹. Propterea dictũ est & Manę, Quod.n. na-
tum est in te, de spiritusancto est. Nõdũ de illa natũ
erat, sed iã in illa natũ erat. Ergo nascũtur intra ui-
scera Ecclesiæ quidã paruuli, & bonũ est ut formati
exeãt, ne abortiui labant. Generet te m̃r, non abor K
tiat. Si patiẽs fueris, usq; quo formeris, usq; quo in te
certa sit doctrina ueritatis, cõtinere te debet mater
na uiscera. Si aũt ĩpatiẽtia tua cõcusseris latera ma-
tris, cum dolore qdẽ te excutit foras, sed magis tuo
malo q̃ suo. Alienati sũt pct̃õres à uulua, errauerũt
à uẽtre, locuti sunt falsa. Iõ ergo errauerũt à uẽtre,
qa locuti sunt falsa? An potius iõ locuti sunt falsa,
qa errauerunt à uẽtre? In uentre qppe Ecclesiæ, ue-
ritas manet. Quisqs ab hoc uẽtre Ecclesię separat⁹
fuerit, necesse est ut falsa loquat. Necesse est, inquã,
ut falsa loquatur, q aut cõcipi noluit, aut quẽ cõce
ptũ mater excussit. Inde hęretici clamãt cõtra Euã
geliũ, ut de his poti⁹ loquamur, quos dolem⁹ excus-
sos. Recitam⁹ eis: ecce xp̃s dixit, oportebat xp̃m pa- Mat. 24
ti, & resurgere à mortuis tertia die. Agnosco ibi ca- Luc. 24
put nostrũ, agnosco ibi spõsum nostrũ, agnosce &
tu mecũ spõsam. Vide qd sequit, Prædicari in noie
eius pniam & remisiõnẽ pct̃õrum p oẽs gẽtes, in-
cipiẽtib⁹ ab Hierusalem. Huc ueni, huc ueni, Eccle-
sia per oẽs gentes incipientib⁹ ab Hierusalem. Non
dico huc ueni, ipsa ad te uenit. Illi aũt obsurdescẽ-
tes aduersus Euangelium, & nõ nos p̃mittentes le- L
gere uerba dei, q̃ se iactant custodisse a flãma, & uo
lunt delere lingua, loquunt sua, loquunt inania: ille
tradidit, & ille tradidit: imo & ego dico, & ille tra-
didit, & ille tradidit, & uerum dico. Sed qd ad me?
nec tu mihi quos noias ex Euangelio legis, nec ego
quos noio ex Euãgelio lego. Auferantur de medio
chartæ nr̃æ, pcedat in mediũ codex dei: audi xp̃m
dicentẽ, audi ueritatẽ loquentem, Prædicari i noie Luc. 24
eius, inquit, pniam & remissionem peccatorũ p oẽs
gentes, incipientib⁹ ab Hierusalem. Nõ, inquiũt, sed
quod nos dicim⁹ audite, quod dicit Euangeliũ no-
lum⁹ audire. Alienati sũt pct̃õres à uulua, errauerũt
à uẽtre, locuti sunt falsa. Nos loquamur uera, q au-
diuim⁹ uera, qd dñs dicit, non qd hõ dicit. Põt fieri
ut homo mentiatur, non potest fieri ut ueritas mẽ-
tiat. Ex ueritatis ore agnosco xp̃m, ipsam ueritatẽ:
ex ueritatis ore agnosco Ecclesiã participẽ uerita-
tis. Nemo mihi falsa loquat, q errauit ab utero in ui
scerib⁹ Ecclesiæ: primo uiderim qd me uelit doce-
re. Video alienatũ à uulua, uideo errasse à uentre, &
auditur⁹ sum ab eo, qd, nisi falsa: Errauerũt à uẽtre, M
locuti sunt falsa. Indignatio eis scd'm si͞litudinem
serpẽtis.) Magnã rẽ audituri estis. Indignatio eis se
cundũ similitudinẽ serpẽtis: quasi dixerim⁹, qd est
quod dixisti? Sequitur, Sicut aspidis surdæ.) Vnde
surdę? Vnde? Et obturãtis aures suas.) Ideo surdę,
quia obturat aures suas. Et obturantis aures suas.
Quæ nõ exaudiet uocẽ incãtantiũ, & medicamẽti
medicati à sapiẽte.) Sicut audiuim⁹ qd & hoĩes di-
cũt, q ea qua potuerũt hęc cognitiõe didicerũt, sed
tñ qd spirit⁹ dei multo meli⁹ oĩbus hoĩbus nouit.
Non.n. frustra hoc dixit, nisi quia fieri põt ut uerũ
sit etiam illud quod audiuimus de aspide. Aspis cũ
cœperit pati incantatorem suum Marsum, qui eam
quibusdam carminibus proprijs euocat, sicut sunt
multa ẽt magica, audite quid faciat. Sed interim in
hoc attendite fratres, hoc.n. præloquendum est, ne
quisquã ueluti hæsitans audiat. Non undecũq; dat
similitudo à scripturis, laudatur ipsa res, sed tm in- „
de si͞litudo trahit. Non.n. laudauit iniquum iudi- „
cem, qui nolebat audire illam uiduã, qui nec deũ „
timebat, nec hoĩes reuertebatur, & tamẽ ide simi- Luc. 18

A litudinem dñs traxit. Nec illũ laudauit pigrum qui
Luc. 11. tres panes, non pp amicitiã dedit petenti, sed tædio
uictus, & tñ inde similitudinem dedit. Et de rebus
ergo nõ laudandis trahuntur secundũ quendã mo
dum nõnullæ similitudines. Aut si propterea puta
tis eundũ esse ad Marsos quia hoc audistis in scri-
ptura dei, eũdũ est & ad spectacula theatri, qa dicit
1. Cor. 9. Apostolus, Non sic pugillor quasi aerẽ cædens. Pu-
gillari.n.est pancratium facere. Iam quia hinc data
est similitudo, spectacula ista delectare nos debẽt:
aut quia dixit, Qui in agone contendit, ab oibus
abstinens est, propterea agonistica ista uana & lu-
dicra debet affectare Christianus? Attende quid ti-
bi dicatur ad similitudinẽ, qd moneatur ad prohi-
bitionem. Ita ergo & hic data est quędã similitudo
de Marso, qui incãtat ut educat aspidẽ de tenebro-
sa cauerna, utiq; in lucẽ uult educere: illa aũt aman
do tenebras suas, quibus se inuoluta occultare dici
tur, ꝙ cũ exire noluerit, recusans tñ audire illas uo-
ces, qbus se cogi sentit, allidit unã aurẽ terræ, & de
cauda obturat alterã, atq; ita uoces illas quantũ po
B test euitans, nõ exit ad incantantẽ. Huic similes di-
xit spũs dei quosdam nõ audiẽtes uerbũ dei, & nõ
solũ nõ audiẽtes, sed oino ut nõ ualeant audire fa-
cientes. Factũ est hoc & in primis tẽporibus fidei.
Acto. 7. Stephanus martyr prædicabat ueritatẽ, & tanq̃ te-
nebrosis mẽtibus, ut eas in lucẽ educeret, incanta-
bat. Vbi uenit ad cõmemorationẽ xp̃i, quẽ illi om-
nino audire nollent, qd de eis scriptura dicit? quid
de illis narrat? Clauserũt, inqt, aures suas. Quid aũt
postea fecerit, passio Stephani narrat atq; declarat.
Nõ erant surdi, sed fecerũt se surdos. Quia.n. aures
patẽtes in corde nõ habebãt, uiolẽtia tñ uerbi per
aures carnis irruens, etiã ipsis auribus cordis uim
faciebat, clauserunt & aures corporis & ierunt ad
lapides. Ecce aspides surdę duriores lapidibus, qui
bus incantatorẽ suũ lapidauerũt, nõ audierũt uo-
cem incantantis, & medicamẽti medicati a sapiẽte.
Quid est, medicamentũ medicatũ à sapiente? Forte
medicamentũ confectũ, dicit medicamentũ medi-
catũ. An quęrimus ibi aliqd, quõ iã si medicamẽtũ
C est, etiã medicatũ sit? Medicamẽta erant in Prophe-
tis, medicamẽta erãt in lege. Pręcepta ipsa oia, medi
camẽta erãt. Et hoc medicamentũ nondũ erat me-
dicatum. Aduẽtu dñi medicamentũ est medicatũ.
Hoc n. illi ferre nõ potuerunt, quia nõ curabantur
medicamẽto, medicatũ est ipsum medicamẽtũ ad-
uentu dñi. Iam Stephanus medicamentũ medicatũ
incãtabat, hoc illi audire noluerũt: unde medicatũ
est medicamentũ, contra hoc aures clauserunt. Nã
ibi hoc fecerũt, ubi noiatus est Xp̃s. Indignatio eoꝝ
sicut indignatio serpẽtis. Quid aures clauditis? Ex-
pectate, audite, & si potueritis sæuite. Quia nolebãt
nisi sęuire, noluerũt audire. Qđ si audirẽt, forte de-
sæuirent. Indignatio eoꝝ sicut indignatio serpẽtis.
Tales etiã istos patimur. Primo sibi ueritatẽ tenere
uidebanł, nõ cessauit deus, nõ quieuit Ecclesia sua.
Prędicata est ueritas in uisceribꝰ matris, aperta sunt
Matth. 5. eoꝝ mendacia. Patefactũ est qđ lucet, demõstrata
est ciuitas super montẽ cõstituta, quę abscondi nõ
potest, & lucerna posita est super candelabrũ, quæ
lucet oibus qui in domo sunt. Vbi.n. latet Ecclesia
Danie. 2. Xp̃i, ubi latet ueritas Xp̃i? Nonne ipse est mons qui
creuit ex minimo lapide, & impleuit uniuersam fa-
ciem terræ? Coniunciunł hinc, nõ habẽt qđ dicant

cõtra Ecclesiã. Et quid eis remãsit? Quid nos quæri D
tis? Quid nos uultis? Dicũt. Recedite a nobis: Dicũt
aũt & suis, Nemo cũ illis loquał, nemo illis coniun
gatur, nemo illos audiat. Indignatio eoꝝ sicut indi
gnatio serpẽtis, sicut aspidis surdæ & obturãtis au-
res suas, quę nõ exaudiet uocẽ incantantiũ & medi
camenti: hoc est, uocẽ medicamenti medicati à sa-
piẽte. Nonne hinc iã intelligił quale medicamentũ
qñ uocẽ dicit? Nunqd medicamentũ habet uocẽ?
Est quoddã medicamentũ qđ habet uocẽ. Medica-
mentũ portamus, uocẽ eius audite, nõ quõ aspides
surdę. Si uere utiq; iustitiã loquimini, recta iudicate
filij hoium. Vox est medicamẽti, & hoc medicati à
sapiente. Iam.n. uenit Xp̃s qui impleret legẽ & Pro- Matth. 5.
phetas, qui ueritatẽ ipsam firmaret, In quibꝰ duobꝰ
præceptis tota lex pẽdet & Prophetæ. An forte quæ Matt. 22.
rimus aliquid, & in eo ꝙ dicitur aspis ita aures clau
dere, ut unã earũ in terrã premat, alterã cauda opp̃i
let? Quid sibi uult hoc? In cauda, posteriora utique
intelliguntur. Ergo nõ in præterita, quõ iam tergũ
oportet ponere, ut in ea, quæ nobis promittuntur
intendamus: ergo nec ex præterita uita nr̃a, nec ex E
pręsenti delectari debemus. Hoc.n. Apostolus mo-
net dicẽs, Quẽ ergo aliqñ fructũ habuistis in his, in Roma. 6.
qbus nũc erubescitis? Reuocat à recordãdis cũ de-
lectatione p̃teritis, & cũ quadã concupiscẽtia fruen
dis, ne redeamus corde in Aegyptũ. Quid de pręsen Exod. 13.
tibus? Quõ iubet etiã ipsa contemni? Nõ respiciẽtibꝰ,
inqt, quę uidenł, sed quę nõ uidenł. Quę n. uidenł, 2. Cor. 4.
tp̃alia sunt: quæ aũt nõ uidenł, æterna. Itẽ de p̃senti
uita dicit: Si in hac uita tantũ in Xp̃o sperantes su-
mus, miserabiliores sumus oibus hoibus. Obliui- 1. Cor. 15.
scere ergo pręterita qbus male uixisti, contẽne prę-
sentia qbus tp̃aliter uiuis, ne te alligando præsentia
nõ permittãt peruenire ad futura. Si.n. præsens uita
te delectat, aurẽ in terrã posuisti: si tuis pręteritis ẽt
retro labẽtibꝰ delectaris, aurẽ de cauda obturasti.
Debes ergo ire i lucẽ, exire de tenebris audita uoce
medicamẽti medicati à sapiẽte, ut iã in luce ambu-
lans, & exultans dicas, Quę retro oblitus, in ea quę Philip. 3.
antẽ sunt extẽtus. Nõ dixit, quæ retro oblitus, & ex
præsentibus delectatus. Cum dicit, quæ retro obli F
tus: non obturat aurẽ de cauda: cũ dicit, in ea quæ
antẽ sunt extẽtus: his & pręsentibus nõ obsurduit,
Merito audiẽs, merito pręnicãs, merito exultat lin-
gua eius, prædicans ueritatẽ in luce noua, deposita
uetere tunica. Et ad hoc.n. ualet astutia serpẽtis, ad Ephe. 4.
q̃ nos imitandã dñs adhortatur. Ait.n. Estote astuti Col. 3.
sicut serpentes. Quid est, astuti sicut serpẽtes? Offer Matt. 10.
oia mẽbra tua percutienti, dũmodo caput integrũ
serues. Caput uiri, Xp̃s: Sed grauat quasi põdus tu-
nica cuiusdam, & quasi senecta ueteris hois. Audi 1. Cor. 11.
Apostolũ dicentẽ, Exuentes uos ueterem hominẽ,
& induentes nouum. Et quõ exuo, inquis, ueterem
hoiem? Imitare astutiam serpentis. Quid.n. facit ser Col. 3.
pens, ut exuat se ueterẽ tunicã? Coarctat se per fora
men angustũ. Et ubi, inquis, inuenio hoc foramen
angustum? Audi, Arcta & angusta est uia quę ducit Matth. 7.
ad uitã, & pauci sunt qui ingrediunł per eam. Refor
midas eam, & nõ uis ambulare, quia pauci sunt? Ibi
ponenda est uetus tunica, & alibi poni nõ potest.
Aut si uis uetustate impediri, grauari, premi, noli
ire per angustam. Si autem grauaris uetustate qua-
dam peccati tui, & præteritæ uiæ uel uitæ, transire
non potes. Quia ergo corpus quod corrumpitur Sapien. 9

G aggrauat animam, uel cupiditates corporales non premant, uel cõcupiſcentiæ carnis exuantur. Vnde exuunt, niſi ieris per anguſtũ, niſi fueris aſtutus ut ſerpens? Deus cõtriuit dentes eorũ in ore ipſorũ.) Quorũ? Quibus indignatio eſt ſicut ſimilitudo ſerpentis, & aſpidis obturãtis aures ſuas, ne audiat uocem incantantium, & medicamẽti medicati à ſapiente. Quid illis fecit dñs? Cõtriuit dentes eorũ in ore ipſorũ. Factũ eſt hoc primo, factum eſt, & modo fit. Sed ſufficeret frẽs mei ut diceret, Deus cõtriuit dẽtes eorũ. Quare, in ore ipſorũ? Nolebant audire legẽ, nolebant audire pcepta ueritatis à xpo Phariſæi, ſimiles ſerpẽti illi & aſpidi. Præteritis.n. ſuis peccatis delectabantur, & pſentem uitam nolebant amittere, id eſt, gaudia terrena pro gaudijs æternis. Vnam aurẽ claudebãt ex delectatione pteritorũ, alterã ex delectatione pſentium, ideo nolebãt audire. Nam
Ioan. 11. unde eſt illud, Si dimiſerimus eũ ſic, ueniẽt Romani & tollẽt nobis & locũ & gentem. Vtiq; qui nolebant perdere locũ, ad terram colliſerũt aurẽ ſuam, & ideo noluerunt audire uerba illa medicata à ſapiente. Dictum eſt de illis & q̃ auari erant, & ama-
H tores pecuniæ, & omnis uita eorũ, ẽt præterita, deſcri
Luca. 16. pta eſt à dño in Euangelio. Qui legit diligẽter Euãgeliũ, inuenit, unde illi ambas aures obturabant. Intendat charitas ueſtra. Dñs quid fecit? Contriuit dentes eorũ in ore ipſorũ. Quid eſt, in ore ipſorũ? Vt ore ſuo contra ſe pnunciarent, coegit illos ore ſuo in ſe ſniam dicere. Calumniari uolebãt ei pp tributum: non dixit ille, Licet reddere tributũ, aut nõ licet reddere. Et uolebat dentes eorũ qbus inhiabãt ut morderẽt conterere, ſed in ore ipſorũ uolebat. Si
Matt. 22. diceret, ſoluat Cæſari tributũ, calumniarent illi q̃ maledixiſſet genti Iudæorũ, eam tributariam faciẽdo. Ex peccato.n. tributum reddebãt humiliati, ſicut illis in lege pdictum erat, Teneamus illũ aiunt maledictorem gentis nr̃æ, ſi nos iuſſerit tributum perſoluere. Si autẽ dixerit, nolite ſoluere: teneamus eum q̃ cõtradixerit nobis deuotos eſſe Cæſari. Talem bicipitem laqueũ quaſi capiendo dño poſuerunt. Sed ad quẽ uenerũt? Qui nouerat cõterere dẽ
Ibid. tes eorũ in ore ipſorũ, Oſtendite mihi nummum, in qt, Quid me tentatis hypocritæ? De tributo ſoluen
I do cogitatis, iuſtitiã facere nõ uultis, conſiliũ iuſtitiæ qritis. Si uere utiq; iuſtitiã loquimini, recta iudicate filii hoium. Nunc aũt qa alia loquimini, alia iudicatis, hypocritæ eſtis. Quid me tentatis? Nunc cõterã dentes uros in ore ueſtro. Oſtendite mihi nummum. Et demonſtrauerunt ei. Et ille nõ dicit, Cæſaris eſt, ſed interrogat cuius eſt, ut eorum dẽtes in ore ipſorũ conterant. Quærente qppe illo cuius haberet imaginẽ & inſcriptionẽ, illi Cæſaris dixerũt. Iam nunc dñs conteret dentes eorũ in ore ipſorum. Iam reſpondiſtis, iã cõtriti ſunt dentes neſtri in ore ueſtro. Reddite Cæſari q̃ Cæſaris ſunt, & deo q̃ dei
Matt. 22. ſunt. Quærit Cæſar imaginẽ ſuam, reddite. Quærit deus imaginẽ ſuã, reddite. Non pdat ex uobis Cæſar nummũ ſuũ: non pdat deus in nobis nummũ ſuum. Et illi nõ inuenerunt qd reſponderent, Miſſi enim erãt ut calumniarent ei, & redierunt dicentes, qd nemo poſſit ei reſpondere. Vnde? Quia contriti
Matt. 21. erãt dẽtes eorũ in ore ipſorũ. Inde eſt & illud, In qua
Marc. 11. poteſtate iſta facis? Et ego interrogabo uos unum ſermonẽ, reſpondete mihi. Et interrogauit de Ioanne, unde eſſet baptiſmus Ioãnis, de cœlo, an ex hominibus: ut ſi qd reſponderẽt, cõtra illos eſſet. Noluerũt dicere ex hoibus, timentes hoies, ne lapidarent ab eis, eo q̃ Ioannẽ Prophetã haberẽt. Dicere de cœlo plus formidabant, ne faterent ipſum xpm, quia Ioannes pdicauerat xpm. Coarctati utrinq; ex hac parte, & ex hac parte: qui parabant obijcere crimen, reſponderũt ignorantiã, dixerunt, Neſcimus.
K
Ibid. Calumniam.n. pparabant qñ dixerunt, In qua poteſtate iſta facis: ut ſi diceret, xps ſum, quaſi arrogãtem, ſuperbũ, ſacrilegum, inuaderẽt. Noluit dicere xps ſum, ſed q̃ ſuit de Ioanne qui dixerat q̃ ipſe eſſet xps. Illi non ſunt auſi reprehendere Ioannem, timentes ne à populo occiderentur: nõ ſunt auſi dicere, uerũ dixit Ioannes, ne diceret eis, Credite illi. Obmutuerunt, neſcire ſe dixerũt, iam mordere nõ ualebant. Vnde nõ ualebant? Iã occurrit uobis, cõtriti erant dentes eorũ in ore ipſorũ. Phariſæo diſplicuit dñs illi qui ad prandium uocauerat, q̃ peccatrix mulier acceſſerit ei ad pedes, & murmurauit aduerſus eũ dicens, Si eſſet hic Propheta, ſciret quę Luc. 7.
mulier illi acceſſit ad pedes. O tu nõ Propheta, unde ſcis q̃ neſcierit dñs quę mulier illi acceſſit ad pedes? Quia [non] ſeruabat munditiã uidelicet Iudęorum, q̃ a foris quaſi cuſtodiebat in carne, & non co L
lebat ex corde: hoc de dño ſuſpicatus eſt. Dñs autẽ q̃ peccata mulieris nouerat, ẽt cogitationes hoſpitis audiebat, & reſpõdit, q̃ noſtis. Et ne diu hinc loquar, tñ in ore eius uoluit cõterere dentes eius. Pro
Ibid. poſuit.n. Duo debitores erant cuidam fœneratori, unus quingentos debebat denarios, alius quinquaginta. nõ habebant ambo unde redderent, dimiſit ambobus. Quis eũ plus dilexit? Ad hoc interrogat ille, ut ille reſpondeat: ad hoc ille reſpõdit, ut dẽtes eius in ore eius conterant. Reſpõdit cõfuſus, excluſus eſt, admiſſa eſt illa ad pcipiendã miſericordiã, q̃ irruperat in habitaculum alienũ, ſed nõ acceſſerat ad deum alienum. Contriuit dñs dentes eorum in ore ipſorum. Molas leonum confregit dñs.) Non tm̃ aſpidum. Quid de aſpidibus? Aſpides inſidioſæ uolunt uenena immittere & aſpergere & ſibilare, Apertiſſime ſæuierunt gẽtes & fremuerũt ſicut leo
Pſal. 2. nes. Quare fremuerũt gentes, & ppli meditati ſunt inania? Qñ inſidiabãtur dño, Licet dare tributum Cæſari, an non licet? aſpides erant, ſerpentes erant, M
Matt. 22. Contriti ſunt dentes eorũ in ore ipſorũ. Poſtea cla-
Matt. 27. mauerunt, Crucifige, crucifige. Iã non eſt lingua a-
Ioan. 19. ſpidis, ſed fremitus leonis. Sed & molas leonũ confregit dñs. Forte hic non uacat quod non addidit, in ore eorum. Inſidiantes.n. captioſis interrogationibus, cogebantur reſpõſione ſua uinci. Iſti autem qa aperte ſæuiebant, nunqd interrogationibus cõuincendi erant? Tñ & eorum molæ contritæ ſunt:
Marci. 16 crucifixus reſurrexit, aſcendit in cœlũ, glorificatus
Act. 1. eſt xps, adoratur ab omnibus gentibus, adoratur ab oibus regibus. Sæuiant modo Iudæi ſi poſſunt: non ſæuiunt, molas leonũ confregit dñs. Habemus & in hæreticis hoc documentum & experimẽtum, quia & ipſos inuenimus eſſe ſerpentes indignatione obſurdatos, nolentes audire medicamentũ medicatum à ſapiẽte, & in ore ipſorum contriuit dñs dentes eorum. Qũ ſæuiebant in nos Reprehendẽdo, quòd quaſi perſecutores eſſemus, excludendo illos de baſilicis. Modo illos interroga Debent excludi hæretici de baſilicis, an non debent? Reſpondeãt modo, dicãt nõ debere, Repetat Maximiniani

A stæ basilicas. Ne autẽ repetant Maximinianistæ basilicas, dñt debere. Quid est ergo qd dicebatis aduersum nos? An cõtriti sunt dentes uestri in ore uestro? Quid nobis & regibus inquunt? Quid nobis & Imperatoribus? Vos de imperatoribus psumitis. Quęro & ego, Quid uobis ad pconsules, quos miserũt Imperatores? Quid uobis ad leges, quas cõtra uos dederunt Imperatores? Imperatores cõionis nr̃æ, leges aduersus oẽs hæreticos dederunt. Eos utiq; appellant hæreticos, q non sunt cõionis eorum, inter quos utiq; & uos estis. Si ueræ sunt leges, ualeant & in uos hæreticos: si falsæ sunt leges, quare ualẽt cõtra uestros hæreticos? Frẽs paululũ aduertite, & intelligite qđ diximus. Qñ egerunt causas suas aduersus Maximinianistas, ut eos à se dãnatos & schismaticos, suis eiicerent de locis, q̃ illi tenebant antiquitùs, & successerant Epis decessoribus suis, uolentes illos inde excludere, egerũt legibus publicis, ad iudices uenerũt, dixerunt se catholicos, ut possent excludere hæreticos. Quare te dicis catholicũ ut excludat hæreticus, & nõ potius es catholicus, ne sis exclusus hæreticus? Modo catholicus es, ut ualeas
B ad excludendũ hæreticũ. Iudex.n. non posset nisi legibus suis iudicare. Dixerũt se catholicos, admissi sunt agere: dixerunt illos hæreticos, q̃siuit unde pbaretur. Lectũ est conciliũ Bagaitanũ, ubi dãnati sunt Maximinianistæ, insertũ est actis pconsularibus, pbatum est q illi dãnati non deberent tenere basilicas, & pnunciauit pconsul ex lege. Ex qua lege? Quæ lata est contra hæreticos. Si cõtra hæreticos, & cõtra te. Quare, inqt, contra me? non n. ego hæreticus sum. Si tu hæreticus nõ es, falsæ sunt illę leges: ab his.n. Imperatoribus latę sunt q non sunt cõionis & tuę. Omnes q non sunt cõionis eorũ, legibus suis hæreticos uocant. Nõ q̃ro utrũ uerę an falsæ, sequestrata illa sit qõ, si adhuc quęstio est. Iterũ te secundo modo interrogo, ueræ leges sunt, an falsæ leges sunt? Si uerę sunt, credatur eis: si falsæ sunt, quare uteris eis? Dixisti pconsuli, catholicus sum, exclude hæreticũ. Quæsiuit ille, unde pbaret hæreticus. Protulisti conciliũ tuum, ostendisti q eũ dãnaueris. Ille uel colubens, uel non intelligens, usus est tñ lege sicut iudex, & fecisti de iudice qđ de te
C nõ uis facere. Si.n. iudex usus est lege Impatoris ad tuã suggestionẽ, cur ea nõ uteris & tu ad tuã correctionẽ? Ecce eiicit hæreticũ tuũ ex lege Impatoris sui, quare tu ex eadẽ lege nõ uis ut te eiiciat? Replicemus qđ fecisti. Ecce basilicę tenebant a Maximinianistis, modo a uobis tenent. Exclusi sunt ab eis Maximinianistæ, extãt iussiones pconsulum, extat memoria gestorũ, apparitores accipiunt, ciuitates excitant, pelluntur hoies de locis suis. Quare? Quia hæretici sunt. Qua lege pellunt? Responde. Videamus si nondũ contriti sunt dẽtes uestri in ore nr̃o. Falsa lex est? nõ ualeat in hęreticũ tuũ. Vera lex est? valeat & in te. Nõ est quod respondeant, Deus contriuit dẽtes eorũ in ore ipsorũ. Ideoq; ubi nõ possunt lubrica fallacia serpere ut aspides, apta uiolẽtia fremunt ut leones. Prosiliunt & sæuiũt armatę turbę Circumcellionũ, dant stragẽ quantã possunt, quantamcunq; possunt. Sed & molas leonum confregit dñs. Spernent tanquã aqua decurrens. Non uos terreãt frẽs qdam fluuij qui dñr torrentes, hyemalibus aquis implent: nolite timere, post paululũ trãsit, decurrit aqua, ad tp̃s pstrepit, mox cessabit, diu
stare non possunt. Multæ hæreses iã emortuæ sunt, D
cucurrerunt in riuis suis quantũ potuerũt, decurrerunt, siccati sunt riui, uix eorũ memoria reperit, uel q fuerint. Spernentur tanquã aqua decurrens. Sed non solũ ipsi totum hoc seculũ ad tp̃s perstrepit, & q̃rit quem trahat. Omnes impij, oẽs superbi sonantes ad saxa supbiæ suæ quasi aquis irruentibus & confluentibus: nõ uos terreãt, hyemales aquę sunt, semper manare nõ possunt, necesse est ut decurrãt, necesse defluant in locũ suũ, in finẽ suum. Et tñ de isto torrẽte seculi bibit dñs. Passus est.n. hic, ipsum torrentem bibit, sed in uia bibit, sed in transcursu, quia in uia peccatorũ non stetit. Sed qđ ait de illo scriptura? De torrẽte in uia bibit, ppea exaltabit caput: id est, ppea glorificatus est, quia mortuus est: Psal. 109
ppea resurrexit, quia passus est. Si nollet bibere in uia de torrente, nõ moreret. si non moreret, non resurgeret: si non resurgeret, nõ glorificaret. Ergo de torrente in uia bibit, ppea exaltabit caput. Exaltatum est iam caput nostrũ: sequant eũ membra sua. Spernentur tanquã aqua decurrens. Intendit arcũ suum donec infirment.) Minę dei nõ cessant, arcus
dei minæ dei. Intendit arcus, nondũ ferit. Intendit E
arcũ suũ donec infirment: & multi infirmati sunt ipsius intensione arcus territi. Nã hinc infirmatus est ille qui dixit, Quid me iubes facere? Ego sum, inqt, Iesus Nazarenus quẽ tu persequeris. Qui clamabat de cœlo, arcũ tendebat. Multi ergo q fuerũt inimici, infirmati sunt & cõuersi. Noluerũt erigere diu ceruices suas aduersus pseuerantiã extẽti arcus. Nã sic infirmatus est & ille q ait, ne timeamus infirmari, Qñ infirmor tũc potẽs sum. Et cũ oraret a se tolli stimulũ carnis, qđ ei respõsum est? Virtus in infirmitate pficitur. Intẽdit arcũ suũ donec infirment. Acto. 9. 2. Cor. 12

Sicut cæra liquefacta auferent.) Dicturus.n. eras, non oẽs sic infirmant, q̃uo ego, ut credant, perseuerant multi in malo suo, & malitia sua. Et de ipsis nihil timeas, Sicut cæra liquefacta auferent, Non contra te stabunt, nõ plurabunt, igne quodã concupiscentiarũ suarum pibunt. Est.n. hic qdam pœna occulta, de illa dicturus est modo Psalmus usq; in finem. Pauci sunt uersus, Intẽti estote. Est q̃dam pœna futura, gehennæ ignis, ignis æternus. Futura.n. pœnas duas species hẽt: aut inferorũ est, ubi arde- F
bat diues ille q uolebat sibi stillam aquę stillari in linguam de digito pauperis, quẽ ante ianuã suã cõtempserat, q̃rẽs ait, Qm̃ crucior in hac flamma: Et altera est illa in fine, de qua audituri sunt qui ad sinistram ponendi sunt, Ite in ignem æternum qui præparatus est diabolo & angelis eius. Illæ pœnæ manifestæ erunt eo tempore, qñ exitum fuerit ex hac uita, aut finito seculo peruentum ad resurrectionẽ mortuorum. Modo ergo nulla pœna est, & prorsus impunita sinit deus peccata usq; ad illũ diem? Nõ. Est & hic quędam pœna occulta, de ipsa modo tractatur. Hanc uult commendare spiritus dei, hãc intelligamus, hanc caueamus, hanc euitemus, & in illas multũ terribiles non incidemus. Forte dicturus est mihi aliquis, Sunt & hic pœnæ, carceres, exilia, tormenta, mortes, diuersa genera dolorũ & tribulationum. Sunt qdem & ista, & dei iudicio dispensantur, sed multis ad pbationem, multis ad dãnationem. Videmus tñ aliquando in his pœnis iustos affligi, & ab his pœnis iniustos eẽ alienos, unde nutauerũt pedes illius q postea gratulat᷒ ait, Quã bon᷒ Luc. 16. Matt. 25.

G Israel deus rectis corde, Mei aūt penè moti sunt pe-
Psal. 27. des, qa zelaui in peccatoribus pacem peccatorū in-
tuens. Viderat.n. fœlicitatem malorū, & delectatus
erat esse malus. Videns regnare malos, bene illis es-
se, abūdare eos in omni copia rerū tpalium, qualia
adhuc ipse paruulus desyderabat à dño. Et nutaue
runt illi pedes usquequo uideret qd in finé uel spe
randū, uel timendū sit. Ait.n. in eodē Psalmo, Hoc
labor est ante me, donec introeā in sanctuariū dei,
& intelligā in nouissima. Nō ergo pœnas inferorū,
nō pœnas illius post resurrectione ignis ęterni, nō
pœnas istas q̄ adhuc in seculo ꝑmiscuæ sunt iustis
& iniustis, & plerunq; grauiores iustorū q̄ iniustorū:
sed nescio quam pœnā præsentis uitæ uult cōmen
dare spiritus dei. Aduertite, audite hoc me dicturū
qd noueratis. Sed dulcius est quod in Psalmo ostē
ditur, q obscurus anteq̄ ostēderetur, putabatur. Ea
enim ꝓfero quæ iam noueratis. Sed qa inde profe
runtur ubi nondū ea uidebatis, fit ut etiā nota tan
quam noua delectent. Audite pœnā impiorū, Sicut
cæra, inqt, liquefacta auferentur. Dixi per concupi-
scentias suas hoc eis fieri. Cōcupiscentia mala, qua
H si ardor est ignis. Ignis consumit uestē, libido adul
Proue. 6. terij non consumit aiam? De cogitatu adulterij cū
loqueref scriptura ait, Alligabit quis ignem in sinu
suo, & uestimēta sua non comburet? Gestas in sinu
prunas, perforaf tunica: gestas in corde adulteriū,
& integra est aia? Sed istas pœnas pauci uidēt, ppea
istas maxime commendat spūs dei. Audi Aplm di-
Roma. 1. centem, Tradidit illos deus in concupiscentias cor
dis illorū. Ecce ignis à cuius facie tanquā cęra lique
scunt. Soluunf.n à quadā constantia castitatis, pro
pterea & ipsi euntes in libidines suas, soluti & fluxi
dnr. Vnde fluxi? vnde soluti? Ab igne concupiscen-
tiarum. Tradidit illos deus in concupiscentias cor
dis eorū, ut faciant q̄ non conueniunt, repleti omni
iniqtate. Et enumerat multa q̄ peccata sunt, & pœ-
nas dicit esse peccatorū. Nā dicit primā pœnā super
biam, imò nō pœnam, sed primum pctm superbiā.
Eccle. 10. Primum pctm superbia est, ultima pœna est ignis
2. ser. de. æternus, aut ignis infernus iam damnatorū. Inter il
36. ca. 1. lud primum pctm & hāc ultimam pœnam, media
quæ sunt, & peccata sunt & pœnæ peccatorū. Tam
I multa.n. dicit Apostolus fieri ab eis, q̄ peccata sunt
detestabilia, & tñ pœnas eas dicit. Propter hoc, in
quit, deus tradidit eos in cōcupiscentias cordis eo-
rum in immunditiā, ut faciant q̄ non conueniunt.
Et ne putaret quisquā ipsis pœnis tm̄ se affligi, qui-
bus modo delectaf, & non timeret quod uenturū
Rom. 1. est in fine, cōmemorauit ultimam pœnā, Qui cum
iustitiā dei cognouissent, non intellexerunt, inqt,
qm̄ qui ea agunt, digni sunt morte, Non solum qui
faciunt, sed et qui consentiunt facientibus. Qui ea
agunt digni sunt morte, Quæ? Quæ superius enu-
merauit in pœnis esse. Nā tradidit illos deus, dixit,
in cōcupiscentias cordis eorū, ut faciant q̄ non con
ueniunt. Vt adulter sit, iā pœna est: ut mendax, ut
auarus, ut fraudulētus, ut homicida, iā pœnæ sunt.
Eccle. 10. Cuius peccati pœnæ? Prioris apostasiæ illius super
biæ, Initiū peccatis hois apostatare à deo, Et initiū
omnis peccati superbia. Propterea ipsum pctm priꝰ
Rom. 1. dixit, Qui cū cognouissent deum, non ut deū glori
ficauerunt, aut gras egerunt, sed euanuerunt in co-
gitationibus suis, & obscuratū est insipiens cor eo
rum. Iā ista pœna est obscuratio cordis. Sed unde

contigit? Dicētes.n. se esse sapiētes, stulti facti sunt. K
Quia a se hre dicebant, qd à deo acceperant. Aut si
cognouerunt à quo acceperūt, non eū glorificaue-
runt à quo se accepisse cognouerūt. Hoc est, Dicen
tes se esse sapientes. Et ibi statim pœna secuta est,
Stulti facti sunt, & obscuratū est insipiens cor eorū,
Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Parua ista
pœna est? Vt de ista sola loquamur, obscuratio cor
dis, excæcatio mētis, parua est pœna? Si qs furtū fa-
ciens, statim oculū pdidisset, oēs dicerent deū præ-
sentē uindicasse. Oculū cordis amisit, & ei pepcisse
putatur deus? Sicut cęra liquefacta auferenf. Sup- 2. ser. de s.
cecidit ignis, & non uiderunt solē.) Videtis quō di 36. ca. 1.
cit quandā pœnā obscurationis. Ignis supcecidit,
ignis supbiæ, ignis fumosus, ignis concupiscentiæ,
ignis iracundiæ. Quantus ignis est? Sup quē cecide
rit non uidebit solē. Ideo dictū est, Nō occidat sol Ephe. 4
sup iracundiā uestram, Ergo frēs, ignem malæ con
cupiscentiæ timete, si nō uultis liquefieri sicut cæ-
ra, & perire à facie dei. Supcadit.n. ignis iste, & solē
non uidebitis. Quem solē? Nō istum quem tecum
uident & pecora, & muscæ, & boni & mali. Quia fa Matth. 5.
cit solē suum oriri sup bonos & malos. Est & alius k
sol de quo dicturi sunt illi, Et sol non ortus est no- Sapi. 5.
bis, trāsierunt oia illa tanquā umbra. Ergo errauti-
mus a uia ueritatis, & iustitiæ lumen non luxit no
bis, & sol non ortus est nobis. Quare, nisi qa super-
cecidit ignis, & nō uiderunt solē? Vicit illos concu-
piscentia carnis. Et ista cōcupiscentia carnis unde
uenit? Attēdite, De traduce natus es, cum eo qd uin
cas. Noli tibi hostes addere, uince cū quo natus es.
Ad stadiū uitæ huius cū illo uenisti, cōgredere cū
eo q tecū ꝓcessit. Ipso non uicto, quare ꝓuocas ca-
teruas concupiscentiarū? Delectatio.n. carnalis frēs
cū homine nascif. Sed q bene erudif, cito uidet ho-
stem suū, & aggredif & luctaf, & cito uincit, Idoneꝰ
est.n. nondum crescentibus hostibus. Qui autē il-
lam concupiscentiā cum qua de peccati ꝓpagine
natus est, cotēnit uincere, & multas adhuc excitat
exeritq; libidines, difficulter eas supat, & aduersus
se ipse diuisus, igne ꝓprio concremaf. Ne itaq; spe-
res quasi illas solas pœnas futuras, præsentes uide.
Supercecidit ignis, & nō uiderūt solem. Priusquā
ꝓducat spinas uestras rhamnus tanquā uiuētes tā- M
quam in ira cōbibit eos.) Quid est rhānus? Spinarū
genus est, densissimæ quædam spinæ esse dnr. Pri-
mo herba est, & cū herba est, mollis & pulchra est,
ibi sunt tñ spinæ postea ꝓcessuræ. Modo ergo dele
ctant peccata, & quasi non cōpungunt: Herba est
rhamnus, & modo tñ est spina: priusquam produ-
cat spinas rhamnus, priusquā miserarū delectatio-
num & uoluptatū manifesta tormenta procedant:
Interrogent se q aliquid amant, & ad id peruenire
non possunt, uideant si non cruciant desyderio, &
cum peruenerint ad id quod illicite desyderāt, attē
dant si non cruciant timore. Videant ergo hic pœ-
nas suas antequā ueniat illa resurrectio, cū in carne
resurgentes non immutabuntur. Omnes.n. resurge 1. Cor. 15.
mus, sed non oēs immutabimur. Habebunt quip-
pe corruptionē carnis in qua doleant, non in qua
moriant, alioqui & illi dolores finirent. Tūc spinæ
illius rhāni, id est, dolores oēs & compunctiones tor
mentorū producentur. Quales spinas patient illi q
dicturi sunt, Hi sunt quos aliqn habuimꝰ in risum?
Spinæ cōpunctionis pœnitentiæ, sed feræ & infru-
ctuosæ

A ctuosæ sunt, sicut spinarū sterilitas. Pœnitētia hui⁹
tpis, dolor medicinalis ē: pnia illius tpis, dolor pœ
nalis est. Non uis illas pati spinas, hic compungere
Psal. 31 spinis pœnitentiæ, ut facias quod dictū est, Couer
Psal. 50. sus sum in ærumna mea, dum cōfigit spina. Pecca-
Psal. 31. tum meū cognoui, & iniquitatē meam nō operui.
Dixi, pronunciabo aduersus me delictū meū dño,
& tu remisisti impietatē cordis mei. Modo fac, mō
compungere, ne in te fiat quod dictum est de qui-
Psal. 34. busdā detestabilib⁹, Discisi sunt nec cōpūcti sunt.
Attēdite q discisi sunt, nec cōpuncti sunt. Videtis
discissos, & non uidetis cōpunctos. Ecce pter Eccle
siā sunt, & non eos pœnitet ut redeāt unde discisi
sunt, pducet postea spinas eor rhānus. Nolūt mō
habere cōpunctionē medicinalem, habebūt post-
ea pœnalem. Sed etiam mō priusquā producat spi-
nas rhānus, supcecidit ignis, qui eos non permittit
uidere solem, q eos adhuc uiuentes in ira dei com-
bibit: ignis cōcupiscētiarū malarū, bonor uanor
superbię, auaritiæ suæ: Et quicqd eos premit ne co
guoscant ueritatē, ne uicti uideāt, ne subijciat illos
uel ipsa ueritas. Quid enim gloriosius fratres quā
B subijci & uinci à ueritate? Supet te ueritas uolentē.
Nam & inuitum ipsa superabit. Ergo ille ignis con
cupiscētiar malar q supercecidit ut non uideāt so
lem, cōbibit rhamnum priusquā producat spinas
eorum: id est, occultat eor malam uitam, priusquā
pariat eadem uita manifestos in fine cruciatus, sed
in ira dei occultat rhamnū ignis iste. Non.n parua
pœna est, q modo non uident solē, nec spinas pœ
narum credunt ex hac uita malas sibi postea pro-
cessuras. Vos enim, iquit, rhamnus estis, quem rhā-
nū, id est, uosipsos, uiuētes, id est, adhuc in hac ui-
ta cōstitutos, priusquā in futuro iudicio spinas pœ
nar uestrarū manifestas producat, nunc in ira cō-
bibit, id ē, quasi absorbēdo apparere nō sinit. Hic
itaq ordo uerbor quantum puto, planius ita con-
texitur, Supercecidit ignis, & non uiderūt solē: qui
ignis tanq̄ in ira, tanq̄ uiuētes uos rhamnum cōbi-
bit, priusquā producat spinas uestras: id est, uosip-
sos quos rhamnum inuenit combibit ante mortē,
priusquā eadem rhamnus spinas uestras post mor-
tē in illa pœnali resurrectione producat. Quare au
tem non dixit, uiuentes: sed, tanq̄ uiuentes: nisi qa
C falsa est hæc uita impior? Neq.n.uiuunt, sed uiue-
re sibi uidentur Et quare nō, in ira: sed, tanq̄ in ira:
nisi quia trāquillus hoc facit deus. Nam & hoc scri
Sap 12. ptum est, Tu autem domine uirtutum cum tranql
litate iudicas. Ille ergo & cum minatur, non irascit.
Neq enim perturbatur, sed tāquā irascitur, quia pu
nit & uindicat. Et qui corrigi nolunt, tanq̄ uiuunt,
Gene. 3 sed non uiuunt. Vindicta enim primi peccati, & eo
rum quæ addiderunt, manet super eos: Et ipsa uo-
catur ira dei, quia de iudicio dei uenit. Vnde domi
Ioan. 3. nus de non credente ait, Sed ira dei manet sup eū.
Cum ira.n.dei mortales nascimur. Vnde dicit apl̄s,
Ephe. 2. Fuimus & nos aliquādo natura filij iræ, sicut & cæ
teri. Quid est, natura filij iræ, nisi quia portam⁹ no-
biscum pœnam primi peccati? Sed si conuertamus
nos, aufertur ira, præbetur gratia. Non uis cōuerti,
addis etiam super id qd natus es, tanquā in ira cō-
biberis in præsenti tpe. Agnoscite ergo istam pœ-
nam, & gaudete uos non esse in hac pœna omnes
qui proficitis, omnes q intelligitis & amatis uerita-
tem, omnes q plus in uobis uultis uictoriā uerita-
tis q̄ uestram, qui non clauditis aduersus ueritatē D
aures uestras, de præsentium delectatione, & de p-
teritor recordatione, ne sitis canis reuersus ad suū
uomitum. Omnes tales qui estis, uidete pœnas eo- 2. Pet. 2.
rum qui tales non sunt, & gaudete. Adhuc inferor
pœnæ non uenerūt, adhuc ignis ætern⁹ non uenit.
Cōparet qui proficit in deo se modo cū impio, cæ
cū cor cum illuminato corde, Comparate duos, ui
dentem & non uidentem in carne. Et quid magnū
est, uisio carnis? Nūquid Tobias habebat carneos Tob. 4
oculos? Fili⁹ ipsi⁹ habebat, & ille nō habebat, & uiā
uitæ cæcus uidenti ostendebat. Ergo istam pœnā
qn̄ uidetis gaudete, quia in illa nō estis: Propterea
dicit scriptura, Lætabitur iustus cum uiderit uin-
dictam.) Non illam futuram. Nam uide quid sequi
tur: Man⁹ suas lauabit in sanguine pctōris.) Quid
est hoc? Intendat charitas uestra: Nunqd qn̄ feriun
tur homicidæ, debent illuc innocentes ire & laua-
re manus suas? Sed quid est, in sanguine peccatoris
lauabit manus suas? Iustus qn̄ uidet pœnam pecca
toris, proficit ipse, & mors alterius ualet ad uitam
alterius. Si enim spiritaliter sanguis currit de his q
intrinsecus moritur, tu uidens talem uindictam, E
laua illic manus tuas, decætero mundius uiue. Et
qūo lauabit manus suas qui iustus est? Quid.n.ha
bet in manib⁹ quod lauetur, si iustus est? Sed iustus Roma. 1.
ex fide uiuit. Iustos ergo dixit fideles, & ex quo iā
credidisti, iā icipis uocari iustus. Facta est.n.dimis
sio peccator. Et si de ista residua uita quædā pecca
ta tua sunt, q non possunt nisi tanquā aqua de ma-
ri in sentinam influere: tamen quia credidisti cum
uideris eum, qui oīno auersus est à deo occidi in il
la cęcitate, supercadente illo igne, non uidere solē,
tu qui iam per fidem uides Christum, ut uideas per
speciem, quia iustus ex fide uiuit, attende impium
morietē, & purga te à peccatis, ita lauas quodāmo-
do manus tuas in sanguine peccatoris Manus ergo
suas lauabit in sanguine pctōris. Et dicit homo,
si ergo est fructus iusto?) Ecce anteq̄ ueniat quod
promittitur, antequā detur uita æterna, antequam
impij proijciātur in ignē æternū, hic in hac uita est
fructus iusto. Qui fructus? Spe gaudētes, in tribula Matt. 15.
tione patientes. Qui fruct⁹ iusto? Gloriamur i tribu Roma. 12
lationibus, scientes quia tribulatio patiētiam ope- Roma. 5.
ratur, patiētia autem probationem, probatio uerò F
spem: Spes autem non confundit, quia charitas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū,
qui datus est nobis. Gaudet ebriosus, & nō gaudet
iustus? In charitate est fructus iusto. Miser ille etiā
cū se inebriat, beatus etiam iste cum esurit & sitit.
Illum ingurgitat uinolētia, iustū spes pascit. Videat Mat. 5
ergo illius pœnam, suum gaudium, & cogitet deū,
Qui tale gaudiū modo dedit de fide, de spe, de cha
ritate, de ueritate scripturarum suarum, quale pre-
parat in finē? Qui in uia sic pascit, in patria qūo sa-
ginabit? Et dicet homo, Si ergo est fruct⁹ iusto? Cre
dant qui uident, & uideāt & intelligant. Lætabitur
enim iustus cum uiderit uindictam. Si autem non
habet oculos unde uideat uindictam, contristabi-
tur, nec corrigetur ex illa. Si autē uidet illam, uidet
quid intersit inter cōtenebratū oculū corporis, &
oculum illuminatū cordis: inter refrigerium casti-
tatis, & flammā libidinis: inter securitatē spei, & ti-
morem facinoris. Cum uiderit hoc, discernat se, &
lauet manus suas in sanguine ipsi⁹. Proficiat ex cō-

G paratione,& dicat:Ergo est fructus iusto. Ergo est
deus iudicans eos in terra.)Nondũ in illa uita,nõ-
dum in igne æterno,nõdũ apud inferos, sed hic in
Luc.16. terra.Ecce diues ille adhuc induit purpura & byſ-
ſo,& adhuc epulat quotidie ſplendide,Nondũ pro
duxit ſpinas rhamnus,nondũ dicit, crucior in hac
flãma,Sed iã est mentis cæcitas,iam oculus mentis
extinctus est.Si cæcus oculis carnis ad menſam ſuã
quamlibet optimã diſcumberet, miſerum eũ dice-
res. Cæcus interius, panem xp̃m non uidet,& bea-
tus est?Hoc nõ dicit niſi pariter cæcus, Ergo est fru
ctus iusto,ergo est deus iudicans eos in terra. Si ali
quantũ ꝓlixiores fuimus,date ueniã. Exhortamur
uos in nomine xp̃i,ut hæc q̃ audiſtis, ad fructũ co-
gitetis. Quia & p̃dicare ueritatẽ nihil est,ſi cor à lin
gua diſſentiat,& audire ueritatẽ nihil ꝓdest, ſi ho-
Matth.7. mo non ſuper petrã ædificet.Qui ædificat ſuper pe
tram,ipſe est q audit & facit:Qui antẽ audit & non
facit,ædificat ſup harenã : Qui nec audit nec facit,
nihil ædificat. Sed q̃uo qui ædificat ſuper harenã,
ruinam ſibi ædificat:ſic ille q non ædificat ſup pe-
tram,ueniente fluuio,ſine domo rapit.Nõ est aliud
H facere niſi & ædificare & ſuper petrã ædificare, id
est,& audire & facere.Nec alius dicat, Vt qd proce-
do ad Eccleſiam?Ecce q quotidie ad Eccleſiã pro-
cedunt,non faciunt quod audiunt,Faciũt tñ ut au
diant.ſic poſſunt facere ut audiant & faciãt. Tu au
tem quantũ longe es a faciendo,qui tm̃ fugis ab au
diendo?Sed ego,inqt,non ædifico ſuper harenam.
Nudum te inuenturus est fluuius,Nunquid ideo te
non ablaturus est? Nunqd ideo pluuia non neca-
bit?nunquid uenti propterea non abripient? Ergo
ueni & audi.Sed cũ audieris,fac.Nam ſi audieris &
non feceris,ædificaſti quidem, ſed ſuper harenam.
Quia ergo ſine ædificio constituti nudi ſumus , in
ædificio autem ſuper harenam poſito,ſub ruina ſu
mus:restat ut ſuper petram ędificemus:& quod au
diuimus,faciamus.

Pſalmus quinquageſimusoctauus.

ICVT ſolet ſcriptura Pſalmos myſteria
S in titulis ponere, & frontẽ Pſalmi ſublimi-
tate ſacri decorare, ut ſciamus qui intratu-
ri ſumus,cum tanquam ſuper postẽ quid intus aga
I tur legerimus, uel cuius domus ſit:uel quisnam ſit
illius prædij poſſeſſor,ita & in hoc Pſalmo ſcriptus
est titulus de titulo.Habet n. In finem, ne corrum
pas ipſi Dauid in tituli inſcriptionẽ.)Hoc est quod
dixi,titulus de titulo. Quænã.n.ſit tituli huius in-
ſcriptio,quã corrumpi uetat,euangeliũ nobis indi
cat,Nam cũ dñs crucifigeret , titulus inſcriptus est
Matt.27. à Pilato & poſitus rex Iudæorũ:tribus linguis, He-
Ioan.19. bræa,Græca & Latina,quæ linguæ toto orbe maxi
me excellunt.Igitur ſi rex Iudęorum crucifixus est,
& Iudæi regem ſuum crucifixerunt,crucifigẽdo eũ
etiam regẽ gentium fecerunt, magis q̃ occiderunt.
Et quidem quantum in illis fuit perdiderunt xp̃m,
ſed ſibi non nobis: & mortuus est ille pro nobis,&
ſanguine ſuo redemit nos.Et modo non est corru-
ptus titulus,qa ille rex est,non ſolum gentium, ſed
etiam ipſorum Iudæorum. Quid.n.?Quia contradi
xerunt , ideo regis ſui dominationem euertere po-
tuerunt?Rex est & ſupra illos . Nam ille rex uirgam
Pſal.2. ferream gerit,qua & regit & frangit.Ego,inqt, con-
ſtitutus ſum rex ab eo ſup Sion montem ſanctum
eius,prædicans præceptum dñi,Dominus dixit ad
me filius meus es tu,ego hodie genui te , Postula à K
me,& dabo tibi gẽtes hęreditatẽ tuam,& poſſeſſio
nem tuã terminos terrę.Reges eos in uirga ferrea,&
tanquã uas figuli cõteres eos.Quos regit?quos cõ-
terit?Regit obediẽtes,conterit reſiſtentes . Ergo ne
corrumpas,optime & ꝓphetice,qñquidem & illi Iu
dæi ſuggeſſerunt tunc Pilato & dixerunt,Noli ſcri- Ioan.19.
bere rex Iudęorum:ſed ſcribe,quia ipſe ſe dixit regem
Iudæorum. Nam & iſte titulus,inquiunt,confirmauit
illum regẽ nobis.Et Pilatus , Quod ſcripſi, ſcripſi.
Et impletũ est,Ne corrũpas. Nec iſte ſolus Pſalmus
habet hmõi inſcriptionem ut titulus non corrum-
patur. Aliq Pſalmi ſic prænotati ſunt , ſed tñ in oĩ- Pſa.55.56
bus paſſio domini prænunciatur. Ergo & hic intel &. 57.
ligamus dñi paſſionem , & loquatur nobis xp̃s ca-
put & corpus.Sic ſemper , aut propẽ ſemper audia-
mus uoces xp̃i de Pſalmo, ut nõ ſolum intueamur,
caput illud unum mediatorem dei & hominũ,ho- 1.Tim.2.
minem Christum Ieſum,qui ẽt ſecundum diuinita
tem in principio erat uerbum, deus apud deũ , qd̓ Ioan.1.
uerbum caro factum est,& habitauit in nobis, ca-
ro ex ſemine Abrahã,ex ſemine Dauid,de Maria uir Matth.1.
gine.Non ergo illum ſolum qui est caput nostrum L
cogitemus, qñ audimus Christum loqui,ſed cogi-
temus xp̃m caput & corpus totum integrum quẽ-
dam uirum Nobis.n.dicitur, Vos autem estis cor- 1.Cor.12.
pus xp̃i & membra,ab apostolo Paulo.Et de illo di
citur ab eodẽ Apostolo,q est caput Eccleſiæ, Si er- Ephe.1.
go ille caput,nos corpus , totus xp̃s caput & corp⁹. Col.1.
Aliqñ.n.inuenis uerba quę non congruunt capiti,
& niſi ea coaptaueris corpori , nutabit intellectus
tuus.Rurſus inuenis uerba q̃ non apta ſunt corpo-
ri,& xp̃s tñ loquitur , Ibi non timẽdum est ne erret
quiſq;: cito.n.peragit ut capiti aptet , qd uidet cor-
pori non conuenire . Ipſe deniq; in cruce pendens, Pſal.21.
ex pſona corporis locutus est , Deus me⁹ deus me⁹, Matt.27.
reſpice me,quare me dereliquiſti? Non.n.derelique
rat xp̃m,à quo derelictus non est . Aut uero ſic ad
nos uenit,ut illum defereret , aut ſic illum dimiſit,
ut ab illo diſcederet ?Sed quia homo deſertus est à
deo,Adam ille peccãs:q cum ſoleret gaudere ad fa- Gene.3.
ciem dei , conſcia peccati deterritus fugit a gaudio
ſuo:& uere dereliqt illũ deus, qa ipſe deſeruit deũ.
Ex quo Adam xp̃s cũ carnem accepiſſet,hoc ex per M
ſona ipſius carnis ait ,qa tũc uetus homo nr̃ ſimul Roma.6.
crucifixus est cũ illo . Audiamus ergo qd̓ ſequitur.

Qñ miſit Saul & custodit domum eius,ut eum in
terficeret.)Hoc non ad crucẽ dñi,ſed tñ ad paſſio-
nem dñi ptinet.Crucifixus n.Christus & mortuus,
& ſepultus est . Erat ergo illa ſepultura tanquã do-
mus,ad quam custodiendã miſit regnum Iudæorum,
qñ custodes adhibiti ſunt ſepulcro Christi Est quę
dam historia in ſcriptura Regnorum,qñ miſit Saul Matt.28.
ad custodiendam domum ut interficeret Dauid, 1.Re.19.
Sed & quantũ inde ſumpſit q Pſalmum ſcripſit, tm̃
debemus diſcutere , cũ titulum Pſalmi tractamus.
Hoc nobis ſignificare tm̃ uoluit , qa miſſum est ad
domum ut custodiret, & ille interficeretur. Q̃uo er
go ad hoc custodita est domus,ſi Dauid figurabat
xp̃m,ut Christus interficeretur, quando in ſepultu
ra Christus poſitus non est , niſi in cruce interfe-
ctus?Refer hoc ergo ad corpus Christi,quia interfi
cere Christũ,erat tollere nomen Christi, ne crede-
retur in Christum,dum mendacium pręualeret cu
stodum,q corrupti ſunt ut dicerent,Quia cum dor Matt.28.

A mirét, uenerũt discipuli eius,& abstulerũt eũ. Hoc
Matt. 28. est uere Xpm uelle interficere, nomẽ resurrectionis
eius extinguere, ut mendacium Euangelio præfer-
retur. Sed quõ illud non effecit Saul ut interficeret
Dauid,sic & hoc non potuit regnũ Iudæorũ effice-
re, ut plus ualeret testimoniũ custodum dormien-
tium,q̃ Apostolorum uigilantium. Quid.n.edocti
Ibidem sunt custodes ut dicerent? Damus uobis,inquiunt,
quantũ uultis pecuniæ,& dicite,quia cum dormire
tis,uenerunt discipuli eius,& abstulerunt eũ. Ecce
quales testes mendacij cõtra ueritatẽ & resurrectio
nem Xpi,inimici eius per Saul figurati produxerũt.
Interroga infidelitatis testes dormientes, respon-
deant tibi quid actum sit in sepulchro. Qui si dor-
miebant,unde scierunt? Si uigilabant, fures quare
non tenuerunt. Dicat ergo quod sequitur.

Primæ partis Psalmi Enarratio.

Rue me de inimicis deus meus, & ab insur
gentibus super me redime me.) Factum est
hoc in carne Xpi,fiet & in nobis. Neque.n.
cessant inimici nri diabolus & angeli eius insurgere
B super nos quotidie, & illudere uelle infirmitati &
fragilitati nræ,deceptionibus,suggestionibus, ten-
tationibus, & quibuscunq; laqueis irretire, cum in
terra adhuc uiuimus.Sed uox nra uigilet ad deum,
& clamet in mẽbris Xpi, sub capite in cœlo consti-
tuto:Erue me de inimicis meis deus meus, & ab in
surgentibus super me,redime me. Erue me de ope
rantibus iniquitatẽ, & de uiris sanguinũ saluũ me
fac.) Erant illi quidẽ uiri sanguinũ,qui iustũ occi-
derunt,in quo nullã culpã inuenerũt.Erant illi uiri
sanguinũ, quia cũ uellet alienigena,lotis manibus
Matt. 27. dimittere Xpm, clamauerunt. Crucifige crucifige.
Erant uiri sanguinũ, quibus cũ iam obijceretur cri
Ioan. 19. men sanguinis Xpi,rñderunt, propinantes posteris
suis:Sanguis eius super nos,& super filios nros. Sed
nec in eius corpus exurgere uiri sanguinũ cessaue-
runt.Nam & post resurrectionẽ ascẽsionemq; Xpi,
persecutiones passa est Ecclesia Et illa quidẽ primo
quæ effloruit de gente Iudæorũ, de qua & Apostoli
Acto. 7. nri fuerunt. Ibi primo Stephanus lapidatus est, &
C qđ uocabatur accepit. Stephanus.n.corona dicit,
Humiliter lapidatus,sed sublimiter coronatus. De-
inde uere in gentibus exurrexerunt regna gentiũ,
Psal. 21. anteq̃ in eis impleretur quod prædictũ erat,Adora
bunt eũ oẽs reges terræ,oẽs gẽtes seruient ei:& fre-
muit impetus regni illius aduersus testes Xpi, effu-
sus est magnus & multus martyrum sanguis. Quo
effuso, tanq̃ seminata seges Ecclesiæ fertilius pullu-
lauit,& totũ mundũ sicut nũc conspicimus, occu-
pauit.Ab his ergo uiris sanguinũ eruitur Xps, non
solum caput,sed etiam corpus. A uiris sanguinum
eruitur Xps, & ab his qui fuerũt,& ab his qui sunt,
& ab his qui futuri sunt.Eruitur Xps,& qui præces-
sit,& qui est,& qui uenturus est. Xps.n.est totũ cor
pus Xpi,& quicunque nunc Xpiani boni,& qui an-
te nos,& qui post nos futuri sunt,totus Xps eruitur
à uiris sanguinũ. Nec uacat hæc uox,Et à uiris san-
guinum saluũ me fac. Quia ecce uenati sunt aiam
meam.) Potuerunt tenere, potuerunt occidere,ue-
nati sunt aiam meã. Sed ubi est, Dirupisti uincula
mea? Vbi est,Muscipula cõminuta est, & nos eruti
Psal. 115. sumus? Vbi est quod benedicimus deũ, qui nõ de-
Psal. 123. dit nos in uenationẽ dentibus eorum? Illi quidem
uenati sunt,sed in manibus uenantiũ non dimittit,

qui custodit Israel. Quia ecce uenati sunt animam D
meam. Irruerunt super me fortes.) Non utcunque
transeundũ est ab his fortibus. Diligenter insinuan
dum est qui sint fortes insurgentes. Fortes sup quos
nisi super infirmos,super inualidos, super non for-
tes? Et laudantur tñ infirmi, & damnantur fortes.
Si intelligantur qui sint fortes,primo ipsum diabo
lum dñs fortem dixit, Nemo,inquit, potest intrare Matt. 12.
in domũ fortis,& uasa eius eripere, nisi prius alliga
uerit fortem. Alligauit ergo fortẽ uinculis dñatio-
nis suæ,& uasa eius abripuit,ac uasa sua fecit. Erant
.n.oẽs iniqui,uasa diaboli,qui credentes facti sunt
uasa Xpi,quibus Apostolus dicit,Fuistis.n.aliquan Ephe. 5.
do tenebræ, nunc autẽ lux in dño, qui notas facit Roma. 9.
diuitias suas in uasa misericordiæ. Possunt ergo isti
fortes intelligi. Sed sunt in hominibus quidam for
tes reprehẽsibili & damnabili fortitudine,qui præ
sumunt quidẽ,sed de temporali fœlicitate. Nõ uo-
bis uidetur fuisse fortis diues iste,qui nũc ex Euan- Luc. 12.
gelio recitatus est, qm̃ successit ei regio in opulẽtia
fructuum? Perturbatus consiliũ reconditionis in-
uenit,ut destructis ueteribus apothecis,nouas con E
strueret ampliores,eisq; completis, animæ suæ dice
ret, Habes multa bona aia, epulare,iocundare,sa-
tiare. Qualẽ fortẽ uides? Ecce homo qui nõ posuit Psal. 51.
deũ adiutorẽ suum,sed sperauit in multitudine di-
uitiarũ suarũ. Vide q̃ fortis sit, & præualuit,inquit,
in uanitate tua. Sunt & alij fortes,nõ de diuitijs,nõ
de uiribus corporis,nõ de aliqua in tpe præcellenti
potentia dignitatis,sed præsumentes de iustitia sua.
Hoc genus fortiũ cauendũ,metuendũ,auersandũ,
non imitandũ. Præsumentium,inquam, nõ de cor
pore,nõ de opibus, nõ de genere, non de honore,
Omnia.n.ista quis nõ uideat temporalia,fluxa,ca-
duca, uolatica? sed præsumentium de iustitia sua.
Talis fortitudo impediuit Iudæos, ne per foramen Matt. 19.
acus intrarẽt. Cum.n.de se præsumunt q̃ iusti sint,
& tanq̃ sani sibi uidentur,medicinam recusauerũt,
& ipsum medicũ necauerunt. Tales ergo fortes,nõ
infirmos,non uenit uocare qui dixit,Non est opus Matth. 9.
sanis medicus,sed male habentibus: Non ueni uo- F
care iustos,sed pctõres in pœnitentiã. Isti erant for
tes qui insultabãt discipulis Xpi, quia magister eo-
rum ad infirmos intrabat,& conuiuabatur cũ infir
mis. Quare,inquiũt,magister uester cũ publicanis Ibidem
& pctõribus manducat? O fortes quibus medicus
opus nõ est. Fortitudo ista nõ sanitatis est, sed in-
saniæ. Nã & phreneticis nihil fortius,ualẽtiores sunt
sanis, sed quãto maiores uires,tãto mors uicinior.
Auertat ergo deus ab imitatione nra fortes istos.
Timendum est.n.ne eos quisque uelit imitari. Do- Ioan. 14.
ctor aũt humilitatis,particeps nostræ infirmitatis,
donans participationem suæ diuinitatis,ad hoc de
scendens,ut uiam doceret,& uia fieret, maxime suã
humilitatẽ nobis cõmendare dignatus est: & ideo
à seruo baptizari nõ dedignatus est,ut nos doceret Matth. 3.
confiteri pctã nostra, & infirmari ut fortes simus,
habere potius Apostoli uocem dicentis, Quando 2. Cor. 12.
infirmor, tunc potens sum. Quo ergo noluit esse
fortis? Isti autem q fortes esse uoluerunt,id est, q de
sua uirtute præsumere uoluerũt tanquam iusti, of-
fenderunt in lapidem offensionis: & hœdus uisus Roma. 9.
est eis agnus,& quia uelut hœdum occiderunt, ab
agno redimi nõ meruerũt. Ipsi sunt ergo fortes qui
irruerunt super Xpm cõmendantes iustitiã suam.

G Audite fortes istos· Cũ quidã Hierosolymitæ dicerent, missi ab eis ad apprehendendũ Christũ, & nõ audentes apprehendere, quia qñ uoluit tunc apprehensus est, qui uere fortis erat: quare ergo, inquiunt, nõ eum potuistis apprehẽdere? Et rñderũt,
Ioan. 7. Nemo unquã hoium sic locutus est sicut ille. Et illi fortes. Nũquid aliquis pharisæorũ in illũ credidit, aut aliquis scribarum, nisi populus iste nesciens legẽ? Præposuerunt se turbæ infirmę ad medicũ curreti. Vnde nisi qa ipsi fortes erant, & fortitudine sua, qd est grauius, oẽm etiã turbã in se traduxerunt, & me dicum oium occiderũt? Sed & ille eo ꝙ occisus est, de sanguine suo medicamentũ fecit ægrotis. Irruerunt super me fortes Hos maxime fortes aduertite, & uidete utrũ de ulla re præsumendũ sit hoi, quando nec de iustitia pręsumendũ est, sz uidete ubi iaceant ꝓsumẽtes de diuitiis, de uiribus corporis, de nobilitate generis, de dignitate scli, si qs de ipsa iustitia tanq̃ de sua præsumpserit, cadit. Irruerunt sup me fortes. Ex illis fortib⁹ fuit ille uires suas iactans,
Luc. 18. Grãs tibi, inqt ago, qa non sum sicut cęteri hoium,
H iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus ille, Ieiunio bis in sabbato, decimas do oium quę posil deo. Vide fortẽ iactantẽ uires suas, cõtrã urũ longe stantẽ infirmũ attende & per ipsam humilitatẽ propinquantẽ. Publicanus autẽ, inquit, de longinquo stabat, & nec oculos suos audebat i cœlũ leuare, sed pcutiebat pectus suũ dicẽs, Deus, ꝓpitius esto mihi pctõri. Amen dico uobis, descẽdit iustificatus publicanus ille, magis q̃ ille pharisęus. Et unde iusti
Ibidem. tiam. Quia ois qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Irruerunt isti fortes. i. superbi
Rom. 10. qui ignorantes dei iustitiã, & suam iustitiã uolentes constituere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Quid deinde. Neq; iniquitas mea, neq; peccatũ meum dñe.) Irruerunt quidem fortes de iustitia sua præsumentes: irruerunt, sed pctm̃ in me non inuenerunt. Nam utiq; illi fortes. i. uelut iusti, quare possunt per sequi Christũ nisi quasi peccatorem? Sed tamen illi uiderint q̃ fortes sint immanitate febris, non firmitate sanitatis. Viderint illi q̃ fortes sint, & tanq̃ iusti
I contra iniquum sæuierunt. Sed tñ neque iniquitas mea neque pctm̃ meum dñe. Sine iniquitate cucurri, & dirigebar.) Illi ergo fortes currẽtẽ me sequi non potuerunt, ideo pctõrem putauerunt, quia uestigia mea non uiderunt. Sine iniquitate cucurri & dirigebar. Exurge in occursum mihi & uide)Deo dicitur, sine iniquitate cucurri & dirigebar. Exurge in occursum mihi, & uide. Quid enim? Si nõ occurrat, uidere non potest, Tanq̃ si ambulares uiam, & de longinquo ab aliquo cognosci nõ posses, clamares ad eũ & diceres, Occurre mihi & uide quemadmodũ ambulem. Nam qñ de longinquo me attendis, gressum meũ uidere nõ potes. Itáne & deus nisi occurreret nõ uideret, q̃ sine iniquitate iste dirigebatur, & q̃ sine pctõ currebat? Accipere quidem & hoc possumus, Exurge in occursum mihi, adiuua me. Quod autẽ addidit, & uide, intelligendum est, fac uideri qđ curro, fac uideri qđ dirigor, ex illa fi-
Gene. 22. gura qua & illud dictũ est Abrahã, Nũc cognoui ꝙ times deũ Deus dicit, Nũc cognoui. Vnde, nisi quia nũc te feci cognoscere? Ignotus. n. sibi quisq; est an-
Mat. 16. te interrogationẽ tẽtationis. Sicut se Petrus præsu-
& 27. mendo ignorabat, & negando didicit quales uires haberet, in sua tribulatione intellexit falso sese pręsumpsisse, fleuit, & flendo meruit fructuose nosse K
qđ fuit, & esse qđ non fuit. Ergo probatus Abrahã, Gene. 22.
factus est cognitus sibi: & dictũ est à deo, Nũc cognoui, hoc est, nunc te feci cognoscere. Quomodo lætus dies ꝙ facit lætos, & tristis amaritudo, ꝙ contristat gustantem, sic uidens deus, uidere faciens, Exurge ergo, inqt, in occursum mihi, & uide. Quid est, & uide? Adiuua me. i. fac in illis ut uideant cursum meũ, sequantur me, nõ eis uideatur prauũ esse qđ rectũ est: nõ eis uideatur distortũ esse, qđ tenet regulã ueritatis, Qm̃ sine iniquitate cucurri & dirigebar. Exurge in occursum mihi, & uide. Aliquid ẽt medicere admonet in hoc loco capitis ipsius nr̃i sublimitas, qm̃ infirmatus est usq; ad mortem, & assumpsit infirmitatis carnẽ, ut pullos Hierusalẽ col- Mat. 23
ligeret sub alas suas, tanq̃ gallina infirmata cũ paruulis. Non. n. in aliqua aue hoc aliquãdo conspeximus, earũ etiã quæ nidificant ante oculos nostros, sicut parietum passeres, sicut hirundines tanq̃ annuæ nostræ hospites, sicut ciconiæ, sicut aliæ atq; aliæ aues quæ ante oculos nr̃os nidificant, & ouis insidunt, pullos alunt, sicut ipsæ colũbæ, quas quo L
tidie uidemus, aliquãdo auem infirmari cum paruulis nõ agnouimus, nõ aspeximus, non uidimus. Gallina quõ hoc hẽt? Certe notã rem dico, quæ in conspectu nostro quotidie uersatur, quõ raucescit uox, quõ fit hispidũ totũ corpus, dimittuntur alæ, laxant plumę, Et uides circa pullos nescio qd ægrotum, & ea est materna charitas quæ inuenitur infirmitas. Quare ergo dñs nisi pp hoc gallina esse uoluit in sancta scriptura dicens, Hierusalẽ Hierusalẽ quotiens uolui congregare filios tuos tanq̃ gallina pullos suos sub alas, & noluisti? Congregauit autẽ oẽs gentes tanq̃ gallina pullos suos, qui infirmatus est pp nos, accipiens carnẽ à nobis i. à genere hu- Mat. 27.
mano, crucifixus, contemptus, alapis cæsus, flagel- Ioan. 19.
latus, ligno suspensus, lancea uulneratus. Ergo hoc maternæ infirmitatis est, nõ amissæ maiestatis. Cũ ergo talis esset Xp̃s, & ideo contemptus, & ideo lapis offensionis & petra scandali, ideo multi offen- Roma. 9.
derunt in eum. Cum talis ergo esset Xp̃s, & tñ sine 1. Petri. 2
pctõ suscepisset, factus est particeps nr̃æ infirmita- M
tis, nõ iniquitatis: ut ex eo qđ nobiscũ cõmunicauit infirmitatẽ, solueret nr̃am iniquitatẽ. Ideo sine iniquitate cucurri & dirigebar. Quid ergo? Scdm id quod deus est, nõ est agnoscẽdus, & illud solum in eo consyderandum est, quod pp nos factus est, nõ illud qđ nos fecit? Plane etiam illud consyderandũ est, qa magnũ pietatis indicium est nosse quis pro te qd sustinuit. Nõ quicunq; paruus pro te magno, sed ꝓ te infirmo ille summus, qd? Factus paruulus, Philip. 2.
humiliauit se, factus obediens usq; ad mortẽ. Quis est iste q se humiliauit, factus obediẽs usq; ad mortem? Quis? Suprà audi, Qui cũ i forma dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse se ęqualẽ deo Ergo ęqualis deo, semetipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs in similitudinem hoĩum factus, & habitu inuẽtus, ut hõ: & ita exinaniuit, ut assumeret quod nõ erat, non ut amitteret quod erat. Quo ergo se exinaniuit? Quia tibi talis apparuit, qa tibi dignitatẽ quã apud patrem habet, nõ demonstrauit, qa tibi nunc obtulit infirmitatẽ, seruauit purgato postea claritatẽ. Ille ergo patri ęqualis, talis est factus: & tñ in ipsa infirmitate agnoscendus est, nõ uisione sed fide: ut qđ uidere nõdũ possumus, saltẽ credamus, & credẽdo quod

A do quod nõ uidemus,etiã uidere mereamur. Meri-
to posteaq̃ resurrexit ait Mariæ Magdalenæ, cui di-
Ioan.20. gnatus est primitus apparere,Noli me tangere,non
dũ enim ascendi ad patrẽ.Quid est hoc?Paulopost
eũ mulieres tetigerunt. Nã redeuntes à monumen-
Matt.28. to,obuiam sibi factũ adorauerunt,& pedes eius te
Ioan.21. nuerunt,Discipuli etiã cicatrices palpauerũt. Quid
Ioan.20. est ergo, Noli me tãgere,nondum.n ascendi ad pa-
trem : nisi noli quod uides hoc solũ me credere,ne
& hic remaneat aspectus tuus,quasi tactus tu'?Hu-
milis.n.tibi uideor,nondũ ascendi ad patrẽ, unde
& ad uos ascendi,& inde nõ recessi: Nondum illuc
ascendi,qñ uos nõ deserui.Venit nõ recedens,ascẽ-
dit non deserens.Sed quid est quod ascendit ad pa
trem? Quando nobis innotescit æqualis patri.Nos
enim ascẽdimus proficiendo, ut hoc uidere,ut hoc
intelligere,ut hoc utcũq; capere ualeam'.Ideo ergo
distulit tactũ,nõ abstulit, non repulit, nõ negauit.
Psal 18. Nondum.n.inquit,ascendi ad patrẽ.A summo cœ-
lo egressio eius,dicit alius Psalmus,& occursus eius
usq; ad summũ cœli. Summũ cœli.i summũ in oĩ-
bus spiritalibus pater est, Inde excursus eius, & oc-
B cursus eius usq; ad summũ cœli.Occurrit usque ad
summũ.Summũ non dicitur nisi de æquali.Deniq;
cũ aliqua inæqualia cõparamus,& aliquid breue
ad aliquid magnũ applicamus,uidere quantum ad
quantũ sit,si inæquale inuenerimus,ita solemus lo
qui,Non occurrit:Si autẽ æquale sit,occurrit.Ergo
occursus eius usq; ad summũ cœli,quia æqualis est
patri. Talẽ se uolebat innotescere fidelib' suis, qui
dixerat,Noli me tangere.Hoc uolebat p̃stari à patre
fidelib' suis,qui dicebat,Exurge in occursum mihi
& uide, innotesce q; tibi æqualis sim & uide. Quid
est,& uide? Fac uidere q; tibi æqualis sim. Quãdiu
Ioan.14. mihi Philippus dicit,Ostẽde nobis patrem & suffi-
cit nobis:quãdiu ego dicam, Tanto tempore uobi
scum sum,& patrem nõ nostis?Philippe,qui me ui-
det,uidet & patrem. Nõ credis quia ego in patre,&
pater in me est? & adhuc forte nõ credit æqualem,
Exurge in occursum mihi & uide.Fac me uideri,fac
te uideri, fac notã hominibus æqualitatem nostrã.
Nõ putent Iudæi se hominem crucifixisse,Quanuis
in eo non crucifixum sit,nisi inquantũ homo erat,
1.Cor.2. tamen nõ cognouerunt quẽ crucifixerunt. Si n.co
C gnouissent, dñm gloriæ nunquam crucifixissent.
Hunc dñm gloriæ ut nouerint fratres mei fideles,
Exurge in occursum mihi & uide. Et tu dñe deus
uirtutum,deus Israel.) Tu deus Israel qui non puta
ris nisi deus Israel solius, qui non putaris nisi deus
unius gentis,quæ te colit,cum omnes gentes idola
colant, Tu deus Israel. Intende ad uisitandũ om-
nes gentes.) Impleatur ista prophetia in qua Esaias
ex persona tua alloquitur Ecclesiam tuam sanctã
ciuitatem tuam sterilem, illam cuius multi filij de-
Esa.54. sertæ magis q̃ eius q̃ habet uirum. Ei quippe dictũ
Gal.4. est : Lætare sterilis q non paris,erumpe & exclama
quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis q̃
eius quæ habet uirum : magis q̃ gentis Iudææ quæ
habet uirum,quæ accepit legem, magis q̃ eius gen-
tis quæ habuit euidentem regem. Nam tuus rex la-
tet, & plures tibi filij sunt ex occulto sponso. Ergo
Esa.54. ei dicitur,Multi filij desertę,magis q̃ eius quę habet
uirum.Deinde adiungit Propheta,Dilata locum ta
bernaculi tui, & aulas tuas confige, Non est quod
parcas, extende lõgius funiculos tuos, & palos ua-
lidos constitue etiam atq; etiam in dexteram atq; si D
nistram.In dextera tene bonos,in sinistra tene ma- Matt.25.
los,donec ueniat uentilabrũ, posside tamẽ omnes Matth.3.
gẽtes.Inuitentur ad nuptias boni & mali,implean- Matt.22.
tur nuptiæ recumbentium. Seruorũ est inuitare,do
mini sperare. Etiam atq; etiam in dexterã atq; sini-
stram extende. Semen.n.tuum hæreditabit gentes, Esa.54.
& ciuitates q̃ desertæ erant inhabitabis. Desertæ à
Deo,desertæ à Prophetis,desertæ ab Apostolis,de-
sertæ ab Euangelio,plenæ dęmonijs. Ciuitates quę
desertæ erant inhabitabis,nõ est quod metuas. Pręua-
lebis.n.nec erubescas quod detestabilis fueris,
Ergo quia insurrexerunt super te fortes, ne erube-
scas,quando contra nomen Christianũ leges fere- † al.infa
bãtur,qñ ignominia & blasphemia † erat esse Chri mia.
stianum,Ne erubescas q; detestabilis fueris. Confu Esa.54.
sionem.n.in perpetuũ obliuisceris, ignominiæ ui-
duitatis tuæ nõ eris memor, qm̃ ego sum dominus
qui facio te, Dominus nomen est ei, & qui eruit te,
ipse dominus deus Israel uniuersę terræ uocabitur.
Et tu domine deus uirtutum,deus Israel,intẽde ad
uisitandum omnes gẽtes.Intende inquã ad uisitan Psal.67.
dum omnes gentes. Non miserearis omnium qui E
operantur iniquitatem.) Hic planè terruit. Quem
non terreat? Quis ad suam cõscientiam rediens nõ
contremiscat? Quæ etiam sibi conscia est pietatis,
mirũ nisi aliquid conscia sit etiam iniquitatis? Qui 1.Ioan.3.
cunq;.n.peccatum facit, & iniquitatem facit. Si.n.
iniquitates obseruaueris domine, domine quis su-
stinebit? Et tamen uerum est,nec frustra dictũ,nec
uacare omnino potest, aut poterit, non miserearis
omnium qui operantur iniquitatem. Sed ecce mi- Psal.129.
sertus est Pauli, qui primo Saulus operabat̃ iniqui-
tatẽ.Quid.n.fecit boni,unde promereretur deum?
Nónne sanctos eius ad mortem attrahebat? Nóne
ep̃las à principibus sacerdotũ ferebat, ut ubicunq;
Christianos inueniret,ad pœnã raperet? Nónne id Act.9
agens,eó tendens,& cædem spirans & anhelans,si-
cut de illo scriptura attestatur, de cęlo uocatus est,
uoce sublimi deiectus,erectus,excæcatus,illumina
tus,occisus,uiuificatus,p̃ditus,redditus?Quo meri
to? Nihil nos dicamus,ipsum potius audiam'. Qui 1.Timo.1.
prius fui,inquit,blasphemus,& p̃secutor,& iniurio
sus,sed misericordiam cõsecutus sum, Ergo nõ mi-
serearis oĩum qui operantur iniquitatem. Hoc duo F
bus modis intelligi potest : Siue q̃a omnino nulla
peccata impunita relinquit deus, Siue q; est q̃dam
iniquitas,quã qui operant̃,omnino eorũ deus non
miseretur.Secundũ istos duos modo breuiter quã-
tum tẽporis sufficit, aliquid loquamur charitati ue
stræ. Iniquitas omnis parua magnáue sit, puniatur
necesse est,aut ab ipso hoĩe pœnitẽte,aut a deo uin
dicante. Nam & quẽ pœnitet,punit seipsum. Ergo De uera
fratres puniamus nostra peccata, si q̃rimus miseri- & falsa
cordiã dei.Non potest deus misereri omnium ope- pœniten.
rantium iniquitatẽ quasi blãdiens peccatis,aut nõ cap.10.
eradicans peccata,Prorsus aut punis,aut punit. Vis
nõ puniat? Puni tu. Nã & illud fecisti qđ impunitũ
esse nõ possit, sed à te puniatur potius, ut facias qđ
in illo Psalmo scriptũ est, Præueniamus faciẽ eius Psal.54.
in cõfessione. Quid est, Præueniamus faciẽ eius in
cõfessione? Antequã ipse attendat ut puniat,tu p̃-
ueni confitendo & puni. Non ille inueniat qđ pu-
niat, quia cũ tu punis iniquitatem, facis æquitatẽ,
Et ideo tui miserebitur deus, quia iam te operantẽ

G æquitatẽ inuenit deus. Quid est, operantem ęquitatem? Quia hoc in te odisti, quod & odit ille, ut incipias placere deo, dũ hoc in te punis quod displicet deo. Nam nõ potest impunitũ relinqui peccatum, quia uerũ est, Non miserearis omnium qui operantur iniquitatẽ. Sed uideamus iam alium modum, quo hæc sentẽtia posit intelligi. Est q̃dã iniquitas, quam qui operatur nõ potest fieri ut misereatur ei deus. Quæritis fortè quæ nam illa sit? Ipsa est defensio peccatorũ. Quando quisq; defendit peccata sua, magnam iniquitatẽ operatur. Hoc defendit quod deus odit. Et uidete q̃ peruerse, q̃ inique: Si qd boni fecerit, sibi uult imputari: si quid mali, deo. Nam hoc modo defendunt homines peccata sua ex dei psona, quod peius est. Quid est hoc? Nemo est qui audeat dicere, bonũ est adulterium, bonum est homicidium, bona fraus, bonũ periurium, null⁹ prorsus hominũ. Nã qui illa etiam faciunt, clamant mala hæc esse q̃n patiuntur. Omnino ergo non inuenies animã tam puerlam, tam extorrem a societate generis humani, & à participatione cõmunis sanguinis ex Adã, cui uideatur bonũ esse adulterium

H sicut dixi, fraus, rapina, periurium. Sed q̃uo ea defendunt? Si deus noluisset, nõ id fecissem. Quid uis faciam fato meo? Iam q̃ris quid sit fatum. Curris ad stellas, Quæris quis fecerit, & ordinauerit stellas, *Gene.1.* Deus est Ergo ad hoc peccatũ tuũ defendis, ut deũ accuses. Ideo excusat reus, ut culpet iudex. Prorsus talem iniquitatẽ operantiũ, nõ miseretur deus. Nõ miserearis omniũ qui operantur iniquitatẽ. Persequere, inquit, peccata eorũ, puni, cõpunge, conuerte illos ante se qui se ponũt post se: & erubescant de se, ut gaudeant de te. Non miserearis omnium qui operantur iniquitatẽ. Conuertantur ad uesperũ.) Nescio quos dicit quondã operatores iniquitatis, *Marci.16* & quondã tenebras conuerti ad uesperũ. Quid est, ad uesperũ? Postea. Quid est, ad uesperũ? Serius. Po- *Acto.2.* stea, quid est? Ad uesperũ. Ante.n. debuerant q̃ crucifigerent Xpm medicum agnoscere. Quare iam eo crucifixo, resurgente, in cœlum ascendente, postea q̃ misit spiritum suũ sanctum, quo repleti sunt illi qui in una domo erant, & cœperunt loqui linguis omnium gentium, expauerũt crucifixores Xpi, Cõpuncti sunt de conscientia sua, cõsilium salutis ab

I Apostolis petierunt, audierunt, Agite pœnitentiã, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi, & dimittentur uobis peccata uestra. Post occisum Christũ, post effusum Christi sanguinẽ dimittuntur peccata uestra. Ille sic uoluit mori, ut sanguine suo etiam effusores eiusdẽ sanguinis redimeret. Fudistis sæuientes, bibite cõfitentes. Merito conuertentur ad uesperum. Et famem patientur ut canes.) Canes gẽtes Iudęi dixerunt, tanq̃ immundos. Nam inde & ipse dñs cũ post eum clamaret Chananæa q̃dam mulier, nõ Iudęa, ad suam filiam curandam conuertere uolens eius misericordiam. Ille omnia præuidens, omnia sciens, sed fidẽ eius ostendere uolens, distulit beneficium, & eam *Matth.15.* suspendit. Et q̃uo distulit? Non sum, inquit, missus, nisi, ad oues q perierunt domus Israel Israel, oues. Gentes quid? Non est bonum panem sumere filiorum, & mittere canibus. Gentes ergo canes appellauit, propter immunditiam. Quid autem illa mulier esuriens, hoc magis non repulit? Suscepit humiliter conuitium, & meruit beneficium. Neq; .n. conuitiũ illud dicendum erat quod à domino dictum erat. K Seruus si aliquid tale domino dicat, cõuitium est. Dñs autem cũ tale aliquid seruo dicat, dignatio potius dici potest. Ita, inquit, domine. Quid est, ita? Verum dicis, Prorsus uerũ dicis, canis ego sum. Sed & canes, inquit, edunt de micis q̃ cadunt de mẽsa dominorũ suorũ. Et continuo dominus, O mulier, magna est fides tua. Iam dudum canis, modo mulier. Vnde iam mulier quæ pauloante canis? Cõfitendo humiliter, nõ repellendo quod à dño dictum erat. Ergo gentes canes, & ideo esurientes. Bonum est & Iudæis ut agnoscant se peccatores. Et licet ad uesperã conuertant, & famẽ patiantur ut canes. Nã male saturatus erat ille q dicebat, Ieiuno bis in sabbato, *Luca.18.* Ille aũt Publicanus canis erat famẽ patiens, & inde beneficiũ dñi esuriebat, cũ dicebat, Propitius esto mihi peccatori. Conuertant ergo & illi ad uesperã, & famem patiantur ut canes, Desyderent gr̃am dei, intelligãt se pecccatores. Fortes illi fiãt infirmi, diuites illi fiant pauperes, iusti illi agnoscant se peccatores, leones illi canes fiant. Conuertant ad uesperã, & famẽ patiant ut canes. Et circuibunt ciuitatẽ.)

L Quã ciuitatem? Mundum istum, quẽ quibusdã locis uocat scriptura ciuitatẽ circunstantiæ. i. quia in omnib⁹ gentibus undiq; circũfuderat mũdus unã gentem Iudæorũ, ubi talia gerebantur, & appellabatur ciuitas circũstantiæ. Istã ciuitatem circuibunt illi iam canes facti esurientes. Q̃uo circumibunt? *Psal.59.* Euangelizando. Saulus ex lupo canis factus est ad *Acto.9.* uesperam. i. serò conuersus, De micis domini sui in gratia eius cucurrit, & circumiuit ciuitatem. Ecce ipsi loquent in ore suo, & gladius in labijs eorum.) Iam ille gladius bis acutus, de quo Apostolus dicit, *Apoca.1.* Et gladium spiritus, quod est uerbũ dei. Quare bis *Ephe.6.* acutus? Quare, nisi quia ex utroq; testamento feriens? Hoc gladio mactabantur de quib⁹ dicebat Petro, Macta & manduca. Et gladius in labijs eorum. *Acto.10.*

Quoniã quis audiuit.) Loquentur in ore suo, qs audiuit? id est, stomachabunt aduersus pigros ad fidẽ: qui pauloante & ipsi credere nolebãt, tædium de nõ credentibus patiuntur. Et uere fratres contingit. Vides hominẽ pigrum antequã sit Christian⁹, Clamas ad illũ quotidie, uix cõuertitur. Tandẽ cõuersus, conuertere uult etiam omnes & facere Christianos, & miratur quia nondũ sunt. Excidit illi q M ad uesperã cõuersus est. Sed quia factus est esuriens sicut canis, habet etiam in labijs gladiũ, Dicit, Quis audiuit? Quid est, qs audiuit? Quis credidit auditui *Esa.53.* nostro, & brachium domini cui reuelatũ est? Q̃m *Rom.10.* quis audiuit? Non credunt Iudęi, & cõuersi sunt ad gentes & annunciauerunt. Iudæi non credebant, & tamẽ per credentes Iudæos Euangeliũ circumibat ciuitatẽ, & dicebãt, Quoniam quis audiuit? Et tu dñe deridebis eos.) Quis audiuit? Omnes gentes Christianæ futuræ sunt, & uos dicitis, qs audiuit? Quid est, deridebis eos? Pro nihilo habebis oẽs gentes.) Nihil ante te erit, quia facillimum erit ut credant in te omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam.) Illi enim fortes ideo ceciderunt, quia fortitudinem suam ad te non custodierunt. i. illi qui super me insurrexerunt & irruerunt, de se p̃sumpserunt. Ego autem fortitudinem meam ad te custodiam, quia si recedo, cado: si accedo, fortior fio. Videte enim quid est fratres in anima humana. Non habet ex se lumẽ, nõ habet ex se uires. Totum

A autem quod pulchrum est in anima, uirtus & sapientia est. Sed nec sapit sibi, nec ualet sibi, nec ipsa sibi lux est, nec ipsa sibi uirtus est. Est qdā origo fonsq; uirtutis, est qdam radix sapientiæ, est quædam, ut ita dicā, si & hoc dicendum est, regio incommutabilis ueritatis. Ab hac aīa recedens tenebratur, accedens illuminat̄. Accedite ad eum & illuminamini, *Psal. 33.* q̄a recedendo tenebramini. Ergo fortitudinē meā ad te custodiā, Non a te recedam, non de me præsumam Fortitudinē meam ad te custodiam. Quia deus susceptor meus es.) Vbi .n. erā, & ubi sum? Vnde me suscepisti? Quas iniquitates meas dimisisti? Vbi iacebā? Quō erectus sum? Ergo hoc meminisse *Psal. 26.* non debeo qd̄ in alio Psalmo dicitur, Qm̄ pr̄ meus & mater mea dereliquerunt me, dn̄s autem assumpsit me? Fortitudinē meā ad te custodiam, qa deus susceptor meus es. Deus meus misericordia eius pueniet me.) Ecce qd est, fortitudinē meā ad te custodiam? De me omnino nihil præsumam Quid .n. attuli boni, ut mei mifereretis, & me iustificares? Quid in me inuenisti, nisi sola peccata? Tuū nihil aliud nisi natura quā creasti, cætera mala mea q̄ de B leuisti Nō ego prior ad te exurrexi, sed tu ad me excitandū uenisti. Nā misericordia eius pueniet me. Antequā aliqd boni ego faciam, misericordia eius præueniet me. Quid hic respondebit infœlix Pelagius? Deus meus demonstrauit mihi in inimicis meis.) Quid ait? Quantā circa me exhibuerit misericordiā, in inimicis meis mihi demonstrauit Relictis cōparet se collectus, & repulsis electus, Cōpa*Roma. 9.* ret se uasis iræ uas misericordiæ, & uideat qa ex una massa fecit deus, aliud uas in honorē, aliud in contumeliam. Quid est, demōstrauit mihi in inimicis meis? Si .n. deus uolens ostēdere irā, & demonstrare potentiā suā attulit in multa patientia uasa iræ, q̄ perfecta sunt in perditionē. Et pp quid hoc? Vt notas faceret diuitias suas in uasa misericordiæ. Si ergo uasa iræ attulit, in quibus notas faceret diuitias suas in uasa misericordiæ, rectissime dictū est, Misericordia eius pueniet me. Deus meus demōstrauit mihi in inimicis meis, id est, quantam circa me habuit misericordiā, in illis mihi demonstrauit circa quos nō habuit. Nisi .n. debitor suspēdatur, minus C agit g̃ras cui debitū relaxat̄. Deus meus demōstrat mihi in inimicis meis. De ipsis autē inimicis quid? Ne occideris eos, neq̄n obliuiscant̄ legis tuæ.) Rogat pro inimicis suis, implet pceptum. Quid est, ne miserearis oium q operantur iniquitatem, & ne occideris eos neq̄n obliuiscantur legis tuæ? Quō nō miseretur oīum q operantur iniquitatem, & quō non occidit eos ne obliuiscātur legis tuæ? Sed hic de inimicis suis dixit. Quid ergo? Inimici eius æquitatē operantur? Sed q ei inimicantur æquitatē operantur. Ergo ipsi iniquitatē non operantur? †Sed quia ipse æquitatē opatur. Porrō q æquitatem operatur, pfecto iniquitatē ab inimicis patitur. Restat ut qui iusto inimicantur, iniquitatē opentur. Vnde ergo paulo superius, Non miserearis oium qui operātur iniqtatē, & nunc de inimicis suis ne occideris eos, neq̄n obliuiscantur legis tuæ? Quō non miserearis omnium qui operantur iniquitatem, & quō nō occidit eos ne obliuiscantur legis tuæ? Non ergo miserearis eorum, ut occidas peccata eorum. Ne occidas eos quo, peccata occidis. Quid est autem occidi? Obliuisci legis dn̄i. Ipsa est uera mors, in pfundum ire peccati.

†al. Si quis ei inimicantur æquitatē operantur, ergo ipse iniquitatem operatur.

Potest quidē & hoc de Iudæis D intelligi. Quid de Iudæis? Ne occidens eos, neq̄n obliuiscantur legis tuæ. Istos inimicos meos ipsos qui me occiderunt, noli tu occidere. Maneat genus Iu- *lib. 18 de* dæorū, certe uicta est a Romanis, certe deleta ciui- *ciuit. dei* tas eorum, non admittuntur ad ciuitatē suam Iu- *cap. 48.* dæi, & tn̄ Iudæi sunt: nam oēs istę prouinciæ a Ro *In fine.* manis subiugatæ sunt. Quisnam non cognoscit gētes subiectas imperio Romano? Quæ quidē erant qn̄ oēs Romani facti sunt, & omnes Romani dn̄r Iudæi tn̄ manent cum signo: nec sic uicti sunt ut a uictoribus absorberentur. Non sine causa Cain il- *Gene. 4.* le est q cum fratrem occidisset, posuit in eo deus signum, ne quis eum occideret. Hoc est signū qd habent Iudæi: tenent omnino reliquias legis suę, circunciduntur, sabbata obseruāt, pascha immolant, azyma comedunt. Sunt ergo Iudæi, nō sunt occisi, necessarij sunt credentibus gentibus. Quare hoc? Vt demonstret nobis inimicis nr̄is misericordiam suā. Deus meꝰ demonstrauit mihi in inimicis meis. In ramis superbiæ præcisis, inserto misericordiā suā *Rom. 11.* demonstrat oleastro. Ecce ubi iacet q superbi erāt, ecce ubi insertus es q tunc iacebas, & tu noli super E bire ne pcidi merearis. Deus meus ne occideris eos, ne qn̄ obliuiscantur legis tuæ. Disperge eos in uirtute tua.) Iam factū est, per oēs gentes, dispersi sunt Iudæi testes iniquitatis suæ, & ueritatis nr̄æ. Ipsi habent codices, de quibus pphetatus est xp̄s, & nos tenemus Christum. Et si forte qn̄ aliquis paganus dubitauerit, cum ei dixerimus prophetias de xp̄o, quarum euidentiam obstupescit, & admirans putauerit a nobis esse cōscriptas, de codicibus Iudæorum probamus, quia hoc totum antē pdictum est. Videte quemadmodū de inimicis nostris alios cōfundimus inimicos. Disperge eos in uirtute tua: tolle illis uirtutē, tolle illis fortitudinē eorum. Et deduc eos protector meus dn̄e. Delicta oris eorū sermones labiorum eoꝵ, & comprehendantur in superbia sua. Et ex maledicto & mendacio annunciabūtur consummationes in ira cōsummationis, & nō erunt.) Obscura sunt, & timeo ne non insinuētur bene. Iamiam audiendo fatigati estis. Itaq; si placet charitati uestræ, q̄ restant, in crastinū differamus. Adiuuabit dn̄s ut uobis debitum persoluamus, qa F de illo magis quàm de nobis promittimus.

Concio secunda de secunda parte eiusdem Psalmi.

Hesternus sermo pıractꝰ, debitorē me in hodiernum reliqt. Quia ergo dn̄s uoluit, reddendi tp̄s aduenit. Quam uero sumus nos deuoti redditores, tā debetis nos esse auidi exactores: Hoc est, ut quod ille donat, & nos reddimꝰ: ille enim dn̄s, nos serui sumus, sic accipiatis ut sit fructus in auditione uestra de uita uīa. Cultus .n. ager fructum non reddens, & ingratus agricolæ, pro fru- *Hebr. 6.* gibus spinas afferēs, non horreū, sed ignē qrit. Dn̄s autem deus noster, sicut enim uidetis bonā hāc terram uisitare imbribus solennibus, ita cor nr̄m uerbo suo tanquā agrū suum uisitare dignat̄, & de corde nr̄o fructus qrit, quia nouit & quid ibi seminet, & quantū pluat. Et qa reuera nihil sine illo sumus, quia & antequā essemus, nihil eramus, & qsquis iā homo est, & sine illo esse uoluerit, nihil aliud q̄ hō peccator erit, uerumq; est quod hic dictum est: Fortitudinem meam ad te custodiam, qm̄ quicqd possumus, nisi apud illum & ad illum seruemus, recce-

G dendo amittimus. Vigilare debet semper mẽs nr̃a, non ab illo recedere, sed & si longe erat, magis magisq́; propinquare & accedere, non gressu pedum, non subuectione uehiculorum, non celeritate animalium, nõ eleuatione pennarum, sed puritate affectuũ, & probabilitate sanctorum morum. Videamus ergo quid restat de hoc Psalmo. In hoc.n. dimiseramus, cũ cœpisset de inimicis suis loq dicens deo: Ne occideris eos, ne qñ obliuiscantur legis tuæ.) Quãuis eos inimicos suos esse dixerit, rogauit tñ deũ ne occiderentur & obliuiscerentur legem ipsius. Non tñ tenere legem, id est, non obliuisci legis, iam perfectio est, & quasi securitas de præmio, & nulla solicitudo de supplicio. Sunt.n. qui tenent legẽ memoria, & non implent uita: q uero implẽt uita, nõ possunt non tenere memoria. Ergo q moribus præcepta dei facit, & quodãmodo uiuendo semp in corde suo ne deleat, agit quod tenet, uiuẽdoq; semper commemorat quid ei in corde scriptum sit de lege dei, ipse fructuose tenet legẽ dei, ipse non inimicus deputabitur: nam ecce inimici Iudæi, quos uidet significare Psalmus iste, legẽ dei tenent, & ideo de

H illis dictum est, Ne occideris eos, ne qñ obliuiscantur legis tuæ: ut gens Iudæorum maneret, & ea manente cresceret multitudo Christianorum. Per oẽs gentes manent certe, & Iudæi sunt, nec destiterunt esse quod erãt: id est, gens ista non ita cessit in iura Romanorum, ut amiserit formam Iudæorum, sed ita subdita Romanis est, ut ẽt leges suas teneat, quæ le-

Matt.23. ges sunt dei: Sed quid in illis factum est? Decimatis

Luc.11. mentham & cyminum, & reliqstis q grauiora sunt legis, misericordiam & iudiciũ, liquantes culicem, camelum aũt glutientes. Hoc eis dñs dicit, & reuera ita sunt: tenent legem, tenent prophetas, legunt omnia, cantant omnia: lucem prophetarum non ibi uident, qui est Christus Iesus. Non eum.n. solũ nũc non uident cum sedet in cœlo, sed nec tunc uiderunt qñ inter illos humilis ambulabat, & facti sunt rei fundendo sanguinem eius, sed non omnes. Hoc & hodie commendamus charitati uestræ, nõ oẽs, qa multi eorum conuersi ad deum quem occiderũt, & in eum credendo, ueniã de effusione ipsius sanguinis meruerunt, exemplumq́; præbuerunt homi-

I nibus q non debeant diffidere dimitti sibi qualecunq; peccatum, qñ & interfectio Christi dimissa est confitentibus. Inde ergo dictum est, qa deus susceptor meus es, deus meus, misericordia eius præueniet me, hoc est, ante omnia merita mea bona præuenit me misericordia ipsius, & si nihil in me boni inuenerit, ipse me facit bonũ, & ipse iustificat con-

Roma.4. uersum, & ipse admonet ut cõuertaf auersus. Deus meus, inqt, iterum demonstrauit mihi in inimicis meis, id est, quantũ me diligat, quantumq; mihi largiatur de bonitate sua, ex comparatione inimicorum

Roma.4. meorum mihi ostendit, qa cum sint ex una massa uasa iræ & uasa misericordiæ, p uasa iræ discunt uasa misericordiæ, quantũ illis deus largiaf boni. Et deinde ne occideris eos, ne qñ obliuiscanf legis tuæ, hoc dictũ est de Iudæis. Sed qd illis facies? Disperge eos in uirtute tua.) Ostende illis, qa tu fortis es, non ipsi q de uirtute sua præsumendo, ueritatẽ tuã non cognouerunt, non quales ipsi fortes sunt, de q bus dictũ est, Irruerunt in me fortes: sed qualis tu fortis ad dispergendũ eos. Et deduc eos protector meus dñe.) Id est, sic eos disperge ut non eos deseras, ne qñ obliuiscanf legis tuæ: & in eoipso me pro- K

tegas, ut de ipsorum dispersione habeã testimonium misericordiæ tuæ. Et sequitur: Delicta oris eorũ, sermonem labiorum eorum.) Quo coniungif, quo connectitur ista sñia? Delicta, inquit, oris eorum, sermonem labiorum eorũ. Sequentia non ita connectuntur, ut doceant nos quo coniungatur ista sñia. Delicta, inqt, oris eorum, sermones labiorũ eorum, & comprehẽdanf in superbia sua, & ex maledicto & mendacio annunciabunf consummationes, in ira consummationis, & non erunt. Hoc obscurum etiã heri dixeramus, & ideo ad recentiores mentes uras expositionem distuleramus. Nunc itaq; qm̃ nondũ fatigati estis ad audiendum, erigite corda uestra ut adiuuetis me intentione, ne forte in obscuritate & perplexitate aliquantum sermo noster nõ sufficiat intentioni uestræ, & debetis aliquid & à nobis afferre, ut quod nos dicendo non impleuerimus, intelligendo suppleatis. Sic ergo posita est ista sñia in medio, ut quo iungatur, non facile uideamus. Delicta oris eorũ, sermonem labiorum eorum. Recurramus ergo ad superiora, qm̃ cũ dixerat: Ne occideris eos, ne qñ obliuiscantur legis tuæ, quos tñ dixerat ini- L

micos, adiũxit duos uersiculos: Disperge eos in uirtute tua, & deduc eos protector meus dñe. Et continuo intulit: Delicta oris eorum, sermonem labiorum eorum, hoc est, illud occide, nõ ipsos: non ergo occideris eos, ne qñ obliuiscantur legis tuę: sed est qd in illis occidas, ut impleas quod supra dictum est, non miserearis oĩum q operantur iniquitatem. Disperge ergo illos & deduc eos, id est, noli deserere cum dispergis, qa non deserendo habes quod in illis agas cum ipsos non occidis. Quid ergo occides? Delicta oris eorum, sermonem labiorum ipsorum. Quid Matt.27.

in illis occides? Crucifige crucifige, quod clamaue Ioan.19.

runt, non q clamauerunt. Illi.n. Christũ delere, interimere, perdere uoluerunt: tu autẽ resuscitando xp̃m quem perdere uoluerunt, occidis delicta oris eorũ, sermonem labiorum eorum. Quippe quem perdendum clamauerunt, uiuere expauescãt, & quem in terra contẽpserunt, in cœlo adorari ab oibus gẽtibus admirentur. Sic occidantur delicta oris eorum, & sermones labiorum eorum: Et comprehendantur in superbia sua.) Quid est cõprehendantur in superbia sua? Quia frustra irruerũt fortes, & quasi cessit M

illis ut aliqd sibi fecisse niderentur, & præualuerũt Psal.19

dño. Potuerunt hominem crucifigere, potuit infirmitas præualere & uirtus occidi, & uisi sibi sunt aliq uelut fortes, uelut potentes, uelut præualentes, uelut leo paratus ad prædam, uelut tauri pingues, sicut

eos alio loco commemorat: Tauri pingues obsede Psal.21.

runt me. Quid aũt fecerunt in xp̃o? Non uitam, sed mortẽ occiderunt. Extincta quippe morte in moriente & resurgẽte uita de morte in uiuẽte: etenim & ipse se resuscitauit, qa erat in illo & qd mori non

potuit, quid fecerunt? Audi quid fecerunt: Solue- Ioan.2.

runt templum. Quid uero ipse fecit? Triduo resuscitauit illud. Per hoc ergo occisa sunt delicta oris eorum, & sermo labiorum eorum. Et quid iam factum est illis qui conuersi sunt? Et cõprehenduntur in superbia sua. Dictum est.n. illis, quia ille quem occiderunt, resurrexit. Crediderunt eum resurrexisse, Acto.1.

qa uiderũt eum in cœlo positum, spiritum sanctũ & 2.

inde misisse, & eos qui in illum crediderunt impleuisse, & inuenerunt se & nihil dãnasse & nihil fecisse: Factum

A ſe: Factum eorũ in irritum uenit, peccatũ remanſit.
Quia ergo factum euacuatũ eſt, peccatũ antẽ man
ſit ſuper facientes, cõprehenſi ſunt in ſuperbia ſua,
uiderunt ſe ſub iniquitate ſua. Reſtabat ergo ut cõ
fiterent peccatũ,& ille ignoſceret qui peccantibus
ceſſerat, & mortẽ ſuam donaret occiſus à mortuis,
†al. donaret occiſus, reſurgẽs à mortuis. † & uiuificans mortuos. Cõprehenſi ſunt ergo i ſu
perbia ſua. Et ex maledicto & mẽdacio annuncia
bunt cõſummationes in ira cõſummationis & nõ
erũt.) Et hoc difficile intelligitur quo iungat,& nõ
erunt. Quid nõ erunt? Videamus ergo ſuperiorem
textũ: cũ cõprehenſi fuerint in ſuperbia ſua,annũ-
ciabunt ex maledicto & mẽdacio cõſummationes.
Quę ſunt cõſummationes? Perfectiones: cõſumma
ri enim perfici eſt. Aliud eſt cõſummari,aliud con-
ſumi : cõſummatur.n. quod ſic finitur ut perficiat,
cõſumitur quod ſic finitur ut nõ ſit. Superbia non
pmittebat hominẽ perfici, nihil ſic impedit perfe-
ctionẽ. Intẽdat quippe charitas ueſtra paulũ ad id
quod dico,& uidere malũ nimis moleſtũ, nimis ca
uendũ. Quale malũ putatis? Quàm diu exaggerem
B qd mali ſit in ſuperbia? Diabolus inde ſolũ punien
dus eſt: certe princeps eſt omniũ peccatorum,certe
ſeductor eſt ad peccandũ. Non ei imputatur adul-
teriũ,nõ uinolentia,nõ fornicatio,non rapina rerũ
alienarum,ſola ſuperbia lapſus eſt. Et qm̃ ſuperbię
comes eſt inuidentia, fieri non poteſt ut ſuperbus
nõ inuideat: ex hoc uitio quod ſuperbiam neceſſa-
rio ſequitur,lapſus etiã inuidit ſtanti,& dedit ope-
rã ſeducere hominẽ, ne illo leuaretur unde ille deie
ctus eſt: & ideo ſatagit uera pſuadere peccata, quia
talem iudicẽ habemus ubi obijcere falſa nõ poſsit.
Nã ſi apud iudicẽ hominẽ ageretur cauſa nr̃a, quẽ
poſſet fallere criminationibus falſis,nõ multũ age-
ret ut peccaremus, qa iudicẽ fallendo & innocẽtes
poſſet opprimere,& circumuentos ad ſe traducere,
& ſecũ condemnari facere. Nunc uerò quia ſcit talẽ
iudicem qui falli non poſsit, & quia ſcit eum iuſtũ,
perſonas accipere nõ poſſe,tales ei reos quærit per-
ducere, quos neceſſe ſit ut damnet, quia iuſtus eſt.
In tertia regu.ca.5. Dat itaq; operã ut peccemus ſola inuidentia,q̃ inui
dentia neceſſe eſt ut comitet ſuperbiam. Hoc ergo
malũ ſuperbia eſt,impediens perfectionẽ. Iactet er-
C go ſe quiſque de diuitijs, iactet de pulchritudine &
de uirib⁹ corporis: iſta certe oia mortalia ſunt: Ri-
dẽdi ſunt qui ſe de mortalib⁹ iactant,a qbus rebus
plerũq; aut uiui deſerunt, aut mortui eas neceſſe eſt
ut deſerant. Illud eſt uitiũ capitale, quod cũ quiſq;
bene profecerit, ſuperbia tentat, ut perdat totũ qd'
profecit. Deniq; omnia uitia in malefactis timenda
ſunt, ſuperbia in benefactis plus metuenda eſt. Nõ
2. Cor. 12. itaq; mirũ,quia ſic eſt humilis Apl's ut dicat: Qñ in-
firmor,tunc fortis ſum : nã hoc uitio ne & ipſe ten-
taretur,quale ſibi medicamentũ dicit appoſitũ cõ-
tra tumorẽ à medico,qui ſciret qd curaret? Ne ma-
gnitudine,inquit,reuelationum extollar, datus eſt
mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ qui me
colaphizet : propter quod ter dñm rogaui, & dixit
mihi, Sufficit tibi gr̃a mea : nã uirtus in infirmitate
perficitur. Videte q̃ ſunt cõſummationes,Apl's do-
ctor gentium,pater fidelium per Euangelium,acce
pit ſtimulum carnis à quo colaphizaretur. Quis no
ſtrum hoc dicere auderet, niſi ille confiteri nõ eru-
beſceret? Si.n. dixerimus hoc nõ paſſum fuiſſe Pau-
lum,cum ei quaſi honorem deferimus, mendacem
facimus. Sed quia uerax eſt, & uerũ dixit, Oportet D
ut credamus datũ illi eſſe angelum ſatanæ, ne ma-
gnitudine reuelationũ extolleretur. Ecce q̃ timen-
dus eſt ſerpens ſuperbiæ. Quid itaq; factũ eſt iſtis?
In peccato ſuo cõprehenſi ſunt, quia Chriſtũ occi-
derunt, & de ipſa magnitudine peccati plus humi-
liati ſunt,& maiore humilitate erigi meruerũt, hoc
eſt,cõprehendãtur in ſuperbia ſua: & ex maledicto
& mendacio annunciabuntur conſummationes.i.
ideo magis perficientur, qa in maledicto & menda
cio deprehenſi ſunt. Superbia quippe eos nõ pmit-
tebat perfici: facinus abſtulit ſuperbiam p eorũ con
feſsionẽ, indulgentia deleuit facinus per dei miſera
tionẽ,& ex maledicto & mẽdacio annunciatę ſunt
cõſummationes.i. dictum eſt homini, Vidiſti quid
ſis,ſenſiſti quid ſis,erraſti,excæcatus es,peccaſti &
lapſus es,agnouiſti infirmitatem tuam,ſupplica me
dico, noli tibi uideri ſanus. Vbi eſt phreneſis tua?
Ecce medicum occidiſti, quem occidendo perdere
non potuiſti,tamen quantũ ad te pertinuit, occidi-
ſti. Ex maledicto & mendacio annunciabuntur cõ
ſummationes. Feciſtis quod ad maledictũ pertine-
bat,ó Iudæi: Maledictus.n. omnis qui pendet in li- E
gno, Crucifixiſtis.n. Chriſtũ, tanquã maledictum Deut. 21.
putaſtis. Adde maledicto mẽdacium. Cuſtodes ad Gal. 3.
ſepulchrũ poſuiſtis,ut mentirentur : pecuniam de- Matt. 27.
diſtis. Ecce Chriſtus reſurrexit. Vbi eſt maledictum Matt. 18.
crucis quod feciſtis? Vbi eſt mendacium cuſtodũ,
quos corrupiſtis? Ex maledicto & mendacio annũ
ciabuntur conſummationes in ira cõſummationis,
& non erunt. Quid eſt,in ira conſummationis an-
nunciabuntur conſummationes? Eſt ira cõſumma
tionis,& eſt ira conſumptionis : nam omnis uindi-
cta dei ira dicitur : ſed aliquando ad hoc uindicat
deus, ut perficiat : aliquando ad hoc uindicat, ut
dãnet. Quo ad hoc uindicat ut perficiat? Flagellat Heb. 12.
omnẽ filium quem recipit: qũo ad hoc uindicat ut
damnet? Quando poſuerit impios ad ſiniſtram &
dixerit eis: Ite in ignẽ æternũ,qui paratus eſt diabo Matt. 25.
lo & angelis eius. Illa ira cõſumptionis eſt,nõ con-
ſummationis. Annunciabuntur autem cõſumma-
tiones in ira cõſummationis.i. p̃dicabitur ab apo-
ſtolis: quia ubi abundauit peccatum ſuperabunda
uit gratia : & pertinuit ad humiliationis medicinã F
infirmitas hominis. Hoc cogitantes illi & inuenien Roma. 5.
tes atq; confitentes iniquitates ſuas,nõ erunt. Quid
non erunt? In ſuperbia ſua: ſupra enim dixerat, Cõ-
prehendantur in ſuperbia ſua , & ex maledicto &
mendacio annũciabuntur conſummationes in ira
conſummationis, & non erunt, utiq; in ſuperbia in
qua cõprehenſi ſunt. Et ſcient quia deus domina
bitur Iacob,& finium terræ.) Ante enim iuſti ſibi
uidebantur, q' gens Iudæa legem acceperat, q; dei
p̃cepta ſeruauerat: demonſtratur illis quia non ſer-
uauit,cum in ipſis dei præceptis Chriſtum non in-
tellexit, quia cæcitas ex parte in Iſrael facta eſt. Vi- Roma. 11.
dent & ipſi Iudæi,quia non debent gentes contem
nere,quos quaſi canes & peccatores putabant: qũo
enim pariter inuenti ſunt in iniquitate, ita pariter
peruenient ad ſalutem. Non ſolum Iudæis, inquit
Apoſtolus, uerumetiam & gentibus: ideo enim la-
pidem quem reprobauerunt ędificantes,hic factus
eſt in caput anguli,ut duos iungeret in ſe: angulus
enim duos parietes copulat. Iudæi excelſi & magni Pſal. 117.
ſibi uidebantur: gentes tanquam infirmi,tanquam

G peccatores, tanquã dæmonum serui, tanquã idolorum adoratores, & tamen in utrisq; iniquitas erat. Demonstrati sunt & Iudæi peccatores, quia non est
Roma. 3. qui faciat bonũ, non est usq; ad unum. Deposuerũt
Psal. 13. superbiam, & non inuiderunt saluti gentium, quia parem suam & illorum infirmitatem cognouerũt, & in angulari lapide copulati simul dñm adorauerunt. Et scient quia deus dñabitur Iacob, & finium terræ. Non tantum Iudæorũ dominabitur, sed & finium terræ, qđ nõ scirent si adhuc in superbia sua essent. In superbia aũt sua essent, si adhuc sibi iusti uiderentur. Vt aũt sibi iusti nõ uiderentur, annunciatæ sunt illis ex maledicto & mẽdacio cõsummationes in ira cõsummationis, quia cõprehensi fuerant in superbia sua ex maledicto quod fecerũt qñ Christum occiderunt. Ecce quid fecit dominus noster Iesus Chrs: Mortuus est inter manus Iudæorũ, & redemit multitudinẽ gẽtium, effusus est sanguis, ac profuit, sed conuersis oibus profuit, quia & illi quẽ occiderunt, agnouerunt, & ab illo ipsius interfectionis & dei ẽti sui magni ueniam meruerunt.
H Quid ergo & de ipsis? Quod supra. Conuertentur
Psal. resurrectionis. ad uesperã.) Id est, & si sero .i. post interfectionem † dñi nostri Iesu Christi. Conuertentur ad uesperã:
Et famẽ patientur ut canes.) Sed ut canes, non ut oues, aut uituli: ut canes, ut gẽtes, ut peccatores, qa & ipsi cognouerunt peccatũ suũ qui sibi iusti uide
Psal. 15. bantur: de quib⁹ dictum est in alio Psalmo, Postea accelerauerunt: Hoc dictũ est ibi, Ad uesperã: nam ibi sic est, Multiplicatæ sunt isirmitates eorũ, postea accelerauerunt. Vnde accelerauerunt postea? Quia multiplicatæ sunt infirmitates eorũ: nã si sibi adhuc sani uiderentur, nunquã accelerarent. Quod ergo ibi dictum est, Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ: hoc dictũ est hic, Cõprehendanť in superbia sua, & ex maledicto & mẽdacio annunciabuntur cõsummationes in ira cõsummationis. Et quod ibi dictũ est, Postea accelerauerunt: hoc dictũ est hic, Et non erunt in superbia sua. Et scient quia deus dñabitur Iacob, & finiũ terræ, & conuertentur ad uesperam. Bonũ est ergo humiliari peccatorẽ, & nemo est insanabilior eo qui sibi sanus uideť. Et circumibũt ciuitatem.) Iam & hesterno die exposuim⁹ ciuitatẽ, id est, circunstantiæ ciuitatẽ. Omnes gentes Di-
I spergenť ut edant.) Id est, ut lucrent alios, ut in corpus suũ transforment credentes. Si autem non saciabunť, & murmurabũt.) Quia & superi⁹ murmur
Psal. 58. eorũ dixerat, dicentium, Quoniam quis audiuit: & tu dñe, inquit, deridebis eos dicentes: Quis audiuit? Quare? Quia ꝓ nihilo habes omnes gẽtes: sic & hic, Si autem nõ satiabuntur, & murmurabunt. Cõcludať psalmus: Videte angulum exultantẽ, iam de
Ephe. 2. utroq; pariete gaudentem. Superbiebant Iudæi, humiliati sunt: desperabãt gẽtes, erectæ sunt. Veniant ad angulũ, ibi conueniant, ibi cõcurrant, ibi pacis osculum inueniant. De diuerso ueniant, sed non aduerso nõ ueniant: illi de circũcisione, isti de præputio, Longe erãt parietes, sed antequã ad angulum uenirent. In angulo autẽ teneant se, & tota iam Ecclesia ex utroq; pariete, quid dicat? Ego autem cantabo
† ἀναλ. potentiam tuam, & † exultabo mane misericordiam
tuam.) Mane transactis tentationib⁹, mane cũ nox huius seculi transierit, mane qñ iam latronum insidias & diaboli & angelorũ eius non expauescimus, mane qñ iam non ad lucernam prophetiæ ambu-

lamus, sed ipsum dei uerbum tanquã solem contẽ- K
plamur. Et exultabo mane misericordiam tuã. Merito in alio Psalmo dicitur, Mane astabo tibi & cõ- Psal. 5.
tẽplabor. Merito & ipsius dñi resurrectio diluculo fuit, ut impleret quod dictũ est in alio Psalmo: Ve- Psal. 29.
spere demorabitur fletus, & in matutino exultatio. Ad uesperam quippe discipuli mortuũ planxerunt dñm nrm Iesum Christum, diluculo ad resurrectionẽ exultauerunt. Exultabo mane misericordiã tuã: Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ. Adiutor meus tibi psallã, qa tu deus susceptor meus es.) Quid erã, nisi subuenires? Quàm desperatus eram nisi curares? Vbi iacebã nisi aduenires? Certe ingenti uulnere periclitabar, sed illud uulnus meum medicũ omnipotentẽ requirebat. Omnipotenti medico nihil est insanabile, nõ renunciat alicui, opus est ut tu curari uelis, opus est ut man⁹ eius nõ refugias. Sed & si nolis curari, uulnus tuũ admonet ut cureris, & auersum refugientẽ quodãmodo ad se redire cõpellit & attrahit: In oi bus implet quod dictũ est, Misericordia eius ꝑueniet me. Cogitate quod dictũ est, præueniet me. Si aliquid tuũ primũ attulisti, & ex L
tuo aliquo bono primo dei misericordiã meruisti, nõ te ꝑuenit. Quando autẽ uel intelligis, quia ꝑuentus es, nisi intelligas quod ait Apostolus: Quid.n. 1. Cor. 4.
habes quod nõ accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis? Hoc est, misericordia eius ꝑueniet me. Deniq; attendens omnia bona qcunq; habere possumus, siue in natura, siue in instituto, siue in ipsa cõuersatione, in fide, in spe, in charitate, in bonis morib⁹, in iustitia, in timore dei, totũ non esse nisi ex illius donis, ita cõclusit. Deus meus misericordia mea.) Nõ inuenit impletus bonis dei qđ appellaret deum suũ nisi misericordiam suã. O nomẽ sub quo nemini desperandũ est. Deus meus, inquit, misericordia mea. Quid est, misericordia mea? Si dicas, salus mea, intelligo quia dat salutẽ: si dicas refugiũ meum, intelligo qa cõfugis ad eũ: si dicas, fortitudo mea, intelligo qa dat tibi fortitudinem: Misericordia mea qđ est? Totũ ꝗcquid sum, de misericordia tua est: sed promerui te, inuocando te. Vt essem, qđ feci? Vt essem qui te inuocarem, quid egi? Si enim egi aliquid ut essem, iam eram antequã essem. Porro si omnino nihil eram antequã essem, ni- M
hil te promerui ut essem. Fecisti ut essem, & non tu fecisti ut bon⁹ essem? Dedisti mihi ut sim, & potuit mihi alius dare ut bonus sim? Si tu mihi dedisti ut sim, & alius mihi dedit ut bonus sim, melior est ille qui mihi dedit ut bonus sim, q̃ ille qui mihi dedit ut sim. Porrò quia te nemo melior, nemo te potentior, nemo te in misericordia largior, à quo accepi ut essem, ab illo accepi ut bonus essem. Deus meus misericordia mea.

In Psalmum quinquagesimumnonum Enarratio.

Titulus Psalmi huius aliquantum prolixus est, sed nõ nos terreat, quia psalmus breuis est. Tanquam ergo aliquantulum prolixiorem psalmum audierimus sic intendamus: quoniã in nomine Xpi nutritis & nutriendis loquimur in Ecclesia dei, nec alienis à sapore istarum literarũ à quib⁹ mũdus alienus est, nõ quasi rudia uobis ista semper esse debent. Si.n. ea quæ sæpissime audistis, cum iocunditate in ore cogitationis ruminastis,

A nec obliuione tanq̃ in uentre sepelistis, eadem ipsa
recordatio uestra & memoria multum nos poterit
adiuuare, ne multũ loquamur ad enodanda quasi
rudib⁹ea, q̃ iam uos nosse nouim⁹. Certe illud me-
minimus sæpe uos audisse qđ dicim⁹: Vix est ut in
psalmis inueniamus uocẽ, nisi xp̃i & Ecclesiæ, aut
Christi tm̃, aut Ecclesiæ tm̃, quod utiq; ex parte &
nos sumus. Ac per hoc qñ uoces nostras agnosci-
mus, sine affectu agnoscere nõ possumus: & tanto
magis delectamur, quanto in idem nos esse senti-
mus. Dauid rex unus homo fuit, sed non unum ho
minem figurauit, qñ scilicet figurauit Ecclesiam ex
multis constantem, distantem usq; ad fines terræ.
Qñ autem unum hominem figurauit, illum figura
1. Timo. 2 uit qui est mediator dei & hominum, homo xp̃s Ie
sus In hoc ergo psalmo, uel potius in huius psalmi
titulo, dicuntur quædam uictoriosa Dauid, q̃ for-
titer fecerit debellando quosdam inimicos, & eos
tributarios faciendo, qñ post mortem Saulis perse-
cutoris sui regnũ illius accepit manifestũ in Israel.
Nam & anteq̃ persecutionem pateretur, rex erat, sed
deo tm̃ notus erat. Postea ergo iam manifestato re
B gno, & euidenter atq; eminenter accepto, debella-
uit eos qui in hoc titulo commemorantur, & natus
est psalmi titulus ita: In finem pro his qui immu-
2. Reg. 8. tabuntur in tituli inscriptionem ipsi Dauid in do-
ctrinam, cum succendit Mesopotamiam, Syriam, &
Syriam Sobal, & conuertit Ioab, & percussit Edom
in ualle salinarum duodecim milia.) Legim⁹ hæc ĩ
libris Regnoꝝ, istos oẽs quos nominaui, debella-
tos esse a Dauid: id est, Mesopotamiam, Syriam, &
Syriam Sobal, Ioab, Edom. Facta sunt ista, & quẽ-
admodũ facta sunt, ita ibi cõscripta sunt: ita legun
tur, legat qui uult. Verũtamen sicut solet ꝓpheticꝰ
spũs in psalmoꝝ titulis recedere aliquantulum ab
expressione rerum gestarum, & aliquid dicere qđ
in historia nõ inueniť, & hinc poti⁹ admonere, non
ꝓp cognoscendas res gestas esse huiusmodi titulos
inscriptos, sed ꝓp futura præfiguranda: sicut dictũ
Psal. 33 est, q̃ coram Abimelech mutauit uultum suum, &
1. Reg. 21. dimisit eum & abijt, cum indicet scriptura regnoꝝ
hoc eum non fecisse coram Abimelech, sed coram
Achis rege: ita & in hoc titulo inuenimus aliquid,
quo commoueamur ad aliquid. Nãq; in illa narra-
C tione belloꝝ, fortiumq; factorum regis Dauid, ubi
2. Reg. 8. hi oẽs quos commemorauimus debellati sunt, eũ
aliquid succendisse non legimus. Hic aũt maxime
hoc positum est, qđ ibi non est scriptum, quia suc-
cendit Mesopotamiam, Syriam, & Syriam Sobal. Iã
ergo incipiamus secundum rerum futurarũ signifi
cationes ista discutere, & opacitatẽ umbrarũ in lu-
cem uerbi reuocare. In finẽ:) Quid sit nostis. Finis
Rom. 10. enim legis xp̃s est. Eos qui immutabuntur:) No-
stis. Qui enim, nisi q̃ à ueteri uita in nouã transeũt?
Absit enim ut hic culpanda immutatio intelliga-
Gene. 3. tur, non q̃uo immutatus est Adam à iustitia ad ini
quitatem, & à delitijs ad laborem: sed q̃uo mutan-
Ephe. 5. tur illi quibus dictum est, Fuistis enim aliqñ tene-
bræ, nunc autem lux in dño. Immutantur autem
isti: In tituli inscriptionẽ.) Nostis tituli inscriptio
nem? Titulus infixus est, super crucem dñi script⁹:
Matt. 27. Hic est rex Iudæorum. Mutantur in huius tituli in-
Ioan. 19 scriptionem qui in regnum Christi transeunt à re-
gno diaboli. Bene mutantur in huius tituli inscri-
ptionem. Mutantur aũt sicut sequitur, in doctrinam.

Cum.n. dixisset pro his qui immutabuntur in titu D
li inscriptionẽ: addidit, Ipsi Dauid in doctrinã:)
Id est, mutantur non sibi, sed ipsi Dauid, & mutanť
in doctrinam. Nõ enim ita rex xp̃s, quasi seculo re-
gnaturus, cum aperte dixerit: Regnũ meum nõ est Ioan. 18
de hoc mundo. Ergo in eius gratiam & doctrinam
transeamus, si uolumus in conscriptionẽ tituli cõ-
mutari, nõ nobis, sed ipsi Dauid, ut qui uiuunt iã, 2. Cor. 5
non sibi uiuant, sed ei q̃ pro ipsis mortuus est & re
surrexit. Qñ ergo nos mutaret xp̃s, nisi fecisset qđ
dixit: Ignem ueni mittere in mundum? Si ergo xp̃s Luc. 12.
uenit mittere in mundũ ignem, utiq; salubriter atq;
utiliter, non q̃uo missurus est mundum in ignem,
sed quomodo ignem in mundum. Qñ ergo uenit
ignem mittere in mũdum, quæramus iam quid sit
Mesopotamia quæ succensa est, quid sit Syria So-
bal. Interpretationes ergo nominum interrogem⁹
secundum Hebræum eloquium, quo primum hæc
scriptura locuta est. Mesopotamiam:) Dicunt in-
terpretari elauatam uocationẽ. Iam totus mundus
uocatione eleuat⁹ est. Syria:) Interpretať sublimis,
sed illa q̃ erat sublimis, incensa est & humiliata: &
quẽadmodum humiliata est q̃ fuerat exaltata, sic E
exaltetur q̃ fuerat humiliata Sobal:) Interpretatur
uana uetustas. Gratias Christo qui eam succendit.
Qñ uetera uirgulta succenduntur, ui recta succedũt,
& alacrius & uberius & uiridius noua nascuntur,
cum ea ignis in uetustorum succẽsione præcesserit.
Non ergo timeatur ignis xp̃i, si fœnum combusse-
rit. Omnes.n. caro fœnum, & omnis claritas homi Esai. 40.
nis sicut flos fœni. Succẽdit ergo ista illo igne. Et
conuertit Ioab.) Ioab interpretatur inimic⁹. Cõuer
sus est inimicus. Quod uis intellige: si conuersus in
fugam, diabolus est: si cõuersus ad fidem, xp̃ianus
est. Quomodo in fugã? De corde Christiani. Prin-
ceps huius mundi, inq̃t, nunc missus est foras. Con Ioan. 12
uersus autem ad dominũ Christianus, quare inimi
cus conuersus? Quia fidelis factus est q̃ fuerat ini-
micus. Percussit Edom.) Interpretať Edom terre-
nus: debuit percuti terrenus iste. Vt qđ enim uiue-
ret terrenus, q̃ cœlestis debet uiuere? Interfecta est
ergo uita terrena, uiuat cœlestis. Sicut enim portaui
mus imaginẽ terreni, portemus & imaginem eius 1. Cor. 15.
qui in cœlis est. Vide illũ interfici: Mortificate mem Colo. 3.
bra uestra q̃ sunt super terram. Cum autem percus- F
sisset Edom, ꝑcussit. Duodecim millia in ualle sali
narum.) Duodecim milia perfectus est numer⁹, cui
perfecto numero etiã duodenarius Apostoloꝝ nu-
merus deputatur: non.n. frustra, nisi quia per totũ
mundum mittendum erat uerbum. Verbum au-
tem dei quod est Christus in nubib⁹, hoc est in p̃-
dicatoribus ueritatis. Mũdus aũt quatuor partib⁹
constat: quatuor eius partes notissimæ sunt oibus,
& sæpe in scripturis memoratæ: q̃ etiã quatuor uen
ti dictæ sunt, oriens, occidens, aquilo, & meridies. Eze. 37
Ad omnes istas quatuor partes missum est uerbũ,
ut in trinitate omnes uocarentur. Duodenariũ nu
merum, ter quaterni faciunt. Merito ergo duode-
cim milia terrena percussa sunt, totus mũdus per-
cussus est: de toto enim mundo electa est Ecclesia,
mortificata à terrena uita. Quare, In ualle sali-
narum?) Vallis humilitas est, salinæ saporem si-
gnificant. Multi enim humiliantur, sed uane & fa-
tue, in uana uetustate humiliãtur. Patitur quis tri-
bulationem pro pecunia, patitur tribulationẽ pro

G honore temporali, patiť tribulationem pro cômodis uitæ huius, passurus est tribulationem & humiliandus. Quare non pp deum? quare non pp xp̄m? quare non propter saporem salis? An nescis tibi esse dictū: Vos estis sal terræ, & si sal infatuatū fuerit, ad nihilū ualebit aliud nisi ut foras ,p̄ijciatur: bonum est ergo sapiēter humiliari. Ecce nūc nōne humiliātur hæretici? Nōne leges contra illos datę sūt etiam ab hominibus, cōtra quos diuinæ regnāt, q̄ illos antē etiā cōdemnauerāt? Ecce humiliātur, ecce fugātur, ecce persecutionem patiuntur, sed sine sapore, ,p̄ fatuitate, ,p̄ uanitate. Iā enim sal īfatuatū est, ideo ,p̄iectū est foras, ut conculcetur ab hominibus. Audiuimus titulū Psalmi, audiamus etiā uerba Psalmi. Deus repulisti nos & destruxisti nos.) Nunquid ille Dauid loquiť qui pcussit, qui succendit, qui debellauit, & nō illi qbus hæc fecit, ut percuterētur & repellerētur q mali erant, & rursus uiuificarentur, & redirent ut boni essent? istā quidē stragem fecit Dauid ille manu fortis xp̄s noster, cuius figurā gerebat ille homo, fecit illa, dedit hanc stragem gladio suo & igne suo: nā utrūq; attulit in hūc

Mat. 5

H mundū, & ignē uenit mittere in mundū: habes in Euangelio, & gladiū ueni mittere in terrā: habes in Euangelio, Attulit ignem unde succēderetur Mesopotamia, Syria, & Syria Sobal: attulit gladiū unde pcuteretur Edom. Iam ergo ista strages facta est pp eos qui inmutātur in titulū inscriptionem ipsi Dauid. Audiamus ergo eorū uocē, salubriter percussi sunt, erecti loquantur. Dicāt ergo mutati in meliꝰ, mutati in titulū inscriptionem, īmutati in doctrinā ipsi Dauid, dicant: Deus repulisti nos & destruxisti nos. Iratus es, & miserťꝰ es nostri.) Destruxisti nos ut ædificares nos: destruxisti nos male ædificatos, destruxisti uanā uetustatē, ut sit ædificatio i nouū hoiem, ædificatio mansura in æternū. Merito iratus es, & misertus est nr̄i. Non misereris, nisi irasceris. Destruxisti nos in ira tua, sed ira tua in uetustatē nr̄am fuit, ut destrueretur uetustas: sed misertꝰ es nostri pp nouitatem, pp eos qui inmutantur in titulū inscriptionem, quia & si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diē.

Luc. 12.
Mat. 10.
2. Reg. 8.
2. Cor. 4

Cōmouisti terram, & conturbasti eam.) Quo cōturbata est terra? Cōscientia pc̄torum. Quo imus?

I Quò fugimꝰ, qn̄ ille gladius uibratus est? Agite pœnitentiam, appropinquabit. n. regnū cœlor. Commouisti terram & conturbasti eam. Sana contritiones eius, qm̄ mota est.) Non digna est sanari si mota non est. Sed loqueris, p̄dicas, minaris de deo, uenturum iudicium non taces, preceptum dei mones, ab his rebus non quiescis: & qui audit, si non timet, si non mouetur, non est dignus sanari. Audit alius, mouetur, stimulatur, pectus tundit, lachrymas fundit: sana contritiones eiꝰ, qm̄ mota est. Post hæc, percussa terra, succensa uetustate, mutato homine in melius, facta luce eius qui tenebræ fuerūt: sequitur quod alibi scriptū est, Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & p̄para aiam tuam ad tentationem. Prior labor ut displiceas tibi, ut peccata tua expurges & muteris in meliꝰ. Secūdus labor pro eo qď mutatus es, ferre tribulationes & tentationes huius seculi, & inter illas pseuerare usq; in finē. De his ergo cū loquereť has significans, quid subiungit? Ostendisti plebi tuę dura.) Iam plebi tuæ, factæ tributariæ, post uictoriā Da-

Mat 3
Eccle. 2

uid: Ostendisti plebi tuæ dura. In qbꝰ? In psecutionibus quas pertulit Ecclesia xp̄i, qn̄ tantus martyrum sanguis effusus est. Ostendisti plebi tuæ dura. K

Potasti nos uino stimulationis.) Quid est, stimulationis? Non perēptionis: nō. n. erat perēptio perdens, sed medicina urēs. Potasti nos uino stimulationis. Quare hoc? Dedisti metuētibꝰ te significationē, ut fugiāt à facie arcꝰ.) Per tribulationes, inqt, tpales significasti tuis fugere ab ira ignis sempiterni. Dicit. n. apl̄s Petrus, Tempus est ut iudiciū incipiat à domo dei Et exhortans martyres ad tolerantiā cum sæuiret mundus, cum strages a psecutoribus fierent, cum longe lateq; sanguis fideliū funderetur, cū in catenis, in carceribus, in tormētis, multa dura Christiani paterent. Ne in his ergo duris deficerent, eos alloquiť Petrus, Tempus est ut iudiciū icipiat à domo dei. Et si initiū à nobis, qualis finis erit eis q nō credunt dei Euangelio? Et si iustus uix saluabiť, peccator & impius ubi parebūt? Quid ergo futurū est in iudicio? Arcus est extētus, adhuc in cōminatione est, nondum in præsentatione. Et uidete qd sit in arcu. Nonne sagitta in priora mittenda est? Neruus tamē retro extendiť in cōtrarium quā illa mittēda est, & quanto plus erit eius extēsio retrorsum, tanto maiore impetu illa currit in priora. Quid est qd dixi? Quāto magis differť iudiciū, tāto maiore impetu uēturū est. Ergo & de tēporalibus tribulationibus gr̄as deo agamus, quia dedit plebi suę significatione, ut fugiat a facie arcus, ut exercitati fideles eiꝰ in tribulationibꝰ tpalibus, digni sint euadere damnationē ignis æterni, q inuentura est oēs qui ista non credunt. Dedisti metuentibꝰ te significationē, ut fugiant a facie arcus. Vt liberenť dilecti tui, salū me fac dextera tua & exaudi me.) Dextera tua dn̄e saluum me fac: ita saluum me fac, ut ad dexteram stem. Saluum me fac dextera tua: non salutem temporalem quero, de hac fiat uolūtas tua: ad tp̄s qd nobis prosit, penitus ignoramꝰ: quid enim oremus sicut oportet, nescimus: sed saluum me fac dextera tua, ut & si in tp̄e isto tribulationes aliqnas patiar, transacta nocte oium tribulationum ad dexteram inueniar inter oues, non ad sinistrā iter hœdos. Saluum me fac dextera tua, & exaudi me. Quia iā illud peto qď dare uis, non uerbis delictor meorum clamabo per diem & noctē, & non exaudies, & non ad insipientiam mihi, sed utiq; ad commonitionem, addendo saporē de ualle salinarum: ut in tribulatione nouerim quid petam. Peto aūt uitam æternam, ergo exaudi me, qa dexteram tuā peto. Intelligat ergo charitas uestra oēm fidelem habentem in corde uerbū dei, cum timore timentem iudicium futurum, uiuentē probabiliter, ne de illo blasphemetur nomen sanctū dn̄i eius, multa deprecari secundū seculum, & nō exaudiri, ad uitam autem æternā semper exaudiri. Quis enim sanitatem non petat cum ægrotat? Et tamen forte adhuc ægrotare ei utile est. Potest fieri ut hic non exaudiaris, non tamen exaudiris ad uoluntatem, ut exaudiaris ad utilitatem. At uero cum illud petis, ut det tibi uitam æternam deus, ut det tibi regnum cœlorum deus, ut det tibi ad dexteram filij sui stare cū uenerit iudicare terrā, securus esto, accipies, sed modo non accipis: non. n iam uenit tp̄s ut accipias, exaudiris & nescis. Quod petis agitur, & si nescis in quo agiť. In radice res est, nondū in

1. Pet. 4.
Ibidem
L
Roma. 8.
Mat. 25
Psal. 21.
M
Roma. 14
Mat. 6.
Mat. 25

A fructu. Saluum me fac dextera tua, & exaudi me.

Deus locut⁹ est in sancto suo.) Quid times, ne nō fiat qd deus locutus est? Si haberes aliquē grauem amicū & sapientē, quo diceres? Ille locutus est hęc, fiat necesse est qd locutus est. Vir grauis est, nō leui tate utitur, non facile de sñia dimouetur, quod ꝓmisit, fixum est: sed tñ homo est qui aliqñ quod ꝓmi sit facere uult, & non potest. De deo non est quod tu timeas, qa uerax est, constat: qa omnipotens est, constat: fallere te nō pōt, habet unde faciat. Quid ergo times ne decipiaris? Opus est ut tu te non deci pias, & pseueres usq₃ in finē, cum daturus est quod

2. Cor. 5 ꝓmisit. Deus locutus est in sancto suo. In quo sancto suo? Deus erat in xpo, mundum reconcilians si

Psal. 76. bi. In sancto illo, de quo alibi audistis, Deus in sancto uia tua, deus locutus est in sctō suo. Lętabor & diuidā Sichimā.) Quia deus hoc locutus est, fiet: uox Ecclesię est, Deus locutus est in sctō suo. Non uerba dicit, q̄ deus locut⁹ est, sed q̄m deus locut⁹ est in sctō suo, nec fieri aliqd potest, nisi quemadmodū locutus est deus, cōsequenter ista eueniunt. Lętabor & diuidā Sichimam, Et conuallē taber-

B naculoꝝ dimetiar.) Sichima, humeri iterpretatur.

Gene. 35. Scdm historiam uero, Iacob rediēs a Laban socero

Gene. 33. suo cū oībus suis, abscondit idola in Sichima q̄ habebat de Syria, ubi diu pegrinatus tandē aliqñ inde ueniebat. Tabernacula autem fecit ibi pp oues suas & armenta, & appellauit locū illū tabernacula. Et hæc, inqt Ecclesia, diuidā. Quid est hoc, diuidam Sichimam? Si ad historiā ubi abscondita sunt idola referas, gentes significat. Diuido gētes Quid est diuido? Non n. est omnium fides. Quid est diui

2. Thes. 3. do? Alij credent, alij non credēt, sed tñ non timeat qui credunt, inter illos qui non credūt. Diuisi sunt enim nunc fide, postea diuidentur in iudicio: oues

Matt. 25. ad dexterā, hœdi ad sinistrā. Ecce inuenimus quēadmodum ecclesia diuidat Sichimā, quo diuidit humeros. Scdm nominis interpretationem diuidūtur humeri, ut alios grauent peccata sua, alij tollāt sarcinam Christi. Humeros. n. pios quærebat: cùm

Matt. 11. diceret, Iugum. n. meum leue est, & sarcina mea leuis est. Alia sarcina premit & aggrauat te, xpi autē sarcina subleuat te. Alia sarcina pondus habet, xpi

C sarcina pennas habet. Nam & aui si pennas detrahas, quasi onus tollis, & quo magis on⁹ abstulisti, eo magis in terra remanebit. Quā exonerare uolui sti, iacet, non uolat, tulisti onus: redeat onus, & uolat. Talis est xpi sarcina. Portent illā hoies, non sint pigri, non attendant illi q̄ eam ferre nolunt: ferant illā qui uolunt, & inuenīēt q̄ sit leuis, quā suauis, quam iocunda, q̄ rapiens in cœlū, & ā terra eripiens. Diuidam Sichimam & cōuallem tabernaculorum dimetiar Forte propter oues Iacob, conuallis tabernaculoꝝ intelligitur gens Iudæoꝝ, & ipsa diuidit: nā transierunt inde q̄ crediderunt, foris reliqui remanserūt. Meus est Galaad.) Nomina sunt ista lecta in literis dei. Galaad habet interpretationis suæ uoce & magni sacri. Interpretatur. n. aceruus testimonij. Quātus aceruus testimonij in martyribus? Meus est Galaad, me⁹ est aceruus testimonij, mei sunt martyres ueri. Moriant mali pro testa uanitate sua sine Sale, nunqd ptinēt ad aceruū

1 Cor. 13. testimonij? Quia & si tradidero corpus meū ita ut ardeā, charitatē autem non habeā, nihil mihi prodest. Cū autem quodam loco moneret dñs de pace retinenda, præmisit Salē: Habete, inqt, in uobis D

Matt. 9 Salem, & pace habete inter uos. Ergo meus est Galaad: sed Galaad, id est, aceruus testimonij, in magna tribulatione euidēter factus est. Tunc ignominiosa Ecclesia erat in oībus hominibus, tūc opprobrium illi uidueq₃ obiectabatur, qa xpi erat, quia signū crucis in fronte portabat. Nondū erat honor, crimē erat tūc: qñ ergo nō honor sed crimen erat, tunc factus est aceruus testimonij: & p aceruum testimonij dilatata est charitas xpi, & p dilatationē charitatis xpi occupatæ sunt gentes: sequitur, Et meus est Manasses.) Quod interpretatur oblitus. Huic. n. dictum erat, Confusionē in perpetuū obli-

Esa. 54. uisceris, & ignominiæ uiduitatis tuæ non eris memor. Erat ergo confusio Ecclesiæ aliqñ, quā modo oblita est: confusionis n. & ignominiæ uiduitatis suæ iā non est memor. Qñ. n. erat quædā confusio inter hoies, aceruus testimonij fact⁹ erat: modo iā nemo uel meminit illius confusionis, qñ ignominia erat esse Christianum: iam nemo meminit, iā oēs obliti sunt, iam meus est Manasses. Et Effrem fortitudo capitis mei.) Effrē fructificatio interpretatur. Mea, inquit, fructificatio, & hæc fructificatio E fortitudo est capitis mei. Caput. n. meum xps est. Et unde fructificatio fortitudinis ei⁹? Quia nisi granum caderet in terrā, non multiplicaret, solū remaneret. Cecidit ergo in terrā xps in passione, & secuta est fructificatio in resurrectione. Et Effrem fortitudo capitis mei. Pendebat & contemnebatur, gra

Ioan. 12. nū erat intus, habebat uires trahendi post se oīa. Qūo in grano numeri seminum latētium, in terra iactum nescio qd apparet oculis, sed uis conuertēs in se materiā, & proferens fructum abscondita est: sic in Christi cruce abscondita erat uirtus, apparebat infirmitas. O magnū granū: certe infirmus est pēdens, certe ante illū caput plebs illa agitauit, cer

Matt. 27. te dixerunt, Si filius dei est, descēdat de cruce: audi

1. Cor. 1. fortitudinē eius. Quod infirmū est dei, fortius est hominibus: merito tanta fructificatio consecuta est: hæc mea est, dicit Eccl̃ia: Iuda rex meus.) Iuda rex meus. Quis Iuda? q de tribu Iuda. Quis Iuda, ni

Gene. 49. si cui dixit ipse Iacob: Iuda te laudabūt frēs tui: Iu-

Matt. 10. da rex meus. Quid ergo timeā, qñ Iuda rex meus di cit: Nolite timere eos qui occidūt corpus? Iuda rex F. meus. Moab olla spei meæ.) Quare olla? Quia tribulatio. Quare spei meæ? Quia præcessit Iuda rex meus: qa n. pcessit te, debes seq, qd times? Quā pcessit? Per tribulationes, p angustias, per opprobria. Septa erat uia, sed anteq̄ transiret: posteaq̄ transiit se-

Psal. 140 quere, iam patet uia illius, transi tu. Singularis ego

Ioan. 12. sum, inqt, sed quousq₃ transeā Singulare granū, sed quoadusq₃ transeat: cum transierit, sequetur fructificatio. Iuda rex meus. Ergo qa Iuda rex me⁹? Moab olla spei meæ Moab intelligit in gentibus. Nata est enim ista gens de pctō, nata est ista gens de filiab⁹ Loth, cū patre inebriato concubuerūt, male utētes patre. Melius erat ut steriles remanerēt, q̄ sic matres fierent. Erat aūt illa figurā q̄dam eorum, q ma le utuntur lege. Nolite. n attendere quia lex in Latina lingua fœminini generis est, in Græca masculini est: sed siue sit fœminini generis in loquendo, siue masculini, nō præscribit ueritati locutio. Lex. n. magis masculinā uim habet, qa regit, non regitur.

1. Timo. 1 Porro aūt apostolus Paulus quid ait? Bona est lex, si qs ea legitime utatur. Illæ aūt filiæ Loth non legi

G time usq; sunt patre Qūo autē nascuntur opera bo-
na cùm quisq; lege bene utitur, sic nascuntur opera
mala cùm lege quisq; male utitur. Proinde male illę
utentes patre, hoc est, male utentes lege, generaue-
runt Moabitas, ꝑ quos significanť opera mala Inde
tribulatio Ecclesiæ, inde olla ebulliens, de hac olla
Hiere. 1. quodam loco prophetice dicitur: Olla succensa ab
Esaia. 14 aquilone. Vnde nisi à partibus diaboli qui dixit,
Ponā sedē meā ad aquilonem? Tribulationes ergo
maximæ nō oriuntur aduersum Ecclesiam, nisi ab
eis qui lege male utuntur: quid ergo? Defectura est
hinc Ecclesia, & pp ollam, id est, abundantiā scan-
Matt. 24 daloꝝ nō erit perseueratura usq; i finē? Nōnne Iuda
rex illius prædixit hoc ei? Nonne ait illi: qm̄ abun-
dabit iniquitas, refrigescet charitas multoꝝ? Olla
bulliente, charitas refrigescit. Quare non potius ò
charitas, & tu contra ollā feruescis? An ignoras tibi
esse dictū cū de illa abundātia scandaloꝝ rex tuus
loqueretur: Qui perseuerauerit usq; in finē, hic sal-
uus erit? Perseuera ergo usq; in finem contra ollam
scandalorum. Ardet olla iniquitatis, sed maior est
flamma charitatis. Noli uinci, perseuera usq; i finē.
H Quid times Moabitas, opera mala eoꝝ qui lege ma
le utūtur? Quid. n. Iuda rex tuus qui ꝓcessit, nonne
tales pertulit? Nescis Iudæos male utēdo lege, Xp̄m
occidisse? Ergo propera, & qua pręcessit rex tuus se-
quere. Dic Iuda, rex me⁹. Et ex eo qa Iuda rex meus,
Moab qd factus est: Olla spei meæ, nō consumptio
nis meæ. Vide in tribulationibus ollam spei, audi
Apostolū: Sed & gloriamur, inquit, in tribulationi
Roma. 5. bus. Olla est iā, sed uide istum, si explicat ollā spei:
Scientes qa tribulatio patientiā operatur, patientia
aūt probationē, probatio spē. Si tribulatio patien-
tiam, patientia probationē, probatio spem, olla est
aūt tribulatio quæ operatur spē, merito Moab olla
spei meę. Spes aūt nō confundit. Et qd? Ferues con-
tra ollā: Ita planè, qa charitas dei diffusa est in cor-
dibus nr̄is ꝑ spm̄ sctm̄, qui datus est nobis. In Idu-
mæam extendā calciamentū meū.) Ecclesia loqui-
tur, perueniā usq; in Idumæam. Sęuiant tribulatio-
nes, bulliat scādalis mundus, extendā calciamentū
I meū usq; in Idumæam, usq; ad eosipsos qui terrenā
uitā diligūt, qm̄ Idumæa interpretatur terrena, usq;
ad ipsos, usq; in Idumæam extendā calciamentum
Rom. 10. meū. Cuius rei calciamentū, nisi Euangelij? Quàm
Ephe. 6. speciosi pedes eoꝝ qui annunciāt pacē, qui annun-
Roma. 5. ciant bona, & calciati pedes in præparationē Euan
gelij pacis. Prorsus qm̄ tribulatio patientiā operať,
patientia aūt probationē, probatio spem, olla non
me cōsumet: charitas. n. dei diffusa est in cordibus
nostris, per spm̄ sctm̄ qui datus est nobis. Nō defi-
ciamus Euangeliū prędicare, non deficiamus dn̄m
annunciare, usq; in Idumęam extendā calciamentū
meū. Nōnne seruiunt & ipsi terreni? Et si cupidita-
tibus terrenis obligantur, Xp̄m tn̄ adorant. Hodie
uidemus fratres, q̄ multi terreni cōmittunt ꝓ lucro
fraudes, pro fraudibus periuria, pp timores, sortile-
gos, mathematicos consulunt, oēs Idumæi terreni,
& tamen omnes isti adorant Xp̄m, sub calciamēto
ipsius sunt, iam usq; in Idumæam extendit calcia-
mentū suum. Mihi Allophyli subditi sunt.) Allo-
phyli qui sunt? Alienigenæ nō pertinētes ad genus
meū. Subditi sunt, quia multi adorant Xp̄m, & non
sunt regnaturi cum Xp̄o. Mihi Allophyli subditi
sunt, Quis deducet me in ciuitatē circunstantiæ?)

Quę est ciuitas circunstantię? Si meministis, iā eam K
cōmemoraui i alio Psalmo ubi dictū est, & circum
ibunt ciuitatē. Circunstantiæ. n. ciuitas. gentiū cir- Psal. 58.
cunfusio est, quæ circunfusio gentiū in medio ha-
bebat unā gentē Iudæoꝝ colentem unum deū: cæ-
tera circunfusio gentiū idolis supplicabat, dæmo-
nibus seruiebat. Et mystice uocata est ciuitas cir-
cunstantiæ, quia undiq; se gentes circunfuderant &
ei circunsteterant, quæ colebat unū deū. Quis de-
ducet me in ciuitatē circunstantię? Quis, nisi deus?
Hoc uult dicere, qūo deducet ꝑ illas nubes, de qui-
bus dictū est: Vox tonitrui tui in rota. Ipsa est ciui- Psal. 76.
tas circunstantiæ, quæ dicta est rota, id est, orbis
terrarū. Quis deducet me in ciuitatē circunstantię?
Quis deducet me usq; in Idumæam.) Id est, ut re-
gnem etiā terrenis, ut me uenerentur etiā qui de me
nō sunt, qui de me nolunt proficere. Quis deducet
me usq; in Idumæam? Nonne tu deus qui repulisti
nos, & non egredieris deus in uirtutibus nostris.)
Nōnne tu nos deduces qui nos repulisti? Sed quare
repulisti nos? Quia destruxisti nos. Quare destruxi
sti nos? Quia iratus es, & misertus es nr̄i. Tu ergo de L
duces q repulisti nos, qui nō egredieris deus in uir-
tutibus nostris, tu nos deduces. Quid est, nō egre-
dieris in uirtutibus nostris? Sęuiturus est mundus,
conculcaturus est nos mūdus, futurus est aceruus
testimonij effuso martyrū sanguine, & dicturi sunt
pagani sæuientes: Vbi est deus eoꝝ? Tunc nō egre-
dieris deus in uirtutibus nostris, nō contra eos ap-
parebis, nō ostendes potentiā tuā, qualem ostēdisti
in Dauid, in Moyse, in Iesu Naue, qn̄ eoꝝ fortitudini
gētes cesserunt, & strage facta, magnaq; reddita ua-
stitate, in terrā quā promisisti, plebē tuā induxisti.
Hoc tunc nō facies, nō egredieris deus in uirtutib⁹
nr̄is, sed intus operaberis. Quid est, non egredieris?
Non apparebis. Certe. n. qn̄ catenati martyres duce
bantur, qn̄ includebantur in carcere, qn̄ ludibrio
habendi producebantur, qn̄ bestijs subijcebantur,
qn̄ percutiebātur ferro, qn̄ igne cremabanť, nonne
contemnebantur tanquā deserti, tanquā sine adiu-
tore: Qūo deus operabatur intus? qūo intus conso
labatur? qūo eis dulcem faciebat spem uitæ æter- M
næ? qūo non deserebat corda eoꝝ, ubi homo habi
tat in silētio, bene si bonus, male si malus? Nūquid
ergo quia nō egrediebatur in uirtutibus eoꝝ, ideo
deserebat? Nonne magis non egrediendo in uirtu-
tibus eorum deduxit. Ecclesiam usq; ad Idumęam,
deduxit Ecclesiam usq; in ciuitatem circunstantię?
Si. n. bellare uellet Ecclesia & gladio uti, uideretur
pro uita præsenti pugnare: quia uerò contemnebat
uitā præsentem, ideo factus est aceruus testimonij
de uita futura. Tu ergo deus qui non egredieris in
uirtutibus nostris. Da nobis auxilium de tribula
tione, & uana salus hominis.) Eāt nunc qui salutē
nō habent & optent salutem temporalem suis, quę
est uana uetustas, da nobis auxilium: inde da unde
putabaris deserere, inde subueni. Da nobis auxiliū
de tribulatione, & uana salus hominis. In deo fa-
ciemus uirtutē, & ipse ad nihilū deducet inimicos
nostros.) Non faciemus uirtutē in gladio, non in
equis, nō in loricis, nō in scutis, nō i potētatu exer-
citus, nō foris. Sed ubi? Intus ubi latem⁹. Vbi intus?
In deo faciem⁹ uirtutē, & quasi abiecti, & quasi con
culcati, quasi nullius momēti hoīes erimus, sed ip-
se ad nihilū deducet inimicos nostros: deniq; factū

A est hoc. Conculcati sunt martyres, patiẽdo, pferen-
do: usq; in finem perseuerando, in deo fecerunt uir
tutem. Fecit & ipse quod sequitur: ad nihilum dedu-
cet inimicos nros. Vbi sunt modo inimici marty-
rum, nisi forte qa modo eos ebriosi calicibus perse
quunt, quos tunc furiosi lapidibus persequebant?

In Psalmum sexagesimum enarratio.

CONSIDERANDVM cum uestra cha-
ritate Psalmũ istum suscepimus. Breuis est,
aderit dñs ut sufficienter ex eo & breuiter
loquamur, quantũ adiuuerit ipse q nos iubet loq.
Sic ero uolentibus officiosus, ut nõ sim tardis mo-
lestus, nec paucis multus, nec occupatis onerosus.
Titulus eius nõ nos tenet, Est.n. In finem, in hym
nis ipsi Dauid.) In hymnis, utiq; in laudibus: in fi-
Rom. 10. nem, utiq; in xpm. Finis.n. legis Christus est, ad iu-
Matth. 1. stitiam omni credenti. Et ipsi Dauid, non alium q̃
ipsum accipere debemus, q uenit ex semine Dauid,
ut esset homo iter hoies, & æquales angelis faceret
hoies. Vocem autem in isto Psalmo si in membris
eius & in corpore sumus, sicut illo exhortante præ
sumere audemus, nrãm debemus agnoscere, nõ ali
B cuius extranei. Nrãm autem non sic dixi, quasi eo-
rum tñ q in præsentia sumus modo, sed nostram
q sumus per totum mundum, q sumus ab oriente
usq; in occidentem. Et ut noueritis sic esse uocẽ no
stram, loqtur hic quasi unus homo: non est autem
unus homo, sed tãquã unus unitas loqtur. In xpo
autem nos oẽs unus homo, qa huius unius hois ca
put est in cœlo, & mẽbra adhuc laborant in terra.
Et qa laborant, uidete qd dicat: Exaudi deus de-
precationem meã, intende orõni meę.) Quis dicit?
quasi unus: uide si unus. A finibus terræ ad te cla
maui.) Iam ergo nõ unus, sed ideo unus, qa xps u-
nus, cuius oẽs membra sumus: nam qs unus homo
clamat a finibus terræ? Non clamat a finibus terrę,
Psal. 2. nisi hæreditas illa de qua dictum est ipsi filio, Po-
stula a me & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & pos
sessionem tuã terminos terræ. Hæc ergo xpi & pos-
sessio, hæc xpi hæreditas, hoc xpi corpus, hæc una
xpi Ecclesia, hæc unitas q nos sumus clamat a fini-
bus terræ. Quid autem clamat? Quod supra dixit,
Exaudi deus deprecationẽ meã, intende orationi
C meæ, A finib' terræ ad te clamaui, id est, hoc ad te
clamaui, A finib' terræ, id est, undiq;. Sed quare cla-
maui hoc? Dum angeret cor meũ.) Oñdit se esse p
oẽs gentes toto orbe terrarum, non in magna glo-
ria, sed in magna tentatione. Nanq; uita nra in hac
peregrinatione non potest esse sine tentatione: qa
pfectus nr per tentationẽ nrãm fit, nec sibi quisq;
innotescit nisi tentatus, nec potest coronari nisi ui
cerit, nec potest uincere nisi certauerit, nec põt cer-
tare nisi inimicũ & tẽtationes habuerit. Angitur er
go iste a finibus terræ clamans, sed tñ nõ relinqui-
tur. Qm nosipsos qd est corpus suum, uoluit præfi
gurare & in illo corpore suo, in quo iã & mortuus
est & resurrexit, & in cœlum ascẽdit, ut quõ caput
pcessit, illuc se mẽbra secutura cõfidant. Ergo nos
transfigurauit in se, qñ uoluit tentari a satana. Mo-
Matth. 4 do legebatur in Euangelio, qa dñs Iesus xps in ere-
mo tentabatur a diabolo. Prorsus Christus tenta-
batur a diabolo. In xpo.n. tu tentabaris, qa Chri-
stus de te sibi habebat carnẽ, de se tibi salutẽ: de te
sibi mortem, de se tibi uitã: de te sibi contumelias,
de se tibi honores. Ergo de te sibi tentationẽ, de se
tibi uictoriam. Si in illo nos tentati sumus in illo D
nos diabolũ supamus. Attendis qa xps tẽtatus est,
& non attendis qa uicit? Agnosce te in illo tẽtatũ,
& te in illo agnosce uincentẽ. Poterat a se diabolũ
prohibere, sed si non tentaretur, tibi tentando uin
cendi magisteriũ non pberet. Itaq; non mirũ si in-
ter tentationes positus iste clamat a finibus terræ.
Sed quare non uincit? In petra exaltasti me.) Iam
ergo hic agnoscimus qs clamet a finibus terræ. Re-
colamus Euangeliũ, Super hanc petram ædificabo Matt. 16.
Ecclesiam meã. Ergo illi clamat a finibus terrę quã
uoluit ædificare super petrã. Vt autẽ ædificaret Ec
clesiã super petrã, qs factus est petra? Paulum audi
dicentem, Petra autem erat xps. In illo ergo ædifi- 1. Cor. 10
cati sumus. Propterea petra illa in qua ædificati su Matth. 7.
mus, prior percussa est uentis, flumine, pluuia, qñ Matt. 4.
xps a diabolo tentabatur. Ecce in qua firmitate te
uoluit stabilire. Merito nõ uacat uox nra, sed exau-
ditur. In magna n. spe positi sumus. In petra exalta
sti me. Deduxisti me qa factus es spes mea.) Ille si
nra spes factus non esset, non nos deduceret. Dedu
cit tanquam dux, & in se ducit tanquã uia, & ad se
perducit tãquã patria. Deducit ergo nos. Vnde? qa E
factus est spes nra. Vnde factus est spes nostra? Ecce
sic quõ nunc audistis qa tentatus est, qa passus est,
quia resurrexit, factus est spes nostra. Quid.n. no-
bis dicimus qñ hęc legimus? Non.n. pderet nos deus
propter quos filium suum misit tentari, crucifigi,
mori, resurgere. Non.n. uere nos despicit deus, pro- Matt. 4.
pter quos filio proprio non pepercit, sed pro nobis & 27.
omnibus tradidit eum. Sic ergo factus est spes no-
stra. In illo uides & laborẽ tuum, & mercedẽ tuam.
Laborem in passione, mercedẽ in resurrectione. Sic
ergo factus est spes nostra. Habemus.n. duas uitas,
sed unã in qua sumus, alterã quã speramus. In qua
sumus, nota nobis est: quã speramus, ignota nobis
est. Tolera in qua es, & habebis quã nondũ habes.
Quõ toleras? Vt non uincaris a tentatore. Laborib'
suis, tẽtationibus, passionibus, morte sua demon-
strauit tibi uitã xps in qua es: resurrectione sua de- F
monstrauit tibi uitã in qua eris. Nos.n. non noue-
ramus nisi nasci hoiem & mori: resurgere hominẽ
& uiuere in æternũ, nõ noueramus. Suscepit qd no
ueras, & demõstrauit qd non noueras. Ideo ergo fa
ctus est spes nra in tribulationibus, in tẽtationib'.
Videte Apostolum dicentẽ, Non solum autẽ sed & Roma. 5.
gloriamur, inqt, in tribulationibus: scientes qa tri-
bulatio patientiã opatur, patiẽtia pbationẽ, pba-
tio spem. Spes autem non confundit. Qm charitas
dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsan-
ctum q datus est nobis. Ergo factus est spes nra qui
dedit nobis spũm sanctum, & ambulamus modo
ad spem: nõ n. ambularemus nisi speramus. Quid
ait ipse apostolus? Quod.n. uidet qs, quid sperat? Si
autem quod non uidemus speramus, per patientiã Roma. 8.
expectamus. Et item: Spe.n. salui facti sumus. Dedu
xisti me, qa factus es spes mea. Turris fortitudinis
a facie inimici.) Angit cor meum, inqt, ista unitas a
finibus terræ, & laboro inter tentationes & scanda
la. Inuident pagani: qa uicti sunt: insidiant hęretici
pallio uelati nominis xpiani, intus in ipsa Ecclesia
uim patit frumentũ a palea. Inter hæc oĩa cũ angit
cor meum clamabo a finibus terrę. Sed nõ me de-
serit ipse q me exaltauit super petrã, ut deducat me Matth. 3.
usq; ad se: quia & si laboro, diabolo per tot loca & Psal. 60.

G tempora & occasiones insidiante aduersus me, hic est mihi turris fortitudinis: quò cū fugero nō solū uitabo tela inimici, sed ēt in illum q̄ uoluero securus ipse iaculabor. Ipse n. Christus est turris, ipse nobis factus est turris à facie inimici, q est & petra super quā ædificata est eccl'a. Caues ne feriaris à diabolo, fuge ad turrim, nunquā te ad illā turrim diabolica iacula secutura sunt: ibi stabis munitus & fixus. Quo aūt fugies ad turrim? Ne forte quisq in tētatione positus corporaliter q̄rat turrim istā, & cū eam non inuenerit, fatigetur ac deficiat in tentatione. Ante te est turris, recordare Christū, & intra in turrim. Quo recordaris Christum ut intres in turrim? Quicquid pateris cogita quia prior passus est, & cogita quo fine passus est, ut moreretur & resurgeret. Talem & tu finē spera qualis in illo pcessit. & intrasti in turrim non consentiendo inimico. Si enim consenseris inimico, tunc ad te peruenit oppugnantis iaculū inimici. Tu potius in illū iaculare tela, qbus feriatur, qbus uincatur. Quæ sunt ista tela? Verba dei, fides tua, spes ipsa, tua bona opa. Nō dico sic esto in ista turri, ut uaces ibi, & sufficiat tibi, ad te hostis tela q non perueniant: age ibi aliqd,

H non cessent manus. Opa bona tua gladij sunt inter ficiētes inimicū. Inqlinus ero in tabernaculo tuo usq in secula.) Videtis qa ille de quo diximus, est q clamat, Quis nr̄m est inquilinus usq in secula? Paucis diebus hic uiuimus, & transimus. Inquilini n. hic sumus, habitatores in cœlo erimus. Ibi es inquilinus, unde auditurus es uocem dñi dei tui: migra. Nā de domo illa æterna in cœlis nemo te uidebit migrare. Hic ergo inqlinus. Vnde ēt dī in alio Psalmo, Inquilinus ego sum apud te, & pegrinus sicut oēs patres mei. Hic ergo iquilini sumus, ibi dñs nobis mansiones dabit æternas. Multæ, inquit, mansiones sunt apud patrē meum. Mansiones illas nō tanquā inquilinis dabit, sed tanquā ciuibus in æternum mansuris. Hic tñ fratres qa non modico tempore futura erat Eccl'a in hac terra, sed hic erit Ecclesia usq in finē seculi: ideo hic dixit, Inquilinus ero in tabernaculo tuo, usq in secula. Sæuiat quantumlibet inimicus, oppugnet me, insidias mihi præparet, scādalis crebrescat, & faciat angi cor meū, in

I quilinus ero in tabernaculo tuo usq in secula. Non uincetur Eccl'a, nō eradicabitur, nec cedet qbuslibet tentationibus: donec ueniat huius seculi finis, & nos ab ista tpali æterna illa habitatio suscipiat, ad quā nos deducet q factus est spes nr̄a. Inquilinus ero in tabernaculo tuo usq in secula. Si diu eris inquilinus, quasi hoc illi diceremus, laboraturus ergo es in terra inter tātas tentationes: nā si paucorū dierū hic esset Ecclesia, cito finirentur tētatoris insidiæ. Bene paucos dierū uelles esse tētationes. Sed quo colligeret natos oēs nisi diu hic esset, nisi usq in finem ptenderetur? Noli inuidere cęteris pōst futuris, noli qa iam transisti pontē misericordiæ, uel le pcidere. Sit hic usq in secula. Et quid de tentationibus q̄ necesse est ut abundent, quanto magis ueniunt scandala? Etenim ipse ait Qm̄ abundabit iniqtas, & refrigescet charitas multoꝝ. Sed illa Ecclesia quæ clamat à finibus terræ, in his est, de quibus sequitur dicens, Qui autem perseuerauerit usq in finem, hic saluus erit. Sed unde perseuerabis? Quæ tristes tuæ inter tāta scandala, inter tātas tentationes, inter tantas pugnas? Quibus uirib' uincis hostem quē non uides? Nunqd tuis? Ergo qa usq in secula erit inqlinus iste hic: q illi spes est ut duret? Cooperiar in uelamēto alarū tuarū.) Ecce quare securi sumus inter tantas tentationes donec ueniat finis seculi, & suscipiāt nos secula æterna, qa coopimur in uelamēto alarū ipsius. Aestus est seculi, sed magna umbra est sub alis dei. Cooperiar in uelamēto alarū tuarū. (Qm̄ tu deus meus exaudisti orōnem meam.) Quā? A qua cœpit. Exaudi deus deprecationem meā, intende orōni meæ: A finibus terræ ad te clamaui. Hoc ad te clamaui à finib' terræ, Ideo cooperiar in uelamēto alarū tuaꝝ, qa exaudisti deprecationē meā. Admonemur ergo frēs nō cessare orādo, quandiu tp̄s est tentationum. Dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.) Perseueremus ergo in timore nominis dei, æternus pater non nos fallit. Laborant filij ut suscipiant parentū suoꝝ hæreditatem, qbus mortuis successuri sunt. Nos nō laboramus accipere hæreditatē ab illo patre, cui nō morienti succedamus, sed cū illo in ipsa hæreditate in æternū uiuamus. Dedisti hæreditatē timentibus nomē tuū. Dies sup dies regis adijcies annos

L eius.) Hic est ergo rex nr̄, cuius mēbra sumus. Rex xp̄s est, caput nr̄m, rex noster. Dedisti illi dies super dies, non solū istos dies in isto tpe cū fine, sed dies super istos dies sine fine. Habitabo, inqt, in domo dñi, in longitudinē dierum. Quare in longitudinē dierum? Quia modo est breuitas dierū. Omnis. n. res q̄ finem habet, breuis est: sed regis huius dies super dies, ut non dieb' solū istis trāseuntibus regnet xp̄s in Ecclesia sua, sed regnent cū illo sancti in diebus illis q non habent finem. Ibi dies unus est, & multi dies sunt, qa multi sunt. Dixi iā in longitudinem dierum, qa unus dies sic intelligi, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Vnū diem dixit hodie, sed iste dies non ponitur in medio inter hesternum & crastinū, nec initiū eius finis est hesterni, nec finis eius initiū est crastini. Nā & anni dicti sunt, Tu aūt idem ipse es, & anni tui nō deficient. Quo anni, sic dies, sic dies unus. Quicqd uis dicis de æternitate. Ideo quicqd uis dicis, qa qcquid dixeris, minus dicis. Sed ideo necesse est aliqd dicas, ut sit unde cogites quod non potest dici. Dies super dies regis adicies annos eius. Vsq in diem generationis & ge

M nerationis.) Generationis huius & generationis futuræ. Generationis huius q̄ cōparatur lunæ, pter quod luna nascitur, crescit, pficitur, senescit & occidit. Sic sunt generationes istæ mortales, & generatio qua regeneramur resurgendo, & pmanebimus in æternum cum deo, qñ iā nō sicut luna, sed quo ait dñs, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Luna. n. figuratæ in scripturis, pro mutabilitate huius mortalitatis ponitur. Ideo ad Hiericho descendebat ille ab Hierusalē qui incurrit in latrones, qa Hiericho ciuitas uerbū est Hebræum, & interpretatur Latine luna. Descēdebat ergo tanquam ab immortalitate ad mortalitatē, & merito in itinere uulneratus à latronib' & semiuiuus relictus est ille Adā, ex quo est totū genus humanū. Ergo dies sup dies regis adijcies, annos eius usq in diem generationis & generationis. Generationis mortalis accipio, cuius generationis alterius mentionē fecisti. Cuius? Audi: Permanebit in æternū in conspectu dei.) Scdm qd, aut propter qd? Misericordiam & ueritatem eius qs regret ei?) Dicit & alio loco, Vniuersæ uiæ

Marginal references: Matt. 16. — ta' subsit. — Psal. 39 — Ioan. 14. — Matt. 24 — Psal. 22. — Psal. 2. — Psal. 101. — Matt. 13. — Luc. 10 — Psal. 24

A uersæ uiæ dñi misericordia & ueritas requirentib' testm̃ eius,& testimonia eius. Magnus sermo de ue- †al. bre-
uitatem. ritate & misericordia, sed ueritatem †promisimus. Breuiter accipite qd sit ueritas & misericordia, qa nõ paruum est quod dictum est, Vniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas. Misericordia dicitur, qa nõ merita nostra attẽdit deus, sed bonitatem suam, ut peccata nobis oĩa dimitteret,& uitam æternã promitteret. Veritas autem quia non fallit reddere quę promisit. Agnoscamus hic eam & nos faciamus: ut q̃uo nobis deus exhibuit misericordiã suam & ueritatem suam: misericordiam, dimittendo peccata nostra: ueritatẽ, exhibendo promissa sua: sic & nos faciamus hic misericordiã & ueritatem: misericordiam, circa infirmos, circa egentes, circa inimicos etiam nostros: ueritatem, non peccãdo, nec adijciẽdo peccatum suij peccatum: q̃m qui multum sibi pollicetur de misericordia dei, surrepit in animum ipsius ut faciat iniustum deum, & putet, quia si ꝑmanserit peccator, & noluerit recedere ab iniquitatib' suis, ueniat ille & ibi eũ positurus sit, ubi ponit seruos suos q ei obtẽperant. Et iustũ hoc erit, ut
B ibi te ponat ꝑseuerantẽ in peccatis, ubi positurus ẽ illos q recesserũt à pc̃tis? Sic uis iniustus esse, ut & deum facias iniustũ? Quid uis ergo cõuertere deũ ad uolũtatem tuã? Tu cõuertere ad uoluntatẽ dei. Quis est ergo qui hoc facit, nisi ex illis paucis, de q̃bus dicitur, Qui ꝑseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit? Merito & hic misericordiã & ueritatẽ ei' qs requiret ei? Quid est ei? Sufficeret, quis requiret. Quare addidit, ei, nisi quia multi requirunt misericor-
1.Cor.5 diam eius, & ueritatem discere in libris eius? Et cũ
Phil.2 didicerint, sibi uiuunt nõ illi: sua quærunt, nõ quę Iesu xp̃i. Prædicant misericordiam & ueritatem,& non faciunt misericordiam & ueritatem, sed ꝑdicãdo illam, norunt illam. Non enim ꝑdicarent illam si nõ nouissent illam. Sed qui deum amat & xp̃m, in ꝑdicando misericordiam & ueritatem ipsius, ipse illam requiret ei, nõ sibi: id est, nõ ut ipse habeat ex hac ꝑdicatione commoda temporalia, sed ut ꝓsit mẽbris ipsi', id est, fidelibus eius, cum ueritate ministrando, qd' nouit: ut q uiuit, non iam sibi uiuat, sed ei, q pro oibus mortuus est. Misericordiam & ueritatẽ eius quis requiret ei? Sic psallam nomi
C ni tuo deus in seculum seculi, ut reddam uota mea de die in diẽ.) Si psallis noĩ dei, ne psallas ad tempus. Vis in seculũ seculi psallere: uis ĩ æternũ psallere? Redde ei uota tua de die in diẽ. Quid est, redde ei uota tua de die in diẽ? De die isto ĩ diẽ illũ, perse-
Matt.10. uera reddere uota in isto die, donec uenias ad illũ
& 24. diẽ: hoc ẽ, Qui pseuerauerit usq; ĩ finẽ, hic salu' erit.

In Psalmum sexagesimumprimum enarratio.

Psal.84 Electatio diuinoꝝ eloquiorũ, & dulcedo intelligendi uerbi dei, adiuuante ipso qui dat suauitatẽ, ut terra nr̃a det fructũ suum, & nos ad loquendum, & uos ad audiẽdum exhortatur. Video uos sine fastidio audire, & gaudeo palato cordis uestri, à quo id qd' salubre ẽ, nõ respuit, sed cũ auiditate percipitur, & utiliter continet. Lo-
1.Par.25. quamur ergo uobis & hodie quantũ dñs donat de isto Psalmo quẽ modo cantauimus. Titulus ei' est: In finẽ pro Idithum Psalmus ipsi Dauid.) Iam uobis insinuatũ esse qd sit Idithũ recolo. Ex interpretatione.n. Hebrææ linguę ut ad nos ꝑuenit Latinẽ dicitur Idithum, transiliens eos. Transilit ergo iste qui cãtat quosdam, quos desup despicit. Videamus D quousq; trãsilierit, & quos trãsilierit, & ubi quãuis quosdã trãsilierit posit' sit. De quo spiritali quodã & securo loco ĩtueaĩ ima, nõ ita respiciẽs ut cadat, sed ut moueat q trãsiliuit pigros ut sequanĩ, & laudet locum quõ transiliẽdo ꝑuenit. Ita n. iste trãsiliens sup aliquid est, ut sub aliquo sit: unde pri' nobis insinuare uoluit, sub quo tutus sit, ut illud qd' trãsiliuit, nõ sit supbiæ sed ꝓfectus. In quodã ergo loco munito positus ait: Nõne deo subĳciet anima mea?) Audierat enim, Qui se exaltat, humiliabi- Mat.23
tur: & q se humiliat, exaltabiĩ. Et ne pid'ne trãsiliẽdo superbiret, nec elatus ex his q̃ isra essent, sed humilis ex eo, q̃ supra esset, tanq̃ minantibus ei ruinã inuidis qui eum transiluisse dolerẽt, rñdit, Nõne deo subĳcietur aĩa mea? Quid est quod mihi ueluti transilienti quæritis laqueos? Insultatione deĳcere me uultis, aut seductione decipere? Nunquid ita memini supra qd sum, ut oblit' sim sub quo sum? Nõne deo subiecta erit aĩa mea? Quantumcũq; accedam, quantumcũq; ascendã, quantumcũq; trãsiliam, sub deo ero, non contra deum. Securus ergo trãscẽdo cætera, q̃n ille me sub se tenet q est super E
oĩa. Nõnne deo subiecta erit aĩa mea? Ab ipso.n. salutare meum. Etenim ipse est deus meus & salutaris meus, susceptor meus non mouebor amplius.) Scio quis supra me sit, scio quis prætendat misericordiam suã scientib' se, scio sub cuius alarũ tegmine sperẽ, non mouebor amplius. Agitis quidẽ uos, aut quibusdam transiliens eosipsos qbus dicit, Agitis qdem uos ut mouear, sed non ueniat mihi pes Psal.35.
superbiæ Ex hoc.n. fit qd' & in ipso Psalmo sequiĩ, Nec manus pc̃torum dimoueat me: cui consonat, Non mouebor amplius. Ad illud.n. quod ibi dictũ est, nec manus pc̃torũ dimoueat me: rñdet hic, nõ mouebor amplius. Ad illud autẽ qd' ibi dictũ est, non ueniat mihi pes superbiæ: respõdet hic, Nõne Psal.89
deo subiecta erit aĩa mea? Ergo de superiori loco munitus est & tutus, cui factus est dñs refugiũ, cui est ipse deus in locum munitũ, respicit ad eos quos transiliuit, & despiciens eos loquitur tanq̃ de turri Psal.60.
excelsa: nam & hoc dictum est de eo, Turris fortitudinis à facie inimici. Attendit ergo ad eos, & dicit, Quousq; apponitis super hoiem?) Insultando, opprobria iaciendo, insidiando, persequendo, apponitis super hoiem onera. Apponitis super hominẽ quantũ põt ferre homo, sed ut ferat homo sub illo est qui fecit hoiem. Quoadusq; apponitis super hominem? Si ad hoiem attenditis. Interficite oẽs.) Ecce apponite, sæuite, interficite omnes. Tanquã parieti inclinato & maceriæ impulsæ.) Instate, impellite, quasi deiecturi. Et ubi est, Nõ mouebor amplı'? Sed quare nõ mouebor ampli'? Quia ipe ẽ de' salutaris meus, susceptor meus. Ergo hoies potestis apponere hominem super hominem, nunquid sup deum qui tuetur hominem? Interficite oẽs. Quod tm̃ spatium corporis in uno homine, ubi possit interfici ab oibus? Sed debemus itelligere personam nostram, personam Ecclesię nostræ, personã corporis xp̃i. Vnus enim homo cũ capite & corpore suo Iesus xp̃s saluator corporis & membrorum corporis, duo in carne una, & in uoce una, & in passione Gene.2
una, & cũ trãsierit iniqtas, in requie una. Passiõe itaq; Ephe.5.
Christi non in solo Christo, immo passiones Christi, nõ nisi ĩ Christo. Si enim Christũ intelligas ca-

G put & corpus,passiones xpi non nisi in Christo. Si
aūt Christum intelligas solum caput,passiones xpi
non nisi in solo Christo. Si enim passiones Christi
in solo xpo,immo in solo capite, unde dicit quod-
Col.1. dam membrum eius Paulus Apls,ut suppleam quę
desunt pressurarū xpi in carne mea? Si ergo in mē-
bris Christi es quicūq; homo, quisquis hæc audis,
quisquis hæc non audis, sed tamen audis si in mē-
bris Christi es, quicquid pateris ab eis qui nō sunt
in membris xpi, deerat passionib⁹ xpi. Ideo addit,
quia deerat mensuram implens, nō superfundens.
Tm ergo pateris,quantum ex passionib⁹ tuis inferē
dum erat uniuersæ passioni Christi, qui passus est
in capite nostro, & patitur in membris suis, id est,
in nobisipsis ad cōmunem hāc quasi rempublicā.
Nam quisque pro modulo nostro exolum⁹ qd̄ de-
bemus,& pro posse uirium nostrarū quasi canonē
passionū inferimus,paratoria plenaria: passionum
oium non erit finis,nisi cū seculum finitum fuerit.
Quousque apponitis super hoiem? Quicquid passi
sunt Prophetæ à sanguine Abel iusti,usq; ad sangui
Mat. 23. nē Zachariæ,appositum est super hoiem,qa pcesse
H runt aduentum incarnationis xpi, quædam mem-
bra xpi:sicut in nascente quodam,nondum quidē
procedente capite pcessit manus, sed tn̄ capiti con
nectebatur & man⁹. Nolite ergo putare fratres oēs
iustos qui passi sunt persecutionem impior, etiam
illos q ueneru̅t missi ante dn̄i aduentum prænun
ciare dn̄i aduentum, nō pertinuisse ad mēbra xpi.
Absit ut non pertineat ad membra Christi, qui pti-
net ad ciuitatem quæ regem habet Christum. Il-
la una est Hierusalem cœlestis, ciuitas sancta, hæc
una ciuitas,unū habet regē. Rex hui⁹ ciuitatis xps
Psal.86 est:ipse.n.dicit,Mater Sion,dicet homo:dicit ei ma
ter,sed homo.Mater enim Sion dicet homo, & ho-
mo factus est in ea,& ipse fundauit eā altissim⁹. Ille
ergo rex eius q eā fundauit altissimus, ipse in ea hō
factus est humillim⁹. Ipse ergo ante aduentum in-
carnationis suæ pmisit quædam membra sua,post
q̄ prænunciat se uenturum. Venit & ipse connexus
eis,refert ad similitudinē nascētis illius, quia man⁹
ante caput procedens,& cum capite est,& sub capi
Roma. 11 te.De xpo enim dictum est,Cūm laudaretur excel-
lentia ppli primi, & dolerentur fracti rami natura-
I les,quor adoptio,inqt,& testamenta & legis cōsti-
Roma.9. tutio,quorum patres ex quibus xps secundum car
nem qui est sup oia benedictus in secula deus. Ex
Psal.86 quibus xps secūdum carnem tanquā ex Sion,quia
homo factus est in ea, quia xps super omnia deus
benedictus in secula,quia ipse fundauit eam altissi
mus. Ex quibus xps secundū carnem filius Dauid,
qui est super omnia deus benedictus in secula, dns
Dauid. Tota ergo illa ciuitas loquitur à sanguine
Mat. 23 Abel iusti,usq; ad sanguinē Zachariæ. Inde & dein
ceps à sanguine Ioannis,per sanguinem Aplor, per
sanguinem martyrum, per sanguinem fideliū xpi,
una ciuitas loqtur,unus homo dicit, Quousq; ap-
ponitis sup hoiem? Interficite oēs. Videamus si de-
letis,uideamus si extinguitis, uideam⁹ si tollitis de
terra nomen eius, uideamus si non populi inania
Psal.40. meditamini, dicentes, Qn̄ morietur & peribit no-
men eius? Tanquā parieti inclinato, & maceriæ im
pulsæ,incubite,impellite. Audite fratres, Susceptor
meus non mouebor amplius, quia tanq̄ cumulus
harenę impulsus sum ut caderē,& dns suscepit me.

Veruntamen honorē meum cogitauerunt repel- K
lere.) Victi dum interficiūt cedētes,sanguine inter-
fector multiplicantes fideles, cedētes his etiā non
ualentes occidere. Verūtamen honorē meū cogita
uerunt repellere. Modo quia non pōt occidi Chri-
stian⁹, agitur ut exhonoretur Christianus. Nūc.n.
honore Christianor corda torquentur impior, iā
Ioseph ille spiritalis post uenditionem à fratribus, Gene. 37
post translationem de patria sua ad gentes tanq̄ in
Aegyptū,post humiliationē carceris,post factionē
falsæ testis†,postq̄ factum est quod de illo dictum †al. falsi tatis.
est,Ferrum pertransiuit aiam eius: Iam honorifica- Psal.104
tus est,iam non est subditus fratrib⁹ uendentibus,
sed frumēta erogat esurientib⁹. Victi ei⁹ humilitate Gene. 42.
& castitate,icorruptione,tentationib⁹, passionib⁹:
iā eū honoratū uident, & honorē ipsius cogitāt re
pellere. In cogitationibus qppe eor est illud, pctōr
uidebit: neq; enim non uidebit qn̄ non potest ciui
tas abscondi supra montem cōstituta. Peccator er Mat. 5
go uidebit & irascetur, dentib⁹ suis frendet & tabe- Psal. 111.
scet. Latet in corde, & tegitur fronte uenenū insæ-
uientib⁹ & idignātib⁹. Propterea & hic cogitationi
eor dicit, Honorē, inqt, meū cogitauerūt repellere. L
Non.n audent uerbis proferre quod cogitant, Op-
tem⁹ illis bona et tn̄ optāt mala, Iudica illos deus, Psal. 5
decidāt à cogitationibus suis. Quid.n. illis melius,
quid utilius, q̄ ut inde cadāt ubi male stant, ut pos-
sint ipsi correcti dicere, Statuisti pedes meos supra Psal. 39
petrā? Verūtamen cogitauerunt honorē meū repel
lere. Omnes contra unum, an unus contra oēs? An
omnes contra omnes, an unus contra unum? Inte-
rim cum dicit, Apponitis sup hominē, tanquam su
per unum:& cū dicit, Interficite oēs, quasi omnes
contra unum: sed tn̄ & omnes contra omnes, quia
& Christiani oēs, sed in uno. Quid autem illi diuer
si errores inimici xpi, omnes tantum dicendi sunt?
Nonne & unus? Planè audeo & unū dicere: qa una
ciuitas & una ciuitas, unus ppls & unus ppls, rex &
rex. Quid est, una ciuitas & una ciuitas? Babylonia
una, Hierusalem una. Quibuslibet alijs ēt mysticis M
noibus appelletur, una tamen ciuitas & una ciui-
tas: illa rege diabolo, ista rege Christo. Intendo.n.
Euāgelio quodā loco & monet me, puto qd̄ & uos.
Postea; inuitati sunt multi ad nuptias boni & ma Mat. 22.
li,& impletæ sunt nuptiæ recūbentium: serui enim
missi, ut pceptū erat, inuitauerūt & bonos & malos.
Et ingressus est rex, respicere recūbentes,& inuenit
hominē non habētem uestem nuptialem, & ait illi
quod nostis, Amice, quō huc uenisti, non habēs ue
stem nuptialem? At ille obmutuit: Et iussit ei ligari
manus & pedes, & proijci eū i tenebras exteriores.
Leuatus ē de cōuiuio,& missus est in pœnas, nescio
quis homo in tam magna turba recubentium. Sed
tn̄ dns uolens ostendere unū illum hoiem, unum
corpus esse quod constat ex multis, ubi iussit eum
proijci foras, & mitti i debitas pœnas: subiecit cōti
nuo, Multi.n sunt uocati, pauci uerò electi. Quid ē Matt.22.
hoc? Conuocasti turbas, uenit ingens multitudo,
annūciasti, locut⁹ es, multiplicati sunt sup numerū,
impletę sunt nuptię recūbentiū, proiect⁹ est inde so
lus unus,& dicis, Multi.n. sunt uocati, pauci uerò Psal. 39.
electi. Cur non potius oēs uocati, multi electi, un⁹
proiectus? Si diceret, multi.n. sunt uocati, & plures
electi, pauci uerò reprobi, i paucis fortè uerisimili⁹
intelligeremus unū illum. Nūc uerò dicit φ unus

A inde proiectus est, & subdit, Multi.n. sunt uocati,
pauci uerò electi. Qui sunt electi, nisi qui remanse-
runt? Proiecto uno, electi remanserũt. Quo ꝓfecto
uno de multis pauci electi, nisi qa i illo uno multi?
Philip.2. Oẽs qui terrena sapiunt, oẽs qui fœlicitatem terre-
nam deo præferunt, oẽs qui sua quærunt, non quæ
Iesu Christi, ad unam illam ciuitatẽ pertinent quæ
dicitur Babylonia mystice, & habet regẽ diabolũ.
Oẽs aũt qui ea quæ sursum sunt sapiunt, qui cœle-
stia meditanť, qui cũ solicitudine in seculo uiuunt,
ne deũ offendant, q cauent peccare, quos peccãtes
nõ pudet confiteri, humiles, mites, sancti, iusti, pij,
boni, oẽs ad unam ciuitatẽ pertinent, quę regẽ ha-
bet Christũ. Illa n. in terra quasi maior est tpe, non
sublimitate, nõ honore. Ciuitas illa prior nata, ci-
Gene. 4. uitas ista posterior nata. Illa n. incepit à Cain, hæc
lib. 15. de ab Abel. Hęc duo corpora sub duob' regibus agen
ciuit. dei tia ad singulas ciuitates pertinentia, aduersanť sibi
cap. 4. usq; in finem seculi, donec fiat ex cõmistione sepa-
ratio, & alij ponantur ad dexterã, alij ad sinistrã, di-
Matt. 25. caturq; illis, Venite bñdicti patris mei, percipite re-
B gnum qđ uobis paratũ est ab exordio mundi. Illis
autẽ, Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo
& angelis eius. Xps.n. hoc dicit, Venite benedicti pa
tris mei, percipite regnũ quod uobis paratũ est ab
initio mũdi, Rex ciuitatis suæ, uictor super oia. Illis
autem ad sinistram cõstitutis tanq̃ ciuitati iniquo
rum, Ite, inquit, in ignem æternũ. Nunquid separat
ab eis regẽ? Nõ. Addidit.n. qui paratus est diabolo
& angelis eius. Intendite fratres, intẽdite rogo uos.
Psal. 86. Delectat.n. me pauca adhuc loqui uobis de ciuita-
Psal. 136. te hac dulci. Gloriosissima.n. de te dicta sunt ciui-
tas dei, Et si oblitus fuero tui Hierusalẽ, obliuisca-
tur me dextera mea. Dulcis est.n. una patria, & uera
una patria, sola patria, prẹter illam quicquid nobis
est, peregrinatio est. Dicã ergo qđ agnoscatis, quod
1.Cor. 15. approbetis, cõmemorabo quod nostis, nõ docebo
lib 15. de quod ignoratis. Non prius, inquit Apostolus, qđ spi
ciuit. dei ritale est, sed quod aiale, postea quod spiritale. Ideo
cap 1. ciuitas illa maior ætate, qa prior natus est Cain, &
Gene. 4. postea Abel, sed i his maior seruiet minori. Illa ma-
C ior ętate, ista maior dignitate. Quare illa maior ęta
1.Cor. 15. se? Quia nõ prius quod spiritale est, sed quod aiale
Gene. 25 est. Quare ista maior dignitate? Quia maior seruiet
Gene. 4. minori. Aedificauit aũt ciuitatẽ Cain, sicut legim',
lib. 15. de anteq̃ esset ulla ciuitas in primordio rerũ humana
ciuit. dei rũ, ędificauit ciuitatẽ Cain. Proculdubio intelligis
ca. 8. et. 9 iam natos fuisse multos hoies ex illis duobus, & ex
his quos genuerãt, ut posset esse aptus & congruus
numerus, cui nomen ciuitatis imponeret. Aedifica-
uit ergo ciuitatẽ Cain ubi nõ erat ciuitas. Aedifica
ta est & postea Hierusalẽ, regnũ dei, ciuitas sancta,
ciuitas dei, & posita in specie quadã umbrę signifi-
1. Cor. 15. cantis futura. Intelligite itaq; magnũ mysterium, &
tenete quod prælocutus sum, nõ prius qđ spiritale,
sed qđ aiale, postea spiritale. Ideo ergo Cain prior
ædificauit ciuitatẽ, & ibi ædificauit ubi nulla erat
Iosue. 18. ciuitas. Vt uerò ædificaretur Hierusalẽ nõ ibi ædi-
2. Reg. 15 ficata est ubi nõ erat ciuitas, sed erat ciuitas primo
quæ appellabať Hiebus, unde Hiebusæi. Ea capta,
deuicta, subiecta, ædificata est noua ciuitas tanq̃
destructa uetere, & appellata Hierusalẽ, uisio pacis,
ciuitas dei. Vnusquisq; ergo natus ex Adã, nondum
pertinet ad Hierusalẽ. Portat.n. secũ traducẽ iniqui
tatis, pœnamq; pcti, deputatus morti, & pertinet
quodãmodo ad ueterẽ quandã ciuitatẽ. Sed si fu- D
turus est in pplo dei, destruetur uetus, & ędificabit
nouus. Ideo ergo Cain ciuitatẽ ædificauit ubi non
erat ciuitas. A mortalitate.n. & à malitia quisq; inci
pit ut fiat bonus postea. Sicut.n. per inobedientiã Roma. 5.
unius hois, pctores constituti sunt multi, ita p obe
dientiam unius hois iusti constituentur multi. Et 1.Cor. 15.
oẽs in Adã morimur, & unusquisq; nostrũ ab Adã
natus est, Transeat ad Hierusalẽ, destruetur uetus,
& ędificabitur nouus. Tanq̃ deuictis Hiebusæis ut Ephe. 4.
ædificetur Hierusalem, dicitur, Exuite uos ueterem
hoiem, & induite nouũ. Iamq; ædificatis in Hieru-
salẽ, & gratiæ luce fulgentibus, dicitur, Fuistis ali-
quando tenebræ, nunc autem lux in dño. Mala er-
go ciuitas ab initio usq; in finẽ currit, & bona ciui-
tas mutatione malorũ cõditur. Et sunt istæ duæ ci-
uitates permistę interim, i fine separãdæ, aduersus
se inuicẽ confligentes, una ꝓ iniquitate, altera pro
iustitia: una pro uanitate, altera ꝓ ueritate. Et aliqñ
ipsa cõmistio tpalis facit, ut quidam pertinẽtes ad
ciuitatẽ Babyloniã, administrent res pertinẽtes ad E
Hierusalẽ. Et rursum quidã pertinentes ad Hierusa
lem, administrent res pertinentes ad Babyloniam.
Difficile aliquid promisisse uideor. Patientes estote 1.Cor. 10.
donec demonstretur exemplis. Oia.n. in uetere po
pulo, sicut scribit Apostolus, in figura contigebãt
eis: scripta sunt aũt ad correctionẽ nostrã, in quos
finis seculi obuenit. Respicite ergo populũ illum
primũ positũ etiã ad significandũ populum poste
riorẽ, & uidete ibi quæ dico, Fuerunt reges magni
in Hierusalem, notũ est, numerantur, nominantur.
Oẽs ergo iniqui ciues erant Babyloniæ, & admini-
strabãt res Hierusalem: oẽs in finem inde separãdi,
non nisi ad diabolũ pertinent. Rursus inuenimus
ciues Hierusalẽ administrasse res quasdã perti-
nentes ad Babyloniam. Nã tres illos pueros uictus Daniel. 3.
miraculo Nabuchodonosor regni sui administra-
tores fecit, & cõstituit eos super satrapas suos, & ad-
ministrabant res Babyloniæ ciues de Hierusalẽ. Re
spicite nunc impleri hoc & agi in Ecclesia, & his
tpibus. Oẽs de quibus dictũ est, Quæ dicũt, facite, Matt. 23.
quæ autẽ faciunt facere nolite: ciues sunt Babylo-
niæ, administrãtes rempublicã ciuitatis Hierusalẽ. F
Si.n nihil administrarent ciuitatis Hierusalẽ, unde
est, Quæ dicunt facite? Vnde cathedrã Moysi sedet?
Rursus si ciues sunt ipsius Hierusalẽ qui regnabũt
in æternũ cum Xpo: unde, Quæ faciunt, facere no- Luc. 13.
lite: nisi quia audituri sunt, Recedite à me oẽs qui
operamini iniquitatem? Notũ est ergo uobis, ciues
malæ ciuitatis administrare quosdam actus bonæ
ciuitatis. Videamus si & nunc ciues bonæ ciuitatis
administrent quosdã actus malę ciuitatis. Terrena
ergo ois respublica quãdoque utiq; peritura, cuius
regnũ transitorium est cum ueniet illud regnũ de
quo oramus, Adueniat regnũ tuum: & de quo prę- Mat. 6.
dictũ est, Et regni eius non erit finis. Terrena ergo Lu. 1.
respublica, habet ciues nr̃os administrãtes res eius.
Quàm multi.n. fideles, q̃ multi boni & magistra-
tus sunt in ciuitatibus suis, & iudices sunt, & duces
sunt, & comites sunt, & reges sũt. Oẽs iusti & boni;
nõ habẽtes i corde nisi gloriosissima, quæ de te di-
cta sunt ciuitas dei. Et quasi angariã faciũt in ciui- Psal. 86.
tate transitoria, & illic à doctorib' ciuitatis sanctę,
iubenť seruare fidẽ ꝓpositis suis, siue regi quasi prę
cellenti, siue ducibus tanq̃ ab eo missis ad uindi- 1. Petri. 2.

G ctam maloꝝ, laudem uerò bonoꝝ: siue serui, ut do
minis suis subditi sint, & Christiani paganis, & ser-
uet fidē melior deteriori ad tēpus seruiturus, i ęter-
Ephes.6. num dominaturus. Fiunt.n.ista donec transeat ini
Psal. 56. quitas. Iubentur serui ferre dños iniquos & diffici-
les: ciues Babyloniæ iubenł tolerari à ciuib⁹ Hieru
salem, & amplius obsequiorum exhibētibus, q̄ si ci
Matth.5. ues essent ex ipsa Babylonia: tanq̄ implētibus, Qui
te angariauerit mille passus, uade cum illo & alia
duo. Hanc totā ciuitatē dispersam, diffusam, permi-
stam, alloquitur his uerbis & dicit, Quousq; appo-
nitis super hoiem? Interficite oēs, & qui fortis estis
Matth.3. tanq̄ spinæ in sepibus, aut tanq̄ ligna infructuosa
& 13. in syluis, quiq; intus estis tanq̄ zizania, uel tāquam
palea: oēs quotquot estis, separati, pmisti, tolerādi,
separandi, interficite omnes, tanq̄ parieti inclinato
& maceriæ depulsæ. Veruntamen honorem meum
cogitauerunt repellere. Non dixerunt, sed tñ cogita
Psal. 34. uerunt. Cogitauerunt repellere honorē meū. Cu-
curri in siti.) Retribuebant.n.mala pro bonis. Illi
interficiebant, illi repellebant, ego eos sitiebā. Illi
H honorē meū cogitauerūt repellere, ego eos in cor-
pus meū sitiebam traijcere. Bibendo.n. quid faci-
mus nisi humorē foris positū in mēbra mittimus,
& in corpus ducimus nrūm? Hoc fecit Moÿses in il-
lo capite uituli. Caput uituli, magnū sacramētū. Ca
put.n. uituli corpus erat impioꝝ, in similitudine ui
tuli manducantis fœnū, & terrena quærentiū. Quia
Esa. 40. oīs caro fœnū. Erat ergo, ut dixi, corpus impiorum.
Exod.32. Iratus Moyses in ignē misit, contriuit, in aqua spar
sit, bibendū pplō dedit, & ira Prophetæ administra
tio facta est prophetiæ. Corpus.n illud in ignē mit
titur tribulationū, & uerbo dei cōminuitur. Paula-
tim.n. desistunt ab unitate corporis eius. Sicut eni
uestimentū per tēpus absumitur, ita & unusquisq;
qui fit Christianus separatur ab illo pplō, & quasi à
massa cōminuitur. Conspirati oderunt, cōminuti
credunt. Et quid iam euidentius q̄ in corpus ciui-
tatis Hierusalē, cuius imago erat pp̄ls Israel, per ba-
ptismū traijciendi erant hoies? Ideo in aqua spar-
sum est, ut i potū daretur. Hoc usq; in finē sitit iste,
currit & sitit. Multos.n. bibit, sed nunq̄ erit sine siti.
I Inde est n. Sitio, mulier da mihi bibere. Samaritana
Ioan.4. illa ad puteum sitientem dnm̄ sensit, & a sitiēte sa-
tiata est. Sensit prior illa sitientē, ut biberet ille cre
Ioan.19. dentem. Et in cruce positus, Sitio dixit, quanuis illi
nō hoc dederint quod sitiebat. Ipsos.n ille sitiebat
Matth.9. at illi acetū dederūt, nō uinū nouū, quo implentur
utres noui: sed uinū uetus, & malū uetus. Dicitur n.
& uinum uetus, ueteres hoies, de quibus dictū est,
Psal. 54. Non.n.est illis cōmutatio, ut euersis Hiebusæis ędi
Iosue. 18. ficaretur Hierusalē. Sic & corpus capitis huius usq;
2. Reg.5. in finē ab initio cucurrit in siti. Et quasi ei dicere-
tur, quid in siti, quid tibi deest ò corpus Christi, ò
Ecclesia Christi? In tanto honore, in tanta sublimi-
tate, in tāta celsitudine etiam & in hoc seculo con-
stituta, quid tibi deest? Impletur de te qđ prædictū
Psal 71. est, Adorabunt eum oēs reges terræ, oēs gētes ser-
uient illi. Quid ergo sitis? quid sitis? Tantis populis
nō satiaris? Quos populos dicis? Ore suo benedi-
Matt. 20 cebant, & corde suo maledicebant.) Multi uocati,
pauci autē electi. Mulier fluxum sanguinis patiens,
uestis eius fimbriā tetigit, & sanata est. Et cū mira-
retur dñs tangentem, q de se senserat exisse uirtutē
scilicet ad sanandā mulierē, dixit, Quis me tetigit?

Et admirati discipuli dicunt, Turbę te cōprimunt, K
& dicis, quis me tetigit? Et ille, tetigit me aliquis, Luc.8.
tanq̄ diceret, una me tetigit, turbæ premunt. Qui
solennitatibus Hierusalē implent Ecclesias, solenni
tatibus Babyloniæ implent theatra: & tñ seruiunt,
honorant, obsequuntur, non solū ipsi qui portant
sacramēta Xpi, & oderunt præcepta Xpi: uerumetiā
illi qui nec sacramēta ipsa portāt, pagani licet sint,
Iudæi licet sint, honorant, laudant, prædicant, sed
ore suo benedicebāt. Nō attendo ad hos, nouit ille
qui me instruxit, corde suo maledicebant Ibi male
dicebant ubi honorē meū cogitauerunt repellere.
Quid tu ò Idithum corpus xpi, transilięs eos? Quid
tu inter hæc oia? Quid tu? Deficies, nō perseuerabis
usq; in finem? Nō audies, Qui perseuerauerit usq; in Matt. 10
finem hic saluus erit. Qm̄ quanuis abundat iniqui & 24.
tas, refrigescet charitas multoꝝ? Et ubi est qđ tran-
silisti eos? ubi est q conuersatio tua in cœlis est? Illi Philip. 3.
autē inhærent terrenis, tanq̄ terrigenæ sapiunt ter-
ram, & sunt terra serpētis cibus. Quid tu inter hęc? Gene.3.
Veruntamen quanuis hæc faciant, quāuis hæc co-
gitent, quanuis impellant, quanuis quasi inclinato L
instent, quanuis iam erectum sentiant, & honorem
meū repellere cogitēt, quanuis ore suo benedicāt,
& corde suo maledicāt, quāuis insidientur ubi pos
sunt, calumnienł ubi possunt. Veruntñ deo subij-
ciet aïa mea.) Et qs tāta toleret, uel aperta bella, uel
occultas insidias? Quis tanta toleret inter apertos
hostes, inter falsos fratres? Quis tanta toleret? Nun-
quid homo? Et si hō, nunquid à seipso hō? Non sic
transiliui ut extollar & cadam, Deo subijcietur aïa
mea. Qm̄ ab ipso est patientia mea.) Quæ patien-
tia mea inter tāta scandala, nisi quia si id quod non
uidemus speramus, p patientiā expectamus? Venit Roma. 8.
dolor meus, ueniet & requies mea, Venit tribulatio
mea ueniet & purgatio mea. Nunquid lucet aurum
in fornace aurificis? In monili lucebit, in ornamēto
lucebit, patiatur tñ fornacē, ut purgatū à sordibus
ueniat ad lucem. Fornax ista, ibi palea, ibi aurū, ibi
ignis, ad hanc flat aurifex. In fornace ardet palea, &
purgatur aurū. Illa in cineres uertitur, à sordibus
illud exuitur. Fornax mundus, palea iniqui, aurum
iusti, ignis tribulatio, aurifex deus. Qđ uult ergo M
aurifex, facio: ubi me ponit artifex, tolero: iubeor er
go tolerare, nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad
incēdēdū me, & quasi consumendū me, illa in cine
rem uertił, ego sordib⁹ careo. Quare? Quia deo sub-
ijcietur aïa mea, qm̄ ab ipso est patientia mea. Quis
est tibi iste à quo est patiētia tua? Qm̄ ipse est deus Roma. 8.
meus & salutaris meus, susceptor meus, nō emigra-
bo.) Qm̄ ipse est deus meus, ergo uocat me: & salu-
taris meus, ergo iustificat me: & susceptor me⁹, ergo
glorificat me. Hic.n. uocor & iustificor, ibi aūt tecū
glorificor, & ide ubi glorificor, nō emigrabo. Neq;
.n. in peregrinatione mea remanebo. Est hic unde
emigrē, sed ueniam unde nō emigrabo. Nā inquili-
nus ego sum apud te in terra, sicut oēs patres mei. Psal. 38.
Ergo ab inquilinatu migrabo, de domo cœlesti nō
emigrabo. In deo salutare meū, & gloria mea.) Sal
uus ero in deo gloriosus ero in deo: non.n. tantum
saluus, sed & gl'osus. Saluus, qa iustus ex impio, ab Roma.4.
illo iustificatus. Gloriosus aūt, qa nō solū iustifica-
tus, sed etiā honorificatus, Eteni quos pdestinauit,
illos & uocauit, Vocās eos qd fecit? Hic quos uoca- Roma. 8.
uit, ipsos & iustificauit: quos autē iustificauit, ipsos
& glo-

A & glorificauit. Iuſtificatio ergo ad ſaluté pertinet,
glorificatio ad honoré. Quia glorificatio ad hono
ré pertinet,diſputare opus nõ eſt. Quia iuſtificatio
ptinet ad ſaluté,q̃ramus aliquod documentũ. Ecce
occurrit ex Euãgelio, Erant qui ſibi uidebanť iuſti,
& reprehendebant dñm, ꝙ admittebat ad conui-
uium peccatores, & cũ publicanis & peccatoribus
conueſcebatur. Talib⁹ itaq; ſuperbientib⁹ ſortibus
terræ ualde eleuatis, multũ de ſua ſanitate gloriãti-
bus,quã putabant,non quã tenebant: quid rñdit
dñs? Non eſt opus ſanis medicus,ſed male habenti
bus. Quos dicit ſanos, quos dicit male habentes?
Matth.9. Sequitur & dicit, Non ueni uocare iuſtos,ſed pecca
tores in pœnitentiã. Appellauit ergo ſanos iuſtos,
nõ qa pharisæi hoc erant,ſed qa hoc ſe eſſe arbitra-
banť,& ideo ſuperbiebãt, & medicũ ægrotantibus
inuidebant,& plus ægrotãtes medicũ occidebant.
Appellauit tñ ſanos iuſtos,ęgrotãtes peccatores. Vt
ergo iuſtificarer ait iſte trãſiliens, ab ipſo mihi eſt,
& ut glorificarer ab ipſo mihi eſt. In deo ſalutare
meũ & gloria mea. Salutare meũ,ut ſaluus ſim:gl̃ia
B mea,ut honorat⁹ ſim. Hoc tũc,modo quid? Deus
auxilij mei,& ſpes mea in deo.) Donec pueniam ad
Roma. 8. perfectã iuſtificationẽ & ſaluté. Spe.n.ſalui facti ſu
Matt.13. mus. Spes aũt quę uideť,nõ eſt ſpes. Donec ueniam
ad illam glorificationẽ ubi iuſti fulgebũt in regno
patris ſui tanq̃ ſol. Interim nunc inter tentationes,
Pſal.61. inter iniquitates,inter ſcandala,inter apertas oppu
gnationes & ſubdolas locutiones,inter eos qui ore
ſuo benedicũt & corde ſuo maledicũt,inter eos qui
honoré meũ cogitant repellere:qd hic? Deus auxi-
Ephe.6. lij mei,dat.n.auxiliũ certantib⁹. Cõtra quos certãti
b⁹? Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſan
guinẽ,ſed aduerſus principatus & poteſtates. Deus
ergo auxilij mei,& ſpes mea i deo. Spes,q̃diu nondũ
eſt qđ ꝓmiſſum eſt, & creditur qđ nondũ uidetur.
Cũ auté uenerit,erit ſaluatio & glorificatio, non tñ
dum illa differunť, deſerimur. Deus.n.auxilij mei,
& ſpes mea in deo. Sperate in eo omne concilium
plebis.) Imitamini Idithum, tranſilite inimicos ue
ſtros, repugnantes uobis, reſiſtentes itineri ueſtro,
odio uos habẽtes trãſilite. Sperate in eo omne con
C ciliũ plebis. Effundite corã illo corda ueſtra.) No
lite credere eis q dicunt uobis, ubi eſt deus ueſter?
Pſal.41. Factæ ſunt, inquit, mihi lachrymæ meæ panes die
ac nocte, dũ dicitur mihi quotidie, ubi eſt de⁹ tu⁹.
Sed qd ibi dicit? Hęc meditatus ſum,& effudi ſuper
me animã meã. Cõmemoratus ſum qđ audio,ubi
eſt deus tu⁹. Memoratus ſum hęc & effudi ſuper me
animã meã. Quærens deũ meũ,effudi ſup me aiam
meam,ut illum attingerẽ nõ in me remãſi, Ergo ſpe
Pſal.54. rate in eo oẽ concilium plebis: Effundite corã illo
corda ueſtra,dep̃cando,cõfitendo, ſperãdo. Nolite
corda ueſtra retinere intra corda ueſtra. Effundite
corã illo corda ueſtra, Nõ perit qđ effunditis, Ille.n.
ſuſceptor meus. Si ſuſcipit,qd times effunderẽ? Iacta
in dño curam tuam,& ſpera in eum. Effundite co-
Roma.1. rã illo corda ueſtra. Deus adiutor noſter.) Quid
timetis inter ſuſurrones,detractores,deo odibiles?
Vbi poſſunt palã oppugnantes,ubi nõ poſſunt oc-
culte inſidiãtes, falſo laudãtes,uere inimicãtes. In-
ter hos qd timetis? Deus adiutor nr̃:an æmulantur
deum? Nũquid fortiores illo ſunt? Deus adiutor nr̃
Roma.8. eſt,ſecuri eſtote. Si deus pro nobis qs cõtra nos? Ef-
fundite corã illo corda ueſtra, trãſilientes ad eum,

leuãtes animas ueſtras, Deus adiutor nr̃. Et iam cõ- D
ſtituti in loco munito,i turri fortitudinis à facie ini
mici,miſeramini eos quos timebatis:currere.n.de-
betis in ſiti. Deſpicite ergo illos iã in loco illo cõſti
tuti,& dicite, Verũtamẽ uani filij hominũ,menda Pſal.61.
ces filii hominũ.) Filij hominũ uſq; quo graues cor
de? Filij hominũ uani,filij hominum mẽdaces,filij
hominũ ut qd diligitis uanitaté,& q̃ritis mẽdaciũ?
Cũ miſeratione iſta dicite,atq; ſapite. Si trãſiliuiſtis,
Si diligitis inimicos ueſtros, ſi deſtruere cupitis ut Luc.6.
ędificetis,ſi eũ amatis q iudicat in gentib⁹ & replet
ruinas,ita his iſta dicite,nõ odio habẽtes,nõ malũ
pro malo reddẽtes. Mẽdaces filij hominũ. In ſtate Rom.12.
ris ut decipiant ipſi de uanitate in unũ.) Certè mul
ti ſunt,ecce ille eſt unus,unus ille q proiectus eſt de
turba conuiuantiũ. Cõſpirant,omnes tẽporalia q̃- Matt.22.
runt, quiq; carnales carnalia, & in futurum ſperant
quicunq; ſperant. Etſi de opinionũ uarietate in di-
uerſum,de uanitate tamẽ in unũ ſunt. Diuerſi qui- Matt.12.
dem errores & multiformes, & regnũ aduerſum ſe
diuiſum nõ ſtabit:ſed ſimilis in oibus uoluntas ua
na & mẽdax, pertinens ad unum regem, cũ quo in Matt.25.
ignẽ æternũ pcipitanda eſt. Ipſi de uanitate i unũ. E
Et ad illos uidete,qa ſitit, uidete quia currit in ſiti.
Conuertit ergo ſe ad illos,ſitiens eos. Nolite ſpera
re ſuper iniquitaté.) Nã ſpes mea in deo eſt, nolite
ſperare ſuper iniquitatẽ. Vos qui non uultis accede
re & trãſilire,nolite ſperare ſuper iniquitaté. Ego.n.
q trãſiliui,ſpes mea in deo. Et nũquid iniquitas eſt
apud deũ? Nolite ſperare ſup iniquitaté Hoc facia- Roma.9.
mus,illud faciamus,illud cogitem⁹,ſic inſidias cõ-
ponam⁹,de uanitate in unũ. Tu ſitis,q cõtra te iſta
cogitant,ab eis quos bibis ꝑduntur. Nolite ſperare
ſuper iniquitatẽ. Vana eſt iniquitas,nihil eſt iniqui
tas,potens nõ eſt niſi iuſtitia. Occultari põt ad tẽ-
pus ueritas,uinci nõ põt. Florere põt ad tẽpus ini-
quitas,ꝑmanere nõ põt. Nolite ſperare ſup iniquita
tẽ. Et rapinã ne cõcupiſcatis.) Nõ es diues & raperẽ
uis? Quid inuenis? Quid perdis? O lucra damnoſa.
Inuenis pecuniã, pdis iuſtitiam. In rapinã ne cõcu-
piſcatis. Paup ſum nõ habeo:ideo rapere uis? Quid I.Petri.5.
rapias uides,à quo rapiaris nõ uides? Neſcis circuire
inimicũ tanquã leonẽ rugienté,& q̃rentem quid ra F
piat? Præda illa quã uis rapere,in muſcipula eſt:te-
nes & teneris. In rapinã ergo ne concupiſcas ô pau- I.Tim.6.
per,ſed cõcupiſce in deũ qui pſtat nobis oĩa abun-
dãter ad fruendũ. Paſcet te q fecit te:ſe paſcit latro-
nẽ,nõ paſcet innocentẽ? Paſcet te q ſolẽ ſuũ oriri fa Matth.5.
cit ſuper bonos & malos,& pluit ſup iuſtos & iniu-
ſtos. Si paſcit dãnandos,nõ paſcet liberãdos? Ergo
in rapinã noli concupiſcere. Dictũ eſt hoc pauperi,
fortaſsis aliqd de neceſsitate rapturo. Diues proce-
dat,nõ habeo ego,inquit,neceſsitaté rapiẽdi,nihil
mihi deeſt,abũdant oia:& tu audi. Diuitiæ ſi flu-
ant,† ne apponatis cor.) Ille nõ hẽt,iſte hẽt. Ille nõ †al.afflu
q̃rat rapere qđ nõ habet:iſte nõ apponat cor in eo ant et ſic
quod habet Diuitię ſi fluant.i.ſi exundent tanquã deinceps.
de fonte currãt,ne apponatis cor. Noli de te p̃ſume
re,noli ibi te figere:certe uel hoc time,diuitiæ ſi flu
ant. Nõ uides qa ſi ibi cor poſueris,& tu flues? Diues
es,& ecce iam nõ cõcupiſcis adhuc habere, qa mul
ta habes. Audi, Præcipe diuitib⁹ huius mũdi,nõ ſu I.Tim.6.
perbe ſapere. Et qd eſt,ne apponatis cor? Neq; ſperaȓ
in incerto diuitiarũ. Ergo diuitiæ ſi fluant ne appo
natis cor:nec in diuitijs cõfidatis,nõ p̃ſumatis,nec

G speretis,ne dicatur,Ecce hō q nō posuit deū adiuto
Psal.51. rē suū, sed sperauit in multitudine diuitiarū suarū
& pualuit in uanitate sua. Ergo uani filij huminū,
mēdaces filij hominū,Neq; rapiatis neq; si fluant di
uitiæ cor apponatis: nō iam uanitatem diligatis &
Psal.30. mēdacium gratis, Beatus.n.cuius est dñs deus spes
eius,& nō respexit i uanitates & insanias mēdaces.
Decipere uultis,fraudē uultis facere,quid affertis ut
decipiatis? stateras dolosas. Mēdaces.n.inquit, filij
hominū in stateris, ut decipiant ipsi ꝓferendo sta-
teras dolosas Falso examine fallitis intuentes,nesci
tis aliū esse q appēdit, aliū qui de pondere iudicat?
† qui te et ipsum. Nō uidet cui tu appēdis,sed uidet q & teipsum † ap-
pendit. Ergo nō fraudē,nō rapinā cōcupiscatis,nō
in his, q̄ habetis spem ponatis,monui,pdixi,ait iste
Idithū. Quid sequitur? Semel locutus es deus,duo
hæc audiui, qm̄ potestas dei est, & tibi dñe miseri-
cordia, qa tu reddes unicuiq; secundū opera sua.)
Dixit Idithū, sonuit de alto, quo trāsiliuit, audiuit
ibi quiddā & dixit nobis.Sed aliquantū in hoc qd
nobis dixit ptu rbor fratres, & donec uobiscū parti
H cipē,uel perturbationē,uel aliquam respirationem
meā,intētos uos uolo: etenim psalmū ad terminū
duximus adiuuāte dño. Post hæc q̄ dicturi sumus,
nō restat aliquid quod de hoc ulterius exponam⁹.
Itaq; annitimini mecū,utrū possimus intelliger hoc:
& si nō potuero, & intelligit aliqs uestrū quod ego
nō possum, gaudebo potius q̄ inuidebo. Omnino
inuestigare difficile est quēadmodū positū sit pri⁹,
Semel locut⁹ est deus: deinde cū ille semel locutus
est, ego duo audiui. Si.n.diceret, Semel locutus est
deus,unū hoc audiui: uidebatur partē quæstionis
huius amputauisse, ut tantūmodo q̄reremus quid
sit,semel locutus est deus. Nūc uerō q̄situri sumus,
& qd sit,semel locutus est deus: & qd sit, duo hæc
audiui: cū semel ille locutus est. Semel locutus est
deus Quid dicis Idithum? Si tu loqueris qui transi-
liuisti eos,semel locutus est: ego scripturā aliā cōsu
Heb.1. lo,& dicit mihi,Multifarie multisq; modis olim de⁹
locutus est patrib⁹ in Prophetis. Quid est,Semel lo
cutus est deus? Nōne ille est deus,qui in primordio
Gene.3. generis humani locutus est ad Adā? Nōne idem ipse
& 4. locutus est ad Cain,ad Noe,ad Abraham,ad Isaac,
I ad Iacob,ad Prophetas oēs,& ad Moysen? Vn⁹ erat
Moyses,& quotiens ad eū locutus est de⁹? Ecce etiā
uni nō semel,sed sępius locutus est deus.Deinde lo
Matth.3. cutus est ad filiū hic positū,Tu es filius meus dile-
ctus. Locutus est deus Apostolis,locutus est oibus
sanctis,etiam si nō uoce sonāte p nubē,in corde tn̄
Psal.84. ubi ipse magister est. Vñ ille dicit,Audiam quid lo
quatur in me dñs deus, qm̄ loquetur pacem in ple-
bem suam. Quid est ergo, semel locutus est deus?
Multū trāsiliuerat iste ut perueniret illuc,ubi semel
loquutus est deus. Ecce breuiter dixi charitati ue-
Heb.1. strę.Hic inter homines hoibus sæpe multis modis,
multis partib⁹, per multiformē creaturam locutus
est deus. Apud se semel deus locutus est,qa unū uer
bū genuit deus.Iste ergo Idithū transiliens eos,trā-
siliuerat acie mētis forti & ualida & ꝓfidenti, tran-
siliuerat terrā,& quicquid in terra est,aerem,nubes
oēs,ex quib⁹ locutus est deus multa & sæpe, & mul
tis: transilierat etiam oēs angelos acie fidei. Erat
enim iste transiliens nō cōtentus terrenis,sed uelut
aquila uolans, ꝑteruectus omnē nebulam, qua te-
gitur omnis terra. Dicit.n.sapientia, Et nebula texi
omnem terrā. Peruenit ad aliquid liquidū,uniuer- K
Eccl.24. sam trāsiliens creaturā, & q̄rens deum,effundens se
Psal.4. super animā suam, peruenit ad principium, & uer-
Ioan.1. bū dei apud deū: & inuenit unius patris unū uer-
bū, & uidit qa semel locutus est deus. Vidit uerbū
p quod facta sunt oia, & in quo simul sunt omnia,
nō diuersa,nō separata,non inæqualia. Non enim
deus quod per uerbū faciebat,ipse non nouerat: si
aūt quod faciebat nouerat,in illo erat anteq̄ fieret
quod fiebat. Si.n.nō in illo erat quod fiebat anteq̄
fiebat,ubi nouerat quod faciebat? Nō.n.potes deū
dicere ignorata fecisse. Sciuit utiq; deus quod fecit.
Et ubi sciuit anteq̄ faceret, si sciri nisi facta nō pos-
sunt? Sed a factis sciri,nisi ante facta nō possunt, à
te .s. ab hoie in imo facto, & in imo posito. Anteq̄
autem fierent hæc omnia,sciebantur ab illo à quo
facta sunt, & quod sciuit fecit. Ergo in uerbo illo,
per quod fecit omnia, anteq̄ fierent erant omnia,&
cū facta sunt ibi sunt oia: sed aliter hic,aliter ibi,ali
ter in ꝓpria natura, i qua facta sunt,aliter in arte p
quā facta sunt. Quis hoc explicet? Conari possum⁹,
ite cū Idithū & uidete: Iam ergo ut potuimus dixi- L
mus,quō semel locutus est deus, uideam⁹ quō duo
hæc audiuit. Duo hæc audiuit,forte non est conse-
quens ut sola duo hæc audierit, sed duo hæc, inqt,
audiui. Quædā duo q̄ nobis opus est ut dicant,au-
diuit. Audiuit forte alia multa,sed non opus est ea
dici nobis. Ait.n.& dñs, [illegible]ta habeo uobis dicere, Ioan.16.
sed non potestis illa portare modo. Quid est ergo,
duo hęc audiui? Hęc duo q̄ uobis dicturus sum,nō
à me uobis dico, sed q̄ audiui dico. Semel locutus
est deus,unū uerbū habet unigenitū deum. In illo
uerbo sunt oia,qa per uerbū facta sunt omnia. Vnū
uerbū habet, ubi oēs thesauri sapientiæ & scientiæ
absconditi. Vnū uerbū habet,semel locut⁹ est deus.
Duo hęc quæ uobis dicturus sum,ibi audiui,nō ex
me loquor,nō ex me dico, ad hoc pertinet, audiui.
Amicus aūt sponsi stat & audit eū, ut uerū loquat, Ioan.1.
Audit n enim ne loquendo mendacium de suo lo- Colos.2.
quatur,ne diceres,quis es tu,qui mihi hoc dicis? Vn Ioan.11.
de mihi hoc dicis? Audiui hæc duo, & illa tibi lo- Ioan.8.
quor, qa audiui hæc duo, q etiā cognoui,qa semel M
locutus est deus. Noli contēnere auditorē dicentē
tibi q̄dam duo tibi necessaria, eum qui trāsiliendo
uniuersam creaturam peruenit ad uerbum unigeni
tum dei, ubi sciret quia semel locutus est deus. Di-
cat ergo iam quędam duo, Multum.n.ad nos perti
nent hæc duo,Quoniam potestas dei est,& tibi do
mine misericordia. Ista sunt duo potestas & miseri-
cordia? Ista planè,intelligite potestatē dei,intelligi-
te misericordiā dei. His duob⁹ continent propè oēs
scripturæ,propter hæc duo Prophetæ,propter hæc
duo Patriarchæ, propter hæc lex, propter hæc ipse
dñs noster Iesus Chrs, propter hæc Apostoli, ꝓpter
hæc annunciatio omnis,& celebratio uerbi dei in
Ecclesia, propter hæc duo,propter potestatē dei &
misericordiam. Potestatem eius timete, misericor-
diam eius amare: nec sic de misericordia eius ꝓsu-
matis,ut potestatē contēnatis: nec sic potestatē ti-
meatis,ut de misericordia desperetis. Apud illū po- Psal.74.
testas,apud illū misericordia: hūc humiliat,& hūc
exaltat: hūc humiliat potestate,illū exaltat miseri-
cordia. Sic.n.deus uolens ostēdere irā,& demōstra Roma.9.
re potentiā suā,attulit i multa patiētia sua uasa iræ,
q̄ pfecta sunt in pditionē. Audisti potestatē,q̄re mi-

A sericordiā, Vt notas, inqt, faceret diuitias suas i ua-
sa misericordiæ. Pertinet ergo ad ei⁹ potestatē dāna
Roma. 9. re iniquos. Et qs illi dicit, qd fecisti? Tu enim ô ho-
mo quis est qui respondeas deo? Time ergo & tre-
me eius potestatē, sed spera eius misericordiā. Dia-
bolo potestas quædam est, plerunq; tñ uult nocere
& non pôt, quia potestas ista sub potestate est. Nā
si tm̄ posset nocere diabolus quantū uult, non ali-
quis iustoꝝ remaneret, aut aliquis fideliū esset in
terra. Ipse ꝑ uasa sua impellit, quasi parietē inclina-
tum, sed tm̄ impellit, quantum accepit potestatem.
Vt autem non cadat paries, dñs suscipiet: qm̄ q dat
potestatem tantatori, ipse tentato pr͛bet misericor
diam. Ad mensuram.n. permittitur tentare diabo-
Psal. 79. lus Et potabis nos, inqt, in lachrymis in mensura.
Noli ergo timere, nisi ꝑmissum aliqd facere tentato
rem. Habes.n. misericordissimum saluatorem, Tm̄
permittitur ille tentare, quantū tibi prodest ut exer
cearis, ut ꝓbēris, ut q te nesciebas, à teipso inuenia-
ris. Nā ubi uel unde nisi de hac dei potestate & mi-
sericordia securi esse debem⁹? Scd'm illam Aposto-
licam sniam, Fidelis deus qui non permittit uos tē
B tari super id qd' potestis. Ergo potestas dei est, non
1. Cor. 10. est.n. potestas nisi à deo. Noli dicere, & quare dat
Roma. 13 tantam potestatē, & non de potestate habet æqta-
tē? Qui dat potestatē, habet ęqtatē. Tu inique mur
murare potes, ille æquitatē perdere nō pôt Nunqd
Roma. 9 iniquitas apud deum est? Absit, Hoc fige in corde,
hoc de cogitatione tua nō excutiat inimic⁹. Facere
pôt aliquid deus, ut tu nescias quare faciat, inique
tñ facere non potest, apud quem non est iniquitas.
Nam ecce reprehēdis deū quasi de iniqtate Ago te-
cum aliqd, attende paululū. Non reprehēderes ini-
quitatē, nisi uidendo iustitiam. Reprehenser iniq-
tatis esse non pôt, q non cernit iustitiam, cui cōpa-
ratam reprehēdat iniqtatem. Vnde.n. scis quia hoc
iniustum est, nisi scias quid sit iustū? Quid si enim
iustum est, & hoc qd' dicis iniustū? Absit, inqs, iniu
stū est, & clamas quasi uidentib⁹ oculis, uidēs hoc
iniustū esse utiq; ex aliqua regula iustitiæ, cui cōpa
rans hoc qd' uides prauum, & cernens nō cōuenire
rectitudini regulæ tuæ, reprehēdis tanq̄ artifex di-
scernēs iustū ab iniusto. Ergo qro à te, iustum hoc
esse unde uides? Vbi, inquā, uidebis hoc iustū, quo
C uiso, reprehēdis iniustū? Vnde illud nescio qd, quo
aspergitur aïa tua ex multis partib⁹ in caligine con
stituta, nescio qd hoc qd' coruscat mēti tuæ? Vnde
hoc iustū? Itāne nō habet fontē suū? A te tibi ē qd'
iustū est, & tu tibi potes dare iustitiam? Nemo sibi
dat qd' nō hēt. Ergo cū sis iniustus, esse nō potes iu
stus, nisi cōuertēdo te ad quandā iustitiam manē-
tē, à qua si recedis, iniust⁹ es: ad quā si accedis, iust⁹
es. Te recedēte nō deficit, te accedente non crescit.
Vbi est ergo ista iustitia? Quæres in terra? Absit. Nō
enim aurū aut lapides ꝑciosos quæris, iustitiā quæ
rēs. Quære in mari, quęre in nubibus, qre in stellis,
qre in angelis, inuenis in illis, sed & ipsi de fonte bi
bunt. Iustitia.n. angeloꝝ in omnib⁹ est, sed ab uno
Psal. 35. capit. Respice ergo, trāscende, uade illuc ubi semel
locutus est de⁹, & ibi inuenies fontē iustitię, ubi est
fons uitæ, qm̄ apud te est fons uitæ. Si.n. tu de rore
exiguo iudicare uis qd' iustū est, & qd' iniustum ē,
nunquid iniquitas apud deum? Vnde ad te manat
Roma. 9. tanquā de fonte iustitia, inquantum iustū sapis, cū
ex multis partibus inique desipias? Habet ergo fon

tem iustitiæ de⁹, Noli ibi qrere iniquitatem ubi lux D
sine umbra ē. Sed planè te pôt latere causa. Si latet
te causa, respice ignorantiā tuā, Vide qui sis, attēde
hæc duo, qm̄ potestas dei est, & tibi dñe misericor-
dia Fortiora te ne quæsieris, & altiora te ne scruta- Ecclesia.
tus fueris, sed q̄ præcepit tibi dñs, illa cogita semp. stici 3.
Quia ad hæc quæ tibi præcipit deus, pertinent ista
duo, qm̄ potestas dei est, & tibi dñe misericordia.
Noli timere inimicum, Tantum facit quantū acce-
perit potestatem Eum time, qui habet summū po-
testatem, Eum time, q quantū uult tantum facit, &
qui iniustè nihil facit, & quicqd fecerit, iustū ē. Pu-
tamus iniustū esse nescio qd, & ex hoc qa fecit deus
crede iustum esse. Ergo, inqs, si qs hoiem occidat
innocentē, iuste facit an iniquè? Iniquè sane. Quare
hoc ꝑmittit de⁹? Vide prius ne illud debeas, Frange Esa. 58
esurienti panē tuū, & egenū sine tecto induc in do
mum tuam. Si uideris nudum uesti eū. Hoc.n. iusti
tia est, hoc enim tibi Præcepit dñs, Lauamini, mun Esa. 1.
di estote, auferte nequitias a cordibus uestris, atq; à
conspectu oculoꝝ meorum, Discite bonum facere,
iudicate pupillo & uiduæ, & uenite & disputem⁹ dī
cit dñs. Disputare uis anteq̄ facias unde dignus sis E
disputare, quare hoc ꝑmisit deus? Consiliū dei tibi
dicere ô homo nō possum. Illud tñ dico, q à ini-
que fecit homo q occidit innocentem, & nō fieret
nisi ꝑmiserit deus, Et quāuis ille inique fecerit, non
tñ hoc inique permisit deus. Lateat causa in isto, ne
scio quo de quo moueris, cui⁹ inocētia te ꝑmouet,
Possem.n. tibi cito rādere, nō occideretur nisi no-
cens esset, sed tu eum innocentē putas. Possem tibi
hoc cito dicere. Nō.n. tu scrutareris cor ei⁹, discute-
res facta ei⁹, examinares cogitationes eius, ut posses
mihi dicere, iniustè occisus est. Possem ergo facilè
rādere: sed opponit mihi qdā iust⁹ sine cōtrouersia,
iust⁹ sine dubitatiōe, iustus q nō hēbat pctm̄, occi-
sus à pctōribus, traditus à pctōre, ipse xps deus no- Psal. 68
ster de quo non possumus dicere ꝗ habuit aliquā
iniquitatem, quia ea q non rapuit exoluebat, obji-
citur mihi, Et quid dicam de xpo? Tecum ago, in-
quis, & ego tecum. De illo proponis q̄stiōne, de il-
lo soluo q̄stionem. Ibi enim consiliū dei nouimus,
qd' non nisi ipso reuelante nossemus: ut cū tu inue
neris consiliū dei, qui permisit innocentē filiū occi
di ab iniustis, & tale consiliū quale tibi placeat, &
quale tibi si iust⁹ es displicere nō posit, credas qa &
in alijs cōsilio id agat de⁹, sed latet te. Eia frēs opus Col. 2.
erat sanguine iusti ad delēdū chirographū pctōrū, F
opus erat exēplo patiētiæ, exēplo hūilitatis, opus
erat signo crucis ad diabolū & ei⁹ angelos debellā-
dos, opus nobis erat passione dñi nrī. Nā passione
dñi redēptus est orbis. Quāta bona egit passio do
mini? Et tñ passio huius iusti nō esset, nisi dñm ini-
qui occidissent. Quid ergo? Bonum hoc quod no-
bis pstitum est de dominica passione, imputandū
est iniqs interfectorib⁹ xpi? Absit. Illi uoluerunt, de⁹
ꝑmisit. Illi nocentes essent, etiam si tantūmodo uo
luissent. Deus aūt non permisisset nisi iustum esset.
Voluerunt occidere, Pone qa non potuerunt, Iniq
essent, homicidæ essent, quis dubitaret? Dñs enim Psal. 10.
interrogat iustū & impium, & in cogitationib⁹ im-
pij interrogatio erit. Discutit deus qd quisq; uolue-
rit, non quid potuerit. Ergo si uoluissent & no po-
tuissent, & non occidissent, iniq illi remanerent, ti-
bi Christi passio nō præstaretur. Volut ergo facere

G impius ut damnaretur, pmissus est ut tibi pstaret.
Quod uoluit, imputatur iniquitati impij, quod p-
missum est, imputat potestati dei. Ille ergo inique
uoluit, de⁹ iuste pmisit. Itaq; fratres mei & Iudas ma
lignus traditor xpi, & persecutores Christi, maligni
omnes, impij omnes, iniqui omnes, damnādi oēs,
Roma 8. & tamen pater ꝓprio filio suo nō pepercit, sed pro
nobis omnibus tradidit illum. Dispone si potes, di
Psal. 65. stingue si potes, redde deo uota tua, q̄ distinxerunt
labia tua. Vide qd tibi fecerit iniquus, qd iustus. Il-
le uoluit, iste permisit: Ille iniuste uoluit, iste iuste p
misit. Voluntas iniusta dānetur, pmissio iusta glo-
rificetur. Quid.n. mali accidit Christo, quia mor-
tuus est xps? Et illi mali sunt qui mala facere uolue
runt, & nihil mali passus est cui fecerunt. Occisa est
caro mortalis interficiēs mortem morte, pbens pa-
tientiȩ documentum, pmittens resurrectionis exē-
plum. Quāta bona facta sunt iusti, de malo iniusti?
Hoc est magnū dei, qa & bonū qd facis ipse tibi de
dit, & de malo tuo ipse bene facit, Noli ergo mira-
ri, pmittit de⁹ & iudicio pmittit, pmittit & mēsura,
H numero, pondere pmittit. Apud illū nō est iniqui-
Roma 9. tas, tu tm̄ ad eum pertine In ipso spem pone, ipse sit
Psal. 60. adiutor tuus, salutare tuū. In illo sit locus munit⁹,
1.Cor. 10 turris fortitudinis. Refugium tuum ipse est, & nō te
sinit tētari, supra q̄ potes ferre, sed faciet cū tētatio-
ne etiam exitum ut possis sustinere, ut ꝙ te sinit pa
ti tentationem, potestas eius sit: ꝙ non sinit ultra ī
te fieri q̄ potes ferre, misericordia eius sit, qm̄ pote-
stas dei est, & tibi domine misericordia, quia tu red
des unicuiq; secundum opera eius.

Post tractatum, cum mathematicus in popu-
lo monstraretur.

I Ua Ecclesiæ sitis, etiā istum quem uidetis
bibere uult, Simul etiā ut noueritis, q̄ mul
Psal. 51. ti in cōmistione Christianorū, ore suo be-
nedicant, & corde suo maledicant, iste ex Christia-
no & fideli pœnitēs redit, & territus potestate dñi,
conuertitur ad misericordiam dñi. Seductus.n. ab
inimico cū esset fidelis, diu mathematicus fuit, se-
ductus seducēs, deceptus decipiens, illexit, fefellit,
multa mēdacia locut⁹ est cōtra deū, q dedit homi-
nibus potestatem faciendi qd bonū est, & non fa-
I ciēdi qd malū est. Iste dicebat, qa adulteriū nō fa-
ciebat uoluntas ꝓpria, sed Venus: & homicidiū nō
faciebat uoluntas propria, sed Mars: & iustū nō fa-
ciebat de⁹, sed Iouis: & alia multa sacrilega nō par-
ua. Quā multis eū putatis xpianis nummos abstu-
lisse? Quā multi ab illo emerunt mendaciū quibus
Psalm. 4. dicebamus, Filij hoium usquequo graues corde, ut
quid diligitis uanitatē & qritis mendaciū? Modo
sicut de illo credendum est, horruit mendacium, &
multorꝫ hoium interitum: sed aliqñ à diabolo sen-
sit illectū, conuertit ad deū pœnitens. Putam⁹ fra-
tres de magno timore cordis accidisse. Quid.n. di-
cturi sumus? Nāq; si ex pagano conuerteret mathe-
maticus, magnū quidem esset gaudiū: sed tñ posset
uideri, quia sic conuersus est clericatū quærere in
Ecclesia. Pœnitens est, non qrit nisi solā misericor-
diā. Cōmendandus est ergo, & oculis & cordibus
uestris. Eū quē uidetis, cordib⁹ amate, oculis custo
dite. Videte illū, scitote illū, & quàcūq; ille transie-
rit, fratrib⁹ cæteris q modo hic non sunt, ostendite
illū, & ista diligētia misericordia ē, ne ille seductor
retrahat cor & oppugnet. Custodite uos, nō uos la
teat cōuersatio ei⁹, uia ei⁹, ut testimonio uestro no- K
bis cōfirmet uere illū ad dñm esse cōuersum. Non
enim silebit fama de uita eius, qñ sic uobis & uidē
dus & miserādus offert. Nostis in Actib⁹ Apostolo- Act. 19
rum esse scriptū, qa multi perditi, id est, taliū artiū
homines, & doctrinarū nefariarꝫ sectatores, omnes
codices suos ad Aplos attulerūt, & incēsi sunt libri
tam multi, ut pertineret ad scriptorem æstimatio-
nē eorū facere, & summā pcij cōscribere. Hoc utiq;
propter gloriā dei, ne tales etiā perditi desperarētur
ab illo qui nouit quærere quod perierat. Perierat Luc. 15.
ergo iste, nūc quȩsitus, inuentus, adductus est: por-
tat secū codices incēdendos, p quos fuerat incen-
dēdus, ut illis ī ignē missis, ipse ī refrigeriū trāseat.
Sciatis eum tñ fratres olim pulsare ad Ecclesiam
[ante pascha, Ante pascha enim cœpit petere de Ec
clesia] Christi medicinā, sed qa talis est [ars], in qua
exercitatus erat, q̄ supra se esset, de † mendacio atq; † al. quæ
fallacia, dilatus est ne tentaret, & aliqñ tñ admissus suspecta
est, ne periculosius tentaretur. Orate pro illo xpm, ert & etc.
prorsus hodiernam precem pro illo fundite domi-
no deo nostro. Scimus.n. & certi sum⁹, qa oratio ue L
stra delet oēs impietates eius. Dñs uobiscum.

In Psalmum sexagesimumsecundum enarratio.

P Ropter eos q forte rudes sunt adhuc ad no
men xpi, qa undiq; colligit q pro oibus de-
dit sanguinē suū, dicendū est paucis quod
& illi libēter audiant q nouerunt, & discant q non
nouerunt. Psalmi isti quos cantam⁹, anteq̄ dñs no-
ster Iesus xps natus eēt ex uirgine Maria, spiritu dei Luc. 1.
dictante dicti & conscripti sunt. Fuit.n. Dauid rex
in Iudæorum gente, quæ gens una colebat deum
unum, q fecit cœlum & terram, mare & oia q̄ in ip-
sis sunt, siue quæ uidentur, siue quæ non uident.
Cæteræ aūt gentes, aut idola colebant, q̄ manibus
suis fecerant, aut creaturam dei, non ipsum creato-
rē, id est, aut solē, aut lunā, aut stellas, aut mare, aut
montes, aut arbores. Hæc.n. oia deus fecit, & lau-
dari se uult ī illis, nō illa coli pro se. Ergo in ipsa gē-
te Iudȩorꝫ Dauid rex fuit, de cuius semine natus est Roma 1.
dñs noster Iesus xps ex Maria uirgine: quia de illa
ducebat genus uirgo Maria, q̄ peperit xpm: & dicti
sunt isti Psalmi, & prophetabatur in eis xps uentu-
rus post multos annos: & dicebat ab illis prophe- M
tis qui fuerunt antequā dominus noster Iesus xps
de Maria uirgine nasceretur, quicqd futurum erat
temporibus nostris: quod modo legimus & uide-
mus, & multum gaudemus, qa spes nostra pdicta
est à sanctis, qui illud non uidebant impletū, sed ī
spiritu futurū uidebāt, Et nos modo legim⁹ & audi
mus à lectorib⁹, disputamus illa, & quō sunt in scri
pturis, sic ea uidemus impleri per totū orbē terra-
rum Quis inde non gaudeat? Quis non & ea q̄ nō-
dum uenerunt uentura speret, pp illa q̄ iam tanta
impleta sunt? Modo.n. fratres uidetis, qa totus mū-
dus, tota terra, oēs gentes, omnes regiones currunt
ad nomen Christi, & credunt in xpm. Certe uide-
tis hoc, hoc quō ubiq; euertantur uanitates paga-
norū, uidetis, Hoc manifestum est uobis. Nunquid
& hoc de libro uobis legimus, & non ante oculos
uestros fit? Hoc ergo totū, qd uidetis ante oculos
uestros fieri, scriptū est ante immensam uolumina
annorꝫ p istos quos modo legim⁹, qñ iam ista im-
pleri uidem⁹. Sed qm̄ scripta sunt & alia q̄ nondum
uenerunt, id est, qa dominus noster Iesus Christus

uenturus

A uenturus est ut iudicet, q primo uenit ut iudicaret. Venit.n.primo humilis, postea uenturus est excelsus, uenit ut ostēderet exēplum patiētiæ, postea uenturus est ut pro meritis iudicet oēs, siue bonos siue
Acto.1. malos. Quia ergo nondū uenit hoc qđ speram⁹ uenturū Christū iudicem uiuoꝝ & mortuoꝝ, debem⁹ illud credere modicū quod restat. Venturū esse credamus quādo, uidemus tanta q̄ tunc futura erant, modo compleri. Stultus est.n.qui nō uult credere pauca q̄ restant, cū uideat tam multa impleta esse, q̄ tunc non erant quando p̄dicebantur. Psalmus ergo iste dicitur ex persona dñi nostri Iesu Christi &
Luc.1. capitis & membroꝝ. Ille n.unus q natus est de Ma-
& 23. ria, & passus est, & sepultus est, & resurrexit, & ascen-
Mar.16. dit in cœlū, & modo ad dexterā patris sedet & inter
Roma.8. pellat pro nobis, caput nr̄m est, Si ille caput est, nos mēbra sumus, tota Ecclesia eius q̄ ubiq; diffusa est, corp⁹ ipsius est, cuius est ipse caput. Non solū autē fideles q modo sunt, sed & q fuerūt ante nos, & qui post nos futuri sunt usq; in finem seculi, oēs ad corpus eius ptinent, cui⁹ corporis ipse caput est q ascē-
Colo.1. dit in cœlū. Quia ergo iam nouim⁹ caput & corp⁹,
B ille est caput, nos corpus. Qñ audimus uocē ipsius, & ex capite debemus audire & ex corpore: qa quicqd passus est in illo, & nos passi sumus: quia & nos qđ patimur in nobis, & ipse patitur. Q̄uo si aliquid patiatur caput, nūquid potest dicere manus, quia nō
1.Cor.12. patitur? Aut si aliquid patitur man⁹, nūquid pōt caput dicere, qa nō patitur? Aut si aliquid patitur pes, nunqđ potest caput dicere, qa nō patitur? Qñ aliquid patitur mēbrum nr̄m, omnia mēbra currunt
Mar.16. ut subueniant mēbro quod patitur. Si ergo ille cū
Acto 1. passus est, nos in illo passi sumus, & ille iam ascēdit in cœlū & sedet ad dexterā patris, quicquid patitur Ecclesia ipsius in tribulationib⁹ huius seculi, in tētationib⁹, in necessitatib⁹, in angustijs, qbus illa oportet erudiri, ut igne tanq̄ aurū purgetur, ipse patitur. Probamus hoc, qa nos in illo passi sumus, dicēte Aplo,
Col.2. Si aūt mortui estis cū Chrō, qđ adhuc uelut uiuen-
Roma.6. tes de hoc mūdo decernitis? Itē dicit, Quia uet⁹ homo simul crucifixus est cū illo, ut euacuetur corpus
C peccati. Si ergo in illo mortui sum⁹, in illo etiam re-
Col.3. surreximus. Dixit.n. ipse Apl's, Si autē resurrexistis cū Christo, q̄ sursum sunt sapite, q̄ sursum sunt quęrite, ubi Christus est in dextera dei sedens. Si ergo in illo mortui sumus, & in illo resurreximus, & ipse in nobis moritur, & in nobis resurgit, ipse est.n.unitas capitis & corporis: nō immeritō uox ipsius etiā nostra est, & uox nr̄a etiam ipsius est. Audiamus ergo psalmū & in eo Christū loquentē intelligamus. Titulum habet iste Psalmus. Ipsi Dauid cum esset in deserto Idumææ.) Per Idumææ nomē intelligitur seculū istud. Idumæa.n. gens erat qdam errantium
1.Reg.22. hominū, ubi idola colebant. Nō in bono ponitur Idumæa ista. Si nō in bono ponitur, intelligendum est istā uitā, ubi patimur tātos labores, & ubi tātis necessitatib⁹ subditi sumus, Idumęę noīe significari. Et hoc est desertū ubi multū sititur, & audituri estis uoce modo sitientis in deserto. Si autē cognoscamus nos sitientes, cognoscemus nos & bibētes, qa q sitit in isto sclō, in futuro sclō satiabitur, dicen-
Matt.5. te dño, Beati q esuriunt & sitiūt iustitiam, qa ipsi saturabunt. Ergo in hoc sclō nō debemus quasi amare saginā. Hic [illegible] est, alibi saginabimur. Modo aūt ut nō deficiamus [illegible] isto deserto, aspergit nobis

rorē uerbi sui, & nō nos dimittet prius arescere, ut D nō sit de nobis repetitio, sed ut sic sitiam⁹ ut bibamus. Vt aūt bibam⁹, aliqua grā eius aspergimur, tñ sitimus. Et qđ dicit anima nostra deo? Deus deus meus, ad te de luce uigilo.) Quid est uigilare? Vtiq; nō dormire. Quid est dormire? Est somnus aiæ, est somnus corporis. Somnū corporis oēs debem⁹ habere, qa si non habeat somnus corporis, deficit hō, deficit ipsum corpus. Nō.n.pōt diu sustinere corp⁹ nr̄m fragile animā uigilantē & intentā in actionibus. Si diu fuerit intēta anima in actionib⁹, corpus fragile & terrenū nō illā capit, nō illā sustinet ppetuo agentē, & deficit, & succumbit. Ideo deus dona uit somnū corpori, quo reparant mēbra corporis, ut possint uigilantē aiam sustinere. Illud aūt cauere debem⁹, ne ipsa aia nr̄a dormiat. Malus.n.est somn⁹ animæ, bonus somnus corporis, quo repatat ualetudo corporis. Somn⁹ aūt animæ, est obliuisci deū suū. Quæcunq; anima oblita fuerit deum suū, dormiunt. Ideo dicit Apl's quibusdā oblitis deū suū, & tanq̄ in somno agentib⁹ deliramēta culturę idolorum. Sic sunt.n.qui colunt idola, q̄uo qui uident in E somnis uana. Si aūt euigilet anima ipsoꝝ, intelligit à quo facta est, & non colit quod ipsa fecit. Dicit ergo quibusdā Apostolus, Surge qui dormis, & exur- Ephe.5. ge à mortuis, & illuminabit te Chr's. Nūquid corpore dormientē excitabat Apl's? Sed excitabat animā dormientē, qñ ad hoc eam excitabat ut illuminaretur a Christo. Ergo secundū ipsas uigilias dicit iste, Deus deus meus ad te de luce uigilo. Non n.uigilares in te, nisi oriret lux tua, q̄ te de somno excitaret. Illuminat.n.animas Christus, & facit eas uigilare. Si aūt lumen suū detrahat, obdormiunt. Ideo.n.illi dicitur in alio Psalmo, Illumina oculos meos, ne Psal.12. unquā obdormiā in morte. Aut si ab illo auersi obdormiūt, p̄sens est illis lumē, & nō possunt uidere, qa dormiunt. Q̄uo & corpore q dormit inter diem, iam ortus est sol, iam dies calet, & ille tanq̄ in nocte est, quia nō uigilat ut uideat iam ortū diem. Sic qui busdā iam p̄sente Chrō, iam p̄dicata ueritate, inest adhuc somnus animæ illius. Ergo uos si uigiletis, dicite quotidie, Surge qui dormis & exurge a mor- Ephe.5. tuis, & illuminabit te Chr's. Vita.n.uestra & mores F uestri uigilare debent in Chrō, ut sentiant alij Pagani dormientes, & ad sonitū uigiliarū uestrarū excitentur, & ipsi excutiant somnū, & incipiant in Chrō uobiscū dicere, Deus deus meus ad te de luce uigilo. Sitiuit tibi anima mea.) Ecce illud desertū Idumeæ. Videte q̄uo hic sitit, sed uidete quid hic bonū est, sitiuit tibi, Sūt.n.qui sitiunt, sed nō deo. Omnis q sibi uult aliquid pstari, in ardore est desiderij, ipsum desideriū sitis est aiæ. Et uidete q̄ra desideria sint in cordibus hominū, Alius desiderat argentū, ali⁹ desiderat possessiones, ali⁹ desiderat hæreditates, ali⁹ amplā pecuniā, ali⁹ multa pecora, ali⁹ domū magnā, alius uxorē, ali⁹ honores, ali⁹ filios. Videtis desideria ista, q̄uo ardēt in cordib⁹ hominū. Ardēt oēs homines desiderio, & uix inuenitur qui dicat, Sitiuit tibi anima mea. Sitiunt.n.homines seculo, & nō se intelligunt in deserto esse Idumææ, ubi debet sitire anima ipsoꝝ, deo. Dicam⁹ ergo nos, Sitiuit tibi anima mea, Oēs dicamus, qa in cōcordia Chri oēs una aia sumus, ipsa anima sitiat in Idumæa, Sitiuit tibi, inquit, aia mea, Quàm multipliciter tibi & caro mea.) Parū est, qa sitiuit anima mea, sitiuit & ca

G ro mea. Porrò ſi aia ſitit deo, qũo & caro ſitit deo?
Qñ.n. caro ſitit, aquam ſitit: quãdo anima ſitit: fon
tem ſapientiæ ſitit. De ipſo fonte inebriant animæ
Pſal. 35. noſtræ, ſicut dicit alius Pſalmus, Inebriabuntur ab
ubertate domus tuæ, & torrente delitiarũ tuarũ po
tabis eos. Sitienda eſt ergo ſapientia, ſitienda eſt iu
ſtitia. Non ea ſatiabimur, nõ ea implebimur, niſi cũ
fuerit finita uita iſta, & uenerimus ad illud ꝙ pro-
Matt. 13. miſit deus. Promiſit.n. deus æqualitatẽ angelorũ,
& modo angeli non ſitiunt qũo nos, non eſuriunt
qũo nos, ſed habent ſaginã ueritatis lucis imortalis
ſapientiæ. Ideo beati ſunt, & de tãta beatitudine, qa
in illa ſunt ciuitate Hieruſalẽ cœleſti, unde nos mo
do peregrinamur: attendunt nos peregrinos, & mi-
ſerant nos, & iuſſu dñi auxiliant nobis, ut ad illam
patriam cõmunem aliqñ redeamus, & ibi cum illis
fonte dominico ueritatis & æternitatis aliqñ ſature
mur. Modo ergo ſitiat anima noſtra, unde & caro
noſtra ſitit, & hoc multipliciter. Multipliciter tibi,
inquit, ſitit & caro mea, qa & carni nr̃æ promittitur
reſurrectio. Qũo animæ noſtræ promittitur beati-
H tudo, ſic & carni noſtrę promittitur reſurrectio Re
ſurrectio carnis talis nobis promittitur. Audite &
diſcite & tenete q̃ ſit ſpes Chriſtianoꝶ. Quare ſum⁹
Chriſtiani? Nõ.n. ad hoc ſumus Chriſtiani, ut terre
nã nobis fœlicitatẽ petamus, quã plerunq; habent
& latrones & ſcelerati, Ad aliam fœlicitatẽ nos ſu-
mus Chriſtiani, quã tunc accipiemus cum uita iſta
huius ſeculi tota tranſierit. Ergo promittitur nobis
& carnis reſurrectio, & talis reſurrectio carnis no-
bis promittitur, ut caro quidẽ iſta quã modo por-
tamus, reſurgat in finẽ. Nec incredibile uobis uidea
tur, Si.n. deus fecit nos qui non eramus, magnũ illi
eſt reparare qui eram⁹? Ergo hoc uobis incredibile
non uideatur, qa quaſi putreſcere mortuos uidetis,
& ire in cineres & in puluerẽ, Aut ſi incendatur ali-
quis mortuus, aut ſi canes dilanient eũ, putatis qa
inde nõ erit reſurrecturus? Omnia q̃ diſcerpunt, &
in fauillas quaſdã putreſcunt, integra deo ſunt. In il
la n. elementa mundi eunt, unde primo uenerunt,
qñ facti ſumus: non illa uidemus, ſed tñ deus unde
I ſcit ꝓducet illa, quia & antequã eſſemus, unde ſcie-
bat, nos produxit. Talis ergo reſurrectio carnis no
bis promittitur, ut quãuis ipſa ſit caro, quã modo
portam⁹ q̃ reſurrectura eſt, tñ nõ habeat corruptio
nem quã modo habet. Modo.n. ex corruptione fra
gilitatis, ſi nõ mãducemus, deficimus, & eſurimus:
Si nõ bibamus, deficimus & ſitimus: Si diu uigile-
mus, deficimus & dormimus: Si diu dormiam⁹, de-
ficimus, ideo uigilamus: Si diu mãducemus & biba
mus, quãuis ꝓpter refectionẽ mãducemus & biba-
m⁹, ipſa diuturna refectio defectio eſt: Si diu ſtem⁹
fatigamur, ideo ſedem⁹: & ſi diu ſedeamus, & ibi fa
tigamur, & ideo ſurgimus. Deinde uidete qa nullus
eſt carnis noſtrę ſtatus, qm̃ infantia auolat in pueri
tiam, & q̃ris infantiam, & nõ eſt infantia, quia iam
pro infantia pueritia eſt. Iterũ & ipſa migrat in ado
leſcentiam, Quæris pueritiam & nõ inuenis, Adole
ſcens fit iuuenis, q̃ris adoleſcentẽ & nõ eſt. Iuuenis
fit ſenex, q̃ris iuuenẽ, & non inuenis. Et ſenex mori
tur, q̃ris ſenẽ, & nõ inuenis. Non ſtat ergo ætas nr̃a,
ubiq; fatigatio eſt, ubiq; laſsitudo, ubiq; corruptio.
Attendẽtes qualem nobis ſpem reſurrectionis pro-
mittat deus, in iſtis oĩbus multiplicibus defectioni
bus noſtris, ſitimus illã incorruptionẽ, & ſic caro
nr̃a multipliciter ſitit deo. In iſta Idumęa, in iſto de K
ſerto, q̃ multipliciter laborat, tã multipliciter ſitit, q̃
multipliciter fatigatur, tam multipliciter ſitit illam
infatigabilẽ incorruptionẽ: quanq̃ fratres mei bo-
no Chriſtiano & fideli etiã in hoc ſeculo caro deo
ſitit: qa ſi opus eſt carni pane, ſi op⁹ eſt aqua, ſi op⁹
eſt uino, ſi opus eſt nũmo, ſi opus eſt iumẽto carni
huic, à deo petere debet nõ à dæmonijs & idolis, &
à neſcio qbus poteſtatibus huius ſeculi. Sunt.n. qui
qñ famẽ patiunt in iſto ſeculo, dimittunt deũ, & ro
gant Mercuriũ, aut rogant Iouẽ ut det illis, aut quẽ
dicunt cœleſtẽ Pana, aut aliqua dæmonia ſimilia,
nõ deo ſitit caro ipſoꝶ. Qui aũt deo ſitiunt, undiq;
debẽt ſitire & aĩa & carne: qa & animæ deus dat pa
nẽ ſuũ. i. uerbũ ueritatis: & carni deus dat q̃ neceſſa
ria ſunt, quia deus fecit & animã & carnem. Propter
carnẽ tuam rogas dæmonia, nunquid animã tuam
deus fecit, & carnẽ tuam dæmonia fecerunt? Qui fe
cit animam, ipſe fecit & carnẽ. Qui fecit ambas res,
ipſe paſcit ambas res. Vtrunq; nr̃m deo ſitiat, & ex L
labore multiplici ſimpliciter ſatietur. Vbi autẽ ſitit
anima noſtra, & multipliciter caro noſtra? No ciui-
cunq; ſed tibi dñe. i. deo noſtro ſitit, Vbi ſitit? In
terra deſerta & ſine uia & ſine aqua.) Seculũ iſtud
diximus, ipſa eſt Idumæa, hoc eſt, deſertũ Idumææ,
unde titulũ Pſalmus accepit, In terra deſerta. Parũ
eſt deſerta, ubi nullus hominũ habitat, inſuper &
ſine uia & ſine aqua, Vtinã uel uiam haberet ipſum
deſertũ, utinã illuc homo incurrens, uel noſſet quà
inde exiret. Non uidet hominẽ ad ſolatiũ, nõ uidet
uiã qua careat deſerto. Ergo ubi diuertit? utinã eſſet
uel aqua unde reficeretur qui inde nõ poteſt exire?
Malum deſertũ horribile & timendũ, & tamẽ deus Ioan. 14.
miſertus eſt nr̃i, & fecit nobis uiam ĩ deſerto, ipſum
dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ, & fecit nobis cõſola-
tionẽ in deſerto, mittẽdo ad nos p̄dicatores uerbi
ſui, & dedit nobis aquã in deſerto, implens ſpiritu
ſancto p̄dicatores ſuos, ut fieret in eis fons aquę ſa-
lientis in uitã æternã. Et ecce habemus hic omnia,
ſed nõ ſunt de deſerto. Ergo ꝓprietatẽ deſerti prius Ioan. 4.
cõmendauit Pſalmus, ut & tu cũ audiſſes ĩ quo ma
lo eſſes, ſi quas hic habere poſſes conſolationes, uel
ſocioꝶ, uel uiæ, uel aquæ, nõ tribueres deſerto, ſed M
illi qui te uiſitare dignatus eſt in deſerto. Sic ĩ ſan-
cto apparui tibi ut uiderẽ potentiam tuã & gloriã
tuam) Primò ſitiuit anima mea, & caro mea multi
pliciter tibi in deſerto, & in terra ſine uia & ſine aq̃.
& ſic in ſancto apparui tibi ut uiderẽ potentiã tuã
& gloriam tuã. Niſi quis primo ſitiat in iſto deſer-
to. i. malo in quo eſt, nunquã perueniet ad bonum
quod eſt deus. Apparui autẽ tibi, inquit, in ſancto.
Nam in ſancto eſt magna conſolatio. Apparui tibi
quid eſt? Vt uideres me, & ideo uidiſti me ut uiderẽ
te. Apparui tibi ut uiderem. Non dixit apparui tibi
ut uideres: ſed dixit, apparui tibi ut uiderẽ poten-
tiam tuã & gloriam tuã. Vnde & Apoſtolus, Nunc Gal. 4.
autem, inquit, cognoſcentes deum, immò cogniti
à deo. Prius.n. apparuiſtis deo, ut poſsit uobis appa
rere deus, Vt uiderem potentiam tuam & gloriam
tuam. Reuera in iſto deſerto, id eſt, in iſta eremo, ſi
tanquam ab eremo exigat homo quod ſibi ſaluti
eſt, nunquã uidebit potentiam domini & gloriam
domini, ſed remanebit ſiti moriturus, nec uiam in-
ueniet, nec conſolationẽ, nec aquam per quã duret
in eremo. Cum autem erexerit ſe ad deum, ut dicat

A illi ex medullis oibus, Sitiuit tibi aia mea,q̄ multipliciter tibi & caro mea: ne forte uel necessaria carnis ab aliis petat, & non à deo, aut nō desideret illā resurrectionē carnis,quā nobis ꝓmittit deus: cùm ergo se erexerit, habebit nō paruas consolationes. Ecce fratres, quo caro nostra quādiu mortalis est, quādiu fragilis est, ante illam resurrectionē habet solatia ista quibus utimus, panē,aquā,fructus,uinum,oleum.Ista oia solatia & subsidia,si nos deserant,utiq̨ durare nō possumus,quamuis nondū receperit caro ista sanitatē illā perfectā,ubi nullā patietur angustiam,nullā indigentiā: sic & aia nostra cū hic est in ista carne inter tentationes,& pericula seculi huius,adhuc est infirma. Habet etiā ipsa solatia uerbi,solatia orationis,solatia disputatiōis. Sic sunt ista aiæ nostræ, quō illa carnis nostræ. Cùm aūt resurrexerit caro nostra,ut iā istis non indigeamus, habebit locū quendā & statū incorruptionis suę:sic & aia nostra habebit cibū suum ipsum uer-
Ioan. 1. bum dei,per qd' facta sunt oia. Tamen gratias deo qui modo in hac eremo nō nos deserit, siue dando
B nobis qd' necessariū est carni,siue dando nobis qd aiæ necessariū est,& qn̄ nos aliquibus necessitatib⁹ erudit,uult ut amplius illū diligamus, Ne forte per saginā corrumpamur & obliuiscamur eū,subtrahit nobis aliqn̄ quæ necessaria sunt, & atterit nos, ut sciamus qa pater & dn̄s est,non solū blandiens,sed & flagellans, Præparat.n.nos cuidā hæreditati incorruptibili & magnę.Si unā cuppam,aut unā cellam tuā, aut si quid habes in domo tua cogitas dimittere filio tuo,& ne perdat illud,erudis eū,& flagellas eū ad disciplinā,corrigis ne perdat nihil tuū, qd' & ipse hoc dimissurus est: sic & tu nō uis ut nos erudiat pater noster in flagellis etiā necessitatū,aut tribulationū, q nobis talē hæreditatē daturus est, & quę transire nō possit?Hęreditatē.n.nobis dabit seipsum de⁹,ut ipsum possideamus, & ab ipso possi-
Ioan. 19. deamur i æternū.Ergo in sancto appareamus deo,
Matt. 27. ut appareat nobis. Appaream⁹ illi i sctō desyderio, ut appareat nobis in potētia,& glia filij dei.Multis .n.nō apparuit,sint in sctō,ut appareat & illis Nam
C multi putāt illū tantūmodo hoiem fuisse, qa prędicatur nat⁹ ex hoie,crucifixus & mortu⁹, ambulasse in terra,māducasse & bibisse,& cætera egisse q̄ sunt humana,& putāt illū talē fuisse, quales sunt cæteri hoies.Audistis aūt modo cū Euāgeliū legeret, quō
Ioan. 10. cōmendauit maiestatē suā, Ego & pater unū sum⁹. Ecce q̄ta maiestas & q̄ta æqualitas patris, descēdit ad carnē pp infirmitatē nr̄am. Ecce quantū dilecti sumus,anteq̄ deū diligeremus. Si anteq̄ deū diligeremus,tm̄ ab illo dilecti sumus,ut equalē sibi filiū suū hoiem faceret pp nos, qd nobis seruauit iā diligentib⁹ se? Ergo multi nescio qd minimū putant apparuisse in terra filiū dei: quia nō sunt in sctō,nō eis apparet potētia ipsius & glia ipsius: id est,qa nō dū sanctificatū habēt cor,unde intelligāt eminentiam uirtutis illius,& grās agant deo: quia pp ipsos tātus quo uenit,ad quā natiuitate,ad quā passionē nō possunt uidere gl̄iam ipsius, & potentiā ipsius.

Qm̄ melior est misericordia tua super uitas.) Multæ sunt uitæ humanæ,sed deus unā uitā promittit, & non illā dat nobis quasi pp merita nostra,sed pp misericordiā suā. Quid.n.boni egimus,ut illud meremur? Aut quæ bona facta nostra præcesserunt, ut deus nobis gratiā suam daret? Nunquid inuenit iustitias quas coronaret,& nō delicta quę donaret? D Vtiq̨ delicta quæ donauit si punire uellet, nō esset iniustū. Quid.n.tam iustū q̄ ut puniatur peccator? Cùm iustum sit ut puniatur peccator pertinuit ad misericordiā ipsius nō punire peccatorē, sed iustificare,& de peccatore facere iustū,& de impio facere piū. Ergo misericordia ipsius melior super uitas. Rom. 4. Quas uitas? Quas sibi hoies elegerunt. Alius elegit sibi uitā negociādi,alius uitā rusticandi, alius uitā fœnerandi,alius uitam militandi,alius illam, alius illam. Diuersæ sunt uitæ,sed melior est misericordia tua super uitas nostras. Melius est qd' das correctis,q̄ quod eligunt peruersi. Vnā uitā donas, quæ præponatur oibus nostris quascunq̨ in mūdo eligere potuerimus. Qm̄ melior est misericordia tua super uitas. Labia mea laudabunt te.) Non te laudarent labia mea, nisi me præcederet misericordia tua.Dono tuo te laudo,per misericordiā tuā te laudo.Non.n.ego possem laudare deū,nisi mihi dona ret laudare se posse.Qm̄ melior est misericordia tua super uitas,labia mea laudabunt te. Sic benedicā te in uita mea,& in noie tuo leuabo manus meas.) E Sic benedicam te in uita mea. Iam in uita mea quā mihi donasti,non in illa q̄ ego elegi secundū mundum cū cęteris inter multas uitas,sed quam dedisti mihi per misericordiā tuā ut te laudarem, Sic benedicam te in uita mea. Quid est sic? Vt misericordiæ tuæ tribuam uitā meā, in qua te laudo,nō meritis meis.Et i noie tuo leuabo manus meas. Leua ergo manus in oratione, Leuauit ꝓ nobis dn̄s deus noster manus in cruce, & extensæ sunt manus eius ꝓ Matt. 27. nobis.Ideo extensę sunt manus eius i cruce,ut manus nr̄æ extendantur in bona opera, qa crux ipsius misericordiā nobis ꝓbuit. Ecce leuauit ille manus & obtulit ꝓ nobis sacrificiū deo seipsum, & p illud sacrificiū deleta sunt oia pctā nr̄a. Leuemus & nos manus nostras ad deū in prece, & nō confundētur manus nostræ leuatę ad deū,si exerceantur in bonis operibus. Quid.n.facit qui leuat manus? Vnde preceptū est ut leuatis manib⁹ oremus ad deū? Apostolus.n.dicit,Leuantes puras manus sine ira & di- 1. Tim. 2 sceptatione,ut cū leuas manus tuas ad deū, ueniāt F tibi in mentē opera tua. Quia .n. manus istæ leuantur ut impetres qd' uis, ipsas manus cogitās in bonis operibus exerce,ne erubescant leuari ad deū. In noie tuo leuabo manus meas. Istę pces nostrę sunt in hac Idumæa,in hoc deserto,in terra sine aqua & sine uia,ubi nobis Xps est uia,sed nō uia de hac terra.In noie tuo leuabo manus meas Et qd dicā,cùm leuo manus meas in noie tuo? Quid petā? Eia fratres,qn̄ leuatis manus, quęrite qd petatis Ab omni potente .n. petitis, Aliquid magnū petite, nō qualia petunt qui nondū crediderūt Videtis qualia dētur & impijs.Petiturus es a deo tuo pecuniā,nunqd nō donat eam & sceleratis q in illū nō credunt? Quid ergo ꝓ magno petiturus es qd' donat & malis? Sed no tibi displiceat, qa quæ donat & malis,tā friuola sunt,ut hęc & malis donari digna sint,ne tibi quasi magna uideantur,quę possunt donari & malis.Des quidē sunt & oia dona terrena, sed uidete,qua quę donat & malis,nō ꝓ magno habēda sunt. Est aliud qd' nobis seruat. Cogitemus aūt quæ donat & malis,& hic intelligamus qd seruet bonis. Quæ donat malis uidete. Donat illis lucē istā, uidete qa uident illam boni & mali. Pluuiā quæ descēdit super ter-

G rã,& hinc quanta bona nascunt,& malis inde pręstatur & bonis, dicête Euãgelio, Qui solẽ suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. (Matth. 5.) Dona ergo ista quæ nascuntur, uel de pluuia, uel de sole, à dño quidẽ nostro petere debem⁹, cùm sint necessaria, sed nõ ista sola, qa ista danĩ bonis & malis. Quid ergo debem⁹ petere qñ leuamus manus? Quia quo potuit, dixit illud Psalmus. Quid est quod dixi, quõ potuit? Quõ potuit os humanũ attribus humanis. Quia per ora humana ista dicta sunt, & per quasdam similitudines dicta sunt, quõ capere possent oẽs infirmi, oẽs paruuli. Quid dixit? Quid petiuit? In nomine, inquit, tuo leuabo man⁹ meas. Quid accepturus? Tanquam adipe & pinguedine repleatur aia mea.) Putatis aliqua pinguedine repleatur aia mea? Putatis aliquam pinguedinem carnis desiderasse aiam istam fratres mei? Non .n. hoc pro magno desiderat ut pingues arietes, ut pingues porci illi mactarẽtur, ut ueniret ad aliquã coquinã, ubi inueniret obsonia pinguia unde satu raretur. Si hoc crediderimus, digni sumus qui ista audiamus. Ergo aliquid spiritale debemus intelli-

H gere. Habet quadã pinguedinẽ aia nostra. Est quædam saturitas pinguis sapientiæ. Sapientia .n. ista, aiæ quę carent, marcescunt, & oĩno ita exiles fiunt, ut in bonis oĩbus operib⁹ cito deficiãt. Quare cito deficiunt in oĩbus bonis operibus? Quia nõ habẽt pinguedinẽ saturitatis suæ. Audi Apostolũ dicentẽ de pingui aia, præcipientẽ ut quisq; bene operetur.

2. Cor. 9 Quid ait? Hilarem datorem diligit deus. Pinguis aia unde esset pinguis, nisi à dño saturaretur? Et tamen quantumlibet hic sit pinguis, quid erit ĩ illo futuro seculo quo nos pascit deus interim in hac peregrinatione? Quid erimus tunc? Nec dici potest. Et fortasse ipsam saturitatẽ optamus hic qñ leuamus manus nras, ubi pinguedine sic saturabimur, ut oĩno omnis indigẽtia nostra intereat, & nihil desideremus, quia totũ præsto nobis erit, quicquid hic desideramus, quicquid hic ꝓ magno amamus. Iã patres nostri mortui sunt, deus autẽ uiuit. Nõ hic potui-

I mus semper habere patres, ibi autẽ semper habebimus uiuũ unũ patrẽ. Habentes patriã nostrã, quæcunque terrenæ sunt, semper ibi esse nõ possumus, & necesse est ut alij nascantur, & ad hoc nascantur filij ciuiũ illorum, ut excludant inde parẽtes suos. Ad hoc .n. nascitur puer, ut dicat maiori, Quid hic agis? Necesse est ut qui succedunt & qui nascuntur, excludãt eos qui se pcesserũt. Ibi oẽs pariter uiuemus, nõ ibi erit successor, qa nullus decessor. Qualis illa patria? Sed diuitias hic amas, ipse deus tibi erit diuitiæ tuæ. Sed amas fontẽ bonũ: quid præclarius illa sapientia? qd lucidius? Quicquid hic potest amari, pro oĩbus tibi erit qui fecit oĩa. Tanq adipe & pinguedine repleatur aia mea. Et labia exultationis laudabũt nomẽ tuum.) In hac eremo, in noĩe tuo leuabo manus meas, impleatur aia mea tanq̃ adipe & pinguedine, & labia exultationis laudabũt nomen tuũ. Modo .n. oratio quandiu sitis, cum sitis transierit, transit oratio, & succedet laudatio. Et labia exultationis laudabũt nomen tuũ. Si memoratus sum tui super stratũ meũ, in diluculis meditabar in te, qa factus es adiutor meus.) Stratũ suũ, quietẽ suã dixit: Qñ aliquis quietus est, memor sit dei: qñ aliquis quietus est, nõ p quietẽ dissoluatur & obliuiscat deũ. Si memor est dei qñ quietus est, in actionibus suis in deũ meditatur. Diluculo .n. dixit actiones, quia oĩs homo diluculo incipit aliqd K agere. Quid ergo dixit? Si memor fui tui in strato meo, & in diluculis meditabor in te. Si ergo nõ fui memor ĩ strato meo, nec in diluculo meditabor in te. Qui qñ ociosus est nõ cogitat deũ, in actionib⁹ suis cogitare deũ potest? Qui autẽ memor eius est, qñ quietus est, in ipso meditat cùm agit, ne in actionib⁹ suis deficiat. Ideo quid adiecit? Et in diluculis meditabor in te, qa factus es adiutor meus. Etenim nisi deus adiuuet bona opera nra, impleri a nobis nõ possunt. Et digna debemus operari: id est, tanq̃ in luce, qñ Xpo demonstrãte operamur. Quicunq; operatur mala, in nocte operatur, non in diluculo, Apostolo dicente, Qui inebriantur, nocte inebriantur: & qui dormiũt, nocte dormiunt: Nos qui diei sumus, sobrij simus. Hortaĩ nos ut sc̃dm die ambulemus honestẽ, Sicut in die, inquit, honeste ambulemus. Et iterũ, Vos, inqt, filij lucis estis, & filij diei, nõ estis noctis neq; tenebrarũ. Qui sunt filij noctis, & filij tenebrarũ? Qui oĩa mala operantur. Vsque adeò filij noctis sunt, ut timeãt uideri quę operantur, Et quæ publicẽ operantur mala, ideo publicẽ operantur, quia multi illa operanĩ. Quę pauci operantur, in abscondito operantur. Qui aũt talia publicẽ operantur, sunt qdem in luce solis, sed in tenebris cordis. Nemo ergo in diluculo operaĩ, nisi qui in Xpo operaĩ. Sed q̃ ociosus memor est Xpi, in ipso meditaĩ in oĩbus actionib⁹ suis, & est illi adiutor in bono opere, ne p infirmitatẽ suã deficiat. Si memoratus sum tui super stratũ meũ, in diluculis meditabor ĩ te, qa factus es adiutor meus. Et in uelamento pennarũ tuarũ exultabo.) Hilaresco ĩ bonis operibus, qa super me est uelamẽ pennarũ tuarũ. Si me nõ protegas, qa pullus sum, miluus me rapiet. Dicit .n. quodam loco ipse dñs noster ad Hierusalẽ quandam ciuitatẽ illã ubi crucifixus est, Hierusalẽ, inqt, Hierusalẽ, quotiens uolui filios tuos cõgregare tanquàm gallina pullos suos & noluisti. Paruuli sum⁹, ergo protegat nos de⁹ sub umbraculo alarũ suarũ. Quid cùm maiores facti fuerimus? Bonũ est nobis M ut & tũc protegat nos, ut sub illo maiore semp nos pulli simus. Semper .n. ille maior est quantũcunq; creuerimus. Nemo dicat, protegat me cũ paruulus sum: quasi aliqñ ad tantã magnitudinẽ possit peruenire, quæ sibi sufficiat. Sine protectione dei nihil es, semper ab ille ꝓtegi uelimus. Tũc semper in illo magni esse poterimus, si semper sub illo paruuli simus. Et in uelamẽto pennarũ tuarũ exultabo. Agglutinata est aia mea post te.) Videte desiderantẽ, uidete sitiẽtẽ, uidete quõ hęret deo. Nascaĩ ĩ uobis iste affectus, Si iam germinat, cõpluatur & crescat, perueniat ad tale robur, ut & uos dicatis ex toto corde, agglutinata est aia mea post te. Vbi est ipsũ gluten? Ipsum gluten charitas est. Charitatẽ habe quo glutine agglutinetur aia tua post deũ, Non cũ deo, sed post deũ, ut ille pcedat, tu sequaris. Qui .n. noluerit deũ antecedere, consilio suo uult uiuere, & non uult sequi pcepta dei. Propterea & Petrus repulsus est, qñ noluit consiliũ dare Xpo passuro ꝓ nobis. Adhuc .n. infirmus erat Petrus, & q̃ta utilitas esset generis humani in sanguine Xpi, non nouerat. Dñs aũt qui uenerat redimere nos, & dare preciũ ꝓ nobis sanguinẽ suũ, cœpit prædicare passionẽ suam. Expauit Petrus quasi moriturũ dnm, quẽ uolebat

Matth. 5. · 2. Cor. 9 · 1. Thes. 5. · Rom. 13. · 1. Thes. 5. · Matt. 23.

A hic semper uiuere quo illum uidebat, quia carnalibus oculis deditus, carnali affectu circa dnm tenebatur: & ait illi, Absit á te domine, propitius esto tibi. Et dns, Redi post me satanas, non.n. sapis q̃ dei sunt, sed quæ sunt hominum. Quare quæ sunt hominum? Quia antecedere me uis, Redi post me ut sequaris me, Vt iam sequens xpm diceret, Agglutinata est anima mea post te. Merito annectit, Me suscepit dextera tua.)Agglutinata est post te aia mea me suscepit dextera tua. Dixit hoc xp̃s in nobis, id est, in hoie quem gestabat pro nobis, quem offerebat ꝓ nobis. Dixit hoc, dicit hoc & Ecclesia in xp̄o, dicit in capite suo, qa & ipsa passa est hic persecutiones magnas, & singillatim etiã modo patitur. Quis enim pertinens ad xp̄m, non uarijs tentationibus agitat, & quotidie agit cum illo diabolus & angeli eius, ut peruertatur qualibet cupiditate, qualibet suggestione, aut ꝓmissione lucri, uel terrore dãni, uel ꝓmissione uitæ, uel terrore mortis, aut alicuius potentis inimicitijs, aut alicuius potẽtis amicitijs? Oibus modis instat diabolus quemadmodũ deiiciat, Et in ꝑsecutionibus uiuimus, & habemus ꝑpetuos

Matt. 16.

B inimicos, diabolũ & angelos eius, sed non timeamus. Sic sunt diabolus & angeli eius q̃si milui, Sub illius gallinæ alis simus, & nõ nos põt contingere. Gallina .n. quæ nos ꝓtegit, fortis est, Infirma est pp̃ nos, sed fortis est in se dns nr̃ Iesus xp̃s, ipsa sapientia dei. Ergo dicit hoc & Ecclesia, Agglutinata est aia mea post te, me suscepit dextera tua. Ipsi uero in uanum q̃sierunt animam meam.)Quid mihi fecerunt q q̃sierunt animam meam perdere? Vtinam q̃rerent animam meam ut crederent mecum, sed q̃sierunt animam meam ut perderẽt me. Quid factum? Non.n. rapturi erant gluten quo adhæsit anima mea post te. Quis .n. nos separabit á charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an ꝑsecutio, an fames, an nuditas, an gladius? Dextera tua suscepit me. Ergo pp̃ illud gluten, & propter potẽtissimam dexteram tuã, in uanũ q̃sierunt aiam meam. Quotquot persecuti sunt, uel perseq cupiunt Ecclesiam, potest de his hoc intelligi, maxime hoc tñ accipiamus de Iudæis, q quæsierunt animam xp̃i perdere. Et in ipso capite nō qd crucifixerunt, & in discipulis eius

Matt. 23.

Roma. 8.

C quos postea ꝑsecuti sunt. Quæsierunt animam meam. Introibunt in inferiora terræ.)Terrã perdere noluerunt, ut crucifigerent xp̄m in inferiora terræ ierunt. Quæ sunt inferiora terræ? Terrenæ cupiditates. Melius est carne ambulare sup terram, q̃ cupiditate ire sub terrã. Omnis.n. qui contra salutem suã cupit terrena, sub terra est: qa terrã sibi præposuit, terrã super se posuit, & se subter fecit. Illi ergo timẽtes terrã perdere, qd dixerunt de dño Iesu xp̄o, cum uiderẽt multas turbas ire post illum, qa mirabilia faciebat? Si illum dimiserimus uiuum, uenient Romani & tollent nobis & locum & gentem. Timuerunt ꝑdere terram, & ierunt sub terrã, accidit eis & quod timuerunt. Nam ideo uoluerunt xp̄m occidere, ne terram perderent, & ideo terrã perdiderunt, qa Christum occiderunt. Occiso.n. Christo, quia dixerat illis ipse dñs, Auferetur á nobis regnum, & tradetur genti facienti iustitiã, secutæ sunt illos magnæ calamitates persecutionum. Vicerunt illos imperatores Romani, & reges gẽtium, Exclusi sunt de ipso loco ubi crucifixerunt xp̄m, & modo locus ille plenus est laudatoribus xp̄ianis, nullũ Iudæum

Ioan. 11

Matt. 21.

habet. Caruit inimicis Christi, impletus est laudatoribus Christi. Ecce perdiderũt a Romanis locũ, quia xp̄m occiderunt, qui propterea occiderunt, ne locum á Romanis perderent. Ergo introibunt in ima terræ. Tradẽtur in manus gladij.) Reuera sic illis uisibiliter contigit, expugnati sunt irruẽtibus hostibus. Partes uulpium erunt.) Vulpes dicit reges seculi, qui tunc fuerunt q̃n debellata est Iudæa. Audite ut noueritis & intelligatis, qa ipsos dicit uulpes. Herodem regem ipse dñs uulpẽ appellauit. Ite, inquit, & dicite uulpi illi. Videte & attendite fratres mei, Christum regẽ habere noluerunt, & partes uulpium facti sunt. Q̃n.n. Pilatus præses in Iudæa legatus, occidit Christum ex uocibus Iudæorum, dixit ipsis Iudæis, Regem uestrum crucifigã? Quia dicebatur rex Iudæorum, & uerus rex ipse. Et illi repellentes Christum, dixerunt, Nos non habemus regẽ nisi Cęsarem. Repulerunt agnũ, elegerunt uulpem, merito partes uulpiũ facti sunt. Rex uero, ideo ita positũ est, qa illi uulpẽ elegerunt, regẽ uero noluerunt. Rex uero, id est, uerus rex, cui titulus inscript' est, q̃n passus est. Nam Pilatus hunc titulum super caput eius inscriptum posuit, rex Iudæorum, Hebræa lingua, Græca, & Latina, ut oẽs q transirent legerẽt gloriã regis, & ad ignominiam ipsorum Iudæorũ, q reijcientes uerum regem, elegerunt uulpem Cæsarem. Rex uero lętabitur in deo.)Illi facti sunt partes uulpium, Rex uero lætabitur in deo. Quem sibi uisi sunt quasi superasse cum crucifigerent, tunc crucifixus fudit precium quo emit orbẽ terrarum. Rex uero lætabitur in deo. Laudabitur omnis q iurat in ipso.)Quare laudabitur omnis q iurat in ipso? Quia sibi elegit xp̄m, non uulpem: quia q̃n illi Iudæi insultauerunt, tunc dedit ille unde redimeremur. Ad ipsum ergo ꝑtinemus, q nos redemit, q pro nobis mundum uicit, nõ armato milite, sed irrisa cruce, Rex uero lætabitur in deo, laudabit oīs qui iurat in ipso. Qui iurat in eo? Qui pollicet ei uitam suam, q uouet illi & reddit, q fit Christianus, hoc est quod ait, Laudabitur omnis qui iurat in ipso. Q̃m oppilatum est os loquentiũ iniqua.)Quãta iniqua locuti sunt Iudæi, quanta mala dixerunt nõ solum Iudæi, sed & oẽs qui pp̃ idola Christianos persecuti sunt. Q̃n sæuiebãt in Christianos, putabant q̄ possent finire Christianos, Cum putabãt q̄ possent finire, Christiani creuerunt, & ipsi finiti sunt. Oppilatum est os loquentium iniqua. Nemo audet modo publice loq contra Christum, Iam omnes timent Christum. Q̃m oppilatũ est os loquẽtium iniqua. Quando in infirmitate agnus erat, et uulpes audebant contra agnum, Vicit leo de tribu Iuda, & siluerunt uulpes, quoniam oppilatum est os loquentium iniqua.

D

Luce. 13.

Ioan. 19

E

F

Apoca. 5.

In Psalmum sexagesimumtertium. Enarratio.

PASSIONIS sanctorum martyrũ diem hodie festum habentes, in eorũ recordatione gaudeamus, recolentes qd patiebantur, & intelligentes qd intuebantur. Nunquam.n. tantas tribulationes carne tolerarẽt, nisi magnã qetẽ mente conciperent. Hunc itaq; Psalmũ pro ipsa solennitate curramus. Hesterno.n. die multa audiuit charitas uestra, nec hodie tñ huic festiuitati negare potuimus nostram seruitutem. Itaq; quoniam maxime dñi passio commendatur in hoc Psalmo, nec potuerunt esse fortes martyres, nisi intuerent eũ q

G primus passus est, nec talia sustinerent in passione
qualia ille, nisi talia sperarent in resurrectione, qa
ipse de se demóstrauit. Nouit auté sanctitas uřa ca-
put nřm esse dñm nostrum Iesum xpm, omnesq; il-
li cohęrentes membra esse illius capitis, eiusq; uo-
cem iam habetis notissimam, qm non ex solo capi
te, sed etiam ex corpore loquitur, Vocesq; eius non
Marc. 16. tm ipsum dñm Iesum Christum, qui iam ascendit
Acto. 1. in coelum, uel significant, uel prædicant, sed etiam
eius membra caput propriũ secutura, Agnoscamus
hic non solum illius uocem, sed & nostram. Et ne-
mo dicat q hodie in tribulatione passionum non
sumus. Supra .n. audistis hoc, quia illis temporibus
Ecclesia quasi tota simul impellebatur, nunc auté
per singulos tentat. Alligatus est quidem diabolus
ne faciat quantũ potest, ne faciat quãtũ uult, tñ tm
tentare sinitur, quantũ expedit proficientibus. Nó
nobis expedit esse sine tẽtationibus, nec rogemus
deum ut non tentemur, sed ut non inducamur in
tentationẽ. Dicamus ergo & nos: Exaudi deus o-
rationem meã cũ deprecor, à timore inimici erue
aiam meam.) Sęuierunt inimici in martyres. Quid
H orabat ista uox corporis xpi? Hoc orabat ut eruerẽ
Dist. 15. tur ab inimicis, & nó eos possent occidere inimici.
ca. San- Ergo exauditi non sunt, qa occisi sunt, & deseruit
cta Ro- deus côtritos corde seruos suos, & sperãtes in se de
mana in spexit? Absit. Quis .n. inuocauit dñm, & derelictus
medio. est ab eo? Quis sperauit in eũ, & desertus est ab eo?
Exaudiebantur ergo & occidebantur, & tñ ab ini-
micis eruebantur. Alij timentes côsentiebant & ui-
uebant, & tñ ipsi ab inimicis absorbebantur, occi
si eruebantur, uiuentes absorbebant. Inde est & il-
Psal. 123. la uox gratulationis, Forsitan uiuos absorbuissent
nos. Multi absorpti, & uiui absorpti, multi mortui
absorpti. Qui putauerũt inané esse fidem xpianã,
mortui absorpti sunt. Qui aũt scientes ueritaté esse
prædicationem Euangelij, xpm esse filium dei sciẽ-
tes, & hoc credentes, & hoc intus tenentes, cesserũt
tñ doloribus, & idolis sacrificauerunt, uiui absor-
pti sunt. Illi absorpti, qa mortui: illi aũt quia absor
pti, mortui. Non .n. absorpti uiuere potuerũt, quan
uis uiui absorberent. Ergo hoc orat uox martyrũ:
A timore inimici erue aiam meã, non ut me nó oc-
I cidat inimicus, sed ut non timeã occidenté inimi-
cum. Hoc orat in psalmo impleri seruus, qd modo
Matt. 10. iubebat in Euangelio dñs. Quid modo iubebat
dñs? Nolite timere eos q corpus occidunt, aiam au
tem nó possunt occidere: sed eũ potius timete qui
habet potestatem & aiam & corpus occidere in ge
hennam ignis. Et repetiuit, ita dico uobis, eũ time-
te. Qui sunt q corpus occidunt? Inimici. Quid iube
bat dñs? Ne timerentur. Oretur ergo, ut pstet quod
iubet. A timore inimici erue aiam meã. Erue me à ti
more inimici, & subde timori tuo. Non timeã eum
q corpus occidit, sed timeã eũ q habet potestatem
& corpus & aiam occidere in gehennam ignis. Nó
enim à timore uolo esse immunis, sed à timore ini-
mici liber, sub timore dñi seruus. Protexisti me à
conuentu malignantiũ, à multitudine operantiũ
iniqtatem.) Iam ipsum caput nřm intueamur. Mul-
ti martyres talia passi sunt, sed nihil sic elucet qũo
caput martyrũ, ibi melius intuemur q illi experti
sunt. Protectus est à multitudine malignantiũ pro
tegente se deo, protegente carné suã ipso filio & ho
mine qué gerebat, qa fili⁹ hominis est, & filius dei
est. Filius dei pp formam dei: filius hominis pper K
formam serui, habens in potestate ponere animam Philip. 2.
suã & recipere eam. Quid ei potuerũt facere inimi- Ioan. 10.
ci? Occiderunt corpus, aiam non occiderunt. Intẽ- Matt. 10.
dite, Parum ergo erat dño hortari martyres uer-
bo, nisi firmaret exẽplo. Nostis qui conuentus erat
malignantium Iudæo℞, & q̃ multitudo erat operã
tium iniqtatem. Quam iniquitatẽ? Quia uoluerũt
occidere dñm Iesum Christum: Tãta opera bona, Ioan. 10.
inquit, ostendi uobis, propter quod horũ me uul-
tis occidere? Pertulit oẽs infirmos eorum, curauit
oẽs languidos eorum, prædicauit regnum cœlo℞,
non tacuit uitia eo℞, ut ipsa potius eis displicerent,
non medicus à quo sanabantur. His oibus curatio
nibus eius ingrati, tãquã multa febri phrenetici in
sanientes in medicum q uenerat curare eos, excogi
tauerunt consiliũ perdendi eum, tanquam ibi uo-
lentes pbare, utrum uere homo sit q mori possit,
an aliqd super homines sit, & mori se nó permittat.
Verbum ipso℞ agnoscimus in sapiẽtia Salomonis: Sapi. 2.
Morte turpissima, inqunt, condemnemus eũ. Inter
rogemus eũ, erit .n. respectus in sermonibus illius.
Si .n. uere filius dei est, liberet eum. Videamus ergo L
qd factum sit. Quia exacuerunt tanquam gladiũ
linguas suas.) Filij hoium dentes eorum arma & sa Psal. 56.
gittæ, & lingua eorũ gladius acutus: quod dicit &
alius psalmus, sic & hic, Exacuerũt tanquã gladiũ
linguas suas. Nõ dicãt Iudæi, non occidimus xpm.
Etenim propterea eũ dederũt iudici Pilato, ut qua
si ipsi à morte eius uiderent immunes: nam cum di
xisset eis Pilatus, Vos eũ occidite. Responderũt: No Ioan. 18.
bis non licet occidere quenquã. Iniqtatem facino-
ris sui in iudicẽ hoiem refundere uolebant. Sed nũ
quid deũ iudicem fallebant? Quod fecit Pilatus, in
eo ipso qd fecit aliquantum particeps fuit, sed in cõ
paratione illo℞ multo ipse innocentior. Institit .n.
quantũ potuit, ut illũ ex eorũ manibus liberaret.
Nam ppterea flagellatum pduxit ad eos: non per- Ioan. 19.
sequendo dñm flagellauit, sed eorum furori satisfa Matt. 27.
cere uolens, ut uel sic iã mitescerent & desinerent
uelle occidere cũ flagellatum uiderent, fecit & hoc.
At ubi perseuerauerunt, nostis illũ lauisse manus &
dixisse, q ipse non fecisset, mundum se esse à morte
illius. Fecit tñ, sed si reus qa fecit uel inuitus, illi in-
nocentes q coegerunt ut faceret? Nullo modo. Sed
ille dixit in eum sententiam, & iussit eum crucifigi,
& quasi ipse occidit, & uos ô Iudæi occidistis. Vn-
de occidistis? Gladio linguæ. Acuistis .n. linguas ue
stras. Et qñ percussistis, nisi qñ clamastis, Crucifige Luc. 23.
crucifige? Propterea .n. non est prætermittendũ, qa Ioan. 19.
uenit in mentẽ, ne forte aliquem perturbet lectio
diuino℞ librorum. Quidam Euangelista dicit: ho-
ra sexta crucifixum dñm, & qdam hora tertia: nisi Marci. 15
intelligamus prurbamur. Iam incipiente sexta ho-
ra dr Pilatus sedisse pro tribunali: & reuera qñ leua De pœnĩ.
tus est dñs in ligno, hora sexta erat. Sed alius Euan dist. 1 ca.
gelista intuens animum Iudæorum, quia uolebat Periculo-
se immunes uideri à morte dñi, narrando eos oste- se.
dit reos, dicens dominum hora tertia crucifixum.
Consyderantes aũt omnem circunstantiam lectio
nis quanta agi potuerunt, cũ apud Pilatum dñs ac
cusaretur ut crucifigeretur, inuenimus hora tertiã
esse potuisse, qñ illi clamauerunt, Crucifige crucifi De cõsen.
ge. Ergo uerius illi tunc occiderũt qñ clamauerunt. euan li. 3
Apparitores potestatis hora sexta crucifixerunt, cap. 13.

A præuaricatores legis hora tertia clamauerunt: qđ illi manibus hora sexta, hoc illi lingua hora tertia. Rei magis isti q clamando sæuiebant, q̄ illi qui obtem perando administrabāt. Ipsum est totū acumen Iudæorū, hoc est, quod ꝓ magno quæsiuerunt, Occidamus & nō occidam⁹: sic occidam⁹ ut nō ipsi occidisse iudicemur. Exacuerūt tanquā gladium linguas suas. Intēderunt arcū rem amaram.) Arcum dicit insidias. Qui.n.gladio cominus pugnat, aperte pugnat: qui sagittā mittit, fallit ut feriat. Prius.n. sagitta pcutit, q̄ uenire ad uulnus preuideatur. Sed quem laterēt insidiæ cordis humani? Nunqd & dominū nostrū Iesum Christū, qui nō opus habebat ut ei testimoniū qsquam perhiberet de homine? Ipse.n. sciebat qđ esset in homine, sicut Euangelista testatur. Tamen audiamus eos, & intueamur eos quasi nesciente dño facere quod moliuntur. Intenderunt arcū rem amarā: Ut sagittarent in abscondito immaculatū.) Quod dixit, intenderūt arcum, hoc est, in abscōdito quasi fallētes isidijs. Nostis.n. qbus dolis id egerint, quēadmodū discipulum ei cohęrētē pecunia corruperint ut sibi traderet: quo B falsos testes procurauerint, quibus insidijs & dolis egerint, ut sagittarēt in abscōdito immaculatū. Magna iniqtas. Ecce de abscōdito uenit sagitta, q immaculatū ferit, qui nec tm̄ habebat maculæ, qua tum potest pungi a sagitta. Agnus quippe immaculatus, totus immaculatus, semp immaculatus, non cui maculæ ablatę sint, sed q maculas nullas cōtraxerit. Ia fecit multos immaculatos donādo peccata, ipse immaculatus non habēdo Peccata. Ut sagittēt in abscōdito immaculatū. Repēte sagittabūt eū & nō timebūt.) O cor durū, occidere uelle hominem q mortuos suscitabat. Repēte: id est, insidiose, quasi inopinate, quasi nō puisse. Similis.n. nescienti erat inter ipsos dñs, ignorātes quid nesciret & quid sciret, immo ignorantes eū nihil nescire, & omnia scire, & ad hoc uenisse ut illi facerēt qđ se potestate facere arbitrabantur. Repēte sagittabunt eum & non timebunt. Obfirmauerunt sibi sermonē malignum.) Obfirmauerūt, facta sunt tāta miracula, nō sunt moti, psticerūt i cōsilio sermonis maligni. Traditus est ille iudici: trepidat iudex, & nō trepidāt q iudici tradiderūt: cōtremiscit potestas, & nō C contremiscit imanitas: Vult ille lauare man⁹, & illi inqnant linguas: sed quare hoc? Firmauerūt sibi sermonem malignū. Quāta egit Pilatus, quāta ut refrenarent? Quæ dixit? qđ egit? Sed firmauerunt sibi sermonē malignū, Crucifige crucifige. Repetitio, cōfirmatio est sermonis maligni. Videam⁹ quo firmauerūt sibi sermonem malignum, Regem uestrū crucifigā. Dixerunt, Nos non habemus regem nisi Cæsarem. Obfirmauerunt sermonē malignū. Offerebat ille regē filiū dei, ille ad hoiem recurrebant: digni q illum haberent, & illū nō haberent. Adhuc audi quo firmauerunt sibi sermonem malignum. Non inuenio aliquid in isto hoie ait iudex, quo dignus sit morte. Et illi q firmauerunt sermonem malignū, dixerunt, Sanguis eius super nos & sup filios nros. Firmauerunt sibi sermone malignum: firmauerunt sermonē malignum, non dño sed sibi: quo enim non sibi, cum dicūt, Super nos & super filios nostros? Quod ergo firmauerunt, sibi firmauerūt: qa ipsa uox est alibi, Foderunt ante faciē meam foueam, & inciderunt in eam. Dñm mors non occidit, sed ipse mortem: illos aūt iniquitas occidit, qa D noluerūt occidere iniqtatem. Prorsus fratres certamen est, aut occides iniqtatē, aut occideris ab iniquitate. Noli aūt quærere occidere iniquitatē tanq̄ aliquid extra te. Ad teipsum respice, uide quid tecū pugnet in te, & caue ne expugnet te iniqtas tua, inimica tua, si interfecta non erit: ex te.n. est, & anima tua aduersus te rebellat, non aliud aliqd. Ex quadā parte cohæres deo, ex quadā parte delectaris seculo. Illud quo delectaris seculo, pugnat aduersus mē tē, q cohæret deo. Sed q cohæreat, nō deficiat, non se dimittat, magnū adiutorū habet: Vincit qđ in illa sibi rebellat, si pseuerat in pugnādo. Est pctm̄ in corpore tuo, sed non regnet. Non ergo regnet, inqt, pctm̄ i uestro mortali corpore, ad obaudiendū desyderijs eius. Si uero non obaudieris, & si est qđ suadeat, qđ delectet ad malum, nō obtēperando facis ut nō regnet qđ est, & ita fiet postea ut non sit qđ erat, Qn̄ Cum absorbebitur mors i uictoria, cū corruptibile hoc induerit icōrruptionē, ibi non erit qđ tibi repugnet, non erit quod te aliud delectet nisi de⁹. Ergo & isti Iudæi inuiderūt dño, delectabat eos principatus. Quidam uidebāt E sibi ab eo auferri principatū, & ex delectatiōe sua rebellauerunt aduersus dñm: qui si rebellassent aduersus delectationē suam malam, ipsam inuidētiā uincerent, nec uincerent ab ea, & esset illis dñs saluator q uenerat ut sanaret. Nunc autem sauerūt febri, repugnauerūt medico. Quicqd suggerebat febris, faciebant: quicqd iubebat cōtra medic⁹, negligebant. Ergo illi magis occisi sunt, non dñs: nā in dño mors occisa est, in illis iniquitas uixit. Viuente autem in se iniquitate, illi mortui sunt. Narrauerunt ut absconderent muscipulas, dixerūt quis uidebit eas?) Latere putabant eū quē occidebant, latere deum. Ecce puta homo erat xp̄s, sicut & cæteri homines, nesciebat quid de illo cogitarent, nunqd & deus nescit? O cor humanū, quare tibi dixisti, qs uidet me, cū ille uideat q te fecit? Dixerunt, quis uidebit eas? Videbat deus, uidebat & xp̄s, quia & xp̄s deus. Sed quare uidebatur eis non uidere? Audi sequentia: Perscrutati sunt iniquitatem, defecerunt scrutantes scrutationes.) Id est, acerba & acuta cōsilia. Nō tradāt per nos, sed p discipulū suum: nō occidatur à nobis, sed à iudice: totum nos faciam⁹, & nihil fecisse uideamur. Et ubi est clamor linguæ, F Crucifige crucifige? Sic cæci estis, ut & surdi sitis. Simulata inocētia non est innocētia: simulata æqtas nō est æqtas, sed duplex iniqtas, qa & iniqtas est & simulatio. Ergo isti defecerūt scrutātes scrutatiōes. Quanto acutius sibi excogitare uidebant, tāto magis deficiebant, qa à lumine ueritatis & æqtatis in profunda consilior malignorum demergebātur. Habet iustitia quādam lucē suam, persundit & illustrat aīam inhærentem sibi. Anima uero auertens se à luce iustitiæ, quanto magis qrit quod inueniat contra iustitiā, tanto plus à luce repellit, & in tenebrosa demergit. Merito ergo & isti pscrutantes qđ contra iustū moliebantur, à iustitia recedebāt: & quāto à iustitia recedebāt, tāto plus deficiebāt scrutantes scrutationes. Magnū consilium innocentiæ, qn̄ ipsum Iudam. pœnituit quod tradidisset xp̄m, & proiecit illis pecuniam quam dederant. Illi noluerunt eam mittere in gazophylacium, & dixerūt: Pecunia sanguinis est, nō illā mittam⁹ in gazophy-

Ioan. 2
Matt. 26.
Luca. 23.
Ioan. 19.
Luca. 23.
Matt. 27.
Psal. 56.
Ta. certā
Roma. 6.
1. Cor. 15
Luca. 23
Ioan. 19
Matt. 27.

G lacium. Quid est ergo gazophylaciū? Arca dei ubi colligebantur ea q ad indigentiā seruorum dei mittebantur. O homo, cor tuū sit potius arca dei, ubi habitent diuitiæ dei, ubi sit nummus dei mēs tua, habens imaginē imperatoris tui. Cū ergo hæc ita sint, qualis illa innocentiæ simulatio fuit, pecuniā sanguinis non mittere in arcā, & ipsum sanguinem mittere in consciam? Sed qd eis cōtigit? Defecerūt scrutantes scrutationes, unde? Quia dicit, qs uidebit eos, id est, qa eos nemo uidebit. Hoc dicebant, hoc apud se opinabanī, qd nemo eos uideret. Vide qd contingat aiæ malæ. Recedit à luce ueritatis, & qa ipsa non uidet deum, putat se non uideri à deo: sic & isti recedēdo ierunt in tenebras, ut ipsi nō uiderent deū, & dixerunt, qs nos uidet? Videbat & ille quē crucifigebant, illi deficiendo, nec illū filiū, nec patrē uidebant. Si ergo & ille uidebat, quare se patiebaī teneri ab eis, occidi ab eis? Quare si uidebat, uoluit consilia eoꝝ pualere in se? Quare? Quia homo erat pp hoiem, & deus latens in hoie, qa uenerat nescientibus exēplum fortitudinis dare, ideo ipse sciens oia sustinebat. Quid.n. sequitur? Acce-

H det homo ad cor altū, & exaltabitur deus.) Illi dixerunt: Quis nos uidebit? Defecerūt scrutātes scru-

Matt. 26. tationes consilia mala. Accessit homo ad ipsa cōsilia, passus est se teneri ut homo. Non.n. teneretī nisi homo, aut uideretī nisi hō, aut cæderetī nisi homo, aut crucifigeret, aut moreretī nisi homo. Accessit ergo homo ad illas oēs passiones, q̄ in illo nihil ualerent, nisi esset homo. Sed si ille nō esset homo, non liberareī homo. Accessit homo ad cor altū: id est, cor secretū, obijciēs aspectib⁹ humanis hoiem, seruans intus deū, celās formā dei in qua æqualis est

Philip. 2. patri, & offerēs formā serui qua minor est patre. Ipse.n. dixit utrunq;: sed aliud est ex forma dei, aliud

Ioan. 10. ex forma serui. Dixit ex forma dei, Ego & pr̄ unū su-

& 14. mus. Dixit ex forma serui, Q̄m pr̄ maior me est. Vnde ex forma dei, Ego & pr̄ unū sumus? Quia cū in

Philip. 2. forma dei esset cōstitutus, nō rapinā arbitratus est esse æqualis deo. Vnde ex forma serui, Q̄m pr̄ maior me est? Quia semetipsum exinaniuit formā serui accipiens. Accessit ergo homo ad cor altū, & exaltatus est deus. Occidit homo, & exaltatur deus.

2. Cor. 13. Quód.n. occisus est, ex infirmitate humana fuit, q̄ resurrexit & ascendit, ex potestate diuina. Accedet homo ad cor altū, cor secretū, cor abditū, non ostēdens qd nosset, nō ostendens qd esset. Illi putantes hoc totū esse qd uidebat, occidūt hoiem in corde alto, & exaltatur deus in corde diuino: potentia.n. maiestatis suæ exaltatus est. Et quō iam exaltatus? Vnde nō recessit humiliat⁹. Accedet homo ad cor altū, & exaltabiī deus: ppea iam attendite frēs mei

Psal. 86. cor altū hominis. Cuius hominis? Mater Siō dicet homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eā altissimus. In ipsa ciuitate factus est homo, quā idē ipse fundauit altissimus, qa in ea factus est homo, ergo accessit hō ad cor altū. Intuere hoiem in corde alto, uide quantū potes, si potes & deū in corde alto. Accessit homo, & qa deus erat, & qa passurus erat uolens, & qa exemplum præbiturus infirmis, & qa nihil ei facturi erant q sæuiebant tanquā passuro deo, sed in homine, sed in carne, qd sequitur?

Sagittæ infantiū factæ sunt plagæ eorū.) Vbi est

Luc. 23. illa sæuitia? Vbi est ille fremitus leonis, ppli rugien-

Ioan. 19. tis & dicentis, Crucifige crucifige? Vbi sunt insidiæ arcum tendentium? Nonne sagittæ infantiū factæ K sunt plagæ eoꝝ? Nostis quemadmodū sibi faciunt de cannicijs sagittas infantes, qd feriunt, aut unde feriunt? Quæ manus, aut quod telum? q̄ arma, aut q̄ membra? Sagittæ infantiū factæ sunt plagæ eoꝝ.

Et infirmatæ sunt contra eos linguæ eoꝝ.) Acuit nunc linguas suas tanquā gladium, firment sibi sermonem malignū. Merito sibi eū firmauerunt, quia infirmatæ sunt sup eos linguę eoꝝ. Nunqd poterat Psal. 26. esse hoc firmū aduersus deum? Mentita est, inqt, iniquitas sibi: Infirmatæ sunt super eos linguæ eorū. Ecce resurrexit dn̄s qui occisus erat. Transibant ante crucē uel stabant & intuebantur illū, sicut tāto antē Psalmus pdixerat, Foderūt manus meas & pe- Psal. 21. des meos, dinumerauerunt oia ossa mea, ipsi uero consyderauerunt & aspexerunt me. Tunc caput agi Matt. 27. tabant dicentes, Si filius dei est, descēdat de cruce. Tentauerunt quodāmodo utrū filius dei esset, & quasi inuenerunt qd nō esset, qa insultātibus illis, de cruce nō descendebat: si descenderet de cruce, filius dei esset. Quid tibi uidet, q de cruce non descēdit, & de sepulchro surrexit? Quid ergo pfecerunt? Quod & si dn̄s non surrexisset, qd pfecissent, nisi L qd profecerunt & psecutores martyrū? Nam & martyres nondū surrexerunt, & tn̄ illi non profecerūt: nondum resurgentiū iam natalia celebramus. Vbi est furor sæuientium? Sagittæ infantium factæ sunt plagæ eoꝝ, & infirmatæ sunt sup eos linguæ eorū. Quo pduxerunt illas scrutationes suas, quas pscrutantes defecerūt, ut etiam mortuo dn̄o & sepulto, custodes ponerent ad sepulchrū? Dixerunt.n. Pila- Matt. 28. to, seductor ille, hoc appellabatur nomine dn̄s Iesus Christus, ad solatium seruorum suorum q̄n dicuntur seductores: Ergo illi Pilato, seductor ille, inquiunt, dixit adhuc uiuens, post tres dies resurgā: Iube itaq; custodiri sepulchrū usq; in diem tertiū, ne forte ueniant discipuli eius & furentī eum, & dicāt plebi, surrexit à mortuis, & erit nouissim⁹ error peior priore: ait illis Pilatus, Habetis custodiam, ite custodite sicut scitis. Illi aūt abeūtes munierunt se- Ibid. pulchrū, signantes lapidē cū custodibus. Posuerūt custodes milites ad sepulchrū, concussa terra dn̄s resurrexerit, miracula facta sunt talia circa sepulchrū, ut ipsi milites q custodes aduenerāt, testes fierēt si uellēt uera nūciare: sed auaritia illa q̄ captiuauit discipulū comitē xpi, captiuauit & militē custo- M dem sepulchri. Damus, inquiunt, uobis pecuniā & dicite, qa uobis dormiētibus uenerunt discipuli eius & abstulerunt eū. Vere defecerunt scrutantes scrutationes. Quid est qd dixisti, ô infœlix astutia? Tātum ne deseris lucē cōsilij pietatis, & in pfunda uersutia demergeris, ut hoc dicas, dicite qa nobis dormientibus uenerūt discipuli eius & abstulerunt eū? Dormientes testes adhibes, uere tuipse obdormisti, q De uerscrutādo talia fecisti. Si dormiebāt, quid uidere po- bis domi. tuerūt? Si nihil uiderūt, quō testes sunt? Sed defece- serme. 43 runt scrutantes scrutationes. Defecerūt a luce dei, defecerūt in ipso effectu consilioꝝ suorum, q̄n qd uoluerunt, nihil pficere potuerunt, utiq; defecerunt. Quare hoc? Quia accessit homo ad cor altū, & e. exaltatus est deus. Propterea postea cū innotuisset xpi Acto. 2. resurrectio, & uenisset spiritussanctus [illegible] fiducia timentes quosdā discipulos, ut auderent [illegible] mortem non timentes pdicare quod uiderant [illegible] exaltato deo in maiestate sua, q propter [illegible]

A humilis iudicatus eſt. Et ubi cœperũt tubæ cœle-
Ibid. ſtes pſonare iudicẽ uenturũ, quẽ primo uiderũt iu
dicatum. Cõturbati ſunt oẽs q uidebãt eos.)Exal
tato deo,ut dixi prædicato xp̃o,uiſi ſunt Iudæi à q
buſdam Iudæis, uiſi ſunt deficientes in ſcrutationi
bus ſuis. Videbant.n.illi in nomine crucifixi & oc-
ciſi manibus ſuis fieri tanta miracula, & receſſerũt
corde ab eis q permãſerunt in impietate. Diſplicuit
eis illorũ duritia, q̃ſierunt conſilium ſalutis ſuæ,&
dixerunt Apoſtolis: Quid faciemus? Cõturbati.n.
ſunt oẽs q uidebant eos,id eſt, qui intelligebãt qđ
linguæ eorũ infirmatæ ſunt ſuper eos: qui intellige
bant,qa in omnibus ſuis malis pſcrutationibus cõ
ſiliorum utiq; defecerunt. Conturbati ſunt iſti. Et
timuit omnis homo.)Qui nõ timuerũt,nec homi
nes fuerunt. Timuit oĩs homo,id eſt, omnis utens
ratione ad intelligenda q̃ facta erant. Vnde illi qui
non timuerunt,pecora potius nominandi ſunt,be
ſtiæ potius immanes & truces. Leo rapiẽs & rugiẽs,
ille adhuc populus. At uero omnis homo timuit,
id eſt,q credere uoluerũt, q iudicium uenturũ con
tremuerunt. Et timuit oĩs homo. Et annunciaue-
B runt opa dei.)Ille q dicebat, A timore inimici erue
aĩam meam,timuit omnis homo. A timore inimici
Matt.10. eruebat,ſed timori dei ſubdebat. Non timebat eos
q corpus occidunt,ſed eũ q poteſtatẽ habet & cor-
pus & animam mittere in gehennã. Prædicauerũt
dñm: nam primo Petrus timuit, & inimicũ timuit,
nondũ erat anima eius eruta ab inimico. Interroga
Matt. 26 tus ab ancilla ꝙ inter diſcipulos eius eſſet, negauit
dñm ter. Reſurrexit dñs, firmauit columnam, iam
Petrus prædicat ſine timore,& cum timore. Sine ti-
more eorum q corpus occidunt,cum timore eius q
Matt.10. habet poteſtatem & corpus & animam occidendi
in gehennam ignis. Timuit omnis homo & annun
ciauerunt opera dei: Nanq; annunciãtes iſtos Apo-
ſtolos opera dei,exhibuerunt ſibi principes ſacer-
dotũ,& cõminati ſunt dicentes, ne in noĩe Ieſu p̃-
Acto.5. dicarent. Et illi dixerũt, Dicite nobis, cui magis ob
temperare oporteat, deo an hoibus? Quid illi dice-
rent? Hominibus potius q̃ deo? Sine dubio non re-
ſponderunt,niſi deo potius. Illi aũt ſciebãt q̃ iube-
ret deus,& contẽpſerunt minãtes ſacerdotes. Quia
C ergo timuit oĩs homo,nõ terruit homo, & annun-
ciauerunt opa dei. Si timet homo, non terreat hõ.
Eum.n timere debet homo à quo fact⁹ eſt homo.
Quod ſupra hoĩes eſt time,& hoĩes te nõ terrebũt.
Mortem ſempiternã time, & præſentem non cura-
bis. Voluptatem illam incorruptam & quietẽ ſine
labe concupiſce, & ꝓmittentẽ dona iſta tempora-
lia, & totũ mundũ deridebis. Ama ergo & time,a-
ma qđ promittit deus,time quod minaĩ deus, nec
corrumperis ex eo qđ ꝓmittit, nec terreberis ex eo
quod minaĩ homo. Et timuit oĩs homo,& annun-
ciauerunt opera dei. Et facta eius intellexerunt.)
Quid eſt,facta eius intellexerunt? Hoc erat illud,ô
Eſa. 53. dñe Ieſu Chriſte ꝙ tacebas, & ſicut ouis ad uicti-
mam ducebaris, & nõ aperiebas corã tondente os
tuũ,& nos eũ putabamus eſſe ĩplaga & dolore po-
ſitum,& ſcientẽ ferre infirmitatem. Hoccine erat ꝙ
Pſal. 44. abſcondebas ſpeciẽ tuam ſpecioſe forma præ filiis
Eſa. 53. hoium? hoccine erat illud in quo uidebaris nõ hr̃e
ſpeciẽ neq; decorem? Portabas in cruce inſultantes
Matt.27. & dicentes: Si filius dei eſt, deſcẽdat de cruce. Quis
forte ſciẽs poteſtatẽ tuã ſeruus tuus & dilect⁹ tuus,

nõ exclamauit in corde ſuo, & dixit: O ſi modo de D
ſcenderet,& iſti oẽs q inſultant confunderenĩ? Sed
non erat ſic: Moriendũ erat pp morituros, & reſur-
gendũ pp ſemper uicturos. Hoc illi q uolebant illũ
de cruce deſcendere,non intelligebãt: at ubi reſur-
rexit,& glorificatus aſcendit in cœlũ,intellexerunt
opera dñi. Annunciauerunt opera dei, & facta eius
intellexerunt. Lætabitur iuſtus in dño.)Iam non
eſt triſtis iuſtus. Triſtes.n.diſcipuli erant crucifixo
dño,contriſtati,mœrentes diſceſſerunt, perdidiſſe
ſe ſpem putauerũt. Reſurrexit & glorificatus ẽt ap-
parens triſtes inuenit. Tenuit oculos duorũ in uia Luc. 24.
ambulantiũ ne ab eis agnoſcereĩ, & inuenit eos ge
mentes & ſuſpirãtes, & tenuit eos donec exponeret
ſcripturas,& per ipſas ſacripturas oſtenderet. qa ita
fieri oportebat ſicut factũ eſt. Oſtẽdit.n.in ſcriptu
ris, qa poſt tertium diẽ reſurgere oportebat dñm.
Et quo tertia die reſurgeret, ſi de cruce deſcẽderet?
Modo uos q triſtes eſtis in uia, ſi Iudæis inſultanti
bus uideretis dñm de cruce deſcendiſſe,quantũ ef- Matt.27.
ferremini? Lætaremini ꝙ ora Iudæorũ ſic obturaſ-
ſet? Expectate conſiliũ medici: ꝙ nõ deſcendit,qđ
occidi noluit,antidotũ terit. Ecce iam reſurrexit,ec E
ce iam loqtur,nondũ agnoſcitur,ut lætus agnoſca
tur. Poſtea aperuit oculos eorũ in fractione panis, Luc. 24.
agnoſcunt eũ,lætanĩ,exclamant, Lætabitur iuſtus
in dño. Nunciatur cuidam duriori, uiſus eſt dñs,re
ſurrexit dñs,adhuc ille triſtis eſt, nõ credit, Niſi mi Iohan.20.
ſero,inqt,manum meam, & tetigero cicatrices cla-
uorum,non credã. Præbetur & corpus tãgendum,
mittit manũ, contrectat & exclamat: Dñs meus &
deus meus. Lætabitur iuſtus in dño. Illi ergo lætati
ſunt iuſti in dño, qui uiderunt,tetigerunt & credi-
derunt. Quid iuſti q modo ſunt, qa non uident, qa
non tangunt,non lætantur in dño? Et ubi eſt illa
uox dñi ad ipſum Thomam, Quia uidiſti me credi Ibid.
diſti,beati q non uiderunt & crediderũt? Ergo oẽs
lætemur in dño, omnes ſecundum fidem unus iu-
ſtus ſimus,omnesq; in uno corpore unũ caput ha-
beamus,& lætemur in dño,non in nobis, quia bo
num noſtrum non nos nobis,ſed ille q fecit nos. Ip
ſe eſt bonum noſtrum ad lætificãdos nos. Nemo
lætetur in ſe,nemo p̃ſumat,nemo deſperet de ſe,ne
mo de quoquã hoĩe,quẽ debet adducere ut ſocius F
ſit ſpei ipſius,nõ dator ſpei. Lætabiĩ iuſtus in dño.
Et ſperabit in eum,& laudabuntur omnes q recti
ſunt corde.)Iam qa dñs reſurrexit, iam quia aſcen- Marci.16
dit in cœlum, iam quia oſtendit eſſe aliam uitam, Acto. 1.
iam qa manifeſta ſunt conſilia eius qbus latuit cor
de alto non fuiſſe inania, qa ideo ſanguis ille fuſus
eſt ut eſſet preciũ redemptorũ, iã qa manifeſta ſunt
oia q̃ prædicta ſunt, omnia q̃ credita ſunt, oia ſub
omni cœlo, lætabitur iuſtus in dño & ſperabit in
eum, & laudabuntur omnes qui recti ſunt corde.
Qui ſunt recti corde? Eia fratres mei ſæpe diximus,
& bonũ eſt ut noueritis. Qui ſunt recti corde? Qui
oia quæcunq; in hac uita patiunĩ, non ea tribuunt
inſipientiæ,ſed conſilio dei ad medicinã ſuam,nec
p̃ſumunt de iuſtitia ſua, ut putẽt ſe iniuſte pati qđ
patiunĩ: aut ideo eſſe deum iniuſtũ, qa non plura
patitur q plus peccat. Videte fratres hæc ſæpe dici-
mus: aliqd ſentis,ſiue ſcđm corpus, ſiue ſecundum
diſpendium rei familiaris, ſiue per orbitatem ali-
quam chariſſimorũ tuorũ, noli reſpicere eos quos
noſti iniquiores te. Non.n.forte audes dicere u-

G ſtum te,ſed noſti peiores te,& florete in iſtis & non
flagellari,ut diſpliceat tibi conſiliū dei,& dicas:Ec
ce puta,peccator ſum, & ꝓpea flagellor: quare ille
non flagellatur,cuius noui tanta flagitia? Quantū-
cunq; male fecerim ego, nunqd ego tm̄ feci quantū
Pſal. 72. ille? Diſtortum eſt cor tuū. Quā bonus deus Iſrael,
ſed rectis corde. Tui autē labuutur pedes, qa zelas
in peccatores,pacē peccatorum intuens. Sine cura-
ri,nouit deus qd agat,q uulnus nouit. Non ſecatur
alius,qd ſi deſperatur? Quid ſi propterea tu ſecaris,
qa nō deſperaris? Patere ergo qcquid pateris recto
corde:nouit deus qd tibi donet,qd tibi ſubtrahat.
Quod tibi donat, ad cōſolationē ualeat nō ad cor
ruptionem:& qđ tibi ſubtrahit, ad tolerantiam ua
leat,non ad blaſphemiā. Si autē blaſphemas & di-
ſplicet tibi deus,& tu tibi places, peruerſo corde &
diſtorto es:& hoc peius,qa cor dei uis corrigere ad
cor tuū,ut hoc ille faciat qđ tu uis, cum tu debeas
facere qđ ille uult. Quid ergo uis detorquere cor
dei,qd ſemper rectum eſt, ad prauitatē cordis tui?
Quāto melius ad rectitudinē dei corrigis cor tuū?
Nōne hoc te docuit dñs tu',de cuius paſſione mo-
H doloquebamur? Nōne infirmitatem tuā portabat
Matt. 26. qñ dixit: Triſtis eſt aia mea uſq; ad mortem? Nōne
teipſum in ſe figurabat, cum dicebat: Pater ſi fieri
poteſt,tranſeat a me calix iſte? Nō.n. duo corda &
diuerſa patris & filij, ſed i forma ſerui portauit cor
tuum, ut doceret illud exēplo ſuo. Iam ecce quaſi
aliud cor tuū inuenit tribulatio, uolens irāſire qđ
imminebat,ſed noluit deus. Nō conſentit deus cor
di tuo,conſenti tu cordi dei. Audi uocē ipſius, Ve-
rum nō quod ego uolo,ſed qđ tu uis pater Lauda-
bunt ergo oēs recti corde. Quid ſeqtur? Si laudabū
tur oēs recti corde,dānabuntur puerſi corde. Duo
tibi modo ꝓpoſita ſunt, elige cum tps eſt. Si recto
corde fueris, ad dexteram eris & laudaberis. Qūo?
Matt. 25. Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod
uobis paratum eſt ab origine mundi. Peruerſo aūt
corde ſi fueris,ſi ſubſannaueris deum, ſi prouiden
tiam eius irriſeris,ſi dixeris in animo tuo,uere non
curat deus res humanas:ſi curaret res humanas,il-
le latro tm̄ haberet,& ego innocens indigerem? Per
uerſo corde factus es:ueniet iudiciū illud, appare-
I bunt oia pp q̄ iſta omnia faciat deus,& tu q nolui-
ſti in hac uita corrigere cor tuum ad rectitudinem
dei,& te ad dexterā ꝑparare, ubi laudabuntur oēs
Ibid. recti corde,eris ad ſiniſtram ubi tunc audies: Ite in
ignē ęternū q ꝑparatus eſt diabolo & angelis eius.
Et nunquid erit tunc tps corrigere cor? Modo ergo
corrigite frēs,modo corrigite,quis ꝓhibet? Canta-
tur pſalmus,legitur Euāgelium, ſonat lector,ſonat
diſputator,patiens eſt dñs: peccas & parcit, adhuc
peccas,adhuc parcit,& adhuc addis. Quāmdiu pa
tiens eſt deus? Senties & iuſtū deū. Terremur,quia
timemus:docete nos non timere, & non terremur.
Sed melius nos deus docet timere, q̄ quiſquā homi
num non timere. Timuit eum ois homo, & annun
ciauerunt opa dei. Inter illos nos cōputet deus qui
timuerunt & annunciauerunt. Quia timemus,an-
nunciamus uobis frēs: Videmus alacritatē ueſtrā
ad audiendū uerbum, & ad exigendū uidemus uo
ta ueſtra,uidemus affectus ueſtros. Bene complui-
tur terra,frumēta non ſpinas generat: frumētis hor
reū parat ignis,ſpinis. Noſti qd facias de agro tuo,
& neſcit deus quid faciat de agro ſeruo ſuo? Quod
pluit in agrum uberē,dulce eſt: & qđ pluit in agrū K
ſpinoſum,dulce eſt. Nunqd pluuiam accuſat ꝙ ſpi-
nas genuerit? Nōne erit pluuia illa teſtis in iudicio
dei,& dicet, Ego dulcis ſup oia ueni? Tu ergo quid
ꝓferas uide,ut quid tibi paretur attendas. Profers
frumentum,horreū ſpera: profers ſpinas, ignem ſpe
ra Sed nondum uenit,aut tps horrei, aut tps ignis:
modo ergo paretur & non timebit. In nomine xp̄i
& qui loquimur uiuimus, & quibus loquimur ui-
uitis. Nunquid conſilij corrigendi & mutandæ ui-
tæ malæ in bonam,non eſt locus,non eſt tempus?
Nonne ſi uis hodie fit? Nōne ſi uis modo fit? Quid
empturus es ut facias? q̄ emplaſtra q̄ſiturus es? ad
quos Indos nauigaturus? quam nauim præparatu-
rus? Ecce cum loquor, muta cor, & factū eſt quod
tam ſæpe & tamdiu clamatur ut fiat,& quod æter-
nam pœnam parturit ſi non fiat.

In Pſalmum ſexageſimumquartum.

Enarratio.

AGNOSCENDA eſt uox ſanctæ ꝓphe-
a tię ex ipſo titulo Pſalmi huius. Inſcribitur:
In finem Pſalmus Dauid, canticum Hiere
miæ & Ezechielis ex populo trāſmigrationis, cum L
inciperent exire.) Res quemadmodū geſta ſit apud
patres nr̄os tempore tranſmigrationis Babyloniæ, 4. Re. 24
non oibus notū eſt, ſed his q ſcripturas ſanctas di-
ligenter aduertunt,uel audiēdo uel legendo. Capti
uatus.n. populus Iſrael,ex ciuitate Hieruſalē ductus
eſt in ſeruitutē Babyloniæ. Prophetauit autē Hiere Hiere. 25.
mias ſanctus poſt ſeptuaginta annos redıturū po- & 29.
pulum de captiuitate, & inſtauraturum ciuitatem
ipſam Hieruſalē,quam deuictam ab hoſtibus plan
xerat. Illo autem tpe fuerunt prophetæ in illa capti
uitate populi conſtituti in Babylonia, inter quos
erat ſanctus Ezechiel Propheta. Expectabat autem
ille populus donec implerētur tpa ſeptuaginta an-
norum ſcđm prophetiam Hieremiæ. Factū eſt,cō-
pletis ſeptuaginta annis,reſtitutū eſt templū quod
deletum erat, & regreſſa eſt de captiuitate magna
pars illius populi. Sed qm̄ dicit Apoſtolus: Hæc in 1. Cor. 10
figura contingebant illis, ſcripta ſunt autē pp nos,
in quos finis ſeculoꝝ obuenit: debem' & nos noſſe
prius captiuitatem nr̄am, deinde liberationem no
ſtram: debemus noſſe Babyloniam, in qua captiui M
ſumus, & Hieruſalē ad cuius reditum ſuſpiramus.
Iſtæ qppe duę ciuitates,ſcđm literam reuera duę ci
uitates. Et illa qdem Hieruſalē modo à Iudæis non
incolitur: poſt crucifixum.n. dñm uindicatum eſt
in illos flagello magno,& eradicati ab eo loco,ubi
impia libertate furioſi aduerſus medicum inſanie-
runt: diſperſi ſunt per omnes gentes, & data eſt illa
terra Chriſtianis,impletum eſt illud qđ de his præ
dixerat dñs, Propterea auferetur à uobis regnum, Matt. 21.
& dabitur genti facienti iuſtitiam. Cum autem ui-
derent tunc multas turbas ire poſt dominum prę-
dicantem regnum cœlorum & mirabilia facientē,
dixerunt principes illius ciuitatis, Si dimiſerimus
eum, omnes ibunt poſt illum, & uenient Romani Ioan. 11.
& tollent nobis & locum & gentem. Ne locum per
derent,dominum occiderunt: & ideo perdiderūt,
quia occiderunt. Ciuitas quidem illa terrena,cuiuſ
dā ciuitatis æternę in cœlis umbrā gerebat. At ubi
cœpit illa q̄ ſignificabatur euidentius prædicari, um Ioſue. 18.
bra qua ſignificabatur deiecta eſt: ꝓpea ibi modo 2. Reg. 5.
templum non eſt, quod fabricatū fuerat in imagi- Ioan. 2.

A nem futuri corporis dñi. Tenemus lucem, umbra transiuit, tñ adhuc in quadam captiuitate sumus. Quãdiu sumus, ait Apostolus, in corpore, peregrinamur a dño. Et uidete nomina duarum istaru ciuitatũ, Babylonis & Hierusalẽ. Babylon confusio interpretatur, Hierusalẽ uisio pacis. Intendite nunc ciuitatẽ confusionis, ut intelligatis uisionem pacis: illam toleretis, ad illã suspiretis. Vnde dinosci possunt istę duę ciuitates? Nunqd possumus eas modo separare abinuicem? Permixtę sunt, & ab ipso exordio generis humani permixtę currũt usq; in finẽ seculi. Hierusalẽ accepit exordium per Abel: Babylon per Cain, ędificia quippe urbium postea facta sunt. Illa Hierusalẽ in terra Hiebuzęon: nam primo Hiebus dicebatur inde gens Hiebuzęon, deleta est, qñ populus dei liberatus est de Aegypto, & introductus est in terrã promissionis. Babylon autẽ cõdita est in intimis Persidis regionib⁹, quę diuturno tpe caput extulit super cæteras gentes. Duæ ergo istæ urbes certis tpibus conditę sunt, ut manifestaretur figura duarum ciuitatum olim cœptarum, & usq; in finem in isto seculo mansurarũ, sed in fine separandarũ.

2. Cor. 5. *Gene. 4.* *lib. 5. de ciuit. dei ca. 8. et. 9.* *Iosua. 18.* *2. Reg. 5.*

B Vnde ergo possumus eas modo ostendere quæ permixtæ sunt? Ostendet tunc dñs cum alios ponet ad dexterã, alios ad sinistram. Hierusalẽ ad dexteram erit, Babylon ad sinistram. Hierusalẽ auditura est, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ qd uobis paratũ est ab origine mũdi. Babylon auditura est, Ite in ignẽ æternũ qui paratus est diabolo & angelis eius. Possumus tñ & aliqtid afferre quantũ dñs donat, unde distinguantur pij fideles, etiã hoc tpe ciues Hierusalẽ à ciuibus Babyloniæ. Duas istas ciuitates faciunt duo amores. Hierusalẽ facit amor dei, Babyloniam facit amor seculi. Interroget ergo se quisq; quid amet, & inueniet unde sit ciuis, & si se inuenerit ciuem Babyloniæ, extirpet cupiditatẽ, plantet charitatẽ. Si autem se inuenerit ciuem Hierusalẽ, toleret captiuitatem, speret libertatem. Multi.n. ciues sanctæ matris Hierusalẽ cupiditatibus Babyloniæ corrupti tenebantur, & ipsa corruptione cupiditatũ tanq̃ ciues inde facti erãt, & multi adhuc ita sunt, & multi post nos in hac terra futuri ita erũt: sed nouit dñs conditor Hierusalẽ

Matt. 25.

C quos ciues eius prędestinauerit, quos uideat adhuc sub dominatu diaboli redimendos sanguine Christi: nouit illos ipse antequam se ipsi nouerint. Sub hac ergo figura cãtatur hic Psalmus, in cuius titulo positi sunt etiam duo prophetæ, qui illo tpe in captiuitate fuerunt, Hieremias & Ezechiel, & cantabant quędã cum inciperent exire, Incipit exire, qui incipit amare: exeunt.n. multi latenter, & exeuntiũ pedes sunt cordis affectus, exeunt autem de Babylonia. Quid est de Babylonia? De confusione. Quõ exitur de Babylone, id est, de confusione? Qui primo confusi erant similibus cupiditatibus, incipiũt charitate distinguitiam distincti, nõ sunt confusi: & si adhuc corpore permixti sunt, desyderio tamen sancto discernuntur: & pp permistionem corporalem nondũ exierunt, pp affectum cordis exire cœperunt. Iã ergo audiamus fratres, audiamus & cantemus & desyderemus unde ciues sumus. Et quæ gaudia cantantur nobis? Quõ in nobis reformatur amor ciuitatis nostræ, quam diuturna peregrinatione obliti fueramus? Sed misit inde ad nos epistolas pater noster, ministrauit nobis scripturas deus, quibus epistolis fieret in nobis redeundi desyderium, quia peregrinationem nostrã diligendo, ad hostes faciem posueramus, & dorsum ad patriam. Quid ergo hic cantatur? Te decet hymnus deus in Sion. Patria illa est Sion, ipsa est Hierusalẽ quæ Sion, & huius nominis interpretationem nosse debetis. Sicut Hierusalẽ interpretatur uisio pacis, ita Sion speculatio, id est, uisio & cõtemplatio. Nescio quod nobis magnũ spectaculũ promittitur, & hoc ipse deus est qui condidit ciuitatem. Pulchra & decora ciuitas, q̃ pulchriorem habet conditorem? Te decet hymnus deus, inqt. Sed ubi? In Sion, in Babylone non decet. Eteni quisq; cũ cœperit innouari, iam corde in Hierusalem cantat, dicente Apostolo: Conuersatio nostra in cœlis est. In carne.n. ambulantes, inquit, non secundum carnem militamus. Iam desyderio ibi sumus, iam spem in illam terram quasi ancoram pręmisimus, ne in isto mari turbati naufragemus. Quemadmodum ergo de naui quæ in ancoris est, recte dicimus q̃ iam in terra sit, adhuc tñ fluctuat, sed in terra quodãmodo educta est contra uentos & contra tempestates: sic contra tentationes huius peregrinationis nostræ, spes nostra

D *Philip. 3.*

E fundata in illa ciuitate Hierusalẽ facit nos non abripi in saxa. Qui ergo secundũ hanc spem cãtat, ibi cantat: ergo dicat, Te decet hymnus deus in Sion. In Sion, non in Babylone. Sed modo ibi es adhuc in Babylone. Ibi, inquit, sum. Amator iste & ciuis iste ibi sunt, sed carne nõ corde. Cum autem duo quædã dixerim, quia ibi sum carne non corde, unde canto non ibi? Non.n. carne canto, sed corde. Carnem quidẽ sonantem audiunt & ciues Babyloniæ, cordis autem sonum audit conditor Hierusalẽ. Vnde dicit Apostolus, exhortans ipsos ciues ad amatoria quędã cantica & desyderia redeundi ad illã pulcherrimam ciuitatẽ uisionem pacis, cantantes, inquit, & psallentes in cordibus uestris dño. Quid est, cantantes in cordibus uestris? Ne inde cantetis unde estis in Babylonia, sed inde cãtante unde sursum habitatis. Ergo te decet hymnus deus in Sion. In Sion te decet hymnus, non in Babylonia. Quid cantant in Babylonia? Ciues Babylonię, etiam hymnũ dei nõ decenter cantant: audi uoce scripturæ, Nõ est speciosa laus i ore pctõris. Te decet hymnus deus in Sion: Et tibi reddetur uotũ in Hierusalẽ.)

Ephe. 5. *Eccle. 15.*

F Hic uouentus, & bonum est ut ibi reddamus. Quis autẽ hic uouent & non reddunt? Qui non perseuerant usq; in finem in eo quod uouerunt: unde dicit alius psalmus, Vouete & reddite dño deo uestro. Et tibi reddetur uotum i Hierusalem. Ibi.n. erimus toti, id est, integri i resurrectione iustorum, ibi reddetur uotum totum nostrum, non sola anima, sed etiam ipsa caro iam non corruptibilis, quia iã non in Babylonia, sed etiam in corpus cœleste immutatum. Qualis mutatio promittitur? Omnes.n. resurgemus, ait Apostolus, sed non omnes immutabimur. Quomodo autẽ immutabuntur? Ipse dixit, In ictu oculi in nouissima tuba. Canet.n. tuba & mortui resurgent incorrupti, id est, integri, & nos immutabimur. Qualis autẽ erit illa immutatio? Sequitur & dicit: Oportet.n. corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Ab-

Psal. 75. *1. Cor. 15.*

G sorpta est mors in uictoria. Vbi est mors aculeus
tuus? Modo.n.inchoatis in nobis primitijs mētis,
Ibidem. unde desyderamus Hierusalē, multa ex carne corru
ptibili cōtendunt aduersum nos, quæ nō conten-
dent cum fuerit mors absorpta in uictoria. Vincet
pax & finietur bellū. Quando autē uincet pax, uin-
cet & illa ciuitas quæ dicit̄ uisio pacis. Nulla ergo
erit a morte cōtentio. Modo cū morte quanta con
tendimus? Inde sunt.n.delectationes carnales, quæ
nobis etiā illicite multa suggerunt, quibus nō con
sentimus, sed tñ nō consentiendo cōtendimus. Pri-
mo ergo cōcupiscentia carnis sequentes duxit nos:
postea retinentes traxit nos, deinde accepta gratia
cœpit nos nec ducere, nec trahere, sed adhuc cōten
dere nobiscū, post contentionē erit & uictoria Mo
do te & si oppugnat, nō expugnet, postea cum ab-
sorpta fuerit mors in uictoria & pugnare cessabit.
Quid dictū est? Nouissima inimica destruet̄ mors.
Reddam uotum meū. Quod uotum? Quasi holo-
caustum. Holocaustum.n.tunc dicitur, qñ totum
ignis absumit. Holocaustum sacrificium est ubi to
tum consumitur: ὅλον enim totum dicitur, καῦσις
H incensio. Holocaustū totū incensum. Arripiat ergo
nos ignis, ignis diuinus in Hierusalem. Incipiamus
ardere charitate donec totum mortale cōsumatur,
& quod contra nos fuerit eat in sacrificium dño:
Psal. 50. unde alibi dicitur, Benigne fac dñe in bona uolun
tate tua Sion, ut ædificentur muri Hierusalē, Tunc
acceptabis sacrificium iustitię oblationes & holo-
causta. Te decet hymnus deus in Sion, & tibi redde
tur uotum in Hierusalem. Quærimus hic, ne forte
rex nobis ipsius ciuitatis cōmendetur dñs & salua-
tor noster Iesus Xp̄s. Cantemus ergo donec ad eui-
dentiora perueniamus. Possem.n.iam dicere ipsum
Matt. 28. esse cui dicitur, Te decet hymnus deus in Sion, &
tibi reddetur uotum in Hierusalē. Sed si dicerē, mi-
hi potius q̄ scripturæ crederent, & ideo forte non
mihi crederetur. Audiamus sequentia: Exaudi,
inquit, orationem meā, ad te omnis caro ueniet.)
Et habemus dñm dicentem, datam sibi potestatē
oīs carnis. Cœpit ergo apparere iam rex ille cū di-
ceretur, Ad te oīs caro ueniet. Ad te, inquit, omnis
caro ueniet. Quare ad illum oīs caro ueniet? Quia
I carnem assumpsit. Quò ueniet omnis caro? Tulit
inde primitias ex utero uirginali, assumptis primi-
tijs cætera consequentur, ut holocaustum complea
Luc. 1. tur. Vnde ergo omnis caro? omnis homo. Et unde
omnis homo? Nunquid oēs credituri prænunciati
sunt in Christum? Nonne multi impij qui etiam da
mnabuntur? Nonne quotidie multi non credentes
in sua infidelitate moriuntur? Secundū quid ergo
intelligimus, Ad te omnis caro ueniet? Omnis caro
dixit, omnis generis caro, ex omni genere carnis,
ueniet̄ ad te. Quid est, ex omni genere carnis? Nun-
quid uenerunt pauperes, & non uenerunt diuites?
Nunquid uenerunt humiles, & non uenerunt subli
mes? Nunquid uenerunt docti, & non uenerunt in-
docti? Nunquid uenerunt uiri, & nō uenerunt fœ-
minæ? Nunquid uenerunt domini, & non uenerūt
serui? Nunquid uenerunt senes, & non uenerūt iu-
uenes? Aut uenerunt iuuenes, & non uenerūt adole
scentes? Aut uenerunt adolescentes, & non uenerūt
pueri? Aut uenerunt pueri, & non allati sunt infan-
tes? Postremo nunquid uenerunt Iudæi, nam inde
Act. 2. erāt Apostoli, inde multa milia primo ‹ tradentiū,
postea ‹ credentiuū, & non uenerunt Græci? Aut K
uenerunt Græci, & non uenerunt Romani? Aut ue-
nerunt Romani, & non uenerunt Barbari? Et quis
numeret omnes gētes uenientes ad eum, cui dictū
est, Ad te omnis caro ueniet? Exaudi orationē meā,
ad te omnis caro ueniet. Sermones iniquoꝝ præ-
ualuerunt super nos, & impietates nostras tu pro-
piciaberis) Quid est, sermones iniquoꝝ præualue-
runt super nos, & impietatibus nostris tu propicia
beris? Quod nati sumus in hac terra, iniquos inue-
nimus, quos loquentes audiuimus. Si possim expli
care quod sentio, adiuuet me intētio charitatis ue-
stræ. Omnis homo ubicunq; nascitur, ipsius terræ
uel regionis uel ciuitatis linguam discit, illius im-
buitur morib⁹ & uita. Quid faceret puer natus in-
ter paganos, ut non colleret lapidē, qñ illum cultū
insinuauerunt parētes? Inde prima uerba audiuit,
illū errorem cum lacte suxit: & quia illi qui loque-
bantur maiores erant, & puer qui loqui discebat
infans erat, unde poterat paruulus nisi maioꝝ au-
thoritatem sequi, & id sibi bonū ducere quod illi
laudarent? Ergo gentes conuersæ ad Xp̄m postea,
& recordantes impietates parentū suorū, & dicen- L
tes iam qd' dixit ꝓpheta ipse Hieremias, Vere men- Hier. 19.
daciū coluerunt patres nostri, uanitatē quæ eis nō
profuit Cū ergo iam hoc dicunt, renunciāt opinio
nibus & sacrilegijs parentū suorum iniquorū. Sed
quia ut infererentur talibus opinionibus & sacrile-
gijs, persuasiones fecerunt eoꝝ, qui tanto ętate prę-
cedebant, tanto authoritate præcedere debere pu-
tabantur, confitetur iam redire uolens ad Hierusa-
lem de Babylonia & dicit, Sermones iniquoꝝ præ-
ualuerunt super nos: duxerūt nos mala docētes, ci
ues Babyloniæ nos fecerunt, dimisimus creatorē,
adorauimus creaturā: dimisimus eū à quo facti su-
mus, adorauimus qd ipsi fecimus. Sermones n.ini-
quorum pręualuerunt super nos, sed tñ nō oppres-
serunt nos. Quare? Impietates nostras tu propicia-
beris. Intendat charitas uestra: Propiciaberis impie
tates nostras, nō dicitur, nisi cuidam sacerdoti of-
ferēti aliquid unde impietas expietur & ꝓpicietur.
Impietas.n.tunc dicitur propiciari, cum propicius
fit deus impietati. Quid est fieri deū impietati pro-
picium? Id est ignoscentē, & ueniam dantem. Sed M
ut dei uenia impetretur, propiciatio fit per aliquod
sacrificium. Extitit ergo à deo dño missus quidam
sacerdos noster, assumpsit à nobis qd offerret dño,
ipsas diximus sanctas primitias carnis ex utero uir- Lucæ. 1.
ginis. Hoc holocaustū obtulit deo, extendit manus Matt 27.
in cruce ut diceret: Dirigat̄ oratio mea sicut incen- Psa. 140
sum in conspectu tuo, eleuatio manuū mearū sacri
ficium uespertinum Sicut nostis, quia dñs circa ue
speram pependit in cruce, & impietates nostrę pro-
piciatæ sunt, alioqui absorbuerant nos: Sermones Matt. 27.
iniquorum præualuerunt super nos: Duxerant nos
p̄dicatores Iouis, & Saturni, & Mercurij. Sermones
iniquoꝝ præualuerunt super nos. Sed quid facies?
Impietates nostras tu propiciaberis: tu sacerdos, tu
uictima: tu oblator, tu oblatio. Ipse sacerdos est, qui Hebræ. 9.
nunc ingressus in interiora ueli, solus ibi ex his qui
carnē gestauerunt interpellat pro nobis. In cuius Roma. 8.
rei figura in illo primo populo, & i illo primo tem-
plo unus sacerdos intrabat in sancta sanctoꝝ, po-
pulus omnis foris stabat. Et ille qui solus ingredie-
batur in interiora ueli, offerebat sacrificiū ꝓ popu-
lo foris

A lo foris stante. Si intelligat bene, spiritus uiuificat: si
nō intelligatur, litera occidit. Modo cum legeretur
2. Cor. 3. Apl's audistis: Litera occidit, spiritus autē uiuificat.
Quid.n. ageretur in illo populo Iudæi nescierunt,
sed nec modo sciūt. De illis quippe dictū est: Quā-
diu legitur Moyses, uelamē supra cor eorum positum
est. Ibi uelamē figura est, sed tollet figura, & appare
bit ueritas in eisipsis. Sed qn̄ tolletur uelamē? Au-
di Apostolum: Cum autē transierint ad dn̄m, aufe-
retur uelamē. Dum ergo nō transeunt ad dominū,
Exo. 34. quādiu legunt Moysen uelamen habent super cor.
Ad hoc sacramentū fulgebat tunc facies Moysi, ita
ut non possent intendere filij Israel in faciem eius.
Audistis modo cū legeretur, & uelamen erat inter
faciem Moysi loquentis, & populum audientē uer-
ba. Per uelū uerba audiebant, faciem nō uidebant.
2. Cor. 3. Et quid ait Apostolus, Ita ut non possent intendere
filij Israel in faciem Moysi. Nō intendebant, inquit,
usq; in finem. Quid est, usq; in finem? Vsquequo in-
Rom. 10. telligerent Chr̄m. Dicit quippe Apostolus: Finis.n.
B legis Christus, ad iustitiam omni credēti. Erat fides
† al. Est quidem. † splendor in facie Moysi, tanquā in facie carnali &
mortali. Nunquid diuturnus aut æternus esse pos-
sit? Morte.n. succedente, profecto auferet: splendor
autē gloriæ beati domini nostri Iesu Christi, sempi
ternus est. Sed illud figura erat tēporalis, hoc autē
quod illa figura significabat ueritas: legunt itaq; &
nō intelligunt Christū, non perducunt intentionē
usq; in finem, quia uelum oppositum negat eis aspe
ctū splendoris interioris. Et uide ibi sub uelo Chri
Ioan. 5. stum: At ipse dn̄s noster Iesus Christus, Si credere-
tis Moysi, crederetis & mihi: de me eni ille scripsit.
Propiciatis autē peccatis nostris & impietatibus, p
illud sacrificium uespertinum trāsimus ad dn̄m ut
Matth. 27. auferatur uelamen: propterea & dn̄o crucifixo, ue-
lum templi scissum est. Exaudi orationē meam, ad
te omnis caro ueniet. Sermones iniquorum præualue
runt super nos, & impietates nostras tu propiciabe
ris. Beatus quē elegisti & assumpsisti.) Quis est ele
ctus ab eo, & assumptus ab eo? Et assumptus est ali
quis electus à saluatore dn̄o nostro Iesu Christo?
C An ipse secundum carnē quod homo est, electus &
assumptus est? Vt tanq̄ uerbo dei dicat, quod erat
in principio, sicut dicit Euangelista, In principio
Ioan. 1. erat uerbum, & uerbū erat apud deum, & deus erat
uerbū, quia & ipse est filius dei, uerbū dei: de quo
etiam dicit, Omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso
factū est nihil, ut illi dicatur filio dei, quia ipse est
sacerdos noster, postea carne assumpta, Beatus quē
elegisti & assumpsisti. i. ille homo quo indutus es,
qui cœpit ex tēpore, natus ex fœmina, templū quo-
dāmodo illius est, qui semper in æternum est, & in
æternū fuit. An potius ipse Christus assumpsit quē-
dam beatū, & nō dicatur ipse quē assumpsit quasi
in plurali numero, sed in singulari? Vnū.n assumit,
quia unitatē assumit: schismata non assumit, hære-
ses non assumit: multitudinē de se fecerunt, non est
unus qui assumatur. Qui autē manent in compage
Christi, & membra eius sunt, faciunt quodāmodo
Ephe. 4. unū uirum: de quo dicit Apostolus, Donec occur-
ramus omnes in agnitionē filij dei in uirum perfe-
ctum, in mensurā ætatis plenitudinis Christi. Itaq;
1. Cor. 11. unus uir assumitur cui caput est Christus, qa caput
Psal. 1. uiri Christus est. Ipse est ille beatus uir qui nō abijt
in consilio impiorum, & cætera quæ ibi dicuntur.

Ipse est qui assumitur: nō est extra nos, in ipsius mē D
bris sumus, sub uno capite regimur, uno spiritu oēs
uiuimus, unā patriam omnes desyderamus. Videa-
mus ergo quod ad Christū dicitur, utrū ad nos p-
tineat, & de nobis dicat. Interrogemus cōsciencias
nostras, amorē illum perscrutemur, & si adhuc par
uus est, & modo natus amor iste, forte.n modo in
aliquo germinauit, diligenter extirpet iuxta germi-
nātes spinas. i. curas seculares, ne crescendo sanctū
germē offocent. Beatus quē elegisti & assumpsisti:
in illo simus, & assumemur: in illo simus, & electi
erimus. Et qd nobis dabit? Inhabitabit, inquit, in
atrijs tuis.) Hierusalē illa enim † cui cātant q inci- † al. Est.
piunt exire de Babylonia: Inhabitabit i atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ.) Quæ sunt bo
na domus dei? Fratres cōstituamus nobis aliquam
domū diuitem, quantis bonis referta sit, q̄ copiosa
sit, uasa q̄ multa ibi aurea, sed & argentea, quantum
familiæ, quantū iumentorum & animalium: ipsa de-
niq; domus q̄ delectet picturis, marmore, laqueari-
bus, columnis, spatijs, cubilibus, & desyderant ta-
lia, sed adhuc ex confusione Babyloniæ: Amputa E
oia ista desyderia, ô ciuis Hierusalem, amputa si uis
redire, nō te delectet captiuitas. Sed iam cœpisti exi
re, noli retro respicere, noli remanere in uia. Nō de-
sunt adhuc hostes q tibi psuadeant captiuitatē &
peregrinationem. Iam non pualeant super te sermo
nes iniquorum. Domū dei desydera, & bona eius do-
mus desydera, sed noli talia, qualia desyderare soles
uel i domo tua, uel in domo uicini tui, uel i domo
patroni tui. Aliud quidē est bonū dom' illi'. Quid
opus est ut nos dicamus q̄ sint bona illius domus?
Ipse iudicet q cātat exiens de Babylonia. Replebi-
mur, inquit, i bonis dom' tuæ. Quę sunt bona ista?
Erexeramus fortasse cor ad aurū, ad argentū, & cæ-
tera ptiosa: noli talia q̄rere, ista pmunt, non leuant.
Hic ergo iam bona illa Hierusalē, bona illa domus
domini, bona illa templi domini meditemur: quia
quæ domus domini, hoc ipsum templum domini.
Replebimur in bonis domus tuæ: Sanctū est tem
plum tuū mirabile i iustitia.) Ista sunt bona dom'
illius. Non dixit, templum sanctum tuū mirabile in F
colūnis, mirabile in marmorib', mirabile in tectis
auratis: sed, mirabile in iustitia. Habes foris oculos
unde uideas marmora & aurū, intus est ocul' unde
uideatur pulchritudo iustitiæ. Intus, inquā, est ocu
lus unde uideatur pulchritudo iustitiæ. Si nulla est
pulchritudo iustitiæ, unde amat iustus senex? Quid
affert i corpore qd' oculos delectet? Curua mēbra,
frontē rugatā, caput canis albatum, imbecillitatem
undiq; q̄relis plenā. Sed forte quia tuos oculos non
delectat senex iste decrepitus, aures tuas delectat.
Quib' uocib'? Quo cantu? Et si forte adolescens be
ne cātauit, omnia cū ætate defecerunt. An forte so-
nus uerborum eius delectat aures tuas, q̄ uerba uix
plene enūciat lapsis dentibus? Tamē si iustus est, si
alienū non cōcupiscit, si de suo quod habet erogat
indigentib', si bene monet, & rectū sapit, si integre
credit, si paratus est pro fide ueritatis etiā ipsa con-
fracta mēbra impendere, multi.n. martyres etiam
senes, unde illum amamus, quid in eo bonū uide-
mus oculis carnis? Nihil. Quædā ergo est pulchritu
do iustitiæ, quā uidemus oculis cordis, & amamus,
& exardescimus: Quā multum dilexerunt homines
in ipsis martyrib', cū eorum membra bestię lania-

G rent. Nōne cum ſangui s fœdaret omnia, cū morſi-
bus beluinis uiſcera funderent, nō habebant oculi
niſi qđ horrerent? Quid ibi erat qđ amaretur, niſi
qa erat in illa fœditate dilaniatorꝶ membrorꝶ, inte-
gra pulchritudo iuſtitiæ? Iſta ſunt bona dom⁹ dei,
his te para ſatiari Sed ut inde ſatieris cū perueneris,
hoc te oportet eſurire & ſitire cū peregrinaris: hoc
ſiti, hoc eſuri, qa ipſa erunt bona dei. Audi illum re
gē cui iſta dicunt, qui uenit ut te reducat, & ſe tibi
Matth.5. fecit uiam. Quid dicit? Beati qui eſuriunt & ſitiunt
iuſtitiam, qm̄ ipſi ſaturabuntur. Sanctū templum
tuū admirabile in iuſtitia. Et ipſum tēplum fratres
nolite p̄ter uos cogitare. Amate iuſtitiā, & uos eſtis
tēplum dei. Exaudi nos de⁹ ſaluator noſter.) Ape
ruit modo quem deum dicat. Saluator eſt proprie
dn̄s Ieſus Chriſtus, Aperuit modo apertius de quo
dixerat, Ad te omnis caro ueniet. Exaudi nos deus
ſaluator nr̄. Ille unus uir qui aſſumitur in tēplū dei,
& plures ſunt & unus eſt. Ex unius perſona dixit,
Exaudi orōnē meā: & quia ipſe unus ex plurib⁹ cō-
ſtat, modo ait, Exaudi nos deus ſaluator nr̄. Audi il
H lum iam apertius p̄dicari: Exaudi nos de⁹ ſaluator
noſter, Spes oium finium terræ & in mari longe.)
Ecce unde dictū eſt, Ad te omnis caro ueniet. Vn-
diq; uenitur, Spes omnium finiū terræ nō ſpes uni⁹
anguli, nō ſpes ſolius Iudææ, nō ſpes ſolius Africæ,
nō ſpes Pānoniæ, nō ſpes Orientis aut Occidentis,
ſed ſpes omniū finiū terræ, & in mari longe. Ipſorꝶ
finium terræ & in mari longe, & quia in mari, ideo
longe. Mare n. in figura dicitur ſeculū hoc, ſalſitate
amarum, procellis turbulentū, ubi homines cupi-
ditatibus peruerſis & prauis, facti ſunt uelut piſces
inuicē ſe deuorantes. Attendite mare malum, mare
amarū, fluctibus ſęuum: attendite qualib⁹ homini
bus plenū ſit. Quis optat hæreditatem, niſi morte
alterius? Quis optat lucrū, niſi dāno alterius? Quā
multi aliorꝶ defectione cupiunt ſublimari? Quam
multi ut emant optant alios uendere res ſuas? Quō
ſe inuicē opprimunt, & qui poſſunt deuorant? Et
cū deuorauerit unus piſcis maior minorē, deuora-
tur & ipſe à maiore. O piſcis male, p̄dam uis de par
uo, pręda efficieris maiori. Quotidie iſta eueniunt,
I ante nos ſunt, uitemus illa, horreamus. Nō illa aga-
mus fratres, qa ſpes eſt ille finiū terræ. Ille ſi nō eſſet
Matt.4. ſpes & in mari longe, nō diceret diſcipulis ſuis, Fa-
ciam uos piſcatores hominū. Iam in mari capti per
retia fidei, gaudeam⁹ nos ibi natare adhuc infra re-
tia, qa adhuc mare hoc ſæuit ꝓcellis: ſed retia q̄ nos
ceperunt, perducent ad littus. Littus eſt finis maris.
Ergo peruentio in finē ſeculi. Interim infra ipſa re-
tia fratres bene uiuamus, nō retia rumpentes, foras
exeamus. Multi .n. ruperunt retia & ſchiſmata fece-
runt & foras exierunt, qa malos piſces intra retia ca
ptos ſe nolle tolerare dixerunt, ipſi mali facti ſunt
potius, q̄ illi quos ſe nō potuiſſe tolerare dixerunt.
Nanq; illa retia ceperunt piſces & bonos & malos.
Matt.13. Dominus dicit, Simile eſt regnum cœlorū ſagenæ
miſſæ in mare, quæ congregat ex omni genere: quā
cū impleta eſſet educentes, & ſecus littus ſedentes,
elegerunt bonos in uaſa, malos aūt foras miſerunt.
Sic erit, inquit, in cōſummatione ſeculi. Oſtēdit lit-
tus, oſtendit finē maris. Exibūt angeli, & ſeparabūt
malos de medio iuſtorꝶ, & mittent eos in caminum
ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentiū. Eia ciues Hie-
ruſalē q̄ infra retia eſtis, & piſces boni eſtis, tolerate
malos, retia nolite rūpere, cum illis eſtis in mari, nō K
cū illis eritis in uaſis. Spes .n. ille finium terræ, ipſe
ſpes eſt & in mari longe. Longe, quia & in mari.
Præparans mōtes in fortitudine ſua.) Non in for-
titudine illorū. Præparauit n. magnos p̄dicatores,
& ipſos appellauit mōtes, humiles in ſe, excelſos in
illo. Præparans montes in fortitudine ſua. Quid di
cit unus ex ipſis mōtibus? Ipſi in nobiſmetipſis rē- 2.Cor.1.
ſum mortis habuimus, ut nō fidentes in nobiſmet-
ipſis ſimus, ſed in deo q ſuſcitat mortuos. Qui in ſe
fidit, & in Chriſto non fidit, nō eſt de his montib⁹
quos ille p̄parat in fortitudine ſua. Præparans mon
tes in fortitudine ſua. Circūcinctus in potētatu.)
Potentatū intelligo, Circūcinctus quid eſt? Chr̄m
quem in medio ponunt circūcinctum faciunt .i. un
diq; cinctum. Habemus illum omnes cōmuniter,
ideo in medio eſt. Circūcingimus illum omnes qui
credimus in illum, & qa fides noſtra nō de uiribus
noſtris, ſed de illius potentia eſt: ideo circūcinctus
in potētatu ſuo, nō noſtra fortitudine: Qui cōtur
bas fundū maris) Fecit hoc, ut uidetur qd fecerit, Prę
parauit .n. mōtes in fortitudine ſua, miſit illos p̄di- L
care. Circūcinctus eſt à credentib⁹ in potentatu, &
motum eſt mare, cōmotum eſt ſeculū, & cœpit per
ſequi ſanctos eius. Circūcinctus in potentatu, qui
cōturbas fundū maris. Non dixit, qui cōturbas ma
re, ſed fundū maris. Fundū maris eſt cor impiorū.
Sicut .n. à fundo uehementius omnia mouentur, &
fundus continet omnia: ſic quicquid proceſſit per
linguā, per manus, per poteſtates diuerſas, ad pſecu
tionem Eccleſiæ, à fundo proceſſit. Si .n. nō eſſet ra
dix iniquitatis in corde, nō illa omnia procederent
aduerſus Xp̄m. Fundum conturbauit forte, ut fun-
dum exhauriret: nam in malis quibuſdā exhauſit
mare à fundo, & poſuit mare deſertum. Dicit illud
alius pſalmus, Qui cōuertit mare in aridā. Omnes Pſal.65.
impij & pagani qui crediderūt, mare erant, terra fa-
cti ſunt, ſalſis fluctib⁹ primo ſteriles, poſtea iuſtitię
fructu fœcundi. Qui cōturbas fundū maris, Sonū
fluctuū eius: qs ſufferet?) Quid eſt, qs ſufferet? Quis
homo ſufferet ſonū fluctuū maris, iuſsiones ſubli-
mitatū ſeculi? Sed unde ſufferuntur? Quia p̄parat
mōtes in fortitudine ſua. Qđ ergo dixit, qs ſufferet? M
hoc ait, Nos ipſi per noſmetipſos ſufferre illas perſe-
cutiones non poſſemus, niſi ille daret fortitudinē.
Qui conturbas fundū maris, ſonum fluctuū eius:
quis ſufferet? Turbabuntur gentes.) Primo turba
bantur, ſed illi montes parati in fortitudine Xp̄i;
nunquid turbati ſunt? Turbatū eſt mare, eliſum eſt
in montē, mare fractum eſt, montes inconcuſsi mā
ſerunt. Turbabunt gentes, Et timebunt oēs.) Ec-
ce iam oēs timent, antea qui turbati erant, timent
iam omnes. Non timuerunt Xp̄iani, & timētur iam
Xp̄iani Omnes qui pſequebantur, modo timent.
Superauit enim ille qui circūcinctus eſt in potenta
tu, ſic ad illum uenit omnis caro, ut cæteri paucita
tem ipſam iam timeant. Et timebunt omnes Qui
inhabitant fines terræ à ſignis tuis.) Miracula .n. fe
cerunt Apoſtoli, & ideo oēs fines terræ timuerunt
& crediderūt. Exitus mane & ueſpere delectabis.)
id eſt, delectabiles facis. Iā in iſta uita qd nobis pro
mittitur? Exitus delectabilis, mane & ueſpere, Sunt
exitus mane, ſunt exitus ueſpere. Mane ſignificat ꝓ-
ſperitatē ſeculi, ueſpera ſignat tribulationē ſeculi.
Intendat charitas ueſtra. In utroq; .n. tentatur ani-

A ma humana: & prosperitate, ne corrũpat: & aduersitate, ne frangat. Ideo aũt mane prosperitatem significat, qa mane lętum est, trãsacta uelut tristitia noctis. Tristes aũt sunt tenebræ ueniẽte uespera. Ideo ueniente quasi mũdi uespera, obtulit sacrificiũ uespertinum. Non ergo timeat unusquisq; uesperũ, ne mane corrũpatur. Ecce nescio q̃s ut facias mali aliquid, promisit lucrũ, mane est. Arridet tibi ampla pecũia, mane tibi fit. Noli corrũpi, & hẽbis exitum mane. Si.n. habes exitũ, non capieris. Sic est enim ꝓmissio lucri, quasi esca i muscipula. Coarctaris, & nõ est quõ exeas, caperis in muscipula. Dedit aũt tibi exitũ dñs deus tuus, ne lucro capiaris, cum tibi dicit in corde, ego sum diuitiæ tuæ, noli attendere quod mũdus promittit, sed qđ promittit conditor mundi. Attẽde qđ tibi promisit deus faciẽti iustitiã, & contẽne quod tibi ꝓmittit homo, ut abducat iustitiã, & adducat iniustitiam. Noli ergo attendere quod mũdus ꝓmittit, sed qđ conditor mundi, & habebis exitũ mane per dñi uerbum dicẽtis,

Matt. 16. Quid prodest homini si totum mundum lucretur, aiæ autem suæ detrimentum patiatur? Sed ille qui

B te promisso lucro corrũpere, & ad iniquitatẽ adducere non potuit, minatur pœnas, & conuertit se ad inimicitias, & incipit tibi dicere, Si hoc nõ feceris, ego oñdam, ego faciã, habebis me inimicũ. Primo cũ lucrũ ꝓmittebat, mane tibi erat, modo iã uesperascit, tristis factus es. Sed q dedit tibi exitũ mane, dabit & uespere. Qũo contempsisti mane seculi ex luce dñi: sic contemne & uesperam ex passionibus dñi, ut dicas animæ tuæ, Quid mihi amplius factu rus est iste, q̃ passus est pro me dñs meus Deus, ut teneam iustitiã, non consentiam ad iniquitatem? Sæuiat in carne, frangatur muscipula, & uolabo ad

Mat. 10. dñm meum qui mihi ait, Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Et de ipso corpore securitatẽ dedit dicẽs, Capil-

Luc. 21. lus capitis uestri nõ peribit. Magnifice hic posuit, delectabis exitus mane & uespere. Si n. nõ te delectet ipse exitus, nõ laborabis exire inde. Mittis caput in lucrũ ꝓmissum, si nõ te delectet ꝓmissio saluatoris. Et rursus cedis tẽcanti & terrenti, si non te delectet ille q prior passus est, ut tibi exitũ faceret. Exi

C tus mane & uespere delectabis. Visitasti terrã & in-

Psal. 22. ebriasti eã.) Vnde inebriasti terrã? Calix tuus inebrians q̃ præclarus est? Visitasti terram & inebriasti eã, misisti nubes tuas, pluerunt p̃dicationem ueritatis, inebriata est terra. Multiplicasti ditare eã.) Vnde multiplicasti eã ditare? Fluui⁹ dei repletus est aqua.) Quid est fluuius dei? Ppl's dei. Primus populus repletus est, unde & cætera terra rigaret. Audi il-

Ioan. 7. lum promittentẽ aquam, Si quis sitit, ueniat & bibat. Qui credit in me, flumina aquæ uiuæ de uẽtre eius fluent. Si flumina & unus fluuius, qa pp unitatẽ multi unum sunt: multæ Ecclesiæ & una Ecclesia: multi fideles & una sponsa xpi: sic multa flumina & unus fluuius. Crediderunt multi Israelitæ, & impleti sũt spiritusancto. Inde diffusi sunt p gẽtes, cœperunt p̃dicare ueritatem, & de fluuio dei q impletus est aqua, irrigata est tota terra. Parasti cibũ illoꝝ, quia ita est præparatio tua.) Non quia te promerunt, quibus peccata donasti: merita illoꝝ mala erant, sed tu pp misericordiam tuam, quia ita est p̃paratio tuã, ita præparasti cibum illorum. Sulcos eius inebria.) Fiant ergo primo sulci qui inebrientur, duritia pectoris nři aperiat uomere sermonis

D dei. Sulcos ei⁹ inebria, Multiplica gñationes ei⁹.) Videmus credunt, & ex credentibus alij credunt, & ex illis alij credunt, & nõ sufficit uni homini ut factus ipse sit fidelis, si non & aliũ lucretur: sic multiplicatur & sẽme, pauca grana mittuntur, & segetes exurgũt. Sulcos eius inebria, multiplica gñationes eius. In stillicidijs suis lætabit cum exorietur.) In stillicidijs suis, id est, antequã sit forte idonea capacitati fluminis, cum exorietur in stillicidijs suis, id est, sibi cõgruis lætabit. Paruulis.n. adhuc & infirmis stillantur qdam de sacramentis, quia non possunt capere plenitudinem ueritatis. Audi qũo stillet paruulis dum exoriuntur, id est, in recenti ortu, minus capacibus. Aps's dicit, Non potui uobis loq

1. Cor. 3. quasi spiritalib⁹, sed quasi carnalibus, quasi paruulis in xpo. Cum dicit paruulos in Christo, iam dicit exortos, sed nondũ idoneos ad capiendã illam uberẽ sapientiã: de qua dicit, Sapiẽtiam loquimur

1. Cor. 2 inter pfectos. Lętetur in stillicidijs suis cũ exoriet, augeatur & roboretur, & capiet sapientiã, qũo infans nutritur lacte & fit idoneus cibo: tñ primo de ipso cibo cui minus idoneus erat, illi lac factũ est.

E In stillicidijs suis lætabitur cũ exorietur. Benedices coronã anni benignitatis tuæ.) Seminatur modo, crescit quod seminatur, erit & messis, & modo super sẽmẽ superseminauit inimicus zizania, & exor-

Matt. 13. ti sunt mali inter bonos pseudochristiani, similem habentes herbã, sed nõ parem fructũ. Etenim zizania ea proprie dicuntur, q̃ nascuntur in sil'tudine frumentoꝝ, sicuti est lolium, sicuti est auena & cætera talia, q̃ primam herbam prorsus similẽ habẽt. Propterea de seminatione zizanioꝝ hoc dicit dñs. Venit inimicus & superseminauit zizania. Cum autẽ creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania. Ergo uenit inimicus & supsẽminauit zizania. Sed qđ fecit tritico? Non opprimit zizanijs frumentum, immo per tolerantiã zizanioꝝ crescit fructus frumẽtoꝝ. Ipse enim dñs dixit quibusdam

Ibid. operarijs uolentib⁹ eradicare zizania, Sinite utraq; crescere usq; ad messem, ne forte cum uultis eradicare zizania, eradicetis simul & frumentum, sed in tpe messis dicam messoribus, Colligite primum zi-

F zania, & alligate fasciculos ad cõburẽdum, frumẽtum autem recondite in horreum. Ille est finis anni messis seculi, Benedices coronam anni benignitatis tuæ. Coronam ubi audis, gloria uictoriæ significat. Vince diabolum, & habebis coronã. Benedices coronã anni benignitatis tuæ. Rursus commendat benignitatẽ dei, ne quisquã de suis meritis glorieť.

Et campi tui replebunt ubertate. Pinguescent fines deserti, & colles exultatione accingent.) Campi, colles, fines deserti: idem ipsi sunt hoies. Campi pp æqualitatem. Ergo pp æqualitatem inde dicti sunt campi populi iusti. Colles, propter erectionẽ, quia erigit in se deus eos qui se humiliãt. Fines deserti, oẽs gentes. Quare fines deserti? Deserti erant, null⁹ ad eos Propheta missus erat. Sic erant illi qũo eremus, qua non transit homo. Nullum uerbũ dei missum erat ad gentes, soli populo Israel prædicauerunt Prophetæ. Ventum est ad dñm, crediderũt frumenta in ipso populo Iudæorum. Nam dixit tũc

Ioan. 4. discipulis suis, Dicitis quia longe est messis, respicite & uidete, quia albæ sunt regiones ad messem. Fuit ergo messis prima, erat secũda i ultimo seculo.

G Messis prima de Iudæis, qa mittebant ad illos Prophetæ annunciantes uenturũ saluatorẽ. Ideo dixit discipulis suis dñs, Videte quia albæ sunt regiones ad messem: regiones utiq; Iudææ. Alij, inquit, laborauerũt, & uos in eoꝝ labores intrastis. Laborauerunt Prophetæ ut seminarent, & uos cum falce intrastis ad illoꝝ labores. Facta est ergo prima messis, & inde de ipso frumẽto qđ tunc purgatum est, seminatus est orbis terrarũ, ut surgat alia messis, q̃ in fine metenda est. In secũda messe superseminata sunt zizania, modo hic laboratur. Q̃uo in illa prima laborauerunt Prophetæ, quousq; ueniret dñs, Sic in ista secunda laborauerunt Apl'i, & oẽs prædicatores ueritatis laborant, quousq; in finẽ dñs mittat in messem angelos suos. Antea ergo desertum erat, sed pinguescent fines deserti. Ecce ubi Prophetæ non sonuerant, domin' Prophetarum acceptus est. Pinguescent fines deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouiũ.) Subaudiẽdum exultatione. Qua.n.exultatione colles accingentur, hac induunt arietes ouiũ. Ipsi arietes, q colles. Colles.n.eminentiore gratia: arietes, quia du-

Ibidem. Matt. 13.

H ces gregum. Arietes ergo Apl'i induti sunt exultatione, gaudẽt de fructib' suis, non sine causa laborauerunt, non sine causa p̃dicauerunt. Induti sunt arietes ouium. Et cõualles abundabunt frumento.) Et humiles ppl'i multũ fructum afferent. Clamabunt.) Inde abundabunt frumento, qa clamabũt, Quid clamabunt? Etenim hymnũ dicẽt.) Aliud est.n.clamare aduersus deũ, aliud hymnũ dicere: aliud clamare sacrilegium, aliud clamare laudes. Si clamas in blasphemia, spinas protulisti. Si clamas in hymno, abundas frumento.

In Psalmum sexagesimumquintum Enaratio.

i. Inscribitur in titulo Psalmus iste, In finem canticum Psalmi resurrectionis. In finem cum auditis qñ Psalmi pronunciantur, In Christum intelligite, dicente Apostolo, Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credẽti. Quomodo ergo hic cantetur resurrectio, & cuius resurrectio, quantum ipse donare & aperire dignetur, audietis. Resurrectionem enim Christiani nouimus in capite nostro iam factam, & in membris futuram. Caput Ecclesiæ Christus est, membra Christi

Rom. 10. Colo. 1.

I Ecclesia. Quod præcessit in capite, sequetur in corpore. Hæc est spes nostra, ad hoc credimus, ad hoc duramus & perseueramus in tanta malignitate huius sæculi, consolante nos spe, antequã spes fiat res. Res enim erit cum & nos resurrexerimus, & in cœlestem habitum commutati æquales angelis facti fuerimus. Quis hoc sperare auderet, nisi ueritas ꝓmitteret? Hanc autem spem promissam sibi Iudæi tenebãt, & de bonis, & de quasi iustis operib' multum gloriabantur ꝙ acceperant legem secundum quam uiuendo, & hic haberẽt bona carnalia, & in resurrectione mortuorum talia sperabant, de qualibus hic gaudebant. Propterea Saducęis q negabãt futuram resurrectionẽ, Iudæi r̃ndere non poterant proponentibus quæstionem quam dño proposuerunt iidem Saducæi. Hinc enim intelligimus eos hanc quæstionem soluere non potuisse, quia dño soluente mirati sunt. Proponebãt ergo Saducęi q̃stionem de quadam muliere ꝗ habuit septẽ uiros, nõ simul, sed succedentes sibi. Erat.n.hoc legis ad pplm propagandum, ut qui forte sine liberis defun-

Matt. 22. Matt. 22. Luc. 20. Deut. 25.

geret, frater eius si haberet, acciperet uxorẽ eius, ad resuscitandũ semẽ fratri suo. Proposita ergo illa mu- K liere q̃ habuit septem uiros omnes mortuos sine liberis, & ad hoc officium implendũ ducẽtes fratris uxorẽ, dixerũt q̃rentes, In resurrectione cuius eoꝝ erit uxor? Proculdubio Iudęi nõ fatigarent, nõ deficerent in ista q̃stione, si nõ talia sibi in resurrectione sperarẽt, qualia agebãt i hac uita. Dñs aũt ęqualitatem angeloꝝ promittens, non humanam carnis corruptionem, ait illis, Erratis, nesciẽtes scripturas neq; uirtutẽ dei. In resurrectione n.neque nubẽt, neq; uxores ducẽt: neq; enim incipient mori, sed erunt æquales angelis dei. Demõstrauit ꝙ ibi nõ sit necessaria successio, ubi deleẽ decessio. Ibi qa deces sores non erũt, nec successores q̃renẽ. Ad hoc subiecit', nõ enim incipient mori. Veruntamen qa Iudæi tenebãt, & si carnaliter spẽ resurrectionis futurę, ga uisi sunt respõsum esse Saducæis, cũ qbus illis erat de hac ancipiti & obscura q̃stione certamẽ. Tenebãt ergo Iudæi spem resurrecturos mortuoꝝ, & solos se ad beatã uitã resurrecturos sperabãt propter opus legis, & pp iustificationes scripturarum, quas habebãt soli Iudęi, & gẽtes nõ habebãt. Crucifixus L est xp̃s, cæcitas ex parte in Israel facta est, ut plenitudo gentium intraret. Hoc Apostolo dicẽte, cœpit etiam gentib' promitti resurrectio mortuoꝝ, credẽtibus in Iesum xp̃m quod resurrexerit. Inde Psalm' iste est aduersus p̃sumptionem & superbiam Iudęorũ, pro fide gentiũ ad eandem spem resurrectionis uocatarum. Quodãmodo fratres mei aium Psalmi audistis. In hoc quod dixi, in hoc qđ' proposui, tota uestra suspendat intẽtio. Hinc uos nulla cogitatio auertat: cõtra p̃sumptionẽ dicitur Iudæoꝝ, qui de iustificatiõib' legis sperabãt sibi resurrectionẽ, & crucifixerunt xp̃m qui primus resurrexit, nõ mẽbra resurrectura solos Iudæos habituros, sed omnes q in eum credidissent: id est oẽs gentes. Inde cœpit: Iubilate deo.) Qui? Omnis terra.) Non ergo sola Iudæa. Videte fratres q̃eadmodum commendetur uniuersitas Ecclesiæ toto orbe diffusæ, & nõ solũ dolete Iudæos, q grãm istam gentibus inuidebant, sed plus hæreticos plangite. Si.n.dolẽdi sunt q collecti nõ sunt, quãto amplius qui collecti diuisi sunt? Iubilate deo ois terra. Quid est iubilate? In uocẽ eius erũpite gaudioꝝ, si nõ potestis uerboꝝ. M Non.n.uerbis iubilatur, sed solus gaudentium sonitus redditur quasi parturiẽtis & parientis cordis lætitiam in uocẽ rei conceptæ, q̃ uerbis explicari nõ posisit. Iubilate deo ois terra. Nemo iubilet i parte, Nemo, inquã, iubilet in parte, ois terra iubilet, catholica iubilet, catholica totũ tenet. Quicũq; partẽ tenet, & à toto p̃cisus est, ululare uult non iubilare. Iubilate deo ois terra, Psallite autem nomine ei'.) Quid dixit, psallentibus uobis? Benedicatur nomen eius. Quid sit autẽ psallere, heri dixi, & credo meminisse charitatẽ uestram. Psallere est organum etiam assumere, qđ' psalterium dicitur, & pulsu atq; opere manuum nocib' concordare. Si ergo iubilatis qđ' deus audiat, psallite etiam ꝙ hoĩes uideãt & audiant, sed non pp nomen uestrum. Cauete.n.facere iustitiam uestram coram hominib', ut uideamini ab eis. Et propter cuius nomen, inquies, psallam, ut non uideantur ab hominibus opera mea? Attendite alio loco, Luceant opera uestra corã hominib', ut uideãt bona facta uestra, & glorificẽt patrem.

Matt. 22. Luc. 20. Rom. 11. Psal. 99. Matth. 6. Matth. 5.

A trem ueſtrũ qui in cœlis eſt. Videant bona facta ue
ſtra, & glorificent non uos, ſed deum. Nã ſi propter
uos glorificãdos facitis opera bona, reſpõdetur uo
Matth. 6. bis, quod ipſe dixit de quibuſdã talibus, Amẽ dico
uobis, perceperunt mercedẽ ſuam. Et iterum, Alio-
qui mercedem nõ habebitis apud patrem ueſtrum
q in cęlis eſt. Ergo, inquies, debeo abſcõdere opera
mea, ne faciam corã hominibus? Non. Sed quid ait?
Luceant opera ueſtra corã hominib⁹. Anceps ergo
remanebo. Hic mihi dicis, Cauete facere iuſtitiã ue
Ibid. ſtram corã hominibus. Hic mihi dicis, Luceant ope
ra ueſtra bona corã hominibus: Quid obſeruabo?
qd faciam? qd relinquã? Tam nõ poteſt hõ ſeruire
duobus dominis diuerſa iubentibus, q̃ nec uni di-
uerſa iubenti. Non, ait dñs, diuerſa iubeo. Finẽ attẽ
de, in finẽ canta, quo fine facias, uide. Si ideo facis
ut tu glorificeris, hoc ꝓhibui: ſi aũt ideo ut de⁹ glo
rificeł, hoc iuſsi. Pſallite ergo nõ nomini ueſtro, ſed
nomini dñi dei ueſtri. Vos pſallite, ille laudeł: uos
bene uiuite, ille glorificetur. Vnde.n. habetis ipſum
B bene uiuere? Si æternum haberetis, nunquã male
uixiſſetis: ſi à uobis haberetis, nunquã bene uixiſſe
tis. Pſallite autẽ nomini eius, Date gloriam laudi
eius.) Totam intentionem noſtram in laudem dei
mittit, nihil nobis relinquit unde laudemur. Glorie
mur in deo magis, & gaudeamus, illi inhęreamus,
1. Cor. 1. in illo laudemur. Audiſtis cũ legeretur Apl's, Videte
uocationẽ ueſtram fratres, quia nõ multi ſapientes
ſecundũ carnẽ, nõ multi potentes, nõ multi nobi-
les, ſed ſtulta mũdi elegit deus, ut cõfundat ſapien-
tes: & infirma mũdi elegit deus, ut cõfundat fortia:
& ignobilia mundi elegit deus, & ea q̃ nõ ſunt tanq̃
q̃ ſunt, ut ea q̃ ſunt euacuentur. Quid uoluit dicere?
Quid uoluit oſtendere? Deſcendit dñs deus noſter
Ieſus Chrs in ſpiritu reparare genus humanũ, & da
re gratiam ſuam oibus intelligentibus, quia gratia
illius eſt, nõ merita eoꝝ. Et ne q̃libet perſona gloria
retur in carne, infirmos elegit: nã inde non eſt ele-
ctus ille Nathanael etiam. Quid.n. tibi uidetur, ut
Marci. 2. publicanũ in telonæo ſedentẽ eligeret Matthęum,
& non eligeret Nathanael cui perhibuit teſtimoniũ
C ipſe dñs dicens, Ecce uerus Iſraelita in quo dolus
Ioan. 1. nõ eſt? Intelligitur ergo Nathanael iſte doct⁹ fuiſſe
in lege: nõ q̃a doctos nõ erat electurus, ſed ſi ipſos
primo elegiſſet, doctrinæ ſuę merito ſe electos puta
rent, & ita illoꝝ ſcientia laudareł, & laus Xp̃i gratiæ
minueretur. Perhibuit teſtimoniũ tanq̃ bono fide-
li, in quo dolus non erat, ſed tñ eum non aſſumpſit
inter illos diſcipulos, quos primũ idiotas elegit. Et
unde intelligimus ꝙ ille peritus erat legis? Qñ audi
uit ab uno ex eis qui ſecuti erant dñm dicentẽ, In-
uenimus meſsiam, quod interpretał Chriſtus: q̃ſi-
uit unde, & dictũ eſt à Nazareth. Et ille, A Nazareth
Ibidem. poteſt aliqd boni eſſe. Proculdubio q intellexit, q̃a
à Nazareth poteſt aliquid boni eſſe, peritus erat le-
gis, & bene ꝓphetas inſpexerat. Noui eſſe in illi⁹ uer
bis aliã pronunciationẽ, ſed à prudentiorib⁹ nõ eſt
approbata, ut quaſi deſperaſſe uideał ille, cũ audiẽs
dixiſſet, A Nazareth põt aliqd boni eſſe? id eſt, num-
quid põt? Sic pronunciãdo quaſi deſperaret. Sequi-
tur autẽ ibi, Veni & uide. Hæc uerba.i. ueni & uide,
utranq; poſſunt pronunciationẽ ſequi: Si dicas, q̃ſi
nõ credens, a Nazareth poteſt aliquid boni eſſe? Re
ſpondetur, Veni & uide quod non credis. Rurſus ſi
dicas cõfirmans, A Nazareth põt aliquid boni eſſe:

Reſpõdetur, ueni & uide quod credis, q̃ uere bonũ D
ſit, bonũ quod nũcio à Nazareth, & q̃ recte credas,
ueni & experire. Hinc tamẽ ęſtimatur doctus ille in
lege fuiſſe, quia nõ eſt electus inter diſcipulos ab il-
lo, qui ſtulta mundi prius elegit, cũ tantũ ei perhi- 1. Cor. 1.
buerit teſtimonium dñs dicens, Ecce uere Iſraelita, Ioan. 1.
in quo dolus nõ eſt. Elegit ergo dñs poſteà, & ora- De uerbis
tores, ſed illi ſuperbirent ſi nõ prius eligeret piſcato Apoſtoli.
res. Elegit diuites, ſed dicerent merito diuitiarum ſer. 28. Et
ſuarũ ſe electos eſſe, niſi primo elegiſſet pauperes. de uerbis
Elegit imperatores poſtea, ſed melius eſt ut Romã domini.
cũ uenerit iperator, depoſito diademate ploret ad ſer. 59.
memoriam piſcatoris, q̃ ut piſcator ploret ad me-
moriam iperatoris. Infirma.n. mũdi elegit deus, ut 1. Cor. 1.
cõfundat fortia: & ignobilia mũdi elegit, & ea quæ
non ſunt tanquã ea quæ ſunt, ut ea q̃ ſunt euacua-
rentur. Et quid ſequitur? Quid ait? Concluſit Apl's,
ut nõ glorietur corã deo omnis caro. Videte quem Ibidem.
admodũ nobis abſtulit gloriam, ut daret gloriam.
Abſtulit noſtrã, ut daret ſuam. Abſtulit inanem, ut
daret plenã. Abſtulit nutantem, ut daret ſolidam. E
Tãto ergo gloria nr̃a fortior & firmior, quia in deo.
Nõ ergo in te debes gloriari qđ prohibuit ueritas,
ſed quod ait Apl's, hoc p̃cipit ueritas, Qui gloriatur,
in dño glorietur. Date ergo gloriam laudi eius, no-
lite imitari Iudæos, qui quaſi meritis ſuis uolebant
tribuere iuſtificationes ſuas, & inuidebant gẽtibus
accedentib⁹ ad gr̃am euangelicã, ut peccata omnia
donarenł eis, quaſi illi nõ haberent quod donareł
ſibi, quaſi iam boni operari mercedẽ expectãtes. Et
cũ adhuc ęgroti eſſent ſanos ſe eſſe putabãt, & inde
periculoſius ægrotabant. Nam ſi uel mitius ægro-
taſſent, nõ quaſi phrenetici medicũ occidiſſent. Da
te gloriam laudi eius. Dicite deo q̃ timenda ſunt
opera tua.) Quare timenda & non amanda? Audi
aliam uocẽ Pſalmi, Seruite dño in timore, & exulta Pſal. 2.
te ei cũ tremore. Quid ſibi hoc uult? Audi uocem
Apoſtoli, Cũ timore, inquit, & tremore ueſtrã ipſo- Philip. 2.
rũ ſalutem operamini. Quare cũ timore & tremo-
re? Subiecit cauſam: Deus eſt.n. qui operatur in uo
bis & uelle & perficere pro bona uoluntate. Si ergo
deus operatur in te, gratia dei bene operaris nõ ui- F
ribus tuis. Ergo ſi gaudes, & time, ne forte quod da
tum eſt humili, auferatur ſuperbo. Nã ut noueritis
hoc eſſe factũ de ipſa ſuperbia Iudæoꝝ, quaſi ſe ex
operib⁹ legis iuſtificantium, & ideo cadentiũ, dicit
alius Pſalm⁹, Hi in currib⁹, & hi in equis, q̃ſi in ſuis Pſal. 19.
quibuſdã paſsib⁹ & inſtrumentis ad erectionẽ ſuã.
Nos autem, inquit, in nomine dñi dei noſtri magni
ficabimur. Hi in curribus & hi in equis, nos autẽ in
nomine domini dei noſtri magnificabimur. Videte
quemadmodum illi extollebãtur in ſe, Videte quẽ-
admodum iſti gloriabantur in deo: propterea quid
ſecutum eſt? Illis obligati ſunt pedes & ceciderunt,
nos autem ſurreximus & erecti ſumus. Audi ipſum
dominũ noſtrum hoc idem dicentem, Ego, inquit, Ioan. 9.
ueni, ut qui nõ uident, uideant: & qui uident, cæci
fiant. Vide in una parte bonitatẽ, in alia quaſi mali
tiam. Sed qd melius illo? Quid miſericordi⁹? Quid
iuſtius? Quare ergo qui nõ uident uideant? Propter
bonitatem. Quare & qui uident cæci fiant? Propter
elationẽ. Et uere uidebant, & facti ſunt cæci. nõ ui-
debant, ſed uidere ſibi uidebanł. Nam ecce uidete
fratres cũ dicerent ipſi Iudæi, Num ſumus cæci? Ait
illis dñs, Si cæci eſſetis, peccatũ non haberetis: mo- Ibidem.

G do autē quia dicitis, uidemus, peccatū uestrum in
uobis manet. Ad medicum uenisti, uidere te dicis?
Cessabūt collyria, semper cæcus remanebis. Cōfite
re te cæcū, ut illuminari merearis. Attende Iudæos,
attende gētes. Qui nō uident, uideant inquit, Ideo
ueni, & ut qui uident cæci fiant. Ipsum dñm nostrū
Iesum Christū in carne uidebant Iudæi, gentes non
uidebant. Ecce qui uiderunt crucifixerunt, qui nō
uiderunt, crediderunt. Ergo quid fecisti ô Christe,
aduersus superbos? Quid fecisti? Videmus quia di-
gnatus es, & mēbra tua sumus, Videmus, Abscondi
sti deum, & hominē aspectibus obiecisti hominū.
Rom. 11. Quare hoc? Vt cæcitas ex parte in Israel fieret, & ple
nitudo gentiū intraret. Ad hoc abscondisti deum
& hominem aspectibus obiecisti. Videbant & non
uidebant. Videbant quod acceperas, & nō uidebāt
Philip. 2. quod eras. Videbant formam serui, non uidebant
Ioan. 14. formam dei. Formam serui qua maior est pater, nō
formam dei propter quā modo audistis, Ego & pa-
Ioan. 10. ter unum sumus Tenuerunt quod uidebant, cruci
Matt. 26. fixerunt quod uidebant, insultauerunt ei quē uide
& 27. bant, nō agnouerunt qui latebant. Audi Aplm di-
H centem, Si.n. cognouissent, nunquā dñm glorię cru
1. Cor. 2. cifixissent. Ergo gentes quæ uocatæ estis attēdite ra
Rom. 11. mos pcisos propter seueritatem, nos autem insertos
ꝓpter bonitatem, & participes factos pinguedinis
oleæ, non altum sapientes. i. non superbientes, Non
Ibidem. enim tu radicem portas, ait, sed radix te: magis ter-
reamini, quia uidetis amputatos ramos naturales.
Iudæi enim per Patriarchas uenerunt, & de carne
Roma. 11. Abrahæ nati sunt. Et quid ait Apostolus? Sed dicis,
Fracti sunt rami ut ego inserar. Bene. Propter infide
litatem fracti sunt, tu autē, inquit, fide stas, noli al-
tum sapere, sed time. Si.n. naturalibus ramis deus
non pepercit, neq; tibi parcet. Attende ergo ramos
fractos & te insertum, noli extolli super ramos fra-
ctos, sed magis dicito deo, q̄ metuenda sunt opera
tua, Fratres si aduersus Iudæos olim pcisos de radi-
ce patriarcharū extollere nos non debemus, sed ti-
mere potius & dicere deo, q̄ timēda sunt opera tua:
quanto minus nō nos debemus extollere aduersus
recentia uulnera pcisionum? Præcisi sunt antē Iu-
I dæi, insertæ sunt gentes. De ipsa insertione præcisi
sunt hęretici: sed neq; contra illos nos extollere de-
bemus, ne forte pcidi mereamur, quos delectat in-
sultare pcisis. Fratres mei qualescunq; episcopi uox
sonuit uobis, rogamus uos ut caueatis quicunq; in
Ecclesia estis, nolite insultare eis qui nō sunt intus,
sed orate potius ut & ipsi intus sint. Potens est enim
deus iterum inserere illos. De ipsis Iudæis dixit hoc
Ibidem. Apostolus, & factū est in eis, Resurrexit dñs & mul
ti crediderunt: nō intellexerunt cū crucifigerent, ta
men postea crediderunt in eum, & donatum est eis
tam magnum delictum. Fusus domini sanguis do-
natus est homicidis, non ut dicam deicidis: quia si
1. Cor. 2. cognouissent, nunquā dominum glorię crucifixis-
sent. Modo homicidis donatus est fusus sanguis in
nocentis. Et ipsum sanguinē quem per insaniam fu
Roma. 11. derunt, per gratiā biberunt. Dicite ergo deo, q̄ timen
da sunt opera tua. Vnde timenda? Quia cæcitas ex
parte in Israel facta est, ut plenitudo gentium intra
ret. O gentium plenitudo, dic deo, q̄ timenda sunt
opera tua, & sic gaude ut contremiscas, noli extolli
super ramos pcisos. Dicite deo, q̄ timēda sunt opera
tua. In multitudine potentiæ tuæ mentientur ti-
bi inimici tui.) Ad hoc tibi, inquit, mentient inimi- K
ci tui, ut multa sit potētia tua. Quid est hoc? Inten-
tius audite. Potentia dñi nr̄i Iesu Xp̄i, maxime appa
ruit in resurrectione, unde Psalmus iste titulū acce-
pit. Et resurgens apparuit discipulis suis. Non appa Act. 10.
ruit inimicis suis, sed discipulis suis. Crucifixꝰ appa
ruit oibus, resurgens fidelibus, ut etiam postea qui
uellet crederet, & credēti resurrectio ꝓmitteretur.
Multi sancti multa miracula fecerūt, nullus eorum
mortuus resurrexit, qa & qui ab eis resuscitati sunt,
morituri resuscitati sunt. Intendat charitas uestra.
Cōmendans dñs opera sua dixit, Operibꝰ credite, Ioan. 10.
si mihi non uultis credere. Et cōmendantur etiam
pterita opera Prophetarum: & si non eadem, tamē
multa eiusdē potentię. Ambulauit dñs super mare, Matt. 14.
iussit & Petrū. Nunquid non ibi erat ipse dominus
quando se diuisit mare, ut Moyses cū populo Israel Exo. 14.
transiret? Idem dominus illa faciebat: qui fecit ista
per carnē suam, ipse illa faciebat per carnem seruo-
rum suorum. Illud tamen per seruos suos non fecit:
nā ipse omnia faciebat, ut aliquis ipsorum mortuꝰ L
esset, & resurgeret in uitam æternā. Quia ergo pos-
sent dicere Iudæi cū miracula faceret dñs, fecit hoc
& Moyses, fecit hoc & Helias, fecit hoc & Helisæus, 3. Reg. 17.
possent sibi ista dicere, quia & illi mortuos resusci- 4. Reg. 4.
tauerunt, & multa miracula fecerunt: propterea cū
ab illo signum peteretur, proprium signum cōmen
dans quod in se solo futurū erat, ait, Generatio ista Matt. 12.
praua & amaricans signum q̄rit, & signum non da-
bitur ei, nisi signū Ionæ Prophetæ. Sicut.n. fuit Io- Iona. 2.
nas in uētre ceti tribus diebus & tribus noctibꝰ, sic
erit & filius hominis in corde terræ tribus diebꝰ &
tribus noctibꝰ. Quō fuit Ionas in uētre ceti? Nonne
ut postea uiuus euomeretur? Hoc fuit infernꝰ dño,
quod Ionæ cetus. Hoc signū ꝓprium cōmendauit,
hoc est potētissimū. Potētius est reuixisse mortuū,
q̄ nō fuisse mortuum. Multitudo potentiæ domini
secundū quod homo factus est, in uirtute resurre-
ctionis apparet. Hanc cōmendat & Apls cum dicit, Philip. 3.
Nō habens eam iustitiam quæ ex lege est, sed eam q̄
est per fidem Christi, q̄ est ex deo iustitia in fide ad
cognoscendū eum & uirtutem resurrectionis eius. M
Sic cōmendatur & alio loco, Et si crucifixus est ex 2. Cor. 13.
infirmitate, sed uiuit in uirtute dei. Cū ergo ista ma
gna potentia dñi in resurrectione intelligatur, un-
de titulū Psalmus iste accepit, qd sibi uult in multi
tudine potētiæ tuę mentient tibi inimici tui: nisi ut
sic intelligas, ideo tibi mētient inimici tui ut cruci-
figaris, ideo crucifigeris ut resurgas? Mēdaciū ergo
illorum ad cōmendandam multam potentiam tuā
ualebit. Quare solent inimici mentiri? Vt potētiam
cuiusq; minuant de quo mentiunt. Tibi, inquit, cō-
trarium accidit. Nā minus appareret potentia tua, si
illi tibi nō mentirentur. Attendite & ipsum menda-
cium falsorū testium in Euāgelio, & uidete quia de
resurrectione est. Cum n. dño dictum esset, quod si
gnū ostendis nobis, quia ista facis: excepto eo qđ
dixerat de Iona, per aliam similitudinē hoc ipsum Matt. 12.
item dixit: ut noueritis hoc proprium signū maxi-
me cōmendatum, Soluite tēplum, inquit, hoc, & in Ioan. 2.
tribus diebꝰ excitabo illud. Et illi dixerūt, Quadra-
ginta & sex annis ædificatū est templum hoc, & tu
in triduo excitabis illud? Et Euāgelista, qd illud es-
set, exponens, Hoc aut, inquit, dicebat Iesus de tem- Ibidem.
plo corporis sui. Ecce hanc potentiam suā homini-

A bus se demonstraturũ dicebat: unde similitudinẽ
de templo dederat pp carnẽ suam, q̃ erat templum
latentis intus diuinitatis. Vnde Iudæi templum fo
ris uidebãt, numen intus habitans nõ uidebãt. Ex
istis uerbis dñi cõcinnauerunt falsi testes menda-
cium qđ contra eũ dicerent, ex his ipsis ubi com-
mendauit resurrectionẽ suam futuram loquens de
templo. Dixerunt. n. falsi testes aduersus eum, cum
q̃reretur ab eis quid illũ audissent dixisse blasphe-
Matt. 26. mũ: audiuimus enim eum dicentem, Soluam tem-
† resuscitabo. plũ hoc, & post triduũ reędificabo † illud. Post tri-
duũ resuscitabo audierant, soluã non audierãt, sed
audierant, soluite. Vnũ uerbũ mutauerunt & pau-
cas literas, ut falsum testimoniũ molirẽtur. Sed cui
mutas uerbũ ô humana uanitas, ô humana infir-
mitas? Verbo icõmutabili uerbũ mutas? Mutas tu
tuũ uerbũ, nũqd mutas dei uerbũ? Vnde alio loco
Psal. 26 dicitur, Et mentita est iniqtas sibi. Quare ergo tibi
mẽtiti sunt inimici tui o dñe, cui iubilat omnis ter
ra? In multitudine potentiæ tuę mentietur tibi ini-
mici tui. Dicũt, soluã: cum tu dixeris, soluite. Qua-
re te dixerũt dixisse, soluã: & non dixerunt quod tu
B dixisti, soluite? Vt quasi ipsi se a crimine soluti tẽpli
defenderẽt sine causa. Christ⁹ enim, qa uoluit mor
tuus est, & tamen uos occidistis. Ecce concedimus
uobis ô mẽdaces, ipse soluit tẽplum. Dictum est e-
Gala. 2 nim ab Aplo, Qui me dilexit, & tradidit semetipm
pro me. Dictum est de patre, Qui proprio filio non
Roma. 8. pepercit, sed ꝑ nobis omnibus tradidit illum. Si er
go pater filiũ tradidit, & fili⁹ semetipsum tradidit,
Iudas quid fecit? Pater tradẽdo filiũ ad mortẽ pro
Matt. 26. nobis, bene fecit: xp̃s tradẽdo seipsum ꝑ nobis, fe-
cit bene: tradẽdo Iudas magistrum ꝑ auaritia sua,
fecit male. Nõ enim quod nobis præstitũ est de pas
sione xp̃i, malitiæ Iudæ deputabis. Habet ille mer-
cedẽ malitiæ, Christus laudem gratiæ. Prorsus ipse
Ioan. 2. soluerit tẽplum, ipse soluerit q dixit, Potestatem ha
Ioan. 10. beo ponendi animã meã, & potestatem habeo ite-
rũ sumendi eã: nemo tollet eã à me, sed ego ipse po-
no eam à me, & iterum sumo eam. Ipse soluit tem-
plũ gratia sua, nõ malitia uestra. In multitudine po
tẽtiæ tuæ mentiẽtur tibi inimici tui. Ecce mentiun
Matt. 27. tur, ecce crederis eis, ecce opprimeris, ecce crucifige-
Ioan. 19 ris, ecce insultant tibi, ecce caput agitant, Si filius dei
C es, descende de cruce. Ecce qñ uis animam ponis,
& lancea latus ꝑcuteris, & sacramenta de latere tuo
Matt. 28. defluunt, deponeris de ligno, inuolueris linteami-
nib⁹, poneris in sepulchro, addunt custodes ne tol
lant te discipuli tui: uenit hora resurrectionis tuæ,
terra cõcutitur, monumenta scinduntur, resurgis oc-
cultus, appares manifestus. Vbi sunt ergo illi mẽda
ces? Vbi est falsum testimoniũ maleuolentię? Non-
ne in multitudine potẽtię tuę mentiti sunt tibi ini-
mici tui? Da & illos sepulchri custodes, referant qđ
uiderunt, accipiant pecuniã & ipsi mentiantur. Di-
cant etiã ipsi moniti peruersi à peruersis, dicãt à Iu
dæis corrupti, qui in xp̃o noluerunt esse integri, di
cant, Mentiantur etiã ipsi, Quid dicturi sunt? Dici-
te, uideamus, mentimini & uos in multitudine po
Ibidem. tentiæ dñi. Quid dicturi estis? Cum dormiremus
nos, uenerũt discipuli eius & abstulerũt eũ de mo-
In. li. 50. numẽto. O uere stultitia dormiẽs, aut uigilabas, &
homiliarũ, ho. 36. prohibere debuisti: aut dormiebas, & qđ sit gestũ
nescisti. Accesserunt & ipsi mendacio inimicorũ: au
ctus est & numerus mentientiũ, ut augeretur mer-

ces credentiũ, quia in multitudine potẽtiæ tuæ mẽ D
tientur tibi inimici tui. Ergo mentiti sunt, in multi
tudine potẽtię tuę mẽtiti sũt. Apparuisti cõtra mẽ
daces ueracib⁹, & apparuisti eis ueracibus, quos tu
ueraces fecisti. Remaneãt Iudęi in mẽdacijs suis, qa
tibi in multitudine potẽtię tuę mẽtiti sunt: fiat qđ
sequitur, Ois terra adoret te & psallat tibi, psallat
nomini tuo altissime.) Pauloante humillime, mo-
do altissime. Humillime inter man⁹ mentientiũ ini
micorũ: altissime super uerticem laudantium ange-
lorũ. Omnis terra adoret te & psallat tibi, psallat no
mini tuo altissime. Venite & uidete opera dñi.) O
gentes, ô ultimæ nationes, relinquite Iudæos men-
tientes, uenite confitẽtes. Venite & uidete opa dñi.
Terribilis in consilijs super filios hoium.) Fili⁹ ho
minis & ipse quidem dictus est, & uere filius hois
Phili. 2 factus est. Vere filius dei in forma dei: uere filius ho
minis in forma serui. Sed nolite formã istã serui ex
aliorum similiũ conditione pensare. Terribilis est
in cõsilijs super filios hominum. Machinati sunt fi
lij hominum consilium ad crucifigẽdum xp̃m, cru
cifixus excæcauit crucifigentes. Quid ergo fecistis
filij hominum machinando acuta consilia aduer- E
sus dñm uestrum, In quo latebat maiestas, & appa-
rebat infirmitas? Vos machinati estis consilia per-
dendi, ille excæcandi & saluandi: excæcandi super-
bos, saluandi humiles. Ad hoc autẽ superbos istos
excæcandi, ut cæcati humiliarentur: humiliati cõ-
fiterentur: confessi illuminarentur. Terribilis in cõ
silijs super filios hominum. Vere terribilis: ecce cæ
Roma. 11. citas ex parte in Israel facta est. Ecce Iudæi ex quib⁹
natus est xp̃s, foris sunt: ecce gentes q̃ contra Iudæã
erant, in Christo intus sunt. Terribilis in consilijs
super filios hominum. Propterea quid fecit terrore
consilij sui? Conuertit in mare aridam. Hoc. n. seq-
tur, Qui conuertit mare in aridam.) Mare erat mũ
dus amarus salsitate, turbulẽtus tempestate, feruẽs
fluctibus persecutionum, mare erat. Certe in aridã
conuersum est mare: modo sitit aquã dulcem mun
Psal. 142 dus, quia salsa plenus erat. Quis hoc fecit? Qui con
uertit mare in aridam. Iam anima gentium oium
quid dicit? Anima mea uelut terra sine aqua tibi:
Qui conuertit mare in aridam. In flumine pertran
sibunt pede.) Illi ipsi qui conuersi sunt in aridam,
cum essent antea amari, in flumine pede pertransi- F
bunt. Quid est flumen? Flumen est omnis mortali-
tas seculi. Vide flumen, alia ueniunt & transeunt.
alia transitura succedunt. Nonne sic fit in aqua flu
minis, q̃ de terra nascitur & manat? Ois qui natus
est, cædat oportet nascituro: & ois iste ordo rerum
labentiũ, fluuius quidam est. In istum fluuium nõ
se mittat cupida anima, non se mittat, stet. Et quõ
transiet delectationes rerũ periturarum? Credat in
xp̃m, & facile pertransibit pede, transibit illo duce,
pede transibit. Quid est pede transire? Facile transi
re, & nõ quærat equum ut trãseat, non erigatur su-
perbia ad transeũdum flumen: humilis transeat, &
ocyus trãsit. In flumine ptransibũt pede. Ibi iocũ
dabimur in ipso.) In bonis operib⁹ iocũdare. O Iu
dęi, de uestris operib⁹ gloriamini, deponite supbiã
gloriandi de uobis, sumite grãm iocũdandi in xp̃o.
Ibi enim iocundabimur, sed non in nobis: ibi io-
cundabimur in ipso. Qñ iocundabimur? Cum flu
mẽ transierimus pede, uita æterna ꝑmittitur, resur
rectio promittitur, ibi caro nostra iã nõ erit flumẽ.

G Flumen enim modo est, quã mortalis est. Videre si stat aliqua ætas, Pueri crescere uolunt & nesciũt q; spatiũ uitæ suæ annis succedentib⁹ minuitur. Non enim addunt anni, sed subtrahuntur crescentib⁹, sicut aqua fluminis prorsus accedit, sed à fonte recedit: & nolunt crescere pueri ut careant dñatu maiorũ. Ecce crescũt, agitur cito, puenıũt ad iuuentutẽ. Qui excesserunt pueritiã, si possint teneãt iuuentutẽ. Trãsit & ipsa, senect⁹ succedit: uel senectus æterna succedat, uel senectus æterna sit: morte aufert, ergo fluuius est carnis nascẽtis. In hũc fluuiũ mortalitatis nemo se mortaliũ rerũ cõcupiscentia subuertat ne rapiatur: facile trãsit q humiliter, id est pede transit, duce illo q prior trãsijt, qui de torrẽte in uia usq; ad mortẽ bibit, ppea exaltauit caput. Trãseuntes ergo pede fluuii isti, id est, facile trãseũtes
Psal.109. mortalitatẽ istam fluentẽ, ibi iocundabimur in ipso Modo aũt in quo nisi uel i ipso, uel in spe ipsius? Et si n. iocũdamur modo, in spe iocũdamur, tunc aũt in ipso iocundabimur: & modo in ipso, sed per
1.Cor.13. spem: tunc aũt facie ad faciem, ibi iocũdabimur in ipso. In quo? Qui dñatur in uirture sua in ęternũ.)
H Nam nos quã uirtutem habemus? Nunquid æter-
Gene.3. nam? Si æterna esset uirtus nřa, nõ lapsi essem⁹, non cecidissemus in pctm̃, non meruissemus mortalitatem pœnalem. Ille uoluntate suscepit, quò nos meritũ nostrũ deiecit. Qui dñatur in uirtute sua i ęternũ, eius participes efficiamur, in cui⁹ uirtute nos erimus fortes, ille aũt in sua. Nos illuminati, ille lumẽ illuminans: nos auersi ab illo contenebramur, ille auerti à se nõ põt. Calore ipsius accendimur, unde recedẽtes frigueram⁹, accedentes rursum accendimur. Ergo dicam⁹ ei ut custodiat nos i uirtute sua, qa in ipso iocũdabimur q dñatur in uirtute sua in æternũ. Sed nõ hoc solis Iudæis pstitit credentib⁹, qa multum se extulerunt Iudæi de uirtute sua psumentes: postea cognouerũt in cuius uirtute fuerũt salubriter fortes, & qdam eos crediderunt, sed non sufficit xpo. Multum est quod dedit, [magnũ pciũ dedit,] nõ pro solis Iudæis debuit ualere qd dedit.

Oculi eius sup gentes respiciunt.) Ergo oculi eius sup gentes respiciũt. Et qd facimus? Murmurabunt Iudæi, dicturi sunt Iudæi, qđ nobis, hoc & illis: nobis Euangeliũ, illis Euangeliũ: nobis grãm resurre-
I ctionis, & illis grãm resurrectionis: nihil nobis prodest qd nos legẽ accepim⁹, & in iustificationib⁹ legis uixim⁹, & tenuim⁹ pcepta patrum? Nihil ualebit hoc illis quod nobis. Non litigent, nõ contendant.

Qui amaricãt nõ exaltent in semetipsis.) O caro misera & tabescẽs, nõne peccatrix es? Quid clamat
Roma. 3. lingua tua? Attendat conscientia. Omnes. n. peccauerunt, & egent gloria dei. Agnosce te ifirmitas humana, accepisti legẽ ut & præuaricatrix legis esses. Non. n. tenuisti & implesti qd accepisti. Accessit tibi ex lege nõ iustificatio quã lex iubet, sed puarica
Roma. 5. tio quã tu fecisti. Si ergo abundauit pctm̃, quid inuides superabundanti grã? Noli amaricare, quia q amaricant non exaltent. Quasi maledixisse uidet, q amaricant non exaltentur, immo exaltentur, sed non in seipsis. Humilient in seipsis, exaltent in xpo.
Matt. 23 Qui enim se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabit. Qui amaricãt, nõ exaltentur in semetipsis. Benedicite gentes deũ nostrum.) Ecce repulsi sunt qui amaricãt, reddita est illis ratio: aliqui cõuersi sunt, aliq superbi remanserunt. Non uos terreant qui grãm euangelicam inuident gentibus, iã
K uenit semen Abrahæ, in quo benedicẽtur oẽs gen-
Gene.22. tes. Benedicite eũ in quo benedicimini, benedicite gentes deũ nostrũ, Et audite uocem laudis eius.) Ne uosipsos laudetis, sed ipm laudetis. Quę est uox laudis eius? Quia gratia ipsi⁹ sum⁹, quicqd boni sumus. Qui posuit animã meã in uitam.) Ecce uox laudis eius, Qui posuit animã meã in uitam. Ergo in morte erat. In morte erat, qa in te erat. Inde est q; nõ debuistis exaltari i uobilipsis Ecce i morte erat
Ioan. 14. in te. Vbi erit i uita nisi in illo q dixit, Ego sum uia, ueritas, & uita. Qũo quibusdã credẽtibus ait Apo
Ephe. 5 stolus, Fuistis aliquando tenebræ, nũc autẽ lux in dño? Tenebrę ergo in uobis, lux in dño: sic mors in uobis, uita in domino. Qui posuit animam meã in uitam. Ecce posuit animam nostram in uitam, quia credimus in eũ qui in uitã posuit aiam nřam. Sed quid deinde opus est, nisi ut pseuerem⁹ usq; in finem? Et hoc quis dabit, nisi de quo cõsequenter dictum est, Et non dedit in motum pedes meos.) Ipse posuit aiam meam in uitam, ipse regit & pedes ne nutent, ne moueãtur & dentur in motum, & ip
L se nos faciet uiuere, ipse perseuerare usq; in finem,
Matt. 10. ut in æternũ uiuamus. Et nõ dedit in motũ pedes
& 24. meos. Quare hoc dixisti, & nõ dedit in motũ pedes meos? Quid enim passus es, aut qd pati potuisti ut mouerent pedes tui? Quid? Audi q sequantur. Quare dixi, nõ dedit in motũ pedes meos? Quia multa passum sum⁹, de quib⁹ mouerentur de ma pedes nostri, nisi ipse regeret eos, & in motũ nõ daret. Quæ sunt ista? Qm̃ probasti nos deus, ignisti nos sicut ignitur argentum.) Non ignisti sicut fœnum, sed sicut argentum: adhibẽdo nobis ignem, non in cinerẽ conuertisti, sed sordes abluisti. Ignisti nos sicut ignitur argentum. Et uide quõ sæuit deus in illos, quorum animam posuit in uitam. Induxisti nos in muscipulã.) Nõ ut capti moreremur, sed ut libe rati experiremur. Posuisti tribulationes in dorso nřo.) Erecti enim male, superbi eramus, male erecti curuati sum⁹, ut curuati bene erigeremur. Posuisti tribulationes in dorso nřo. Imposuisti hoies sup capita nostra.) Hæc oia passa est Ecclesia uariis &
M diuersis persecutionib⁹: passa ẽ hoc & singillatim, & modo patitur etiam. Non n. quisquã est qui se in hac uita ab his tentationibus possit dicere immunem. Ergo imponunt & hoies super capita nostra, toleramus quos nolumus, patimur superiores aliqñ, quos nouim⁹ peiores. Peccata autem si desint, bene superior est homo: quanto autẽ plura assunt, tanto est inferior. Et bonũ est ut consyderem⁹ nos pctores esse, & sic toleremus impositos super capita nřa, ut & nos deo cõfiteamur, qa digna patimur. Quid. n. indigne pateris, quod facit qui iustus est? Posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti hoies super capita nostra. Sęuire uidetur deus cum ista facit, ne metuas qm̃ pater est, nunq sic sæuit ut perdat. Quando male uiuis si parcit, plus irascitur. Omnino istæ tribulationes flagella sunt corrigentis, ne sit fnia punientis. Posuisti tribulationes in dorso nřo, imposuisti homines super capita nostra.

Transiuimus p ignem & aquam.) Ignis & aqua, utrũq; periculosum est. In hac uita, certe uidetur aqua ignẽ extinguere, & ignis uidetur aquam siccare. Ita & ipsæ tentationes sunt, quib⁹ abundat hæc uita Ignis urit, aqua corrũpit: utrunq; metuẽdũ, &

A ustio tribulationis,& aqua corruptionis. Qñ sunt res angustæ & aliquę infœlicitates sunt in hoc mũdo,quasi ignis est: qñ sunt res prosperæ & abundãtia seculi circũfluit,quasi aqua est. Vide ne te ignis exurat, ne aqua corrumpat. Firmus esto aduersus ignem,coqui te oportet, tanquã uas fictum mitteris in caminũ ignis, ut firmetur quod formatũ est. Vas ergo quod in igne formatũ est, aquam non timet: uas aũt si solidatum igne non fuerit, tãquam lutum aqua soluetur. Noli festinare ad aquam, per ignẽ transi ad aquã, ut transeas & aquã. Propterea & in sacris & in catechizando & in exorcizãdo adhibetur prius ignis. Nam unde plerunq; immundi spũs clamant ardeo, si ille ignis nõ est? Post ignem autem exorcismi uenit ad baptismũ, ut ab igne ad aquam, ab aqua in refrigeriũ. Quod autẽ in sacramentis aqua baptismi, hoc ẽt in tentationibus huius sćli angustia timoris. Accedit prima uice ignis, postea ablato timore metuendum est ne fœlicitas corrũpat mundana. Cum autẽ te ignis crepare nõ suffecerit, & in aquam non merseris, sed enataueris, per disciplinã transis ad requiem, & transiens per

B ignem & aquam educeris in refrigerium. Quarum enim rerũ signa sunt in sacramentis, ipsę res sunt in illa perfectione uitæ æternæ. Iam cũ transierimus ad illud refrigeriũ fratres charissimi, nullum ibi timebimus inimicũ, nullum tentatorem, nullũ inuidum, nullum ignem, nullam aquam, perpetuũ ibi refrigerium erit. Refrigerium pp quietem dicit: nã si dicas calorem, uerum est: si dicas refrigerium, uerum est. Si.n. refrigerium male accipias, quasi torpescimus ibi, non autem torpescimus ibi, sed requiescimus: nec qa calor dicitur, ęstuabimus ibi, sed feruemus spiritu. Attende ipsum calorem in alio Psal-

Psal. 18 mo, Nec est q se abscondat à calore eius. Quid dicit

Rom. 12. & Apostolus? Spiritu feruentes. Ergo transiuimus p ignem & aquam. Et eduxisti nos in refrigerium.) Attende quia non tm̃ de refrigerio, sed nec de ipso igne optabili tacuit. Introibo in domum tuam in holocaustis.) Quid est holocaustum? Totum incẽsum, sed igne diuino. Holocaustũ.n. dicitur sacrificium cũ totũ accendit. Aliæ sunt partes sacrificiorum, aliud holocaustum. Qñ totum ardet, & totũ

C consumitur igne diuino, holocaustum dicitur: qñ pars, sacrificiũ. Omne qdem holocaustũ sacrificiũ, sed non oẽ sacrificiũ holocaustum. Holocausta n. promittit, corpus xp̃i loqnitur, unitas Christi loqtur, Introibo in domum tuam in holocaustis. Totum.n. meum consumit ignis tuus, nihil mei remaneat mihi, totum fit tibi. Hoc autem erit in resurre-

1.Cor. 15. ctione mortuorum, qñ & corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet quod scriptum est, Absorpta est

Ibidem. mors in uictoria. Victoria quasi ignis diuinus est, cũ absorbet & mortem nr̃am, holocaustũ est, Non remanet mortale aliqd in carne, non remanet culpabile aliqd in spiritu, totum ex mortali uita consumetur, ut in æterna uita cõsummatur, ut à morte seruemur in uitã. Erunt ergo illa holocausta. Et qd erit in holocaustis? Reddam tibi uota mea quę distinxerunt labia mea.) Quæ est distinctio in uotis? Hæc est distinctio, ut te accuses, illũ laudes: te intelligas creaturam, illum creatorẽ: te tenebras, illum

Psal. 17. illuminatorem, cui dicas, Tu illuminabis lucernã meam dñe, deus meus illumina tenebras meas. Nã qñ dixeris, ô anima, quia ex te tibi lucet, ne distin- D gues, Si non distingues non reddes uota distincta. Red de uota distincta, confitere te mutabilem, illũ incommutabilem, cõfitere te sine illo nihil esse, ipsum autem sine te perfectum esse: te indigere illo, il lum autem tui non indigere. Clama ad illum, Dixi Psal. 15. dño, deus meus es tu, qm̃ bonorum meorum non indiges. Iam eo q; te in holocaustum assumit deus, non ille crescit, non ille augetur, non ille ditior, nõ ille instructior fit, tibi est melius quicqd de te pro te facit, non ei qui facit. Hæc si discernas, reddis uota deo tuo, quæ distinxerunt labia tua. Reddam tibi uota mea, q̃ distinxerunt labia mea. Et locutũ est os meum, in tribulatione mea.) Quã dulcis est sæpe tribulatio, q̃ necessaria est tibi. Quid ibi locutum est os ipsius in tribulatione sua? Holocausta medullata offerã tibi.) Quid est medullata? Intus teneã charitatẽ tuam, non erit in superficie, in medullis meis erit qd diligo te. Nihil.n. interi⁹ medullis nostris, Interiora ossa sunt carne, medullæ interiores sunt ipsis ossibus. Quisquis ergo in supficie E colit deũ, magis placere uult hominibus. Aliud autem intus sentiens, nõ offert holocausta medullarum, cuius aũt medullã inspicit, ipsum totum accipit. Holocausta medullata offerã tibi. Cum incenso & arietibus.) Arietes sunt duces Ecclę. Totũ corpus xp̃i loqtur, hoc est, quod offert deo incensum. Quid oro cũ incẽso & arietibus? Maxime n. arietes orant pro gregibus. Offerã tibi boues cũ hircis.) Boues inuenimus triturãtes, & ipsi offeruntur deo. Apostolus de annunciatoribus euãgelij dixit intelligendũ qd scriptũ est, Boui trituranti os nõ infre- 1.Cor. 9 nabis. Nunqd de bobus pertinet ad deũ? Ergo magni illi arietes, magni boues. Quid reliqui qui forte conscij sunt aliquorũ peccatorum, qui forte in ipso itinere lapsi sunt, & sauciati per pniam sanant? Nũquid & ipsi remanebunt, & ad holocausta non pertinebunt? Ne ipsi timeant addidit & hircos. Holocausta, inqt, medullata offeram tibi, cum incẽso & arietibus, offerã tibi boues cum hircis, Adiunctione ipsa saluant hirci, per se non possunt accipi, adiuncti bobus accipiuntur. Talibus.n. dictum est, Facite uobis amicos de mammona iniqtatis, ut & Luc. 16. ipsi recipiant uos in æterna tabernacula. Ergo illi F hirci nõ erũt à sinistris, qa fecerunt sibi amicos de mammona iniqtatis. Qui aũt hirci ad sinistrã? Quibus dicetur, Esuriui & nõ dedistis mihi mãducare, Mat. 25 non q peccata sua eleemosynis redemerunt. Venite audite, & narrabo oẽs qui timetis deum.) Veniamus, audiamus quid narraturus est. Venite audite & narrabo. Sed qd? Venite audite & narrabo oẽs q timetis deum. Si deũ non timetis, non narrabo. Nõ est qbus narretur, ubi dei timor non est. Dei timor aperiat aures, ut sit quod intret, & quã intret, quod narraturus sum. Sed quid est narraturus? Quanta fecit animæ meæ.) Ecce narrare uult. Sed quid est narraturus? An forte quãtum pateat terra, quantũ distendatur cœlum, & quot sint sydera, & q̃ sint uices solis & lunę? Ista creatura pagit ordinem suum, qui multum eam curiose qſierunt, eius creatorem ignorauerunt. Illud audite, illud accipite, ô q timetis deum, quanta fecit aiæ meæ, Si uultis & uestræ est. Quanta fecit animæ meæ? Ad ipsum ore meo clamaui.) Et hoc ipsum factum dicit aię suæ, ut ad ipsum ore suo clamaret, factum esse dicit aiæ suæ.

G Ecce fratres gentes eramus,& si non in nobis,in pa
1.Cor. 12. rentibus nostris.Et quid dicit Apostolus?Scitis,qn̄
gentes eratis, ad simulacra sine uoce quodāmodo
ascendebatis inducti Dicat nunc Ecclia quanta fe-
cit aiæ meę,ad ipsum ore meo clamaui. Olim ad la
pidem clamabā,ad lignum surdū clamabam,simu
lacris surdis,mutis loquebar,iā imago dei conuer-
Hier. 2. sa est ad creatorē suum. Qui dicebā ligno, pr̄ meus
Matth. 6. es tu:& lapidi,tu me genuisti:modo dico, Pater nr̄
q es in cœlis. Ad ipsum ore meo clamaui. Ore meo
1.Pet. 1. iam non ore alieno, Qn̄ clamabam ad lapides in
uana cōuersatione paternæ traditionis, ore alieno
clamabam: qn̄ clamaui ad dn̄m, qd ipse donauit,
quod ipse inspirauit, ad ipsum ore meo clamaui.

Et exaltaui sub lingua mea.)Quid ē clamaui ore
meo,& exaltaui sub lingua mea? Ipsum publice p-
dicaui,ipsum in secreto cōfessus sum. Parū est deū
exaltare lingua,sed & sub lingua,ut qd cert⁹ loque-
ris,hoc taci⁹ cogites, Ad ipsum ore meo clamaui,
& exaltaui sub lingua mea. Vide q̄ uult in secreto es
se integer, q in secreto offert holocausta medulla-
ta. Hoc agite frēs,hoc imitamini,ut dicatis,Venite,
H audite quāta fecit aiæ meæ. Omnia.n.quę enarrat,
ipsius gra fiunt in anima nostra. Videte & alia quæ
dicas, Iniquitatē si aspexi in corde meo, non exau
diet dn̄s.)Considerate modo fratres, q̄ facile,quā
quotidie homines erubescentes in hominibus ini
quitates accusant,Male fecit,pdite fecit, sceleratus
homo est,hoc forte pp homines dicit. Vide si nō in
corde tuo cōspicis iniqtatem, ne forte qd reprehen
dis in altero, cogites facere, & ideo in illū clames,
non qa fecit,sed quia inuentus est. Redi ad te,intus
esto tibi iudex. Ecce in cubiculo tuo absc͞odito,in
ipsa uena intima cordis tui ubi tu solus es & ille q
uidet,illic tibi displiceat iniquitas, ut placeas deo.
Noli illā respicere,id est, noli illā diligere,sed poti⁹
despice,id est,contēne & auertere ab ea. Quicqd lę
tū pmiserit ut illiciat ad peccandū,qcqd triste mi-
natū fuerit,ut impellat ad malefaciēdū, totū nihil
est,totum transit, despici dignū est ut calcetur,nō
cōspici ut acceptet. Suggerit.n.aliqn̄ per cogitatio-
1.Cor. 15. nes uel per uerba colloquentiū malo͞r. Corrum-
punt.n.mores bonos colloquia mala:tu noli ea re
I spicere. Sed parū est in uultu,parū est in lingua, in
corde noli respicere:id est,noli diligere, noli acce-
ptare. Nā respectū pro dilectione poni quotidianū
est,primo qa de deo dicimus,respexit me. Quid est,
respexit me? Ante.n.te non uidebat? Aut rursum at-
tendebat,& p̄cibus tuis cōmonitus est,ut in te ocu
los mitteret? Videbat te & ante, sed respexit me,di-
cis,dilexit me. Et homini q te uidet, & rogas eū,di-
cis,ut misereat tui,respice me. Videt te,& dicis,respi
ce me. Quid est,respice me? Dilige,attende,miserere
mei. Ergo nō ideo dixis, iniqtatem si aspexi in cor-
de meo,qa omnino nulla iniqtas suggeritur cordi
humano: ibi suggerit,non cessat suggestio, sed non
fiat respectio. Si.n.respicis iniquitate, retro aspicis,
& incurris sniam dn̄i dicentis in Euangelio,Nemo
Luc. 9. ponens manum super aratrum & respiciens retro,
aptus est regno dei. Quid ergo debeo facere? Quod
Philip. 3. ait Apostolus,Quæ retro oblitus, in ea q̄ ante sunt
extentus. Retro.n.nostra omnia q̄ transierunt, ini-
qua sunt. Nemo ex bono uenit ad xp̄m, oēs pecca-
...a. 2. tores fuerunt,oēs peccauerunt,sed credendo iusti-
ficantur. Perfecta iustitia non erit, nisi in illa uita:
tn̄ ad profectum & mores boni ab ipso inspirātur, K
ab ipso donātur. Noli ergo tua merita computare,
noli. Et si suggeritur iniqtas,noli consentire. Quid
enim ait? Iniquitatem si conspexi in corde meo, nō
exaudiet dominus. Propterea exaudiuit me de⁹.)
Quia iniquitatem non conspexi in corde meo. Et
intēdit uoci oro͞nis meæ.) Benedictus deus meus,
qui non amouit deprecationem meā & misericor-
diam suam à me. Tenet sensum ab eo loco ubi ait,
Venite audite & narrabo uobis omnes qui timetis
deum,quanta fecit animæ meæ,& dixit quæ audi-
stis,& ad finē ita cōclusit: Benedictus deus meus
qui non amouit deprecationem meā & misericor-
diam suam a me.)Sic.n.peruenit ad resurrectionē
iste qui loquitur ubi iam & nos spe sumus, imo &
nos sumus, Etenim nostra uox ista est. Quandiu er
go hic sumus hoc rogemus deū, ut non a nobis a-
moueat deprecatione nr̄am, & misericordiam suā:
id est, ut perseueranter oremus, & pseueranter mi-
sereatur. Multi.n. languescunt in orando,& in noui
tate suæ conuersionis feruenter orāt,postea langui
de,postea frigide, postea negligenter, Quasi securi
sunt. Vigilat hostis,dormis tu. Ipse dn̄s præcepit in L
euangelio, Quia oportet semper orare & nō defice Luc. 18.
re. Et dat silitudinem de illo iniquo iudice,qui nec
deum timebat,nec hominem reuerebatur, quā in-
terpellat illa uidua quotidie ut audiret eam, & ces-
sit tædio,qui non flectebatur misericordia, & ait
sibi iudex nequam, Si nec deū timeo,nec hoies re-
uereor, uel pp tædiū quod mihi quotidie facit hęc
uidua,audiam causam eius & uindicabo eā. Et ait
dn̄s,Si iudex nequam hoc fecit, pater uester nō uin Luc. 18.
dicabit electos suos,qui ad eum clamant die ac no
cte? Ita dico uobis,faciet iudicium eorum cito. Er-
go non deficiamus in oratione. Ille quod concessu
rus est,& si differt,nō aufert. Securi de pollicitatio
ne ipsius non deficiamus orando. & hoc ex benefi
cio ipsius est. Propterea dixit,Bn̄dictus deus meus,
qui non amouit deprecationem meā,& misericor-
diam suam à me. Cum uideris nō à te amotam de-
precationem tuam, securus esto quia nō est à te a-
mota misericordia eius.

In Psalmum sexagesimumsextum. Enarratio.

M EMINIT charitas uestra in duobus Psal M
mis,q iā tractati sunt,exhortatos nos fuisse
animam nostram ut benediceret dn̄m, &
pio cantu dixisse,Benedic anima mea dn̄m Si ergo Psal. 102.
hortati sumus in illis Psalmis animam nostram, ut
benediceret dn̄m,in hoc Psalmo recte dicit: Deus
misereatur nostri,& benedicat nos.) Benedicat ani
ma nostra dn̄m,& deus benedicat nos. Cum bene
dicit nos deus,nos crescimus:& cum nos benedici
mus dominum, crescimus:utrunq; nobis prodest.
Non augetur ille benedictione nostra, nec minui-
tur maledictione nostra. Qui maledicit domino,
ipse minuitur:qui benedicit dn̄m,ipse auget. Prior
est in nobis benedictio dn̄i,& consequens est,ut &
nos benedicamus dn̄m. Illa pluuia,iste fructus est.
Ergo redditur tanquā fructus agricolæ deo, com-
pluenti nos & colēti. Cātemus ista deuotione,non
sterili,nō inani uoce,sed uero corde. Aptissime.n.
deus pater dictus est agricola: Apl's dicit, Dei agri- 1.Cor. 3.
cultura estis,dei ædificatio estis. In reb⁹ huius mū-
di uisibilibus,uitis non est ædificiū,& ædificiū nō
est uinea:nos autē uinea dn̄i sumus, quia colit nos

A ad fructũ: Aedificiũ dei sumus, quia colit nos & habitat i nobis. Et quid ait idem Apl̃s? Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Ergo neq; qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Ille ergo incrementũ dat, nunquid forte isti sunt agricolę? Agricola .n. dicitur qui plantat & qui rigat. Dixit aũt Apostolus, Ego plan-

1. Cor. 3. taui, Apollo rigauit. Quęrimus unde ipse hoc fecerit? Respondit Apostolus, Nõ ego aũt sed gratia dei mecũ. Ergo quocunq; te uerteris, siue per angelos deũ inuenies agricolã tuũ: siue per ꝓphetas, ipse est agricola tuus: siue p Apostolos, eundẽ ipsum agnosce agricolã tuum. Quid ergo nos? Fortasse operarij sumus agricolæ illius, & hoc ipsum ab ipso impartitis uiribus, & ab ipso donata gratia. Ipse ergo & colit & incrementũ dat, Agricola aũt homo uineã colit hactenus, ut aret, putet, adhibeat cætera quæ pertinẽt ad agricolarũ diligentiã pluere uineæ suæ nõ potest. Qđ si forte irrigare potest, de cuius potest? Ipse ducit quidẽ in riuum, sed deus implet fontem. Postremo i uinea sua incrementũ dare sarmen-

B tis nõ potest, formare fructus nõ potest, modificare semina nõ potest, tpa gignendi temperare nõ potest. Deus aũt qui oĩa potest agricola noster est, securi sumus. Forte ait aliquis, Tu dicis agricolam nostrum esse deũ, Imò ego Apostolos agricolas dico esse qui dixerunt, Ego plantaui, Apollo rigauit. Si ego dico, nemo credat, si Xp̃s dicit, uæ q nõ credit.

Ioan. 15. Quid ergo dñs Xp̃s ait? Ego sum uitis, uos sarmẽta,

Psal. 142. pater meus agricola. Sitiat ergo terra & ædat uoces sitis suæ, qm̃ scriptũ est, Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Dicat ergo terra nostra, nosipsi, pluuiam dei desyderãs, Deus misereatur nostri & benedicat nos. Illuminet uultũ suũ super nos.) Quæsiturus eras fortasse quid est, benedicat nos. Multis modis se uolunt hoĩes benedici à deo. Alius benedici se uult ut habeat plenã domũ necessarijs rebus huic uitæ: alius benedici se cupit ut obtineat salutẽ corporis sine labe: alius benedici se uult si forte ægrotat ut reparet sanitatẽ: alius desyderans filios, & forte cõtristatus q̃ non nascantur, benedici se uult ut

C habeat posteritatẽ. Et quis enumerat diuersa uota hoĩum se à dño deo benedici cupientiũ? Quis autẽ nostrũ dicturus est nõ esse il[illegible]dictionẽ: si uel agricultura et fructũ [illegible]iuus cuiusq; abundet copia rerum tpal[illegible] corporis salus, aut teneat ne amittatu[illegible]uisa reparetur? Fœcunditas etiã fœminarũ, & casta uota filios desyderantiũ, ad quem pertinent nisi ad dñm deum? Qui .n. creauit omnia qñ non erant, ipse prolis successu facit permanere qđ condidit. Facit hæc deus, donat hæc deus. Parum est nobis dicere, facit hæc deus, donat hæc deus, sed solus hęc facit, solus donat. Quid .n. Facit hæc deus, si facit hæc aliquis nõ deus? Facit hæc deus, & solus facit. Et sine causa ista petuntur, uel ab hoĩbus uel à dæmonibus, & quæcunq; bona accipiunt inimici dei, ab illo accipiũt: & cum ab alijs petunt & accipiunt, nesciẽtes ab illo accipiũt. Quõ cum puniuntur & putant se ab alijs puniri, nescientes ab illo puniuntur. Sic & cũ uegetantur, implentur, saluantur, liberãtur, & si hoc nescientes, uel hominib᷑ uel dæmonibus uel angelis tribuunt, nõ habent nisi ab illo penes quẽ potestas est oĩum. Ad hoc diximus hęc fratres, ut quisquis etiam ista terrena forte, uel ꝑꝑ supplemẽta necessitatis, uel propter aliquã infirmitatẽ desyderat, non

D nisi ab illo desyderet, qui est fons oĩum bonorum & creator & recreator uniuersorum. Sed alia sunt dona quæ dat deus & inimicis suis, alia quæ nõ seruat nisi amicis suis. Quæ sunt dona quæ dat deus & inimicis suis? Ea quę numeraui. Non .n. soli boni plenas habẽt domos rebus necessarijs, aut soli boni, uel salui facti sunt, uel ab ægritudine conualescunt, aut soli boni filios habẽt, soli boni pecuniã, soli boni cætera apta huic uitæ tpali atq; trãseunti. Habent hæc & mali, & aliqñ desunt bonis, sed desunt & malis, & plerunq; istis magis q̃ illis, aliqñ illis q̃ istis potius abũdant. Permixta ista tpalia deus esse uoluit, qa si bonis solis ea daret, putarẽt & mali propter hæc colendũ deũ. Rursus si ea solis malis daret, timerent boni infirmi cõuerti, ne ista illis forte deessent. Est .n. adhuc anima infirma minus capax regni dei, nutrire illã debet de᷑ agricola noster. Nã & quæq; arbor iam tẽpestates robore sustinet, cum de terra nasceretur herba erat. Nutrit ergo ille agricola, nõ solũ robustas arbores putare atq; pur-

E gare, sed etiã teneras in recẽti ortu sepire. Propterea dilectissimi, ut dicere cœperã, si solis bonis darent ista, oẽs ꝑꝑ hæc accipienda uellent cõuerti ad deũ. Rursus si solis malis darentur, timerent infirmi ne cũ conuerterent, amitterent qđ soli mali haberẽt. Permixte data sunt & bonis & malis. Rursus si solis bonis auferẽtur, idem ille timor esset infirmorum, nec conuerterentur ad deũ. Rursus si solis malis auferentur, ipsa sola pœna putaretur, qua mali plectuntur. Quod ergo dat ea bonis, cõsolatur itinerãtes, q̃ dat ea & malis, admonet bonos ut alia desyderent quæ non habent cũ malis cõmunia. Rursus bonis aufert ea qñ uult, ut interrogent se de suis uiribus, & inueniant se qui forte latebant se utrũ iã possint dicere, Dñs dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit, ita factũ est, sit nomen dñi benedictum. Benedixit .n. & illa anima dñm, & reddidit fructus compluta sagina benedictionis, Dñs dedit, dñs abstulit. Subtraxit data, sed nõ subtraxit datorem. Anima benedicta omnis simplex, nõ hærens terrenis rebus, nec

F uisco implicatis pẽnis iacens, sed exerto nitore uirtutum i geminis alis geminæ dilectionis exultat in auras liberas: & uidet sibi subtractũ esse quod cal-

Iob. 1. cabat, nõ ibi incumbebat, & dicit secura. Dñs dedit dñs abstulit, sicut dño placuit, ita factum est, sit nomen dñi benedictum. Dedit & abstulit: manet qui dedit, & abstulit qđ dedit: sit ergo nomen eius benedictum. Ad hoc ergo ista auferuntur bonis. Sed ne quis forte infirmus diceret, qñ ergo esse possem tantæ uirtutis sicut sanctus Iob? Robur miraris arboris, quæ modo nata est? Hæc magna quã modo miraris, sub cuius ramis, & umbra refrigeraris, uirga fuit. Sed times ne tibi auferantur hęc, tu cum talis fueris, attende, quia auferuntur & malis. Quid te ergo differs à cõuersione? Qđ bonus times amittere, forte amissurus malus es. Si bonus ea perdideris, adest cõsolator q abstulit. Arca exinanita est auro, cor plenũ est fide. Foris pauper es, sed int᷑ diues es. Diuitias tecũ portas, quas nõ amitteres ẽt si de naufragio nudus exires. Quod ergo forte perditurus es malus, cur nõ bonũ te inuenit damnũ, qñquidem uides & malos pati damnũ? Sed maiore illi damno feriuntur. Inanis est domus, inanior cõscientia est. Quisquis malus ista perdiderit, non habet foris qđ

G teneat,non habet intus ubi requiescat. Fugit hęc ubi
damnum passus est, ubi se ab oculis hominū de di
uitiarum ostentatione iactabat. Iam se in oculis ho
minum iactare non potest, ad se intrò nō redit, qa
Prou. 6. nihil habet. Non est imitatus formicā, non sibi col
& 30. legit grana cū æstas esset. Quid dixi cū æstas esset?
Cum esset uitæ trāquillitas, cū esset seculi huius er-
ga illum prosperitas, qñ ei uacabat, qñ fœlix uoca-
batur ab omnibus, æstas ipsius erat, Imitaretur for
micam, si audiret uerba dei, colligeret grana, & in-
tus reconderet. Venerat tētatio tribulationis, super
uenerat hyems torporis, tempestas timoris, frigus
tristitiæ, siue damnū esset, siue salutis periculum, si
ue aliqua orbitas suorum, siue aliqua exhonoratio, si
ue humiliatio, hyems erat. Redit formica ad id qd'
æstate collegit, & intus in secreto suo ubi nemo ui-
det, æstiuis laboribus recreatur. Qñ sibi ista colli-
gebat æstate uidebant oēs, cum his pascitur in hye
me, nullus uidet. Quid est hoc? Vide formicam dei,
surgit quotidie, currit ad Ecclesiam dei, orat, audit
lectionem, hymnū cantat, ruminat qd audit, apud
se cogitat, recondit intus grana electa de area. Hæc
H ipsa q modo dñr qui prudenter audiunt, hoc agūt,
& ab omnibus uidentur procedere ad Ecclesiam,
redire de Eccl'ia, audire sermonē, audire lectionē,
inuenire librū, aperire & legere, Omnia ista uiden-
tur cū fiunt. Formica illa est conterens iter portās,
& recondens in conspectu cernentiū. Venit hyems
aliqñ, cui.n. non uenit? Accidit damnū, accidit or-
bitas, Cæteri miserentur forte ut miserum qui non
norūt quid intus habeat formica quod comedat.
& dicunt, Miser ille cui hoc accidit, aut ille cui hoc
accidit: qd illi credis animi esse? quō confectus est?
Metitur ex se, comparat ex uiribus suis, & ideo falli
tur, quia mensuram qua se metitur, uult afferre ad
eum quē non nouit, Vides illum passum damnū,
aut humiliatū, aut orbitate pcussum, Quid credis?
Ille ergo aliqd mali fecit, ut hoc illi cōtingeret, Ta-
le cor habeant, aut talē animum inimici mei. Igno
rans ô homo, uere tu tibi inimicus es, q per æstatē
tibi nō colligis qd iste collegit. Modo intus formi-
ca comedit labores æstatis, sed eā colligētem uide-
re poteras, manducantē uidere non potes. Ista fi ēs
I quantum dñs dedit, quantum suggerere & imbue-
re dignatus est infirmitatem & humilitatem nřam,
quantū capimus pro modulo nostro, diximus qua
re det deus omnia ista permixta, & bonis & malis,
& quare auferat & bonis & malis. Dedit tibi, non
extollaris: abstulit tibi, nō frangaris. Times ne aufe
rat, bono potest auferat & malo. Melius ergo bon⁹
qd dei est amittis, sed deū tenes, Sic ergo & ille ma-
lus, ipsum hortamur. Passurus es damnū, qs nō pas
surus est orbitatē? Aliqs casus irruet, aliqua calami
tas de transuerso, undecunq; plenus est mūdus, exē
pla non cessant. Loquor tibi in ęstate, grana q̄ colli
gas non desunt. Attēde ad formicā o piger, collige
ęstate cū potes, hyems colligere te nō sinet, sed mā
ducare sinet qd collegeris. Quā multi.n. tribulatio
nem ita patiuntur, ut nō eis uacet, nec legere aliqd,
nec audire aliquid, nec forte admittuntur ad eos q
eos consolentur. Remansit formica in cauerna, ut-
deat si collegit æstate aliqd quō se auocet hyeme.
Sed modo qa benedicet nos deus, quare benedicet
nos? Quā benedictionē petit hæc uox? Vt benedi-
cat nos de⁹ bñdictione quā seruat amicis suis, quā

solis bonis dat, Nō pro magno appetas qd & mali K
accipiūt, Quia bonus deus facit illa', q solem suum *Matth. 5*
facit oriri super bonos & malos, & pluit sup iustos
& iniustos. Quid ergo pcipue bonis? qd præcipue
iustis? Illuminet uultū suum super nos. Solis huius
uultū illuminat sup bonos & malos, uultū tuū il-
lumina super nos. Vident istam lucem cum pecori
bus & boni & mali, Beati.n. mundo corde, qm ipsi
deum uidebunt. Illuminet uultum tuū super nos.
Geminus intellectus est, uterque dicendus est, Illu-
mina, inquit, uultum tuum super nos, ostende no-
bis uultum tuum. Non enim aliqñ illuminat uul-
tum suum deus, quasi aliqñ fuerit sine lumine, sed
illuminat super nos, ut quod nos latebat, aperiatur
nobis: & quod erat, sed nobis absconditum erat, re
ueletur super nos, hoc est, illuminet. Aut certe ima-
ginem tuā illumina super nos, ut hoc dixerit, illu-
mina uultum tuū super nos. impressisti nobis uul
tum tuum, fecisti nos ad imaginē & similitudinē *Gene. 1*
tuam, fecisti nos nummum tuū, sed non debet ima
go tua in tenebris remanere. Mitte radiū sapientiæ
tuæ, repellat tenebras nřas, & fulgeat in nobis ima
go tua. Cognoscamus nos imaginē tuā, audiamus L
quod dictum est in cāticis canticorum, Nisi cognoue- *Canti. 1*
ris temetipsam ô pulcherrima inter mulieres. Dici-
tur.n. Ecclesiæ nisi cognoueris temetipsam. Quid
est hoc? Nisi cognoueris ad imaginē dei te factam,
O anima Ecclesię pręcioso† redēpta sanguine agni *† al. spe-*
immaculati, attende quanti ualeas, qd pro te datū *ciosa.*
sit cogita. Dicamus ergo & optemus, illuminet uul
tum suum super nos. Gestamus uultū eius, quō di-
cuntur uultus imperatorum. Vere quidem sacer uul-
tus dei est in imagine ipsius, sed iniqui non cogno
scunt in se imaginē dei. Vt illuminet uultus dei sup
illos, qd debent dicere? Tu illuminabis lucernam
meam dñe, deus meus illumina tenebras meas'. Sū *Psal. 17.*
in tenebris peccatorum, sed radio sapientię tuæ discu
tiātur tenebræ meæ. Appareat uultus tuus: & si for
te appareat per me aliquantulū deformis effectus,
à te reformetur, quod à te formatū est Illuminet er
go uultum suū super nos. Vt cognoscamus in ter-
ra uiam tuā.) In terra hac, in hac uita cognoscam⁹
uiam tuā. Quæ est uia tua? Quæ ducit ad te. Agno-
scamus quo[illegible]gnoscamus quà eamus, utrun M
que in teneb[illegible]umus. Longe es à pegrinātibus,
bus, uiā nobis [illegible], p quā redeundū sit ad te.
Agnoscamus in [illegible]ā tuam. Quæ est uia ipsius,
qa hoc optauimus ut cognoscamus in terra uiam
tuam? Quæsituri sumus eam nos, non per nos disci
turi. Possumus eam dé euangelio discere, Ego sum
uia, dominus ait, Christus dicit, Ego sum uia. Sed *Ioan. 14.*
times ne erres, adiecit, & ueritas. Quis errat in ueri-
tate Errat in ueritate qui recesserit à ueritate. Veri-
tas Christus, uia Christus Ambula. Times ne mo-
riaris antequā peruenias, Ego sum uita, Ego sum,
inquit, uia & ueritas & uita. Quasi diceret, quid ti-
mes? Per me ambulas, ad me ambulas, in me requie-
scis. Quid ergo ait, Cognoscamus in terra uiā tuā,
nisi cognoscamus in terra Christum tuum? Sed ip-
se Psalmus respondeat. Ne putetis ex alijs scripturis
adhibendum esse testimonium, qd forte hic deest,
repetendo ostendit qd dixerit? Vt cognoscamus in
terra uiam tuam. Et quasi tu quęreres, in qua terra,
quam uiam? In oibus gentibus salutare tuum In
qua terra quæris? Audi, In omnibus gentibus. Quā

uiam

A uiam q̃ris? Audi, Salutare tuum. An forte Christus
Luc. 2. non est salutare ipsius? Et quid est qd dixit senex il
le Simeō, senex ille in Euangelio seruatus annosus
usq; ad infantiam uerbi? Accepit.n. senex ille in ma
nibus suis infantem uerbum dei. Qui & in utero es
se dignatus est, in manibus senis esse dedignaret? Il
le in utero uirginis, q in manibus senis, infirmus in
fans & intra uiscera & in manibus senis, ad dandā
nobis firmitatē, p quē facta sunt omnia. Et si oia,
& ipsa mater. Venit humilis, uenit infirmus, sed in-
dutus infirmitate mutanda: qa & si crucifixus est
2. Cor. 13. xp̃s, ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei, Aposto-
lus ait. Erat ergo in manibus senis. Et qd ait senex
ille? Quid ait gratulans q iam soluēdus hinc esset,
uidens suis manibus contineri à quo & in quo sa-
Luc. 2. lus eius continebaẽ? Iam dimittis, inqt, dñe seruum
tuum in pace, qa uiderunt oculi mei salutare tuū.
Ergo benedicat nos deus & misereatur nostri, illu-
minet uultum suum super nos, ut cognoscamus in
terra uiam tuā. In qua terra? In omnibus gentibus.
Quam uiam? Salutare tuū. Quid seqtur, qa cogno-
scitur in terra uia dei, qa cognoscitur in oibus gen
B tibus salutare dei? Confiteātur tibi populi deus,
confiteantur tibi, inqt, populi oēs.) Existit hæreti-
cus & dicit, Ego in Africa populos habeo: & alius
ex alia parte: & ego in Galatia pplos habeo. Tu in
Africa, ille in Galatia, ego illū qro qui ubiq; habet.
Certe ad istā uocem exaltare uos ausi estis, qm̃ au-
distis, confiteantur tibi populi deus. Audite sequē-
tem uersum, qa non de parte loqtur, Confiteantur
tibi populi oēs. Ambulate in uia cum oibus genti-
bus, ambulate in uia cum oibus populis ô filij pa-
cis, filij unicæ catholicæ ambulate in uia, cantate
ambulantes. Faciunt hoc uiatores ad solamē labo
ris. Cantate uos in hac uia, obsecro uos p ipsam uiā
cantate in hac uia. Canticū nouū cātate, nemo ibi
uetera cantet. Cantate amatoria patriæ uræ, nemo
uetera. Via noua, uiator nouus, canticū nouū. Au-
2. Cor. 5. di Aplm hortantē te ad canticū nouum, Si qua igiẽ
in Christo noua creatura, uetera transierunt, ecce
noua facta sunt. Canticū nouū cantate in uia, quā
cognouistis in terra. In qua terra? In oibus gētibus.
Propterea & canticū nouū non pertinet ad patrē.
C Qui in parte cantat, uetus cantat. Quodlibet cātet,
uetus cantat, uetus homo cantat; Diuisus est, carna
lis est. Certe inquantū carnalis est, intm̃ uetus: & in
quātum spiritalis, intm̃ nouus. Vide qd dicat Apo-
1. Cor. 3. stolus, Non potui uobis loq quasi spiritalibus, sed
quasi carnalibus. Vnde illos pbat carnales? Cū.n.
unus dicit, Ego sum Pauli, alter uero, ego Apollo:
Nonne, inqt, carnales estis? Ergo in spiritu canticū
nouum canta in uia secura. Sicut uiatores cantant,
& plerunq; in nocte cantant. Formidolosa circun-
strepunt oia, uel potius nō circunstrepunt, sed cir-
cunsilent: & quāto magis silentia, tanto magis for-
midolosa, cantant tñ q latrones timent: Quanto se
curius cantas in xp̃o? Non habet uia ista latronem,
si tu non deserendo uiā, incidas in latronē. Canta,
inquā, securus canticū nouum in uia quā cognoui
sti in terra, hoc est, in oibus gētibus. Vide qa ipsum
canticū nouum non tecū cantat q in parte esse uo-
luit Cantate, inqt, dño canticū nouum: Et seqtur,
Psal. 95. Cantate dño omnis terra. Confiteantur tibi popu
li deus: Inuenerunt uiā tuā, confiteantur. Ipsa can-
tatio confessio est, confessio peccatorũ tuorũ & uir-
tutis dei. Tuam iniquitatē confitere, gratiam † dei D
confitere. Te accusa, illū glorifica. Te reprehende, † al. gloriam.
illum lauda, ut & ipse ueniens, inueniat te punito-
rem tuū, ut exhibeat se tibi saluatorē tuum. Quid
enim timetis confiteri, q inuenitis hāc uiā in oibus
gentibus? Quid timetis confiteri & in confessione
uestra cantare canticū nouū cum omni terra? In o-
mni terra, in pace catholica, confiteri times deo ne
confessum dānet? Si non confessus lates, nō confes
sus damnaberis. Times confiteri q non confitēdo
esse non potes occultus, dānaberis tacitus, q posses
liberari cōfessus. Confiteanẽ tibi populi deus, con-
fiteantur tibi populi oēs. Et qa ista confessio non
ad suppliciū ducit: sequitur & dicit, Lętenẽ & exul
tent gentes.) Si plangūt ante hoiem confessi latro-
nes, lætentur ante deū confessi fideles. Si homo iu-
dicet, exigit a latrone confessionē tortor & timor,
imò aliqñ confessionē premit timor, exigit dolor:
Et ille q plangit in tormentis, timet aūt occidi con
fessus, portat tormēta quantū pōt, & si uictus dolo
re fuerit, pfert ad mortē uocem suā. Nusquā ergo lę
tus, nusquā exultans, antequam confiteaẽ exarat
ungula, cū confessus fuerit damnat carnifex, ducit E
miser ubiq; Sed lætentur & exultent gentes. Vnde?
Per ipsam confessionē. Quare? Quia bonus est cui
confitentur. Ad hoc exigit cōfessionē, ut liberet hu
milem: ad hoc dānat non confitentē, ut puniat su-
perbū. Ergo tristis esto antequā confitearis, confes
sus exulta, iam sanaberis, Non cōfitentis conscia sa
niem collegerat, apostema tumuerat, cruciabat te,
requiescere non sinebat: adhibet medicus somēta
uerborũ & aliqñ secat, adhibet medicinale ferrum
in corruptione tribulationis: tu agnosce medici
manū, confitere, exeat in confessione & defluat ois
sanies, Iam exulta, iā lætare, qd reliquum est facile
sanabiẽ. Confiteantur tibi populi deus, confitean-
tur tibi populi oēs. Et qa confitenẽ, lætētur & exul
tent gentes. Qm̃ iudicas populos in æqtate.) Ne-
mo se fallat, gaudeat iudicādus, q timuit iudicatu-
rum. Præuidit.n. & puenit faciem eius in confessio
ne, ille aūt populos cum uenerit in ęquitate iudica
bit Quid ibi ualebit calliditas accusatoris, ubi est
testis conscia, ubi tu eris & causa tua, ubi iudex nō
quærit testem? Aduocatum misit tibi, pp illum, & F
per illum confitere. Age causam tuam, & defensor
est pœnitentis, & petitor ueniæ cōfitentis, & iudex
innocentis. Vere timere poteris causam tuā, ubi ad
uocatus tuus erit iudex tuus. Lætentur ergo & exul
tent gentes, qm̃ iudicas populos in æquitate. Sed
timere poterunt ne male iudicentur, dent se corri-
gendos, dent se dirigendos ei qui uidet iudicādos.
Hic corrigantur, & non timeant cum iudicabunẽ.
Vide qd dicat in alio Psalmo, Deus in nomine tuo Psal. 53.
saluū me fac, & in uirtute tua iudica me. Quid ait?
Si non me prius saluas in nomine tuo, debeo time-
re cum me iudicabis in uirtute tua. Si aūt me prius
saluas in nomine tuo, quid timebo iudicantem in
uirtute cuius salus præcessit in nomine? Sic ēt hoc
loco confiteantur tibi populi omnes. Et ne putetis
aliquid timendum in confessione, lætentur, inqt,
& exultent gentes. Quare lætenẽ & exultent? Qm̃ iu
dicas populos in æquitate. Nemo contra nos præ-
mium dat, nemo te corrumpit, nemo te fallit, Ergo
securus sis. Sed quid de causa tua? Nemo corrum-
pit deū manifestum est, ne forte ideo magis timen-

G dus sit, quia corrumpi nullo modo potest, Quo
ergo securus es secundũ illud qđ iã dictũ est, Deus
in noĩe tuo saluum me fac, & in uirtute tua iudica
me: sic & hic, Lætentur & exultent gentes qm̃ iudi-
cas populos in æquitate. Et ne timeant iniqui, sub-
iecit, Et gentes in terra diriges.) Prauæ erant gen-
tes, & tortuosæ erant gẽtes, peruersæ erant gentes,
merito prauitatis & distortionis & pueruersitatis suæ,
iudicẽ uenientẽ timebant. Venit manus ipsius, ex-
tenta est misericorditer in pp̃los, dirigunt ut ambu
lent rectã uiã, quid timeant uenturũ iudicem quẽ
primo agnouerũt correctorẽ? Manib' eius dent se,
ipse gẽtes in terra dirigit. Directe aũt gentes ambu-
lantes in fide, exultantes in illo, facientes opera bo-
na: & si qua forte qm̃ per mare nauigãt, intrat aqua
per minutissimas cauernas, per rimulas ad sentinã,
exhauriẽdo eam per opera bona, ne plus intrando
cumulũ faciat, & nauim deprimat, exhauriant quo
tidie, ieiunando, orãdo, eleemosynas faciẽdo, dicẽ-
Matth. 6. do puro corde, Dimitte nobis debita nr̃a, sicut &
nos dimittimus debitoribus nr̃is, Dicẽdo ista, am-
H bula securus, & exulta ĩ uia, cãta in uia, noli timere
iudicem, Anteq̃ esses fidelis timebas, sed iã inuenisti
saluatorẽ, Impiũ te quæsiuit ut redimeret, redẽptũ
deseret ut perdat? Et gentes in terra diriget. Exultat,
gaudet, hortatur, repetit eosdem uersus in exhorta-
tione. Confiteantur tibi pp̃li deus, confiteantur
tibi populi oẽs, terra dedit fructũ suũ.) Quem fru-
ctum? Confiteantur tibi pp̃li oẽs. Terra erat, spinis
plena erat, Accessit eradicantis manus, accessit uo-
catio maiestatis eius & misericordiæ, cœpit terra
cõfiteri, Iam dat terra fructũ suũ. Daret fructũ suũ,
nisi antè complueretur? Daret terra fructũ suũ, nisi
antè misericordia dei ueniret desuper? Legant mihi,
Matt. 4. inquis, ꝙ compluta dederit terra fructũ suũ. Audi
compluentẽ dñm, Agite pœnitentiã, appropinqua-
bit. n. regnũ celorum. Pluit, & ipsa pluuia tonitruus est
terret. Time tonantẽ, & excipe pluentem. Ecce post
illam uocẽ tonantis & pluentis dei, post illam uocẽ
Luc. 7. aliquid de ipso Euangelio audiamus. Ecce illa me-
retrix malã famã habens in ciuitate, irrupit in alie-
I nam domũ, quo nõ erat inuitata ab hospite, sed ab
inuitato uocata, nõ lingua, sed gratia. Nouerat ęgra
habere ibi se locũ, ubi medicũ suũ discumbere scie
bat. Ingressa est quæ erat peccatrix, nõ audet acce-
dere nisi ad pedes, Flet ad pedes, irrigat lachrymis,
tergit crinibus, ungit unguento Quid miraris? Ter-
ra dedit fructũ suũ. Ergo hoc factũ est ibi, pluente
dño, per os suum, facta sunt quæ legimus in Euan-
gelio, quo pluente dño per nubes suas, missis Apo-
stolis & prædicantibus ueritatẽ, terra amplius de-
dit fructũ suũ, & ista seges iam impleuit orbem ter-
rarum. Vide quid deinde dicatur, Benedicat nos
deus, deus noster, benedicat nos deus.) Benedicat
sicut iam dixit, etiam atq; etiã benedicat, multipli-
Act. 2. cet benedicendo. Attendat charitas uestra, qm̃ iam
præcessit fructus terræ in Hierusalẽ. Inde. n. cœpit
Ecclesia, uenit ibi spiritussanctus, & impleuit san-
ctos in unum cõgregatos, facta sunt miracula, lin-
Act. 2. guis oium locuti sunt, Impleti sunt spiritu dei, con-
& 4. uersi sunt qui ibi erant, timentes & suscipientes im-
brem diuinum, dederũt in cõfessione tm̃ fructum,
ut omnia sua in cõmune conferrent, distribuentes
pauperibus, ut nemo diceret aliquid propriũ, sed
essent illis omnia cõmunia, & haberẽt aiam unam

& cor unum in deum. Donatus. n. illis erat sanguis K
dñi quem fuderant, donatus erat ignoscente dño,
ut iam quod fuderant etiam bibere discerent. Ma-
gnus ibi fructus, terra dedit fructũ suũ, & magnum
fructum & optimum fructũ. Nũquid terra illa sola
debuit dare fructũ suum? Benedicat nos deus, deus
noster, benedicat nos deus. Adhuc benedicat, Bene
dictio. n. in multiplicatione solet maxime & ꝓprie
intelligi. Probemus hoc in Genesi, uide opera dei.
Fecit deus lucem, & diuisit deus inter lucem & tene Gene. 1.
bras, Lucem uocauit diem, & tenebras uocauit no-
ctem. Non dictũ est, benedixit lucẽ, Etenim eadem
lux redit & alternat diebus ac noctibus. Vocauit
cœlum firmamentũ inter aquas & aquas: nõ dictũ
est, benedixit cœlũ. Discreuit mare ab arida, & no-
minauit utrumq; aridam terram, & congregationẽ
aquarum mare: nec hic dictũ est, benedixit deus.
Ventũ est ad ea quæ fœcunditatis habitura erant
semen, & ex aquis existentia, Ipsa. n maximã multi-
plicationis ubertatem habent, & benedixit ea dñs
dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas
maris, & uolatilia multiplicentur super terrã. Sic & L
cum omnia subiecit homini, quẽ fecit ad imaginẽ
suam, scriptũ est, Et benedixit eos deus dicens, Cre-
scite & multiplicamini, & implete faciẽ terræ. Ergo
benedictio proprie ad multiplicationẽ ualet, & ad
implendã faciẽ terræ. Audi & in hoc Psalmo, Bene-
dicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus. Et
quò ualet ista benedictio? Et metuãt eũ oẽs fines
terræ.) Ergo fratres mei charissimi sic abundanter
in noĩe xp̃i benedixit nos deus, ut filijs suis impleat
uniuersam faciẽ terræ, adoptatis in regnũ suũ co-
hæredibus unigeniti sui. Vnicũ genuit, inq̃, & unũ
esse noluit, Vnicũ genuit, inq̃, & unum eum noluit
remanere Fecit ei fratres, & si non gignendo, tñ ad-
optando fecit ei cohęredes. Fecit eũ participẽ prius
mortalitatis nr̃æ, ut crederemus nos esse posse par-
ticipes diuinitatis eius. Attendamus preciũ nostrũ,
Prædicta sunt oia, exhibentur oia, id Euangelium
per orbẽ terrarũ, Ois labor humani generis in hoc
tp̃e testimoniũ dicit, implentur oia quæ in scriptu-
ris prædicta sunt. Sicut usq; ad hodiernũ diem oia M
uenerunt, sic & quæ restant euentura sunt. Timea-
mus iudicij diem, uẽturus est dñs. Qui uenit humi-
lis, ueniet excelsus: Qui uenit iudicãdus, ueniet iu-
dicaturus Agnoscam' humilẽ, ut nõ expauescamus
excelsum: Amplectamur humilẽ, ut desyderemus
excelsum. Desyderantibus. n. se, ꝓpicius ueniet. Illi
. n. desyderant qui tenuerũt fidem eius, & fecerunt
mãdata eius. Nã & si nolumus ueniet. Velimus ergo
nolumus ueniet, qui ueniet & si nolumus. Quo ue-
limus ut ueniat? Bene uiuẽdo, bñ agendo, Pręterita
nos nõ delectent, præsentia nõ nos teneãt, ne clau-
damus aurem tanq̃ de cauda, ne premamus aurem Psal. 57.
in terra, ne p̃teritis retardemur obaudiendo, ne prę
sentib' implicemur: sed ad futura meditãdo, exten-
damus nos in ea quæ ante sunt, obliuiscamur præ-
terita. Et ꝙ modo laboramus, & ꝙ modo gemim', Philip. 3.
ꝙ modo suspiramus, ꝙ modo loquimur, ꝙ ex quã-
tulacunq; parte sentimus, & capere non possumus,
capiemus, perfruemur in resurrectione iustorum. Re-
nouabit iuuentus nostra sicut aquilæ, tantũmodo Psal. 02
nos uetustatẽ nostrã ad petram Xp̃m conteramus.
Siue illa uera sint fratres quæ dicuntur de serpẽte,
uel quę dicunt de aquila, siue sit fama potius homi

A num q̃ ueritas:ueritas est tñ in scripturis, & non sine causa hoc dixerunt scripturæ, Nos qcquid illud significat faciamus, & q̃ sit illud uerum non laboremus. Tu esto talis ut iuuentus tua renouari possit sicut aquilæ. Et scias eã non posse renouari, nisi uetustas tua in petra contrita fuerit:id est, nisi auxilio petræ,nisi auxilio xp̃i, non poteris renouari. Tu noli dulcedine pteritę uitę obsurdescere aduersus uerbũ dei, noli p̃sentibus rebus sic teneri & impedin ut dicas,nõ mihi uacat legere, non mihi uacat audire, Hoc aũt aurem premere in terrã est. Tu ergo talis noli esse, sed esto talis qd contra iuuenis, id est,ut pterita obliuiscaris, in anteriora te extendas,ut uetustatẽ tuam in petra cõteras. Et si q̃ tibi silitudines datæ fuerint, si iueneris in scripturis crede,si nõ inueneris dici nisi fama, nec ualde credas, Res ipsa forte ita est,forte non est ita, Tu ꝓfice,tibi ualeat ad salutẽ ista silitudo. Non uis p istã silitudinem,per aliã fac,dũ tñ facias,& securus expecta regnum dei,ne rixeẽ tecum orõ tua. Tu.n.xpiane q̃n dicis, Adueniat regnum tuum,q̃uo dicis, adueniat regnum tuum? Excute cor tuum: uide, Ecce uenies

1.Co.10.

Psal. 57

Matt. 6

B regnũ tuum, Clamat tibi uenio,nõ times. Sæpe diximus charitati uestrę, p̃dicare ueritatem nihil est, si cor a lingua dissentiat: Et audire ueritatem nihil est, si nõ auditionẽ fructus sequaẽ De isto loco qua si sublimiore loqmur ad uos: q̃ simus autem timore sub pedib⁹ uestris deus nouerit, q ꝓpicius fit humilibus: qa non nos tã delectant uoces laudantiũ, q̃ deuotio confitentiũ & facta rectorum, & q̃ non delectemur nisi ꝓfectibus uestris. In istis autẽ laudibus q̃ periclitemur, ille nouerit q nos ab oĩbus periculis liberet,|& nos uobiscũ ab oĩ tẽtatione saluatos,in regno suo cognoscere & coronare digneẽ.

In Psalmum sexagesimumseptimum Enarratio.

P SALMI huius titulus non uideẽ esse operosæ disputationis: simplex.n.apparet & facilis. Nã ita se haber, In finem ipsi Dauid Psalmus Cantici.) In multis autem iam Psalmis admonuimus, qd sit in finem, q̃m finis legis Christus ad iustitiam omni credenti: Finis qui perficiat, nõ q consumat aut perdat. Veruntamen si quisquã co netur inqrere,qd sibi uelit Psalmus cantici, cur nõ

Rom.10.

C aut Psalmus aut canticũ, sed utrunq̧, uel qd intersit inter Psalmũ cantici,& canticũ Psalmi, qa & sic quorundã Psalmoꝝ tituli inscribunẽ,inueniet fortasse aliqd quod acutiorib⁹ & ociosioribus nos te linquimus. Discreuerunt qdam ante nos inter canticum & Psalmũ,ut q̃m canticum ore ꝓfertur, Psalmus aũt uisibili organo adhibito, id est, Psalterio canitur,uideaẽ cantico significari intelligẽtia mentis, Psalmo uero opa corporis: sicut in hocipso sexagesimoseptimo,|quẽ nunc tractãdũ suscepimus,illud quod dictum est, Cantate deo, psallite nomini eius,ita qdam discreuerunt,ut cantate deo dictum uideatur, qa ea q̃ in seipsa mens agit, deo nota sunt q̃ ab hominibus non uidentur, Opera uero bona q̃m ideo uidenda sunt ab hominibus, ut glorificẽt patrem nostrũ q in cœlis est, merito dictũ sit, psallite nomini eius, id est, diffamationi eius, ut laudabiliter nominetur Hãc differentiam alicubi q̃n tecolo, ẽt ipse secut⁹ sum. Memini aũt legisse nos etiam: psallite deo, qa talia q̃ uisibiliter bene operamur, non tm̃ hominibus, sed ẽt deo placent. Non autem omnia quæ deo placent, ẽt hominibus placere pos

Matt. 5

Suprà psal.4

Psal. 46.

sunt, q̃ uidere non possunt. Vnde mirũ est si quemadmodum utrunq̧ legitur, & cantate deo & psallite deo, ita alicubi legi potest, cantate nomini eius. D
Quod si & hoc in scripturis sanctis dictũ inueniẽ, hæc differẽtia frustra elaborata est. Mouet ẽt me, q̧ generali nomine magis Psalmi q̃ cantica uocãtur, ita ut dñs diceret, q̃ scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me, Et liber ipse Psalmoꝝ, dr̃ nõ cãticorum, sicut scriptum est, inqt, in libro Psalmoꝝ, cum potius scdm istam differentiam, cantica dici debuisse uideantur, q̃m canticum etiam sine Psalmo esse potest, Psalmus uero sine cantico esse non potest. Possunt etenim cogitationes esse mẽtis, quarum non sint opera corporalia. Nullum est autem opus bonũ, cuius non sit in mente cogitatio. Ac p hoc utrobiq̧ cantica, non utrobiq̧ Psalmi: & tñ sicut dixi gñaliter Psalmi appellantur non cantica, liberq̧ Psalmoꝝ non canticoꝝ. Et si intelligãtur atq̧ discutiãtur sensus dictoꝝ, ubi titulus est tm̃modo Psalmi, & ubi tm̃modo cantici, & ubi non Psalmus cantici, sicut in isto, sed canticum Psalmi inscriptũ est, nescio utrum possit ista differentia demõstrari.

Luc. 24

E Proinde sicut cœperamus relinquẽtes ista eis q possunt & qbus uacat talia discernere, & certa differentiarum ratione desinire, nos quantũ adiuuãte dño ualemus huius Psalmi textum consyderemus atq̧ tractemus. Exurgat deus & dissipenẽ inimici ei⁹.) Iam factũ est, exurrexit xp̃s, q est super oia deus benedictus in secula: & dispersi sunt inimici eius per oẽs gẽtes: Iudæi, in eo ipso loco ubi inimicitias exercuerũt debellati, atq̧ inde per cuncta dispersi, & nunc oderũt, & metuunt, & in ipso metu faciũt qd sequitur, Et fugiant q oderunt eũ a facie eius.) Fuga qppe animi est timor. Nam carnali fuga quõ fugiunt ab eius facie, q ubiq̧ præsentiæ suæ demonstrat effectũ? Quõ abibõ, inqt ille, a spiritu tuo, & a facie tua quo fugiã? Aio ergo non corpore fugiunt, timendo.s. non latendo, nec ab ea facie quã nõ uident, sed ab ea quam uidere coguntur, Facies quippe eius appellata est p̃sentia eius p Ecclesiam eius. Vnde illis minitantibus dixit, A modo uidebitis filium hominis uenietẽ in nubibus: sicut uenit in Ecclesia sua, diffundens eam toto orbe terrarũ, in quo dispersi sunt inimici eius. Venit aũt in talibus

Roma. 9.

Psal.138.

Matt.24.

F nubibus, de qualibus dicit, Mãdabo nubib⁹ meis, ne pluant sup eam imbrẽ. Fugiant ergo q oderunt eũ a facie eius, timeant a p̃sentia sanctoꝝ fideliũmque eius, de qbus dicit, Cum uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Sicut deficit fumus deficiãt.) Extulerunt.n.se ab ignibus odiorum suorum in superbiæ typhum, & ponẽtes in cœlum os suum atq̧ clamantes, crucifige crucifige, capto illuserunt, pẽdentem irriserunt, & unde uictores tumuerũt, mox uicti euanuerunt. Sicut fluit cæra a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei.) Quanquã fortasse eos hoc loco significauerit, quorũ duritia in p̃niæ lachrymas soluitur, tñ etiam illud intelligi potest ut futurum iudicium comminetur: quia cũ in hoc seculo sicut fumus se extollendo: id est, superbiendo defecerint, ueniet illis in fine extrema dãnatio, ut ab eius facie pereant in æternum, cum in sua claritate fuerit præsentatus, uelut ignis ad pœnam impiorum lumenq̧ iustorũ. Deniq̧ sequitur, Et iusti iocundenẽ & exultent in cõspectu dei, & delectentur in lætitia.) Tunc.n.audiet, Venite benedicti pa

Esa. 5.

Matt. 25.

Psal. 72.

Ioan. 19.

Matt.25.

G tris mei percipite regnum. Iocundentur ergo qui laborauerunt, & exultent in conspectu dei. Non.n.erit exultationis huius tanquam horam hominibus inanis ulla iactantia, sed in conspectu eius qui sine errore inspicit quod donauit. Delectentur in lætitia, non iam exultantes cum tremore sicut in hoc seculo, quamdiu tentatio est uita humana sup terram. Deinde se ad ipsos conuertit, quibus tantam spem dedit, & hic uiuentes alloquitur & hortatur. Cantate deo psallite nomini eius.)Iam hunc in tituli expositione quod uiuebat prælocuti sumus. Cantat deo qui uiuit deo, psallit nomini eius qui operatur gloriam eius. Ita in cantando, ita in psallendo: id est, sic uiuendo, sic operando. Iter
Esa. 52 facite ei, inquit, qui ascendit super occasum.)Iter facite xpo, ut per speciosos pedes euangelizantium, per uia sint ei corda credentium. Ipse est.n qui ascendit super occasum: siue quia non eum excipit noua uita se ad eum conuertentis, nisi uetus occiderit huic seculo renunciantis, siue quia ascendit super occasum cum resurgendo uicit corporis casum. Dns.n.nomen est
1.Cor.2. ei.)Quod illi si cognouissent, nunquam dnm gloriæ crucifixissent. Et exultate in conspectu eius.)
H O uos quibus dictum est, cantate deo, psallite nomini eius, iter facite ei qui ascendit super occasum, &
2.Cor.6 iam exultate in conspectu eius, quasi tristes, semper aut gaudentes Dum.n.facitis iter ei, dum præparatis quam ueniat gentes quod possideat, multa passuri estis in conspectu hominum tristia. Sed uos non solum nolite deficere, sed et exultate, non in conspectu homi-
Rom.12 num, sed in conspectu dei. Spe gaudentes, in tribulatione tolerantes, Exultate in conspectu eius. Illi.n. qui uos in conspectu hominum turbant, Turbabuntur a facie eius, patris orphanorum & iudicis uiduarum.)Desolatos.n. putant a quibus plerunque gladio
Matt.10. uerbi dei, & parentes a filiis, & mariti ab uxoribus separantur, sed habent consolationem destituti atque uiduati patris orphanorum & iudicis uiduarum Habent
Psal.26 eius consolationem qui ei dicunt, quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dns autem assumpsit me, & qui sperauerunt in dno, persistentes in orationibus nocte ac die, a cuius facie illi turbabuntur cum
Ioan.12 uiderint se nihil proficere, quoniam totus mundus post eum abiit. Nam de his orphanis & uiduis: id est, spei secularis societate destitutis, dns sibi templum fabricat, de quo consequenter dicit. Dominus in loco
I sancto suo.)Quis.n.sit locus eius aperuit cum dicit, Deus qui inhabitare facit uniusmodi in domo.) Vnanimes, unum sentientes, iste est locus sanctus dni. Cum enim dixisset, dns in loco sancto suo: tanquam requireremus in quo loco, cum ille ubique sit totus, & nullus eum contineat corporalium spaciorum locus, ilico subiecit, ne quæramus eum absque nobis, sed potius uniusmodi habitantes in domo mereamur, ut habitare etiam ipse dignetur in nobis. Iste est.n.locus sanctus, quod plerique homines quærunt, ut habeant ubi orantes exaudiantur. Sint ergo ipsi quod quærunt, & quod dicunt in cordibus suis: id est, in tali
Psal. 4 bus cubilibus suis compungantur, habitantes uniusmodi in domo, ut a dno magnæ domus inhabitentur, & apud se in seipsos exaudiantur. Est.n.domus magna,
2.Tim. 2. gna, in qua non solum aurea uasa sunt & argentea, sed & lignea & fictilia. Et alia quidem sunt in honorem, alia in contumeliam. Si quis autem mundauerint semet ipsos a uasis contumeliæ, erunt uniusmodi in domo & locus sanctus dni. Nam sicut in magna hominis domo, non in qualicunque loco eius requiescit dns K eius, sed in aliquo utique secretiore & honoratiore loco: sic deus non in omnibus, qui in domo eius sunt habitat: non.n. habitat in uasis contumeliæ, sed locus sanctus eius sunt, quos habitare facit uniusmodi uel uniusmoris in domo. q.n. τρόπον Græce dnr, & modi & mores Latine interpretari possunt. Nec habet Græcus, Qui inhabitare facit: sed tm, habitare facit. Dns ergo in loco sancto suo. Quis est locus iste? Ipse deus quum eum sibi facit. Deus.n. habitare facit unius moris in domo, hic est locus sanctus eius. Quod autem gratia sua sibi ædificet hunc locum, non meritis eorum præcedentibus, ex quibus eum ædificat, uide quod sequatur. Qui educit compeditos in fortitudine.)Soluit.n. grauia uincula peccatorum quibus impediebantur ne ambularent in uia preceptorum, educit autem eos in fortitudine, quam ante eius gratiam non habebant. Similiter amaricantes qui habitant in sepulchris.)Id est, omnino mortuos occupatos in operibus mortuis, Hi.n. amaricant resistendo iustitiæ: nam illi compediti forsitan uolunt ambulare nec possunt, deumque precantur ut possint, eique dicunt, De necessitatibus meis educ me: A quo exauditi gratias agunt L dicentes, Dirupisti uincula mea. Isti autem amaricantes qui habitant in sepulchris, in eo degeneres † sunt, quod alio loco scriptura significat dicens, A mortuo uelut qui non sit perit confessio. Vnde est illud, Peccator cum uenerit in profundum malorum, contemnit. Aliud est.n. desyderare, aliud oppugnare iustitiam: aliud a malo liberari uelle, aliud mala sua defendere potius quam fateri, utrosque tamen gratia xpi educit in fortitudine. Qua fortitudine, nisi ut aduersus peccatum usque ad sanguinem certet? Ex utroque n.genere fiunt idonei, quibus construatur locus sanctus eius, Illi soluti, illi resuscitati, qua & mulieris quam alligauerat satanas p decem & octo annos, iubendo uincula soluit, & Lazari mortem clamando superauit. Qui fecit hæc in corporibus, pot mirabiliora facere in moribus, & facere uniusmodi habitare in domo, educens compeditos in fortitudine, similiter amaricantes qui habitant in sepulchris. Deus cum egrediens coram populo tuo.)Egressus eius intelligitur cum apparet in operibus suis. Apparet autem non omnibus, sed eis qui nouerunt opera eius intueri. Non.n.ea nunc opera dico, quæ conspicua sunt omnibus, cœlum & terram & mare & uniuersa quæ in eis sunt: sed opera quibus M educit compeditos in fortitudine similiter amaricantes qui habitant in sepulchris, & facit eos uniusmoris habitare in domo: sic egreditur coram populo suo, id est, coram eis qui istam gratiam intelligunt. Denique sequitur, Cum transieris in deserto, Terra mota est)Desertum erant gentes, quæ ignorabant deum, Desertum erat ubi lex nulla ab ipso deo data erat, ubi nulli Prophetæ habitauerant, dnmque esse uenturum pdixerant. Cum ergo transires in deserto, cum pdicares in gentibus, terra mota est. terreni hoies ad fidem excitati sunt. Sed unde mota est? Etenim cœli distillauerunt a facie dei.)Forsitan hic aliquis recolat illud tps, quoniam in deserto deus transibat coram populo suo, coram filiis Israel, die in columna nubis, nocte in fulgore ignis, & hoc esse sentiat, quod cœli distillauerunt a facie dei, quoniam manna pluit populo suo, hoc etiam esse quod sequitur, Mons Sina a facie dei Israel. Pluuiam uoluntariam segregans deus hæreditati tuæ.)Quia in monte Sina locutus est deus ad Moysen quando legem

Psal. 24. Psal. 55 †al. geniere. Eccle. 57. Prov. 18. Luc. 13 Ioan. 11 Exod.13. Psal. 77. Exod.19.

A gem dedit,ut manna ſit pluuia uoluntaria, q̃ ſegre-
gauit deus hæreditati ſuæ,id eſt,pplo ſuo, qa ſolos
eos ita pauit,nõ ut cæteras gẽtes: ut qd deide dicit,
Num. 11. Et infirmata eſt.) Ipſa hæreditas infirmata intelli
gatur,qm̃ murmurãtes manna faſtidioſe reſpuerũt,
deſyderantes eſcas carniũ,& ea qbus ueſci in Aegy-
pto cõſueuerãt. Sed in his uerbis ſi ꝓprietas tantũ-
modo literæ,nõ ſpiritalis requirẽdus eſt itellectus,
oportet ut oſtendatur ſecundũ proprietatẽ carna-
lem,qui tunc cõpediti,quiq; etiã habitãtes in ſepul
chris,educti ſunt in fortitudine.Deinde ſi ille ppl's,
illa ſcilicet hæreditas dei faſtidio mãna reſpuẽs in-
firmata eſt,nõ debuit ſequi. Tu uero perfeciſti eã.)
Num. 11. Sed tu uero percuſsiſti eã. Deo quippe offenſio per
Num. 14 illa murmura atq; faſtidia,ingẽs plaga ſecuta eſt.Po
ſtremo illi oẽs in eremo conſternati ſunt, nec quiſ-
quam eoꝝ ꝑter duos terrã meruit promiſsionis in-
trare, quanq̃ etiã ſi dicatur in filijs eorũ hæreditas
illa perfecta ,nos ſenſum ſpiritalem liberius tenere
1. Cor. 11. debemus.Oia qppe illa in figura cõtingebant illis,
Canti. 2. donec aſpiraret dies,& remouerentur umbrę.Ape-
riat itaq; nobis pulſantibus dñs, & myſteriorũ eius
B quantũ ipſe dignatur ſecreta pandanĩ.Eteni ut ter-
ra mota eſſet ad fidẽ, cũ in deſertũ gentiũ tranſiret
Euãgeliũ,cœli diſtillauerũt à facie dei.Hi ſunt cœli,
Pſal. 18. de qbus in alio Pſalmo caniĩ:Cœli enarrant gloriã
dei De his quippe paulopoſt ibi diciĩ.Non ſunt lo-
quelæ neq; ſermones quorum nõ audiantur uoces
eoꝝ.In oẽm terrã exiuit ſonus eoꝝ,& in fines orbis
terræ uerba eoꝝ. Nec tñ iſtis cœlis tanta gloria tri-
buenda eſt , tanq̃ ab hoibus illa gratia uenerit , ut
deſertum, id eſt, gentiũ terra moueretur ad fidem.
Non.n.cœli à ſeipſis diſtillauerunt , ſed à facie dei
utique inhabitantis eos , & faciẽtis eos inhabitare
uniuſmoris in domo. Ipſi.n.ſunt & mõtes,de qbus
Pſal. 120 diciĩ:Leuaui oculos meos ad montes, unde ueniet
auxiliũ mihi.Et tñ ne in hoibus ſpem poſuiſſe uide
retur,continuo ſubiecit:Auxiliũ meũ à dño qui fe-
Pſal. 75. cit cœlũ & terrã.Ei quippe alio loco dicitur:Illumi
nans tu mirabiliter,a montibus æternis: quantus à
montibus æternis,tñ illuminans tu. Sic & hic,cœli
diſtillauerunt,ſed a facie dei.Etenim ipſi ſalui facti
C ſunt per fidẽ & hoc nõ ex ſeipſis , ſed donũ dei eſt,
Ephe. 2. nõ ex operib⁹,ne forte quis extollatur. Ipſius.n.ſu-
mus figmentũ, qui facit uniuſmodi habitare in do
mo.Sed qd eſt quod ſequitur , mõs Sina à facie dei
Iſrael.An ſubaudiendũ eſt diſtillauit,ut qd uocauit
cœlorũ noie, hoc uoluerit intelligi noie etiã mõtis
Sina, ſicut diximus eos uocari montes , qui uocati
ſunt cœli ? Nec in iſto ſenſu mouere debet ꝙ mons
nõ montes,cum ibi dictũ ſit cœli,nõ cœlũ,quia &
Pſal. 18. in alio Pſalmo cum dictũ eſſet, Cœli enarrant glo-
riam dei:more ſcripturæ eundẽ ſenſum uerbis alijs
repetentis ſubſequenter dictũ eſt , Et opera manuũ
eius annũciat firmamentũ.Prius dixit,cœli nõ cœ-
lum,& tñ poſtea nõ firmamenta, ſed firmamentũ.
Gene. 1. Vocauit.n.deus firmamentũ cœlum,ſicut i Geneſi
ſcriptũ eſt.Ita ergo cœli & cœlum,montes & mons
non aliud , ſed hoc ipſum, ſicut Eccleſiæ multæ &
una Eccleſia , non aliud ſed hoc ipſum . Cur ergo
Galat. 4. mons Sina q in ſeruitutẽ generat , ſicut dicit Apl's?
An forte lex ipſa intelligenda eſt in mõte Sina,q̃ di-
Exod. 19. ſtillauerũt cœli à facie dei ut terra moueretĩ? Et ipſe
eſt terrę motus, cum conturbantur hoies quia legẽ
implere non poſſunt. Qd ſi ita eſt,hęc eſt & pluuia
uoluntaria , de qua conſequenter dicit:Pluuiã uo- D
luntariã ſegregans deus hæreditati tuæ: qa nõ fecit Pſal. 147
ſic ulli gẽti,& iudicia ſua nõ manifeſtauit eis.Segre
gauit itaq; pluuiã hanc uoluntariã deus hæreditati
ſuæ ꝙ legẽ dedit,& ifirmata eſt uel ipſa lex,uel ipſa
hæreditas.Lex infirmata ſic accipi poteſt,eo ꝙ non
impleretur , non ꝙ ipſa infirma ſit , ſed ꝙ infirmos
facit minando pœnam , nec adiuuando per gratiã:
nam & Apl's ipſo uerbo uſus eſt , ubi ait , Quod.n. Roma. 8.
impoſsibile erat legis, i quo infirmabatur p carnẽ:
ſignificare uolens quia p ſpiritumſanctũ impletur,
tñ ipſam dixit infirmari, cum ab infirmis non poſ-
ſit impleri.Infirmata uero ipſa hęreditas,id eſt,ipſe
ppl's , data ſibi lege ſine ulla ambiguitate intelligiĩ.
Lex.n.ſubintrauit,ut abũdaret delictũ. Quod autẽ Roma. 5.
ſequitur , Tu uero perfeciſti eam: ad legẽ ita referĩ,
quia ſecundũ illud perfecta,id eſt,impleta eſt quod
dñs in Euangelio dicit , Non ueni legẽ ſoluere , ſed Math. 5.
adimplere . Vnde & Apoſtolus qui dixerat legẽ in- Roma. 8.
firmatam eſſe per carnẽ:quia caro nõ implet,quod
per ſpiritũ impletur, id eſt,per gratiã ſpiritalẽ . Ipſe Ibidem.
itẽ dicit ut iuſtitia legis impleretur in nobis,qui nõ
ſecundũ carnẽ ambulamus , ſed ſecundũ ſpiritum. E
Hoc eſt ergo, Tu uero perfeciſti eam : qa plenitudo Rom. 13.
legis eſt charitas: & charitas dei diffuſa eſt in cordi Roma. 5.
bus noſtris,non p noſipſos,ſed per ſpiritumſanctũ
q datus eſt nobis:hoc eſt,tu uero pfeciſti eã, ſi legẽ
perfeciſſe intelligaĩ . Si uero hæreditatẽ, facilior eſt
intellectus. Si.n.propter hoc dicta eſt hęreditas dei
infirmata,id eſt , populus dei infirmatus data lege,
qa lex ſubintrauit,ut abundaret delictũ,ergo & qd Roma. 5.
ſequitur,tu uero perfeciſti eã:ex illo intelligiĩ quod
etiam in Aplo ſequitur, Vbi aũt abundauit delictũ
ſupe. abundauit gratia . Nanq; abundante delicto, Pſal. 15.
multiplicatæ ſunt infirmitates eoꝝ, & poſtea acce-
lerauerunt,qa ingemuerunt,& inuocauerũt,ut ipſo
adiuuante impleretur,qd ipſo iubente nõ impleba
tur.Eſt in his uerbis & alius ſenſus qui probabilior Alius ſen
mihi uideĩ. Multo.n.congruentius intelligitur ipſa ſus et pro
gr̃a pluuia uoluntaria,qa nullis pręcedẽtibus ope- babilior.
rum meritis gratis datur.Si.n gratia,iã non ex ope-
ribus,alioquin gratia iam nõ eſt gratia : non.n di-
gnus ſum,inquit,uocari Apl's , quia perſecutus ſum 1. Cor. 15.
Eccleſiã dei:gratia autẽ dei ſum id qd' ſum.Hæc eſt F
pluuia uolũtaria Volũtarie qppe genuit nos uerbo Iacobi. 1.
ueritatis:hæc eſt pluuia uolũtaria.Inde alibi diciĩ,
Scuto bonæ uolũtatis tuæ coronaſti nos. Iſtã plu- Pſal. 5.
uiam cũ deus trãſiret in deſerto,id eſt,prędicaretur
in gẽtibus,cœli diſtillauerunt,non tñ a ſeipſis , ſed
à facie dei , qm̃ & ipſi gratia dei ſunt id quod ſunt.
Et ideo mons Sina , quia & ipſe qui plus oibus illis 1. Cor. 15.
laborauit,nõ ipſe autẽ,ſed gr̃a dei cũ illo,ut abun- Ibidem.
dantius diſtillaret in gẽtibus,id eſt,in deſerto , ubi Rom. 15.
Xps nõ erat annũciatus,ne ſupra alienũ fundamen Philip. 3.
tum ædificaret, ipſe, inq̃ , Iſraelita erat ex genere Iſ-
rael de tribu Beniamin.Et ipſe ergo in ſeruitutẽ ge-
neratus erat de Hierl'm terrena , quæ ſeruit cũ filijs
ſuis,& ideo perſequebatur Eccleſiã : nã qd ipſe cõ- Galat. 4.
monuit,ſicut tũc qui ſecundũ carnẽ generatus eſt,
perſequebatur eum qui ſecundũ ſpiritũ, ita & nũc:
ſed miſericordiã conſecutus eſt , qa ignorans fecit
in incredulitate. Miramur ergo qd' cœli diſtillaue- 1. Tim. 1.
runt à facie dei , magis miremur qd mons Sina , id
eſt,q prius perſequebaĩ Hebręus ex Hebręis,ſecun-
dum legẽ Phariſæus. Quid autẽ miramur ? Non.n. Philip. 3.

G à seipso, sed qđ sequit, à facie dei Israel, de quo ipse
Gal.6. dicit, Et super Israel dei: de quo dñs dicit: Ecce uere
Ioan.1. Israelita in quo dolus nõ est. Hanc ergo pluuiã uo-
luntariã nullis p̃cedentibus meritis operũ bonorũ
segregauit deus hæreditati suę, & ĩfirmata est. Agno
uit.n. nõ esse se aliquid per seipsum, nõ uirib⁹ suis,
sed gratię dei tribuendũ esse quod est. Agnouit qđ
2.Cor.12. dictũ est: In infirmitatib⁹ meis gloriabor. Agnouit
Roma.11. quod dictũ est, Noli altũ sapere, sed time. Agnouit
Iaco.4. quod dictũ est, Humilibus aũt dat gratiã. Et infir-
mata est: tu uero p̃fecisti eã: quia uirtus in infirmi-
2.Cor.12. tate p̃ficitur. Quidã sanè codices, & Latini & Græci
nõ habẽt mons Sina, sed à facie dei Sina, a facie dei
Israel. i. cœli distillauerunt a facie dei. Et quasi q̃re-
retur, cuius dei, à facie dei, inquit, Sina, a facie dei
Israel. i. à facie dei qui legẽ dedit populo Israel. Qua
re ergo cœli distillauerunt à facie dei, a facie huius
Psal.83. dei, nisi qa sic impletũ est quod p̃dictũ est, Benedi-
ctionẽ dabit qui legẽ dedit? Legem, qua terreat de
humanis uirib⁹ p̃sumentẽ: benedictionẽ, qua libe-
ret in deum sperantẽ. Tu ergo perfecisti deus hære
ditatẽ tuã, quia infirmata est in se, ut p̃ficeretur abs
H te. Aialia tua inhabitabũt in ea.) Tua, nõ sua: tibi
subdita, nõ sibi libera: à te egẽtia, nõ sibi sufficien-
tia. Deniq̃ sequitur: Parasti in tua suauitate egenti
deus.) In tua suauitate, nõ in illius facultate. Egens
est.n. qm̃ infirmatus est ut p̃ficiatur: agnouit se in-
digentẽ, ut repleaĩ. Hæc est illa suauitas, de qua ali-
Psal.84. bi dicitur, Dñs dabit suauitatem, & terra ñra dabit
fructũ suũ: ut bonũ opus fiat nõ timore, sed amoꝛ:
nõ formidine pœnæ: sed delectatione iustitiæ. Ipsa
est.n. uera & sana libertas: sed dñs hoc egenti para-
uit, nõ abũdanti, cui opprobrio est ista paupertas,
Psal.122. de q̃libus alibi dicitur: Opprobriũ his q abũdant,
& despectio superbis. Hos.n. dixit superbos, quos
dixit, q abũdant. Dñs dabit uerbum:) Cibaria. s.
animalib⁹ suis, q̃ inhabitabunt in ea. Sed qd opera-
bunĩ hæc animalia, quibus dabit uerbũ? Quid nisi
quod sequitur, Euangelizantib⁹ uirtute multa?)
Qua uirtute, nisi fortitudine illa, in qua educit cõ-
peditos? Fortasse etiã uirtutẽ hic dicit illã, qua euan
gelizantes mirabilia signa fecerũt. Quis ergo dabit
uerbũ euangelizantib⁹ uirtute multa? Rex, inquit,
uirtutũ dilecti.) Pater ergo est rex uirtutũ filij. Dile
I ctus.n. quando nõ ponitur quis dilectus, per Anto
nomasiã filius unicus intelligitur. An uirtutũ sua-
rũ rex ipse filius? Virtutum. s. sibi seruientium, quia
uirtute multa euangelizantib⁹ dabit uerbũ rex uir
Psal.23. tutum, de quo dictũ est: Dñs uirtutum, ipse est rex
gloriæ. Quod aũt nõ dixit, rex uirtutũ suarum: sed,
rex uirtutũ dilecti: locutio est in scripturis usitatis-
sima si quis aduertat, quod ibi maxime apparet,
ubi etiam p̃prium nomen exprimitur, ut eundem
esse, de quo dicitur, dubitari omnino non possit.
Qualis est illa, & in pentateucho multis locis inue-
Exo.4. nitur, & fecit Moyses illud atq̃ illud, sicut præcepit
dñs Moysi. Nõ dixit quod usitatum est in locutio-
nibus nostris, & fecit Moyses sicut p̃cepit ei domi-
nus: sed fecit Moyses sicut p̃cepit dñs Moysi: quasi
alius sit Moyses cui p̃cepit, & alius Moyses qui fecit,
cũ idem ipse sit. Tales locutiones in nouo testamẽ
to difficillime reperiuntur. Inde est tamẽ qđ Apo-
Roma.1. stolus ait: de filio suo, qui factus est ei ex semine Da
uid secundũ carnem, qui p̃destinatus est filius dei
in uirtute secundũ spiritũ sanctificationis ex resur-
rectione mortuoꝝ Iesu Christi domini nostri: tanq̃ K
alius sit filius dei qui factus est ex semine Dauid se-
cundum carnẽ, & alius Iesus Xp̃s dñs noster, cũ sit
unus atq̃ idem. In ueterib⁹ aũt libris crebra est ista
locutio, & ideo qñ subobscure fit, ex manifestis sui
generis exẽplis intelligẽda est, sicut hoc loco Psal-
mi huius quẽ tractamus, subobscure facta est. Nã si
diceretur Iesus Christus rex uirtutum Iesu Xp̃i, tam
aperta esset q̃ illa, fecit Moyses sicut præcepit dñs
Moysi: quia uero dictũ est, rex uirtutũ dilecti: nõ fa
cilè est ut occurrat ipsum esse regẽ uirtutũ, qui est
& dilect⁹. Rex ergo uirtutũ dilecti sic intelligi põt,
ac si diceret, rex uirtutũ suarum, quia & rex uirtutũ
Christus est, & dilectus est idemipse Chr̃s: quanuis
nõ habeat iste sensus tantã necessitatẽ, ut aliud nõ
ualeat accipi, qa & pater potest intelligi rex uirtutũ
filij sui dilecti, cui dicit ipse dilectus, Oĩa mea tua Ioan 17.
sunt, & tua mea. Quod si forte q̃ritur, utrũ deus do
mini Iesu Christi pr̃ etiã rex dici possit, nescio utrũ
quisquã audeat hoc ab eo nomen auferre, ubi Ap̃s
dicit, Regi aũt seculoꝝ immortali, inuisibili, soli deo: 1.Tim.1.
quia & si hoc de ipsa trinitate dictum est, ibi est &
deus pater. Si autẽ nõ carnaliter intelligimus, Deus L
iudiciũ tuũ regi da, & iustitiã tuã filio regis: nescio Psal.71.
utrũ aliud aliquid dictum est q̃ filio tuo. Rex ergo
est & pr̃. Vnde uersicul⁹ iste Psalmi hui⁹, rex uirtutũ
dilecti, utroq̃ modo intelligi potest. Cũ itaq̃ dixis-
set, dñs dabit uerbũ euangelizantibus uirtute mul
ta, qa ipsa uirtus ab eo regitur, eiq̃ militat à quo da
tur, ipse, inquit, dñs qui dabit uerbũ euãgelizanti-
bus uirtute multa, rex est uirtutũ dilecti: deinde se-
quitur, Dilecti, & speciei domus diuidere spolia.)
Repetitio pertinet ad cõmendationẽ, quanq̃ istam
repetitionẽ nõ oẽs codices habeant, & eã diligẽtio-
res stella apposita, speciei domus diuidere spolia. i.
dilecti etiam p̃notant: q̃ signa uocanĩ asterisci, qb⁹
agnosci uolũt ea nõ esse in interpretatione Septua-
ginta, sed esse in Hebræa, q̃ talib⁹ insigniunĩ notis.
Sed siue repetaĩ, siue semel dictũ accipiaĩ quod po-
situm est, dilecti, sic intelligendũ puto qđ sequitur,
& speciei domus diuider̃ spolia: ac si diceret, dilecti
etiam speciei domus diuidere spolia. i. dilecti etiam
ad diuidenda spolia. Speciosam quippe domum. i.
Ecclesiam Xp̃s fecit, diuidendo spolia illi, sicut spe-
ciosum est corpus distributione membroꝝ. Spolia M
porrò dicuntur q̃ uictis hostibus detrahuntur. Hoc
qd sit, Euangeliũ nos admonet, ubi legimus, Nemo Matt.12.
intrat in domũ fortis ut uasa eius diripiat, nisi pri⁹
alligauerit fortẽ. Alligauit ergo diabolũ Xp̃s spirita
libus uinculis, superando mortẽ, & super cœlos ab
inferis ascendẽdo. Alligauit eũ sacramẽto incarna-
tionis suæ, q̃ nihil in eo reperiens morte dignũ, tñ
est p̃missus occidere, ac sic alligato abstulit tanquã
spolia uasa eius. Operabaĩ q̃ppe in filios diffidẽtiæ,
quorũ infidelitate utebaĩ ad uoluntatẽ suam. Hæc Ephe.2.
uasa dñs mũdans remissionẽ peccatoꝝ, hæc spolia
sanctificãs hosti erepta p̃strato atq̃ alligato, diuisit
ea speciei domus suæ, alios cõstituens Ap̃los, alios Ephe.4.
Prophetas, alios pastores & doctores i op⁹ ministe
rij, i ædificationẽ corporis Xp̃i. Sicut n. unũ corpus
est, & mẽbra multa habet, oĩa aũt mẽbra corporis
cũ sint multa, unũ est corpus, sic & Xp̃s. Nunquid 1.Cor.12.
oẽs Apostoli? Nunquid oẽs Prophetæ? Nunquid
oẽs uirtutes? Nunquid omnes dona habẽt curatio
num? Nunquid oẽs linguis loquuntur? Nunquid,

A oẽs interpretantur? Omnia aũt hæc operatur unus atq; idem spiritus, diuidens propria unicuiq; pro ut uult. Et hæc est species dom⁹, cui spolia diuidunt, ut amator ei⁹ hac pulchritudine accẽsus exclamet, *Psal. 25* Dñe dilexi decorẽ domus tuæ. Iam in eo qđ sequitur, se ad ipsa membra de qbus fit species domus, alloquẽda cõuertit, dicẽs, Si dormiatis inter medios cleros pennæ colũbæ deargentatæ, & iter scapulas eius in uiriditate auri.) Prius hic q̃rendus est ordo uerborum quo finiatur sententia, q utiq; pendet cum dicitur si dormiatis: deinde qđ ait, pennæ colũbæ deargentatæ: utrum singulari numero intelligendũ est, hui⁹ pennæ, an plurali, hæ pẽnæ. Sed singularẽ numerũ Græcus excludit, ubi oino pluraliter hoc positum legitur. Sed adhuc incertũ est utrũ hæ pennæ, an ô uos pennę, ut ad ipsas pennas loq uideatur. Vtrũ ergo uerbis quæ præcesserunt, finiatur ista sentẽtia, ut ordo sit, dñs dabit uerbum euãgelizãtibus uirtute multa, si dormiatis inter medios cleros, ô uos pennæ colũbæ deargẽtatæ: an in his quę sequũtur, ut ordo sit, si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatę, niue dealbabunt in Selmon: id est, ipsæ pennæ dealbabũ-

B tur, si dormiatis inter medios cleros, ut illis hoc dicere intelligat, q speciei domus tanq̃ spolia diuidũtur. i. si dormiatis inter medios cleros ô uos q diuidimini speciei domus, p manifestationem spiritus *1. Cor. 12.* ad utilitatẽ, ut alij qdẽ detur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundẽ spiritum, alij fides, alij genera curationũ i eodẽ spiritu: & cætera. Si ergo uos dormiatis iter medios cleros, tunc pennæ colũbæ deargẽtatę niue dealbabũtur in Selmõ. Potest & sic, si uos pennæ colũbæ deargẽtatæ dormiatis iter medios cleros, niue dealbabũt in Selmon, ut subintelligãtur hoies qui p gratiam remissionẽ accipiunt peccatorũ. Vnde etiam de ipsa Ecclesia dicit in Cantico cãticorum, Quę est ista *Canti. 3.* quæ ascendit dealbata? Promissio quippe dei tenet *Esa. 1.* per Prophetã dicẽtis, Si fuerint peccata uestra tanquã phœnicũ, sicut niuẽ dealbabo. Potest & sic intelligi, ut in eo qđ dictũ est, pennæ columbæ deargẽtatæ, subaudiatur eritis, ut iste sit sensus, O uos q tanquã spolia speciei domus diuidimini, si dormiatis inter medios cleros, pennæ colũbæ deargẽtatę

C eritis: id est, in altiora eleuabimini, cõpagini tamẽ Ecclesiæ cohærentes. Nullã quippe aliã melius hic intelligi puto colũbam deargentatam, quàm illam *Canti. 2.* de qua dictũ est, Vna est colũba mea. Deargentata est autẽ, qa diuinis eloquijs est erudita: eloqnia nãque dñi alio loco dicuntur argentum igne exami- *Psal. 11.* natũ terræ, purgatũ septuplum. Magnũ itaque aliquod bonũ est, dormire inter medios cleros, q̃ nõ nulli duo testamẽta esse uoluerũt, ut dormire sit inter medios cleros, in eorũ testamẽtoꝝ authoritate requiescere, id est, utriusque testamenti testimonijs acquiescere, ut qñ aliquid ex his profertur & probatur, omnis cõtentio pacifica quiete finiatur. Quod si ita est, quid aliud admonere uidetur euangelizãtes uirtute multa, nisi qa tunc eis dñs dabit uerbũ ut euangelizare possint, si dormiant inter medios cleros? Tunc. n. eis uerbũ ueritatis datur, si authoritas ab eis duorum testamentoꝝ nõ relinquatur, ut ipsi sint & pennæ colũbæ deargentatæ, quoꝝ prædicatione in cœlũ gloria fert Ecclesiæ. Inter scapulas autẽ, pars est utiq; corporis, pars est circa regio-

nem cordis, à posterioribus tñ, id est, à dorso, quã D columbæ illius deargẽtatę partẽ in uiriditate auri esse dicit, hoc est in uirore sapiẽtiæ, quem uirorem melius nõ puto intelligi posse q̃ charitatẽ. Sed quare à dorso, & nõ à pectore? Quanquam mirer quomodo positũ sit hoc uerbũ in alio Psalmo, ubi dicit, Inter scapulas suas obumbrabit tibi, & sub alis *Psal. 90.* eius sperabis: cum sub alis obũbrari nõ possit nisi quod à pectore fuerit, & Latine qdem inter scapulas fortasse aliquo modo ex utraq; parte posit intelligi & ante & post, ut scapulas accipiamus q in medio caput hñt: Et i Hebræo sit fortassis ambiguũ, quod possit & hoc modo intelligi. Sed qđ in Græco est μετάφρενον, non nisi à posterioribus significat, qđ est inter scapulas: utrũ ppea ibi est auri uiriditas, id est, sapientia & charitas, quia ibi sunt quodammodo & radices alarũ, an quia ibi portatur illa sarcina leuis? Quid enim sunt uel ipsæ alæ, nisi duo pręcepta charitatis, in quib⁹ tota lex pendet & Prophe- *Matt. 22.* tę? Quid ipsa sarcina leuis, nisi ipsa charitas q̃ in his duobus præceptis impletur? Quicquid enim difficile est in pcepto, leue est amãti. Nec ob aliud recte intelligitur dictũ, Onus meum leue est, nisi qa dat E spiritũsanctũm, p quẽ diffunditur charitas in cor- *Mat. 11.* dibus nostris, ut amando liberaliter faciamus, qđ *Roma. 5.* timendo q facit, seruiliter facit. Nec est amic⁹ recti, qñ mallet si fieri posset, id quod rectum est non iuberi. Quæri etiam potest, cur non sit dictũ, si dormiatis in cleris: sed, iter medios cleros: quid si hoc expressius, inter medios cleros? Quod qdem si expressius transferretur ex Græco, inter mediũ clerorũ diceretur, quod in nullo interpretum legi, ppea credo, quia tantũdem ualet quod dictum est, inter medios cleros. Hinc ergo quid nulli uideatur expo nam. Sæpe hoc uerbum ad aliqua connectẽda atq; pacanda, ne inter se dissideãt poni solet, sicut testim inter se & populum deo constituente, hoc uerbum scriptura ponit: nam pro eo quod est in Latino inter me & uos, Græcus habet inter medium meũ & uestrum. Sic & de signo circuncisionis cum loquitur deus ad Abraham dicit, Erit testm̃ inter me, & *Gen. 17.* te, & omne semen tuum, quod Græcus habet inter medium meum & tuum, & inter medium seminis tui. Item cũ loqueretur ad Noe de arcu in nubibus *Gen. 9* ad signum constituendũ, hoc uerbũ sæpissime re- F petit, & qđ habent Latini codices inter me & uos, uel iter me & oẽm animam uiuam, & si qua ibi talia dñr, inter medium meum & uestrum inuenitur inter Græco, quod est ἀνὰ μέσον. Dauid quoq; & Ionathan signũ inter se constituũt, ne aliud opinãdo dissideãt, & qđ Latine dicitur inter ambos, iter medium amboꝝ habet Græcus eodem uerbo qđ est ἀνὰ μέσον. Optime aũt factum est ut loco Psalmi huius, interpretes nr̃i non dicerent inter cleros, qđ Latinę locutioni usitatum est, sed inter medios cleros, tanq̃ inter medium cleroꝝ, qđ potius in Græco legitur, & quod dici solet in eis rebus, ut dixi, q̃ inter se debeãt habere consensum. Iubet ergo scriptura, ut inter medios cleros dormiãt, q uel sunt pẽnæ colũbæ deargentatæ, uel ex hoc eis pstatur ut sint. Porrò si isti cleri duo testamẽta significãt, qđ aliud admonemur, nisi ut testamẽtis inter se cõsentientibus non repugnem⁹, sed intelligẽdo acquiescam⁹, nosq; simus eoꝝ concordiæ signũ atq; documẽtũ, cũ alterum aduersus alterũ nihil dixisse sentimus.

G & cũ pacifica admiratiõe, q̃si ecstasis sopore † mõ-
tal. opa. stramus? Cur autẽ in cleris testamẽta intelligãtur,
cũ hoc nomẽ Grecum sit quidẽ, sed testamentum
nõ ita dicatur, hęc causa est, qa p testamentũ datur
hæreditas, q̃ Græce appellatur κληρονομία, & hæres
κληρονόμος. Cleros autem sors Grece dicitur, & sortes
ex promissione dei, partes hęreditatis uocant, q̃ po
Num. 18. pulo sunt distributæ. Vnde trib⁹ Leui pcepta est nõ
habere sortem inter fratres suos, q: ex eo⁊ decimis
Cõcor. 12. sustentaretur. Nam & cleros & clericos hinc appel-
q. 1. Cleri latos puto, q sunt in Ecclesiastici ministerij gradi-
cus. et ca. bus ordinati, quia Matthias sorte electus est, quem
duo sunt. primum per Aplos legimus ordinatũ. Proinde pp
Actio. 1. hæreditatem quæ fit testamento, tanquã per id qđ
efficitur id quod efficit, noie cleros, testamẽta ipsa
significata sunt: quanquã mihi & alius hic sensus
occurrat, nisi fallor, anteponendus, ut cleros mul-
to probabili⁹ ipsas hæreditates intelligam⁹, ut qm̃
hæreditas ueteris testamenti est quanuis in umbra
significatiua futuri, terrena fœlicitas: hæreditas ue
ro noui testamẽti est æterna immortalitas, dormire
sit iter medios cleros, nec illã iã q̃rere ardẽter, & ad
H huc istã expectare patiẽter. Nã q deo ppea seruiũt,
uel potius ppea seruire uolunt, dum quærũt in hac
uita & in hac terra fœlicitatem, ablatus est somnus
ab eis & non dormiunt. Inflammantibus.n. cupi-
ditatib⁹ agitati in flagitia & facinora propellũtur,
nec oino requiescunt, desyderando ut acquirant,
Prouer. 1. metuendo ne amittant. Qui aũt me audit, air sapiẽ-
tia, inhabitabit in spe, & reqescet sine timore ab oi
malignitate. Hoc est, quantũ mihi uidetur, dormi-
re inter medios cleros, id est, inter medias hęredita
tes, nondũ in re, sed tñ i spe cœlestis hęreditatis ha
bitare, & à terrenæ fœlicitatis iã cupiditate cõquie
scere. Cum aũt uenerit quod speramus, nõ iã inter
duas hęreditates reqescemus, sed in noua uera, cu-
ius uetus erat umbra regnabim⁹. Quapp etiã si in-
tellexerim⁹ qđ dictũ est, si dormiatis inter medios
cleros, tanq̃ si diceretur, si moriamini inter medios
cleros, ut istã mortẽ carnis more suo scriptura dor-
mitionẽ uocauerit, hęc est mors optima, ut in cupi
ditatũ cohibitione, à terrenis in spe cœlestis hære-
ditatis homo usq; in finẽ pseuerans, diem uitæ hu-
ius ultimũ claudat. Sic.n. dormientes inter medios
I cleros erũt pennæ colũbę deargentatæ, ut tpe quo
resurgent, rapiantur in nubib⁹ obuiã xp̃o in aera,
& semper iam cum dño uiuant: aut certe, qa p eos
q sic moriuntur, quãto securius, tanto sublimi⁹ Ec-
clesia diffamatur, & quasi quibusdã pẽnis excelsæ
Eccle. 11. laudis attollitur. Neq;.n. frustra dictũ ẽ, Ante mor-
tem ne laudes hoiem quẽquã. Omnes ergo sancti
dei ab initio generis humani, usq; ad tps Aplo⁊, qa
Hier. 17. & ipsi nouerant dicere, Diem hois non concupiui
Psal. 26. tu scis: &, Vnam petij à dño, hanc requiram: eo tpe
Apostolorum, ex quo duorum testamento⁊ diffe-
rẽtia clarius reuelata est, ipsi Apostoli & beati mar
tyres cæteriq; iusti, tanquã arietes & arietũ filij usq;
ad hoc tempus dormierunt inter medios cleros, re
gni terreni fœlicitatem iam cõtemnentes, & regni
cœlorum æternitatem sperantes, & nondum tenẽ-
tes. Et qui tam beate dormierunt, eis uelut pennis
nũc uolitat, & laudib⁹ exaltat Ecclesia. Columba igi
tur deargẽtata est, ut hac eo⁊ fama ad imitãdũ po
steris inuitatis, dum sic et dormiunt cæteri, addan
tur pennæ, quib⁹ usq; in finẽ seculi sublimiter præ-

dicetur. Dum discernit supcœlestis reges super eã, K
niue dealbabunt in Selmon.) Ille supcœlestis, ille
qui ascendit sup oẽs cœlos ut adimpleret oia, dum
discernit reges super eam, id est, super eandẽ colum
bam deargentatam, sequitur eam Apls ac dicit. Et
ipse dedit quosdam quidem Aplos, quosdam autẽ *Ephe. 4.*
Prophetas, quosdam uero Euangelistas, quosdam
aũt pastores & doctores. Nã quid est aliud reges di
scernere sup eam, nisi in opus ministerij in ædifica
tionẽ corporis xp̃i, qñ quidem ipsa est corpus xp̃i? *Roma. 6*
Dicuntur autem illi reges utiq; à regendo, & quid
magis q̃ carnis concupiscentias, ne regnet pct̃m in
eorum mortali corpore ad obediẽdum desyderijs
eius, ne exhibeant mẽbra sua arma iniquitatis pec
cato, sed exhibeant se deo, tanq̃ ex mortuis uiuen-
tes, & membra sua arma iustitiæ deo? Sic.n. erãt re- *2. Cor. 6.*
ges primitus discreti ab alienigenis, quia non erãt
iugum ducentes cum infidelib⁹: deinde discreti cõ
corditer inter se muneribus proprijs. Non.n. omnes *1. Cor. 12.*
Apli, aut omnes Prophetæ, aut oẽs doctores, aut o-
mnes dona habent curationum, aut oẽs linguis lo
quuntur, aut oẽs interpretantur: Oia aũt hæc ope- *Ibidem.*
ratur unus atq; idẽ spũs, diuidens propria unicuiq; L
prout uult, quem dando ille supercœlestis discer-
nit reges sup columbam deargentatam. De quo spi
ritu sancto cũ ad eius matrem gra plenaui missus
angelus loqueretur, quærenti quõ fieret quod pa-
ritura nunciabatur, qm̃ non cognoscebat uirum,
Spũssanctus, inqt, superueniet in te & uirtus altissi- *Luca. 1*
mi obũbrabit tibi. Quid est, obũbrabit tibi: nisi,
umbrã faciet? Vnde & isti reges dũ gr̃a spũs domi-
ni xp̃i discernuntur super columbam deargentatã,
niue dealbabuntur in Selmon. Selmon qppe inter-
pretatur umbra. Non.n. meritis aut uirtute propria
discernuntur. Quis.n. te, inquit, discernit? Quid au *1Cor. 4.*
tem habes qđ non accepisti? Vt ergo discernantur
ab impijs, accipiunt remissionem pctõrum ab illo
q ait, Si fuerint peccata uestra sicut phœniciũ, tanq̃ *Esaia. 1.*
niuem dealbabo. Ecce quõ niue dealbabuntur in
Selmon, in gr̃a spũs xp̃i, quo eis etiam propria do-
na discreta sunt, de quo dictum est quod supra cõ-
memoraui, Spũs sanctus supueniet in te, & uirtus *Luc. 1.*
altissimi obũbrabit tibi: hoc ẽ, umbrã faciet tibi:
Propterea & quod nascetur ex te sanctũ, uocabitur
filius dei. Vmbra porrò ista defensaculũ intelligit M
ab æstu cõcupiscentia⁊ carnaliũ: unde illa uirgo
xp̃m nõ carnalr cõcupiscẽdo, sed spũalr credẽdo
concepit. Cõstat aũt umbra lumine & corpore, ꝓ-
inde illud qđ in principio erat uerbũ, lumen illud *Ioan. 1.*
uerũ, ut umbraculum meridianũ fieret nobis, uer-
bum caro factum est & habitauit in nobis. Deo.s.
homo, tanq̃ lumini corpus accessit, ut eũ creden
tes umbra protectionis operuit. Nõ.n. de quali um
bra dicitur, Transierunt oia illa tanq̃ umbra: nec *Sapien. 5*
de quali umbra dicit Apls, Nemo uos iudicet in ci- *Coloss. 2.*
bo, aut in potu, aut i parte diei festi, aut neomeniç,
aut sabbato⁊, qđ ẽ umbra futuro⁊: sed de qli um-
bra scriptũ est, Sub umbra alarũ tuarũ protege me. *Psal. 16.*
Dũ ergo discernit ille supcœlestis reges sup colũbã
deargentatã, non sua merita extollant, non de sua
ꝓpria uirtute confidant: Niue qppe dealbabunt in
Selmon, gr̃a cãdificabuntur in ꝓtectione corporis
xp̃i. Hunc aũt montem cõsequenter dicit: Montẽ
dei, montẽ uberẽ, montẽ incaseatũ, uel montẽ pin
guem.) Quid hic aũt aliud pinguem, q̃ uberẽ dice-
ret: Est

A ret? Est.n.& mons isto nomine nuncupatus.i.Selmon. Sed quē montē intelligere debemus mōtem dei,montē uberē,montē incaseatum, nisi eundem
Esa.2. dn̄m Xp̄m,de quo & alius propheta dicit, Erit in no
1.Cor.3. uissimis tēporibus manifestus mons domini paratus in cacumine mōtium? Ipse est mons incaseatus ꝑpter paruulos gratia tanq̄ lacte nutriēdos, mons uber ad roborādos atq; ditandos donoꝝ excellentia: nam & ipsum lac unde fit caseus,miro modo significat grām. Manat quippe ex abūdantia uiscerū maternoꝝ, & misericordia delectabili paruulis gratis infunditur. Ambiguus est autē in Græco casus utrū sit nominatiuus an accusatiuus,q̄m in ea lingua mons neutri generis est nō masculini:ideo nōnulli Latini non interpretati sunt montem dei, sed mons dei. Puto autē melius esse in Selmon montē dei,hoc est,in montē dei q uocatur Selmon,secundū intellectum quē supra ut potuimus exposuim⁹. Deinde quod dixit montē dei, montē incaseatum, montē uberem,ne quis auderet ex hoc dn̄m Iesum Christum cōparare cęteris sanctis,quia & ipsi dicti
Psal.35. sunt mōtes dei: legitur quippe,Iustitia tua sicut mō
B tes dei : unde Apl̄s ait, Vt nos simus iustitia dei in
Psal.75. ipso. De quibus montibus & alio loco dicitur,Illuminans tu admirabiliter à mōtibus ęternis,qa uita eis æterna donata est, & ꝑ eos sanctarū scripturarū eminētissima authoritas cōstituta est,sed illuminā
Psal.120. te ab eis illo cui dr̄, Illuminans tu,leuaui.n.oculos meos in mōtes,unde ueniet auxiliū mihi.Nec tamē auxilium meum ab ipsis proprie montib⁹, sed auxilium meum à dn̄o qui fecit cœlum & terram: Vnus quippe ipsorum montiū multū excellens cū dixis-
1.Cor.15. set, ꝙ plus illis oibus laborauerit, Nō autē ego, inquit, sed grā dei mecū : ne quis ergo auderet etiam
Psal.44. montē speciosum forma præ filijs hominū, mōtibus filijs hominū cōparare: q̄m non defuerunt qui
Matt.16. eum dicerent,alij Ioannem Baptistam,alij Heliam, alij Hieremiam, aut unū ex prophetis, conuertit se ad illos & ait: Et quid suspicamini mōtes incaseatos? Montē, inquit,in quo placuit deo habitare in eo.) Vt qd suspicamini? Sicut.n.lumen illi,quia &
Matth.5. ipsis dictū est,Vos estis lumē mūdi: sed aliud illud
Ioan.1. dictū est lumen uerum quod illuminat omnē ho-
Esaia.2. minem:sic montes illi,sed longe alius maior mons
C paratus in cacumine montiū. Mōtes itaq; isti illum montē portādo gloriosi sunt,quoꝝ ille unus dicit,
Gal.6. Mihi aūt absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi,per quē mihi mundus crucifixus est,&
1.Cor.1. ego mūdo,ut qui gloriatur,nō in seipso,sed in dn̄o glorietur. Vt quid ergo suspicamini mōtes incaseatos,eum montē in quo placuit deo habitare in eo? Non q̄uia in alijs nō inhabitat, sed quia in ipsis per
Col.1. ipsum, In ipso qppe inhabitat omnis plenitudo di-
3 Reg.6. uinitatis,nō umbraliter tanquā in tēplo à rege Salomone facto, sed corporaliter.i.solide atq; ueraci-
2.Cor.5. ter,q̄m deus erat in Xp̄o mundū reconcilians sibi. Quod siue de patre dictū accipiamus, q̄m ipse ait,
Ioan.14. Pater autem in me manens facit opera,ego autē in patre & pater in me : siue ita intelligatur, deus erat
Ioan.1. in Xp̄o,uerbū erat in homine,sic erat utiq; uerbum in carne,ut uerbū etiam caro factum solus proprie diceretur.i homo uerbum in unam Xp̄i personam copularetur. Vt quid ergo suspicamini mōtes incaseatos, eum montē, in quo placuit deo inhabitare in eo? Longe utiq; aliter q̄ in illis mōtibus,quorum aliquē etiam hunc suspicamini. Non.n.quia & illi D
ꝑ adoptionis grām filij dei sunt,ideo quisquā illoꝝ est unigenitus cui diceret, Sede ad dexterā meam, Psal.109.
donec ponā inimicos tuos sub pedibus tuis. Etenim dn̄s inhabitabit usq; in finē:) Id est,illos montes nō cōparandos huic monti, ipse dn̄s inhabitabit, qui est mons paratus in cacumine mōtium, ut Esa.2.
perducat eos in finem .i. in seipsum sicut deus est, contēplandum.Finis.n.legis Christus ad iustitiam Rom.10.
omni credēti.Deo itaq; placuit habitare in istō mōte,qui paratus est in cacumine montium,cui dicit: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Ipse autē mons dn̄s est,qui alios montes inhabitabit in finē, in quoꝝ cacumine paratus est. Vn⁹ Matth.3.
enim deus & unus mediator dei & hominū,homo Xp̄s Iesus,mons montiū, sicut sanctus sanctorum: 1.Tim.2.
unde dicit,Ego in eis & tu in me. Vt quid ergo suspicamini mōtes incaseatos, montē i quo placuit deo Ioan.17.
inhabitare in eo? Etenim mōtes illos incaseatos dominus iste mons inhabitabit usq; in finē,ut aliquid sint qb⁹ ait, Quia sine me nihil potestis facer̄. Ita fit Ioan.15.
etiā quod sequitur: Currus dei decē miliū multiplex.) Vel denū milium multiplex, uel decies milies E
multiplex. Vnū uerbū.n Græcū sicut quisq; potuit Latinoꝝ interpretum trāstulit, quod ibi dictū est, μυριοπλάσιον, Latine autē satis exprimi non potuit, quoniā mille apud Græcos χίλια dicuntur, μυρία autem plura dena milia, μυριάς quippe una decem milia sunt. Ingentem itaq; multitudinem sanctorū atq; fidelium,qui portando deū fiunt quodāmodo currus dei, significauit hoc noīe. Hanc īmanendo & regendo perducit in finem tanquā currum suū, uelut in locū aliquem destinatum. Initium.n Xp̄s, 1.Cor.15.
deinde qui sunt Xp̄i in præsentia eius,deinde finis. Hæc est sancta Ecclesia,q̄ sunt quod sequitur: Milia lætantium.) Spe.n.sunt gaudentes,donec ꝑducantur in finē,quē nunc expectant per patientiam. Roma.8.
Mirifice aūt cū dixisset,Milia lætantium : continuo subiecit: Dn̄s in illis.) Ne miremur ꝙ lætenł, dn̄s in illis: Nam per multas tribulationes oportet nos introire in regnū dei. Sed dn̄s in illis, ideo & si sunt Acto.14.
quasi tristes,semper tamen gaudentes, nec iam ipso 2.Cor.6.
fine quō nondum uenerunt, sed spe sunt gaudētes, & in tribulatione patientes, q̄m dn̄s in illis. In Sina in sancto.) In nominum Hebręoꝝ interpretatio F
nibus inuenimus Sina intērpretari mandatum : & alia q̄dam interpretatur,sed hoc puto præsenti loco aptius cōuenire Reddens.n.causam quare lętarenł illa milia,quibus constat currus dei, Dn̄s,inquit,in illis,in Sina in sancto.i.dn̄s in illis in mandato,qd̄ mandatum sanctū est,sicut dicit Apl̄s, Itaq; lex q̄dē Roma.7.
sancta & mandatū sanctum & iustum & bonum. Sed quid prodesset mandatum nisi dn̄s ibi sit, de quo dicitur, Deus.n.est qui operał in uobis & uel- Philip.2.
le & operari pro bona uoluntate? Nam mandatum 2.Cor.3.
sine dei adiutorio litera est occidens. Lex n.subin- Roma.5.
trauit,ut abūdaret delictum.Sed q̄m plenitudo le- Roma.13.
gis charitas est,ideo per charitatē lex impletur,nō per timorem. Charitas.n.dei diffusa est in cordib⁹ Roma.5.
nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis. Ideo lætantur hæc milia. Tantū.n.faciunt iustitiam legis,quantum adiuuantur spiritu gratiæ, q̄m dn̄s in illis in Sina in sancto: deinde ad ipsum dominū locutione conuersa : Ascendisti,inquit,in altū,captiuasti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.)

G Hoc Apostolus sic cōmemorat, sic exponit de dño
Ephe.4. Christo loquens, Vnicuiq; aūt nostrū, inquit, datur
gratia secundū mensurā donationis Christi, ꝓpter
quod dicit, ascendit in altū, captiuauit captiuitatē,
dedit dona hominibus: Quod aūt ascendit qd est,
Ibidem. nisi quia & descendit in inferiores partes terræ? Qui
descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœ-
los, ut adimpleret omnia. Christo ergo sine dubita
tione dictū est, Ascēdisti in altum, captiuasti capti-
uitatē, accepisti dona i hominib⁹. Nec moueat qđ
Apl's idem testimonium cōmemorans nō ait, Acce-
pisti dona in hominib⁹: sed, dedit dona hominib⁹.
Ille quippe authoritate Apostolica secundū hoc lo
cutus est, quod deus filius cū patre fecit. Secundum
hoc quippe dedit dona hoibus, mittens eis spiritū
sanctū, qui spiritus est patris & filij: secundū illud
uero qđ idem ipse Chr's in corpore suo intelligitur
qđ est Ecclesia, ꝓpter quod & mēbra eius sunt san
1.Cor.12. cti & fideles eius: unde eis dicitur, Vos aūt estis cor
pus Xpi & mēbra, proculdubio & ipse accepit do-
Act.1. na in hominib⁹. Christus quippe ascēdit in cœlum,
& sedet ad dexterā patris: sed nisi & hic esset in ter-
Act.9. ris, nō inde clamasset, Saule Saule quid me psequē-
Matt.25. ris? Cū ergo idē ipse dicat, Quando uni ex minimis
H meis fecistis, mihi fecistis: qd dubitamus eum acci-
pere in mēbris suis, q̄ dona mēbra eius accipiunt?
Sed qd est, captiuasti captiuitatem? Vtrū quia uicit
mortē, quæ captiuos tenebat in qbus regnabat: an
ipsos hoies appellauit captiuitatē, qui captiui sub
diabolo tenebant? Cuius rei mysteriū cōtinet etiā
Psal.95. titulus illius Psalmi, qñ domus ædificabatur post
captiuitatem. i. Ecclesia post gentilitatē. Ipsos itaq;
hoies qui captiui tenebant, appellauit captiuitatē,
sicut militia cū dicitur, intelliguntur qui militant:
eandem captiuitatē a Xpo captiuatā dicit. Cur. n.
nō sit captiuitas fœlix, si & ad bonū hoies possunt
Luc.5. capi? Vnde Petro dictum est, Ex hoc iam hoies eris
capiens. Captiuati ergo qa capti, & capti qa subiu-
Matt.11. gati, sub leue illud iugum missi, liberati a peccato,
Roma.6. cuius serui erant: & iustitiæ serui facti, cuius liberi
erant. Vn̄ & ipse in illis est, q dedit dona hoibus, &
accepit dona in hoibus Ideoq; in ista captiuitate, in
ista seruitute, i. isto curru, sub isto iugo nō sunt mi-
lia plorantiū, sed milia lętantiū. Dñs quippe in illis
I in Sina in sancto. Cui sensui cōgruit & alia interpre
tatio, qua interpretat Sina mēsura Nā & de his do-
nis lætitiæ spiritalis Apl's loquens idē qđ supra cō-
Ephe.4. memoraui, Vnicuiq; autē, inquit, nostrum data est
gratia secundū mensurā donationis Xpi. Ac deinde
sequitur, quod etiā hic sequitur: Propter qđ dicit,
ascendit in altū, captiuauit captiuitatē, dedit dona
hoibus: quod hic est, accepisti dona in hominib⁹.
Quid hac & illa ueritate cōcordius? Quid manife-
stius? Sed quid deinde adiungit? Etenim qui non
credūt inhabitare.) Vel qđ nonulli codices habēt:
Etenim nō credentes inhabitare.) Nunquid sunt
alij nō credentes, nisi qui non credunt? De qbus di-
ctum sit, non est facilis intellectus. Tanquā. n. ratio
redderetur superiorū uerbor̄, cū dictū esset. Capti-
uasti captiuitatē, accepisti dona in hominibus: ita
subiunctum est, Etenim qui non credunt inhabita-
re. i. non credentes ut inhabitarent. Quid est hoc?
De quibus hoc dicit? An illa captiuitas antequā trā
siret in bonā captiuitatē, unde fuerit mala capti-
uitas ostendit? Non credendo. n. posidebantur ab

inimico q operatur in filijs diffidentię, in quibus & K
uos, inquit, fuistis aliquādo cū uiueretis in illis. Do Ephe.2.
nis ergo grǽ suę qui accepit dona in hoibus, capti-
uauit istam captiuitatē. Etenim nō credentes erant
ut inhabitarent. Nā fides eos inde liberauit, ut iam
credētes inhabitent i domo dei, facti & ipsi domus
dei, & currus dei decē milium lętantiū. Vnde q hęc
canebat, in spiritu ea ꝓuidens impletus etiā ipse læ-
titia eructauit hymnum dicens, Dñs deus benedi-
ctus. Benedictus dñs deus de die in diem.) Quod
nonnulli codices habent: Die quotidie.) Quia sic
habent Græci ἡμέραν καθ᾽ ἡμέραν quod uerius exprimi
tur die quotidie. Quā puto locutionē hoc signifi-
care quod dictū est, de die in diem. Quotidie quip-
pe hoc agit usq; in finē, captiuat captiuitatem, acci-
piens dona in hominibus. Et qm̄ currum illum du
cit usq; in finem: sequitur & dicit, Prosperū iter fa-
ciet nobis deus sanitatū nostrarū. Deus noster de⁹
saluos faciendi.) Multum gratia cōmendatur, qs. n.
saluus esset nisi ipse sanaret? Sed ne occurreret cogi-
tationi, cur ergo morimur si p eius gratiā salui facti
sumus, cōtinuo subiecit, Et domini domini exitus
mortis:) Tanquā diceret: quid indignaris humana
cōditio habere te exitū mortis, & domini tui exitus L
non alius q̄ mortis fuit? Potius ergo cōsolare q̄ indi-
gnare, nam & domini exitus mortis. Spe. n. salui fa- Roma.8.
cti sumus. Si autē quod nō uidemus speramus, per
patientiam expectamus. Patiēter ergo etiam ipsam
mortē feramus illius exēplo, qui licet nullo pecca-
to esset debitor mortis, & dñs esset, a quo nemo ani
mā tolleret, sed ipse eam a semetipso poneret, etiam
ipsius fuit exitus mortis. Veruntamē deus cōquas
sabit capita inimicorū suor̄, uerticē capilli peram-
bulantium in delictis suis:) Id est, nimis se extollen
tiū, nimis superbientiū in delictis suis, in qbus sal-
tem humiles esse deberent dicentes: Dñe propitius Luc.18.
esto mihi peccatori. Sed cōquassabit capita eorum, Ibidem.
qm̄ qui se exaltat humiliabitur, ac p hoc quis & dñi
sit exitus mortis, tamē idem dñs qm̄ deus est: & uo
luntate nō necessitate secundū carnē mortuus est.
Conquassauit capita inimicor̄ suor̄, nō solum eo-
rū qui crucifixo illudētes & mouētes capita sua di-
cebant, Si filius dei est, descēdat de cruce: sed etiam Matt.27.
oium extollentiū se aduersus doctrinā eius, & tanq̄
mortē hominis irridētium. Idē quippe ipse de quo M
dictum est, Alios saluos fecit, semetipsum nō potest
saluū facere, deus est sanitatū nostrarum, & deus est
saluos faciendi: sed propter humilitatis & patientię
documentum, & sanguine suo delendū nostrorum Colos.2.
chirographum peccator̄, etiam suū esse uoluit exi-
tum mortis, ne mortem istam timeremus, sed illam
potius, unde nos liberauit per istā. Veruntamē illu
sus & mortuus cōquassauit capita inimicor̄ suorū,
de quibus ait, Resuscita me & reddam illis: siue bo- Psal.40.
na ꝓ malis, dum sibi subdit capita credentiū: siue
iusta pro iniustis, dum punit capita superbientium.
Vtroq; n. modo cōquassantur & cōfringunt capita
inimicor̄, cū a superbia deijciuntur, siue humilia-
te correcti, siue in ima tartari absorpti. Dixit dñs,
ex Basan couertar.) Vel ut nōnulli codices habēt:
Ex Basan conuertā.) Ille quippe conuertit ut salui
fiunt, de quo dictū est supra, Deus sanitatū nostra
rū, & deus saluos faciendi. Et quippe & alibi dicit,
Deus uirtutū couerte nos, & ostende faciem tuā & Psal.79.
salui erimus. Itē alibi: Converte nos deus sanitatū

A nostrarũ. Ille autẽ dixit: Ex Basan conuertã. Basan
interpretatur confusio. Quid est ergo, conuertã ex
confusione: nisi qa cõfunditur de peccatis suis, qui
Luc.18. pro eis dimittẽdis precaſ misericordiã dei? Inde est
ꝗ ille publicanus nec oculos ad cœlũ audebat le-
uare, ita se cõsyderans cõfundebatur, sed descẽdit
iustificatus, qa dixit dñs ex Basan cõuertam. Basan
interpretatur & siccitas. Et recte intelligitur dñs ex
siccitate cõuertere, id est, ex inopia. Nã q sibi uiden
tur copiosi cum sint famelici, & pleni cum sint ina
Matth.5. nissimi, nõ conuertuntur. Beati.n. qui esuriunt & si
tiunt iustitiã, qm̃ ipsi saturabuntur. Ex ista dñs sic-
Psal.142. citate conuertir: de aia quippe sicca illi dicitur: Ex
tendi manus meas ad te, aia mea uelut terra sine a-
qua tibi. Ibi illud quoq nõ absurde intelligitur, qđ
hñt alij codices: Ex Basan conuertar. Conuertit.n.
Zach.1. ad nos ẽt ipse qui dicit, Cõuertimini ad me, & ego
conuertar ad uos: & non nisi extra confusionem,
cũ pc̃tm̃ nostrum ante nos est semper: & extra sicci
Psal.70. tatem, qa eius desyderamus imbrẽ, q pluuiam uo-
luntariã segregauit hęreditati suę. Nã siccitate infir
mata est, ipse uero cõuersus pficit eam, cui dr̃, Et cõ
B uersus uiuificasti me. Dixit ergo dñs, ex Basan con-
uertam. Conuertã in pfundũ maris) Si conuertã,
quare in pfundum maris? In seipsum qppe conuer
tit dñs, cum salubriter cõuertit, & non est utiq ipse
in profundo maris. An fallit forte Latina locutio, &
pro eo positum est in profundũ, quod est in pfun-
do: Non.n. ille se conuertit, sed sibi conuertit eos, q
in profundo huius seculi iacent demersi pondere
Psal.129. peccatoꝝ: ubi conuersus ille dicit, De pfundis cla-
maui ad te dñe. Si autem non est, conuertã: sed cõ-
uertar in profundum maris: hoc intelligitur dixisse
2.sen.dis. dñm nostrum, ꝗ sua misericordia conuerteretur ẽt
43.c. Sed in profundum maris ad eos quoq liberandos, qui
quaeritur. essent etiam desperatissimi peccatores: quanquam
in aliquo Græco codice inuenerim, non in profun
dum, sed in profundis, hoc est, ἐν βυθοῖς, quod prio
rem sensum confirmat, ꝗ ẽt ibi deus conuertat ad
se de profundis clamantes. Qui etsi intelligatur ibi
se cõuerti ad liberandos ẽt tales, nõ est incongruũ,
& ita eos cõuertit, uel ad eos liberandos conuertiſ
ita. Et intingatur pes tuus in sanguine.) Quod ad
C ipsum dñm Propheta dicit, ut tingat pes tu⁹ in san-
guine: id est, ut ipsi q ad te conuertunſ, uel ad quos
liberandos conuertis, licet in pfundo maris onere
iniquitatis depressi fuerint, intm̃ gr̃a tua proficiãt,
Roma.5. qm̃ ubi abundauit peccatum, superabundauit gr̃a,
ut fiant pes tuus inter membra tua ad annuncian-
dum Euangelium tuũ, & pro nomine tuo diu du-
† al.fint. centes martyriũ, usq ad sanguinẽ † certent. Sic.n.
ut arbitror cõuenientius intelligiſ pes eius tinctus
in sanguine: deniq adiungit, Lingua canum tuo
rum ex inimicis ab ipso.) Eosdẽ ipsos q usq ad san
guinẽ fuerant pro fide Euangelica certaturi, ẽt ca-
nes uocat tanquã pro suo dño latrantes: non illos
Philip.3. canes, de quibus dicit Apl̃s, Cauete canes: sed illos
q edunt de micis q̃ cadunt de mensa dñorum suo-
Matt.15. rum: hoc.n. confessa Chananæa meruit audire, O
mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Canes
laudabiles, nõ detestabiles, fidẽ seruãtes dño suo,
& pro eius domo contra inimicos latrantes. Nõ.n.
tm̃modo canum dixit, sed canum tuorum: nec eo-
rum dentes, sed lingua laudata est: qm̃ nõ utiq fru
Iudic.7. stra, nec sine magno sacrõ Gedeon solos eos iussus

est ducere, qui fluminis aquam sicut canes lambe- D
rent, talesq non amplius q̃ trecenti in tanta multi-
tudine inuẽti sunt. In quo numero crucis signum
est propter. τ. literã, q̃ in Græcis numeroꝝ notis tre
centos significat. De talib⁹ canibus & in alio Psal-
mo dr̃, Conuertentur ad uesperã, & famẽ patiẽtur Psal.58.
ut canes: nã & qdam canes reprehẽsi sunt a Prophe
ta Esaia, nõ ideo qa canes essent, sed ꝗ latrare nesci Esa.56.
rent, & dormitare amarent. Vbi utiq demõstrauit,
quia si uigilarent & pro dño suo latrarent, laudabi
les canes essent, sicut laudanſ isti, de qbus dicitur:
Lingua canum tuoꝝ: quos tñ Propheta ex inimicis
futuros esse prædixit, per illam.s. conuersionem de
qua superius loquebatur. Vnde & ille Psalmus, Cõ Psal.58.
uertentur, inqt, ad uesperam, & famẽ patiẽtur ut ca
nes: deinde ueluti q̃rentibus unde hoc illis tm̃ bo-
num, ut canes eius fierent, cuius fuerant inimici, re
sponsum est ab eo, sic.n. legitur, Lingua canũ tuoꝝ
ex inimicis ab ipso: Ipsius utiq dilectione, ipsi⁹ mi-
sericordia, ipsius gratia. Nã qñ id possent à seipsis?
Etenim cũ inimici essemus, reconciliati sumus deo Rom.5.
p mortẽ filij eius: ad hoc & dñi fuit exitus mortis.
Visi sunt gressus tui deus:) Gressus qbus uenisti p E
mundũ tãquam in illo curru peragraturus orbem
terrarũ: quos & nubes in Euangelio sanctos & fide
les suos significat, ubi ait, A modo uidebitis filiũ Marci.13.
hois uenientẽ in nubibus. Excepto illo aduẽtu, in 2.Tim.4.
quo erit iudex uiuoꝝ atq mortuoꝝ, A modo, inqt,
uidebitis filiũ hois uenientẽ in nubibus. Hi gressus
tui uisi sunt: id est, manifestati sunt, reuelata gr̃a te-
stamenti noui: unde dictũ est, Quã speciosi pedes Rom.10.
eoꝝ qui annunciant pacẽ, q annunciãt bona. Hæc
enim gr̃a & isti gressus latebant in ueteri testõ: cum
autem uenit plenitudo tempoꝝ, & placuit deo re- Gal.4.
uelare filium suũ ut annũciaretur in gentibus, uisi
sunt gressus tui deus. Gressus dei mei regis mei q
est in sancto.) In quo sancto, nisi in tẽplo suo? Tẽ- 1 Cor.3.
plum.n. dei sc̃tm̃ est, inqt, quod estis uos. Vt autem
gressus isti uiderentur: Præuenerũt principes cõ-
iuncti psallentibus, in medio adolescentulaꝝ tym
panistriarum.) Principes sunt Apostoli: Ipsi.n. præ
uenerunt ut populi sequerenſ. Pręuenerũt annun-
ciantes nouũ testm̃ coniuncti psallentibus, de quo
rum bonis operibus ẽt uisibilibus tanquam orga F
nis laudis glorificaretur deus. Iidẽ aũt principes in
medio adolescẽtulaꝝ tympanistriaꝝ, in ministerio
scilicet honorabili: nam ita sunt in medio ministri
prępositi Ecclesiaꝝ nouarũ: hoc.n. est adolescentu
larum carne edomita deũ laudantium: hoc n. est
tympanistriarum, eo ꝗ tympana fiant corio sicca-
to & extento. Ideo ne quisquã carnaliter ista accipe
ret, & ex his uerbis quosdã luxuriæ choros in ani-
mum induceret, seqtur & dicit: In Ecclesijs bene-
dicite dñm:) Tanquã diceret, quicunq auditis ado
lescẽtulas tympanistrias, lasciua delectamẽta ‖ nõ ‖
cogitãtis in Ecclesijs benedicite dñm. Eccl̃iæ qppe
nobis hac mystica significatione mõstranſ. Eccl̃iæ
sunt adolescẽtulæ, noua gr̃a decoratæ, Eccl̃iæ sunt
tympanistrię, castigata carne spiritali sonorę. In Ec
clesijs ergo benedicite dñm. Deum de fontibus If
rael.) Inde prius elegit quos fontes faceret. Nã inde
sunt electi Apl̃i, & hi primitus audierunt, Qui bibe Ioan.4.
rit ex aqua quã ego dabo, nõ sitiet unquã, sed fiet i
eo fons aquę salientis in uitã æternã. Ibi Beniamin
adolescẽtior in ecstasi.) Ibi Paul⁹ nouissim⁹ Aposto

G lorum, qui dicit: nam & ego Israelita sum ex semine
Philip. 3. Abrahā de tribu Beniamin. Sed planè in ecstasi, expauescētibus oībus tam magnū in eius uocatione miraculū. Ecstasis nanq; est mentis excessus, qd aliquando pauore contingit, nōnunquā uero per aliquam reuelationē & alienationē mentis à sensibus corporis, ut spiritui qd demonstrandū est, demonstretur. Vnde intelligi etiā sic potest qd hic positū est, in ecstasi, quia cū ei persecutori dictum esset de
Act. 9. cœlo, Saule Saule qd me persequeris: adepto lumine oculos carnalium, respondebat dño quem spiritu uidebat: qui autē cum illo erant, uoce respondentis audiebant, neminē autē uidentes cui loqueref. Potest hic ecstasis etiā illa eius intelligi de qua
2. Cor. 12. ipse loquens ait, Scire se hoīem raptū usq; ad tertiū cœlum, siue autē in corpore, siue extra corpus nescire, sed raptū i paradisum, audisse ineffabilia uerba quæ non liceret homini loqui. Principes Iuda duces eor., pricipes Zabulon, principes Neptalim.) Cū Apostolos significet principes, ibi est & Beniamin adolescentior in ecstasi, quibus uerbis Paulū significari nemo ambigit. Vel noīe principum oēs
H significantur in Ecclesijs excellentes atq; imitatione dignissimi. Quid sibi uolunt hæc noīa tribuum Israelitarum? Si.n. tantum Iudæ mentio fieret, qm̄
Roma. 1. ex hac tribu reges fuerant ex qua & dñs Christus secundū carnē, ideo ex hac tribu putaremus figuratos etiā principes testamēti noui. Cum uero adiungit principes Zabulon, pricipes Neptalim, quisquā forsitan dicat ex his tribubus Aplos fuisse, ex alijs autē nō fuisse. Quod licet unde probari hoc posset non uideam, tñ quia nec unde refellatur inuenio, & hoc locō principes Ecclesiarū, ducesq; eor. qui in Ecclesijs benedicunt dño, uideo cōmendari, nō absurde etiā istum sensum probo, sed plus me delectat, quod ex istorum noīum interpretatione clarescit. Hebrea quippe sunt noīa, quor. Iuda confessio interpretari dicitur: Zabulon habitaculū fortitudinis: Neptalim dilatatio mea. Quæ oīa uerissimos nobis insinuant principes Ecclesiarū, dignos ducatu, dignos imitatione, dignos honoribus. Martyres nanq; in Ecclesijs locū summum tenent, atq; apice sanctæ dignitatis excellunt. Iam uero in martyrio
I primo confessio est, & pro illa quicquid acciderit, tolerandi sequens assumitur fortitudo: deinde post oīa tolerata, finitis angustijs, latitudo consequitur in præmio. Potest & sic intelligi, ut qm̄ tria hæc præcipue cōmendat Apostolus, fidem, spem, charitatē:
1. Cor. 13. cōfessio fit in fide, fortitudo in spe, latitudo in cha-
Rom. 10. ritate. Fidei quippe res est, ut corde credatur ad iustitiam, ore aūt cōfessio fiat ad salutē. In passionib° aūt tribulationū res tristis est, sed spes fortis est. Si
Roma. 8. n. quod nō uidemus speramus, per patientiam ex-
1. Iaco. 4. pectamus. Latitudinē uero præstat charitatis in corde diffusio: nā cōsummata charitas foras mittit timorem: qui timor tormentū habet p animæ angustias. Principes ergo Iuda duces eor. Quorum? Qui in Ecclesijs benedicunt dñm. Principes Zabulon, principes Neptalim, principes confessionis, fortitudinis, latitudinis, principes fidei, spei, & charitatis.
1. Cor. 8. Manda deus uirtutē tuam.) Vnus aūt dñs noster
1. Cor. 1. Iesus Xp̄s per quem omnia & nos in ipso, quem legimus dei uirtutem & dei sapientiam. Quō autē deus mandat Xp̄m suum, nisi dum eum cōmendat? Cō-
Roma. 5. mendat. n. deus charitatem suam i nobis, qm̄ dum adhuc peccatores essemus, Xp̄s pro nobis mortuus K est. Quō non & cū illo omnia nobis donauit? Manda deus uirtutē tuam. Confirma deus hoc quod operatus es in nobis.) Manda docendo, confirma iuuando. A templo tuo in Hierusalē, tibi offerent reges munera.) A templo tuo in Hierusalē, quæ est Gal. 4. libera mater nostra, quia & ipsa est templū sanctū tuum. Ab illo ergo templo tibi offerent reges munera. Quicunq; reges intelligant, siue reges terræ, siue reges quos discernit supercœlestis super columbam deargētatā, tibi offerent reges munera. Et quę munera? Gratiosa. Quæ sacrificia? Laudis. Sed huic laudi obstrepunt christianū uocabulū habētes, & diuersa sentientes. Fiat ergo quod sequit: Increpa feras calami.) Nam & feræ sunt, qm̄ nō intelligēdo nocent. Et feræ calami sunt, qm̄ scripturarū sensum pro suo errore peruertunt. Per calamū quippe tam conuenienter scripturæ significantur, q̄ sermo per linguam, secundū quod dicitur lingua Hebræa, uel Græca, uel Latina, uel alia quęlibet, p efficientē scilicet id qd' efficitur. Vsitatum est aūt in Latino eloquio, ut scriptura stylus uocetur q. stylo fiat, ita ergo & calamus q. calamo fiat. Dicit Aplus Petrus, in L doctos & instabiles peruertere scripturas ad p̄priū 2. Petri. 4 suum interitum. Hæ sunt ferę calami, de quibus hic dicitur, Increpa feras calami. De his et. n. qd' adiungit. Congregatio taurorum inter uaccas populor., ut excludantur ij, q probati sunt argento.) Tauros uocans pp superbia duræ indomitæq; ceruicis. Significat. n. hæreticos: uaccas aūt populos seductibiles aīas intelligēdas puto, quia facilè hos tauros sequuntur. Non. n. populos uniuersos seducunt, in quibus sunt graues & stabiles: unde scriptū est, In Psal. 34. pp̄lo graui laudabo te: sed in eis pp̄lis quos inuenerint uaccas. Ex his. n. sunt qui penetrant domos, & 2. Tim. 3. captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis, quę ducuntur uarijs desyderijs erroris, semper discētes, & ad ueritatis scientiam nunq; peruenientes. Quod aūt ait idem Apostolus, Oportet & hæreses esse, ut 1. Cor. 11. probati manifesti fiāt in uobis: hoc etiā hic sequit, Vt excludātur ij q probati sunt argēto, id est, q probati sunt eloquijs dñi. Eloquia quippe dñi eloquia Psal. 11. casta, argentū igne probatū terræ. Nā excludantur dictū est appareant, emineant, qd ait ille, manifesti fiant. Vnde & in arte argētaria exclusores uocātur, q de cōfusione massæ nouerunt formā uasis exprimere. Multi. n. sensus scripturarū sanctarū latent, & Exclusores. paucis intelligentiorib° noti sunt, nec asserunt cōmodius & acceptabilius, nisi cū r̄ndendi hæreticis cura cōpellit. Tunc. n. etiā q negligūt studia doctrinæ, sopore discusso ad audiēdi excitant diligentiā, ut aduersarij refellant. Deniq; q̄ multi scripturarum sanctarū sensus de Xp̄o deo asserti sunt cotra Photinum, q̄ multi de hoīe Xp̄o cōtra Manichęū, q̄ multi de trinitate contra Sabelliū, q̄ multi de unitate trinitatis contra Arrianos, Eunomianos, Macedonianos: q̄ multi de catholica Ecclesia toto orbe diffusa, & de malor. cōmixtione usq; i finē seculi, qd bonis in sacramentor. eius societate nō obsint, aduersus Donatistas & Luciferianos aliosq; si q sunt q simili errore à ueritate dissentiunt: q̄ multi cōtra cæteros hæreticos, quos enumerare uel cōmemorare nimis lōgū est, & p̄senti operi nō necessariū. Quor. tñ sensuum p̄bati assertores aut prorsus laterēt, aut nō ita eminerent, ut eos eminere fecerunt superbo-

A rũ contradictiones, quos uelut tauros.i.iugo disci
Matt.11 plinæ pacifico leniq; nõ subditos cõmemorat Apo
Ad Tit.1. stolus,ubi talem dicit eligẽdum ad epatum,ut potens
sit exhortari in doctrina sana, & cõtradicẽtes redarguere.Sunt.n.multi non subditi, ut sunt tauri,elatione ceruicis impatientes aratri atq; iũcturę, uaniloq;,& mẽtis seductores.Has mentes significauit iste psalmus appellatione uaccarũ.Ad hãc ergo utilitatẽ prouidẽtia diuina pmittit tauros congregari inter uaccas populos, ut excludant.i.ut emineant q probati sunt argẽto. Ad hoc.n.hæreses finiuntur esse,ut probati manifesti fiant.Quanquã & sic etiã posset intelligi,cõgregatio tauros inter uaccas populos,ut ab eis uaccis excludant,qui probati sunt argento. Hanc.n.habent intentionem hæretici doctores,ut ab aurib⁹ aiarũ,quas seducere moliuntur excludat eos,id est,separent eos qui probati sunt argento,id est, q idonei sunt docere eloquia dñi.Sed siue ille huius uerbi,siue iste sit sensus:sequtur, Disperge gẽtes,q̃ bella uolũt.)Non enim correctioni sed cõtentioni student. Hoc ergo prophetat,ut ipsi poti⁹ dispergantur,q corrigi nolũt,q gregem xpi dispergere affectant. Gentes autem appel-
B lauit,nõ pp generationes familiarum, sed propter generatiões sectarũ ubi series successionis cõfirmauit errorem. Venient legati ex Aegypto,Aethiopia pueniet manus eius.) Aegypti uel Aethiopiæ nomine, oium gentiũ fidem significauit, à patre totum, legatos appellans reconciliationis, prædicatores.
2.Cor.5. Pro xpo enim, inqt, legatione fungimur tanq̃ deo exhortante p nos:obsecramus pro xpo reconciliari deo. Non ergo de solis Israelitis unde Apli electi sunt:sed etiam de cæteris gentibus futuros prædicatores Christianæ pacis hoc modo mystice prophetarũ est. Quod uero ait, Præueniet manus eius: hoc ait,pueniet uindictã eius,conuersione.s.ad eũ, ut peccata dimittãtur,ne pctores permanendo pu-
Psal.94. niantur. Quod etiã in alio Psal̃mo dicitur, Præueniam⁹ faciẽ eius in confessione.Sicut p manus uindictã,ita p faciẽ reuelationẽ presentiamq; signat, q futura est in iudicio. Quia ergo p Aegyptum atque Aethiopiã totius orbis gẽtes significauit i cõtinuo subiũxit, Deo regna terrę.) Non Sabellio, nõ Ario,nõ Donato,nõ cęteris tauris ceruicatis,sed deo
C regna terrę. Plures autẽ codices Latini & maxime Gręci ita distinctos uersus hñt, ut nõ sit in eis un⁹ uersiculus,Deo regna terrę:sed, deo, in fine sit uersus supioris,atq; ita dicatur, Aethiopia pueniet manus eius deo. Ac inde sequat in alio uersu, Regna terrę cantate deo, psallite dño.) Qua distinctione multos codicum & authoritate dignios, consonã ti sine dubio pferenda fides commendari mihi uidetur,q̃ opera precedit, quia sine bonorum operũ meritis p fidem iustificatur impi⁹, sicut dicit Apo-
Roma.4. stolus,Credenti in eũ,q iustificat impiũ,deputatur fides eius ad iustitiam;, ut deinde ipsa fides p dilectionem incipiat operari. Ea q̃ppe sola bona opera dicenda sunt,q̃ fiunt per dilectionẽ dei.Hęc autem necesse est,ut antecedat fides,ut ide ista,nõ ab istis incipiat illa : qm̃ nullus operatur per dilectionem dei,nisi prius credat in deũ. Hęc est fides de qua di-
Gala.5. citur, In xpo enim Iesu neq; circũcisio aliquid ualet,neq; preputium,sed fides quę per dilectionem opatur. Hęc est fides de qua ipsi Ecclesię dicitur in
Canti.2 Canticiscanticos, Venies & pertrãsies ab initio fi-

dei. Venit enim tanq̃ currus dei in milibus lętan D
tiũ,prosperum iter habẽs, & pertransiit de hoc mũ Ioan.6
do ad patrẽ:ut fiat in ea qđ sponsus in se dicit, qui transiit de hoc mũdo ad pṙem,uolo ut ubi ego sũ, Ioan.17.
& isti sint mecũ,ab initio fidei. Quia ergo ut bona opa sequant pcedit fides, nec ulla sunt bona opa, nisi q̃ sequuntur pcedentem fidem : nihil aliud uidetur dictũ,Aethiopia pueniet manus ei⁹ deo;nisi Aethiopia credet deo. Sic.n.pueniet manus eius.i. opera eius. Cuius nisi ipsius Aethiopię? Quia hoc in Gręco non est ambiguũ:eius quippe ibi fœminino gñe apertissime positũ est,ac p hoc nihil aliud dictum est,q̃ Aethiopia pręueniet manus eius deo, id est,credendo in deum preueniet opera sua. Existimo enim,inquit Apls, iustificari hominem per fi Roma.3.
dem sine operib⁹ legis. An Iudęorum deus tãtum? Nonne & gentiũ? Sic ergo Aethiopia q̃ uidetur extrema gentiũ,iustificatur p fidem sine operibus legis.Non enim,ut iustificetur de legis operib⁹gloriatur,nec pponit fidei merita sua,sed fide pueniť opa sua. Plures sanè codices Gręci non habent manus, sed manum,quod tantundem ualet,qm̃ pro operibus positũ est.Mallem autem Latini interpretes sic E
transtulissent, Aethiopia præueniet manus suas, q̃ manus eius deo:qm̃ planius hoc esset, quam quod nũc dictũ est ei⁹,& salua ueritate sic fieri posset; qa in Græca lingua id pronomẽ nõ solũ eius, sed etiã suã uel suas potest intelligi,qđ est αὐτῆς: suam ergo si manũ:suas aũt, si manus. Nam quod est in Græco, χεῖρα αὐτῆς, quod plures codices habẽt, & manũ eius & manũ suã potest intelligi. Quod uero rarũ est i codicibus Græcis, χεῖρας αὐτῆς, & manus eius & manus suas Latine potest dici. Hinc iã uelut decursis p prophetiam rebus omnibus, quas ipletas esse iam cernimus, hortatur ad laudem xpi, ac deinde pręnunciat futurum eius aduentum. Regna terræ cantate deo, psallite dño. Psallite deo, qui ascendit super cœlũ cœlorũ ad Oriẽtem.) Vel sicut nonnulli codices habẽt, Qui ascendit super cœlum cœli, ad Orientem.) In his uerbis ille nõ intelligit xpm, qui eius resurrectionem ascensionemq; non credit. Ad Orientẽ uero quod addidit, nõnne etiam ipm locum, qm̃ in partib⁹ Orientis est ubi resurrexit & Marc.16.
unde ascendit, expressit? Ergo super cœlũ cœli sedet ad dexteram patris. Hoc est qđ dicit Apls, Ipse Actor.1.
F
est qui ascendit sup omnes cœlos. Quid.n.cœlorũ Ephe.4
restat post cœlum cœli? Quos & cœlos cœlos pos sumus dicere, sicut uocauit firmamentũ cœlũ, qđ tã cœlum, etiam cœlos legimus ubi scriptum est, Gene.1.
Et aquæ quę super cœlos sunt laudent nomen dñi. Psal.148
Et qm̃ inde uẽturus est ad iudicãdos uiuos & mor Actor.1.
tuos. Attende quod sequitur, Ecce dabit uocem suam uocem uirtutis.)Ille qui sicut agnus cõra ton Esa.53
dente se fuit sine uoce,ecce dabit uocem suam, nec uocem infirmitatis tanq̃ iudicandus, sed uocẽ uirtutis tanq̃ iudicaturus. Non.n.deus occultus sicut prius, & in hominum iudicio non aperiens os suũ, sed de⁹ manifestus ueniet,deus noster & nõ silebit.
Quid desperatis infideles? Quid irridetis? Quid di- Psal.49
cit seru⁹ malus, Tardat dñs me⁹ uenire? Ecce dabit Luc.12.
uocẽ suam,uocẽ uirtutis. Date gloriam deo, sup Israel magnificentia eius.) De quo dicit Apls super Galat.6.
Israel dei,Non enim omnes, qui ex Israel hi sunt Is- Rom.9
raelitæ,qm̃ est & Israel secũdum carnem. Vnde ait, 1.Cor.10.
Videte Israel secũdum carnem. Non autem qui filij Roma.9.

G carnis, hi filij sunt dei, sed filij promissionis deputã tur in semine. Tũc ergo qñ erit sine ulla maloꝝ cõ
Matt. 3. mixtione ppls eius tanq̃ massa uentilabro emunda ta, tanquam Israel in quo dolus non est, tunc emi-
Ioan. 1. nentissima erit super Israel magnificentia eius. Et
Esa. 3. uirtus eius in nubibus.) Non enim solus ueniet ad iudicium, sed cum senioribus populi sui, quib' pro
Matt. 19. misit q sedebunt super sedes iudicaturi, qui etiam
1. Cor. 6. angelos iudicabũt. Hæ sunt nubes. Deniq̃ ne aliud nubes intelligerentur: secutus adiunxit, Mirabilis deus in sanctis suis, deus Israel.) Tunc enim & nomen ipsum uerissime ac plenissime implebitur Israel, quod est uidens deum: quando uidebimus eũ
1. Ioan. 3. sicuti est. Ipse dabit uirtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus deus.) Nunc fragiles & infirmi,
2. Cor. 4 habemus enim thesaurum istum in uasis fictilib'. Tunc uero etiam corporum gloriosissima commutatione, ipse dabit uirtutem & fortitudinem plebi
1. Cor. 15 suæ. Seminatur. n. hoc corpus in infirmitate, surget in uirtute. Ipse ergo dabit uirtutem, quã in sua car-
Philip. 3. ne præmisit, de qua dicit Apls, Virtutẽ resurrectio-
1. Cor. 15. nis eius. Fortitudinem aũt, qua inimica destruetur
H mors. Qm itaq̃ prolixum, & ad intelligendum difficilem Psalmum, tandem aliqñ ipso adiuuante finiuimus, benedictus deus, Amen.

Concio prima de prima parte Psalmi sexagesimioctaui.

O tpe in hoc seculo exorti sumus & aggregati pplo dei, quo iam olus illud ex grano
Matt. 13. sinapis tetendit brachia sua: quo iam fer-
Luc. 13. mentum illud, quod primo contemptibile fuit, fermentauit tres mensuras: id est, totũ orbẽ terrarum
Gene. 9 reparatum ex tribus filijs Noe: qm ab oriente & oc
Matt. 8 cidente & aquilone & austro uenerunt, qui recubẽt cum patriarchis, expulsis foras eis, q de illoꝝ carne sunt nati, & eoꝝ fidem nõ sunt imitati. Ad hanc ergo xpi Ecclesiæ gloriã oculos aperimus, & istã steri lem cui gaudium indictum atq̃ prædictum est, qd
Esa. 54. plures filios habitura esset, q̃ illa quæ habebat ui-
Gala. 4 rum, iam talem inuenimus quæ oblita esset opprobrioꝝ, & ignominiæ uiduitatis suæ: & ideo possumus forte mirari cũ uoces humilitatis xpi uel nr̃æ relegerimus in aliqua prophetia. Sed fieri potest ut minus ex eis afficiamur, quia non eo tpe uenimus qñ ista cum sapore legebantur abundante pressu-
I ra Sed rursus si tribulationum abundantiã cogitemus, & in qua ambulemus uia cognoscam': si ĩñ i
Matt. 7. illa ambulam', q̃ sit angusta & p pressuras atq̃ tribulationes perducat ad requiẽ sempiterna: quãq̃ ipsa q in rebus humanis uocatur fœlicitas, plus sit timenda q̃ miseria, qñquidem miseria plerũq̃ affert ex tribulatione fructum bonum, fœlicitas aũt cor rumpit animam peruersa securitate, & dat locũ diabolo tentatori. Cum ergo cogitauerim' prudenter & recte, sicut psallit hæc uictima, tẽtationẽ eẽ uitã
Iob. 7. humanam super terram, neminemq̃ oino esse securum, nec debere esse securũ, donec ad illam patriam ueniat, unde nemo exit amic', quò nemo admittitur inimicus, etiã nunc in ipsa Ecclesiæ gl'ia agnoscimus uoces tribulationis nr̃æ: & tãq̃ mẽbra xpi, compage charitatis subdita capiti nr̃o, & nos inuicem retinentia dicemus de Psalmis, q̃d hic dixisse inuenerimus martyres, qui fuerant ante nos, qa tribulatio est oibus communis ab initio usq̃ in finẽ. Tamen istũ Psalmum, quẽ tractandum suscepim', & de quo loqui charitati uestræ in nomine dñi p-

posuimus, in grano sinapis agnoscam': paululũ ab K
altitudine oleris & diffusione ramoꝝ, & ab illa glo Matt. 13
ria, ubi aues cœli requiescũt, reuocemus cogitationẽ, & hæc magnitudo q nos delectat in olere, q̃ de par uo surrexit audiamus. Xps enim hic loquitur, sed iam scientibus dicimus, xps non solum caput, sed & corpus, ex ipsis uerbis agnoscimus Nam qa xps hic loquitur, dubitare omnino non pmittitur. Hic sunt enim expressa uerba, q̃ in eius passione cõpleta sunt, Dederunt in escam meam fel, & in siti mea Psal. 28.
potauerunt me aceto. Qñ ista ad literam impleta sunt, & prorsus quõ prædicta, sic reddita. Cũ ipse Christus dixisset, sitio, pendens in cruce, & ad hoc uerbum ei acetum in spongia datum esset, quo accepto dixit, Consummatum est, & sic inclinato ca- Ioan. 19
pite tradidit spiritum: ostendens ista omnia quæ prædicta sunt, in illo fuisse tunc consummata, non licet hic aliud intelligere. Apostoli etiam loquentes de xpo, testimonia ex isto Psalmo dederũt. Quis autem deuiet à sententijs eoꝝ? Aut quis agnus non sequatur arietes? Ergo Christus hic loquitur, magisq̃ nobis demonstrandum est, ubi eius membra loquantur, ut ostẽdamus quia totus hic loquitur, L
quam dubitandum q Christus loquatur.

Titulus Psalmi est,

In finem pro his qui commutabuntur ipsi Dauid.

Vnc cõmutationem in melius audi: cõmu
n tatio. n. uel in deterius est, uel i melius est. Adã & Eua in deterius, q ex Adam & Eua Gene. 3.
Christo adhæserũt, in melius cõmutati sunt. Sicut enim p unum hoiem mors, ita & per unum homi- 1. Cor. 15.
nem resurrectio mortuorum: Et sicut in Adam oẽs moriuntur, sic & in xpo omnes uiuificabũtur. Ab eo qd' formauit de', mutatus est Adam, sed in pei' iniquitatis suæ. Ab eo qd' operatus est iniquitatẽ, mutantur fideles, sed in melius p gr̃am dei. Vt mutaremur in peius, nr̃a iniquitas fuit: ut mutaremur in meli', non nr̃a iustitia, sed gr̃a dei p̃stat. Quòd er go in peius mutati sumus, nobis imputemus: q in melius cõmutamur, deũ laudem'. Pro his ergo iste Psalmus, qui commutabũtur. Vnde aũt ista cõmutatio facta est, nisi ex passione xpi? Pascha ipm, Latine transitus interpretatur. Non est. n. pascha Græcum nomen, sed Hebræũ. Resonat quidem in Græ ca lingua passionẽ, qa πάσχειν pati dicitur. Sed con M
sultũ Hebrçũ eloquiũ, aliud indicat. Pascha transitũ cõmendat. Quod admonuit et Ioannes Euangelista, q imminẽte passione cum ueniret dñs ad cœnam, qua cõmendauit sacramentũ corporis & san guinis sui, ita loquitur, Cum aũt uenisset hora qua Ioan. 13.
trãsiret Iesus de hoc mũdo ad pa'rẽ: expressit ergo transitũ paschæ. Sed nisi ipse transisset hinc ad patrem qui pp nos uenit, nos transire hinc quõ possemus, qui non pp aliquem leuandum descẽdimus, sed cecidimus? ipse aũt nõ cecidit, sed descendit, ut eũ qui ceciderat subleuaret. Transitus ergo illi' & noster hinc ad patrẽ, de hoc mundo ad regnũ cœloꝝ, de uita mortali ad uitam æternã, de uita terrena ad uitam cœlestẽ, de uita corruptibili ad incorruptibilem, de tribulationũ conuersatione ad ppetuam securitatẽ. Ideo pro his q cõmutabuntur, Psal mi titulus est. Causam igitur commutationis nr̃æ, id est, ipsam dñi passionẽ, nostramq̃ in tribulationibus uocẽ in textu psalmi aduertamus, cognosca mus, cõgemiscam', & audiẽdo, cognoscẽdo, cõge-

A miſcendo mutemur ut impleatur in nobis titulus
Pſalmi, Pro his qui commutabuntur.

Enarratio primæ partis.

Aluum me fac deus, qm̄ intrauerunt aquæ
Mat.13. ſ uſq; ad aiam meam.) Granū illud eſt contē
ptum mundo, qđ uidetur humiles dare uo
ces, In horto oritur, miraturo mundo oleris magni
tudinē, cuius oleris ſemē contemptū eſt à Iudæis.
Reuera n. conſyderate ſemē ſinapis, minutū, fuſcū,
Eſa.53. aſpernabile, ꝓrſus, ut ibi impleat̃ qđ dictum eſt, Vi
dimus eū, & nō habebat ſpeciē neq; decorē. Aquas
autem intraſſe uſq; ad aiam ſuā dicit, qa potuerunt
illæ turbę, quas aquarum nomine ſignificauit, eo-
uſq; ꝓualere ut occiderent Chriſtum. Præualuerūt
Matt.26. ad contemnendum, ad tenendū, ad ligandū, ad in-
& 27. ſultandum, ad colaphizandū, ad conſpuendū. Ad-
huc quouſq;? Vſq; ad mortē. Ergo introierunt aquę
uſq; ad animam meam. Hanc qppe uitam dixit ani
mam ſuam, quouſq; illi accedere ſæuiendo potue-
runt. Sed nunqd hoc poſſent niſi ab ipſo permitte
rentur? Vnde ergo aliqd tanquam inuitus patiatur
ſic clamat, niſi qa caput membra ſua ꝓfigurat? Paſ
B ſus eſt qppe ille qa uoluit, martyres uero etiā ſi no-
Ioan.21. luerunt. Petro nanq; ita prædixit paſſionem ſuam,
Cum ſenueris, inqt, alius te præcinget, & feret quò
tu non uis. Quanquam.n. xp̄o inhęrere cupiamus,
mori tñ nolumus, & ideo libenter uel potius patiē
ter patimur, qa alius tranſitus nō datur, p quē xp̄o
cohæreamus. Nam ſi poſſemus aliter peruenire ad
xp̄m, id eſt, ad uitam æternā, qs uelles mori? Natu-
ram qppe noſtram, id eſt, conſortium quoddā aiæ
& corporis, & quandam in his duobus familiarita
tem cōglutinationis atq; cōpaginis, exponens quo
2.Cor.5 dam loco Apl's, ait, habere nos domum nō manu-
factam, æternā in cœlis: id eſt, immortalitatem prę
paratam nobis, qua induendi ſumus in finē cū re-
Ibidem. ſurrexerimus à mortuis: & ait, In quo nolumus ſpo
liari ſed ſuperueſtiri, ut abſorbeatur mortale à ui-
ta. Si fieri poſſet ſic uellemus, ait, fieri immortales,
ut iā ueniret ipſa imortalitas, & modo ſicut ſumus
mutaret nos, ut mortale hoc nr̄m abſorberet̃ à ui-
ta, non per mortē corpus puniretur, ut in fine iterū
reciperetur. Quanuis ergo à malis ad bona trāſea-
C mus, tñ ipſe tranſitus aliquantū amarus eſt, & hēt
Matt.27. fel qđ dederunt dño in paſſione Iudęi, hēt acre qd
dam tolerandum, quo oſtenduntur qui eum aceto
potauerunt. Præfigurans ergo & trāſformans in ſe
noſipſos, hoc ait, Saluum me fac deus, qm̄ intraue-
runt aquæ uſq; ad aiam meam. Potuerunt q perſe-
cuti ſunt ēt occidere, ſed amplius qđ faciant nō ha
bebunt. Præmiſit.n. exhortationē ipſe dn̄s dicens,
Matt.10. Nolite timere eos qui corpus occidunt, & amplius
non habent qd faciant, ſed eum timete q habet po
teſtatem, & corpus & aiam occidere in gehennam
ignis, Maiore timore minora contēnimus, & maio
re æternitatis cupiditate oia tēporalia faſtidimus.
Nā & hic delitiæ tēporales dulces ſunt, & tribula-
tiones tēporales amaræ ſunt. Sed qs non bibat tri-
bulationis tēporalis poculū, metuens ignis gehen
narū? Et qs non contēnat dulcedinē ſeculi, inhiās
dulcedini uitæ æternę? Hinc ergo ut liberemur cla
memus, ne forte in preſſuris cōſentiamus iniqtati,
& uere irreparabiliter ſorbeamur. Saluum me fac
deus qm̄ intrauerunt aquę uſq; ad animam meam.
Infixus ſum in limo ꝓfundi, & nō eſt ſubſtantia.)
Quid dicit limū? An ipſos q perſecuti ſunt? De limo D
enim factus eſt homo, ſed iſti cadendo à iuſtitia li- Gen. 2.
mus ꝓfundi facti ſunt: quibus pſequentibus, & ad
iniquitatē trahere cupientibus qſquis nō conſenſe
rit, de limo ſuo aurū facit. Merebit̃.n. limus ipſius
conuerti in habitudinē cœleſtem, & ſocius fieri eo
rum de qbus dicit titulus pſalmi, pro ijs q commu
tabuntur. Iſti aūt cum limus profundi eſſent, hæſi
in illis: id eſt, tenuerūt me, ꝓualuerūt mihi, occide
runt me. Infixus ſum ergo in limo ꝓfundi, & nō eſt
ſubſtātia. Quid eſt hoc, nō eſt ſubſtātia: Nunqd nā
ipſe limus nō eſt ſubſtantia? An ego inhęrēs factus
ſum nō eſſe ſubſtantia? Quid eſt ergo, infixus ſum?
Nunquid nā ſic hæſit xp̄s? An uero hæſit? An non,
ſicut dictū eſt in libro Iob, Terra tradita eſt in ma- Iob.9.
nus impij? An ſcđm corpus infixus eſt, qa teneri po
tuit, & ipſam crucifixionē habebat? Niſi n. clauis fi Matt.27.
xus eſſet, crucifixus nō eſſet. Vnde ergo nō eſt ſub-
ſtantia? An limus ille nō eſt ſubſtātia? Intelligamus
ergo ſi potuerimus, qđ ſit & nō eſt ſubſtātia, ſi pri⁹
intellexerimus, qđ ſit ſubſtātia. Subſtantia qppe dr̄
& diuitiarū, ſcđm quā dicimus, habuit ſubſtantiā,
& perdidit ſubſtantiā. Sed nunqd hoc putabimus E
hic dictū eſſe, & nō eſt ſubſtantia: id eſt, nō ſunt di
uitię, quaſi modo aliqd de diuitijs ageretur, aut ali
qua qō de diuitijs haberetur? An forte qa ille ipſe li
mus paupertas erat, & diuitiæ nō erūt, niſi qñ æter
nitatis participes effecti fuerimus? Tunc ſunt.n. ue
ræ diuitiæ, qñ nobis nihil deerit. Poteſt ēt ſcđm hu
ius uerbi intellectū accipi ſenſus iſte ut diceret̃, Infi
xus ſum in limo ꝓfundi, & non eſt ſubſtātia: id eſt,
ad paupertatē perueni. Nā hic dicit, Pauper & dolens
ego ſum. Dicit & Apoſtolus, Qm̄ propter uos paup
factus eſt cū eſſet diues, ut illius inopia uos ditare-
mini. Ergo paupertatē ſuam uolens dn̄s nobis cō-
mendare, fortaſſe dixerit, Nō eſt ſubſtātia. Ad ſum-
mam.n. paupertatem peruenit, qñ formam ſerui ſe
induit. Diuitiæ eius q̄ ſunt? Qui cum in forma dei Philip.2.
eſſet, nō rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo.
Hæ magnæ incōparabileſq; diuitię. Vnde ergo iſta
pauptas? Quia ſemetipſum exinaniuit formā ſerui Ibid.
accipiens, in ſil'itudinem hominū factus, & habitu
inuentus ut homo, humiliauit ſe fact⁹ obediēs uſq;
ad mortē, ut diceret, Introierunt aquę uſq; ad aiam F
meā. Adde ſuper mortē, Quid amplius additurus
es? Ignominiam crucis. Ideo ſeqtur, Mortem autem
crucis. Magna paupertas, ſed hinc erūt magnæ diui
tiæ: qa ſicut impleta eſt paupertas eius, ita & imple
buntur diuitiæ nr̄æ de paupertate ipſius. Quantas
diuitias habet, ut de ſua pauptate nos diuites face-
ret? Quales nos facturus eſt de diuitijs ſuis, quos di
uites fecit de pauptate ſua: Infixus ſum in limo pro
fundi, & nō eſt ſubſtātia. Intelligit̃ alio modo ſub- 2.ſer.diſ.
ſtantia, illud qđ ſumus qcquid ſum⁹. Sed hoc ad in 37.ca. In
telligendū eſt aliquāto difficilius, quāquā res uſita hoc antē.
tę ſint. Sed qa inuſitatū uerbū eſt, indiget cōmēda 2.ſer.diſ.
tionis & expoſitionis aliquātulę: cui tñ ſi intēti fue 37.ca. In
ritis, fortaſſis in ea nō laborabim⁹. Dicitur homo, hoc antē.
dicitur pecus, dr̄ terra, dicitur cœlū, ſol, luna, lapis, 5.ſer.diſ.
mare, aer, oia iſta ſubſtantiæ ſunt, eoipſo quo ſunt. 33.ca. Ve-
Naturę ipſę ſubſtātiæ dn̄r. Deus eſt q̄dam ſubſtan- runtamē.
tia: nā qđ nulla ſubſtātia eſt, nihil oino eſt. Subſtā-
tia ergo aliqd eſſe eſt. Vnde ēt in fide catholica con
tra uenena quorundam hæreticorū ſic ędificamus,
ut dicamus patrem & filium & ſpm̄ſanctum unius

G subſtantiæ eſſe. Quid eſt unius ſubſtantiæ? Verbi
gra, Si aurum eſt pater, aurũ & filius aurum & ſpiri-
tuſſanctus. Quicqd eſt pater qđ deus eſt, hoc eſt fi-
lius, hoc ſpirituſſanctus. Cũ aũt pr̃ eſt, nõ illud eſt,
qđ illud eſt. Pater.n. non ad ſe, ſed ad filiũ dr̃. Ad ſe
autem deus dicitur. Itaq; eo quod deus eſt, hocipſo
ſubſtantia eſt. Et qa eiuſdem ſubſtantię filius, pro-
culdubio & filius deus. At uero qđ pater eſt, qa nõ
ſubſtantiæ nomẽ eſt, ſed refertur ad filiũ, nõ ſic di
cimus filiũ patrẽ eſſe, qũo dicimus filium deũ eſſe.
Quæris quid ſit pater? Reſpondetur deus. Quæris
qđ ſit filius? Reſpondetur deus. Quęris qđ ſit pater
& filius? Reſpõdetur deus. De ſolo patre interroga-
tus, deũ reſponde: de ſolo filio interrogatus, deum
reſponde: de utroq; interrogatus, non deos, ſed deũ
reſponde. Nõ ſicut in hominibus: q̃ris qđ ſit pater
Abrahã, reſpondetur homo, ſubſtantia eius reſpon
detur. Quæris qđ ſit filius eius Iſaac, Reſpondet̃ ho
mo: eiuſdẽ ſubſtantiæ Abrahã & Iſaac. Quæris qđ
ſit Abrahã & Iſaac? Non reſpondetur homo, ſed ho
mines. Nõ ſic in diuinis: tanta.n. ibi eſt ſubſtantiæ
ſocietas, ut æqualitatẽ admittat, pluralitatẽ nõ ad-
H mittat. Si ergo tibi dictum fuerit, cum dicis mihi fi
lium hoc eſſe quod pater eſt, pfecto & filius pater
eſt: reſponde ſcđm ſubſtantiam tibi dixi hoc eſſe fi
lium quod pater eſt, non ſcđm id quod ad aliud di
citur. Ad ſe.n. deus dicitur, ad patrem filius dr̃. Rur
ſusq; pater ad ſe deus dicitur, ad filium pater dicit̃.
Quod dicitur ad filium pater, non eſt filius: Quod
dicitur filius ad patrem, non eſt pater. Quod dr̃ ad
ſe pater & filius ad ſe, hoc eſt pr̃ & filius, idẽ deus.
Quid eſt ergo, non eſt ſubſtantia? Scđm hũc intel-
lectum ſubſtantiæ, qũo poterimus intelligere iſtã
Pſalmi ſentẽtiam, Infixus ſum in limo profundi &
non eſt ſubſtantia? Deus fecit hoiem, ſubſtantiam
fecit: atq; utinam maneret in eo quod deus fecit. Si
maneret homo in eo qđ fecit deus, non in illo in-
fixus eſſet, quẽ deus genuit. Porrò autẽ qa per iniq
tatẽ homo lapſus eſt a ſubſtantia in qua factus eſt:
iniquitas qppe ipſa non eſt ſubſtantia: non.n. iniq-
tas eſt natura quam formauit deus, ſed iniqtas eſt
peruerſitas, quam fecit homo: uenit filius dei ad li-
mum pfundi & infixus eſt, & non erat ſubſtãtia in
I qua infixus eſt, qa in iniqtate illoꝝ infixus eſt. Infi-
xus ſum in limo pfundi, & nõ eſt ſubſtantia. Oĩa p
ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Naturę
oẽs per ipſum factę ſunt, iniqtas p ipſum facta non
eſt, qa iniquitas facta non eſt. †Subſtantiæ illæ per
eum factæ ſunt, q̃ laudant eum. Vniuerſa creatura
laudans deũ, à tribus pueris in camino commemo
ratur, & à terrenis ad cœleſtia, uel à cœleſtib⁹ ad ter
rena hymnus laudantiũ deum puenit: nõ quo cũ-
cta iſta habeant ſenſum laudãdi, ſed qa cuncta be
ne cogitata laudẽ pariunt, & impletur cor conſyde
ratione creaturæ ad eructãdũ hymnum creatori.
Laudant oĩa deũ, ſed quæ fecit deus. Nunqd in illo
hymno aduertiſtis, qđ auaritia laudet deũ? Laudat
tibi deũ & ſerpẽs, auaritia non laudat. Oĩa qppe re
pentia nominata ibi ſunt in laudẽ dei. Nominata
ſunt oĩa repentia, ſed nõ ſunt ibi noĩata aliqua ui-
tia. Vitia.n. ex nobis & ex nr̃a uoluntate habemus,
& uitia non ſunt ſubſtantia. In his infixus eſt dñs,
qñ perſecutionem paſſus eſt in uitio Iudæoꝝ, non
in ſubſtantia hominũ, q̃ per illum facta eſt. Infixus
ſum, inqt, in limo profundi, & non eſt ſubſtãtia, In-

1. ſen. diſ. 33. cap. Ex his uerbis &c. Nos autẽ.
1. ſen. diſ. 34. c. Nõ ergo ſecũdũ. circa finem.
Gene. 1.
2. ſen. di. 37. ca. In hoc.
Gene. 3.
Ioan. 1.
2. ſen. diſ. 37. ca. In hoc.
† al. quia iniquitas nõ eſt ſub ſtantia.
2. ſen. diſ. 37. ca. In hoc circa finem.

fixus ſum, & non inueni quod feci. Veni in altitu- K
dinẽ maris, & tẽpeſtas demerſit me.) Gratias ipſius
miſericordiæ q uenit in altitudinẽ maris, & glutiri
à marino ceto dignatus eſt, ſed euomitus eſt tertio
die. Venit in altitudinẽ maris, i qua altitudine nos
depreſsi eramus, in qua altitudine nos naufragiũ
paſsi eramus. Venit illuc ipſe, & tẽpeſtas demerſit il
lum, qa fluctus ibi paſſus eſt ipſos hoies, tempeſta-
tes, uoces dicentiũ, Crucifige, crucifige: dicẽte Pila *Ioan. 19.*
to, Nõ inuenio cauſam ullã in hoc hoie quare occi
dendus ſit, inualeſcebãt uoces dicentiũ, Crucifige,
crucifige. Augebatur tẽpeſtas donec demergeret, q
uenerat in altitudinẽ maris: & paſſus eſt dñs inter
manus Iudæoꝝ, quod nõ eſt paſſus cum ſup aquas *Matt. 27.*
ambularet: qđ non ſolũ ipſe paſſus nõ erat, ſed nec
Petrum pati permiſerat. Veni in altitudinẽ maris, &
tempeſtas demerſit me. Laboraui clamans, raucæ
factæ ſunt fauces meæ.) Hoc ubi? Hoc qñ? Interro-
gemus Euangelium. Paſsionem quippe dñi noſtri.
in hoc Pſalmo cognoſcimus. Equidem paſſum eũ
nouimus, intraſſe aquàs uſq; ad aiam eius, qa popu
li pualuerunt uſq; ad mortem eius, legimus: credi-
mus tẽpeſtate illũ demerſum eſſe, qa pualuit ſedi- L
tio ad eum occidendũ, agnoſcimus uerũ eſſe: labo
raſſe eũ clamãdo, & raucas factas eſſe fauces illius,
non ſolũ non legimus, ſed ẽt cõtra legimus, qa nõ
reſpondebat eis uerbum, ut impleretur qđ in alio
Pſalmo dictum eſt, Factus ſum quaſi homo nõ au- *Pſal. 37.*
diens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Et
qđ in Eſaia pphetatum eſt, Sicut ouis ad immolan *Eſa. 53.*
dũ ductus eſt, & ſicut agnus corã tondẽte ſe, ſic nõ
aperuit os ſuũ. Si factus eſt ſicut homo non audiẽs
& non habens in ore ſuo redargutiones, qũo labo-
rauit clamãs, & raucæ factæ ſunt fauces eius? An iõ
iã tunc tacebat, qa raucus erat, q ſine cauſa tm̃ cla-
mauerat? Et illam qdem eius uocẽ de Pſalmo quo- *Pſal. 21.*
dã in cruce nouimus, Deus meus deus meus, ut qđ
me dereliqſti? Sed quãta illa uox fuit aut q̃ diutur-
na, ut in ea raucæ factę eſſent fauces ei⁹? Diu clama *Matt. 23.*
uit, Væ uobis ſcribæ & phariſæi: diu clamauit, Væ *Matt. 18.*
mũdo ab ſcandalis. Et reuera quodãmodo raucus
clamabat, & ideo non intelligebat̃, qñ dicebant Iu
dæi. Quid eſt qđ dicit? Durus eſt hic ſermo, qs põt *Ioan. 6.*
M illum audire? Nõ ſcimus, qđ dicat. Ille oĩa uerba di
cebat, ſed illis raucæ fuerũt fauces eius, q uoces ei⁹
non intelligebant. Laboraui clamans, raucæ factæ
ſunt fauces meæ. Defecerũt oculi mei ab ſperãdo
in deũ meum.) Abſit ut hoc de pſona capitis acci-
piatur. Abſit ut defecerint oculi eius ab ſperãdo in
deũ eius, in quo magis deus erat mundũ recõciliãs
ſibi, & q uerbum caro factũ eſt & habitauit in no- *Ioan. 1.*
bis, ut non ſolũ deus in illo eſſet, ſed ẽt ipſe deus eſ
ſet. Non ergo ita, non ipſius capitis nr̃i oculi defece
runt ab ſperando in deũ eius, ſed defecerunt oculi
eius in corpore eius, id eſt, in mẽbris eius. Hæc uox
membroꝝ eſt, hæc uox corporis eſt, non capitis.
Qũo eam ergo in eius corpore membriſq; inueni-
mus? Quid aliud dicam? qđ aliud commemorem?
Qñ paſſus eſt, qñ mortuus eſt, omnes diſcipuli de- *Luc. 23.*
ſperauerunt, quod ipſe eſſet xps. A latrone Apoſto-
li uicti ſunt, qui tunc credidit qñ illi defecerunt. Vi
de membra eius deſperãtia, attẽde duos illos quos
poſt reſurrectionem inuenit in uia colloquentes ſe
cum, quorum unus erat Cleophas, quando detine *Luc. 24.*
bantur oculi eorum ne eum agnoſcerent. Qũo n.

oculis

A oculis agnosceret, à quo mente titubabāt? Factum erat aliqd in oculis eorū, simile mentis ipsorū. Loquebantur.n. inter se, & cum ab eo compellarentur un de loquerenť, responderūt, Tu solus pegrinus es in
Ibidem. Hierusalē, & nescis q̄ facta sunt, quō Iesus Nazarenus potens in factis & dictis, occisus est à senioribus, & principibus sacerdotū, & nos sperabamus, q ipse erat redēpturus Israel. Sperabant & nō sperabant. Defecerunt oculi eorū ab sperādo in deū ipsorū. Ipsos ergo in se trāsfigurauit dicēdo, Defecerunt oculi mei ab sperādo in deū meum. Hanc spem reddidit qn̄ cicatrices palpādas obtulit, quas cum tetigisset Thomas, rediit ad spem quā perdiderat & ex-
Ioan. 20. clamauit, Dn̄s meus, & deus meus. Defecerunt oculi tui ab sperādo in deū tuum. Palpasti cicatrices, & inuenisti deū tuum. Palpasti formā serui, & cogno-
Ibidem. uisti dn̄m tuum. Cui tamen ipse dn̄s ait, Quia uidi-
†al.noct. sti, credidisti. Et nos prænuncians uasa† misericordiæ suæ, Beati, inqt, qui nō uident & credunt. Defe-
Psal. 39. cerunt oculi mei ab sperando in deū meum. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei, q oderūt me gratis.) Quā multiplicati? Vt adderent sibi unū ex
B duodecim, Multiplicati sunt super capillos capitis
Matt. 26. mei, q oderūt me gratis. Capillis capitis sui cōpara-
Matt. 27. uit inimicos suos. Merito rasi sunt, qn̄ in loco caluariæ crucifixus est. Accipiāt mēbra uocem hāc, discant odio haberi gratis. Iam.n. necesse est christiane ut mūdus oderit te, quare non facis ut gratis te oderit, ut in corpore dn̄i tui, & in hoc Psalmo de illo pmisso agnoscas uocem tuam? Quō fiet ut oderit te mundus gratis? Si nihil cuiquā noceas, & sic odio habearis. Hoc est.n. gratis, sine causa. Parū sit tibi sine causa odio haberi, insuper & p̄sta ut retribuant tibi mala pro bonis. Cōfortati sunt inimici mei, q persequūtur me iniuste.) Quod dixit, multiplicati sunt sup capillos capitis mei: hoc postea, confortati sunt inimici mei: & qd primo, q oderūt me gratis: hoc postea, q psequuntur me iniuste. Qd ergo gratis, hoc est, iniuste. Ipsa est uox martyrum, non in pœna, sed in causa. Non persecutionē pati, non teneri, nō flagellari, nō includi, nō pscribi, nō occidi laus est, sed habēdo causam bonā ista pati, hæc laus est. Laus.n. est in causæ bonitate, non in
C pœnæ acerbitate. Nā quātacunq̧ fuerint supplicia martyrum, nunqd æquantur supplicijs oium latronum, oium sacrilegorū, omnium sceleratorū? Quid enim? Et hos odit mundus? Odit planè. Excedunt enim mundi medietatē, amplitudine malitię, & ab ipsa mundanorū quodammodo hominū societate alieni sunt infestantes pacē ēt terrenam, & patiunť multa mala, sed non gratis. Denīq; uide uocē illius latronis cum dn̄o in cruce pendentis, cū insultaret ex alia parte unus duorū latronum dn̄o crucifixo,
Luc. 24. & diceret, Si filius dei es libera te: compescuit illū alter & dixit, Tu non times deum, uel qa in eadem damnatione positus es? Et nos quidē rectè pro factis nostris. Ecce non gratis, sed cōfessione effudit ex se sanguinē, & factus est aptus cibo dn̄i. Exclusit iniqtatem suam, accusauit eā, & caruit ea. Ecce ibi duo latrones, & ibi dn̄s: & illi crucifixi, & ille crucifixus: & illos odio habuit mūdus, sed non gratis: & illum odio habuit, sed gratis. Quæ nō rapui tunc exoluebā.) Hoc est gratis, nō rapui & exoluebam, non peccaui & pœnas dabā. Solus.n. ipse talis, ipse uero nihil rapuit, nō solū nihil rapuit, sed ēt qd nō de rapina habebat, hoc se euacuauit ut ad nos ue- D
niret. Non.n. rapinā arbitratus est esse se æqualem Philip. 2.
deo, & tn̄ semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Oino nō rapuit. Sed qs rapuit? Adam. Quis
rapuit primo? Ille ipse q̄ seduxit Adam. Quō rapuit Gene 3.
diabolus? Ponam sedem meam ad aquilonē, & ero Esa. 14.
similis altissimo: usurpauit sibi qd non acceperat. Ecce rapinam: usurpauit sibi diabolus quod non acceperat, pdidit qd acceperat, & de ipso calice sup-
biæ suę, ei quē decipere uolebat propinauit, Gusta Gene. 3.
te, inqt, & eritis sicut dij. Rapere uoluerūt diuinitatem, perdiderūt fœlicitatē: ille ergo rapuit & ideo exoluit. Ego autē, inqt, q̄ non rapui tunc exoluebā. Ipse dn̄s propinquans passioni, in Euangelio sic lo-
quitur, Ecce uenit princeps huius mūdi, id est, dia- Ioan. 14.
bolus, & in me nihil inueniet: id est, quare me occidat nō inueniet. Sed ut sciant oēs, qa uoluntatem patris mei facio, surgite eamus. Et ut ad passionem soluere qd non rapuit.) Quid est.n. in me nihil inueniet? Nullā culpam. An aliqd pdidit de domo sua diabolus? Iste discutiat raptor nihil apud me inueniet. Et tn̄ nihil rapuisse se dicit, pc̄tm attendens, ni-
hil usurpasse qd eius nō erat, Hoc est n. rapinę, hoc E
iniquitatis: nam ab ipso diabolo extorsit quos ipse rapuerat, Nemo, inqt, in domū fortis intrat & ua-
sa eius diripit, nisi prius alligauerit fortē. Alligauit Matt. 12.
fortē, & uasa eius diripuit, certè non rapuit. Sed respondet tibi, Vasa ista de domo mea magna pierāt, nō furtū feci, sed furtū recepi. Deus tu scis imprudentiā meam.) Iterū ex ore corporis, nā q̄ imprudētia in xpo? nonne ipse est dei uirtus & dei sapiētia? An illam dicit imprudentiā suā, de qua dicit Apo-
stolus, Stultū dei sapientius est hominibus? Impru 1. Cor. 1.
dentiā meā hoc ipsum qd in me irriserunt, q sibi ui dentur esse sapiētes, Tu scis quare fieret, tu scisti imprudentiā meam. Quid.n. tam simile imprudētiæ, q̄ cum haberet in potestate, una uoce suos persecu-
tores psternere, pateretur se teneri, flagellari, com- Matt. 26.
spui, colaphizari, spinis coronari, ligno affigi? Im- & 27.
prudentiæ sic est, stultū uidet: sed stultū hoc superat oēs sapientes. Stultū quidē est: sed & granū qn̄ cadit in terram, si nemo sciat consuetudinē agricolarum, stultū uidetur: labore magno metitur, portatur ad areā, trituratur, uentilatur, post tanta picu-
la cœli & tēpestates & labores rusticanorū, curām- F
que dn̄orum, mittitur in horreum frumentum purgatum. Venit hyems, & qd purgatum erat pfertur & proijcitur, imprudentiæ uidetur, sed ut nō sit imprudentia spes facit. Non ergo ille pepcit sibi, qa &
pater illi nō pepcit, sed pro nobis oibus tradidit il- Roma. 8.
lum. Et de ipso, q dilexit me, inqt, Apostolus, & tra- Gala. 2.
didit seipsum pro me: qa granū nisi ceciderit in ter- Ioan. 12.
ram ut moriatur, fructum, inqt, nō reddet. Hæc est
imprudentia, sed tu nosti illā. Isti autē si cognouis- 1. Cor. 2.
sent, nunquam dn̄m gloriæ crucifixissent. Deus tu scis imprudentiā meam. Et delicta mea à te non sunt abscondita.) Hoc planè, lucide & aperte, qa ex ore corporis intelligendū est. Delicta nulla xp̄s habuit, fuit delictorum susceptor, sed nō commissor. Et delicta mea à te non sunt abscondita, id est, confessus sum tibi oia delicta mea, & ante os meum ui disti ea in cogitatione mea, uidisti uulnera quę sanares Sed ubi? Vtiq; in corpore, in mēbris, in illis fidelibus, unde illi hęrebat iā membrū illud, qd confitebatur pc̄tā sua. Et delicta, inqt, mea à te nō sunt

G absc ondita. Non erubescant in me qui expectant
te dñs deus uirtutum.)Rursus uox capitis,nō eru-
bescant in me:non dicatur illis,ubi est de quo psu-
Ioan. 14. mebatis?Non dicatur illis,ubi est q uobis dicebat,
Creditis in deū & in me credite? Nō erubescant in
me q expectant te dñe deus uirtutum. Non cōfun
dātur super me, q q̄runt te deus Israel.)Potest hoc
& de corpore intelligi, sed si corpus eius nō unum
hoiem ponas: qa reuera nō est unus homo corpus
eius,sed exiguum membrum,corpus aūt ex mem-
bris cōstat. Corpus ergo eius plenū tota Eccl'ia.Me
rito ergo dicit Ecclesia, Non erubescant in me qui
expectant te dñe,deus uirtutum. Nō sic affligar ab
insurgentibus persecutoribus, non sic obterar ab
inuidentibus inimicis meis,ab oblatrantibus hæ-
reticis q à me exierunt,qa non erāt ex me. Nā si fuis
sent ex me,mecū forsitan pmansissent:non sic eorū
scandalis premar, ut erubescāt in me q expectāt te
dñe,deus uirtutum. Non confundātur super me,q
quærunt te deus Israel. Qm̄ propter te sustinui ex-
probrationem, operuit irreuerentia faciem meā.)
Nihil magnum est quod dr̄ sustinuit, sed quod dici
H tur propter te sustinui. Si n. sustines qa peccasti,pp
1.Petr. 2. te sustines,non propter deum. Quę n. uobis gloria
est,ait Petrus,si peccantes punimini & suffertis? Si
autem sustines qa mandatum dei seruasti, uere pp
deum sustines,& merces tua manet in æternum, qa
propter deum sustinuisti opprobria. Ideo n. prior
Acto.9. Matt.25. Psal.141. B Matth.5. Luc.23. C Acto.9.

cantant & insultant martyrib⁹, confundant & reuereant, & aliquando in his parietib⁹ tundant cõsuli pectora sua. Auertant retrorsum & erubescãt, qui cogitant mihi mala.) Primo fuit ipetus psequentiũ, modo remãsit maleuolentia cogitantiũ. Prorsus tẽpora sunt in Ecclesiæ psecutione distincta, sequere sequẽtia. Factus est impetus in Ecclesia qñ reges psequebant, & quia pdicti erant & persecuturi reges & credituri, impleto uno utiq; alterũ sequebat. Factũ est & aliud qd' cõsequens fuit. Crediderunt reges, data pax est Ecclesiæ, cœpit esse i culmine dignitatis Ecclesia, etiã in hac terra, etiã in hac uita, sed nõ deest fremitus persecutorum, impetus suos ad cogitationes uerterunt. In illis cogitationib⁹ tanquã in abysso ligatus est diabolus, fremit & nõ erũpit. Dictum est.n. de his tẽporibus Ecclesiæ, Peccator uidebit & irascitur. Et qd faciet? Nunquid qd' primo? Attrahe, liga, pcute, Nõ facit hoc: Quid ergo? Dentibus suis frendet, & tabescet. Et his tanquã irascitur martyr, & tamen pro his orat martyr. Qũo.n. bene optauit illis, de quibus dixit, Cõfundantur & reuereantur, qui q̃runt animam meam: sic & nunc, Auertant retrorsum & erubescant, q cogitãt mihi mala. Quare? Vt non pcedant, sed ut sequant. Qui.n. reprehendit Xpianam religionem, & cõsilio suo uult uiuere, quasi pcedere uult Xpm, ut ille uidelicet errauerit, & inualidus infirmusq; fuerit, qui uel uoluerit pati inter manus Iudæorum, uel potuerit. Ille autẽ recordatus sit cauens ista omnia, declinans mortẽ, mentiens etiã inique ne moriatur, interficiẽs aiam suã ut uiuat corpore, magni cõsilij prudentisq; sibi uidetur. Præcedit reprehendens Xpm, ueluti antecedit Xpm: credat in Xpm, & sequat Xpm. Nã quod optatũ est modo persecutoribus cogitãtibus mala, dixit hoc ipse dñs Petro. Præcedere quippe quodã loco Petrus uoluit dñm Loquebatur.n. saluator de passione sua, quã si nõ suscepisset, nos salui nõ essemus: Et Petrus qui pauloante eum cõfessus erat filium dei, & in illa cõfessione appellatus erat petra, supra quã fabricaretur Ecclesia, paulopôst dño dicẽte de futura passione sua ait, Absit dne, propitius tibi esto, nõ fiet istud. Pauloante, Beatus es Simon Bar Iona, qa nõ tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus q in cœlis est: modo repẽte, Redi post me satanas. Quid est, redi post me? Sequer me. Præcedere me uis, cõsiliũ mihi dare uis? Melius est ut consiliũ meũ sequaris: hoc est, redi retro, redi post me Antecedente cõpescit ut retro redeat, & appellat satanã, quia uult præcedere dñm. Pauloante beatus, modo satanas. Vnde pauloante beatus? Quia nõ tibi, inquit, reuelauit caro & sanguis, sed pater meus q in cœlis est Vnde modo satanas? Quia nõ sapis, inqt, q̃ dei sunt, sed q̃ hominũ. Qui ergo uolumus recte celebrare natalitia martyrũ, desyderemus imitationẽ martyrũ: Ne uelimus pcedere martyres, & melioris consilij nobis uideri esse, quia euitamus passiones pro iustitia & pro fide, quas illi non euitauerunt. Ergo illi qui cogitant mala, & in luxuria nutriunt corda sua, auertant retrorsum & erubescãt. Audi ab Apl̃o postea dicente, Quem autẽ fructũ habuistis aliqñ, in quibus nunc erubescitis? Quid sequitur? Auertant statim erubescentes, q dicunt mihi euge euge. Duo sunt genera psecutorum, uituperantium, & adulantiũ: Plus psequitur lingua adulatoris, q̃ man⁹ interfectoris. Nã & ipsam caminũ dixit scriptura.

D Psal.111. Psal.39. E Matt.16. Ibidem. F Roma.6.

G Certe cū de persecutione loqueret scriptura dixit,
Sapien.3. Tanq̄ aurum in fornace probauit illos, de martyri-
bus interfectis, & sicut holocausti hostiam accepit
illos. Audi quia & lingua adulantiū talis est, Proba
Prou.27. tio, inquit, argēti & auri ignis, uir aūt probat per os
laudantiū eū. Argenti, inquit, & auri, Ignis ille, ignis
& iste, de utroq̄ te saluū oportet exire. Fregit te re-
prehensor, factus es in fornace tanq̄ uas fictile. For-
mauit te uerbū, & uenit tētatio tribulationis. Illud
quod formatū est, oportet ut coquatur: Si bene for
matū est, accedit ignis ut firmet. Vñ ille dicebat in
Psal.21. passione, Aruit sicut testa uirt⁹ mea. Passio quippe
& caminus tribulationis fecerat fortiorē. Rursus si
lauderis ab adulantib⁹ & assentantib⁹, & annueris
Matt.25. eis ueluti emens oleū nō tecū portans, sicut quinq̄
De tēpore uirgines insipientes, erit caminus fracturæ tuę, etiā
ser.246. os laudantiū te. Sed sine his non possumus, necesse
est ut intremus in hæc & exeamus inde: Intremus ī
uituperationē aliquā maloꝝ & improboꝝ: intrem⁹
& in assentatione aliquam adulatoꝝ, sed exire inde
Psal.120. opus est. Rogemus eū de quo dictū est, Custodiat
H dñs introitū tuū & exitū tuū, ut intrans integer, sic
1.Cor.10 exeas integer. Ait. n. & Apostolus, Fidelis est deus, q
non uos sinat tentari supra q̄ potestis: Ecce habetis
ingressum: Non dixit, nō tentemini. Qui. n. nō ten-
tatur, nō probatur: & qui nō probatur, non ꝓficit.
Quid ergo optauit? Fidelis deus qui non uos sinat
tentari supra q̄ potestis. Audistis ingressum, audite
& exitū: Sed faciet cū tentatione etiam exitū ut pos
sitis tolerare. Ergo & illi auertant statim erubescen
tes, q dicunt mihi euge euge. Quare. n. me laudant?
Laudent deū. Quis. n. ego sum ut lauder ī me? Aut
qd ego feci? Quid habeo qd̄ nō accepi? Si accepisti,
1.Cor.4. inquit, qd gloriaris quasi nō acceperis? Auertantur
ergo statim erubescētes qui dicūt mihi euge euge.
Psal.140. Tali oleo pinguefactū est caput hæreticorū, cū di-
cunt, Ego sum, ego sum: & dicitur illis, Tu dñe: Ac-
ceperunt euge euge, secuti sunt euge euge, facti sunt
Matt.15. duces cæci cæcoꝝ sequentiū. Apertissimis uocibus
Donato dicuntur ista cātica, Euge euge, dux bone,
dux ꝑclare: Et nō dixit ille, Auertant statim & eru-
bescāt, q dicūt mihi euge euge: nec eos corrigere uo
I luit ut Xp̄o dicerent, dux bone, dux ꝑclare At uero
Ap̄ls formidans euge hoim, ut uere laudaretur in
Xp̄o, noluit se laudari pro Xp̄o, dicētibusq̄ qbusdā,
1.Cor.1. Ego sum Pauli: Respōdit in libertate dñi, Nunquid
Paulus crucifixus est ꝓ uobis, aut in nomine Pauli
baptizati estis? Ergo dicant martyres etiā in ꝑsecu-
tione adulationū, Auertantur statim erubescentes,
q dicunt mihi euge euge: Et quid fit cū illi auertun
tur & erubescunt, oēs siue qui q̄runt animā meam,
siue q cogitant mihi mala, siue q peruersa & simula
ta beneuolētia lingua uolunt emollire qd̄ feriant,
cū fuerint, & ipsi auersi & confusi: quid fiet? Exul-
tent & iocundētur in te.) Nō in me, nō in illo, aut ī
illo, sed ī quo facti sunt lux, q fuerūt tenebræ. Exul
tent & iocundētur in te, Omnes qui quærunt te.)
Aliud est q̄rere deum, aliud est q̄rere hominē. Iocū-
dentur qui q̄runt te. Non iocundabuntur ergo qui
Luc.15. q̄runt se, quos prior q̄sisti anteq̄ q̄rerent te. Nondū
q̄rebat ouis illa pastorē, aberrauerat à grege, & de-
scendit ad eam, Quæsiuit eā, reportauit in humeris
suis: Cōtemnet te, ò ouis q̄rentē se, qui prior q̄siuit
contemnentē se, & nō quærentē se: Iam ergo q̄rere
eum incipe qui prior q̄siuit te, & reportauit ī hume

ris suis. Fac quod ait, Quę sunt oues meę, uocē meā K
audiunt, & sequuntur me. Si ergo q̄ris eū qui prior Ioan.10.
q̄siuit te, & ouis facta es eius, & audis uocē pastoris
tui, & sequeris eū, uide quid tibi de se ostēdit, quid
de corpore suo, ne in ipso errares, ne ī Ecclesia erra-
res, ne quis tibi diceret, Xp̄s est qui non est Xp̄s, aut
Ecclesia est q̄ nō est Ecclesia. Multi. n. dixerunt car
nem nō habuisse Xp̄m, & non in corpore suo resur-
rexisse Xp̄m: noli sequi uoces eoꝝ, Audi uocē ipsius
pastoris, qui indutus est carne ut q̄reret perditā car
nē. Resurrexit & ait, Palpate & uidete quia spiritus
ossa & carnem non habet sicut me uidetis habere.
Ostendit se tibi, uocemq̄ eius sequere. Ostendit & Luc.24.
Ecclesiam, ne quis te fallat noīe Ecclesiæ. Oporte-
bat, inquit, Xp̄m pati & resurgere à mortuis tertia Ibidem.
die, & ꝑdicari in nomine eius pœnitentiā & remis-
sionem peccatorū per omnes gentes, incipientibus
ab Hierusalē. Habes uocē pastoris tui, noli sequi uo Ioan.10.
cem alienorū, & furem nō timebis, si uocē pastoris
fueris secutus Vnde aūt sequeris? Si nec cuiquā ho-
minū dixeris, quasi eius merito euge euge, nec cum
gratulatione audieris, ne oleo peccatoris pingue- L
fcat caput tuū. Exultent & iocundentur in te oēs q Psal.140
q̄runt te, Et dicant.) Quid dicent, q exultent? Sē-
per magnificetur dñs.) Dicant hoc oēs, qui exultāt
& qui q̄runt te. Quid? Sēper magnificetur domin⁹,
Qui diligunt salutare tuū.) Non tantū magnifice
tur dñs, sed etiā dñs semper. Ecce errabas & auersus
ab eo eras, uocauit te, magnificetur dñs Ecce inspi
rauit tibi cōfessionem peccatorū cōfessus es: dedit
ueniā, magnificetur dñs. Iam cœpisti iuste uiuere,
iam puto quasi iustū est, ut & tu magnificeris. Ete-
nim cū te uocaret errantē, magnificādus erat dñs,
cū tibi cōfitenti peccata dimitteret, magnificādus
erat dñs. Modo iam audiens uerba eius cœpisti ꝓ-
ficere, iustificatus es, peruenisti ad quandā uirtutis
excellentiam, dignū est, ut & tu aliq̄n magnificeris.
Dicant, Sēper magnificetur dñs. Peccator es, magni
ficetur ut uocet: confiteris, magnificetur ut igno-
scat: iam iuste uiuis, magnificetur ut regat: pleue-
ras usq̄ in finē, magnificetur ut glorificet. Sēper er-
go magnificetur dñs. Hoc dicant iusti, hoc dicant
qui q̄runt eum. Quisquis hoc nō dicit, nō q̄rit eum. M
Ecce magnificetur dñs, Exultent & iocundētur oēs
qui q̄runt eū: & dicant, Semper magnificetur dñs,
qui diligunt salutare eius. Ab illo est. n. illis salus nō
a se. Salutare enim dñi dei nostri saluator dñs no-
ster Iesus Xp̄s. Quisquis diligit saluatorem, confite-
tur se sanatum: Quisquis se cōfitetur sanatū, fuisse
confitetur ægrotum. Dicant ergo semper magnifi-
cetur dñs, qui diligūt salutare tuū, nō salutare suū,
quasi ipsi se saluent, nō quasi salutarī hominis, tanq̄
ab illo saluētur. Nolite, inquit, cōfidere ī principes, Psal.145.
& in filios hominū, in qb⁹ nō est salus, Quare hoc?
Dñs est salus, & super ppl̄m tuū benedictio tua. Er- Psal.3.
go semper magnificetur dñs. Qui hoc dicunt? Qui
diligunt salutare tuū. Ecce magnificetur domin⁹,
nunquā tu, nusquā tu. In illo aliquid, in me nihil. Si
autē in illo quicquid ego, ille nō ego. Tu ergo qd?
Ego uero egen⁹ & pauper sum.) Ille diues, ille abū
dans, ille nullius indigens. Ecce lumē meū, ecce uñ Psal.17.
illuminor, qm̄ clamo, Tu illuminabis lucernā meā
dñe, deus meus illuminas tenebras meas. Dominus Psal.145.
soluit cōpeditos, dñs erigit elisos, Dominus sapien-
tes facit cæcos, dominus custodit proselytos. Quid

A ergo tu? Ego uero egenus & paup. Ego tanquã pu-
pillus, anima mea tãquã uidua destituta & desola-
ta, auxiliũ quo, semp infirmitatem meam cõfiteor.
Ego uero egenus & paup Donata sunt mihi pecca-
ta, iam cœpi seq̃ pcepta dei, adhuc tamen egenus &
paup. Vnde adhuc egenus & paup? Quia uideo aliã
Roma. 7. legem in membris meis repugnantem legi mentis
Matt. 5. meæ. Vnde egenus & pauper? Quia, Beati qui esuri-
unt & sitiũt iustitiã. Adhuc esurio, adhuc sitio, Sa-
turitas mea dilata est, nõ ablata. Ego uero egen⁹ &
paup, Deus adiuua me.) Vnde cœpit, Deus i adiu-
toriũ meum intẽde, deus adiuua me. Rectissime &
Lazarus adiutus interpraeri dicit, ille egenus & pau-
Luc. 16. per, q oblatus est in sinũ Abrahæ, & gerit typũ Ec-
clesiæ dei, q̃ semp confiteri debet adiutorio sibi o-
pus esse. Hoc est uerum, hoc pium. Dixi dño deus
Psal. 15. meus es tu. Quare? Qm̃ bonorũ meorum nõ eges.
Ille non eget nostri, nos egemus ipsius, ideo uerus
dñs, Nã tu non ualde uerus dñs serui tui, ambo ho
mines, ambo egentes deo. Si autem putas egere tui
seruum tuum ut des panẽ, eges & tu serui tui ut ad-
iuuet labores tuos, Vterq̃ uestrum altero uestrum
B indiget Itaq̃ nullus uestrum uere dñs, & nullus ue
strum uere seruus. Audi uerũ dñs cuius uerus es ser
uus. Dixi dño deus meus es tu. Quare tu dominus?
Qm̃ bonorum meorum non eges. Quid autem tu?
Ego uero egenus & paup. Ecce egen⁹ & pauper. Pa-
scat de⁹, subleuet deus, adiuuet deus. De⁹, inqt, adiu
ua me. Adiutor & erutor meus es tu dñe, ne tarda
ueris.) Tu adiutor & erutor, Indigeo auxilio, adiu-
ua, Implicat⁹ sum, erue. Nemo.n. eruet de iplicatio-
nibus nisi tu. Circũstãt nos nexus diuersar. curar.,
Mat. 7. hinc atq̃ inde dilaniamur quasi spinis & sepib⁹. Am-
bulam⁹ angustã uiã, fortasse hesimus i sepib⁹, dica
mus deo, tu es erutor me⁹. Qui ostẽdit angustã uiã,
fecit ut seq̃remur. Hæc uox pseueret in nobis frẽs,
Quãtũcunq̃ hic uixerim⁹ quãtũcunq̃ hic pfecerim⁹,
nemo dicat, sufficit mihi, iustus sum, Qui dixerit te
mãsit in uia, nõ nouit puenire Vbi dixerit sufficit,
Philip. 3 ibi hæsit. Attẽde Aplm̃ cui nõ sufficit, Vide quõ se
uult adiuuari donec pueniat. Fratres, inqt, ego me
nõ arbitror cõprehẽdisse, ne illi sibi uiderentur ap
1. Cor. 8 prehẽdisse, qbus rursus dicit, Qui se putat aliquid
scire, nõdũ scit queadmodũ oporteat eũ scir. Quid
C ergo ait? Fratres, ego me nõ arbitror cõprehẽdisse.
Philip. 3 Supra dixerat, Nõ qa iã acceperim aut iã perfectus
sim, Etibi seqtur: Fratres, ego me nõ arbitror com-
prehẽdisse. Si nõdum accepit, egenus & paup est si
nondũ pfectus est, egenus & pauper est: Bene dicit,
deus adiuua me. Sed itelligit aliqd & excelsius intel-
2. Cor. 9. ligit. Vide tñ quid dicat, Ei autem qui potẽs est om
nia facere supabundantius, quã petimus & intelli-
gimus. Vide ergo qa nondũ puenit, nondum appre
hẽdit. Quid ergo ait? Frẽs, ego me non arbitror ap-
prehẽdisse, Vnum autẽ quę retro oblitus, in ea quę
ante sunt extẽtus, secũdũ intẽtionẽ sequor ad pal-
mã supnę uocationis Ille ergo currit, tu hæsisti, ille
dicit nõdum se perfectum, & tu iam de perfectione
gloriaris? Cõfundãtur q tibi dicũt euge euge. Con
fundaris inter illos & tu, qa tu tibi dicis euge euge.
Qui.n. seipm laudat, sibi dicit euge euge, q ab alijs
laudatur & cõsentit, non portat oleũ secum, Defi-
Mat. 25 ciũt faces, clausurus est ille ianuã. Hoc ergo nos do
cuit Psalm⁹ iste breuiter charissimi ex admonitio-
ne solẽnitatis martyr., ut intelligamus qa martyres
tribulationẽ hic passi sunt corporalẽ, Nos in quã- D
tacũq̃ pace sim⁹, necesse est patiamur tribulationẽ
spiritalẽ, Et necesse est ut inter scãdala & zizania & Matt. 13.
paleã gemat Ecclesia & illa massa, donec messis ue Matt. 3
niat, donec uẽtilabrũ, donec ueniat ultima uẽtila-
tio, ut separet palea a frumẽto, donec ad horreũ re-
digat. Quod donec fiat clamem⁹, Ego uero egenus
& paup sum, de⁹ adiuua me, adiutor me⁹ es tu, Dñe
ne tardaueris Quid est, ne tardaueris? Quia multi
dicunt, longũ est ut ueniat Christus. Quid igitur?
Quia dicim⁹, ne tardaueris, iã uẽturus est ante quã
statuit uenire? Quid sibi uult hoc uotũ, ne tardaue
ris? Ne mihi tardius uideatur, qd uenturus est. Tibi
enim longũ uidetur, non deo longum uidetur, cui
mille anni dies unus ẽ, uelut tres horæ uigiliæ Sed Psal. 89
tu si nõ habueris tolerantiã, tardũ tibi erit. Et cum
tibi tardũ erit deflecteris ab eo, & eris similis illis q
in eremo fatigati sunt, & festinauerũt à deo petere
delitias, quas illis in pria reseruabat: & cũ nõ daret
delitiæ in itinere qbus forte corrũperẽtur, murmu-
rauerũt aduersus deũ, & redierunt corde in Aegy- Exod. 16
ptum: Vnde corpore erãt separati, corde redierunt.
Noli ergo tu sic, noli sic: time uerbum dñi dicẽtis, E
Mementote uxoris Loth, Et ipsa in uia iam liberata Luc. 17.
de Sodomis, retro respexit: ubi respexit, ibi reman-
sit, facta est statua salis ut cõdiat te. Exẽplo enim ti
bi data est, ut tu cor habeas, nõ remaneas fatuus in
uia. Attẽde remanẽtẽ & transi, attende respicientẽ
retro, & tu in anteriora extentus esto sicut Paulus.
Quid est, nõ respicere retro? Quæ retro oblitus, in- Philip. 3.
quit, ideo sequens uocatus ad supnã palmã, de qua
postea gloriens: quia idem Apls dicit, Supest mihi 2. Tim. 4.
corona iustitię, quam mihi reddet dominus in illo
die iustus iudex.

Concio prima, de prima parte Psalmi septuagesimi.

I N omnibus scripturis sanctis gratia dei li-
berat nos, commendat se nobis, ut cõmen
datos habeat nos Hoc in isto psalmo can-
tatur, de quo cum uestra charitate loq suscepimus.
Aderit dñs ut sic ea corde cõcipiã quõ dignũ est, &
sic ea promã quomodo expedit uobis. Multũ enim
mouet dei amor & timor. Timor dei qa iustus est,
amor quia misericors ẽ. Quis enim ei diceret, quid
fecisti si damnaret iustum? Quanta ergo misericor-
dia eius ut iustificet iniustum? Ex hoc prælectum F
nobis & Apostolum audiuimus eandem maxime
gratiam commendantem, & de cuius commenda-
tione habebat Iudęos inimicos, uelut de litera le-
gis præsumentes, & tanq̃ iustitiam suam diligentes
atq̃ iactantes: de quib⁹ dicit, Testimoniũ perhibeo Rom. 10.
illis, quia zelum dei habent, sed non secundũ scien
tiam. Et tanquã ei diceretur, quid est enim habere
zelum dei non secũdum scientiã: subiecit cõtinuo,
Ignorantes enim dei iustitiam & suam uolentes cõ
stituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Gloriantes,
inquit, tanquã de operibus, excludũt à se gratiam,
& tanq̃ de sanitate sua falsa psumentes, respuũt me
dicinam. Contra tales enim & dñs dixerat, Non ue Mat. 9.
ni uocare iustos, sed peccatores in pœnitẽtiam: nõ
est opus sanis medicus, sed male habentibus. Hæc
est ergo tota scientia magna hominis, scire quia ip
se per se nihil est: & qm̃ quicquid est, à deo est, & pp
deum est. Quid enim habes, inquit, quod non acce 1. Cor. 4
pisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris quasi non acce
peris? Hãc gratiam ergo cõmendat Apostolus: hinc

G habere meruit inimicos Iudęos, de litera legis & de sua iustitia gloriātes. Hāc ergo cōmēdās i lectio
1. Cor. 15 ne q̄ lecta est, sic ait. Ego .n. sum minimus apostolo rum, q non sum dignus uocari apostolus, quia per
1. Tim. 1. secutus sum Ecclesiā dei. Sed ideo, inqt, misericordiā cōsecutus sum, qa ignorās feci in incredulitate: deinde paulopost, Fidelis sermo ē, inquit, & omni acceptione dignus, quia xp̄s Iesus uenit in hūc mūdū peccatores saluos facere, quorū prim⁹ ego sum. Nunqd ante illum nō erāt peccatores? Quid est ergo, primus ego? Antecedēs omnes, nō tempore, sed malignitate. Sed ideo, inqt, misericordiā cōsecutus sum, ut in me ostenderet xp̄s Iesus omnem longanimitatem, ad informationem eorum, q credituri sunt illi in uitā æternā: id est, unusquisq; peccator & iniquus iā de se desperans, iā habens quasi gladiatorium animum, ut ideo faciat quicqd uult, qa necessario damnādus est, respiciat tamē ad apostolū Paulum, cui tāta crudelitas, tātaq; malitia à deo donata ē, & nō de se desperādo, cōuertatur ad deū. Hanc ergo gratiā cōmendat nobis deus, & in isto psalmo itueamur illā, & uideam⁹ an ita sit, an forte
H ego aliter suspicer. Etenim arbitror hūc eū habere affectū, & hoc omnib⁹ ꝓpè suis syllabis resonare: id est, hoc nobis cōmendare gratiā dei gratuitā, q̄ nos liberat indignos, nō ꝓpter nos, sed propter se, ut ēt si non hoc dicerē, neque hoc prælocutus essem, qlibet mediocris cordis homo attēte audiens uerba eiusdē psalmi sapet hoc & forte ipsis uerbis si aliud habebat i corde, mutaretur & fieret ꝙ hic sonat. Quid est hoc? Vt tota spes nr̄a in deo sit nihil que de nobis tanquam de nr̄is uiribus p̄sumamus, ne nostrū facientes qd ab illo est, & quod accepimus amittam⁹. Titulus ē ergo psalmi hui⁹, ut solet titulus psalmi, indicans in limine qd agatur in domo. Ipsi Dauid filiorum Ionadab, & eorum qui primi captiui ducti sunt.) Ionadab homo fuit qdā, cō
Hiere. 35 mēdatur nobis ex prophetia Hieremiæ, q filijs suis præceperat ut uinū nō biberēt, neq; in domib⁹ residerēt, sed in tabernaculis habitarēt. Pręceptū autem p̄ris filij tenuerūt & seruauerūt, & ex hoc benedici à dn̄o meruerunt. Dominus autem hoc nō præceperat, sed pater ipsorū. Si aūt hoc acceperunt tanquam pręceptum à dn̄o deo suo: quia & si do
I minus nō p̄ceperat, ut nō biberent uinum, & in tabernaculis habitarent, pręceperat tn̄ dn̄s ut filij pa
De uerbis tri obedirent. In ea ergo re sola filius non debet o
domini. bedire patri suo, si aliqd pater ipsius iusserit contra
6. f. circa dn̄m deum ipsius. Neque enim debet irasci pater
fi. & con quando sic ei p̄ponitur deus. Vbi .n. hoc iubet pa
cor. 11. q. ter quod contra dn̄m nō sit, sic audiēdus est quo
3. Qui re modo de⁹, qa obedire patri iussit de⁹. Benedixit er
sistit. go deus filios Ionadab pp obediētiā, eosq; obiecit inobedienti populo suo, exprobrās qa cū filij Iona
Exo. 20. dab obediētes essent p̄ri suo, illi non obedirēt deo
Hiere. 35. suo. Cum aūt ageret ista Hieremias, id agebat cum populo Israel, ut pararēt se ad captiuitatē ducēdos se esse in Babyloniā, & nō resisterēt uoluntati dei nec sperarēt aliud, nisi qa futuri essent captiui. Videt ergo inde coloratus titulus huius psalmi, ut cū dixisset, filiorum Ionadab, subijceret, & eorum qui primi captiui ducti sunt, nō qa filij Ionadab captiui ducti sunt, sed qa illis qui captiui ducendi erāt oppositi sunt filij Ionadab, qa p̄ri obediētes erant, ut intelligerent illi ppea se fieri captiuos, quia deo

obedientes nō fuerunt. Accedit etiam qa Ionadab K
interpretatur dn̄i spontaneus. Quid est hoc, domini spontaneus? Dei uolūtati libēter seruiens. Quid
est, dn̄i spontaneus? In me sunt deus uota quę red Psal. 55
dam laudes tibi. Quid est, dn̄i spontaneus? Volun Psal. 53.
tarie sacrificabo tibi. Si .n. disciplina apostolica ser
uum monet, ut homini dn̄o suo, non tanquam ex Ephe. 6
necessitate, sed ex uolūtate seruiat, & libēter seruiēdo se i corde liberū faciat: quāto magis deo tota & plena & libēti uolūtate seruiendū ē, q uidet ipsam uolūtatem tuā? Nā si seruus tibi non ex aio seruiat, manus eius, faciem eius, p̄sentiam eius potes uidere, cor eius non potes. & tamen ait Apostolus, Non ad oculum seruientes. Et quid est, non ad oculum?
Quid .n.? Visurus est dn̄s meus qūo illi seruiam, ut Ephe. 6.
dicas mihi, non ad oculum seruientes? Adiecit, sed quasi serui Christi. Dn̄s homo non uidet, sed dn̄s Christus uidet Ex animo, inquit, cum bona uolūtate. Non quia filij Ionadab captiui ducti sunt, talis fuit Ionadab, id est, hoc nomen ipsius interpretatur. Qui sunt ergo qui primi captiui ducti sunt? Ducti sunt filij Israel captiui primi & secūdi & ter
tij Sed ꝓ his psalm⁹, aut de his psalm⁹, q primo du L
cti sunt, non hoc sonat, idēipse psalm⁹ discussus, p̄scrutatus, interrogatus oībus uersibus suis, aliud tibi dicit, non de illis se loq qui hoīes, nescio qui, nescio qn̄ irruentibus hostibus in Babyloniam captiui ducti sunt ex Hierusalem. Sed quid dicit psalm⁹? Quid, nisi quod audistis ab Apostolo, commēdat nobis grām dei, cōmendat nobis: quia nos p nosmetipsos nihil sumus: cōmendat nobis, qa quicqd sumus, illius misericordia sumus. Quicquid aūt ex nobis sum⁹, mali sum⁹. Quare ergo captiui, & quare noīe captiuitatis cōmendat ipsa gratia liberato
ris? Aperit: ipse dicit Ap̄ls, Cōdelector legi dei secū Rom. 7.
dum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnātē legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, q̄ est in mēbris meis Ecce habes duci captiuū. Quid ergo cōmendat iste Psalmus? Quid sequitur ibi Ap̄ls, In
fœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mor Ibidem
tis huius? Gratia dei per Iesum xp̄m dn̄m nostrum. Quare ergo primi? Nam dictum est quare captiui.
Quantum arbitror & hoc elucet, qm̄ in compara Hiere. 35
tione filiorum Ionadab, omnis inobedientia culpata M
est. Per inobedientiā aūt captiui facti sum⁹, quia ip
se Adam nō obediendo peccauit. Dictū est aūt ab Gene. 3.
eodē Apostolo, quod & uerum est, quia oēs in A 1. Cor. 15.
dam moriuntur, in quo oēs peccauerūt. Merito & primi ducti sūt captiui, qa prim⁹ homo de terra ter
renus, secundus homo de cœlo cœlestis Qualis ter Ibid.
renus, tales & terreni: qualis cœlestis, tales & cœlestes. Sicut portauim⁹ imaginē terreni, portemus & imaginē ei⁹ q de cœlo est. Primus hō captiuos nos fecit, secūdus hō nos de captiuitate liberauit. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in xp̄o oēs uiuificabuntur. Sed in Adam omnes moriunt per carnis natiuitatem, in xp̄o liberantur per cordis fidē. Non erat in p̄tāte tua, ut non nascereris ex Adā, est in potestate tua ut credas in xp̄m. Quantūcunque ergo ad primum hoiem pertinere uolueris, ad captiuitatē pertinebis Et quid est, pertinere uolueris, aut quid est pertinebis? Iam pertines, exclama: quis me liberabit de corpore mortis huius? Audiamus ergo istum hoc exclamantem.

A *Enarratio primae partis.*

Eus in te speraui dñe, non confundar in ę-
Psal. 30. d ternũ.) Iam confusus sum uel non confun
Roma. 6 dar in æternũ. Quo enim non est cõfusus
Psal. 33. cui dicitur, Quem fructũ habuistis in his in quib⁹
nunc erubescitis? Quid ergo fiet, ne confundamur
in ęternum? Accedite ad eũ & illuminamini, & uul
tus uestri non erubescent. Confusi estis in Adã, re-
cedite ab Adã, accedite ad xp̃m, & iam non confun
demini: In te speraui dñe non confundar in æter-
num. Si in me confundor, in te nõ confundar in ę-
ternum. In tua iustitia erue me & exime me.) Non
in mea, sed in tua: si.n. in mea, ero ex illis de quibus
Rom. 10. ille ait, Ignorantes dei iustitiã, & suã uolentes cõsti
tuere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Ergo in tua iusti
tia, nõ i mea. Quia mea qd? Pręcessit iniqtas. Et cũ
ero iust⁹, in tua iustitia erit: qa iustitia mihi abs te
data iust⁹ ero, & sic erit mea ut tua sit.i. abs te mihi
Roma. 7 data. In eũ enim credo qui iustificat impium, ut de
putetur fides mea ad iustitiã. Erit ergo & sic iustitia
mea, non tñ tanquã propria mea, non tanquã a me
ipso mihi data, sicut putabãt q per lrãm gloriaban
B tur, & gratiam respuebant. Nam dictũ est in alio lo
Psal. 7. co: Iudica me dñe secundum iustitiam meã. Certe
1. Cor. 4 nõ gloriabatur in sua iustitia, sed reuoca te ad Apo
stolũ, Quid.n. habes quod non accepisti? Et sic dic
iustitiam tuam, ut memineris φ acceperis eã, & nõ
Luc. 18. eã inuideas accipientib⁹. Nam & ille pharisæus tan
quã à deo accepisse se dicebat: Gratias tibi ago qa
non sum sicut cæteri hoies. Quare inde.n. te dele-
ctat, qa bonus es qđ alter malus est? denique quid
addidit? Iniusti, raptores, adulteri, sicut & publica-
nus iste. Hoc iã nõ est exultare, sed isultare. Ille aũt
captiuus nec oculos ad cœlũ audebat leuare, sed p
cutiebat pectus suũ, dicens, Deus ꝓpitius esto mihi
peccatori. Parum itaq; est ut illud qđ in te est bonũ
agnoscas φ à deo sit, nisi etiã inde non te extollas
sup illum q nondum habet, qui fortasse cum acce-
Act. 7 perit, trãsiliet te. Qñ enim erat Saulus Stephani lapi-
dator, q̃ multi erant Christiani quoꝝ erat ille perse
cutor: tñ qñ conuersus est, omnes qui se præcesse-
rãt superauit. Ergo dic deo quod audis in Psalmo,
In te speraui dñe non cõfundar in æternum, in tua
iustitia, non in mea erue me & exime me. Inclina
C ad me aurem tuam.) Et hæc confessio est humili-
tatis. Qui dicit, inclina ad me: cõfitet quia iacet tã-
quã ęger prostratus medico stãti. deniq; uide quia
æger loquitur, Inclina ad me aurẽ tuam: Et saluũ
me fac: esto mihi in deũ protectorẽ.) Non ad me ia
cula inimici perueniant, ego enim me protegere non
possum. Et parũ est in protectorem, addidit: Et in
locũ munitũ mihi esto, ut saluum me facias.) In lo
cũ munitũ mihi esto, tu esto loc⁹ munitus me⁹. Vbi
Gene. 3. est φ ab illo fugiebas Adam, & te inter paradisi li-
gna abscõdebas? Vbi est φ eius faciẽ formidabas,
ad quẽ gaudere cõsueueras? Abisti & peristi, & capti-
uatus es, & ecce uisitaris, & ecce non dimitteris, &
Mat. 12. ecce dimittunt nonagintanouẽ oues in mõtib⁹, &
q̃ritur ouis pdita, & ecce dicit de inuenta oue, Mor
Luc. 15. tuus erat & reuixit, perierat & inuẽtus est. Ecce ipse
deus fact⁹ est locus refugij tui, q primo erat metus
fugæ tuę. In locũ munitum tu, inquit, esto mihi, ut
saluũ facias me: Nõ ero saluus nisi in te, nisi tu fueris
requies mea, sanari non poterit ęgritudo mea. Leua
me à terra, in te iaceã, ut surgã in locum munitum.

Quid munitius cũ ad illũ locũ cõfugeris? Dic mihi D
quos aduersarios formidabis? Quis insidiabit & p
ueniet ad te? Nescio qs dicitur de mõtis uertice cla
masse cũ imperator trãsiret, nõ de te loquor, respe-
xisse ille dicit & dixisse, nec ego de te. Contẽpserat
imperatorem cum insignib⁹ armis & exercitu potẽ
te. Vnde? De loco munito. Si securus ille in alta ter-
ra, quõ tu non in eo, a quo factum est cœlum & ter
ra? Esto mihi ergo in deũ protectorem & in locum
munitum ut saluũ me facias. Ego si mihi aliũ locũ
elegero, saluus esse non potero. Elige certe hõ si in-
ueneris munitiorẽ. Non est ergo quõ fugiatur ab
illo nisi ad illũ. Si uis euadere iratũ, fuge ad placa-
tũ. Qm̃ firmamentum meum & refugium meum
es tu.) Firmamentũ meũ quid est? Per te sum firm⁹,
& ex te sum firmus. Qm̃ firmamentum meum & re
fugium meũ es tu: ut fiam firmus ex te, sicubi fue-
ro infirmatus in me, refugiã ad te. Firmum.n. te fa-
cit gratia xp̃i, & immobilem aduersus oẽs tentatio
nes inimici. Sed ibi est & humana fragilitas, ibi est Rom. 7.
adhuc prima captiuitas, ibi est & lex i mẽbris repu
gnans legi mentis, & captiuũ uolens ducere in legẽ
peccati, adhuc corpus qđ corrũpitur aggrauat ani E
mam. Quantũlibet firmus sis ex gratia dei, quãdiu Sapien. 9
adhuc portas terrenũ uas in quo thesaurus est dei, 2. Cor. 7.
aliqd etiã de ipso uase fictili formidãdum est. Ergo
firmamẽtum meũ es tu, ut firmus sim in hoc secu-
lo aduersus oẽs tẽtatio es. Sed si multæ sunt & tur-
bãt me, refugiũ meũ es tu. Ad hoc cõfitebor ifirmi
tatem meã, ut sim timidus tanq̃ lepus, qa spinis ple
nus tanquã ericius. Et sicut in alio Psalmo dicitur,
Petra est refugiũ herinacijs & leporib⁹. Petra autem
erat Christus. Deus meus erue me de manu pecca Psal. 103.
toris.) Generalr intellige peccatores inter quos la- 1. Cor. 10
borat iste qui de captiuitate iã liberãdus est, iste q
iã clamat: Infœlix ego hõ, quis me liberabit de cor Rom. 7.
pore mortis huius? Gratia dei per Iesum xp̃m dñm
nostrum. Intus est hostis, lex illa in membris: sunt
& foris hostes. Quò clamas? Ad illum cui clamatũ
est, Ab occultis meis munda me dñe, & ab alienis Psal. 18
parce seruo tuo. Ergo saluũ me fac cũ dicit, ab ęgri
tudine tua dicitur interiore, id est, ab iniqtate tua,
ab ea qua captiuus es, ab ea qua ad primũ hoiem
ptines, ut inter primos captiuos clames. Saluus aũt
factus ab iniqtate tua, uide iã & de iniqtatib⁹ alie- F
nis, inter quos tibi necesse est uiuere quousq; uita
ista finiat. Et quousq;? Ecce finitur tibi. Nũqd finit
Ecclesiæ, nisi in fine seculi? Iste aũt unus hõ unitas
Christi clamat has uoces. Necesse est ergo ut multi
exeuntes de hoc corpore fideles iã sint in illa rege,
quã pstat deus spiritib⁹ fideliũ. Sed hic adhuc sunt
membra xp̃i in his qui in hac uita degunt, in his q
postea nascent. Ergo usq; in finẽ seculi erit hic iste
homo, qui clamat a peccatis suis liberari, & a lege
membroꝝ repugnante legi mentis. Deinde iter pec
cata alioꝝ, inter quos necesse est ut uiuat usq; in fi-
nem. Sed duo habent gña peccatores isti. Alij sunt
q legem acceperunt, alij sunt q nõ acceperunt. Oẽs
Pagani legem non acceperũt, oẽs Iudæi & Christia
ni legem acceperunt. Ergo gñale nomen est pecca-
tor: aut transgressor legis, si accepit legẽ: aut tantũ-
mõ iniquus sine lege, si non accepit legẽ. De utroq;
gñe loquitur Apostolus & dicit, Qui sine lege pec- Roma. 2
cauerunt, sine lege peribũt: & q in lege peccauerũt,
per legẽ iudicabuntur. Tu autem qui inter utrunq;

G genus gemis,dic deo qđ audis in Psalmo,De⁹ meus
erue me de manu pctõris. Cuius pctõris? De manu
legem ptereuntis & iniqui.) Est quidem & iniquus
legem pteriens , non enim non iniquus q legem p-
terit : sed ois legem præteriens iniquus est, non ois
iniquus legem præterit:ubi enim non est lex,ait A-
Roma.4. postolus,nec puaricatio, Qui ergo legem non acce
perunt,iniqui dici pñt , puaricatores non possunt:
Iudicantur utriq; secũdum merita sua , Sed ego qui
de captiuitate uolo liberari per grãm tuam, clamo
ad te:libera me de manu pctõris . Quid ẽ de manu
ei⁹: De ptãte eius, ne cum sæuit adducat ad consen
sionẽ:ne cũ insidiatur, persuadeat iniquitatem. De
manu legem ptereuntis & iniqui. Rñde illi. Quid te
quæris liberari de manu legem præteruntis & ini
qui? Noli consentire, sed si sæuit, patiẽs esto,tolera.
Sed qs te tolerat,si deserat ille q est locus munitus?
Quare ergo dico,libera me de manu legẽ ptereũtis
& iniq? Quia non est in me ut patiẽs sim,sed in te q
donas patiẽtiam. Deniq; sequitur,quare hoc dico :
Qm̃ tu es patientia mea dñe.) Iam si patiẽtia, recte
& quod sequitur: Dñe spes mea a iuuẽtute mea.)
H Ideo patiẽtia mea,quia spes mea. An potius iõ spes
Rom.5. mea,quia patiẽtia mea ? Tribulatio ait Apostolus,
patientiam operatur,patientia probationem, pro-
batio aũt spem,spes uero non confundit. Merito in
te speraui dñe,non confundar in æternũ. Dñe spes
mea a iuuentute mea . A iuuẽtute tua,de⁹ spes tua?
Nonne & à pueritia tua, & ab infantia tua ? Planè,
inqt. Nã uide qđ sequit. Ne hoc putares ita me dixis
se, Spes mea a iuuentute mea,quasi nihil profuerit
de⁹ infantiç uel pueritiç meæ,audi qđ sequit: In te
cõfirmatus sum ex utero.) Adhuc audi. De uẽtre
matris meæ tu es ptector me⁹.) Quare ergo à iuuẽ
tute mea,nisi ex quo in te cœpi sperare? Antè.n.nõ
in te sperabam,quãuis tu fueris protector me⁹, qui
me saluũ perduxisti ad tps quo in te discerem spe-
rare. A iuuẽtute aũt mea cœpi i te spare,ex quo me
aduersus diabolũ armasti, ut in pcinctu exercitus
tui armatus fide tua, spe, charitate, cæterisq; donis
tuis confligerẽ aduersus inuisibiles inimicos tuos,
Ephe.6 audirẽq; ab Aplo,Non est nobis colluctatio aduer
sus carnẽ & sanguinẽ,sed aduersus principat⁹ & po
testates & rectores mũdi tenebrarũ harũ,aduersus
I spiritalia nequitiç . Ergo iuuenis est q pugnat con-
tra ista:sed quãuis iuuenis sit cadet, nisi ille sit spes
eius cui clamat, Dñe spes mea à iuuentute mea. In
te decantatio mea semp.) Nunqđ ex quo in te spare
cœpi,usq; nũc? Sed semp, Quid est,semp?) Non tñ
tpe fidei,sed & tpe speciei. Nunc.n quandiu sumus
2.Cor. 5. in corpore,peregrinamur à dño: p fidem enim am-
bulamus,non per speciem. Veniet tps ut uideamus
quod non uisum credimus . Viso autem quod cre-
dimus, lætabimur: uiso autem quod non credide-
runt impij,confundentur. Tunc ueniet res,cui⁹ mo
Roma. 8. do est spes. Spes.n.q̃ uidetur,non est spes. Si autem
quod non uidemus speramus,per patientiam expe
ctamus. Modo ergo gemis, modo i locũ refugij cur
ris ut saluus fias,modo in ifirmitate positus medi-
cũ rogas. Quid,cum acceperis perfectam etiam sa-
Matt.22 nitatẽ? Quid cũ effectus fueris æqualis angelis dei?
Iã forte istã gratiã qua liberat⁹ es obliuisceris? Ab-
sit. In te decantatio mea semp. Tanq̃ prodigiũ fa-
ctus sum multis.) Hic tpe spei,tpe gemitus, tpe hu-
militatis,tpe doloris,tpe infirmitatis , tpe uocis uo

cis à compedibus. Hic ergo quid? Tanquam prodi K
gium factus sum multis. Vnde tanq̃ prodigium? un
de mihi insultant qui me prodigium putant? Quia
credo quod non uideo . Illi enim beati in his q̃ ui-
dent exultant,in potu, in luxuria,in scortationib⁹,
in auaritia,in diuitijs,in rapinis,in secularib⁹ digni
tatibus,in dealbatione lutei parietis,in his exultãt.
Ambulabo aũt ego in uiam dissimilem, cõtemnẽs
ea q̃ prçsentia sunt,& timens etiam prospera seculi,
nec alic ubi securus nisi in pmissis dei. Et illi, Mãdu
cemus & bibamus,cras.n.moriemur. Quid ais? Re
pete, Manducem⁹,inqt, & bibam⁹. Age Quid post- 1. Cor. 15
ea dixisti? Cras.n.moriemur. Terruisti,non seduxi-
sti. Planè hoc ipso qđ postea dixisti , incussisti mihi
timorem ne tibi cõsentiam . Cras enim moriemur
dixisti,& pcessit, Manducem⁹ & bibamus. Cũ enim
dixisses,manducemus & bibam⁹: adiũxisti, cras.n.
moriemur, Audi cõtrà à me, Immo ieiunem⁹ & ore-
mus,cras.n.moriemur. Hanc uiam tenens artam &
angustam , tãquam prodigium factus sum multis.
Sed tu adiutor fortis.) Adesto ô dñe Iesu qui mihi
dicas,noli deficere in uia angusta, ego prior trãsii, Mat.7
ego sum ipsa uia,ego duco,in me duco, ad me pdu L
co. Ergo quãuis prodigiũ fact⁹ sum multis, tñ nõ ti
mebo,quia tu adiutor fortis. Repleatur os meum
laude ut hymno dicã gloriã tuam,tota die magni-
ficentiã tuã.) Quid est tota die? Sine intermissione,
In prosperis qa cõsolaris, in aduersis quia corrigis,
Antequã essem,quia fecisti : cũ essem, quia salutem
dedisti: cum peccassem,qa ignouisti: cum cõuersus
essem,qa adiuuisti: cũ perseuerassem, quia corona-
sti. Ita planè repleatur os meũ laude,ut hymno di-
cã gloriã tuã,tota die magnificentiã tuã. Ne proij
cias me i tpe senectutis.) Spes mea à iuuẽtute mea,
ne proiicias me in tpe senectutis . Quid est hoc tps
senectutis? Cũ deficiet uirtus mea ne derelinquas
me.) Respondet hic tibi deus , immo uero deficiat
uirtus tua,ut in te maneat mea,ut dicas cum Aplo,
Qñ infirmor tunc potens sum. Noli timere ne proij 2.Cor.12.
ciaris in ifirmitatem in ista senectute . Quid enim?
Dñs tuus non est infirmatus in cruce ? Nonne ante
illum tanquã ante hominem nihil ualentem,capti
uatum & oppressum,caput agitauerũt fortissimi &
tauri pingues, & dixerũt, Si fili⁹ dei est descedat de Mat. 27
cruce? Nunqđ ille quia infirmus erat desertus est, q M
maluit nõ descẽdere de cruce,ne nõ potentiã ostẽ-
disse, sed insultantibus cessisse uideretur ? Quid te
docuit pendens q descendere noluit, nisi patientiã
inter insultantes,nisi ut sis fortis in deo tuo? An for
te & ex eius psona dictũ est, Tanquã prodigium fa
ctus sum multis,& tu adiutor fortis? Ex psona ei⁹ se
cundum infirmitatẽ,non secundũ potestatẽ: secũ-
dum id quod nos in se trãsfigurauerat, non scđm
id qđ ipse descẽderat . Factus est enim multis pro-
digium. Et forte ipse erat senectus ei⁹, qa ex uetusta
te non incongrue senectus uocatur,ut ait Apls, Ve- Roma. 6.
tus homo noster simul crucifixus est cũ illo . Si ibi
erat uetus hõ noster,senectus ibi erat,quia uetus se
nectus: tñ quia uerum est, Renouabitur sicut aqlæ Psal.102
iuuẽtus tua: Resurrexit ipse die tertio , pmisit resur Mat. 20.
rectionẽ finito seculo . Iam pcessit caput,membra
secutura sũt. Quid times ne derelinquat te,ne abij-
ciat in tpe senectutis cũ defecerit uirtus tua? Immo
tunc in te erit uirtus eius , qñ defecerit uirtus tua.
Quare hoc dico ? Quia dixerũt inimici mei mihi,

A & qui custodiebant aiam meam consiliũ fecerunt
in unũ dicentes: Deus dereliqt eum, persequimini
& comprehendite eũ, qa nõ est qui eruat eum.)Di-
ctum est hoc de xp̄o. Ille.n.qui potentia magnæ di
Matt. 26. uinitaris, qua patri æqualis est, resuscitauerat mor-
tuos, subito inter manus inimicoꝝ infirmus factus
est, & quasi nihil ualẽs cõprehensus est. Qñ cõpre-
Psal. 21. henderetur, nisi illi primo in corde suo dicerent,
Matt. 27. Deus dereliqt eũ? Vnde illa uox est in cruce, Deus
meus, deus meus, ut qd dereliqsti me? Ergo deus de
reliquit xp̄m, cum deus esset in xp̄o mundum recõ
2. Cor. 5. cilians sibi, cum esset & xp̄s deus? Et Iudæis quidẽ
scd̃m carnem qui est super omnia deus benedictus
Roma. 6. in secula, deus reliquit illũ? Absit. Sed in uetere nr̃o
nox nostra erat, qa simul crucifixus erat uetus ho-
mo noster cũ illo: & de ipso uetere nostro corpus
acceperat, quia Maria de Adam erat. Ergo quod il-
li putauerunt, hoc de cruce dixit: Quare me dereli-
quisti? Quare isti me derelictum putant malo suo?
1. Cor. 2. Quid est, derelictũ putãt malo suo? Si.n. cognouis
sent, nunquã dñm gloriæ crucifixissent. Persequimi
ni & comprehendite eũ. Familiarius tñ hoc fratres
B accipiamus ex membris xp̄i, & uocem nostram in
his uerbis agnoscamus, qa & ille tales uoces ex per
sona nr̃a habuit, non ex potentia & maiestate sua,
sed ex eo quod factus est pp nos, nõ scd̃m id quod
erat qui fecit nos. Dñe deus meus ne elonges à
Psal 33. me.) Ita fit & non elõgat omnino: Prope est.n. dñs
his qui obtriuerũt cor. Deus meus in adiutorium
meum respice. Confundantur & deficiant cõmit-
tentes aiam meam.) Quid optauit? Confundantur
& deficiant. Quare optauit? Committentes animã
meam. Quid est, committentes aiam meam? Com-
mittentes quasi in rixam aliquam. Committi.n. di
cuntur, q rixari ꝓuocantur. Si ergo ita est: caueamꝰ
committentes aiam nostram: Quid est, committẽ-
tes aiam nostram? Primo ꝓuocantes nos ut deo re
sistamus, ut in malis nr̃is deus nobis displiceat. Qñ
Psal. 82 enim rectus es ut bonus sit tibi deus Israel, bonus
rectis corde? Qñ rectus es? Vis audire? Qñ in eo bo
no quod facis, deus tibi placet: in eo autẽ malo qđ
pateris, deus tibi nũ displicet. Videte quid dixerim
fratres, & cauti estote contra committẽtes animas
C uestras. Omnes.n. q nobiscum agunt, ut in mœro-
ribus & tribulationibus fatigemini, id agunt ut in
eo qd patimini, deꝰ uobis displiceat, & exeat de ore
uestro: Quid est hoc? Quid.n. feci? Iã ergo tu nihil
mali fecisti, & tu iustus es, & ille iniustus? Peccator
sum, inqs, fateor, iustũ me non dico: Sed qd, pecca-
tor est? Nunquid tm̃ quantũ ille cui bene est? Quã-
tum peior? Ego scio mala ipsius, ego scio iniquita-
tes ipsius, à quibus ego etsi peccator longe absum,
& tñ uideo eũ florere oĩbus bonis, & ego tanta pa-
tior. Nõ ergo ideo dico, deus quid tibi feci, quia ni
hil oĩno mali feci, sed qa non tm̃ feci ut ista dignus
sim pati. Iterũ tu iustus es, ille iniustus. Euigila mi-
ser, cõmissa est aia tua. Non, inquit, ego iustũ me di
xi. Quid ergo tu dicis? Peccator sum, sed non tanta
cõmisi, ut ista dignus essem pati. Nõ ergo dicis deo,
Iustus sum & tu iniustus es: sed dicis, Iniustus sum,
sed tu es iniustior. Ecce cõmissa est aia tua, ecce iam
bellũ gerit aia tua. Quæ? Cõtra quẽ? aia tua contra
deũ, q facta est contra illũ à quo facta est. Vel q̃ es q̃
Esa. 46. contra illũ clames? Ingrata es. Redi ergo ad confes-
sionẽ infirmitatis tuæ, implora medici manũ. Non

tibi uideanꝫ fœlices q florent ad tp̄s. Tu castigaris, D
illis parcitur: forte tibi castigato & emendato filio
hæreditas reseruaꝫ. Redi ergo, tedꝭ ꝑuaricator ad
cor, non cõmittatur aĩa tua: Potentior est multum
cui bellũ indixisti. Quãto grãdiores lapides in cœ-
lum miseris, tãto te fortior ruina pressura est. Redi
potius ad cognoscendũ te, deus est q tibi displicet.
Erubesce, tu tibi displice: nihil boni faceres, nisi il-
le bonus esset: & nihil mali patereris, nisi ille iustus
esset: Euigila ergo in hanc uocẽ, Dñs dedit, dñs ab- Iob 1.
stulit, sicut dño placuit, ita factũ est, sit nomen dñi Iob. 2.
benedictum. Iniusti erant qui iuxta Iob putrescen-
tem sani sedebant, & tñ ille suscipiẽdus flagellaba-
tur, illis puniendis parcebatur. Quicquid ergo tri-
bulationis tibi acciderit, quicqd insultationis, nõ
committatur aĩa tua, non committaꝫ non solũ cõ-
tra deũ, sed nec contra eos ipsos q tibi ista faciunt.
Si.n. uel ipsos odio habueris, & contra illos cõmis-
sa est aĩa tua: prorsus illi grãs age, pro istis ora. For-
te.n. & oratio pro ipsis est ista quam audisti. Con-
fundantur & deficiant committẽtes aiam meam.
Confundantur & deficiant: Multum.n. de iustitia
sua præsumunt, ergo confundanꝫ. Hoc illis expedit E
ut peccata sua cognoscant unde cõfundanꝫ & defi-
ciant: male.n. de uiribus suis ꝑsumebant, & ipsi de
fecti dicant, Qñ infirmor, tunc fortior sum: & ipsi 2. Cor. 12.
defecti dicant, Ne abijcias me in tp̄s senectutis. Bo-
nũ ergo illis optauit, ut confundanꝫ de malis suis,
& deficiant à peruersis uiribus suis, & tunc iã defe-
cti & confusi qrant illuminatorem à cõfusione, &
refectorem à defectiõe: deniq uide quid sequitur,
Induantur confusione & uerecundia, q cogitant
mihi mala.) Confusionẽ & uerecundiã, confusio-
nem de mala conscia, uerecundiam pp modestiã.
Fiat hoc in illis, & boni erunt. Nõ tibi uideatur sæ-
uire, utinã exaudiatur pro illis: nã sæuire uidebatur
& Stephanus qñ ore flammanti uerba illa iacula-
batur: Dura ceruice & non circũcisi corde & auri- Act. 7.
bus, uos semp restitistis spiritui sancto. Quã accẽsa
iracundia, q̃ uehemens aduersus inimicos cõmissa
tibi uidetur anima ipsius? Absit. Salutem ipsoꝝ re-
grebat, phreneticos male sæuiẽtes uerbis ligabat:
nam uide qũo non erat cõmissa anima ipsius, non
solum non contra deũ, sed nec cõtra ipsos: Dñe, in- F
quit, Iesu, tu accipe sp̄m meum. Non ei displicuit Ie-
sus, quia passurus erat lapidationem pro uerbo ip-
sius: non ergo erat cõmissa anima eius contra deũ.
Item dixit, Dñe ne statuas illis hoc delictum: nõ er
go erat commissa anima eius, nec contra inimicos
suos. Induanꝫ confusione & uerecũdia, qui cogitãt
mihi mala. Hoc.n. quærunt oẽs qui me tribulant,
mala mihi q̃runt. Quæ mala quærebat ẽt mulier il Iob. 2.
la qñ suggessit: Dic aliquid in deum, & morere: Et Tobiæ. 2.
illa uxor Tobiæ quæ ait marito, Vbi sunt iustitiæ
tuæ? Ad hoc dicebat ut displiceret illi deus q illũ fe-
cerat cæcũ, & cum illi displiceret committeretur a-
nima ipsius. Si ergo nemo tibi tribulãdo ꝑsuaserit,
nemo extorserit ut tibi displiceat deꝰ in his q̃ pate-
ris, aut ut oderis hoies per quos pateris, non cõmit
titur aĩa tua, securus dicis qđ sequitur: Ego autem
semper in te sperabo, & adijciã super oẽm laudem
tuam.) Quid est hoc? Mouere nos debet, adijciã su-
per oẽm laudẽ tuam. Perfectiorẽ facturus es laudẽ
dei? Est aliquid qđ superadijciatur? Si iã omnis illa
laus est, tu qđ adiecturꝰ es? Laudatus est deꝰ in om-

Actu.10. & manduca. Quid est macta & manduca? Occide quod sunt, & fac quod es. Hac macta & manduca, hac cōminue & bibe, utrunq; tamen in eodē sacra- D mēto, qa oportebat utiq;,& sine dubitatione oportebat, ut corpus quod erat diaboli, credendo transiret in corpus Christi: sic diabolus cōsumitur amissis mēbris suis. Hoc figuratū est & in serpēte Moysi. Exo.4. Nam fecerunt magi similiter, proiectisq; uirgis suis exhibuerunt dracones: sed draco Moysi omnium illorum magorum uirgas absorbuit. Intelligatur ergo & modo corpus diaboli: hoc fit, deuoratur à gentib' q̄ crediderunt, factus est esca populis Aethiopibus. Illud quoq; intelligi potest, Dedisti eum escā populis Aethiopibus, qa nunc eū omnes mordēt. Quid est mordent? Reprehendēdo, culpādo, accusando. Quo dictū est in prohibitione quidē, sed tamē expressum, Si aūt mordetis & comeditis inuicē, uide- Gal.5. te ne ab inuicē cōsumamini. Quid est, mordetis & comeditis inuicem? Litigatis inuicē, detrahitis inuicem, opprobria obijcitis inuicē. Attendite ergo nūc his morsibus cōsumi diabolum. Quis nō iratus ser uo suo etiā paganus dicat illi satanas? Vide diabolū datum in escā. Hoc dicit Christianus, hoc dicit Iudæus: hoc dicit Pagan', ipsum adorat,& de ipso ma ledicit. Videamus ergo reliqua fratres, obsecro intē E dite, cum magna uoluptate audiuntur, quia audita etiā in orbe terrarū cognoscuntur. Hæc quādo dicebantur, non fuerunt, quia tunc promittebantur nō reddebantur: nunc uero qa uoluptate afficimur, cū ea quæ p̄dicta legimus in libro, cōpleri uidemus in mūdo, uideamus quid fecerit, quem iam intellexit Asaph, qui operatus est salutē in medio terræ. Tu disrupisti fontes & torrētes:) Vt manarent liquorē sapientiæ, ut manarent diuitias fidei, ut irrigarent salsitatē gentiū, ut oēs infideles in fidei dulcedinē sua irrigatione cōuerterent, disrupisti fontes & torrētes. Forte discretū est, forte unū est, qa fontes tam largi fuerūt ut flumina facerēt. Tu disrupisti fontes & torrētes. Si aūt ad discretionē, in alijs fit uerbum Ioan.4. dei fons aquæ salientis in uitā æternam: alij autem audientes uerbū, & nō sic habētes ut bene uiuant, tamen nō tacentes lingua torrentes fiunt. Torrētes enim dicuntur proprie qui nō sunt perennes: nam aliquādo & translate dicitur torrens p̄ fluuio: sicut dictū est, Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ,& Psal.35. torrente delitiarū tuarū potabis eos. Nō.n. ille tor- F rens aliq̄n siccabitur: sed torrētes proprie dicuntur fluuij q̄ æstate deficiunt, aquis aūt hyemalib' inundant & currunt. Vides ergo hominē bene fidelem pseueraturū usq; in finem, non relicturum deum in tentatione omni, p̄ ueritate, nō p̄ falsitate & errore omnes molestias sustinentē Hic unde sic uiget, nisi Ioan.4. quia uerbū factum est in eo fons aquæ salientis in uitā æternā? Alius aūt accipit uerbū, p̄dicat, nō tacet, currit: sed æstas p̄bat fontē aut torrentē: tñ ex utroq; rigat terra ab eo qui operatus est salutē in medio terræ. Exūdent fontes & torrētes. Tu disrupisti fontes & torrētes. Tu siccasti fluuios Ethan.) Hac rūpit fontes & torrētes, hac siccat fluuios Ethan, ut inde currāt aquæ: Et q̄ aquæ siccent? Fluuios, inqt, Ethā. Quid est Ethan? Verbū.n. Hebræū est, Quid interpretat Ethā? Fortis, robust'. Quis est iste fortis & robust', cui' fluuios siccat de'? Quis, nisi ille ipse draco? Nemo.n. intrat in domū fortis ut uasa illius Matt.12. diripiat, nisi prius alligauerit fortē. Ipse.n. est fortis de uirtute sua præsumens & deum deserens: ipse est fortis, qui ait, Ponam sedem meam ad Aquilonem, Esa.14.

G & ero similis altissimo. De ipso calice superbię fortitudinis homini ꝓpinauit. Fortes esse uoluerunt qui se
Gene.3. deos futuros de cibo uetito crediderunt. Factus est
Adā fortis cū audiret, Ecce factus est Adā q̄si unus
ex nobis. Fortes & Iudæi de iustitia sua p̄sumentes:
Rom.10. Ignorātes.n. dei iustitiā, & suam q̄rentes cōstituere
iustitiam, tanquā fortes, iustitiæ dei nō sunt subiecti. Videte hominē digessisse fortitudinem suam, &
remāsisse infirmum, inopē, longe stantem, nec oculos suos ad cœlos leuare audentē, sed percutientem
Luc.18. pectus suū, & dicentē, Dñe propitius esto mihi peccatori. Iam infirmus est, iam infirmitatē cōfitetur,
nō est fortis: arida terra est, rigeš fontib⁹ & torrētibus. Illi adhuc fortes sunt q de uirtute sua p̄sumūt:
Siccent flumina eorū, nō proficient doctrinæ gentium, haruspicū, mathematicoꝝ, magicæ artes, q̄m
siccati sunt fluuij fortes. Tu siccasti fluuios Ethan.
Arescat illa doctrina, inundentur mentes Euāgelio
Ioan.1. ueritatis. Tuus est dies, & tua est nox.) Quis hoc
ignorat q̄ň ipse fecit hæc omnia, quia per uerbū facta sunt omnia? Illi ipsi q operatus est salutē in medio terræ, illi dicitur, Tuus est dies, & tua est nox.
H Aliquid hic intelligerẽ debemus quod pertineat ad
ipsam salutē, quā operatus est deus in medio terræ,
Tu⁹ est dies. Qui sunt isti? Spiritales. Et tua est nox.
Qui sunt isti? Carnales, Tu⁹ est dies, & tua est nox.
Loquanť spiritales spiritalia spiritalib⁹: dictū est.n.
1.Cor.2. Spiritalib⁹ spiritalia cōparantes, Sapientiam loquimur inter pfectos. Nondū capiunt istā sapientiam
1.Cor.3. carnales, Nō potui uobis loqui q̄si spiritalibus, sed
q̄si carnalib⁹. Ergo cū spiritales spiritalib⁹ loquunť,
Psal.18. Dies diei eructat uerbū. Cum uero & ipsi carnales
nō tacent fidē crucifixi Christi, quā possunt capere
parui, nox nocti annūciat scientiam. Tuus est dies,
& tua est nox: ad te ptinent spiritales, ad te ptinent
carnales. Illos illustras incōmutabili sapientia & ueritate, illos cōsolaris carnis manifestatione, tanquā
luna consolans noctē: Tuus est dies, & tua est nox.
Vis audire diē? Vide si capis, erige quantū potes mētem tuā. Videamus si pertines ad diem, iam uideamus. Si non palpitat aspectus tuus, potes uidere q̄d
Ioan.1. audisti modo ex Euāgelio, In principio erat uerbū,
& uerbū erat apud deum, & deus erat uerbū. Non
nosti.n. tu cogitare uerba nisi q̄ sonant & trāseunt.
I Potes iam capere uerbū, non sonum, sed deum? An
nō tibi audisti, & deus erat uerbū? Sed tu ista uerba
cogitas, Omnia p ipsum facta sunt: & p ipsum facti
sunt, & q uerba faciūt. Quale ergo illud uerbū est?
Capis, ô carnalis? Rñde, Capis? Nō capis, adhuc ad
noctē ptines, luna tibi necessaria est ne in tenebris
Psal.10. moriaris. Etenim quidā peccatores intēderunt arcū ut sagittarēt i obscura luna rectos corde. Obscu
Matt.27. rata est.n. caro Christi de cruce deposita, & i sepulchro posita: & illi q occiderunt insultauerūt, & nōdū resurrexerat, & sagittati sunt discipuli recti cor
Psal.18. de, sed i obscura luna. Ergo ut nō solū dies diei eructat uerbū, sed etiam nox nocti annunciet scientiā:
q̄m tuus est dies, & tua est nox: dignare descendere,
manere apud eū a quo descēdis, sed uenire ad quos
descendis. Dignare descendere qui in hoc mundo
eras, & mundus p te factus est, & mundus te nō cognouit. Habeat & nox consolationē suam: habeat,
Ioan.1. inquit, uerbū caro factum est, & habitauit i nobis.
Tuus est dies, & tua est nox. Tu perfecisti solem &
lunā:) Solem spiritale, lunam carnales: adhuc carnalis est, nō deseratur, & ipse perficiatur. Tu perfeci K
sti solem & lunam: solem tanquā sapientem, lunā
tanquā insipientem, non tamen deseruisti: nam ita
scriptum est, Sapiens permanet sicut sol, stultus aūt Eccli.27.
sicut luna mutatur. Quid ergo? quia sol pmanet.i.
sapiens permanet sicut sol, stultus sicut luna mutatur: adhuc carnalis, adhuc insipiens deserēdus est?
Et ubi est quod dictū est ab Aplo, Sapientib⁹ & in- Roma.1.
sipientibus debitor sum? Tu pfecisti solē & lunam.
Tu fecisti omnes terminos terræ.) Nōne & antea
q̄ fundauit terram? Sed q̄uo fecit terminos terræ, q
operatus est salutem in medio terræ? Quomodo,
nisi quomodo dicit Apostolus, Gratia aūt salui fa- Ephe.2.
cti sumus, & hoc nō ex nobis, Sed dei donū est, nō
ex operibus ne forte quis extollatur? Ergo nō erant
opera bona? Erant. Sed quomodo? Gratia dei. Se- Ibidem.
quere, uideamus: Ipsius.n sumus figmentum creati
in Christo Iesu in operibus bonis. Ecce quomodo
fecit terminos terræ, qui operatus est salutē in medio terrę. Tu fecisti omnes terminos terræ: Aestatem & uer tu fecisti ea.) Feruentes spiritu æstas est:
Tu, inquā, fecisti spiritu feruētes, tu fecisti & nouellos in fide, uer est, Aestatem & uer tu fecisti ea: non L
glorientur quasi non acceperint, tu fecisti ea. Memor esto huius creaturę tuę.) Cuius creaturę tuæ?
Inimicus exprobrauit dño.) O Asaph dole in intellectu pristinā cæcitatem tuam, inimicus exprobrauit domino: dictum est Xpo in gente sua, Pecca Ioan.9.
tor est iste, nō nouimus unde sit, Nos Moysen nouimus: illi locutus est deus, iste Samaritanus est. Inimicus exprobrauit dño: Et populus imprudens
exacerbauit nomē tuū.) Populus imprudens tunc
Asaph, sed nō intellectus Asaph tunc. Quid dicitur
in superiore psalmo? Quasi pecus factus sum à te, & Psal.72.
ego semper tecū: quia non iui ad deos & idola gentium. Etsi nō cognouit ut pecus, tamē recognouit
ut homo: dixit.n semper tecum quasi pecus. Et qd
postea in ipso psalmo ubi Asaph? Tenuisti manum Ibidem.
dexteræ meæ, in uoluntate tua deduxisti me, & cū
gloria assumpsisti me In uoluntate tua, nō in iustitia mea, dono tuo, nō opere meo. Ergo & hic inimicus exprobrauit dño, & populus imprudens exacer
bauit nomen tuum. Omnes ergo perierunt? Absit. Et Roma.11.
si aliqui ex ramis fracti sunt, manent tamen aliqui M
quo inseretur oleaster, & radix manet, & ex ipsis ramis per infidelitatem fractis, reuocati sunt quidam
per fidem. Nā & ipse apostolus Paulus per infidelitatē fractus erat, & p fidem radici restitutus est. Ita
planè populus imprudens exacerbauit nomē tuū,
quando dictū est, Si filius dei est, descendat de cru- Matt.27.
ce. Sed quid tu Asaph iam in intellectu? Ne tradideris bestijs animam confitentem tibi.) Agnosco,
inquit, Asaph, qa sicut in alio Psalmo dicitur, Pecca Psal.50.
tum meum cognoui, & facinus meum non operui.
Quare? Quia locutus est Petrus mirantibus linguas
Israelitis, quoniam ipsi occiderunt Christum, cum
propter illos missus sit Christus. Hoc audito cōpuncti sunt corde, & dixerūt ad Apostolos: Quid ergo
faciemus? Dicite nobis: & apostoli, Agite pœniten- Acta.2.
tiam, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine
dñi Iesu Christi, & dimittentur uobis peccata uestra. Quia ergo p pœnitentiam cōfessio facta est: ne
tradideris bestijs animam confitentem tibi. Quare
confitentem tibi? Quia conuersus sum in erumna Psal.31.
dum cōfigitur spina. Compuncti sunt corde, & fa-

A ćti sunt erũnosi pœnitẽdo, qui fuerant gloriosi sæ-
Psal. 90. uiendo. Ne tradideris bestijs aiam confitẽtem tibi.
Quibus bestijs, nisi quarum capita cõtrita sunt su-
per aquã? Quia dict° est bestia leo & draco ipse dia
bolus. Noli, inqt, dare diabolo & angelis eius aiam
Gene. 3 confitentẽ tibi. Deuoret serpens si adhuc terrena sa
pio, si terrena desydero, si adhuc in promissis uete-
ris testamenti nouo reuelato remaneo. Cum aũt iã
deposuerim supbiam, & iustitiã meam nõ agnoscã
sed gratiam tuam, nõ habeant in me supbæ bestiæ
potestatem. Ne tradideris bestijs aiam confitentẽ
tibi. Animas pauperum tuoꝶ ne obliuiscaris in fi
nem.) Diuites eram°, fortes eramus, sed siccasti flu
uios Ethan. Iam modo nõ cõstituimus iustitiã no-
stram, sed agnoscimus grãm tuam. Pauperes sum°,
exaudi mẽdicos tuos. Iam oculos nõ audemus ad
cœlũ leuare, sed pcutientes pectus nostrũ dicimus,
Luc. 18. Dñe propitius esto mihi pctõri Animas pauperum
tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testm̃
tuum.) Redde quod promisisti, tabulas tenemus,
hæreditatem expectamus. Respice in testm̃ tuum,
non illud uetus: non pp terram Chanaan rogo, nõ
B propter inimicorum temporalem subiectionẽ, nõ
pp filiorum carnalem fœcunditatem, non propter
diuitias terrenas, non pp salutem temporalem. Re-
spice in testm̃ tuum, quo promisisti regnum cœlo-
rum. Iam agnosco testm̃ tuum, iam intellectus est
Asaph, non est pecus Asaph, iam uidet quod dictũ
Hiere. 31 est, Ecce dies ueniunt dicit dominus, & cõsummia-
bo domui Israel & domui Iuda testamentum no-
uum, non secundum testamentum quod disposui
Heb. 8 patribus eorum. Respice in testamentum tuum.
Qm̃ repleti sunt qui obscurati sunt terræ domorũ
iniquarum:) Quia corda habebãt iniqua. Domus
nr̃æ corda nostra: ibi libenter habitant beati mun
Matt. 5 do corde, qm̃ ipsi deum uidebunt. Respice ergo in
Roma. 9 testamentum tuum, & reliquiæ saluæ fiant, qa mul
ti qui attendunt ad terram, obscurati sunt & reple-
Psal. 1 ti sunt terra. Intrauit in oculos eoꝶ puluis, & excæ-
cauit eos, & facti sunt puluis quẽ proijcit uentus à
facie terræ. Repleti sunt q obscurati sunt terræ do-
moꝶ iniquarum. Attendendo. n. terram obscurati
Psal. 68 sunt, de quib° dictũ est in alio Psalmo, Obscurẽtur
oculi eoꝶ ne uideant, & dorsum eoꝶ semper incur
C ua. Terra ergo repleti sunt qui obscurati sunt terræ
domoꝶ iniquarũ, qa corda habẽt iniqua. Domus
enim nrę sicut supra dixim°, corda nostra sunt: ibi
libenter habitabimus, si ea ab iniqtate mũdemus.
Ibi est mala conscientia q̃ inde repellit hoĩem, quò
iubetur ire portans grabatũ suũ, cui peccata dimis
Ioan. 5. sa sunt, dicẽte dño, Tolle grabatum tuum, & uade
in domum tuam. Porta carnẽ tuã, & intra ad sana-
tam conscientiã, qm̃ repleti sunt qui obscurati sunt
terræ domorum iniquarum. Obscurati sunt reple-
ti sunt terra. Illi obscurati q sunt? Qui corda iniqua
habent. Reddet illis dominus secũdum cor suum.
Ne reuertatur humilis cõfusus.) Illos enim super-
bia confudit. Egenus & inops laudabunt nomen
tuũ.) Videtis frẽs q̃ debeat dulcis esse paupertas, uide
tis pauperes & inopes ptinere ad deũ, sed pauperes
Mat. 5 spiritu, qm̃ ipsorum est regnũ cœloꝶ, Qui sunt pau
peres spiritu? Humiles, trementes uerba dei, confi-
tentes peccata sua, nõ de suis meritis, nec de sua iu-
stitia p̃sumentes. Qui sunt pauperes spiritu? Qui qñ
faciunt aliquid boni, deum laudant: qñ mali, se ac-

cusant. Sup quem requiescet spũs meus, ait Prophe D
ta, nisi sup humilem & quietum & trementẽ uerba Esa. 66.
mea. Iam ergo Asaph intellexit, iã terræ non hæret,
iam promissa terrena ex ueteri testamento non ex-
petit: mendicus tuus factus est, paup tuus factus ẽ,
flumios tuos sitit, qa sui siccati sunt. Quia ergo talis
factus est, non fraudet spe: Quæsiuit manib° nocte Psal. 76
corã te, non decipiatur, Ne auertatur humilis cõfu-
sus, egenus & inops laudabunt nomen tuũ. Confi
tentes peccata sua laudabunt nomen tuũ, desyde-
rantes æterna pmissa tua. laudabũt nomẽ tuũ: nõ
de tpalibus turgidi, non de propria iustitia in sup-
biã eleuati & inflati. Nõ ipsi: sed q? Egen° & inops
laudabunt nomen tuum. Exurge dñe iudica cãm
meam.) Desertus enim uideor, quia nondum acce-
pi qđ promisisti, & factæ sunt mihi lachrymæ meę Psal. 41
panes die ac nocte, dum dicit mihi quotidie, ubi ẽ
deus tuus? Et qa nõ possum oñdere deum meum,
quasi inane sequor: Insultat mihi, nec Paganus tm̃,
uel Iudæus: uel hæretic°, sed aliqñ frater ipse catho
licus torquet os, qñ promissa dei p̃dicantur, qñ fu-
tura resurrectio prænunciatur. Et adhuc ipse quã-
uis iam tinctus aqua salutis æternæ portans sacra- E
mentum xp̃i, forsitan dicit. Quis huc resurrexit? &,
Nõ audiui patrem meũ de sepulchro loquentẽ, ex
quo eũ sepeliui. Deus dedit legem ad ips seruis suis,
ad quod se auocarent, nam quis redit ab inferis? Et
quid faciam talibus? Oñdam quod nõ uident? Nõ
possum: non enim pp illos deus uisibilis debet fie-
ri. Iam id agant si placet, ita faciant, ita conent, qa
ipsi nolunt cõuerti in melius, deum conuertũt in
peius. Videat q põt, credat qui non potest, esse deũ.
Et si uidet q potest, nũquid oculis uidet? Intellectu
uidet, corde uidet. Non. n. solem & lunam uolebat
ostendere qui dicebat, Beati mundo corde, qm̃ ipsi Matt. 5
deum uidebunt. Immundum autem cor nec ad fi-
dem idoneum, ut quod non põt uidere uel credat.
Non uideo, inquit, quid crediturus sum? Anima. n.
tua uidetur? Vt opinor stulte, corpus tuũ uidet, ani
mam tuam quis uidet? Cum ergo corpus tuũ solũ
uideatur, quare nõ sepeliris? Miratur qa dixi si cor-
pus tm̃ uidetur, quare non sepeliris: Et respõdet, sa-
pis enim adhuc quia uiuo. Vnde scio qa uiuis, cui°
animam non uideo? Vnde scio? Rñdebis, quia lo-
quor, quia ambulo, quia operor. Stulte ex operib° F
corporis agnosco uiuẽtem, ex operib° creaturæ nõ
potes agnoscere creatorem? Et forte quis dicit, Cũ
mortu° fuero, postea nihil ero. Et lr̃as didicit, & ab
Epicuro didicit hoc, nescio quo delyro philoso-
pho, uel potius amatore uanitatis nõ sapiẽtiæ, quẽ
ipsi ẽt philosophi porcũ nominauerũt, qa uolupta
tẽ corporis summũ bonũ dixit: hunc philosophũ
porcũ noiauerunt uolutans in cœno carnali. Ab il
lo forte didicit lr̃as iste literat° dicere: nõ ero post-
eaquã mortu° fuero. Siccent flumina Ethan, pereãt
doctrinæ istæ gentiũ, pullulẽt uireta Hierusalẽ, ui-
deant quod poterunt, credant corde quod uidere
non pñt. Certe ista oĩa q̃ per mundũ modo uiden
tur, qñ operabatur deus salutem in medio terrę, cũ
ista dicebant nondũ erãt: & ecce tunc p̃dicta sunt,
nũc impleta mõstrant, & adhuc dicit stult° in cor-
de suo, non est deus. Væ peruersis cordibus, qm̃ ita Psal. 13
uentura sunt q̃ restãt, sicut uenerunt ista q̃ tunc nõ
fuerũt, & uentura p̃nunciabãtur. An uero exhibuit
nobis de° omnia q promisit, & de solo die iudicij

G nos fefellit? Nō erat xp̄s in terra, promisit, exhibuit. Non uirgo pepererat, promisit, exhibuit. Non erat fusus sanguis preciosus, quo deleret chirographum mortis niē, promisit, exhibuit. Nondū resurrexerat caro in uitam æternam, promisit, exhibuit. Nondū crediderant gentes, promisit, exhibuit: nondū hęretici in noīe xp̄i armati, contra xp̄m militabant, prędixit, exhibuit. Nondum idola gentiū de terra ista deleta erant, prædixit, exhibuit. Ista omnia cum p̄dixisset & exhibuisset, de solo die iudicij mentitus est? Veniet omnino q̄uo ista uenerunt, quia & ista anteq̄ uenirent futura erant, & futura prius prænūciata sunt, & postea uenerūt. Veniet fratres mei, nemo dicat, nō ueniet: aut ueniet, sed longe est qd uenit: sed tibi ꝓpe est ut eas hinc. Sufficiat prima deceptio: si nō potuimus primo ꝑmanere in p̄cepto, saltē corrigamur exēplo. Nondum erat exemplum

Genes. 2. & 3. casus humani, q̄n dictū est ad Adam, Morte morietis si tetigeris: & uenit de transuerso serpēs, & dixit, Non morte morieris. Creditus est serpēs, contemptus est deus, tactū est uetitū, mortuus est homo, Nonne impletum est potius qd minatus est deus, q̄

H qd ꝓmiserat inimicus? Sic est certe, agnoscim⁹ hoc, ideo omnes in morte iam uel experti cauti simus. Non.n. cessat & modo serpens insusurrare & dicere, Nunqd uere damnaturus est deꝰ tantas turbas, liberaturus est paucos? Quid est aliud, q̄ facite cōtra præceptum non morte moriemini? Sed q̄uo tunc, sic & nunc. Si feceris quod suggerit diabolus, & cōtempseris quod præcepit deus, ueniet iudicij dies, & inuenies uerū qd minatus est deus, & falsum qđ

Psal. 41 pollicitus est diabolus. Exurge dñe iudica causam meā. Mortuus es & cōteptus es, dicitur mihi: ubi est deus tuus? Exurge iudica cām meam. Non.n. uenturus est ad iudicium, nisi qui exurrexit à mortuis. Venturus p̄nūciabatur, uenit & cōteptus est à Iudæis ambulans in terra, contēnitur à falsis xp̄ianis sedens in cœlo. Exurge dñe iudica causam meam, q̄m in te credidi, non peream, quia credidi qd non uidi: spe mea nō fallar, accipiam quod promisisti, Iudica causam meam, Memento opprobrioꝝ tuorum, eoꝝ quæ ab imprudēte sunt tota die) Adhuc enim insultatur xp̄o, nec deerunt tota die, hoc est, usq; in finē seculi uasa iræ. Adhuc dicitur, Vana prę

I dicant xp̄iani: adhuc dicitur, Inanis est resurrectio mortuoꝝ. Iudica causam meā, memēto opprobriorum tuorum. Sed quorum, nisi eorum quæ ab imprudente sunt tota die? Nunqd prudens hoc dicit? Prudens.n. dictus est porrō uidens. Si prudēs porrō uidens, fide uidetur porrō: nam oculis uix ante pedes uidetur tota die. Ne obliuiscaris uoces deprecantium te.) Ingemiscentium & expectantiū iā qd promisisti de nouo testamento, & ad ipsam fidem ambulantium, ne obliuiscaris uoces deprecātium te: sed illi adhuc dicūt, Vbi est deus tuus? Superbia eorum qui te oderunt ascēdit semp ad te.) Noli & eorum superbiam obliuisci. Nec obliuiscitur omnino, aut punit, aut corrigit.

In Psalmum septuagesimumquartum, Enarratio.

Psalmus iste tumori superbiæ medicinā humilitatis apportat. Humiles aūt consolatur in spe, hoc agens, ut ne quisquā superbe de se præsumat, nec quisquā humilis de dño desperet. Est enim promissio dei tata, certa, fixa & inconcussa, fidelis, & omni dubitatione carēs, q̄ consolatur K afflictos. Tota.n. uita humana sup terra, sicut scri- *Iob. 7* ptum est, tētatio ē: Nec quasi prospera eligēda est, & sola aduersa deuitāda, sed utraq; cauenda est, illa ne corrumpat, ista ne frāgat, ut unicuiq; hoium in quocunq; statu rerum in hac uita egerit, non sit refugiū nisi deus, nec ullū gaudium, nisi in promissis eius. Vita.n. hęc qualibet redundans fœlicitate multos fallit, deus neminē. Quia ergo omni homini cōuerso ad deū mutatur delectatio, mutātur delitiæ: non enim subtrahuntur, sed mutantur. Oēs aūt delitiæ nostrę in hac uita, nondum sunt in re, sed ipsa spes tam certa est, ut oibus huius seculi delitijs præponenda sit, sicut scriptū est, Delectare in dño. Et *Psal. 36.* ne putares te iā habere quod ꝓmitt.t, subiecit statim, & dabit tibi petitiones cordis tui. Si ergo nondū habes petitiones cordis tui, unde delectaris in dño, nisi qa tenes certū promissorē qui se effecit ꝓmittendo debitorē? Huius igit deprecationis, ut permaneat nobiscū spes nr̄a, & introducamur in id qd promisit deus, loquitur titulus huius Psalmi: In finem ne corrūpas.) Quid est ne corrumpas? Quod promisisti, exhibe. Sed q̄n? in finem. Illuc ergo men L tis oculus dirigat in finē. Omnia q̄ in uia occurrerint transeantur, ut perueniatur in finem. Exultēt superbi de p̄senti fœlicitate, tumeant honoribus, fulgeant auro, redundent familijs, obsequijs clientum cōstipent: p̄tereunt ista & transeūt tanquā umbra. Cū ille finis uenerit, ubi oēs qui modo in dño sperent gaudebunt, tunc illis ueniet sine fine tristitia. Q̄n acceperint humiles quod irrident superbi, tūc superboꝝ typhus conuertetur in luctum. Tūc erit illa uox quā in libro sapientiæ nouimus. Dicēt.n. tunc uidentes gloriam sanctorum, qui cum hic humiliarentur tolerauerūt: q cum hic sublimarentur, non annuerunt. Tunc ergo illi dicēt, Hi sunt quos aliq̄n habuimus in derisum: ubi etiam dicēt, Quid *Sapien. 5* nobis profuit supbia, & diuitiarū iactantia qd contulit nobis? Transierunt oia tanquā umbra. Quia de corruptibilib⁹ præsumpserūt, spes eoꝝ corrumpetur, nr̄a uero spes tūc erit res. Promissio enim dei ut maneat itegra & firma & certa erga nos, dixim⁹ ex corde fidei: In finē ne corrūpas. Noli ergo timere ne promissiones dei corrumpat aliquis potētū: Ipse uero non corrumpit, qa uerax est, potentiorē M non habet a quo eius promissio corrūpatur. Certi ergo simus de promissis dei, cantemus iam unde incipit Psalmus.

Expositio Psalmi.

Confitebimur tibi deus, confitebimur tibi & inuocabimus nomē tuū.) Noli antequā confitearis inuocare, cōfitere & inuoca. Illum qppe quē inuocas, in te uocas. Quid est.n. inuocare, nisi in te ipm uocare? Si inuocatur à te.i. si uocatur i te, ad quē accedit? Ad supbū nō accedit, certe alt⁹ est, nō eū attingit elatus. Omnie sublimia ut contingamus, attollimus nos, & si attingere nō possumus, machinamēta aliqua uel scalas qrimus, ut sublimati sublimia cōtingamus. Cōtrà deꝰ & altus ē, & ab humilib⁹ contingit: scriptū est, Prope est *Psal. 33* dñs his qui obtriuerunt cor. Tritura cordis, pietas, humilitas. Qui se conterit, irascitur sibi, se habeat iratum, ut illum habeat propitiū: se habeat iudicē, ut illū habeat defensorē. Ergo inuocatus deꝰ uenit. Ad quem uenit? Ad supbum non uenit. Audi aliud testimoniū,

A testimoniũ. Excelsus dñs & humilia respicit, excelsa autẽ à longe cognoscit. Excelsus dñs & humilia respicit non a longe, excelsa aũt à longe cognoscit. Et ne forte cũ dictum esset, quia humilia respicit, superbi de impunitate gauderent, quasi eos superbiẽtes nõ agnoscat qui in excelsis habitat, territi sunt, & dictũ est eis, uidet uos, & cognoscit uos, sed a longe. Hos facit beatos q̃bus propinquat: Vos aũt, inquit, o superbi, ò excelsi, non eritis impuniti, q̃a cognoscit: nõ eritis beati, q̃a a longe cognoscit. Videte ergo quid agatis, q̃a si agnoscit, nõ ignoscit. Melius ergo ignoscit q̃ agnoscit. Quid est.n. ipsum ignoscere, nisi non noscere? Quid est nõ noscere? non animaduertere: nã & uindicantis solet dici animaduersio. Audi orationẽ ut ignoscat. Auerte faciem tuã à

Psal.137.

Psal.50. peccatis meis. Quid igitur facies si auerterit faciem tuã a te? Molestũ est, & timendũ ne deserat te. Rursus si faciẽ nõ auertit, aĩaduertit. Nouit hoc de⁹, potest hoc deus, & auertere faciem à peccante, & non auertere a cõfitente. Itaq; alibi ei dicitur, Auerte faciem tuã à peccatis meis: & alibi ei dicitur, Ne auer-

Psal.26. tas faciem tuam a me. Ibi à peccatis meis auerte, hic

B autem à me noli auertere. Cõfitere ergo & inuoca: confitendo n. mundas templum quo ueniat inuocatus. Cõfitere & inuoca, Auertat faciem suã a peccatis tuis, non auertat à te. Auertat faciem ab eo qđ tu fecisti, nõ auertat ab eo quod ipse fecit. Te.n. hominẽ ipse fecit, peccata tua ipse fecisti. Cõfitere ergo & inuoca, dic, Cõfitebimur tibi deus, cõfitebimur tibi. Ipsa repetitio, cõfirmatio est, ne te confessum esse pœniteat. Non.n. alicui crudeli cõfessus es, nõ ultori, nõ insultatori, cõfitere securus. Audi aliã

Psal.117. uocẽ Psalmi adhortantẽ, Confitemini dño q̃m bonus est. Quid est, quoniam bonus est: Quid timetis cõfiteri? Bonus est, ignoscit cõfitenti. Time confiteri iudici homini, ne forte cõfessum puniat. Deo noli. Fac confitendo propitium, quẽ negando non facis nescium. Cõfitebimur tibi deus cõfitebimur, & securi iam inuocabimus nomẽ tuũ. Exhausimus corda nr̃a cõfessione, terruisti, mũdasti. Confessio nos humiles facit, ꝓpinqua humilib⁹, q̃ recedis ab excelsis. Firmamentum autẽ esse sententiæ in repetitione multis scripturarum locis docemur. Inde est

Ioan.1. quod dñs ait, Amẽ, amẽ. Inde in aliquibus Psalmis,

C Fiat fiat. Ad significationem rei sufficeret unũ fiat,

Psal.71. & 88. ad significationem firmamenti accessit alterũ fiat. Rex Aegypti Pharao nostis q̃ cum ibi iam esset Ioseph propter pudicitiæ amorem inclusus in carcerem, uidit somnium idem Pharao notum omnib⁹ nobis, à septẽ macris cõsumptas esse septem boues pingues, & rursus a septẽ spicis exilibus cõsumptas esse septẽ fœcundas. Et q̃d est interpretatus Ioseph? Si meministis, non duo sunt ista somnia, sed uisum

Gen.41. unum. Vna est, inquit, interpretatio eorũ, sed quod bis uidisti ait, ad cõfirmationem ualet. Hæc dixi ut nõ putetis repetitionẽ in uerbis sanctę linguæ, quasi loquacitatis esse appetitũ. Sępe ibi repetitio firma

Psal.56. menti habet uim. Paratũ cor meũ deus, inquit, pa-

Psal.26. ratũ cor meum: alio loco dicit, Sustine dñm, uiriliter age, & cõfortetur cor tuũ, & sustine dñm. Innumerabilia talia sunt per omnes scripturas, his sufficit cõmendasse nos loquendi genus, quod obseruetis in omnibus similibus. Modo ad rem aduertite, Confitebimur tibi, inquit, & inuocabimus nomen tuũ. Dixi quare ante inuocationem p̃cedit confes-

sio, quia quẽ inuocas, inuitas. Venire autẽ non uult D inuocatus, si tu fueris elat⁹. Elatus si fueris, cõfiteri non poteris, nec ea q̃ negas deo nescit. Itaq; cõfessio tua nõ illum docet, sed te mundat. Et iam cõfessus est & inuocauit, imo confessi sunt, inuocauerunt, & dicitur ex persona unius. Enarrabo oĩa mirabilia tua.) Cõfessus exinaniuit se malis, inuocans impleuit se bonis, enarrans eructauit quo se impleuit. Et uidete fratres cũ confiterentur multi erant: Cõfitebimur tibi deus, cõfitebimur tibi, & inuocabimus nomen tuũ. Multa.n. sunt corda cõfitentium, unũ credentium. Quare multa sunt corda cõfitentium, unum credentium? Diuersa.n peccata homines cõfitentur, unam fidem homines credunt. Iam

ergo cũ cœperit Xp̃s habitare in interiore homine *Ephe.3.* per fidem, cœperitq; inuocatus possidere cõfessum, fit totus Xp̃s caput & corpus, & ex multis unus. Audite iam Christiana uerba: nã quasi nõ uerba eius uidebantur. Confitebimur tibi deus, cõfitebimur tibi, & inuocabimus nomen tuũ: Iam incipit ex ꝑsona capitis sermo. Siue autem caput loquatur, siue membra loquantur, Christus loquitur: loquitur ex

persona capitis, loquitur ex persona corporis. Sed E

quid dictũ est? Erunt duo in carne una. Sacramen- *Gene.2.*

tum hoc magnum est, ego, inquit, dico in Xp̃o & in *Ephe.5.*

Ecclesia. Et ipse in euãgelio, Igitur iam nõ duo, sed *Matt.19.* una caro. Nam ut noueritis has duas quodãmodo esse personas, & rursus unã copulatione coniugii,

tanquã unus loquitur apud Esaiam & dicit, Sicut *Esa.61.* sponso alligauit mihi mitrã, & sicut spõsam induit me ornameto. Sponsum se dixit ex capite, sponsam ex corpore. Loquat̃ ergo un⁹, audiamus eũ, & in eo nos quoq; loquamur. Simus mẽbra ei⁹, ut hæc uox & nr̃a esse possit. Enarrabo, inq̃t, omnia mirabilia tua. Euãgelizabat Xp̃s seipsum, euãgelizat se etiam in mẽbris suis iam existentib⁹, ut & alios adducat, & accedant qui nõ erant, & copulẽtur mẽbris eius, per q̃ membra eius ꝑdicatum est euãgelium, & fiat unũ corpus sub uno capite, in uno spiritu, i una uita. Et quid ait? Cum accepero tẽpus, ego iustitias iudicabo.) Q̃n iudicabit iustitias? Cum acceperit tẽpus. Nondum est ipsum tẽpus? Gratias misericordiæ eius. Prius ꝑdicet iustitiam, & sic iudicet iustitias Nam si antè uellet iudicare q̃ ꝑdicare, quis inue

niretur liberandus? Quis absoluendus occurreret? F Modo ergo ꝑdicationis tẽpus est: Narrabo, inquit, omnia mirabilia tua. Audi narrantem, audi ꝑdicantem, nã si contẽpseris, cũ accepero tempus, inquit, ego iustitias iudicabo. Dono, inquit, nunc peccata cõfitenti, nõ parcã postea contemnenti. Misericordiam & iudicium cãtabo tibi dñe. Dicitur in Psal-

mo, misericordiam & iudiciũ. Modo misericordia, *Psal.100* postea iudiciũ, i qua misericordia peccata donant̃, in quo iudicio peccata puniunt̃. Vis nõ timere peccatorũ punitorem? Ama donatorem, noli respuere, noli extolli, noli dicere, non habet q̃d mihi donet: audi.n quod sequitur, Cũ accepero tẽpus, ego iustitias iudicabo. Accepit tẽpus Xp̃s: Accepit tẽpus filius dei? Filius dei nõ accepit tẽpus, sed filius hominis accepit tẽpus. Idem ipse autẽ & filius dei ꝑ quẽ facti sumus, & filius hominis ꝑ quẽ refecti sumus.

Homine assumpto, ipse nõ assumptus: hoĩe mutato *Concor.3.*

in melius, nullo modo ipse in deterius cõmutatus *ser.de.ca.*

nõ destitit esse quod erat, sed accepit quod nõ erat: *Recedẽte.*

Quid erat? Cum in forma dei esset, nõ rapinam ar- *Philip.2.*

G bitratus est esse se æqualē deo. Apostoli uerba sunt.
Et qd accepit? Sed semetipsum exinaniuit formā ser
ui accipiens. Sicut formā serui accepit, ita & tēpus
accepit. Demutatus est ergo? Diminutus est? Exilio
redditus? In defectū lapsus? Absit. Quid ergo, Semet
ipsum exinaniuit formā serui accipiens? Exinanisse
se dictus est accipiendo inferiorē, nō degenerando
ab æquali. Ergo fratres qd est hoc, Cū accepero tē-
pus ego iustitias iudicabo? Accepit tēpus ut fili⁹ ho
minis, gubernat tēpora ut filius dei. Audi qa ut fi-
lius hominis accepit tēpus iudicandi: dicit in euan
Ioan. 5. gelio, Dedit ei potestatē iudicij faciendi, qm̄ filius
hominis est. Secundū quod filius dei, nunquā acce
pit potestatē iudicādi, quia nunquā caruit potesta-
te iudicandi: secundū quod filius hominis, accepit
tempus sicut nascendi & patiendi, sicut & moriēdi
& resurgendi & ascendēdi, ita ueniendi & iudicādi.
Dicit in illo ista & corpus eius: non. n. sine illis iudi
Matt 19. cabit. Dicit quippe in euāgelio, Sedebitis super duo
decim sedes iudicātes duodecim tribus Israel. Ergo
totus Xp̄s dicit. i. caput & corpus in sanctis, Cū ac-
cepero tempus ego iustitias iudicabo. Modo autē
H quid? Defluxit terra.) Si defluxit terra, unde deflu
xit nisi de peccatis? Ideo & delicta dicuntur. Delin-
† al. loco. quere est, tanq̄ de liquido † quodam defluere a sta-
bilitate firmamēti uirtutis atq; iustitiæ. Cupiditate
enim inferiorū quisq; peccat: sicut roborat charitate
superiorum, sic deficit & quasi liquescit cupiditate
inferiorū. Hunc fluxum rerum in peccatis hominū
attendens donator misericors, & donator peccato
rū, nondū exactor suppliciorū, attendit & ait, Deflu
xit terra. Et omnes inhabitantes in ea.) Ipsa utiq;
terra defluxit inhabitantibus in se. Expositio est cō
sequens nō additio, tanquā si diceres: quō defluxit
terra? Subtracta sunt fundamenta, & aliquid in ea
hiatu quodā demersum est? Quod dico terrā? Oēs
inhabitantes in ea. Inueni, inquit, terrā peccatricē.
Et quid feci? Ego confirmaui colūnas eius.) Quas
columnas confirmauit? Columnas Ap̄los dicit. Sic
Gal. 2. Apostolus Paulus de coapostolis suis: qui uideban
tur, inquit, columnæ esse. Et qd essent illæ colūnæ,
nisi ab illo firmarentur? Quia terræ motu quodam
etiam ipsę columnæ nutauerunt, in passione domi
ni omnes Apostoli desperauerunt. Ergo columnæ
I illæ, q̄ in passione domini nutauerunt, resurrectio-
ne firmatæ sunt. Clamauit initium ædificij p̄ colū-
nas suas, & in eis omnibus colūnis architectus ipse
clamauit. Columna n. una erat ex illis Paulus Ap̄ls
2. Cor. 13. cū diceret, An uultis experimentū accipere eius qui
in me loquitur Xp̄s? Ergo ego, inquit, cōfirmaui co
lumnas eius, resurrexi, ostendi mortem nō esse me-
tuendam, ostendi timentibus nec ipsum corp⁹ peri
Ioan. 10. te in morientibus. Tenuerunt † eos uulnera, firma
† al. ter- uerunt cicatrices. Posset dn̄s Iesus Xp̄s sine ulla cica
suerunt. trice resurgere. Quid. n illi potestati magnum erat,
ad tantam integritatem compagem corporis reuo-
care, ut nullum omnino uestigium præteriti uulne
ris appareret? Habebat potestatem unde illud etiā
sine cicatrice sanaret, sed habere uoluit unde nutā-
tes colūnas firmaret. Audiuimus iam fratres quod
quotidie non tacetur, audiamus quid clamauerit p.
columnas has. Tempus audiendi est propter terro
rem illum, ego iustitias iudicabo cū accepero tem-
pus. Ille accepturus est tempus iustitias iudicandi,
uos iam nunc habetis tēpus iustitias faciēdi. Si ta-

ceret, nō haberetis quid faceretis, sed cōfirmatis co K
lumnis clamat. Quid clamat? Dixi iniquis nolite
inique agere.) Clamat fratres mei, certe clamatis, de
lectat uos, audite clamantē. Per ipsum obsecro ter-
reat uos ista uox, nō tam nos uestrę istę uoces dele
ctare debent q̄ nos istæ terrere. Dixi iniquis nolite
inique agere. Sed tā fecerunt & rei sunt: iam defluxit
terra, & oēs qui habitant in ea. Cōpuncti sunt cor- Acto. 2.
de q Xp̄m crucifixerunt, agnouerunt peccatū suū,
didicerunt aliquid ab Apostolis ne desperarent de
indulgentia p̄dicatoris. Medicus. n. uenerat, & ideo
nō ad sanos uenerat. Nō est opus, inquit, sanis medi
cus, sed male habētibus, Nō ueni uocare iustos, sed Matt. 9.
peccatores ad pœnitentiā, Ergo dixi iniquis, nolite
inique agere. Nō audierunt. Olim n. nobis dictum
est: Nō audiuimus, lapsi sumus, mortales facti, mor
tales geniti. Defluxit terra, audiāt uel modo ut sur-
gant ad medicū qui uenit ad languidum: quem no
luerunt audire sani ut nō caderent, audiant iacētes
ut surgāt. Dixi iniquis, nolite inique agere. Quid agi
mus? Iam fecimus. Et delinquētib⁹ nolite exaltare
cornu.) Quid est hoc? Si fecistis iniquitatē p̄ cupi-
ditatē, nolite eam defendere p̄ elationem, confite L
mini si fecistis: qui. n. non cōfitetur, & iniquus est,
& exaltat cornu. Dixi iniquis, nolite inique facere:
& delinquentib⁹, nolite exaltare cornu uestrū. Exal
tabitur in uobis cornu Xp̄i, si non exaltetur cornu
uestrū. Cornu uestrum de iniquitate est, cornu Xp̄i
de maiestate est. Nolite ergo efferri, ne loquamini
aduersus deum iniquitatē.) Audite iam uoces mul
torum, audiat unusquisq; & pungatur. Quid solent
homines dicere? Vere nō iudicat deus de rebus hu-
manis. Et est ullum iudiciū dei? Aut uere curat qd
agatur in terra? Tā multi iniqui redundant fœlicita
tibus, innocentes p̄muntur laboribus. Sed illi acci-
dit nescio qd mali castigante deo & admonente, &
nouit cōscientiam suā, nouit pro merito peccatorū
suorū aliquid se posse perpeti, unde argumentet ad-
uersus deum. Quia nō potest dicere, iustus sum, qd
putamus eū dicere? Sunt peiores iniqui, & tamē ista
nō patiuntur. Hæc est iniquitas quā loquuntur ho
mines aduersus deum. Videte aūt q̄ iniquū sit, dum
se uult iustū uideri, illum facit iniustū. Qui. n. dicit,
inique patior quod patior, illum iniquū facit cuius
iudicio patitur, se autem iustū qui iniquus patitur. M
Rogo uos fratres mei, æquū est hoc, ut deus credat
iniustus, tu iustus? Cum autem hoc dicis, loqueris
aduersus deū iniquitatē. Quid dicit i alio Psalmo?
Hęc fecisti, Numeratis qbusdā peccatis, hęc, inquit,
fecisti & tacui. Quid est tacui? Nunquā tacet præce-
pto, sed interim tacet supplicio: quiescit a uindicta,
nō profert in dānatum sententiam, Sed hoc ille di-
cit, Feci illa & illa, & nō uindicauit deus. Ecce sanus
sum, nihil mali cōtigit mihi. Hæc fecisti & tacui, su- Psal 49.
spicatus es iniquitatem quod ero tibi similis. Quid
est, quod ero tibi similis? Quia tu iniquus es, & me
tanq̄ iniquū putasti, tanq̄ approbatorem facinorū
tuorum, non aduersatorem, non ultorem. Et quid
postea tibi dicit? Arguam te & constituam te ante
faciem tuam. Quid est hoc? Quia modo peccando Ibidem.
post terga te ponis, nō te uides, nō te inspicis: ego te
pono ante te, & faciā tibi suppliciū de te. Sic & hic,
Ne loquamini aduersus deū iniquitatē: Attendite,
Multi aūt loquunt̄ istam iniquitatē, sed nō audent,
palam, ne blasphemi exhorreantur ab hoibus piis.

A In corde suo ista rodunt, intus tali nefario cibo pascuntur, delectat eos loqui aduersus deū iniquitatē, & si nō erūpunt lingua, corde non tacent. Unde in
Psal.13. alio Psalmo dr̄, Dixit stultus in corde suo, non est deus. Dixit stultus, sed hoīes timuit, noluit dicere ubi audirent hoīes. Et ubi dixit? Ubi audierat ipse de quo dixit. Propterea & hic in isto Psalmo charissimi attēdite, qm̄ hoc dixit, Nolite loqui aduersus deū iniquitatē, uidit multos hæc in corde agere, & adiunxit: Qm̄ neq; ab oriente neq; ab occidente neq; a desertis mōtium, qm̄ deus iudex est.) Iniquitatum tuarum iudex deus est. Et si deus est, ubiq; præsens est. Quo te auferes ab oculis dei, ut in parte aliqua loquaris qđ ille non audiat? Si ab Oriēte iudicat deus, secede in Occidente, & dic quicquid uis aduersus deū. Si ab Occidente, uade in Orientē & ibi loquere. Si a desertis montiū iudicat deus, uade in medium populoꝝ, ubi tibi submurmures. De nullo loco iudicat, qui ubiq; secretus est, ubiq; publicus: quē nulli licet ut est cognoscere, & quem nemo permittitur ignorare. Vide quid agas? Loque-
Sapi. 1. ris aduersus deū iniquitatē. Spūs dñi repleuit orbē
B terrarum. Alia scriptura dicit hoc, & hoc qđ continet oīa, sciam habet uocis. Propter hoc q loquitur iniqua, non pōt latere. Noli ergo cogitare deum in locis, ille tecum est talis qualis fueris. Quid est, talis qualis fueris? Bonus si bonꝰ fueris, & malus tibi uidetur si malus fueris, sed opitulator si bonus fueris, ultor si malus fueris. Ibi habes iudicē in secreto tuo. Volens facere aliquid mali, de publico recipis te in domū tuā, ubi nemo inimicoꝝ uideat: de locis domus tuę ṗṗtis & in faciē constitutis, remoues te in cubiculū: times & in cubiculo aliūde cōscium, secedis in cor tuū, ibi meditaris: ille in corde tuo interior est. Quocunq; ergo fugeris, ibi est. Teipsum quo fugies? Nōne quocunq; fugeris te sequeris? Qñ aūt & te ipso interior est, non est quo fugias à deo irato, nisi ad deū placatū. Prorsus nō est quò fugias. Vis fugere ab ipso? Fuge ad ipsum. Ergo ne loquamini aduersus deū iniquitatē, nec illic ubi
Psal.35. loquimini: Iniquitatē inquit, meditatus est in cubi-
Psal.4. li suo. Quid meditatus est in cubili suo? Cubile cor eius dicēs, Sacrificate, inqt, sacrificiū iustitię & sperate in dño. Sed supra dixit, Dicite in cordibꝰ uřis,
C & in cubilibus uřis cōpungimini. Quot habes ibi cōpunctiones facinoꝝ, tot habe illic pūctiones cōfessionū. Ubi ergo loqueris aduersus deū iniquitatē, ibi te iudicat, nō iudiciū differt, sed pœnā. Iā iudicat, iā nouit, iā uidet, pœna restat. Cū fuerit pſentata habebis & pœnā. Cū apparuerit facies illiꝰ ho-
Matt.27. minis, qui hic irrisus est, q iudicatus est, qui crucifixus est, qui sub iudice stetitꝰ, cū apparuerit iudicās in pſentia sua, tūc habebis pœnā si te non correxe-
Psal.94 ris. Quid ergo modo faciemus? Præueniamus faciē eius ∴ ἐξ-ομολογήσει. Præueni in cōfessione, ueniet uiris quē feceras iratū. Neq; a desertis montiū, qm̄ deus iudex est: nō ab Oriēte, nō ab Occidente, nō a desertis montiū. Quare? Qm̄ deus iudex est. Si in aliquo loco esset, nō esset deus: qa uero deꝰ iudex est, non homo, noli illū expectare de locis. Locus eiꝰ tu eris, si bonus, si cōfessus inuocaueris eū. Hunc humiliat & hūc exaltat.) Quē humiliat, quem exaltat iudex ille? Attendite duos illos in templo, & uidetis quē humiliat, & quem exaltat. Ascenderunt in templo orare, ait, unus pharisæus, & alter publicanus.

Pharisęus dicebat, Gr̄as tibi ago, quia nō sum sicut D
cæteri hoīes, iniusti, raptores, adulteri, sicut & pu- Luc.18.
blicanus iste: ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quęcunq; possideo. Ad medicū ascēderat, & mēbra sana ostendebat, uulnera tegebat. Quid ergo ille qui melius nouerat unde sanaret? Publicanus autē de longinquo stabat & ꝑcutiebat pectus suū. Videtis eū de longinquo stantē, illi ꝓpinquabat quē inuocabat, & ꝑcutiebat pectus suū, dicēs, Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Amen dico uo- Ibid.
bis, descendit iustificatus Publicanus ille magis q̄ Pharisæus ille: quia oīs qui se exaltat humiliabit, & qui se humiliat exaltabit. Expositus est uersus Psalmi huius, Deus iudex est: Hunc humiliat, & hunc exaltat: Humiliat superbum, exaltat humilē.

Quia calix in manu dñi uini meri plenus mixto.) Merito. Et inclinauit ex hoc in hūc, ueruntamen fex eius non est exinanita, bibent ex eo oēs peccatores terræ.) Renouamini paululū, obscurum aliquid est. Sed qũo audiuimus Euangelij lectionem recentissimā, Petite & dabitur uobis, q̄rite & inue- Matt. 7.
nietis, pulsate & apietur uobis: sed dicis mihi, Quo pulso ut apiatur mihi? Neq; ab oriēte, neq; ab occi- E
dente, neq; a desertis montium, qm̄ deus iudex est. Si præsens est hic atq; illic, & absens nusquam, ubi stas, ibi pulsa: ibi tm̄ sta, quia stādo pulsatur. Quid ergo est hoc? Primo qđ ista occurrit, Vini meri plenus est mixto. Qũo meri, si mixto? Cæterum calix in manu domini, cū dicit, eruditis in Ecclesia xp̄i loquitur, non utiq; ueluti forma humana circumscriptum deum debetis uobis in corde pingere, ne clausis templis simulachra in cordibus fabricetis. Calix ergo iste aliquid significat, Inueniemus hoc. In manu autem dñi est, in potestate dñi est. Manus enim dei, potestas dei commendata est. Nam & de hominibus plerunq; dicitur, In manu hoc hēt: hoc est, in potestate habet, ut cum uult, faciat. Vini meri plenus est mixto. Consequēter ipse exposuit, Inclinauit, inquit, ex hoc in hunc, uerūtamē fex eius non est exinanita. Ecce unde mixto uino plenus erat. Non ergo uos terreat, quia & merum & mixtū: merum, ꝑp synceritatem: mixtum, ꝑp fecem. Quid ergo ibi uinum, & quid ibi fex? Et quid est, inclinauit ex hoc in hunc, ita ut fex eius nō sit exinanita? F
Unde uenerit ad hoc recordamini, hunc humiliat, & hunc exaltat. Quod figuratū est nobis in Euangelio per duos hoīes, Pharisæū & Publicanū, hoc Luc.18.
latius accipientes, intelligamus duos populos, Iudæorum & Gentium: Iudæoꝝ populus Pharisæus ille, Gentiū populus Publicanus ille. Iudæoꝝ ppl's iactabat merita sua, Gentium ppl's confitebat peccata sua. Qui nouit in literis sanctis & eplās apostolicas, & actus Apostoloꝝ, uidet ibi quod dicoꝰ. Ne longum faciam, qũo Apostoli exhortabantur gentes ne desperarent, quod in magnis peccatis iacuissent, & reprimebant Iudæos ne se extollerent, qua- Roma. 3.
si ex iustificationibus legis, & ideo se putarent iustos, gētes autem peccatores esse, quia Iudæis & lex erat, & templum erat, & sacerdotium erat. Illi autem omnes cultores idolorum, ueneratores dæmoniorum, longe quidem positi, sicut Publicanus ille de longinquo stabat: sicut illi superbiendo recesserunt, sic isti confitendo ꝓpinquauerunt. Calix ergo uini meri plenus in manu dñi, quātū donat dñs ut intelligam. Potest.n. alius melius, quia sic se hēt

G obscuritas scripturarũ, difficile est ut unũ pariat in tellectũ, Quicũq; tñ intellectus exierit, opus est ut regulę fidei cõgruat, nec maioribus inuideam°, nec de paruulis desperam°. Quid nobis uideatur dico charitati uræ, nõ ut obstruam aures uestras aduersus alios aliqd melius forte dicturos, Calix.n. uini meri plenus mixto, uidet mihi esse lex quę data est Iudæis, & oĩs illa scriptura ueteris quod dicit testamenti, ubi sunt pondera omnium sententiarũ Nã ibi nouum absconditum latet testamentũ tanquã

Roma. 2. in fece corporalium sacramentorũ, Circuncisio carnis magni sacramẽti res est, & intelligitur ex eo circũcisio cordis. Templum Hierusalem illud magni sacramenti est res, & intelligitur ex eo corpus dñi.

Ioan. 3. Terra promissionis intelligitur regnũ cœlorũ. Sacrificiũ uictimarũ & pecorum, magnũ habet sacramentum. Sed in oibus illis generibus sacrificiorũ intelligitur unum illud sacrificiũ, & unica uictima in cruce dñi. Pro quibus omnibus sacrificijs unum nos habemus, qa & illa figurabant hæc, id est, illis

Deut. 5. hæc figurabãtur. Accepit populus ille legẽ, accepit mandata iusta & bona. Quid tam iustũ, quam nõ

H occides, non mœchaberis, nõ furaberis, nõ falsum testimonium dices, honora patrem & matrem, nõ cõcupisces rem proximi tui, unum deũ adorabis & illi soli seruies? Oĩa ista ad unum pertinet. Illa uero carnalia quasi resederũt, ut remanerent apud illos, & effunderetur inde oĩs spiritalis intellectus. Calix uero in manu dñi, id est, in potestate dñi, uini meri, id est, legis syncere, plen° est mixto, id est, cum fece corporaliũ sacramentorũ. Et qa hunc humiliat superbum Iudæum, & hunc exaltat confitentem gẽtilem, Inclinauit ex hoc in hũc, id est, á Iudaico pplo in gentilem pplm. Quid inclinauit? Legem. Eliquatus est inde spiritalis intellect°. Verũtamen fex eius non est exinanita, qa oĩa sacramẽta carnalia apud Iudæos remanserunt. Bibent oẽs peccatores terræ. Qui bibent? Oẽs peccatores terræ. Qui peccatores terræ? Iudæi qdem erãt peccatores, sed superbi: gentiles aũt erant peccatores, sed humiles. Oẽs peccatores bibẽt, sed uide q fecem, q uinum. Etenim illi bibendo fecem euanuerunt, isti bibendo uinũ iustificati sunt. Audeã dicere, & iebriatos, & nõ timebo: atq; utinam oẽs sic inebriemini: recordamini,

I Calix tuus inebrians q̃ præclarus est. Quid.n? Pu-

Psal. 22. tatis fratres mei, oẽs illos qui confitẽdo Christum etiã mori noluerũ t sobrios fuisse? Vsqueadeo ebrij erant, ut suos non agnoscerent. Omnes propinqui sui, q eos á spe cœlestiũ præmiorum terrenis blandimẽtis auerte moliti sunt, nõ sunt agniti, nõ sunt auditi ab ebrijs. Non erant ebrij qbus mutatũ cor erat? Nõ erãt ebrij quorũ mens alienata erat ab hoc seculo? Bibẽt, inqt, oẽs peccatores terræ. Sed qd bibẽt? uinum. Peccatores bibẽt, sed ne remaneat peccatores, ut iustificẽtur non ut puniantur. Ego autem.) Nã oẽs bibunt, sed seorsum ego, id est, Christus cum corpore suo. In seculũ gaudebo, psallam deo Iacob,) Promissione illa futura de qua dicit, in finẽ ne corrũpas. Ego aũt in seculũ gaudebo. Et oia cornua peccatorũ confringã, & exaltabũtur cornua iusti.) Hoc est, hunc humiliat & hunc exaltat. Nolũt tibi frãgi cornua peccatores, quę sine dubio frangentur in fine. Nõ uis ut ille tunc frangat, tu hodie frãge. Audisti.n. supra, noli contẽnere, Dixi iniquis, nolite inique agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Qñ audisti, nolite exaltare cornu: K cõtẽpsisti, & exaltasti cornu: uenies ad finẽ, ubi fiet, oia cornua peccatorũ confringã, & exaltabuntur cornua iusti. Cornua pctõrum, dignitates superborũ: cornua iusti, munera xpi. Per cornua.n. sublimitates intelliguntur. Oderis in terra sublimitatem terrenã, ut possis habere cœlestẽ. Amas terrenam, nõ te admittit ad cœlestẽ: & ad confusionẽ pertinebit quod frangitur tibi cornu, qũo ad gloriam pertinebit, si exaltet tibi cornu. Modo ergo est tibi tps eligendi, tunc nõ erit. Nõ es dictur°, dimittar & eligã. Precesserunt.n. uoces, dixi iniquis: Si non dixi parã excusationẽ, para defensionem: si autẽ dixi, præoccupa confessionem, ut nõ uenias ad dãnationẽ, quia tunc confessio sera erit, & defensio nulla erit.

In Psalmum septuagesimumquintum Præfatio.

Olent inimici domini nostri Iesu Christi omnib° noti Iudęi gloriari in isto Psalmo quem cantauimus dicentes, Not° in Iudæa deus, in Israel magnũ nomẽ eius, & insultare gentibus qbus non est notus deus, & dicere qa sibi soli not° est de°, quãdo propheta dicit, Notus in Iudæa L deus: alibi ergo ignotus Notus est aũt reuera in Iudæa deus, si intelligãt qd sit Iudæa. Nã uere nõ est notus de°, nisi in Iudæa Ecce & nos hoc dicim° qa nisi qsque fuerit in Iudæa, notus ei deus esse nõ potest. Sed q dicit Apostolus? Qui in occulto Iudæus Roma. 2 est, q circuncisione cordis, non lra sed spiritu. Sunt ergo Iudęi in circuncisione carnis, & sunt Iudęi in circũcisione cordis Patres nñ multi sancti & circũcisionẽ carnis habebãt pp signaculum fidei, & circuncisionem cordis pp ipsam fidem. Ab his patribus degenerantes isti qui modo in nomine gloriãtur, & facta pdiderũt. Ab his ergo patribus degenerãtes remãserũt in carne Iudæi, in corde Pagani. Ipsi enim Iudæi q sunt? Ex Abrahã á quo Isaac nat° est, Et ex illo Iacob, & ex Iacob duodecim patriarchæ, Gene. 29. & ex duodecim patriarchis ppls uniuersus Iudęorũ. Sed Iudæi ppea maxime appellati sunt, quia Iudas un° erat de filijs duodecim Iacob, patriarcha inter duodecim filios Iacob, & de stirpe ei° regnũ ueniebat Iudæis. Nã oĩs ille populus secundũ numerum duodecim filiorũ Iacob, duodecim tribus habebat. Tribus dicũtur tanq̃ curiæ & cõgregationes distin M ctæ populorũ. Habebat ergo ille popul° duodecim tribus, ẽ qbus duodecim tribubus una tribus erat Iuda, ex qua erãt reges, & erat altera tribus Leui, ex Nume. 18 qua erãt sacerdotes. Sed qa sacerdotibus tẽplo seruiẽtib° terra diuisa nõ est, oportebat ut duodecim tribub° dispertiret oĩs regio promissionis. Excepta ergo una tribu maioris dignitatis, id ẽ, tribu Leui, q̃ erat i sacerdotib°, remanerẽt undecim, nisi p adoptionem duorũ filiorum Ioseph duodecim complerentur. Hoc qd fit aduertite. Vnus de duodecim filijs Iacob erat & Ioseph. Iste est Ioseph quem fratres sui in AEgyptũ uendiderũt, & illic merito castitatis ad sublimitatẽ dignitatis pductus est, & affuit illi deus in omni opere suo, & suscepit fratres suos á qbus uenditus erat, & pñm fame laborantes, sed pp panẽ ad AEgyptum descendentes. Iste Ioseph duos filios habuit, Ephraim & Manasse. Moriens Iacob Gene. 48 tanquam testamento assumpto, assumpsit illos nepotes suos in numerum filiorum, & dixit filio suo Ioseph, Cæteri qui nascuntur, tibi erunt, isti autem

A mihi,& diuident terram cum fratribus suis. Adhuc
non erat data nec diuisa terra ꝓmissionis, sed dice
bat ille in spiritu ꝓphetans. Accedētibus ergo duo
bus filijs Ioseph, factæ sunt nihilominꝰ duodecim
tribꝰ, qa iā tredecim sunt. Pro una.n.tribu Ioseph,
duæ accesserūt,& factæ sunt tredecim. Excepta er-
go tribu Leui, illa tribu sacerdotū, q̄ seruiebat tem
plo,& de decimis uiuebat cæterarū oium qbus ter-
ra diuisa est, remanerent duodecim. In his duode-
1. Reg. 9. cim erat tribꝰ Iuda, unde reges erāt. Nā primo de a-
1. Re. 16. lia tribu datus est rex Saul, reprobatus est tāquam
Gen. 49. malus rex postea datꝰ est rex de tribu Iuda rex Da-
uid,& ex illo de tribu Iuda fuerūt reges. Iacob autē
ille hoc dixerat qn̄ benedixerat filios suos, Nō defi
ciet princeps de Iuda, nec dux de femoribꝰ eius, do
nec ueniat cui repromissum est. De tribu aūt Iuda
uenit dn̄s nr̄ Iesus xp̄s. Est.n sicut scriptura dicit,&
Roma. 1. modo audistis, ex semine Dauid natus de Maria.
Cæterū qd attinet ad diuinitatē dn̄i nr̄i Iesu xp̄i, in
qua æqualis est patri, non solū ante Iudæos, sed ēt
Ioan. 8 ante ipsum Abrahā: nec solū ante Abraham, sed &
Ioan. 1. ante Adā: nec solum ante Adam, sed & ante cœlū &
B terrā & ante secula, qa omnia per ipsum facta sunt,
& sine ipso factū est nihil. Quia ergo in ꝓphetia di
ctum est, Nō deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de
femoribus eius, donec ueniat cui repromissum est:
considerentur priora tp̄a, & inuenitur qa Iudæi de
tribu Iuda semper reges habuerūt, unde dicti sunt
Iudæi,& non habuerunt regē prius alienigenā, nisi
Luc. 1. Herodē illum, q fuit qn̄ dn̄s natus est. Vnde cœpe-
runt reges alienigenæ? Ab Herode. Ante Herodem
Gen. 49. oēs de tribu Iuda, sed donec ueniret cui repromis-
sum est. Ipso itaq; ueniēte dn̄o euersum est regnum
Iudæorum, & sublatum est ex Iudæis. Modo non
habent regnum, qa nolunt cognoscere uerū regē.
Videte iam si Iudæi sint appellandi. Iā uidetis qa Iu
dęi non sunt appellandi. Ipsi uoce sua abdicauerūt
se ab isto noie, ut Iudęi nō sint digni appellari nisi
tm̄ carne. Vbi ergo se separauerūt ab isto nomine?
Dicebant, sæuiebant in xp̄m, id est, in genus Iuda,
sęuiebant in semen Dauid. Et ait illis Pilatus, Regē
Ioan. 19. uestrū crucifigam? Et illi, Nos nō habemus regem
C nisi Cæsarē. O ergo Iudæi q uocamini, & nō estis,
Gen. 49. Si nō habetis regē nisi Cęsarē, defecit iam princeps
de Iuda. Venit ergo ille cui repromissum est. Illi er-
go uerius Iudęi, q xp̄iani facti sunt ex Iudæis: cæte-
ri Iudæi q in xp̄m non crediderunt, ēt nomē ipsum
perdere digni fuerunt. Iudæa ergo uera, xp̄i Eccle-
sia est, credens in illū regem, q uenit ex tribu Iuda
per uirginem Mariam, credēs in illū de quo modo
2. Tim. 2. Apl̄s dicebat, ad Timotheum scribens, Memor esto
Iesum xp̄m resurrexisse à mortuis ex semine Dauid,
secundum Euangelium meum. De Iuda.n.Dauid,
& ex Dauid dn̄s Iesus Christus. Nos autem creden-
tes in xp̄m pertinemus ad Iudam, & nos cognoui-
mus Christum, Qui oculis non uidimus, fide reti-
nemus. Non ergo insultent Iudæi qa iam non sunt
Ioan. 19. Iudæi. Ipsi dixerunt, Nos nō habemus regē nisi Cæ
sarem. Nā melius illis erat, ut rex illoꝝ esset xp̄s, ex
semine Dauid de tribu Iuda. Tamen quia ipse xp̄s
ex semine Dauid secundum carnem, deus autē sup
omnia benedictus in secula, ipse rex noster & dn̄s
noster: rex noster secundum quod natus est ex tri-
bu Iuda secundum carnem xp̄s dn̄s saluator: deus
autem noster quia est ante Iudam, & ante cœlū &
terram, per quem facta sunt oia, & spiritalia & cor- D
poralia. Si.n. omnia ꝑ ipsum facta sunt, & ipsa Ma- Ioan. 1.
ria de qua natus est, per ipsum facta est. Quō ergo
ille quasi cæteri homines nasceretur, qui sibi fecit
matrem de qua nasceretur? Ergo ipse dn̄s Apostolo
dicente cum loqueretur de Iudæis, quorum pa-
tres & ex quibus est Christus secundum carnem, q Roma. 9.
est super omnia, deus benedictus in secula. Quia er
go Iudæi uiderunt xp̄m & crucifixerunt, non uide-
runt deum. Gentes aūt quia non uiderunt & credi
derunt, intellexerūt deū. Ergo si innotuit eis deus,
in xp̄o mundum reconcilians sibi,& ideo illi cruci
fixerūt, qa in carne latentē deū non intellexerunt,
recedat illa q̄ uocatur Iudæa & non est, accedat ue Psal. 33.
ra Iudæa, cui dicitur, Accedite ad eum & illumina
mini,& uultus uestri non erubescēt. Vultus uestri,
Iudæi, nō confundent. Etenim audierunt & credi-
derunt, & facta est Ecclesia uera Iudæa, ubi notus
xp̄s q homo est ex semine Dauid, deus sup Dauid.
Notus in Iudæa deus, in Israel magnū nomē eiꝰ.)
Et de Israel sic debemus accipe, quō de Iudæa, quō
illi non sunt ueri Iudęi, sic nec uerus Israel. Quis.n.
dicitur Israel? Videns deū Et quō illi uiderunt deū. E
inter quos ambulauit in carne,& cum putarēt ho-
minem, occiderunt? Resurgens ille apparuit deus
omnibus quibus se uoluit demōstrare. Illi ergo di-
gni sunt Israel dici, qui meruerunt xp̄m intelligere
deum, in carne positum, ut non quod uidebāt cō-
temnerent, sed qd non uidebant adorarent, Nō ui-
sum.n. oculis gentes humili mente ꝑceperunt illū
quem non uidebant,& fide tenuerunt. Proinde illi
q manibus tenuerunt, occiderunt: q fide tenuerūt,
adorauerunt. In Israel magnum nomē eius. Vis esse
Israel? illum attende, de quo dn̄s ait, Ecce uere Israe Ioan. 1.
lita, in quo dolus nō est. Si uerꝰ Israelita est, in quo
dolus nō est, dolosi & mendaces nō sunt ueri Israe
litę. Non ergo dicant isti, qm̄ apud illos est deus,&
magnū nomen eius in Israel. Probent se Israelitas
& cocedo ego qa in Israel magnū nomen eius. Et
factus est in pace locus eius,& habitatio eiꝰ in Siō.)
Rursus Sion quasi patria est Iudæoꝝ: uera Sion, Ec
clesia est Christianoꝝ. Interpretatio aūt nominum
Hebræoꝝ sic nobis traditur: Iudæa confessio inter F
pretatur. Israel uidens deū. Post Iudęā Israel, sic hic
positū est, Notus in Iudæa deus, in Israel magnum
nomē eius. Deū uis uidere? Prius confitere tu,& sic
in teipso fit locus dei, quia factus est in pace locus
eius. Quādiu.n.non confiteris peccata tua, quodā-
modo rixaris cū deo. Quō.n.non cum illo litigas,
qui quod illi displicet laudas? Punit ille furē, tu fur
tum laudas: punit ille ebriosum, tu laudas ebriosi
tatē. Litigas cū deo, nō fecisti illi locū i corde tuo.
qa in pace factus est locus eius. Et quō incipis pa-
cem habere cū deo? Incipis illi in confessione. Psal-
mi uox est dicētis, Incipite dn̄o in cōfessione. Quid
est, incipite dn̄o in confessione? Incipite adiungi
deo. Quō? Vt hoc uobis displiceat, quod & illi di-
splicet. Displicet illi uita tua mala: si placeat tibi,
disiungeris ab illo: si displiceat tibi, ꝑ confessionē
illi coniungeris. Vide ex quāta parte dissimilis es, qn̄
utiq; propter ipsam dissimilitudinē displices. Factꝰ Gene. 1.
enim es ô homo ad imaginē dei: ꝑ uitā uero puer-
sam & malam ꝑturbasti in te, & exterminasti in te
imaginē cōditoris tui. Factus dissimilis attēdis in
te & displices tibi: iā ex eo cœpisti similis fieri, quia

G hoc in te tibi displicet qd displicet & deo. Sed quo
sim similis, inquis, deo, qñ adhuc mihi displiceo?
Ideo dictum est, incipite. Incipite, inqt, dño in con-
fessione, proficieris in pace. Adhuc.n. habes aduer
sum te bellum. Indicitur tibi bellum, non solũ ad-
Ephe. 6 uersus suggestiones diaboli, aduersus principẽ po-
testatis aeris huius, q operatur in filijs diffidentiæ,
aduersus diabolũ & angelos eius spiritalia neqtiæ:
non solũ ergo aduersus istos tibi bellũ indicit, sed
aduersus teipsum. Quo aduersus teipsum? Aduer-
sus tuam consuetudinẽ malam, aduersus uetusta-
tem uitę tuæ malæ, q trahit te ad solitã, & refrænat
à noua. Indicitur.n. tibi qdam noua uita, & tu ue-
tus es. Nouitatis gaudio suspẽderis, uetustatis one-
re pgrauaris. Incipit tibi esse bellũ aduersus te, sed
ex qua parte tibi displices, iungeris deo: & ex qua
parte iã iungeris deo, idoneus eris ad uincendũ te,
qa ille tecum est qui oia superat. Attende qd dicit
Roma. 7. Apl's, Mente seruio legi dei, carne autẽ legi peccati.
Vnde mente? Quia displicet tibi uita tua mala. Vn-
de carne? Quia non desunt suggestiones & delecta
tiones malę: sed ex eo qd mẽte iungeris deo, uincis
H qd in te non uult sequi. Præcessisti.n. ex parte, & ex
parte tardaris. Trahe teipsum ad illum, q te sursum
Roma. 7. tollit. Pondere quodã uetustatis grauaris, clama &
Sapi. 9. dic, Infœlix ego homo, qs me liberabit de corpore
mortis huius? Quis me liberabit ab eo à quo gra-
uor? Corpus.n. qd corrũpitur aggrauat aiam. Quis
ergo liberabit? Gratia dei per Iesum xp̃m dñm no-
strum. Quare aũt pmittitur, ut diu cõtra te litiges,
donec absorbeãtur oẽs cupiditates malę? Vt intel-
ligas in te pœnã tuã. In te ex teipso est flagellũ tuũ,
sit rixa tua tecũ. Sic uindicat in rebellem aduersus
deũ, ut ipse sibi sit bellũ, q pacẽ noluit hr̃e cũ deo.
Sed tene mẽbra tua aduersus concupiscentias tuas
malas. Surrexit ira, tene tu manũ coniunctus deo.
Potuit surgere, sed nõ inuenit arma. Apud irã tuam
impetus est, apud te arma sunt. Sit impetus inermis,
Roma. 7. & discit iã non surgere q frustra surrexit. Hoc autẽ
dico charissimi, ne forte qa diximus, carne aũt legi
peccati, puteris cõsentiendũ esse desyderijs uestris
carnalibus: & si nõ possunt modo nisi esse desyde-
ria carnalia, nõ est illis cõsentiendũ. Propterea nõ
I dixit Apostolus, Nõ sit pc̃tm̃ in uestro mortali cor
pore, nouit.n. quia quãdiu mortale est, est ibi pec-
Ibidem catum. Sed quid ait? Non ergo regnet pc̃tm̃ in uro
mortali corpore. Quid est, nõ regnet? Ipse exposuit,
Ad obediendũ, inqt, desyderijs eius. Sũt desyderia,
existunt desyderia, non tu obaudis desyderijs tuis,
nõ sequeris ipsa desyderia, nõ illis cõsentis. Est tibi
pc̃tm̃, sed amisit regnum, qñ iam in te non regnat
1. Cor. 15. pc̃tm̃, postea inimica nouissima destruetur mors.
Roma. 7. Quid.n. nobis pmittitur, qñ dictum est, Mente ser
uio legi dei, carne aũt legi peccati? Audi promissio
nem, quia nõ semper erunt in carne desideria illici-
ta. Etenim resurget & mutabit, & cũ mutata fuerit
caro ista mortalis in spiritale corpus, iã nullis con-
cupiscentijs secularibus, iã nullis terrenis delecta-
tionibus titillabit aiam, nec auertet à cõtẽplatio-
ne dei. Fit ergo in ea qd dicit Apl's. Corpus quidem
Rom. 8 mortuum est pp pc̃tm, spiritus autẽ uita est pp iu-
stitiam. Si autem qui suscitauit Iesum à mortuis ha
bitat in uobis, qui suscitauit Iesum xp̃m à mortuis,
uiuificabit & mortalia corpora uestra propter spm̃
suum qui habitat in uobis. Viuificatus ergo corpo-

tibus uestris, erit pax uera, ubi locus est dei, sed prę K
cedat confessio. Notus in Iudæa deus. Confitere er
go prius, in Israel magnũ nomẽ eius. Nondũ uides
in specie, uide ex fide: & fiet in te qd sequitur, Et fa-
ctus est in pace locus eius, & habitatio eius in Siõ.
Sion interpretatur cõtẽplatio, Quid est cõtẽpla
tio? Cõtẽplabimur.n. deum facie ad faciẽ. Hic no 1. Cor. 13.
bis pmittitur, in quẽ modo nõ uidentes credimus.
Quo gaudebimus cum uiderimus eum? Fratres, si
modo tm̃ gaudium in nobis facit promissio, quan
tum est factura redditio? Reddet.n. nobis qd pro-
misit seipsum, ut facie ipsius & illius cõtẽplatione
gaudeamus, & nõ aliqd aliud delectabit nos, quia
nihil est melius illo qui fecit oia q delectãt. Factus
est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion: id
est, in cõtẽplatione quadã & speculatione, facta
est habitatio eius in Siõ. Ibi cõfregit fortitudines
arcuũ, & scutũ & gladiũ & bellũ.) Vbi confregit?
In illa pace æterna, in illa pace pfecta. Et modo frẽs
mei, qui bene crediderunt, uidẽt quia de se non de
bent psumere, & oẽm potentiam minarũ suarum:
& quicquid in eis acutũ est ad nocendũ, cõfringũt
illud: & quicquid quasi pro magno hñt unde se p- L
tegant tpaliter, & bellum quod aduersus deum de
fendendo peccata sua gerebant, oia hæc ibi confre
git. Illuminans tu mirabiliter à mõtibus ęternis.)
Qui sunt montes æterni? Quos ipse fecit æternos.
Qui sunt mõtes magni? Prædicatores ueritatis. Tu
illuminãs, sed a mõtibus æternis. Primi magni mõ
tes excipiunt lucẽ tuã, & à luce tua quã suscipiunt
montes, uestitur terra. Sed illos magnos mõtes ex-
ceperunt apl'i, tanquã orientis luminis primordia
exceperunt apl'i. Nunquid qd acceperũt, apud se re-
tinuerunt? Non. Ne diceret & illis, Serue nequam & Matt. 25.
piger, dares pecuniã meã nummularijs. Si ergo qd
susceperunt, non apud se retinuerũt, sed omni orbi
terrarũ pdicauerunt: Illuminans tu admirabiliter
à montibus æternis: Quos ęternos fecisti, p illos ui
tam æternã & cæteris pmisisti. Illuminãs tu admi-
rabiliter à montibus æternis. Magnifice cũ ponde-
re dictũ est, Tu, ne putet aliquis q montes illumi-
nent. Multi.n. putantes q ab ipsis mõtibus illumi-
narentur, fecerũt sibi partes de montibus, & ipsos
montes cõciderunt, & ipsi cõfracti sunt. Nescio q si M
bi fecerũt Donatũ, nescio qui sibi fecerũt Maximi-
nianum, nescio qui sibi fecerunt illũ & illũ. Quare
cõputant salutẽ suã in hominibus esse, nõ in deo?
O homo, uenit ad te lux per mõtes, sed deus te illu
minat, nõ montes. Illuminans tu, inqt, nõ montes.
Tu illuminãs à montibus quidẽ ęternis, sed tu illu
minas. Vnde & in illo loco qd ait Psalmus? Leuaui Psal. 120
oculos meos in montes, unde ueniet auxiliũ mihi.
Quid ergo? In mõtibus est spes tua, & inde tibi ue-
niet auxiliũ. Remãsisti in mõtibus, unde quid agas?
Est aliqd sup mõtes? Sup montes est quẽ tremunt
mõtes. Leuaui, inqt, oculos meos i mõtes, unde ue-
niet auxiliũ mihi. Sed quid sequit? Auxiliũ meũ, in
quit, a dño, qui fecit cœlũ & terrã. In mõtes quidẽ
leuaui oculos meos, quia p montes mihi sunt scri-
pturæ mõstratę, sed ego cor heo in illo q illuminat
oẽs mõtes. Ergo frẽs hoc ad hoc dictũ est, ne quis-
quam uestrũ uelit spem suã ponere in hoie. Tãdiu
est aliquid homo, quamdiu hæret illi a quo factus
est homo. Nam recedens ab illo, nihil homo est: &
cum hæret illi, tu sic accipe cõsilium per hoiem, ut

A illũ cõsideres q illuminat hoiem. Etenim & tu potes accedere ad illum, qui tibi per hoiem loquitur. Non enim fecit illum accedere ad se, & te repellit. Et quere sic accessit ad deũ, ut in illo haberet de⁹, displicent illi oẽs qui in illo ponunt spem suã. Propterea datum est quoddam exẽplum cũ ipsos apostolos sibi diuiserint, & in schismata ierunt q dicebãt, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephę .i. Petri.
1. Cor. 1 Hos plãgit Apls & dicit eis, Diuisus est xps? Et se elegit quem apud ipsos cõtemneret. Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in noie Pauli baptizati estis? Vide bonum montẽ quærentem gloriã nõ sibi, sed à quo montes illuminant. Nolebat de se p̃sumi, sed de illo de quo ipse p̃sumpserat. Quisqs ergo ita se cõmendare uoluerit pplis, ut si forte contigerit ei aliqs tumultus frãgat post se pplos, & diuidat Ecclesiam catholicã pp se, non est de illis montib⁹ quos illuminat altissimus. Sed quis est iste? Cõtenebratus a se, non illuminatus à dño. Vnde autẽ probantur isti montes? Si forte contigerit aliqs tumultus aduersus montes in Ecclesia, aut p populares seditiones carnaliũ, aut p aliquas falsas suspitio-
B nes hoium, bon⁹ mons repellit a se oẽs qui pp ipm uolunt ab unitate recedere. Sic enim ipse remanebit in unitate, si pp ipsum nõ diuisa fuerit ipsa unitas. Illi autem diuisi sunt, qñ recessit populus ab orbe terrarũ, & secutus est nomen ipsorũ, gauisi sunt, elati sunt, & deiecti sũt. Humiliarent & exaltarent,
1. Cor. 3 qũo humiliatus est Apls dicẽs, Nunquid Paulus p uobis crucifixus est? Et alio loco, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementũ dedit. Ergo neq qui plantat est aliquid, neq qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Tales mõtes in se humiles sunt, in deo excelsi sunt. Qui aũt in seipsis excelsi sunt, à
Luc. 14 deo humiliantur: qm̃ qui se exaltat, humiliabitur: & q se humiliat, exaltabit. Ideo tales qui a superbias suas attendunt, inamaricãt hoibus pacificis in Ecclesia. Illi uolũt coagulare pacẽ, isti inter se miscent dissensionẽ. Et qd de illis dicit alius Psalmus? Qui
Psal. 65. amaricant, nõ exaltentur in semetipsis. Illuminans tu, attẽde hic tu admirabilis a montibus æternis:

Conturbati sunt oẽs insipientes corde.) Prędicata est ueritas, dicta est ęterna uita, dicta est esse alia uita, q̃ nõ est de ista terra. Contẽpserunt hoies uitã
C p̃sentẽ, & amauerũt uitã futuram, illuminati p mõtes illuminatos. Insipientes autem corde cõturbati sunt. Qũo conturbati sunt? Cum Euangeliũ prędicatur. Et quid est uita æterna? & qs est qui resurre-
Acto. 14. xit a mortuis? Admirati sunt Athenienses, loquente Paulo aplo de resurrectiõe mortuorũ, & putauerũt eũ nescio quas fabulas dicere. Sed qa dicebat esse
1. Cor. 2. aliam uitã, quã nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hois ascendit, ergo insipientes corde turbati sunt. Sed qd eis cõtigit? Dormierunt somnũ suum, & nihil inuenerũt oẽs uiri diuitiarum in manibus suis.) amauerunt pręsentia, & dormierunt in ipsis præsentibus: & sic illis facta sunt ipsa præsentia delitiosa, qũo qui uidet p somnium inuenisse se thesauros, tãdiu diues, quãdiu non euigilet. Somniũ illud diuitẽ fecit, euigilatio pauperẽ fecit. Tenuit illũ somnus fortasse in terra dormientẽ, & in duro iacentẽ, pauperẽ & forte mendicum. In somnis uidit se iacere in lecto eburneo uel aureo, & in plumis aureis alti⁹ extructis: quãdiu dormit bene dormit, euigilãs inuenit se iacere in duro in quo il-

lum somnus tenuerat. Tales sunt & isti. Venerũt in D
hanc uitã, & p cupiditates tpales quasi obdormierũt hic, & exceperũt illos diuitiæ, & uanæ põpę nolaticæ, & transierũt, nõ intellexerũt quãtũ inde boni posset fieri. Nã si nossent aliã uitam, illic sibi thesaurizarẽt, qd hic erat periturũ: sicut Zacchæus uidit ille bonũ maior publicanorũ, qñ suscepit dñm
Luc. 19 Iesum hospitio, & ait, Dimidium rerum mearũ do pauperibus: & si cui aliquid fraudaui, quadruplũ reddo. Non erat iste in uanitate somniantiũ, sed in fide euigilantiũ. Ideo dñs quia medicus intrauerat ad ægrotum, pronunciauit salutem illius, & ait, Ho-
Ibid. die salus huic domui facta est, qm̃ & hic est filius Abrahæ: ut noueritis qa nos imitando fidem filij Abrahæ sumus: Iudæi autem q de carne superbiũt a fide degenerauerunt. Ergo dormierunt somnum suũ uiri diuitiarũ, & nihil inuenerũt uiri diuitiarũ in manib⁹ suis. Dormierunt. n. in cupiditatib⁹ suis, delectat illos, transit somnus iste, trãsit uita ista, & nihil inuenerunt in manibus suis, quia nihil posuerũt in manu xpi. Vis aliqd inuenire in manib⁹ tuis postea? Noli contẽnere modo manũ pauperis, & re-
E spice manus inanes, si uis habere manus plenas. Di-
Matt. 25. xit. n. dñs Esuriui & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi potum: hospes fui, & adduxistis mihi manducare: & cætera. Et illi, Qñ te uidim⁹ esurientem, sitiẽtem, aut hospitẽ? Et ille dicit illis, Qñ uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Esurire in pauperib⁹ uoluit, q diues in cœlo est: & tu dubitas hõ dare homini cũ scias te xpo dare quod das, à quo accepisti quicqd das. Sed illi dormierũt somnum suum, & nihil inuenerunt oẽs uiri diuitiarũ in manibus suis. Ab increpatiõe tua deus Iacob, dormitauerunt oẽs q ascenderũt equos.) Qui sunt qui ascẽderunt equos? Qui humiles esse noluerũt. Non enim equis sedere pctm̃ est, sed ceruicẽ potestatis cõtra deũ erigere, & putare se in aliquo honore eẽ. Quia diues es ascẽdisti, increpat de⁹ & dormis. Magna ira increpãtis, magna ira. Attẽdat charitas ura rẽ tremẽdã. Increpatio strepitũ habet, strepit⁹ expergisci solet hoies facere. Tantũ pondus est increpantis dei, ut diceret, Ab increpatione tua deus Iacob, dormitauerunt oẽs q ascenderunt equos. Ecce quo
Exod. 14 somno dormitauit ille Pharao q ascẽdebat equos?
F Non. n. uigilauit in corde, qa de increpatione durũ cor habebat. Duritia. n. cordis, obdormitio est. Rogo uos, frẽs mei, uidete qũo dormiũt, qui sonante Euãgelio & amen & hallelu ia p totũ orbẽ terrarũ, adhuc uitam ueterẽ nolunt damnare & in nouam euigilare. Erat scriptura dei in Iudæa, modo per totum orbẽ terrarum cantatur. In illa una gente dicebatur deus unus, q fecit oia, esse adorandus & colẽdus, modo ibi tacetur xps. Resurrexit xps, irrisus ẽ in cruce, ipsam crucem suam in qua irrisus est, iam fixit in frõtibus regum, & adhuc dormitur. Magna ira dei fratres: Meli⁹ nos eum audiuimus qui dicit,
Ephe. 5 Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te xps. Sed qui illum audiunt? Qui non ascẽdũt equos. Qui sunt q non ascẽdunt equos? Qui modo non se iactant & extollunt, quasi in honorib⁹ & potestatibus suis. Ab increpatione tua de⁹ Iacob, dormitauerũt q ascẽderunt equos. Tu terribilis es, & quis resistet tibi tũc ab ira tua?) Modo dormiũt & iratũ nõ sentiũt, sed ut dormirent iratus est. Modo qd dormiẽtes non sentiunt, in fine sentient. Appa-

G rebit.n.iudex uiuorum & mortuorum. Et quis resistet tibi tunc ab ira tua? Modo.n.loquuntur quod uolunt,& disputant contra deum,& dn̄i. Qui sunt xp̄iani, aut quis est Christus? aut quales inepti qui credunt qd nō uident, & dimittūt delitias quas uident, & sequunt fidē rerum q̄ oculis ipsoꝝ non exhibent? Dormiūs & balaus, loquimini aduersus deū quantū potestis. (Psal. 93) Vsquequo peccatores dn̄e, usquequo peccatores gloriabunt? Respondent & loquūtur iniqtatem. Qn̄ autem nemo respondet, & nemo loquitur, nisi qn̄ se in se conuertat? Qn̄ in se conuertent dentes, quibus modo nos rodunt, quibus nos discerpunt irridendo xp̄ianos, & reprehendēdo uitam sanctoꝝ? Tunc se in se conuertent, cū illis eueniet quod dicitur in libro Sapientiæ, Dicent inter se pniam agentes, & per angustiam spiritus gementes, (Sapi. 5.) cum uiderint gloriam sanctoꝝ, tunc dicent, Hi sunt quos aliqn̄ habuimus in risum. O qui multū dormistis, certe iam euigilatis, & in uestris manib⁹ nihil inuenitis. Videtis qūo plenas habeant manus gloria dei, quos tanquam pauperes irrisistis. Dicite ergo tunc uobis, qn̄ non resistitis iræ dei, non ma-
H nu, non lingua, nec uerbo, nec cogitatione. Apparebit.n uobis manifestus quē irridendum putastis, cū uobis uenturus nunciaretur. Et qd dicent? Ergo errauimus a uia ueritatis, & iustitiæ lumē nō luxit (Ibid.) nobis, & sol nō ortus est nobis. Qūo iustitię sol oritur dormientibus? Sed ab ira & increpatione eius dormiūt. Hoc forte dicturus est, sed melius est non ascēdere equū, & tn̄ ipsi equos suos accusabūt. Audi illos accusantes equos suos in qbus dormierūt. Ergo errauimus, inqt scriptura, à uia ueritatis, & iustitiæ lumē non luxit nobis, & sol nō ortus est nobis. Quid nobis ꝓfuit supbia, & diuitiarū iactātia qd contulit nobis? Transierunt oia tanq̄ umbra. Ergo uigilasti aliqn̄, sed melius equum non ascēderes, ut tunc nō dormitares, qn̄ uigilare debuisti, & audire uocē xp̄i, ut illuminaret te Christus. Tu terribilis es, & qs resistet tibi tunc ab ira tua? Quid n. erit tunc? De cœlo iaculatus es iudicium, terra ti- (†al. tremuit. & sic deinceps.) muit † & quieuit.) Quę se modo turbat, q̄ modo loquitur, timere habet in finē & qescere. Melius modo qesceret, ut in fine gauderet. Terra timuit & qe-
I uit. Qn̄? Cum exurgeret in iudicio dn̄s, ut saluos faceret omnes mites corde.) Qui sunt mites corde? Qui frementes equos nō ascenderunt, sed in humilitate sua peccata cōfessi sunt. Vt saluos faceret oēs mites corde. Qm̄ cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis solennia celebrabunt tibi.) Prima cogitatio, posteriores reliquiæ cogitationis. Quæ est cogitatio prima? Vnde incipimus, bona illa cogitatio unde incipies confiteri. Cōfessio adiunget nos xp̄o. Iam uero cōfessio ipsa, id est, prima cogitatio, facit in nobis reliqas cogitatiōis, & ipsæ reliquiæ cogitationis solennia celebrabūt tibi. Cogitatio hois confitebit tibi, reliquiæ cogitationis solennia celebrabūt tibi. Quæ est cogitatio q̄ cōfitebitur? Quæ dānat uitā priorē cui displicet qd erat, ut sit qd non erat, ipsa est prima cogitatio. Sed qa sic debes recedere à peccatis, prima cogitatione cōfessus deo, ut nō tibi recedat de memoria qa peccator fuisti: p hoc qd peccator fuisti, solēnia celebras deo. Adhuc intelligēdū est, prima cogitatio cōfessionē hēt, & recessionē à uetere uita. Sed si oblitus fueris à qbus peccatis liberatus sis, nō agis gr̄as liberatori, & nō celebras solēnia deo tuo. Ecce K prima cogitatio confitens Sauli apl̄i, iā Pauli, q primo Saulus fuit, qn̄ audiuit uocē de cœlo cū persequeretur xp̄m, & fureret in xp̄ianos, & uellet ut ubicunq; inuentos adduceret necandos, audiuit uocē de cœlo, Saule Saule, qd me psequeris? Et circūfulsus lumine, facta sibi cæcitate in oculis ut intus uideret, emisit primā cogitationē obedientiæ, cū audiret, Ego sum Iesus Nazarenus quē tu psequeris: (Act. 9.) Dn̄e ait, qd me iubes facere? Et hæc cogitatio cōfitentis, iā deū appellat quē persequebatur. Qūo reliquiæ cogitationis solēnia celebrabāt in Paulo audistis, cū ipse Apl̄s legeret, Memor esto xp̄m Iesum (2. Tim. 2.) resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, scd̄m Euangelium meū. Quid est, memor esto? Nō deleatur de memoria tua cogitatio qua primo cōfessus es: sint reliqæ cogitationis in memoria. Et quemadmodū repetit qd sibi donatum est, idem Paulus apostol⁹ alio loco, Qui prius, inqt, fui blasphemus & psecutor, & iniuriosus. Quid dicit? Prius fui blasphemus. (1. Timo. 1) Nunqd adhuc blasphemus est? Vt nō esset blasphemus, fuit prima cogitatio confitens: ut aūt commemoraret qd illi donatū est, reliqę cogitationis erāt, L per ipsas reliqas cogitationis solennia celebrabāt. Etenim frēs mei, ecce innouauit nos xp̄s, donauit nobis oia peccata & conuersi sumus. Si obliuiscamur qd nobis donatū est, & à quo donatū est, obliuiscimur munus saluatoris. Cū aūt non obliuiscimur munus saluatoris, nonne quotidie nobis xp̄s immolatur? Et semel pro nobis xp̄s immolatus est, Cum credidimus, tūc nobis fuit cogitatio: modo autem reliquiæ cogitationis sunt, qua meminimus quis ad nos uenerit, & quid nobis donauerit: ex ipsis reliqjs cogitationis, id est, ex ipsa memoria, quotidie nobis sic immolatur, quasi quotidie nos innouet, qui prima gr̄a sua nos innouauit. Iam.n.in- (Roma. 5.) nouauit nos dn̄s in baptismo, & facti sumus noui hoīes, in spe quidem gaudentes, ut in tribulatione simus patientes: tn̄ non debet de memoria nostra recedere, quid nobis p̄stitum sit, & si modo nō est cogitatio tua quę fuit. Etenim prima cogitatio fuit cōfitentis recedere à peccato, modo autē non recedis. sed tūc recessisti: sint reliquiæ cogitationis, nec excidat a memoria q sanauit. Vulnus te habuisse si M oblitus fueris, nō tibi erunt reliquiæ cogitationis. Quid.n. putatis dixisse Dauid: Ecce ex oīum psona (2. Re. 12.) loqtur. Peccauit Dauid sanctus grauiter, missus est Nathan ꝓpheta ad illū, & corripuit illū, & cōfessus est, & dixit, Peccaui. Hæc fuit prima cogitatio cōfitentis. Cogitatio hois confitebit tibi. Quę erāt reliquiæ cogitationis, qn̄ ait, Et pc̄tm̄ meum ante me (Psal 50) est semper? Quæ fuit ergo prima cogitatio? Vt recederet a pc̄tō. Et si iā recessit à peccato, qūo pc̄tm̄ illius ante illum est semper? Si prima cogitatio transijt, sed reliquiæ cogitationis solennia celebrabūt. Meminerimus ergo frēs charissimi, rogamus uos, Quisquis liberatus est à pc̄tō, meminerit quid fuit: sint in illo reliqæ cogitationis. Tunc n. portat aliū ad sanandū si se meminerit esse sanatū. Ergo unusquisq; recordetur quid fuit, & utrum iam non sit, & tunc subueniet ei q adhuc est quod ille iā non est. Si aūt iactat se quasi de meritis suis, & repellit tanquam indignos pc̄tōres, & sine misericordia fgit, equū ascendit, uideat ne dormitat. Dormitauerunt enim q ascenderunt equos. Iā tunc dimisit equum:

humiliauit

A humiliauit se, nō iterū ascendat equū, id est, non se rursus erigat in superbiā. Vnde fit illi hoc? Si reliquę cogitationis solēnia celebrēt deo. Vouete & reddite dño deo nřo.) Quis quod potest uoueat, & reddat. Nō uoueatis, & nō reddatis, sed quisq; quod potest, uoueat, & reddat. Nō sitis pigri ad nouēdū, nō enim uiribus uestris implebitis, deficietis si de uobis præsumitis: si aūt de illo cui uouetis, uouete securi reddetis. Vouete & reddite dño deo nostro omnes cōmuniter. Quid debemus uouere? Credere in illū sperare ab illo uitā æternā, bene uiuere secundum communē modum. Est. n. qdam modus communis oibus, Furtū non facere, non nubere castimoniali pcipitur, & nuptæ nō præcipitur: adulterium nō facere, oibus præcipitur. Non amare uinolentiā qua ingurgitatur aia, & corrūpitur in se templum dei, omnibus æqualiter pcipitur. Non superbire, omnibus equaliter pcipitur. Nō hominē occidere, n ōodisse fratrē, nō aduersus aliquem tenere perniciem, oibus in communi præcipitur. Hoc totū omnes uouere debemus. Sūt etiā uota propria singulorū, alius uouet deo castitatem coniugalē, ut præ-
B ter uxorē suam non nouerit aliā: sic & fœmina, ut præter uirū suum nō nouerit aliū. Alij etiā uouent, & sic experti tale cōiugiū, ultra nihil tale pati, nihil tale concupiscere aut sustinere, & ipsi uouerunt aliquid maius, quàm illi. Alij uirginitatē ipsam ab ineunte ætate uouēt, ut nihil tale uel experiātur, quale illi experti sunt & reliquerunt, & isti uouerūt plurimū. Alij uouēt domū suam esse hospitalē omnibus sanctis aduenientibus, magnū uotū uouēt. Alius uouet relinquere oia sua distribuendo paupibus, & ire in coēm uitam, in societatem sanctorum, magnum uotum uouit. Vouete & reddite dño deo uestro. Quisque quod uouere uoluerit uoueat, illud attendat, ut qd uouerit reddat. Vnusquisq; deo qd uouet, si respicit retrorsum, malū est. Nescio quæ castimonialis nubere uoluit. Quid uoluit? Quod & uirgo qualibet. Quid uoluit? Quod & mater ipsi*. Aliqd mali uoluit? Mali planē. Quare? Quia iam uouerat
1. Tim. 5 dño deo suo. Quid. n. dixit de talibus apostol* Pau
1. Cor. 7. lus, cum dicat uiduas adulescētulas nubere si uelint? Sed tñ ait quodā loco, Beatior autem erit si sic permāserit secundū meum consilium. Ostēdit bea-
C tiorem si sic permanserit, non tñ damnandā si nubere uoluerit. Quid aūt ait de quibusdam quæ uo
1. Tim. 5. uerunt & nō reddiderunt? Habentes, inqt, damnationem, qa primam fidem irritā fecerunt. Quid est, primā fidem irritam fecerunt? Vouerunt & nō red-
Ad fratres in eremo, ser. 60 diderūt. Nemo ergo positus in monasterio frater, dicat: recedo de monasterio, neque. n. soli q sunt in monasterio puenturi sunt ad regnū cœlorū, & illi q ibi nō sunt ad deum non pertinēt. Respondetur ei, Sed illi non uouerūt, tu uouisti, tu retro respexisti. De die iudicij cum dñs minaretur, quid ait? Me-
Luc. 17 mentote uxoris Loth. Omnib* dixit. Quid. n. fecit
Gene. 19. uxor Loth? Liberata est à Sodomis, & in uia posita, retrorsum respexit. Vbi respexit, ibi remāsit. Facta est aūt statua salis, ut illius contēplatione condiātur hoies, cor habeant, nō sint fatui, nō retro respiciant, ne malū exemplū dantes, ipsi remaneant, & alios cōdiant. Nam & modo dicimus illud qbusdā fratribus nostris, quos forte uidemus uelut in firmari in proposito bono, & talis uis esse quales illi. Obijcimus illis quosdam q retro respexerunt, illi sa tui sunt in se, sed alios cōdiunt, quādo commemo- D rantur ut illorū exemplū timētes, isti retro ne respiciant. Vouete & reddite dño deo nostro, quia illa uxor Loth ad oēs pertinet. Maritata mulier uoluit facere adulteriū, de loco suo quò peruenerat retro respexit. Vidua q iā sic permanere noluerat, uoluit nubere. Hoc uoluit quod licuit ei q nupsit, sed illi nō licuit, q de loco suo retro respexit. Virgo ē castimonialis, iam dicata deo, habebat & cætera q uere ornāt ipsam uirginitatē, & sine qbus illa uirginitas turpis est. Quid si. n. sit corpore integra, & mēte corrupta? Quid est qd dixi: Quid si nullus tetigerit corpus, sed si forte ebriosa sit, supba sit, litigosa sit, linguosa sit? Hæc oia dānat deus. Si antequā uouisset nupsisset, nō dānaretur. Elegit aliqd meli*, superauit qd ei licebat, supbit & illicita tanta commuttit. Hoc dico, nubere licet antequā uoueat, supbire nūquā licet. O tu uirgo dei nubere noluisti qd licet, ex tollis te qd nō licet. Melior uirgo humilis, q̄ maritata humilis. sed melior maritata humilis, q̄ uirgo superba. Quæ autem respexit ad nuptias, no quia uo luit nubere dānatur: sed qa iā ante recesserat, & fit E uxor Loth respiciēdo retrorsū. Nō sitis pigri q potestis, qbus aspirat deus apprehendere gradus meliores, qa non ista ideo loquimur ut nō uoueatis, sed ut uoueatis & reddatis. Vouete & reddite dño deo nostro. Iā qa ista tractauimus, forte uolebas uouere, & modo nō uis uouere. Sed qd tibi dixerit psalmus attēde, non dixit, nolite uouere: sed, uouete & reddite. Quia audisti reddite, nō uis uouere? Ergo uouere uolebas & non reddere? Immo utrunq; fac. Vnū sit ex professione tua, aliud ex adiutorio dei pficiet. Aspice eū q te ducit, & nō respicies retro unde te eduxit. Qui te ducit, ante te ambulat: unde te eduxit, post te est. Ama ducentē, & non te dānat retro respicientem. Vouete & reddite dño deo nřo. Oēs q in circuitu eius sunt, offerent munera.) Qui sunt in circuitu eius? Vbi est. n. iste, ut ducat oēs q 1 sen. dist. 37. ca. fateamur in circuitu ei* sunt? Si deū prem cogites, ubi non est q ubiq; psens est? Si filiū cogites secūdum formam diuinitatis, & ipse cum patre ubiq; est, quia ipse est sapiētia dei, de qua dictū est, Attinget aūt ubiq; ppter suam mondiciam. Si aūt filium sic intelligas, Sap. 8 Baruch. 3 secundum quod assumpsit carnē, & uisus est inter Mat. 26 hoies, & crucifixus est, & resurrexit, nouimus quia F ascendit in cœlū. Qui sunt in circuitu eius? Angeli. Ergo nos non offerimus munera, qa omnes qui in circuitu eius sunt, dixit, offerent munera? Si sepult* dñs noster hic esset in terra, & iaceret corpus ipsi*, quō alicuius martyris uel apostoli, attēderem* eos qui in circuitu eius essent, quęcunque uel gentes essent circa ipsum locum undiq; uel conuenientes ad illam sepulturam cum muneribus. Nunc aūt ascendit, sursum est. Quid est hoc, Oēs q in circuitu eius sunt, offerent munera? Hoc interim quod deus admonet dicā uobis, qd ex his uerbis ipse mihi inspirare dignatus fit: si melius aliqd postea uisum fuerit, & hoc uestrū est, qa cōmunis est oibus ueritas. Non est mea, nec tua: nō est illius aut illi*, oibus cōmunis est. Et fortasis ideo media est, ut in circuitu eius sint oēs q diligūt ueritatem. Quicquid. n. omnibus cōmune est, in medio est. Quare in medio dicitur? Vt tñ distet ab omnibus, & tñ propinquet oibus. Quod non in medio est, quasi priuatum sit. Quod publicū est, in medio ponit: ut omnes q ue-

G niunt,percipiant,illuminent. Nemo dicat,meū eſt, ne in parte ſua uelit facere qđ in medio eſt oibus. Quid eſt ergo, oēs q in circuitu eius ſunt, offerent munera? Omnes q intelligunt cōem eſſe omnibus ueritatem,& non illam faciunt quaſi ſuā ſuperbiēdo de illa, ipſi offerēt munera q humilitatem hñt: q autem quaſi ſuum faciunt quod omnibus commune eſt,tanquā in medio poſitum, ad partē ſeducere conant,non offerent hi munera: quia oēs qui in circuitu eius ſunt,offerēt munera terribili. Offerentur munera terribili. Timeant ergo oēs, q in circuitu eius ſunt.Ideo.n.timebunt,& cū tremore laudabunt,quia ideo in circuitu eius ſunt,ut oēs aſſequantur eū,& publice oibus cōſtuat, & publice illuminet,hoc eſt,contremiſcere. Tu cū feceris eū tibi quaſi proprium, & iam non cōem, extollens in
Pſal.2. ſuperbiam: cum ſcriptum ſit, Seruite dño in timore,& exultate ei cū tremore. Ergo offerent munera, q in circuitu eius ſunt.Ipſi.n humiles ſunt, q cōem nouerunt eſſe omnibus [ueritatem .]Cui offerent munera? Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum.)Spiritus.n.principum, ſuperbi ſunt ſpiritus.

H Illi ergo nō ſunt ſpūs eius,quia & ſi aliqđ nouerūt, ſuum uolunt eſſe,non publicum. Sed ille q cōmendat ſe,tanquam æqualem omnibus, q ſe in medio ponit,ut omnes capiant quantum poſſunt,quicqd poſſunt,nō de cuiuſquā hois, ſed de dei:& ideo de ſuo,qa ipſi facti ſunt eius: Ergo illi omnes humiles ſint,neceſſe eſt. Perdiderunt ſpm ſuum, & ſpiritum dei habent. A quo perdiderunt ſpm ſuum? Ab illo qui aufert ſpm principum. Qñquidem dicitur ei in
Pſal.103. alio loco, Auferes ſpm eorum & deficient,& in puluerem ſuum conuertentur. Emitte ſpm tuū & creabuntur,& innouabis faciem terræ. Neſcio quis intellexit aliqđ,ſuum uult eſſe, adhuc ſpm ſuum habet: Bonum eſt illi ut perdat ſpm ſuum, & habeat ſpm dei. Adhuc inter principes ſuperbit, bonū eſt
Pſal. 102 illi ut redeat ad puluerem ſuum,& dicat, Memento dñe quia puluis ſumus. Si.n.te confeſſus fueris puluerem,deus de puluere facit hominem. Omnes q in circuitu eius ſunt,offerent munera. Omnes hu-
Pſal.2. miles confitentur ei & adorant eum, Terribili offerent munera. Vnde terribili? Exultate cū tremore:

I Et ei q aufert ſpm principum, id eſt, tollit audaciā ſuperbor. Terribili apud reges terræ.)Terribiles ſunt reges terræ,ſed ille ſuper oēs q terret reges terræ. Eſto rex terræ, & erit tibi terribilis deus. Quō, inquies,ero rex terræ? Rege terram,& eris rex terræ. Noli ergo auiditate imperandi ponere tibi ante oculos prouincias latiſſimas, qua tua regna diffundas: Terram quam portas rege. Audi Aplm regentē
I. Cor.9. terram, Non ſic pugillor quaſi aerem uerberās, ſed caſtigo corpus meū,& in ſeruitutem redigo: ne forte alijs pdicans, ipſe reprobus efficiar. Ergo fratres mei, eſtote in circuitu eius, ut p quemcunq uobis ueritas ſonuerit, nō illā imputetis illi p quē ſonat: ſed de medio ſit oibus, ſed de medio ſit oibus? Et eſtote humiles, ne uobis & noſipſi uſurpetis ſi qđ forte boni illius intellexeritis: qa & nos qđ melius intellexerimus, ueſtrū eſt:& qđ uos melius intellexeritis,nrm eſt,ut in circuitu eiꝰ ſimus,& humiles ſimus. Atq ita perdētes ſpm nrm offeremus munera terribili ſuper oēs reges terræ,id eſt,ſuper oēs regentes carnem ſuam,ſed ſubiectos creatori ſuo.

In Pſalmum ſeptuageſimumſextum Enarratio.

SALMI huius limē ita ſcribitur: In finē K
P pro Idithum Pſalmus ipſi Aſaph.)In finem qđ ſit,noſtis. Finis.n.legis xps ad iuſtitiam Rom.10. omni credenti. Idithum interpretatur tranſiliens eos. Aſaph interpretaī cōgregatio. Loqtur hic ergo congregatio tranſiliens,ut perueniat ad finem q eſt xps Ieſus. Quæ ſint itaq tranſilienda,ut ad illum finem peruenire poſſimus, ubi iam quod tranſiliamus non habemus: Pſalmi textus ipſe demonſtrat. Etenim tādiu tranſilire debemus, qcquid nos impedit,qcquid irretit, qcquid uiſco quodā illigat,& onere aggrauat uolatū noſtrū, donec pueniamus ad id qđ ſufficit,ultra qđ nihil eſt,infra quem ſunt oia,& ex quo ſunt oia. Patrem quippe ipſum uolebat Philippus intueri, & dicebat dño Ieſu xpo, O- Ioan. 14. ſtende nobis patrem & ſufficit nobis: tanquam tādiu tranſiliendū eſſet, qcquid aliud eſſet,donec perueniret ad patrē,ubi iā ſecurus aſsiſteret, & quid ultra requirendū eſſet non haberet. Hoc eſt.n.ſufficit. Veru ille q uerißime dixerat, Ego & pater unū ſumus admonuit Philippum,docuitq oem homi- Ioan. 10. nem qui xpm intelligeret,etiam in eo habere finē, quia ipſe & pater unum ſunt. Tanto.n inquit,tem L pore uobiſcum ſum,& non uidiſtis † me? Philippe †cognouiſtis. q me uidet,uidet & patrē. Quiſquis ergo Pſalmi huius animum ſentire,imitari,tenere uult,oia deſyderia carnalia tranſiliat, ſeculiq huius pompam & illecebram calcet,nihilq ſibi aliud ꝓponat ubi cōſiſtat,niſi ex quo ſunt oia, In quibꝰ omnibꝰ ēt ipſe laborat,donec ad finem perueniat. Quid nobis ergo indicat tranſiliens iſte?

EXPOSITIO PSALMI.

U Oce mea, inqt,ad dñm clamaui.)Sed multi clamant ad dñm pro diuitijs acquirendis damnisq deuitandis, pro ſuoꝶ ſalute, Pſal.141. pro ſtabilitate domus ſuę, pro fœlicitate tpali, pro dignitate ſeculari, poſtremo ēt pro ipſa ſalute corporis,q patrimonium eſt pauperis. Pro his atq huiuſmodi rebus multi clamāt ad dñm, uix quiſquā propter ipſum dñm. Facile quippe homini eſt qđlibet deſiderare à dño, & ipſum dñm non deſiderare,quaſi uero ſuauius eſſe poſsit quod dat,quā ipſe qui dat. Quiſquis ergo pro alia re qualibet clamat ad dñm, nondum eſt tranſiliens. Hic uero tranſi- M liens quid dicit? Voce mea ad dñm clamaui. Et ne arbitreris uocem ipſius qua clamauit ad dñm, pro pter aliud emiſſam, q propter ipſum dñm, ſecutus ait, Et uox mea ad deum.)Emittitur.n.uox qua clamemus ad deum,& ipſa uox ad aliud eſt, nō ad deum. Ad hoc.n.eſt uox,propter quod editur uox. Iſte ergo q deum gratis amabat, qui uolūtarie deo Pſal. 55 ſacrificabat,qui trāſilierat quicqđ infra eſt, nihilq aliud ſupra ſe uiderat,quò effunderet aiam ſuā,niſi ex quo & per quem & in quo creatus erat,ad quē clamauerat uoce ſua,ad illum eſſe fecerat ipſam uocem ſuam, Vox mea, inqt,ad deum. Et nunquid ſine cauſa? Vide quid ſeqtur: Et attēdit mihi.)Vere tunc tibi attendit,qñ ipſum quæris,non qñ per ipſum aliud quæris. Dictum eſt de quibuſdam, Cla- Pſal. 17 mauerūt,nec erat q ſaluos faceret: ad dñm, nec exaudiuit eos. Quare? Quia uox eoꝶ non ad deū. Ex- Pſal.13. primit hoc alio loco ſcriptura, ubi dicit de talibꝰ, dñm non inuocauerunt. Ad illum clamare nō ceſſauerunt,& tamen dñm non inuocauerunt. Quid eſt,Dominum non inuocauerunt? Dominum in ſe

A non uocauerunt. Ad cor suũ dñm nõ inuitauerũt,
à dño se habitari noluerunt. Et ideo quid eis conti
Ibid. git? Ibi trepidauerũt timore ubi nõ erat timor. Ideo
de rerum pſentium amiſsione tremuerunt, qm̃ nõ
erant pleni illo quẽ non inuocauerunt, Non gratis
amauerunt, ut amiſsis tpalibus rebus poſſent dice
re, Sicut dño placuit, ita factum eſt, ſit nomen dñi
benedictum. Ergo iſte, uox mea, inquit, ad dñm, &
attendit mihi. Doceat nos q̃uo id fiat. In die tribu
lationis meæ deum exquiſiui.) Qui es qui hoc fa-
cis? In die tribulationis tuæ, uide quid exquiras. Si
carcer facit tribulationem, exire de carcere exqui-
ris. Si febris facit tribulationem, ſanitatem exqris.
Si fames facit tribulationem, ſaturitatem exquiris.
Si damna faciunt tribulationẽ, lucrũ exqris. Si pere
grinatio facit tribulationẽ, ciuitatẽ tuæ carnis exq
ris. Et quid cuncta commemorem, aut qm̃ cuncta
commemorem? Vis eſſe tranſiliens? In die tribula-
tionis tuæ deum exqre, non per deum aliud, ſed ex
tribulatione deũ: ut ad hoc deus remoueat tribula
tionem, ut ſecurus inhęreas deo. In die tribulatio-
nis meæ deũ exqſiui, non aliud aliqd, ſed deũ exq-
B ſiui. Et q̃uo exquiſiſti? Manibus meis nocte corã
eo.) Dic hoc rurſus, uideamus, intelligamus, imite-
mur ſi poſſumus. In die tribulationis tuæ qd exqſi
ſti? Deum. Q̃uo exquiſiſti? Manibus meis. Qñ exqui
ſiſti? Nocte. Vbi exqſiſti? Corã eo. Et quo fructu ex
quiſiſti? Et non ſum deceptus.) Oĩa ergo uideam⁹
frẽs, omnia conſyderemus, omnia interrogemus, &
qd ſit tribulatio in qua iſte deum exquiſiuit, & qd
ſit manibus inqrere deum, & qd ſit nocte, & qd ſit
coram illo, & ſequitur, quod oẽs intelligunt, Et nõ
ſum deceptus. Quid eſt.n.& non ſum deceptus? In-
ueni quod q̃rebam. Tribulatio non illa uel illa co
gitanda eſt, Etenim unuſquiſq; nondum tranſiliẽs,
nondũ putat eſſe tribulationẽ, niſi q̃ acciderit huic
uitæ ex aliquo triſti tpe. At uero ille tranſiliens, to-
tam uitã iſtã tribulationẽ ſua reputat. Hic.n amat
patriam ſupernam, ut terrena peregrinatio, ipſa ſit
maxima tribulatio. Q̃uo.n.non ſit tribulatio uita
iſta, rogo uos? Q̃uo nõ ſit tribulatio q̃ dicta eſt to-
Iob.7. ta tentatio? Habes ſcriptũ in libro Iob, Nunqd non
tentatio eſt uita humana ſuper terram? Nunqd di-
C xit, tentatur uita humana ſuper terram? Ipſa uita tẽ
tatio eſt. Si ergo tentatio, utiq; tribulatio. In hac igi
tur tribulatione, hoc eſt, in hac uita, deum exqſiuit
iſte tranſiliens. Q̃uo? Manibus, inquit, meis. Quid
eſt, manibus meis? Operibus meis. Non.n. aliquid
corporeum q̃rebat, ut contrectando inueniret, qđ
perdiderat, ut manibus quæreret nummum, aurũ,
argentum, ueſtem, qcquid tale eſt quod manibus
teneri poſsit: quãquam & ipſe dñs noſter Ieſus xp̃s
uoluit ſe manibus inquiri, qñ dubitanti diſcipulo
cicatrices oſtẽdit. Sed nunqd cum ille exclamaſſet
tangẽs cicatrices uulnerum eius, Dñs meus & deus
Ioan.20. meus, nõne audiuit, Quia uidiſti me credidiſti, bea
ti q non uiderunt & crediderunt? Si ergo ille mani
bus quærẽs xp̃m, hoc audire meruit, ut opprobriũ
ei fuerit ita quæſiſſe, nos q beati dicti ſumus, q nõ
uidimus & credidimus. Quid ergo? Ad nos nõ per
tinet manibus quærere? Pertinet ſicut dixi, operi-
bus q̃rere. Qñ hoc? Nocte. Quid eſt nocte? In hoc
ſeculo. Nox.n.eſt antequam effulgeat dies, in aduẽ
tu clarificato dñi noſtri Ieſu Chriſti, Nam uultis ui
dere qa nox eſt? Niſi lucernã hic haberemus, in te-
nebris permaneremus. Petrus.n.dicit, Et nos habe D
mus certiorem ꝓpheticum ſermonem, cui bene fa 2.Petri.1.
citis intendentes, uelut lucernę lucenti in obſcuro
loco, donec dies luceſcat, & lucifer oriaẽ in cordib⁹
ueſtris. Venturus eſt ergo dies poſt iſtã noctẽ, inte-
rim in hac nocte lucerna non deſit. Et hoc eſt for-
taſſe qđ nunc facimus. Has lr̃as exponẽdo, lucernã
inferimus, ut in hac nocte gaudeamus, Quæ qdem
debet accenſa eſſe ſemp in domibus † ueſtris. Tali- † al. cordibus.
bus.n.dicitur, Nolite ſp̃m extinguere, Et tanquam
exponens qđ diceret, ſecutus ait, Prophetiã nolite 1.Theſ.5.
ſpnere, id eſt, lucerna in uobis ſemp luceat. Et hæc
qdem lux in cõparatione cuiuſdã ineffabilis diei
nox dr̃, Nam ipſa uita fidelium in cõparatione uitę
infidelium dies eſt. Q̃uo aũt ſit nox iam diximus,
& oſtendimus Petri apoſtoli teſtimonio, Qui qui-
dem etiã & lucernam nominauit, & de ipſa lucerna
nos admonuit ut intẽdamus ei, id eſt, ꝓphetico ſer
moni, donec dies luceſcat, & lucifer oriaẽ in cordi-
bus nr̃is. Q̃uo aũt iam uita fidelium dies ſit in cõ-
paratione uitæ impiorũ, Paulus oſtendit: Abijcia- Rom.13.
mus, inqt, opera tenebrarum, & induamur arma lu
cis, ſic ut in die honeſte ambulemus. Ergo honeſte E
uiuentes in cõparatione uitæ impiorũ, in die ſum⁹.
Sed iſte dies uitæ fideliũ non ſufficit huic Idithũ,
tranſilire uult & iſtũ diem, donec ueniat ad illum
diem ubi noctis tentationẽ nullã oĩno formidet.
Hic.n.quamuis dies ſit uita fideliũ, tentatio eſt uita Iob.7.
humana ſuper terram: Nox & dies, Dies in compa-
ratione infideliũ, Nox in comparatione angelorũ.
Hñt.n diem angeli, quem nos nondum habemus,
Iam nos habemus quẽ non hñt infideles: Sed non
dum hñt fideles, quem angeli habẽt: Tunc autem Mat.22.
habebunt cũ erunt æquales angelis dei, qđ illis in
reſurrectione ꝓmiſſum eſt. In hac ergo iã die & ad-
huc nocte, in cõparatione futuri diei quẽ deſydera
mus, die in comparatione p̃teritæ noctis cui renũ-
ciauimus: In hac ergo, inquã, nocte deũ reqramus
manibus nr̃is: Non ceſſent opa, quæramus deum,
nõ ſit inane deſideriũ. Si in uia ſumus, ſumptus ero
gemus, ut ꝑuenire poſsimus, Manib⁹ q̃ramus deũ:
Et ſi nocte q̃rimus quem manibus quærimus, non
decipimur, qa coram ipſo q̃rimus. Quid eſt coram
ipſo? Nolite facere iuſtitiã ueſtram corã hominib⁹, Mat.6.
ut uideamini ab eis, alioq non habebitis mercedẽ F
apud patrẽ ueſtrum. Cum ergo facis eleemoſynã, Ibid.
ait, manus illæ ſunt quærẽtes deum, noli tubicina
re ante te, ſicut hypocritæ faciunt, ſed ſit eleemoſy
na tua in occulto: & pr̃ tuus q uidet in occulto, red
det tibi. Ergo manibus meis nocte corã eo, & non
ſum deceptus. Quãta tñ iſte Idithũ ꝑtulerit in hac
terra, & in hac nocte, & q̃uo habuerit quodammo
do tranſiliendi neceſsitatẽ impingentibus atq; ꝓpũ
gentibus deorſum tribulationibus, ut neceſſe fue-
rit trãſilire, intẽtiſsime audiamus. Negaui cõſola-
ri aĩam meam.) Tm̃ tædiũ me hic occupauit, ut cõ
tra oẽm conſolationem clauderet ſe aĩa mea. Vnde
huic tale tædium? Fortaſſe qa uinea grãdinata eſt,
aut qa olea non ꝓuenit, aut qa uindemia à pluuia
intercepta eſt. Vnde huic tædiũ? Audi hoc ex alio
Pſalmo. Ipſius.n.& ibi uox eſt, Tædiũ detinuit me Pſal.118.
à peccatoribus relinquẽtibus legẽ tuã. Tanto ergo
tædio de hmõi malo affectum ſe iſte dicit, ut nega-
ret conſolari aĩam ipſius, Propè abſorbuerat eũ tæ-
dium, Triſtitia q̃ eum omnino irreparabiliter mer

G ſerat,negat ſe cõſolari. Quid igitur reſtabat? Primo
uide unde conſoletur. Nõne ſuſtinuerat q ſimul cõ
Pſal. 68. triſtaretur & non inuenerat? Quo.n.ſe uerteret ad
conſolationem quẽ occupauerat tędiũ de peccato
ribus relinquẽtibus legem dei? Quò ſe uerteret? Ad
hoiem dei quemlibet? In multis iam forte iſte exp-
tus erat magnam tribulationẽ, qui magis de illorũ
aliqua delectatione p̃ſumpſerat, Videntur.n.aliqñ
iuſti homines,& gaudetur ad eos, Et neceſſe eſt ut
gaudeatur, qm̃ charitas ſine gaudio talis eſſe non
poteſt. In his autem,in quibus gauiſus eſt homo ſi
forte aliqd prauum contigerit, q̃uo ſæpe cõtingit,
quanta lætitia ibi erat,tãtus mœror accedit: ita ut
poſtea iã timeat homo laxare habenas gaudiorũ,ti
meat ſe lætitiæ committere, ne quanto magis læta
tus fuerat,tanto amplius ſi aliqd contigerit conta-
beſcat. Percuſſus ergo ſcãdalis abundãtibus quaſi
multis uulneribus clauſit cõtra ſe humanã conſo-
lationem,& negauit cõſolari aiam ipſius. Et unde
uita? Vnde reſpiratio? Memor fui dei & delectatus
ſum.) Nõ fruſtra manus opatæ fuerant,inuenerant
magnũ conſolatorẽ. Non qeſcendo memor fui dei
H & delectatus ſum. Pr ę dicãdus igitur eſt deus,cuius
iſte memor factus delectatus eſt, & conſolatus in
quadã triſtitia, & quodãmodo ſalute deſperata re-
creatus, Pręd icandus eſt deus. Deniq; qd cõſolatus
eſt iſte,ſecutus ait, Garriui.) In ipſa conſolatione
memor factus dei,delectatus garriui. Quid eſt gar-
riui? Lętatus ſum,exultaui loquẽdo, Garruli.n.pro
prie dñr,q à uulgo uerboſi appellanẽ,accedẽte lęti
tia,nec ualẽtes nec uolẽtes tacere. Factus eſt iſte ta
lis. Et rurſus qd ait? Et defecit ſpũs meus.) Tædio
cõtabuerat, Recolendo deũ delectatus fuerat,rur-
ſus garriendo defecerat. Quid ſeqtur? Anticipaue
runt uigilias oẽs inimici mei.) Vigilauerunt ſuper
me oẽs inimici mei. Plus me uigilauerũt, uigilãdo
præoccupauerunt me. Vbi nõ muſcipulas ponũt?
Nõne uigilias anticipauerũt oẽs inimici mei? Qui
Ephe. 6. ſunt n.iſti inimici,niſi illi de qbus dicit Apl's, Non
eſt uobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ,
ſed aduerſus principatus & poteſtates & rectores
mũdi tenebrarũ harum, aduerſus ſpiritalia neqtiæ
in cœleſtibus? Ergo aduerſus diabolũ & angelos
eius inimicitias exercemus. Rectores eos mũdi di-
xit,qa ipſi regunt dilectores mũdi. Non.n.regunt
mundum,quaſi rectores ſint cœli & terrę,ſed mũ-
Ioan. 1 dum peccatores dicit, Et mundus eũ nõ cognouit.
Talem mundũ illi regunt, q non cognoſcũt xp̃m,
Cõtra hos habemus inimicitias perpetuas. Deniq;
quaſlibet habeas inimicitias aduerſus hoiem,cogi
tas finire,ſiue illius ſatisfactione ſi ille te læſit,ſiue
tua ſit ſi tu læſiſti,ſiue utriuſq; ſi uos inuicem læſi-
ſtis,laboras ſatisfacere & concordare, Cũ diabolo
aũt & angelis eius nulla cõcordia eſt. Ipſi nobis in-
uident regnum cœlorũ, Miteſcere oino erga nos nõ
poſſunt,qa anticipauerũt uigilias oẽs inimici mei.
Plus illi uigilauerunt ad decipiendũ, q̃ ego ad cu-
ſtodiẽdum me. Anticipauerũt uigilias oẽs inimici
mei. Q̃uo.n.non anticipauerunt uigilias,qui ubiq;
muſcipulas poſuerunt? Tædiũ ineſt cordi, Metuen
dum eſt ne abſorbeat triſtitia: lætitia,metuendum
eſt ne garriendo deficiat ſpũs tuus. Anticipauerũt
uigilias oẽs inimici mei. Deniq; in ipſa garrulitate
dum loqueris,& ſecurus loqueris, quanta plerunq;
inueniuntur, q̃ uelint tenere inimici & reprehende
re,unde uelint ẽt criminari & calũniari, hoc dixit, K
illud ſenſit,hoc locutus eſt, Quid faciat homo,niſi
qd ſequitur? Conturbatus ſum & non ſum locu-
tus.) Cõturbatus ergo, ne in eius garrulitate inimi
ci anticipantes uigilias,calũnias q̃rerent & inueni-
rent,non eſt locutus, Nunquam tñ iſte tranſiliens
ceſſaret in ſe. Et ſi forte à garrulitate ceſſauit, qua
ſubrepſerat ei de ipſa locutione placere hoibus,nõ
tñ deſtitit,nõ ceſſauit,ut conareẽ & hocipſum tran
ſcendere. Et qd dicit? Cogitaui dies antiquos.) Iã
iſte uelut q uapulauerat foris, tulit ſe intro. In ſecre
tario ſuæ mentis agit, Et quid ibi agat dicat nobis,
Cogitaui dies antiquos. Bene eſt illi. Videte q̃ cogi
tat rogo uos. Int' eſt,apud ſe cogitat dies antiquos:
Nemo illi dicit, male dixiſti: nemo illi dicit,multũ
locutus es: nemo ei dicit,puerſe ſenſiſti: Ita ſit ei be
ne ſecũ,adiuuet de',cogitet dies antiquos, & dicat
nobis in ipſo iteriore cubiculo ſuo, qd egerit,quò
puenerit,qd trãſilierit,ubi manſerit. Cogitaui dies
antiquos. Et annorũ æternorum memor fui.) Qui
ſunt anni æterni? Magna cogitatio. Videte qd ſibi
uult iſta cogitatio,niſi magnũ ſilẽtiũ,ab omni fo-
rinſecus ſtrepitu, ab omni rerũ humanarũ tumul- L
tu? Intus requieſcat, q cogitare uult iſtos annos æter-
nos. Nunqd anni in qbus ſumus, ęterni ſunt,aut in
qbus fuerũt maiores nr̃i,aut in qbus futuri ſunt po
ſteri nr̃i? Abſit ut æterni exiſtimenẽ. Quid n. de his
annis manet? Ecce loquẽdo dicimus,hoc anno. Et
qd tenemus de hoc anno p̃ter unũ diem in quo ſu-
mus? Nã ſupiores dies anni huius iã tranſierũt nec
teneneẽ,futuri aũt nondũ uenerũt. In uno die ſum'
& dicimus hoc anno,imò dic hodie,ſi aliqd uis p̃-
ſens dicere. Nã de toto anno qd p̃ſens tenes? Quic-
quid de illo præteritũ eſt,iã non eſt: qcquid de illo
futurum eſt,nondum eſt. Q̃uo hoc anno? Corrige
locutionem: Hodie dic,uerũ dicis. Hodie iam dice
mus. Rurſus & hoc attẽde,cũ hodie hoc horæ ma-
tutinæ tranſierunt,horæ futuræ nondũ uenerunt,
Et hoc ergo corrige, Hac hora dic: Et de iſta hora
qd tenes? Momẽta eius q̃dam iam tranſierunt, q̃ fu
tura ſunt nondũ uenerunt: Hoc momẽto dic, Quo
momẽto? Dum ſyllabas loquor: ſi duas ſyllabas di
cam,altera nõ ſonat,niſi cũ illa trãſierit. Ipſa deni-
que una ſyllaba ſi duas lr̃as habeat,nõ ſonat poſte M
rior lr̃a,niſi prior abierit. Quid ergo tenem' de his
annis? Anni iſti mutabiles ſunt, anni æterni cogitã
di ſunt,anni q ſtãt, q nõ uenientibus & abeuntibus
diebus pagunẽ,anni de qbus alio loco ſcriptura di
cit deo, Tu aũt idẽ ipſe es, & anni tui nõ deficient. Pſal. 101.
Hos annos iſte trãſiliens, nõ in garrulitate forinſe-
cus,ſed in ſuo ſilẽtio cogitauit. Et annorũ æternorũ
memor fui: Et meditatus ſum nocte cum corde
meo.) Nemo illi calũnioſus tẽdiculas uerborũ req-
rit,in corde ſuo meditatus eſt. Garriebã.) Ecce eſt
illud garrire: Obſerua igiẽ iterũ te, ne deficiat ſpũs
tuus: Non inqt,nõ ſic garriebã quaſi foris,alio mo
do nunc: Q̃uo nunc? Garriebam, Et ſcrutabar ſpi-
ritum meum.) Si ſcrutaretur iſte terrã,ut uenas au-
ri inueniret,nemo eum deſipere diceret, imò ſapiẽ
tem multi dicerent,qui ueller ad aurum peruenire.
Quanta homo hẽt intus,& nõ fodit? Scrutabatur
iſte ſpiritum ſuum,& cum ipſo ſpiritu ſuo loqueba
tur,& in ipſa locutione garriebat. Seipſum.n.inter
rogabat,ſeipſum examinabat, ĩ ſe iudex erat. Et qd
ſequitur? Scrutabar ſpiritũ meũ. Timendum eſt ne

in ipſo

A in ipſo ſpiritu ſuo remaneat, garriuit.n.foris. Et qa
anticipauerũt uigilias oẽs inimici eius, inuenit ibi
triſtitiã,& defecit ſpiritus ei⁹. Qui garriebat foris,ec
ce cœpit intus garrire ſecurus: Ibi ſolus,ibi ĩ ſilẽtio
cogitat annos ęternos. Et pſcrutabar,inquit,ſpiritũ
meũ. Et hic timendũ, ne in ſpiritu ſuo remaneat,&
nõ ſit trãſiliens: Iã tamẽ melius agit, q̃ foris agebat:
Trãſcendit aliqd, Et hinc uideamus quò. Nõ enim
ceſſat iſte trãſiliens,donec ueniat in finẽ: unde habet
titulũ Pſalm⁹, Garriebã,inquit,& ſcrutabar ſpiritũ
meũ. Et qd inueniſti? Nõ in ęternũ repellet deus.)
Tædiũ inuenerat ĩ hac uita,nuſquã fidẽ,nuſquã ſe
curã cõſolationẽ. Ad quoſcũq; homines intẽdebat,
ſcandalũ in eis inueniebat,aut timebat. Nuſquã er-
go ſecurus: Tacere illi malũ erat,ne ſileret à bonis.
Loqui & foris garrire moleſtũ erat, ne anticiparent
uigilias oẽs inimici eius,calũnias inquirerent ĩ uer
bis ei⁹. Anguſtatus ĩ hac uita uehemẽter, multũ de
alia uita cogitauit,ubi iſta nõ ſit tẽtatio. Et qñ illuc
peruenitur? Nõ.n.nõ cõſtat,quia qd hic patimur, ira
Eſa.57. dei eſt. Dicitur hoc in Eſaia, Non in æternũ uindex
in uobis ero, neq; per omne tẽpus iraſcar uobis. Et
B dicit,Quare? Spiritus.n.à me pcedet,& omnẽ flatũ
ego feci: Propter peccatũ paululum quidem cõtri-
ſtaui eũ & percuſsi eũ,& auerti faciem meã ab illo,
& abijt triſtis,& ambulauit uias ſuas. Quid ergo?
Hæc ira dei ſemper erit? Nõ hoc inuenit iſte ĩ ſilen-
tio. Quid.n.dicit? Non in æternum repellet deus:
Et nõ apponet ultra ut bñplaceat ei adhuc.) Quid
eſt,ut beneplaceat ei adhuc? Repellere & in æternũ
repellet nõ apponet. Neceſſe eſt ut reuocet ad ſe ſer
uos ſuos,neceſſe eſt ut recipiat fugitiuos redeuntes
ad dñm, neceſſe eſt ut exaudiat uocem cõpeditorũ.
Non in æternum repellet deus, & nõ apponet ultra
ut beneplaceat ei adhuc. Aut in finẽ miſericordiã
ſuam abſcidet, a generatione in generationẽ, Aut
obliuiſcet̃ miſereri deus.) In te, a te, in alterũ nulla
eſt miſericordia, niſi eã tibi deus donet, Et ipſe de⁹
obliuiſcitur miſericordiam? Riuus currit,fons ipſe
ſiccatur? Aut obliuiſcet̃ miſereri deus? Aut cõtine-
bit in ira ſua miſerationes ſuas? Id eſt,ſic iraſcet̃ ut
C nõ miſereatur? Facilius ille iram, q̃ miſericordiã cõ-
Eſa.57. tinebit. Hoc & per Eſaiam dixerat,Non in æternum
uindex in uobis ero, neq; per omne tempus iraſcar
uobis. Hoc & poſtea q̃ dixit,Abijt triſtis,& ambula
uit uias ſuas: Vias,inquit, eius uidi,& ſanaui eum.
Hoc ubi cognouit iſte,trãſcendit ſe,& delectat̃ do-
mino, ut ibi eſſet, & in eius operib⁹ magis garriret,
nõ in ſpiritu ſuo,non in eo qd erat,ſed in eo à quo
factus erat. Et hinc ergo trãſiliens trãſcendit. Videte
tranſilientẽ, uidete ſi remaneat alicubi quouſq; p-
ueniat ad deum. Et dixi.) Iam ſeipſum trãſiliens:
quid dixit? Nunc cœpi.) Cũ exceſsiſſem & me,nũc
cœpi, Hinc iam nullũ periculum eſt: Nã in meipſo
remanere,periculũ fuit: Et dixi, Nunc cœpi. Hæc
eſt immutatio dexteræ excelſi.) Modo me cœpit mu-
tare excelſus, modo recepi aliquid, ubi ſecur⁹ ſim:
modo intraui aliquã aulam gaudiorũ,ubi nullus ti
meat̃ inimicus: Modo cœpi eſſe in ea regione,ubi nõ
anticipent uigilias oẽs inimici mei. Nũc cœpi,hæc
eſt immutatio dexteræ excelſi. Memor fui operũ do
mini.) Iam uidete illum ſpatiari in operib⁹ domini.
Garriebat n.foris,& contriſtatus inde defecit ſpiri-
tus eius,Garriuit intus cũ corde ſuo & cum ſpiritu
ſuo, & pſcrutatus eundẽ ſpiritum ſuũ: memor fuit

annorũ æternorũ,memor fuit miſericordię domini, D
quia nõ repellet dñs in æternũ, & cœpit iam ĩ eius
operibus ſecurus gaudere,ſecurus exultare. Audia-
mus iam opera ipſa,& exultemus & nos: Sed affect⁹
etiã nos trãſiliamus, nec ad tẽporalia gaudeamus.
Habemus.n.& nos cubile noſtrũ, Quare non illuc
intramus? Quare nõ in ſilentio agimus? Quare non
ſpiritũ nrm̃ pſcrutamur? Quare annos ęternos non
cogitamus? Quare in operib⁹ dei nõ lætamur? Sed
nũc audiamus,& ipſo dicẽte delectemur,ut etiã cũ
hinc abierimus, faciamus qd ipſo loquẽte facieba-
mus: ſi tamẽ facimus cœptũ ipſius quod dixit, nũc
cœpi. Gaudere ĩ operib⁹ dei eſt obliuiſci,& te,ſi po
tes illo ſolo delectari. Quid.n.melius illo? Nõ uides,
qa cũ ad te redis,in deteriorẽ redis. Memor fui ope
rũ dñi: Quia memor ero ab initio mirabiliũ tuo-
rũ. Et meditabor ĩ oĩbus operibus tuis,& ĩ affectio
nib⁹ tuis garriam.) Ecce tertium garrire. Garriuit fo
ris quãdo defecit, garriuit ĩ ſpiritu ſuo intus quãdo
pfecit, garriuit in operib⁹ dei quãdo peruenit quò
pfecit. Et in affectionib⁹ tuis garriã,nõ in affectio-
nib⁹ meis. Quis uiuit ſine affectionibus? Et putatis E
fratres,qa q deũ timent,deũ colunt,deum diligunt,
nullas habẽr affectiones? Vere hoc putabis & putar̃
audebis,qd affectiones habeat tabula,theatrũ,ue-
natio,aucupiũ,piſcatus,& nõ habeant opera dei,&
nõ habeant meditationes dei interiores affectiões
quaſdã ſuas,cũ inſpicitur mundus,& ponitur ante
oculos ſpectaculũ naturæ rerũ,& in his q̃ritur arti-
fex,& inuenitur nuſquã diſplicens,& p oĩa placens.
Deus in ſancto uia tua.) Inſpicit iam opera miſeri
cordiæ dei circa nos,ex his garrit, & ĩ his affectioni
b⁹ exultat. Primo inde cœpit in ſancto uia tua. Quę
uia tua in ſancto? Ego ſum,inqt,uia ueritas & uita.
Ioan.14. Redite ergo hoẽs ab affectionib⁹ ueſtris. Quò itis?
Quò curritis? Quò nõ ſolum à deo,ſed etiã a uobis
Eſa.46. fugitis? Redite puaricatores ad cor,ſcrutamini ſpm̃
ueſtrũ,recolite annos æternos, inuenite miſericor-
diam dei circa uos, attẽdite opa miſericordiæ eius,
In ſancto uia ei⁹. Filij hoim uſquequo graues corde
Pſal.4. Quid q̃ritis in affectionibus ueſtris? Vt qd diligitis
uanitatẽ,& q̃ritis mendaciũ? Et ſcitote qm̃ magni-
F ficauit dñs ſanctũ ſuũ. In ſancto uia tua. Ad ipſum
ergo attendamus Xp̃m, Attendamus ibi uiam eius.
Deus in ſancto uia tua. Quis deus magn⁹ ſicut de⁹
noſter?) Habent gẽtes affectiones circa deos ſuos,
idola adorãt,oculos habẽt & nõ uident,aures hñt
Pſal.113. & nõ audient,pedes habẽt & nõ ambulabũt. Quid
ambulas ad deũ q nõ ambulat? Nõ,inquit,ea colo.
Et qd colis? Nomẽ quod ibi eſt? Certe hoc colis qd
alibi dictũ eſt,Qm̃ dij gentium dæmonia. Aut ido-
Pſal.95. la colis,aut dęmonia? Nec idola,nec dæmonia,in-
quit. Et qd colis? Stellas,ſolem,lunam,iſta cœleſtia.
Quanto melius, q fecit & terrena & cœleſtia? Quis
deus magnus ſicut deus noſter? Tu es deus q facis
mirabilia ſolus.) Tu uere magn⁹ deus,faciens mira
bilia,ĩ corpore,in aĩa,ſolus faciens. Audierũt ſurdi,
uiderũt cæci,cõualuerunt lãguidi,ſurrexerũt mor-
tui,cõſtricti ſunt paralytici, Sed miracula iſta tunc
in corporib⁹. Videamus in aĩa, Sobrij ſunt,paulo-
ante ebrioſi. Fideles ſunt,pauloante adoratores ſi-
mulacrorũ. Res ſuas donãt pauperib⁹,q alienas an-
tea rapiebãt. Quis de⁹ magn⁹ ſicut de⁹ nr̃? Tu es de⁹
q facis mirabilia ſol⁹. Fecit & Moyſes,ſed nõ ſolus,
Exo.14. Fecit & Helias,fecit & Heliſæus,fecerunt & Apl̃i,ſed

G nullus eorũ solus. Illi cũ facerent, tu cũ eis, tu qñ fecisti, illi nõ tecum. Non. n. tecum fuerunt cũ fecisti, quando & ipsos tu fecisti. Tu es deus q facis mirabilia solus. Quo solus? Nunquid forte pater & non filius, aut filius & nõ pater? Immò pr̃ & filius & spiritus sanctus. Tu es deus, q facis mirabilia solus. Nõ enim tres dii, sed unus deus facis mirabilia solus, & in ipso trãsiliente. Nã ut etiã trãsiliret, & ad ista pueniret, miraculũ dei fuit. Qñ intus garriuit cũ spiritu suo, ut trãsiliret & ipsum spiritũ suũ, & in dei operibus delectaret, ipse ibi fecit mirabilia. Sed qd fecit deus? Notã fecisti in populis uirtutẽ tuam.) Inde cõgregatio ista Asaph transiliens, quia notam fecit in populis uirtutẽ suam. Quã uirtutẽ suam notã fecit in populis? Nos aũt p̃dicamus Xp̃m crucifixum, (1.Cor.1.) Iudæis quidem scandalũ, gentibus autẽ stultitiam, ipsis autẽ uocatis Iudæis & Græcis Xp̃m dei uirtutem, & dei sapientiam. Si ergo uirtus dei Xp̃s, notũ fecit Xp̃m in populis, An & hoc nondum agnoscimus, & ita desipimus, ita infra iacemus, ita nihil trã
H silimus, ut hoc nõ uideamus? Notam fecisti in populis uirtutẽ tuã. Redemisti in brachio tuo populum tuũ.) Brachio tuo, hoc est, uirtute tua. Et brachium dñi cui reuelatũ est? Redemisti in brachio (Esa.53.) tuo populũ tuũ. Filios Israel & Ioseph.) Quo duos populos filios Israel & Ioseph? Nõnne filii Ioseph in filiis Israel? Ita planẽ, Hoc scimus, hoc legimus, hoc scriptura clamat, hoc ueritas indicat, qm Israel idẽ qui Iacob, habuit filios duodecim, inter quos unus erat Ioseph, & ex duodeci filiis Israel quotquot nati sunt, ad populũ Israel pertinent. Quo ergo ait, filios Israel & Ioseph? Nescio qd hic distinguendũ admonuit, Perscrutemur sp̃m nr̃m, fortassis ibi aliquẽ posuit deus, quẽ debemus & nocte q̃rere manibus nostris, ut nõ decipiamur, forte inueniemus & nos in (Gen.37.) hac distinctione filios Israel & Ioseph. Per Ioseph aliũ pp̃lm intelligi uoluit, Gentiũ pp̃lm intelligi uoluit, Quare gentiũ pp̃lm p Ioseph? Quia Ioseph uẽditus est s Aegyptũ à fratribus suis. Ille Ioseph cui fratres inuiderũt, & eũ in Aegyptũ uẽdiderunt, uẽditus in Aegyptũ laborauit, humiliatus est, agnitus, exaltatus, floruit, iperauit. Et his oĩbus qd significauit? Quid
I nisi Xp̃m à fratribus uenditũ eiectum de terra sua tanquã in Aegyptũ gentium? Ibi primo humiliatũ, qñ persecutiones martyres patiebant, nunc exalta(Psal.71.) tũ sicut uidemus, qm impletũ est in eo, Adorabunt eum oẽs reges terræ, oẽs gẽtes seruient illi. Ergo Ioseph populus ex gẽtibus, Israel uero populus ex gẽte Hebræorũ. Redemit populũ suũ deus filios Israel (Ephe.2.) & Ioseph, Per quid? Per lapidẽ angularẽ, in quo duo parietes copulati sunt. Et exequitur quo. Viderũt te aquæ deus.) Quid sunt aquæ? Populi. Quæ sunt (Apoc.17.) istæ aquæ? Dictũ est in Apocalypsi, rñsum est populi, Ibi inuenimus aptissime aq̃s i figura positas populorũ. Supra aũt dixerat, Notã fecisti in populis uirtutem tuã. Merito ergo uiderũt te aquæ deus. Viderũt te aquæ & timuerunt.) Ideo mutatæ sunt qa timuerunt. Viderũt te aquæ deus & timuerũt. Et cõturbatæ sunt abyssi.) Quæ sunt abyssi? Altitudines aquarũ. Quis nõ turbatur in populis cũ cõscientia pulsat? Quæris altitudinẽ maris, qd pfundius humana cõscientia? Ista profunditas turbata est, qñ in brachio suo redemit populum suũ deus. Quo turbatæ sunt abyssi? Quãdo omnes cõscientias suas cõfitendo fuderunt. Et turbatæ sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarũ.) In laudibus dei, in cõfessioni- K bus peccatorũ, in hymnis & cãticis, in orationibus. Multitudo sonitus aquarũ. Vocẽ dederũt nubes.) Inde isti sonitus aquarũ, inde abyssorũ pturbatio, qa uocẽ dederũt nubes. Quæ nubes? Prædicatores uerbi ueritatis. Quæ nubes? De qb' minatur cuidã uineæ deus, q pro uua fecit spinas, & dicit, Mãdabo (Esa.5.) nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. Denique Apostoli relinquẽtes Iudæos, ierunt ad gẽtes, In oĩbus gentib' uocẽ dederunt nubes p̃dicando Xp̃m. Vocẽ dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ ptransierunt.) Easdẽ uoces nubiũ rursus sagittas dixit. Verba n. Euangelistarũ sagittæ fuerunt, Similitudines enim sunt, Nã proprie nec sagitta est pluuia, nec pluuia sagitta. At uero uerbũ dei & sagitta est quia percutit, & pluuia qa rigat. Nemo ergo iam miretur abyssorũ conturbationẽ, qñ sagittæ tuæ pertransierunt. Quid est, pertransierunt? Nõ in auribus remãserunt, sed corda trãsfixerunt. Vox tonitrui tui in rota.) Quid est hoc? Quo intellectum sumus? Adiuuet dñs. Vox tonitrui tui in rota. Solebamus pueri suspicari cũ audirem' tonitrua de cœlo, quasi uehi L cula de stabulo processisse. Habent. n. tonitrua quãdam concussionem similem uehiculis. Nũquid ad ista puerilia redituri sumus, ut intelligamus, Vox tonitrui tui in rota: quasi aliqua uehicula habeat de' in nubibus & trãsitus uehiculorũ illorũ strenitũ cõcitet? Absit. Hoc puerile est, uanũ, nugatoriũ. Quid est ergo, Vox tonitrui tui in rota? Voluitur uox tua, Neque hoc intelligo. Quid faciemus? Interrogemus ipsum Idithum, ne forte ipse exponat, quod dixit, Vox, inquit, tonitrui tui in rota. Nõ intelligo Audiã qd dicis, Apparuerunt fulgura tua orbi terrarũ.) Dic ergo, Nõ intellexeram Orbis terrarum est rota. Nam circumitus orbis terrarũ merito & orbis dicitur, Vñ breuis etiã rotella, orbiculus appellat. Vox tonitrui tui in rota, apparuerũt fulgura tua orbi terrarũ. Nubes illæ in rota circumierunt orbẽ terrarũ, circumierunt tonando & coruscando, abyssum cõmouerunt, pceptis tonuerunt, miraculis coruscauerunt. In oẽm. n. terrã exiuit sonus eorũ, & in fines or (Psal.18.) bis terræ uerba eorũ. Cõmota & contremebunda facta est terra.) Id est, oẽs qui habitant in terra. Per M similitudinem aũt ipsa terra, mare est. Quare? Quia gẽtes omnes maris nomine nuncupant, quod uita humana amara est, & procellis ac tẽpestatibus subdita. Iam illud si attendas q homines se tanquã pisces deuorant, cũ maior minorẽ absorbet. Hoc est ergo hoc mare illuc Euãgelistæ ierunt. In mari est uia tua.) Iamdudũ in sancto uia tua, modo i mari est uia tua, qa ipse sanctus i mari, & merito etiã sup aquas maris ambulauit. In mari est uia tua. i. in gen (Matt.14.) tibus p̃dicatur Xp̃s tuus. In alio quippe Psalmo ita (Psal.66.) dicitur, Deus misereat nostri & benedicat nos, illuminet uultũ suũ sup nos & misereat nr̃i, ut cognoscamus in terra uiam tuã. Vbi in terra? In oĩbus gentib' salutare tuũ, Hoc est, In mari est uia tua. Et semitæ tuæ in aquis multis.) Hoc est, i populis multis.

Et uestigia tua nõ agnoscent.) Nescio quos tetigit, & mirũ nisi & ipsos Iudæos. Ecce iã sic plata est gẽtibus misericordia Xp̃i, ut i mari sit uia tua, & semitæ tuæ i aquis multis, & uestigia tua nõ agnoscent. Vñ? A quibusdã nõ agnoscent, nisi ab his qui adhuc dicũt, Nondũ uenit Xp̃s? Quare dicunt, nondũ uenit Xp̃s? Quia non agnoscunt uestigia super mare am-

A bulantis. Deduxisti sicut oues plebē tuā In manu Moysi & Aarō.)Quare hoc addiderit,indagare aliquātulū difficile est. Adiuuate ergo nos intētione urā, qa post ipsos duos uersus finis erit & Psalmi & sermonis.Ne forte cū aliquid restare arbitramini,timore laboris minus ad psens attendatis. Cū dixisset,In mari est uia tua:qđ intelligim⁹ in gentibus:& semitę tuę in aquis multis:qđ intelligimus in pplis multis:adiūxit,Et uestigia tua nō agnoscent: Et q̄rebamus à qb⁹ nō agnoscerent,& subiecit cōtinuō, Deduxisti sicut oues plebē tuā i manu Moysi & Aaron.i. ab ista plebe tua,q̄ deducta est in manu Moysi & Aarō,uestigia tua nō cognoscent. Quare ergo positū est, nisi increpandi & exprobrandi causa in mari est uia tua? Vnde in mari est uia tua,nisi qa exclusa est à terra tua? Expulerūt xpm,noluerunt esse suū saluatorē ægri, Ille autē cœpit esse in gentibus, & in oibus gētibus in multis pplis, saluę factę sunt etiā reliquiæ ppli illius,Remāsit foris ingrata multitudo,& claudicans Iacob femoris latitudo. Latitudo.n.femoris intelligit uia in multitudine generis,& facta est in maiore parte Israelitaꝝ turba quędā uana & insipiens, q̄ non agnosceret uestigia xpi

Gene. 32.

B in aquis.Deduxisti sicut oues plebē tuā,& nō te cognouerūt. Tāta cū illis bona fecisti, mare diuisisti, inter aq̄s p aridā traiecisti,psequentes inimicos fluctib⁹ opuisti,i deserto egētibus māna pluisti, deducēs eos in manu Moysi & Aarō,& expulerūt te à se, ut i mari eēt uia tua, & uestigia tua nō agnoscerēt.

In psalmum septuagesimumseptimum, Præfatio.

PSalmus iste ea cōtinet q̄ in ueteri † testamēto † populo acta narrantur: recentior autē & posterior populus admonet, ut caueat ne sit ingratus beneficijs dei, eiusq; in se prouocet iracundiam, cuius obedienter & fideliter debet suscipere grām,Ne fiant,inquit,sicut patres eorum generatio praua & amaricās,† generatio q̄ nō direxit cor suū,& nō est creditus cū deo spūs eius. Hæc est igitur Psalmi huius intentio,hęc utilitas,hic uberrimus fructus. Sed cum hęc oīa uideantur pspicua & aperta dici atq; narrari,primitus mouet atq; intētos facit titulus eius. Neq;.n. frustra inscribit, Intellectus Asaph,)Nisi qa fortasse nō qđ superficies sonat,sed i nterius aliquid intelligentem q̄runt ista le-

† al. exasperans.

C ctorem. Deinde narraturus & cōmemoraturus hęc oīa, q̄ uidentur auditore q̄ expositore potius indigere, Aperiam,inqt, in parabolis os meum,eloquar ꝓpositiones ab initio. Quis non hic de somno excitetur? Quis audeat uelut manifestas legendo pcurrere parabolas & ꝓpositiones q̄ nominib⁹ suis indicant altius pscrutari oportere? Parabola qppe alicuius rei similitudinem præ se gerit, qđ licet sit uocabulum Græcū,iam tn̄ pro Latino usurpatur Et notum est,ꝙ in parabolis quæ dn̄r,rerum similitudines rebus de qbus agitur comparantur. Propositiones autem q̄ Græce appellantur ꝓblemata, q̄ōnes sunt, hn̄tes aliquid qđ in disputatione soluendum sit. Quis ergo parabolas & ꝓpositiones transitorie legat: Quis non his auditis uigilantiam mentis intendat, ut ad earum fructum intelligēdo pueniat?

Expositio Psalmi.

a ATtendite,inqt,ppls meus legē meam.)Quē hic credamus loq nisi deū? Ipse n.legē dedit pplo suo, quē liberatū ex Aegypto congregauit,q̄ congregatio ꝓprie synagoga nuncupat, qđ interpretat Asaph. Vtrū ergo ita dictū est,Intel-

D lectus Asaph,ꝙ ipse Asaph intellexerit : an figurate intelligendū,qđ eadē synagoga, hoc est,idem ppls intellexerit, cui dr̄, Attēdite ppls meus legem meā? Quid est ergo ꝙ eundem pplm per Prophetā increpat dicens,Israel autē me non agnouit, & populus meus nō intellexit? Sed ꝓfecto erant ēt in illo pplo q intelligerent habentes fidem, quæ postea reuelata est,non ad legis literā,sed ad gratiam spūs pertinentem. Non.n. sine ipsa fide fuerunt q eius in xpo futuram reuelationē præuidere & prænunciare potuerunt, cū & illa uetera sacra significatiua fuerint futuroꝝ. An soli Prophetæ habebāt hanc fidē, non & ppls? Imò uero ēt qui Prophetas fideliter audiebant,eadem adiuuabantur grā,ut intelligerent qđ audiebant. Sed utiq; sacrm̄ regni cœlorum uelabatur in ueteri testamento,quod plenitudine temporis reuelaret in nouo Nō.n. uos ait, Apostolus,ignorare fratres, qm̄ patres nostri oēs sub nube fuerūt, & oēs mare transierunt,& oēs per Moysen baptizati sunt in nube & in mari,& oēs eūdem cibum spiritalem manducauerunt,& oēs eūdem potum spiritalem biberunt. Bibebant n. de spiritali cōsequē-

Esa. 1.

1. Cor. 10

E te eos petra,petra autem erat xp̄s. Idem itaq; in mysterio cibus & potus illoꝝ qui noster sed significatione idem,nō specie,quia idem ipse xp̄s illis in petra figuratus, nobis in carne manifestatus est. Sed non,inqt,in oibus illis beneplacitum est deo. Oēs qdem eundē cibū spiritalē manducauerunt,& eūdem potū spiritalē biberunt.i. spiritale aliqd significantem,sed nō in oibus illis beneplacitū est deo. Cum dicit,Non in oibus: erāt ergo ibi aliq in quibus beneplacitū est deo, Et cum essent oia cōia sacramenta,non cōmunis erat omnibus gratia, quæ sacrorum uirtus est, Sicut & nūc iam reuelata fides q̄ tunc uelabatur, omnibus in nomine patris & filij & spiritus sancti baptizatis cōe est lauacrum regenerationis: sed ipsa grā cuius ipsa sunt sacramenta,quia membra corporis xp̄i cum suo capite regenerata sunt,non cōis est omnibus. Nam & hæretici habent eundem baptismum,& falsi fratres in cōmunione catholici nominis. Ergo & hic recte dr̄, sed non in oibus illis beneplacitum est deo. Neque

Ibid.

4. sen. di. 4. qui ue ro.

Matt. 28.

F tunc tn̄,neq; nunc infructuosa est uox dicentis,Attendite ppls meus legem meam. Quæ locutio nota est in oibus literis,quod non ait,attende:sed,attendite. Ex multis.n. populus constat, qbus multis qđ sequitur pluraliter dicitur: Inclinate aurē uestrā in uerba oris mei.) Quod est attendite, hoc est,inclinate aurem uestram Et qđ ibi ait, legem meam: hoc ait hic,uerba oris mei Ille namq; pie attēdit legem dei & uerba oris eius, cuius aurē inclinat humilitas,nō cuius erigit ceruicē superbia. Quod.n. infunditur,concauo humilitatis excipit eminētia tumoris expellit. Vnde alio loco,Inclina,inqt,aurē tuam,& excipe uerba intellectus. Satis itaq; admoniti sumus ēt istum Psalmum huius intellectus Asaph,qa genitiuo casu in titulo positū est huius intellectus,n hic intellectus, inclinata aure suscipe, id est,humili pietate Nec ipsi⁹ Asaph dictū est,sed ipsi Asaph,qđ Gręco articulo apparet,& in qbusdā Latinis codicibus inuenit. Verba igitur ista intellectus sunt i. intelligentiæ sunt,q̄ data est ipsi Asaph, Quod nō uni homini, sed melius cōgregatiōi † ppli dei,† unde nequaquā nos alienare debem⁹. Quāuis

Prou. 22.

† al. dicitur.

G enim ꝓprie dicatur synagoga Iudæorum, Ecclesia uero Christianorum, quia cōgregatio magis pecorum, conuocatio uero magis hoīum intelligi solet, tñ & illam dictā inuenimus Ecclesiam, & nobis fortasse
Psal.105. potius cōuenit dicere, Salua nos dñe deus noster, & congrega nos de gentibus, ut cōfiteamur nomini sancto tuo. Neq; dedignari nos oportet, imò gratias ineffabiles agere, q; sumus oues manuū eius,
Ioan.10. quas puidebat cū diceret, Habeo alias oues q̄ non sunt ex hoc ouili, oportet me & ipsas adducere, ut sit unus grex & unus pastor: iungendo.s. fidelē populum gentiū fideli pplo Israelitarū, de qbus prius
Matt.15. dixerat, Non sum missus nisi ad oues, q̄ perierūt domus Israel. Nā & congregabunt ante eum oēs gentes, & separabit eos sicut pastor segregat oues ab
Matt.25. hœdis. Sic igit audiamus, qd dictum est, Attendite ppls meus legē meā, Inclinate aurem uestrā in uerba oris mei: nō tanquā Iudæis, sed potius tāquam nobis, uel certe tanquā et nobis ista dicātur. Cum
1.Cor.10. enim dixisset Apls, Sed non in oībus illis beneplacitū est deo: ita ostendens fuisse ibi ēt illos, in quibus beneplacitū est deo, cōtinuo subiecit, Prostra-
H ti.n. sunt in deserto. Deinde adiūxit, Hæc aūt figuræ nr̄æ factę sunt, ut non simus cōcupiscentes mala, sicut & illi cōcupierunt, Neq; idolis seruiētes, sicut quidā eorum seruierūt, sicut scriptū est, Sedit ppls māducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neq; fornicemur, sicut quidā eorum fornicati sunt, & ceciderunt una die uigintitria milia. Neq; tentemus xp̄m, sicut qdam eorum tentauerunt, & a serpentibus perie
Ibidem runt. Neq; murmuraueritis, sicut qdā eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Oia autē hæc in figura cōtingebant illis, Scripta aūt sunt ad correctionem nr̄am, in quos fines seculorum obuenerunt. Nobis ergo potius ista cantata sunt, Vnde in hoc Psalmo inter cętera dictū est, Vt cognoscat generatio altera, filij q̄ nascentur & exurgēt. Porrò si ille interitus à serpētibus, & ab exterminatore illa pditio, & gladij trucidatio, figurę fuerūt, sicut eui-
1.Cor.10 denter dicit Apls, cū illa oia cōtigisse manifestū sit: nō.n. ait, in figura dicebantur: uel, in figura scripta sunt: sed, in figura, inqt, cōtingebant illis: quāto maiore diligētia pietatis cauendę sunt pœnę, quarū fi
I guræ illæ fuerūt? Proculdubio qppe sicut in bonis rebus multo amplius bonū est, in eo qd̄ ꝑ figurā significatur q̄ in ipsa figura, ita & in malis lōge utiq; peiora sunt, q̄ significant figuris, cū tanta mala sint etiā significantes figurę. Nā sicut terra illa ꝓmissionis, quò ille ppls ducebat, in cōparatione regni cœlorum nihil est, quò xp̄ianus ppls ducit: ita & pœnę illæ q̄ figuræ fuerūt, cū tā sint atroces, in cōparatione pœnarū quas significant nihil sunt. Quas autē figuras dixit Apls, eas dicit iste Psalmus, quantū existimare possumus, parabolas & ꝓpositiones, non hn̄tes in eo fidē q; contigerunt, sed in his rebus ad quas rationabili comparatione deferunt. Attendamus ergo legē dei ppls eius, & inclinemus aurē nostram in uerba oris eius. Aperiam, inqt, in parabolis os meū, eloquar ꝓpositiones ab initio.) A quo initio dicat, satis apparet in cōsequentibus. Non.n. ex quo factū est cœlū & terra, uel ex quo creatū est in primo hoīe genus humanum, sed ex quo populi congregatio q̄ abducta est ex Aegypto, ut sensus ꝑtineat ad Asaph, qd interpretat congregatio. Sed utinam q̄ dixit, Aperiā in parabolis os meū, ēt intelle-

ctum nr̄m in eas aperire dignet. Si.n. sicut os suum K
aperuit in parabolis, ita apiret ēt ipsas parabolas: & sicut eloquitur ꝓpositiones, ita eloqueret & earū expositiones, nō hic æstuaremus. Nūc uero ita obtecta & clausa sunt, oīa ut ēt si ad aliquid ipso adiuuante unde salubriter pascamur peruenire possimus, in sudore tñ uultus nr̄i edamus panem, & pœ Gene.3.
nam diffinitionis antiquæ, non corporis tm̄, sed & cordis labore pendamus. Dicat ergo & audiamus parabolas & ꝓpositiones. Quanta, inquit, audiuimus & cognouimus ea, & patres nr̄i narrauerūt nobis.) Dn̄s superius loquebatur. Nā cuius alteri⁹ uerba credenda sunt, Attendite ppls meus legē meam? Quid est ergo qd nunc repēte homo loqtur? Iam.n. hoīs uerba sunt, Quāta audiuimus, & cognouimus ea, & patres nr̄i narrauerunt nobis. Nimirū iā deus ex hoīs ministerio locuturus: sicut ait Apls, An uul 2.Cor.13.
tis experimentum accipere eius, qui in me loquitur xp̄s: ex persona sua primū uerba hēc uoluit, ne uerba eius loquens homo, contemneretur ut homo. Ita.n. se hn̄t locutiones dei, q̄ nobis insinuant per sensum corporis nr̄i. Creaturam subditā, opere inuisibili creator mouet, Nō eius substantia in aliqd L
corporale & tpale conuertitur, aut corporalibus & tpalibus signis, siue ad oculos siue ad aures pnūctibus quantū capere hoīes possunt, suā facit innotescere uoluntatem. Si.n. angelus uti potest æthere, aere, nube, igne, & alia qlibet natura uel specie corporali, & homo, uultu, lingua, manu, calamo, literis, alijsue significantib⁹ rebus ad suę mētis indicāda secreta: postremo cum homo sit, nuncios hoīes mittit, & dicit alij uade, & uadit: & alij, ueni, & ue- Luc.7.
nit: & seruo suo, fac hoc, & facit: quāto maiore & efficaciore potestate deus, cui dño uniuersa subiecta sunt, & ipso angelo & hoīe utitur, ut qd ei placet annunciet? Quāuis itaq; iā homo dicat, Quāta audiuimus, & cognouimus ea & patres nr̄i narrauerūt nobis: tñ tanq̄ dei uerba, non tanq̄ humanas fabulas audiamus. Propter hoc.n. præmissum est, Attēdite ppls meus legē meā, inclinate aurē urām in uerba oris mei. Aperiā in parabolis os meū, eloquar ꝓpositiones ab initio. Quanta ergo audiuimus, inqt, & cognouimus ea, & patres nr̄i narrauerūt nobis. Sic est audiuimus, & cognouimus, quō, Audi filia & ui M
de. Audita.n. sunt in ueteri testo q̄ cognoscūtur in Psal.44.
nouo, Audita cū ꝓphetarentur, cognita cū implerentur. Vbi ꝓmissio redditur, non fraudat auditio. Et patres nr̄i Moyses & Prophetæ narrauerunt nobis. Non sunt abscondita a filijs eorum, in generatione altera.) Hæc est gñatio, in qua nobis donata est regeneratio. Annunciantes laudes dn̄i & potentias eius, & mirabilia eius q̄ fecit.) Ordo uerborum est, Et patres nr̄i narrauerunt nobis, annūciantes laudes dn̄i. Laudatur dn̄s ut ametur. Quid.n. salubrius amatur? Et suscitauit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel.) Hoc est initiū de quo supra dictum est, Eloquar ꝓpositiones ab initio. Initiū est ergo uetus testm̄, finis nouum. Timor.n. præualet
in lege, Et initiū sapientiæ, timor dn̄i. Finis autē le Psal.110.
gis xp̄s est ad iustitiam omni credenti, Quo donā- Rom.10.
te diffunditur charitas in cordibus nostris per spm̄ Roma.5.
sanctum, qui datus est nobis, Et consummata charitas, foras mittit timorē, qm̄ non sine lege iustitia 1.Ioan. 4
dei manifestata est, Sed qm̄ testimoniū habet a lege & ꝓphetis, ideo suscitauit testimoniū i Iacob, & legem

A legẽ posuit in Israel. Nã & illud quod tam insigni &
pleno tantis significationib⁹ opere tabernaculũ cõ
stitutũ est, tabernaculũ testimonij nominat: in quo
Exo.40. erat uelamẽ cõtra arcã legis, sicut uelamen cõtra fa
2.Cor.3. ciem ministri legis, qa i illa dispẽsatione, parabolæ,
& ꝓpositiones erant. Ea quippe q̃ p̃dicabãtur & fa-
ciebant, uelatis significationib⁹ condebant, & non
reuelatis manifestationib⁹ cernebant. Cũ aũt trãs-
Ibidem. ierit ad Xp̃m, ait Apl̃s, auferetur uelamẽ. Quotquot
enim sunt promissiones dei, in illo erant. Quisquis
2.Cor.1. igitur Xp̃o adhæret, totũ bonũ quod etiã in literis
legis nõ intelligit habet, Quisquis aũt est alienus à
Xp̃o, nec intelligit, nec habet. Suscitauit ergo testi-
moniũ, in Iacob, & legẽ posuit in Israel. More suo re
petit, Nã quod est, suscitauit testimoniũ: hoc est, le-
gẽ posuit: Et quod est, in Iacob: hoc est, in Israel. Nã
sicut ista duo noĩa sunt hominis unius, ita lex & ue
tus testimoniũ duo sunt noĩa rei unius. Interest ali
quid, ait qspiam, inter suscitauit & posuit? Ita sanè,
quemadmodũ interest etiã inter Iacob & Israel, Nõ
Gene.25. qa erant duo hoĩes, sed eadẽ duo noĩa diuersis cau
& 32. sis uni homini sunt imposita. Iacob pp supplãtatio
B nem, qm̃ nascentis tenuit plantã fratris, Israel autẽ
ꝓpter uisionẽ dei. Sic aliud est suscitauit, aliud po-
suit. Nã suscitauit testimoniũ, quantũ existimo di-
ctum est, ꝙ illo aliquid suscitatũ est. Sine lege.n. ait
Roma.7. Apostolus, peccatũ mortuũ est, Ego aũt uiuebã ali
quando sine lege, Adueniente aũt mãdato, peccatũ
reuixit. Ecce quod suscitatum est per testimonium,
quod est lex, ut appareat quod latebat, Sicut paulo
Ibidem. post dicit, Sed peccatũ, ut appareat peccatũ per bo-
nũ mihi operatum est mortẽ. Posuit autẽ legem di-
ctũ est, tanquã iugum peccatoribus: unde dicitur,
1.Tim.1. Quia iusto nõ est lex posita. Testimoniũ est igitur
inquantũ aliquid probat, lex aũt inquantũ iubet,
cũ sit una eademq; res. Quocirca sicut lapis Xp̃s, sed
Psal.117. credentibus in caput anguli, nõ credentibus aũt la
pis offensionis, & petra scãdali: ita testimoniũ legis
eis q lege nõ legitime utuntur, testimoniũ est, quo
cõuincantur puniendi peccatores: his uero q ea le-
gitime utunt, testimoniũ est quo demõstrat ad quẽ
C liberãdi cõfugere debent peccatores. In eius.n. gr̃a
1.Pet.2. est iustitia dei, testimoniũ habens a lege & ꝓphetis
Rom.10. qua iustificat impius: quã quidã ignorãtes, & suam
uolentes constituere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti.

Quanta, inquit, mãdauit patribus nostris nota fa
cere ea filijs suis, ut cognoscat generatio altera. Fi-
lij qui nascent & exurgent, narrabunt filijs suis: Vt
ponant in deo spem suam, & nõ obliuiscant operũ
dei, & mãdata eius exquirant. Ne fiant sicut patres
eorũ, generatio praua & amaricans. Generatio quę
nõ direxit cor suũ, & nõ est creditus cũ deo spiritus
eius.) Hęc uerba indicant duos quodãmodo popu
los, alterũ ad uetus, alterũ ad nouũ testamentũ pti-
nentẽ: nam quod ait, Quãta mandauit patribus no
stris, nota facere ea filijs suis: mandata eos accepisse
dixit, nota ea facere filijs suis, non tñ eos agnouisse
aut fecisse, sed ad hoc acceperunt ipsi, ut cognoscat
gñatio altera, qđ illa nõ cognouit Filij q nascent &
exurgent. Nã illi qui nati sunt, non exurrexerunt, qa
Col.3. nõ sursum cor, sed i terra potius habuerũt. Cũ Xp̃o
Rom.10. enim exurgitur: unde dictũ est, Si exurrexistis cum
Xp̃o, quę sursum sunt sapite. Et narrent, inquit, filijs
Psal.36. suis, ut ponant in deo spẽ suam. Ita.n. nõ suam iusti
tiã iusti uolũt cõstituere, sed reuelant ad deũ uiam
suã, & sperant in eũ, ut ipse faciat. Et nõ obliuiscant D
operũ dei: magnificãdo scilicet, & iactãdo opa sua
tanq̃ ipsi faciant, cũ deus sit q operatur in eis q bo- Philip.2.
na operãtur, & uelle & operari ꝓ bona uolũtate. Et
mãdata eius exquirant. Cũ iam ea didicerint, q̃uo
exquirant? Quãta.n. inquit, mãdauit patribus nr̃is,
nota facere ea filijs suis, ut cognoscat generatio alte
ra. Quid cognoscat? Vtiq; mandata quæ mãdauit.
Q̃uo ergo adhuc exquirant, nisi qa ponẽdo in deo
spẽ suam? Tũc mãdata eius exquirant, ut ab eis illo
adiuuãte cõpleantur. Ne fiant sicut patres eorũ ge-
neratio praua & amaricans, generatio q̃ nõ direxit
cor suũ. Et dicit quare, cõtinuo subiungẽdo, Et nõ
est creditus cũ deo spiritus eius. i. qa nõ habebat fi
dem q̃ impetrat, quod lex imperat. Qñ.n. cũ spiritu
dei operãte spiritus hominis cooperatur, tũc quod
deus iussit impletur: & hoc nõ fit nisi credẽdo i eũ
q iustificat impium. Quã fidẽ nõ habuit generatio Roma.4.
praua & amaricans: & ideo de illa dictũ est, Non est
creditus cũ deo spiritus eius. Multo.n. hoc expressi⁹
dictũ est, ad significandã gratiã dei, q̃ nõ solũ ope-
ratur remissionẽ peccatorũ, sed etiam cooperantem E
sibi facit hominis spiritũ in opere bonorũ factorũ:
q̃si diceret, Nõ credidit deo spiritus eius Hoc est.n.
habere cũ deo creditum spiritũ, nõ credere spiritũ
suũ posse facere sine deo iustitiam, sed cũ deo. Hoc 3 sen. dis.
est.n. credere in deum, quod utiq; plus est q̃ credere 23. aliud
deo. Nã & homini cuilibet plerunq; credendũ est, est.
quãuis in eum nõ sit credendũ. Hoc est ergo crede-
re in deũ, credendo adhærere ad bene cooperandũ
bona operãti deo: Quia sine me, inquit, nihil pote- Ioan.15.
stis facere. Quid aũt plus hinc Apl̃s dicere potuit q̃
quod ait, Qui autẽ adhæret deo unus spiritus est? 1.Cor.16.
Alioquin lex ista testimoniũ est quo damnetur, nõ
quo absoluatur reus. Litera.n. est minax, q̃ coniun-
cat p̃uaricatores, non spiritus adiuuans q liberet &
iustificet peccatores. Gñatio ergo illa cuius exẽplũ
cauendũ est, ideo praua & amaricans fuit, quia nõ
est creditus cũ deo spiritus eius, qa etsi aliqua credi
dit deo, nõ tamen credidit in deũ. Nõ ex fide adhæ
sit deo, ut sanata à deo bene cooperaret cooperanti
in se deo. Deniq; Filij Ephrem intendẽtes & mittẽ
tes arcus, cõuersi sunt in die belli.) Persequẽtes le- F
gẽ iustitiæ, in legem iustitiæ nõ puenerunt. Quare?
Quia nõ ex fide. Generatio.n. erat cuius spiritus cũ Roma.9.
deo creditus nõ est, sed tanq̃ ex operib⁹, quia nõ si-
cut tetendit misit arcus, qđ foris appareret, tanquã
in operib⁹ legis, ita direxit & cor, ubi iustus uiuit ex Roma 1.
fide, q̃ per dilectionẽ operatur, qua inhæretur deo Gal.5.
qui operatur in homine & uelle & operari ꝓ bona Philip.2.
uolũtate. Nã quid est aliud tendere arcus & mittere
& conuerti in die belli, nisi attẽdere & ꝓmittere in
die auditionis, & deserere in die tentationis, armis
quasi ꝓludere, & ad horã certaminis nolle pugnare?
Quod sanè ait tendentes & mittentes arcus: cũ de-
buisse dicere uideatur, tendẽtes arcus, & mittẽtes sa
gittas: nõ.n. arcus mittitur, sed ab arcu aliquid mit
titur: aut illa locutio est de qua superius disseruim⁹,
ubi dictũ est, Suscitauit testimoniũ, quia suscitauit
aliquid testimonio: Ita & hic mittẽtes arcus, qa mi-
serunt aliquid arcub⁹: aut obscur⁹ ordo uerborũ est
cum p̃termissione uerbi, quod etiam tacitũ subau-
diendũ est, ut iste ordo sit: Filij Ephrem intendẽtes
arc⁹ & mittẽtes, & subaudiatur sagittas: plenusq; sit
sensus, tendẽtes arcus & mittẽtes sagittas: qa etiã si

G diceret, tēdentes arcus & mittētes sagittas: nō utiq;
tendētes sagittas intelligere deberemus, sed audito
eo qđ dixit tendētes, subaudire potius arcum, ſquis
dictū nō fuerit. Nonnulli sanè codices Græci habere
dicunt, tendentes & mittētes arcubus: ut sine dubi
tatione subaudiamus sagittas. Quod uero p filios
Ephrē uniuersam illā generationē amaricantē in-
telligi uoluit, locutio est à parte totū significans. Et
ideo fortasse electa est ista pars, ex qua tot' ille ppls
significaret, qa de his potissimū boni aliquid expe-
ctandū fuit, quia ex illo nati sunt quē nepotē suū
Gen. 48. Iacob, ſquis à patre eius tanq̄ minorem ad sinistrā
cōstitutū, manu tamē dextera benedixit, eumq; ma
iori fratri arcana benedictione pposuit, ut quod ita
hoc loco trib' illa culpat, nec aperuisse in ea qđ illa
bñdictio pmittebat ostēditur, satis intelligam' qđ
etiā tūc ex uerbis Patriarchæ Iacob lōge aliud figu
Matt. 20 rabatur, q̄ prudētia carnis expectat. Figurabatur. n.
q̄ futuri essent nouissimi, q erāt primi, & primi futu
Ioan 1. ri ess nt, q erant nouissimi, p saluatoris aduentū, de
Gen 4. et quo dictū est, Qui post me uenit, ante me fact' est.
21. & 25. Sic Abel iustus maiori platus est fratri: sic Hismaeli
H Isaac: sic Esau cōgemino suo, sed tñ prius nato, ipse
Gen 38. Iacob: sic Phares & ipse cōgemino suo, q pri' manū
ex utero miserat, & cœperat nasci, & iā nascēdo pces
1. Reg 16. sit. Sic Dauid maiorib' platus est fratrib': & pp̄ter
† al simi- quod istæ omnes atq; aliæ similitudines † nō solū
les. dictorū, sed etiam factorū parabolæ pcesserunt. Sic
pplo Iudæor, platus est pps Christianus, p quo rē-
dimendo quemadmodū Abel à Cain, sic à Iudæis
Gene. 4. occisus est Xps. Hoc pfiguratū est enim etiam, cū Ia-
Gen. 48. cob decussatim porrectis manibus dextera tetigit
Ephrē ad sinistrā cōstitutū, eumq; pposuit Manasse
ad dexterā cōstituto, quē sinistra ipse tangebat. Nā
secundū carnē filij Ephrem intēdentes & mittētes
arcus, cōuersi sunt in die belli. Quid sit aūt qđ ait,
Cōuersi sunt in die belli, cōsequentia docēt, qb' id
apertissime exposuit. Nō custodierunt, inqt, testa-
mentū dei, & in lege eius noluerūt ambulare.) Ecce
qd est, Cōuersi sunt in die belli: nō obseruauerūt te
stamentū dei. Vbi arcus tēdentes & mittētes, etiam
pmissionis uerba prōptissime ptulerunt dicentes,
Exo. 19. Quæcunq; locutus est dñs deus nr̄, audiemus & fa-
I ciemus: Cōuersi sunt i die belli, qa pmissionē obe-
dientiæ, nō auditio, sed tētatio pbat. Cuius est aūt
cū deo spiritus creditus, fidelē tenet deum, qui non
1. Cor. 10. eū permittet tentari super id quod potest, sed faciet
cū tentatione etiam exitū, ut possit sustinere, ne cō
1. Cor. 1. uertatur in die belli. Qui aūt in se, nō in deo gloria
tur, quantūuis iactet pollicitationē uirtutis suæ, ue
lut tedens & mittens arcus, cōuertitur in die belli.
Quia. n. nō est creditus cū deo spiritus eius, non est
Eccl. 2. cū illo etiam spiritus dei. Et sicut scriptū est, qa nō
credidit, ideo nō ptegetur. Quod uero cū dixisset,
Nō obseruauerunt testamentū dei: adiecit & ait, Et
i lege eius noluerunt ambulare: repetitio est superio-
ris sententiæ, cū quadā eius expositione. Hoc. n. ap-
pellauit legē eius, qđ supra dixerat testamentū dei,
ut illud quod dictū est, nō custodierūt, repetitū in-
telligatur, i eo ambulare noluerunt. Sed cū breuius
dici posset, Et i lege eius noluerūt āmbulare: nō nihil
mihi uidetur i hoc uerbo nos q̄rere uoluisse quod
maluit dicere, noluerūt āmbulare: q̄ nō āmbulauerūt.
Poterat. n putari lex operū quasi sufficere ad iustifi
cationē, cū ea q̄ pcipiuntur forinsecus fiunt ab eis

hominibus, q malient nō præcipi q̄ nō ex corde fa- K
ciunt, & tamē faciunt: ac per hoc quasi uidetur ābu
lare in lege dei, sed nolunt ambulare: nō. n ex cor-
de faciunt. Ex corde autē nullo modo fieri potest,
qđ formidine fit pœnæ, nō dilectione iustitiæ Nā
quantū attinet ad facta q̄ forinsecus agūtur, & qui
timent pęnā, & q amant iustitiā, nō furātur, & ideo
pares sunt manu, dispares corde, pares opere, dispa-
res uoluntate Ideo illic sic notati sunt: Gnatio, inqt,
q̄ nō direxit cor suū. Non dictum est opera, sed cor.
Recto. n. corde, recta sunt opera Cū autē correctū
nō est, opera recta non sunt, etiā si recta uideantur.
Et unde cor non direxit praua generatio, satis ape-
ruit cū ait, Et nō est creditus cū deo spiritus ei'. Re-
ctus est. n. deus, & ideo recte adhærens, tanq̄ incō-
mutabili regulæ potest fieri rectum, quod in se fuit
prauū cor hoīs. Vt autē cor cū illo sit, & per hoc re-
ctum esse posit, acceditur ad eū, nō pede, sed fide.
Ideo dicitur etiā in Epl'a ad Hebręos de illa ipsa ge-
neratione praua & amaricante, Non profuit sermo Heb. 4.
auditus illis, nō contēperans fidei eor, q obaudie-
runt. Voluntas igitur q̄ est in corde recto, paratur à L
dño, fide pcedente, qua acceditur ad deū directū,
ut cor fiat rectū. Quæ fides pueniente & uocāte mi
sericordia dei, p obedientiā suscitatur, & applicare
incipit ad deū cor ut dirigatur, ut quāto magis uia-
gisq; dirigitur, tāto magis uideat, qđ nō uidebat, &
ualeat qđ nō ualebat. Hoc nō fecerat Simon, cui Pe
trus Apl's dixit, Nō est tibi pars neq; sors in hac fide: Act. 8.
cor. n. tuū nō est rectū cū deo. Ibi. n. ostendit quia
nō pōt esse rectū sine deo, ut incipiant homines nō
tanq̄ serui sub lege āmbulare metuētes, sed i lege tanq̄
filij uolētes, i qua illi ambulare noluerūt, & sub illa
rei remāserunt. Hāc. n uoluntatē nō timor, sed cha- Roma. 5.
ritas habet, q diffunditur in cordib' credentiū p spi
ritū sanctū. Quibus dicitur, Gratia salui facti estis p Ephe. 2.
fidē, & hoc nō ex uobis, sed dei donū est, nō ex ope
ribus, ne forte qs extollatur: Ipsius. n. sumus figmē
tum creati in Xp̄o Iesu, in operibus bonis, q̄ ppara-
uit deus, ut in illis ambulemus: Non quo illi q in le
ge eius noluerunt ambulare, nō credendo in eum,
neq; uiam suā reuelando ad eū, & sperādo in eū, ut
ipse faceret. Et obliti sunt beneficior eius, & mira M
biliū eius q̄ ostēdit eis: Corā patrib' eor fecit mira
bilia.) Quid sit hoc, nō est q̄stio negligēda De ipsis
patribus pauloante dicebat, q fuisset generatio pra
ua & amaricans. Ne fiant, inquit, sicut patres eorū
generatio praua & amaricans, gñatio q̄ non direxit
cor suū, & cætera q̄ adhuc de ipsa generatione dicū
tur: cuius imitationē eo modo cauendā pcipit alte
ri generationi, ut ponant in deo spem suam, & non
obliuiscantur operū dei, & mādata eius exquirant:
de qbus iam satis, qđ uisum est disseruimus. Quid
sibi ergo uult cū de ipsa generatione praua loquat,
qūo obliti sunt beneficiorū dei, & mirabilium eius
q̄ ostendit eis, quod addidit & dicit, Corā patribus
eorū fecit mirabilia: Quibus patrib' cū ipsi sint pa
tres eorū, quorū nō uult esse posteros similes? Si il-
los accepimus ex qbus isti nati erant, uelut Abra
ham, Isaac & Iacob, iam olim dormierant, qñ mira-
bilia deus ostendit in Aegypto. Sequitur enim: In
terra Aegypti, in campo Thaneos.) Vbi dicit osten
disse deum istis mirabilia corā patribus eorum. An
forte spiritu præsentes erant, quia de ipsis dominus
in Euangelio ait. Omnes. n. illi uiuunt? An accom- Luc. 20.

A modatius accipimus patres Moysen & Aarō, aliosq; seniores q̄ cōmemorantur, in eadem scriptura etiā
Num. 11. spm̄ accepisse, unde acceperat & Moyses, ut eum ad iuuarent ad eundē populū regendum ac ferendū? Cur.n. nō appellarentur patres? Non sicut deus pater unus est, q regenerat spiritu sancto quos facit filios ad æterna hæreditate, sed honoris grā pp ætatem curamq; pietatis: sicut Paulus senior dicit, Nō
1. Cor 4. ut confundā uos hæc scribo, sed ut filios meos charissimos moneo, cū sciret utiq; à dño dictū, Ne uobis dicatis patrem in terra, unus est.n. pater uester
Matt. 23. deus. Quod nō ideo dictū est, ut hoc uocabulū honoris humani de loquēdi cōsuetudine tolleret, sed ne grā dei qua in æternam uitā regenerantur, naturæ, uel potestati, uel ēt sanctitati cuiusquam hominis tribueretur. Ideo eū diceret, Ego uos genui: ꝑdixit, in xp̄o & per Euangeliū: ne ipsius putaretur esse quod dei est. Ergo illa gñatio praua & amaricās, obliti sunt beneficiorū dei, & mirabilium eius quę ostēdit eis corā patribus eorū, q̄ fecit mirabilia in terra Aegypti, in cāpo Thaneos. Et incipit eadē mirabilia cōmemorando retexere: q̄ si parabolę sunt
B & ꝓpositiones, ꝑfecto ad aliqd comparandū referendæ sunt: nec oculū intētionis debemus auferre ab eo, qd Psalmus iste intendit ostendere, hūc esse fructum oīum quæ dñr, & quare admoniti sumus hæc intentissime audire deo dicēte, Attendite populus meus legē meā, inclinate aurem uestram in uerba oris mei: ut ponamus in deo spem nřam, & ne obliuiscamur operū dei, & mandata eius exquiramus, ne fiamus sicut illi patres, gñatio praua & amaricans, gñatio q̄ cor non direxit suū, & non est creditus cū deo spūs eius. Ad hoc ergo oia referenda sunt, ac per hoc quęqud figurata actione ista significant, ita fieri possunt spiritalr in hoīe, uel grā dei si bona sunt, uel iudicio dei mala sunt, sicut illa bona facta sunt in Israelitas, uel mala & in ipsos, & in eorū inimicos. Quæ si nō obliuiscamur, sed in deo spem nřam ponamus, nec ipsius grāe simus ingrati, eumq; timeamus, non timore seruili quo sola mala corporalia formidant, sed timore casto ꝑmanente in seculū seculi, q timor magnā esse iudicat pœnā priuari luce iustitię, nō efficientur tāquā patres illi gñatio praua & amaricās. Terra itaq; Aegy-
C pti in figura intelligēda est hui⁹ seculi. Cāpus Thaneos planicies est mādati humilis. Nā mandatū hu-
Exo 4. mile interpretaī Thanis. In hoc ergo seculo humilitatis mandatū suscipiamus, ut in alio seculo exaltationē quā ꝓmisit q pp nos hic fact⁹ est humilis, accipere mereamur. Nā q dirupit mare & traiecit eos, statuit aquas quasi in utres.) Vt sic staret unda tāq; fuisset inclusa, pōt p suā grām cohibere fluida & labētia cōcupiscentiarū carnaliū, cū huic seculo renūciaī, ut tanq̄ inimicis peccatis oībus p deletis fideliū ppl's per sacrm baptismatis traiciat. Qui
Psal. 118. eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.) Potest ēt spiritalr dirigere itinera, si ad deū clamet fides, Itinera mea dirige sc̄dm uerbum
Proue. 4. tuū: de quo alibi dicit, Ipse.n. rectos faciet cursus tuos, & itinera tua in pace perducet per Iesum xp̄m dñm nřm cuius in hoc seculo tanq̄ in die facīm manifestū est in carne uelut in nube: in iudicio uero tanq̄ in terrore nocturno, qa tūc erit magna tribu-
Exo. 17 latio seculi, tāquā ignis, & lucebit iustis, & ardebit iniustis. Qui dirupit i deserto petrā, & adaquauit eos sicut in abysso multa: Et eduxit aquā de petra, D & deduxit tanq̄ flumina aquas.) pōt utiq; sitiēris si dei donū spūs sancti, qd illa res gesta spiritalr significabat, infundere de spiritali sequēte petra qui est xp̄s, q stabat & clamabat, Si qs sitit, ueniat ad me
Ioan. 7. &, Qui biberit de aqua quā ego dabo, flumina aq uiuę fluēt de uē tre ei⁹. Hoc.n. dicebat, sicut in Euā-
C. 4. gelio legit, de spiritu quē accepturi erāt credētes in eū. Ad quē uelut uirga lignū passionis accessit, ut emanaret credētibus grā. Et tn̄ illi tanq̄ gñatio praua & amaricās. Apposuerūt adhuc peccare ei:) Id est, nō credere. Nā hoc est pc̄m, de quo arguit spūs mundū, sicut dñs dicit, De pc̄ō qdē, qa nō credide-
Ioan. 16. runt in me. Et exacerbauerūt altissimū in siccitate.) Quod alij codices hn̄t, in inaquoso: Quod de Græco est expressius, nec alid q̄ siccitatē significat. Vtrū in alia eremi siccitate, an poti⁹ in sua? Quia licet bibissent de petra, nō uētres, sed mentes aridas habebāt, nulla uirentes fœcūditate iustitię. In qua siccitate magis fideliter deo supplices eē debuerāt, ut q satietate donauerat faucib⁹, æqtatē donaret &
E moribus. Ad eū qppe fidelis aīa clamat, Oculi mei uideāt æqtatem. Et tētauerūt deū in cordib⁹ suis,
Psal. 16 ut peterent escas aiabus suis.) Aliud est petere cre-
Num. 11. dendo, aliud tentando. Deniq; seqtur: Et detraxerunt de deo & dixerūt, nunqd poterit deus parare mēsam in deserto? Qm̄ pcussit petrā & fluxerūt aq, & torrentes inundauerunt: Nunqd & panē poterit dare, aut parare mensam pplo suo?) Non credentes ergo petierunt escas aiabus suis. Non sic Ap̄ls Iacobus escā mentis ꝑcepit postulari, sed à credentibus eam peti admonet, non à tentantibus atq; detrahē-
Iacob. 1 tibus deo, Si qs aūt uestrum, inqt, indiget sapiētia, postulet à deo, q dat oībus affluenter & nō improperat, & dabit ei: Postulet aūt in fide nihil hęsitās. Hanc fidē nō habebat gñatio, quę cor non direxit suū, & nō erat creditus cum deo spūs eius. Propter hoc audiuit dñs & distulit, & ignis accēsus est in Iacob, & ira dei ascēdit in Israel.) Exposuit qd ignem dixerit. Irā qppe appellauit ignē, quanq̄ multos ꝑpe ēt ignis accenderit. Quid ergo est, qd ait, Audiuit dñs & distulit? An distulit eos introducere in terrā ꝓmissionis quò ducebant, qd intra paucos dies
F fieri poterat? Sed pp peccata in eremo fuerant conterēdi, ubi & cōtriti sunt p quadraginta annos. Qd si ita est, distulit ergo pplm, non istos ipsos q tentātes detrahebant deo: nam oēs in eremo perierunt, & filij eorū in terrā ꝓmissionis ingressi sunt. An distulit pœnā ut prius satiaret ēt infidelem concupiscentiā, ne ppea putaretur iratus, qa hoc ab illo licet tentantes & detrahentes petebant, qd facere nō posset? Audiuit ergo & distulit uindicare, & postea quā fecit qd eū illi facere nō posse putauerūt, tunc ira ascēdit in Israel. Deniq; utrunq; breuiter positū, deinceps apte ordinē narrationis exeqtur. Quia nō crediderunt in deo, nec sperauerunt in salutare eius.) Namq; cū dixisset, quare ignis accēsus est i Iacob, & ira ascēdit in Israel. i. qa non crediderunt in deo, nec sperauerūt in salutari eius, cōtinuo subijciens q̄ euidētibus bñficijs ingrati fuerūt, Et man-
Exo. 16 dauit, inqt, nubib⁹ desup, & ianuas cœli apuit: Et
Sapi. 16. pluit illis māna ad manducandū, & panē cœli dedit eis. Panē angelorū manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia. Trāstulit Austrū de cœlo, & induxit in uirtute sua Aphricū. Et pluit sup eos

G ficut puluerem carnes,& ficut arenam maris uolatilia pennata. Et ceciderūt in medio castror̃ eorū, circa tabernacula eor̃. Et mãducauerunt & fatura ti ſunt nimis, & deſideriū eor̃ attulit eis, non ſunt priuati à deſiderio ſuo.)Ecce q̃re diſtulerat. Quid autē diſtulerat,audiamus. Adhuc eſca erat in ore ipſor̃,& ira dei aſcēdit in eos.)Ecce qd diſtulerat. Prius.n.diſtulit, & poſtea ignis accenſus eſt in Iacob,& in ira aſcēdit i Iſrael. Diſtulerat ergo ut pri' faceret, qd eū facere non poſſe crediderant, deinde inferret qd eos pati oportebat. Nã ſi ponerēt i deo ſpem ſuã,non ſolū eis illa deſideria carnis, ſed etiã ſpūs implerentur. Qui.n.mãdauit nubibus deſup, & ianuas cœli apuit,& pluit illis mãna ad manducandum, & panē cœli dedit eis, ut panē angelorū manducaret homo, q cibaria miſit eis in abundātia,ut ſatiaret incredulos, nō eſt inefficax dare credentibus uerū ipſum de cœlo panē,quē manna ſignificabat,q uere cibus eſt angelor̃. Quod dei uerbum corruptibiles incorruptibiliter paſcit, qd' ut manducaret homo, caro factū eſt, & habitauit in nobis. Ipſe.n.panis per nubes euãgelicas uniuerſo orbi pluit, & apertis ꝑdicator̃ cordibus tanquam cœleſtibus ianuis,nō murmurãti, & tentanti ſynagogæ,ſed credēti,& in illo ſpem ponēti Eccliæ ꝑdicatur. Qui tranſtulit Auſtrū de cœlo, & induxit in uirtute ſua Aphricū, & pluit ſup eos ſicut puluerē carnes,& ſicut arenā maris uolatilia pennata:Et ceciderūt in medio caſtror̃ eorū, circa tabernacula eor̃: Et manducauerūt,& ſaturati ſunt nimis,& deſiderū eorū attulit eis,nec ſunt priuati à deſiderio ſuo.Pōt & nō tentantiū,ſed credentiū paruulam ſidē,carne æditis uocū ſignis & p aerē tranſcurrentibus tanq̃ uolatilib' paſcere,nō tñ ab Aqlone uenientibus,ubi frigus & caligo ꝑualent.i.eloquētia quæ huic ſeculo placet, ſed trãſferēdo Auſtrū de cœlo. Quò niſi ad terras? Vt q in fide ſunt paruuli,audiēdo terreſtria,nutriant ad capiēda cœleſtia. Si.n.terreſtria,inqt,dixi uobis, & non creditis,quō ſi cœleſtia dixero uobis,credetis? Tranſlatus.n.erat ille de cœlo quodãmodo ubi mēte exceſſerat deo,ut mēte perans eis eſſet qbus dicebat, Non potui uobis loq quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalib'. Ibi.n.audierat ineffabilia uerba,q̃ in terra illi non licebat loq, per uerbū ſonantia quaſi p uolatilia pēnata. Et inducēdo in uirtute ſua Aphricū, hoc eſt,p uētos meridianos feruētes & lucētes ꝑdicantiū ſpūs. Et hoc in uirtute ſua,ne ſibi tribuat Aphricus qd habet ex deo. Veniūt aūt ultro iſti uenti ad hoīes, & apportant eis uerba diuinit' miſſa,ut in ſuis ſedib' & circa tabernacula ſua colligant eiuſmodi uolatilia, & adoret unuſquiſq; dñm de loco ſuo, oēs inſulæ gentium. Sed infidelib' tanq̃ prauæ & amaricãti g̃natio ni,cū adhuc eſca eſſet in ore ipſor̃, ira dei aſcendit in eos. Et occidit in plurimis eor̃.)Hoc eſt,plurimos eorū. Vel ſicut nõnulli codices hñt: Pingues eorū.) Quod qdem in Græcis quos habuimus, nō inuenimus: ſed ſi hoc eſt uerius, qd aliud intelligēdi ſunt pingues eor̃, niſi in ſupbia ꝑualentes: de qbus dr: Prodijt quaſi ex adipe iniqtas eorū? Et electos Iſrael impediuit.) Erant illic & electi, quor̃ fidei nō cõtēperabatur g̃natio praua & amaricãs. Impediti ſunt aūt, ne aliqd eis ꝓdeſſent, qbus pater no affectu cõſulere cupiebant. Quibus.n.deus iraſcitur, qd miſericordia cõferet humana: An potius

Num. 11.
Ioan. 1.
H
Ioan. 3.
2. Cor. 3.
I
2. Cor. 12.
Psal. 72

ſimul cū eis cõpeditos etiã electos intelligi uoluit, ut q mente & uita diſcernebant, ad exēplum nō iuſtitiæ tm̃, ſed ēt patientiæ cū illis moleſtias ſuſtinerent? Nã ſanctos cū peccatoribus non ob aliã forſi tan cauſam ēt captiuos ductos eſſe didicimus, qm̃ in Græcis codicibus non ἀπέκτεινεν qd' eſt impediuit,ſed ἐνεπόδισεν legimus, qd eſt potius cõpediuit. Sed generat io praua & amaricãs. In omnibus his peccauerūt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerūt in uanitate dies eorū.) Cum poſſent ſi crederēt, dies in ueritate ſine defectu hīe apud eū cui dictū eſt, Anni tui nō deficient. Defecerunt ergo in uanitate dies eor̃. Et anni eorū cū feſtinatione.) Feſtinat qppe tota uita mortaliū, & q̃ uidet ꝓlixior, uapor eſt aliquãto diuturnior. Veruntamen cū occideret eos, q̃rebant eum.) Non pp æternam uitã, ſed uaporem citius finire metuētes. Quærebant ergo eū, nō utiq; ij quos occiderat, ſed q exemplo eorū occidi timebant. Sic autem de illis ſcriptura locuta eſt, tanquã hi deum q̃rerent q occidebantur, qa unus populus erat, tanquã de uno corpore diceretur: Et reuertebant ur & diluculo ueniebant ad eum. Et rememorati ſunt, qm̃ deus eſt adiutor eor̃, & deus excelſus redemptor eorū eſt.) Sed hoc totum pp acquirenda temporalia bona,& uitanda temporalia mala. Nam q pp beneficia terrena deū q̃rebant, nō utiq; deum, ſed illa q̃rebant: qa eo modo timore ſeruili,non liberali dilectione deus colit. Sic ergo deus nō colitur, hoc.n colitur qd diligit. Vnde qa deus rebus oībus maior & melior inuenitur, plus oībus diligēdus eſt ut colatur. Deniq; hic ſequētia uideamus. Et dilexerūt eum, inqt, in ore ſuo,& in lingua ſua mētiti ſunt ei. Cor autē ipſor̃ non erat rectū cū eo', nec fideles habiti ſunt in teſtō eius.) Aliud in lingua eorum, aliud in corde eorū iueniebat, cui ſecreta hoim nuda ſunt, & ſine ullo obſtaculo qd potius amaret uidebat. Rectū itaq; cor cū deo eſt, qñ pp deum q̃rit deum. Vnam qppe concupiuit à dño, hanc requiret, ut in habitet in domo dñi ſemp,& contēpletur eius delectationem: Cui dicit cor fidelū, ſaturabor, nō ol Iis carniū Aegyptior', nec melonibus & peponib', & allio & cepis, q̃ g̃natio praua & amaricans ēt pani cœleſti ꝑferebat, nec mãna uiſibili atq; ipſis uolatilibus pē natis, ſed ſaturabor cū manifeſtabitur gloria tua. Hæc eſt.n. hereditas noui teſtamenti, in quo illi fideles habiti non ſunt, cuius tñ fides etiã tunc qñ uelabatur erat in electis, & nunc qñ iã reuelata eſt, non eſt in multis uocatis, Multi.n.ſunt uocati, pauci autē electi. Talis ergo erat generatio praua & amaricans, ēt cum deum quærere uideretur, diligens in ore,& in lingua mentiens: in corde aūt non recto cum deo, ubi ea potius diligebat pp quæ dei adiutorium requirebat. Ipſe aute eſt miſericors, & ꝓpitius fiet peccatis eorū, & non diſperdet eos. Et abundauit ut auerteret iram ſuã, & non accendit oēm iram ſuam. Et recordatus eſt qa caro ſunt, ſpūs uadēs & non reuertens.)In his uerbis multi ſibi iniqtatis impunitatem de diuina miſericordia pollicent, ēt ſi tales eſſe pſtiterint, qualis generatio iſta deſcribit praua & amaricans, q cor nō direxit ſuū,& nō eſt creditus cum deo ſpūs eius, qbus conſentire non expedit. Si.n.ut ſcdm ipſos loquar, deus fortaſſe non perdet nec malos, ſine dubio nō ꝑdet bonos. Cur ergo nō potī' id eligimus,

K
Psal. 101
L
Psal. 26.
Exo. 16
M
Psal. 16
Mat. 20.

A ubi dubitatio nulla eſt? Nã q in lingua ſua mētiun
tur illi, cũ aliud habeat cor eoꝝ, putant utiq; & uo-
lunt q̃n pœnã æternam talibus comminatur, etiã
deum eſſe mendacem. Sed cũ ipſi eum mentiendo
non fallant, ille uerũ dicẽdo nõ fallit. Hęc itaq; uer-
ba diuinorum eloquiorum, de qbus ſibi generatio
praua blãditur, nõ ea deprauet ſicut cor ſuũ, qa &
illo deprauato iſta recta pſiſtunt. Primo qppe ſecũ
dũ hoc intelligi poteſt quod in Euangelio ſcriptũ
Mat. 5 eſt, Vt ſitis ſicut pater ueſter q in cœlis ẽ, q facit ori
ri ſolẽ ſuũ ſuper bonos & malos, & pluit ſup iuſtos
& iniuſtos. Quis.n.non uideat quanta miſericor-
diæ patientia malis parcat? Sed ante iudicium. Sic
ergo pepercit illi gẽti, ut nõ accenderet oẽm iram
ſuã ad eam penitus eradicandã atq; finiendã: quod
Exod. 32. in uerbis ei⁹ & interceſſione pro peccatis eoꝝ Moy
ſi ſerui eius euidẽter apparet, ubi deus dicit, Deleã
eos, & faciam te in gentem magnã. Ille intercedit,
paratior deleri pro ipſis q̃ ipſos, ſciẽs apud miſeri-
cordem ſe id agere, q quoniã nullo modo deleret
ipſum, etiam illis ipſis parceret pp ipſum. Videam⁹
enim quantum pepercerit, & adhuc parcat. Nã in-
B troduxit eos in terrã promiſsionis, & ſeruauit eã gẽ
tem quouſq; ſe xp̃m interficiendo ſceleri omnium
maximo colligarent. Quod eos ex illo regno eradi
catos p cuncta gentiũ regna diſſeminauit, nõ utiq;
deleuit, ſed manet idẽ populus prolis ſucceſſione
Gene. 4 ſeruatus, uelut Cain ſigno accepto, ne quis eum oc
cidat, id eſt, penitus pdat. Ecce queadmodũ imple
tur quod dicitur, Ipſe aũt eſt miſericors, & propitius
fiet peccatis eoꝝ, & non diſperdet eos, & abũdauit
ut auerteret irã ſuam, & nõ accendit omnem iram
ſuam: qa ſi oĩs ira eius, id eſt, quantum digni ſunt
in eos accenderetur, gens illa nulla relinqueret. Ita
Pſ. 100 deus cui cantatur miſericordia & iudiciũ, & in iſto
Mat. 5 ſeculo p miſericordiã facit oriri ſolem ſuum ſuper
bonos & malos, & in fine ſeculi p iudiciũ ab æter-
na luce ſua ſeparatos, ęternis tenebris punit malos.
Deinde ne uim diuinis uerbis inferre uideamur, &
ubi dictũ eſt, Nõ perdet eos: nos dicam⁹, ſed poſtea
pdet eos: de hoc ipſo p̄ſenti Pſalmo uſitatiſſimam
ſcripturę locutionẽ aduertam⁹, unde iſta q̃ſtio mul
to diligẽti⁹ ueriuſq; ſoluat. Certe de hiſ ipſis loquẽs
paulo poſt, cũ cõmemoraſſet q̃ ꝓpter eos Aegyptij
C perpeſſi fuerãt, cõmemorãs etiã ultimum plagam,
Et pcuſſit, inqt, omne premitium in terra Aegypti,
primitias laboris eoꝝ in tabernaculis Cham. Et ab
ſtulit ſicut oues populũ ſuũ, & perduxit eos tãquã
gregẽ in deſerto. Et eduxit eos in ſpe & non timue-
runt, & inimicos eoꝝ operuit mare: Et induxit eos
in montẽ ſanctificationis ſuæ, montẽ quem acqſi-
uit dextera eius: Et eiecit à facie eoꝝ gentes, & ſorte
diſtribuit eis terrã in funiculo diſtributionis. Si qs
ad hæc uerba nobis inſerens quęſtionẽ dicat, quo
modo eis hæc oĩa collata eſſe commemorant, cum
ipſi non fuerint perducti in terrã promiſsionis, q
ab Aegypto liberati ſunt, qm̃ illi mortui ſunt, quid
reſpondebimus niſi eos dictos, qa idem ipſe popu
lus fuit per ſucceſſionẽ filiorum? Sic ergo cũ audi-
uim⁹ maxime qa futuri temporis uerba ſunt, Et ꝓ
pitius fiet peccatis eoꝝ, & non diſperdet eos, & abũ
dauit ut aue[r]tat iram ſuam, & nõ accendit oẽm irã
ſuã: intelligam⁹ in his impletũ, de qbus dicit Apo-
Roma. 11 ſtolus, Sic ergo & in hoc tpe reliquiæ per electionẽ
gratiæ ſaluæ factæ ſunt: unde etiam dicit, Nunqd
repulit deus plebẽ ſuam? Abſit. Nam & ego Iſraeli- D
ta ſum ex genere Iſrael, de tribu Beniamin, Hebręus Ibidem
ex Hebræis. Hos igitur ſcriptura pręuidit q in xp̃m
fuerant ex illo populo credituri, & accepturi pecca
torum remiſſionẽ, uſq; ad illud maximum, quo in-
ſanientes ipſum medicũ peremerũt. Hinc oĩno di-
ctum eſt, Ipſe autem eſt miſericors, & propitius fiet
peccatis eorũ, & nõ diſperdet eos, & abundauit ut
auerteret iram ſuam, qa etiã illud remiſit, ꝙ ab eis
unicus filius eius occiſus eſt. Et non accendit oẽm
iram ſuam, qa reliquiæ ſaluę factę ſunt. Et recor-
datus eſt, qa caro ſunt, ſpiritus uadens & nõ reuer-
tens. Ideo eos uocãdo & miſerando p ſuam gratiã
ipſe reuocauit, qa p ſeipſos redire nõ poſſent. Quo-
modo.n. redit caro ſpiritus ambulãs & non reuer-
tens, urgẽte ſe in ima malorũ atq; longinqua pon-
dere meritorũ, niſi p electionem gratiæ, quæ non
meritis tanquã merces redditur, ſed tanquã donũ Roma. 4.
gratis datur, ut iuſtificetur impius, & redeat ouis p Mat. 12
dita, nõ tñ in uiribus ſuis, ſed in humeris reporta-
ta paſtoris, quæ ſe pdere potuit, dum ſpõte uagare-
tur, ſe aũt inuenire nõ potuit? Nec omnino inueni-
retur, niſi paſtoris miſericordia q̄reretur. Non.n. & E
ille filius ad hanc ouem nõ pertinet, qui reuerſus
in ſemetipſum dixit, Surgã & ibo ad patrem meũ? Luc. 15.
Occulta itaq; uocatione & inſpiratione etiã ipſe q̄
ſitus eſt, & reſuſcitatus, non niſi ab illo q uiuificat
oia. Et inuẽtus, à quo, niſi ab illo q perrexit ſaluare Luc. 19.
& q̄rere quod perierat? Mortu⁹.n. erat & reuixit, pe- & 15.
rierat & inuẽtus eſt. Nam & illa non leuis ſic ſolue
retur quæſtio, ꝙ in prouerbijs ſcriptum eſt, cum de
uia iniqtatis ſcriptura loqueretur, Oẽs qui ambu- Prouer. 2
lant in eam non reuetentur. Sic.n. dictum eſt, quaſi
de iniquis hominibus deſperandum ſit. Scriptura
uero gratiã cõmendauit, qa per ſeipſum homo po-
teſt in illa ambulare, nõ poteſt aũt per ſeipſum redi
re, niſi gr̃a reuocatus. Hi ergo praui & amaricantes.
Quotiẽs exacerbauerunt eum in deſerto, & in ira
concitauerũt eũ in inaquoſo? Et cõuerſi ſunt & tẽ
tauerunt deũ, & ſanctum Iſrael exacerbauerunt.)
Eandẽ illorũ infidelitatem repetit, quam ſuperius
iã cõmemorauerat: ſed repetẽdi cauſa eſt, ut com-
memorent plage quas inflixit Aegyptijs pp illos: q̄
omnia utiq; recordari debuerunt, neque exiſtere in
grati. Deniq; qd ſequitur? Non ſunt recordati ma- F
nus ei⁹, in die qua redemit eos de manu tribulan-
tis.) Et incipit dicere quæ fecit Aegyptijs. Poſuit
in Aegypto ſigna ſua, & prodigia ſua in cãpo Tha- Exo. 7
neos. Et conuertit in ſanguinem flumina eorũ, &
imbres eorũ ne biberent, Vel potius, manatiões a-
quarũ.) Sicut nõnulli melius intelligũt quod Grę
ce ſcriptũ eſt τὰ ὀμβρήματα, quas Latine ſcaturigines
dicim⁹, ab imo aquas ebulliẽtes. Foderũt.n. Aegy-
ptij, & ſanguinem pro aqs inuenerũt. Miſit in eos
cynomyiã, & comedit eos: & ranam, & diſperdidit Exo. 8
eos. Et dedit erugini fructũ eorum, & labores eoꝝ Pſal. 104
locuſtæ. Et occidit in grandine uineas eorũ, & mo Exo. 10
ros eorũ in pruina. Et tradidit grãdini iumenta eo Exo. 9
rum, & poſſeſſionem eorum igni. Miſit in eos iram
indignationis ſuæ, indignationẽ & iram & tribula
tionẽ, immiſſionem p angelos malos. Viam fecit ſe Ibidem.
mitæ iræ ſuæ, & nõ pepercit à morte animarum eo
rum, & iumenta eorũ in mortem concluſit. Et per-
cuſſit omne primitiuũ i terra Aegypti, primitias la
borum ſuorũ in tabernaculis Cham.) Hæ oẽs Ae-

G gyptiorũ pœnæ allegorica interpretatione exponi
Exo.12. possunt, prout ea quisq; intelligere, & reb⁹ ad quas
referendę sunt cõparare uoluerit. Quod nos quoq;
facere tentabimus, tãto aptius facturi, quanto ma-
gis diuinitus fuerimus adiuti. Ad hoc.n. Psalmi hu
Psal.134. ius illa uerba cõstringunt, ubi dictũ est, Aperiã in
& 135. parabolis os meũ, eloquar ꝓpositiones ab initio.
Propter hoc q̃ppe ẽt aliqua hic dicta sunt, quę om
nino accidisse Aegyptijs nõ legimus, cũ oẽs eorum
plagę in Exodo diligentissime ex ordine contexã-
tur, ut q̃m id quod ibi non dictum est, non frustra
in Psalmo dictum esse certi sumus, neq; id interpre
tari nisi figurate possumus, simul intelligamus ẽt
cætera q̃ facta esse constat, ob aliquã figuratam si-
gnificationem facta atque conscripta. Facit.n. hoc
scriptura in multis locis propheticoꝝ eloquiorũ:
Dicit aliq̃d quod in illa re gesta quam uidetur cõ-
memorare non inuenitur, imo & aliter esse inue-
nitur, ut hinc intelligat̃ nõ hoc dicere q̃d potest pu
tari, sed aliud potius quod magis debet aduerti, si-
Psal.71 cut est illud, Dominabitur à mari usq; ad mare, & à
flumine usq; ad terminos orbis terræ. Quod in il-
H lius Salomonis regno constat nõ esse completum,
de quo putari posset iste Psalmus loq, cum de xp̃o
dñ̃o loqueretur. In plagis ergo Aegyptioꝝ q̃ sunt in
libro q Exodus nominatur, ubi maxime scriptura
curauit, ut ea q̃bus afflicti sunt, oia ex ordine dice-
rentur, non inuenitur q̃d habet iste Psalmus, Et de
Exo. 9. dit erugini fructus eoꝝ. Illud etiã quod cum dixis-
set, Et tradidit grãdini iumenta eorum: addidit, Et
possessionẽ eorum igni: De iumẽtis grandine occi-
sis legitur in Exodo: ꝙ uero possessio eorum igne
cremata sit, oĩno non legimus: Quanuis uoces &
grandines cũ igne fierent, sicut tonitrua cũ fulgo-
ribus solent, non tñ̃ scriptum est aliquid traditum
igni ut arderet. Deniq; mollia q̃ lædere grando nõ
poterat, dr̃ non esse percussa, id est, duris ictibus
læsa, q̃ postea comedit locusta. Item quod hic dr̃,
Et moros eorũ in pruina: non est in Exodo: multũ
enim pruina distat a grandine, nã serenis hyemali-
bus noctibus pruina terra canescit. Quid ergo ista
significent, dicat tractator ut potest, iudicet lector
& auditor ut iustũ est. Aqua in sanguinẽ conuersa
I mihi uidetur significare de rerũ causis sentire car-
naliter. Cynomyia, canini mores sunt, q nec paren
tes q̃n nascuntur uident. Rana est loquacissima ua
nitas. Rubigo occulte nocet, quam ẽt eruginẽ non
nulli interpretati sunt, alij caniculã, q̃d malum cui
uitioꝝ aptius cõparatur, nisi quod difficillime ap-
paret, sicuti est multũ de se fidere. Aura est.n. noxia
q hoc in fructibus latenter operatur, sicut in mori
bus occulta superbia, q̃n se quisquam putat aliq̃d
esse cum nihil sit. Locusta est malitia ore lædẽs, in-
fideli.s. testimonio. Grando est iniquitas, res alie-
nas auferens, unde furta, rapinę, p̃dationesq; nascũ
tur, plus aũt uitio suo uastatur ipse uastator. Prui-
na significatur uitiũ, quo charitas ꝓximi stultitiæ
tenebris uelut nocturno frigore congelascit. Ignis
uero si nõ ille hic cõmemoratur q erat in grãdine
ex fulgurantibus nubibus, q̃m hic dixit, Tradidit
possessionẽ eorum igni: ubi eã significat utiq; incẽ
dium, q̃d ignis ille fecisse non legitur, immanitatem
ergo iracundiæ mihi uidetur significare, qua & ho
micidium admitti potest. Morte pecorũ figuratum
est, quantũ arbitror, damnum pudicitiæ. Concupi
scentiã q̃ppe qua fœtus exoritur, cõem cum pecori K
bus habemus. Hãc itaq; edomitã habere & ordina-
tam, pudicitiæ uirtus est. Mors primitiuoꝝ est amis
sio ipsius iustitiæ, qua quisq; humano generi socia
lis est. Sed siue ita se habeãt harũ rerum figuratæ si De tẽpo-
gnificationes, siue aliter melius intelligãtur, quem re ser.95.
non moueat ꝙ decem plagis pcutiuntur Aegyptij,
& decẽ p̃ceptis scribuntur tabulę, q̃bus regatur po
pulus dei? De q̃bus econtrario inter se cõparandis,
id est, plagis & p̃ceptis, q̃m alibi diximus, expositio
nẽ Psalmi huius in his onerari nõ opus est, tm̃ ad-
monemus, q̃a & hic etsi non eodem ordine, decem
tñ̃ Aegyptiorũ plagę cõmemorantur, dũ pro his tri
bus q̃ sunt in Exodo, & hic non sunt. i. scyniphes, Exo. 8. et
ulcera, tenebræ, alię tres cõmemorantur q̃ ibi non 9. & 10.
sunt, id est, rubigo, pruina, & ignis, nõ fulgurũ, sed
cui dicta est tradita possessio eorum, q̃d ibi non le
gitur, Satis autẽ hic expressum est iudicio dei fieri
hæc in illis per angelos malos, in hoc seculo mali-
gno, tanquã in Aegypto & in campo Thaneos, ubi
humiles esse debemus, donec ueniat seculũ ubi ex-
altari ex ista humilitate mereamur. Nã & Aegyptus
in Hebræa lingua, tenebras uel tribulationes signi L
ficat: in qua lingua Thanis sicut supra commemo
raui, humile intelligitur esse mãdatũ. De angelis er
go malis in isto psalmo, cũ de ipsis plagis loquere-
tur, sic interpositũ est, q̃d nõ trãsitorie p̃tereundũ
est: Misit in eos, inq̃t, irã indignationis suę, indigna
tionẽ & iram & tribulationẽ, immissiones per an-
gelos malos. Esse autẽ diabolũ & angelos eius tam
malos, utiq; ut eis ignis p̃paretur æternus, nullus fi
delis ignorat. Sed immitti p eos immissionẽ super
quoslibet à dñ̃o deo, quos hac pœna iudicat di-
gnos, durũ uidetur eis q minus idonei sunt cogita
re quẽadmodũ summa dei iustitia bene utat̃ & ma
lis. Quos q̃dem quantũ p̃tinet ad eorũ substantiã,
q̃s alius q̃ ipse fecit? Sed malos ipse nõ fecit, utit̃ tñ̃
eis q bonus est bene. i. conuenienter & iuste: sicut
econtra iniq creaturis eius bonis utũtur male. Vti
tur ergo deus angelis malis, non solũ ad puniẽdos
malos, sicuti in istis oĩbus, de q̃bus loq̃tur psalm⁹,
sicut in rege Achab, quẽ fallaciæ spũs ex dei uolun 3. Re. 22.
tate seduxit, ut caderet in bello: uerumetiã ad pro- M
bandos & manifestãdos bonos, sicuti fecit in Iob. Iob. 1.
Quòd aũt pertinet ad istã materiam corporalẽ ui-
sibiliũ elementoꝝ, puto ꝙ ea possunt uti angeli &
boni & mali, quantũ cuiq; potestas est, quemadmo
dum & hoĩes boni maliq; utuntur talibus, quantũ
possunt pro modulo infirmitatis humanæ. Nam &
terra utimur & aqua & aere & igne, non solũ in ne-
cessarijs rebus sustẽtationis nr̃æ, uerumetiã in mul
tis superfluis & ludicris, & mirabilit̃ artificiosis operi
bus, Nã innumerabilia q̃ appellãtur μηχανήματα his
elemẽtis arte tractatis moliuntur. Sed in hęc an
gelis longe amplior est potestas & bonis & malis,
quanuis utiq; maior bonis, sed quantũ dei nutu at
que ordine iubetur aut sinit, sicut & nobis. Neq;.n.
in his oia q̃ uolumus possumus. In libro aũt fidelis
simo legimus diabolũ potuisse ẽt de cœlo ignẽ im
mittere, ad sancti uiri tm̃ pecorũ numerũ mirabili
& horrendo impetu consumendũ: q̃d diabolo tri-
buere nemo fidelium fortassis auderet, nisi sanctæ
scripturæ authoritate legeret. Sed ille uir dei dono Iob. 1.
iustus & fortis & pie pitus, non ait, Dñs dedit, dia-
bolus abstulit: sed, dñs dedit, domin⁹ abstulit: opti

A me sciens diabolū etiā quod facere de istis elemen
tis poterat, nō tamē seruo dei, nisi domino uolēte
ac pmittente fuisse factā malitiam diaboli confide
bat: quoniā qs illa in se probādo uteretur, sciebat.
Ephe. 2 In filijs uero diffidentiæ tanquā in suis mancipijs
operaꝰ, queadmodū hoies in pecoribus suis, & il-
Cōcor. 1. lic tū quantum de iusto iudicio finitur. Sed aliud
fen. di. 7. est quando potestas eius etiam suis sicut ei placet
illud quo tractandis maiore potestate prohibet, aliud qñ ei
que. potestas etiā in eos, qui ab illo alieni sunt, datur. Si
cut homo de pecore suo ꝓ humano captu facit qđ
uult, nec sane facit si ꝓhibeat à potestate maiore:
de alieno aūt pecore ut faciat, expectat sibi ptātem
dari ab illo cuius est. Ibi ergo potestas q̄ fuerat ꝓhi
betur: hic aūt quæ non fuerat, tribuitur. Quæ cum
ita sint, si p angelos malos deus illas plagas inflixit
Aegyptijs, nunqđ audebimus dicere, & aquā in san
guinem p eosdem angelos uersam, & ranas p eosdē
Exo. 7 angelos factas, quorū similia etiā Magi Pharaonis
ueneficijs suis facere potuerūt, ut angeli mali ex u-
traq; parte cōsisterent, hinc illos affligētes, inde fal
lentes, scđm iudiciū & dispensationē iustissimi &
B omnipotentissimi dei iuste utentis ēt iniquoꝝ ma
Exo. 8. litia? Nō audeo dicere. Vnde.n. sciniphes facere ma
gi Pharaonis minime potuerunt? An qa hoc pmissi
ipsi angeli mali nō sunt? An qđ uerius dicendū est,
occulta causa est, & uires nrę inquisitionis excedit?
Nam si ppea per malos angelos illa deum fecisse pu
tauerimus, quia pœnæ infligebantur, nō beneficia
præstabantur, tanquā nemini deus pœnas irroget
p angelos bonos, sed p illos uelut militiæ cœlestis
carnifices, cōsequens erit, ut ēt Sodomā per malos
angelos euersam esse credamꝰ, & malos angelos A-
Gen. 19. braam & Loth, hospitio suscepisse uideantur, quod
& 18. absit ut contra scripturas aptissimas sentiamꝰ. Cla
ret igitur ista hoibus fieri p bonos & malos ange-
los posse. Quid aūt qñ fieri oporteat me latet, illū
uero q facit nō latet, & cui uoluerit reuelare. Verū-
tamen quantū nrę intentioni scriptura diuina mo
deratur, malis pœnas irrogari, & p bonos angelos
sicut Sodomitis, & p malos angelos sicut Aegyptijs
legimꝰ: iustos uero corporalibꝰ pœnis p bonos an-
gelos tentari & ꝓbari nō mihi occurrit. Quod ue-
C ro ptinet ad pſentem psalmi huius locū, si ea q̄ mi-
rebiliter de creaturis facta sūt, malis angelis tribue
re nō audemus, habemꝰ qđ eis tribuere sine dubi-
tatiōe possumus, mortes pecoꝝ, mortes primitiuo-
rū, & illud maxime unde religata sunt oia obdura
tionē cordis eoꝝ, ut pplm dei nollent dimittere.
Exo. 4. Hāc.n iniquissimā & malignissimam obstinatio-
Ephe. 2 nē deus cū facere dicit, nō instigando & inspirādo,
sed deserendo facit, ut illi operentur in filijs diffidē
tiæ, qđ deus debite iusteq; pmittit: nam & illud qđ
Esa. 64. Elias propheta dicit, Domine ecce tu iratus es, &
nos peccauimus, propterea errauimus, & facti su-
mus sicut inmundi oēs: ea ratione intelligitur. Præ
cessit.n. aliqd unde deus iustissime iratꝰ ab eis suū
lumen auferret, ut in peccata q̄ nulla tergiuersatiōe
defendi pñt nō esse peccata, cęcitas humanæ men-
tis offenderet ab itinere iustitię deuiādo & errādo,
Psal. 104 Et quod in alio psalmo scriptū est de hisipsis Aegy
ptijs, ꝙ deus conuerterit cor eorum ut odissent po
pulū eius, & dolū facerent in seruos eius, bene cre-
ditur deus fecisse p illos angelos malos, ut etiam ui
tiosæ mentes filioꝝ infidelitatis p eos angelos qui-

bus eadē amica sunt uitia, excitarentur in odium po D
puli dei, atq; ad terrendos & corrigēdos bonos illa
mirabilia sequerentur. Illa.n. mala nioꝝ, q̄ his cor-
poralibus plagis significata esse prædiximus, pro-
pter quod dictum est, Aperiā in parabolis os meū:
p malos angelos exerceri in eos q illis diuina æqui
tate subduntur, conuenientissime creditur. Neq; n.
cum sit quod ait Apls, Tradidit illos deus in con- Roma. 1.
cupiscentias cordis eoꝝ, ut faciant quę non conue
niunt: non illic mali angeli tanq̄ in materia sui ope
ris uersantur & gaudent, qbus iustissime subdita ē
uitiositas humana, pter eos quos liberat gr̄a. Et ad
hæc qs idoneus? Vnde cum dixisset, Misit in eos irā
indignationis suæ, indignationē & irani & tribula
tionem, immissionē p angelos malos: illud quod
addidit, Viam fecit semitę irę suę: cuius tandē acies
sufficit penetrare, ut intelligat capiatq; semitam in tā-
ta profunditate latitantē? Erat.n. semita iræ dei, q̄
Aegyptiorum impietatem occulta æquitate punie-
ret, sed eidem semitæ uiam fecit, ut eos, tanq̄ ex ab-
ditis p malos angelos in manifesta scelera pducēs,
in euidētissimos impios euidentissime uindicaret.
Ab hac ptāte maloꝝ angeloꝝ non liberat hominē E
nisi gratia dei: de qua dicit Apostolꝰ, Qui eruit nos Colos. 1
de potestate tenebrarum, & transtulit in regnū filij
claritatis suæ: cuius rei populus iste figuram gere-
bat, cū esset erutꝰ de potestate Aegyptioꝝ, & trasla-
tus in regnū terræ promissionis fluentis lac & mel,
quod suauitatem significat gr̄ę. Sequitur ergo post
commemorationem plagarum Aegyptioꝝ psalmꝰ,
& dicit: Et abstulit sicut oues pplm suum, & perdu
xit eos tanq̄ gregem in deserto. Et deduxit eos in
spe & nō timuerūt, & inimicos eoꝝ operuit mare.) Exo. 14
Tanto fit hoc melius, quanto interius, ubi eruti de
potestate tenebrarum in regno dei mente transferi
mur, & scđm pascua spiritalia efficimur oues dei,
ambulantes in hoc seculo uelut in deserto, qm ne-
mini est fides nr̄a conspicua: unde dicit Apls, Vita Colos. 3.
uestra abscondita est cum xpo in deo. Deducimur Roma. 8
autē in spe, qm̄ spe salui facti sumus, nec timere de- Ibid.
bemus. Si enim deus pro nobis, quis cōtra nos? Et
inimicos nostros operuit mare. Aboleuit in baptis
mo remissione pc̄torum. Deinde sequitur: Et in-
duxit eos in montem sanctificationis suæ.) Quan F
to melius in sanctā Ecclesiā? Montem quem acq-
siuit dextera eius?) Quanto est Ecclesia sublimior
quā acqsiuit xp̄s de quo dictū est, Et brachiū dn̄i Esa. 53.
cui reuelatum est? Et eiecit à facie eorum gentes.)
Et à facie fidelium suorum. Nam quodāmodo gen
tes sunt gentilium errorum maligni sp̄us. Et for-
te diuisit eis terram in funiculo distributionis.) Et
in nobis oia operatur unus atq; idem sp̄us, diuidēs 1. Cor. 12.
ꝓpria unicuiq; prout uult. Et habitare fecit in ta-
bernaculis eoꝝ tribus Israel.) In tabernaculis, inq̄,
gentium habitare fecit tribus Israel: Quod spirita-
liter sic melius desyderandū †puto, ut ad cœlestem †al. disso
gloriā, inde peccantes angeli eiecti sunt, nos p xp̄i rendum.
gratiā subleuemur. Illa.n. generatio praua & ama-
ricās, qm̄ istis beneficijs corporalibus imponebat
tunicam uetustatis. Tentauerunt adhuc & exacer
bauerunt deū excelsum, & testimonia eius nō cu-
stodierunt. Et auerterunt se & non seruauerunt pa
ctū, queadmodum patres eoꝝ.) Pacto.n quodam
& placito dixerunt, Omnia q̄ locutus est dn̄s deus Exo. 19.
noster, faciemus & audiemus. Notandum sanè qđ

G ait, Queãdmodum pr̃es eorũ: cum per totũ psalmi
textum tanq̃ de hominibus eisdem loqui uidereẽ:
apparet tñ nunc de illis dici, qui iam erant in terra
promißionis, & patres eorũ dictos q in eremo ama
ricauerunt. Conuersi sunt, inq̃t, in arcum prauũ.)
Vel sicut alij codices habent: In arcũ peruersum.)
Quid aũt hoc sit, in eo quod sequitur magis appa-
ret ubi ait: Et in ira concitauerunt eũ in collibus
suis.) In idololatriam eos prosiluisse significat. Ar-
cus ergo p̃uersus est, non pro noie dñi, sed contra
Exo. 20. nomen dñi, qui dixit eidem populo, Non erunt ti-
bi dij alij præter me. Per arcũ autem significat ani-
mi intentionem. Hocipsum deniq; psalmus plani⁹
exprimens. Et in sculptibilibus suis, inq̃t, ad æmu
lationẽ eũ prouocauerunt. Audiuit deus & spre-
uit.) Id est, auertit & uindicauit. Et ad nihilũ rede
git nimis Israel.) Deo q̃ppe spernente quid remanse
runt, q deo adiuuãte fuerunt q̃d fuerunt? Nimirum
autem rem istam gestam cõmemorat, qñ uicti sunt
1. Reg. 4. ab Allophylis tp̃e Heli sacerdotis, & arca dñi capta
est, & magna strage uastati sunt. Hoc est q̃d dicit:
Et repulit tabernaculum Sylo, tabernaculum suũ
H ubi habitauit in hominibus.) Eleganter exposuit
quare repulerit tabernaculum suum, cum ait, ubi
habitauit in hoibus, Cum ergo digni non essent in
q̃bus habitaret, cur non repelleret tabernaculũ q̃d
utiq; pp se non instituerat, sed pp ipsos quos iam iu
dicabat indignos in quibus habitaret? Et tradidit
in captiuitatem uirtutem eorum, & pulchritudinẽ
eorum in manus inimici.) Ipsam arcam unde sibi
uidebanẽ inuicti, & unde sibi plaudebant, uirtutẽ
& pulchritudinem eorũ dicit. Deniq; & postea male
uiuentes, & de tẽplo dñi gloriantes, terret per pro-
phetam dicẽs, Videte quid feci Sylo, ubi erat taber
naculum meum. Et conclusit in gladio populum
suum, & hæreditatẽ suam spreuit. Iuuenes eorũ co-
medit ignis:) Id est, ira. Et uirgines eorũ non sunt
lamẽtatę.) Quia neq; hoc uacabat in hostili metu.
Sacerdotes eorũ in gladio ceciderunt, & uiduæ eo
rũ non plorabant.) Ceciderunt enim in gladio fi-
1. Reg. 4. lij Heli, quorũ unius uxor uiduata, & mox in partu
I mortua, pp eandem p̃turbationem plangi non po-
tuit honore funeris. Excitatus est tanq̃ dormiens
dñs.) Videtur enim dormire, qñ populum suũ dat
in manus eorum quos odit, ubi eis dicitur: ubi est
deus tuus? Excitatus est ergo tanq̃ dormiens dñs:
Psal. 41. Tãquã potẽs †crapulatus à uino.) Nullus hoc de
†al. por- deo dicere auderet, nisi spiritus eius. Dixit enim, si-
tans. cut uidetur impijs insultantib⁹, q̃ uelut ebrius diu
dormiat, qñ nõ tam cito q̃ putant, hominibus sub
1. Reg. 5 uenit. Et percußit inimicos suos in posteriora.) Il
los utiq; qui gaudebant q̃ arcam eius captiuare po
tuerũt: percußi enim sunt in sedibus suis. Quod et⁹
pœnæ signum mihi uidetur, quia quisq; cruciabiẽ
Philip. 3 si in posteriora respexerit, quæ, sicut Apostolus ait,
æstimari debent ut stercora. Qui. n. sic suscipiũt te-
stamẽtum dei, ut ueteri uanitate non se exuãt, siles
sunt hostib⁹ populi eius, q arcam testamenti capti-
Esa. 40 uatam iuxta sua idola posuerũt: & illa q̃dem uetera
etiam illis nolentibus cadunt: quia ois caro fœnũ,
& claritas hoïs ut flos fœni. Fœnum aruit, flos deci
dit, arca autem dñi manet in æternum, secretũ scili
cet testamenti regnũ cœlorũ ubi est æternũ uerbũ
dei. Sed illi qui posteriora dilexerunt, ex ipsis iustiẽ
sime cruciabuntur. Opprobrium sempiternũ de-
dit illis. Et repulit tabernaculũ Ioseph, & tribum K
Ephrẽ non elegit. Et elegit tribũ Iuda.) Nõ dixit,
repulit tabernaculum Ruben, q fuit primogenitus
Iacob, nec eos q sequuntur, & Iudam nascẽdo præ-
cedunt, ut illis repulsis & non electis, trib⁹ Iuda eli- Gene. 49
geretur. Poterat. n. merito dici illos repulsos, q̃a &
in bñdictione Iacob, qua filios suos benedixit, pec
cata eorũ cõmemorans grauiter detestaẽ, q̃uis in eis
tribus Leui sacerdotalis tribus esse meruerit, unde
ẽt Moyses fuit. Nec dixit, repulit tabernaculum Be- Exo 2
niamin: uel, tribũ Beniamin nõ elegit: ex qua rex esẽ 1. Reg. 9.
se iã cœperat: nã ĩde electus fuerat Saul. Vnde ex ip 1. Reg. 16
sa uicinitate tp̃is, qñ ille repulsus est atq; reproba-
tus, & Dauid electus, conuenienter posset hoc dici,
nec tñ dictũ est: sed eos potißimum nominauit, q
clarioribus meritis uidebantur excellere. Nam Io-
seph pauit in Aegypto patrem & fratres suos, & im- Gene. 42
pie uenditus, merito pietatis, castitatis, sapiẽtiæ iu-
stißime sublimatus est, & Ephrẽ maiori fratri auẽ
sui Iacob bñdictione p̃latus est; & tñ deus repulit
tabernaculũ Ioseph, & tribũ Ephrẽ non elegit. Vbi Gene. 48
p hæc p̃clari meriti nomina, q̃d aliud q̃ uniuersum
pp̃lm illum uetusta cupiditate à dño terrena præ- L
mia requirentem, repulsum & reprobatum intelli-
gimus: electam autem tribum Iuda, non pro meri-
tis ipsius Iudæ? Longe q̃ppe maiora sunt merita Io
seph, sed p tribum Iuda, q̃m inde extitit xp̃s secun-
dum carnem, nouum populum xp̃i illi populo ue-
teri prælatum scriptura testatur, aperiente dño in
parabolis os suum. Iam uide etiam quod sequitur:
Montem Sion quem dilexit.) Ecclesiam xp̃i meli⁹
intelligimus, non pp præsentis temporis beneficia
carnalia deum colentem, sed futura & æterna præ-
mia oculis fidei longe speculantẽ. Nam & Sion spe
culatio interpretatur. Deniq; sequitur: Et ædifica-
uit sicut unicorniorũ sanctificationem suam.) Vel
sicut quidam interpretes uerbũ nouum fecerunt.
Sanctificiũ suum.) Vnicornij recte intelliguntur,
quorũ firma spes in unũ illud erigitur, de quo dicit
alius Psalmus, Vnam petij à dño hãc requiram. San Psal. 26
ctificium uero dei est secũdum Apostolum Petrũ, 1. Pet. 2.
intellecta plebs sancta & regale sacerdotiũ. Quod M
uero sequiẽ: In terra quã fundauit in æternũ.) Q̃d
habent Græci codices εἰς τὸν αἰῶνα, utrũ in æternũ
an in seculum dicaẽ a nobis, in Latinorũ interpretũ
potestate est, q̃m utrũq; significat, & ideo hoc in La
tinis codicibus, illud in alijs inuenitur. Habent ali-
qui etiam pluraliter, id est, in secula, quod in Græ-
cis quos habuimus nõ inuenimus. [illegible]s uero fide
liũ dubitet Ecclesiã ẽt si alijs abeuntib⁹, alijs uenie
tibus ex hac uita mortaliẽ transit, tñ in æternũ esse
fundatam? Et elegit Dauid seruũ suum.) Tribũ er- 1. Reg. 16
go Iuda pp Dauid, Dauid autem pp xp̃m. Tribum
igitur Iuda pp xp̃m, Quo transeunte clamauerunt
cæci, Miserere nobis fili Dauid: Et continuo miseri Mat. 20
cordiæ eius lumen receperunt, quia uerum erat q̃d
clamauerunt. Hoc igitur non transeunter dicit, sed
attente commendat Apostolus scribens ad Timo-
theum, Memor esto xp̃m Iesum resurrexisse a mor- 2. Tim. 2
tuis ex semine Dauid, secundum Euangeliũ meũ,
in quo laboro usque ad uincula tanq̃ malefaciens,
sed sermo dei nõ est alligatus. Ipse itaq; saluator se-
cundum carnẽ factus est ex semine Dauid, figuraẽ
in hoc loco noie Dauid, aperiente domino in para
bolis os suum. Nec mouet quod cũ dixisset, Et ele-
git

A git Dauid: quo nomine xp̄m significauit: addidit, seruum suū: nō, filiū suum. Imo uero hinc agnosca mus, non patri coæternā unigeniti substantiā, sed formā serui susceptā ex semine Dauid. Et sustulit eum de gregib⁹ ouium, & de post fœtantes accepit eū, Pascere Iacob seruū suum, & Israel hæreditatem suam,) Ille quidem Dauid, ex cui⁹ semine caro xp̄i est, ab officio pastorali pecoꝝ, ad hominum regnū translatus est. Noster autem Dauid ipse Iesus ab ho minibus ad hoīes, a Iudæis ad gentes, tn̄ sc'd'm parabolam ab ouibus ad oues allatus atq; translatus est. Non sunt. n. modo in terra illa Ecclesiæ Iudææ in xp̄o, quæ fuerunt circuncisorum recenti passione, & resurrectione dn̄i nostri, de quib⁹ dicit Apl's,

Gala. 1. Eram autē ignotus facie Ecclesijs Iudææ, quæ sunt in Christo. Tantum autem audiebant, quia is qui aliqn̄ nos persequebatur, nunc euangelizat fidem quam aliqn̄ uastabat, & in me magnificabāt dn̄m. Iam hinc illæ ecclesiæ transierunt populoꝝ circun cisorum: ac per hoc in Iudæa q̄ modo in terra est, non est modo Christus, Ablatus est inde, nūc gentium greges pascit. Sanè de post fœtantes inde ac-

B ceptus est. Illæ qppe priores fuerunt tales, de quali-

Canti. 4. bus dicitur in Cantico canticoꝝ, uni Ecclesię q̄ cō stat ex multis. i. uni gregi, cuius membra sunt multi greges. De talibus ergo ei dicitur, Dentes tui. i. per quos loqueris, uel per quos in corpus tuum uelut manducando cæteros traijcis, Hoc itaq; significantes dētes tui, sicut grex detonsarū ascēdentes de lauacro, q̄ oēs geminos creāt, & sterilis non est in eis.

Act. 2. & 4. Deposuerunt enim tunc uelut uellera, onera seculi, qn̄ ante pedes Apostolorum uenditarum rerū suarum precia posuerunt, ascendentes de lauacro illo, de quo eos admonet Apl's Petrus, sollicitos quod

Act. 2 xp̄i sanguinem fuderint, & dicit, Agite pn̄iam, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine dn̄i nostri Iesu Christi, & dimittētur uobis peccata uestra. Geminos aūt creauerunt, opera scilicet duorum præceptoꝝ geminæ charitatis, dilectionis dei, & dilectionis proximi, unde sterilis nō erat in eis. De post has oues fœtātes Dauid nr̄ acceptus, nūc alios greges pascit in gentibus, & ipsos Iacob & Israel. Sic. n. dictū est, Pascere Iacob seruum suū, & Israel hæreditatem suam. Non enim, qa ex gentib⁹ sunt istę oues,

C ideo ab illo semine alienatę sunt, qđ est Iacob & Israel. Semen est. n. Abrahæ, semen promissionis, de

Gene. 21. quo ei dn̄s dixit, In Isaac uocatur tibi semen. Quod

Roma. 9 exponēs Apl's, Non, inquit, filij carnis, sed filij pro-

Gala. 3 missionis deputantur in semine. Ex gentib⁹. n. erāt fideles quibus dicebat, Si aūt uos xp̄i, ergo Abrahę semen estis, & secundum repromissionē hæredes. Quod uero ait, Iacob seruū suum, & Israel hæreditatem suā: more suo scriptura repetiuit eandem sententiam, nisi forte quispiā sic distinguere uelit, ut hoc tpe Iacob seruiat: tunc autem sit æterna hæreditas dei, qn̄ uidebit deum facie ad faciē, unde Israel nomen accepit. Et pauit eos, inquit, in innocētia cordis sui.) Quid illo innocētius, q ullum pc̄tm̄, nō solum à quo uinceretur, sed etiam quod uinceret, nō habebat? Et in intellectu manuum suarum deduxit eos.) Vel sicut aliqui codices habent, In intellectib⁹ manuum suarū.) Alius putaret ita congruentius potuisse dici, Innocētia manū & intellectu cordis. Hic autem q magis q̄ alius quid loqueretur sciebat, cordi maluit adiungere innocentiā, & manib⁹ intelligentiam. Illud propterea quantum existimo, D quia multi sibi uident innocētes qui nō faciūt mala, cū timent ne patiant si fecerint, uellent autem facere si impune potuissent. Tales uideri possent hr̄e innocentiam manuum, non tn̄ cordis. Et q̄ tandē aut qualis est ista innocentia: si cordis non est, ubi homo factus est ad imaginē dei? Quod uero ait, In intellectu uel in intelligētia manuū suarū sed uxit eos: uidet mihi eam dixisse ipse intelligentiam, quā fecit in credentib⁹, Ideo manuū suarum. Facere qppe ad manus pertinet, Sed si sic pn̄t intelligi manus dei, quia & xp̄s sic homo, ut etiam deus: hoc certe & ille Dauid de cuius est iste semine facere non poterat in pp'o, cui sicut homo regnabat: sed ille hoc facit, cui recte aīa fidelis dicere pōt, intelligere me facito, & perscrutabor legē tuā. Proinde ne ab illo Psal. 118. erremus, dum de nr̄a uelut ex nobis sit intelligentia fidim⁹, eius manib⁹ nos credendo subdamus Ipse in nobis eam faciat ut intelligētia manuū suarū nos deducat, erutos ab errore, eoq; pducat ubi iā n̄ possimus errare. Hic est fructus ppl'i dei, attēdentis legē dei, & Inclinantis aurē suā in uerba oris ei⁹, ut dirigat in eo cor sursum, & sit cū illo creditus spūs E eius: ne immutetur in gn̄ationem prauam & amaricantem, sed his oībus sibi annunciantis, non solum ad p̄sentem uitam, uerū etiam ad ęternam, nec tm̄ ad recipienda bonoꝝ operū præmia, sed etiam in ipsa bona opa facienda, ponat in deo spem suā.

In Psalmum septuagesimumoctauum Expositio.

IN titulo Psalmi huius tam breui & simplici imorandum eē non puto. Prophetiā uero, quā hic præmissam legimus, euidenter scimus impletā. Cum enim ista canerentur tpibus regis Dauid, nihil tale adhuc contigerat ex aduersitate gētiū ciuitati Hierusalem, nec tēplo dei, quod nec ædificatū adhuc erat. Post mortē qppe Dauid filiū eius Salomonē deo templum fecisse quis nesciat? Dicitur ergo tanq̄ præteritum, quod in spiritu uidebat esse futurum. Deus uenerunt gentes in hæreditatē tuam.) Qua loquendi consuetudine ēt illud est prophetatum de dn̄i passione, Dederunt in escā meā fel, & in siti mea potauerunt me aceto: & alia q̄ in eodem Psalmo, uentura uelut facta narrantur. Nec illud mirandum est q; deo ista dicun- F tur. Non. n. nescienti indicātur quo reuelante præsciūtur, sed anima cū deo loquitur pietatis affectu quem nouit deus. Nam & angeli q̄ hominibus nunciant, nescientibus nunciant: q̄ aūt deo nunciant, scienti nunciant qn̄ illi offerunt orationes nostras, & ineffabili modo de actib⁹ suis æternam ueritatē tanq̄ legē incōmutabilē consulunt. Et iste ergo homo dei dicit deo qđ discat à deo, tanquā discipul⁹ magistro nō ignorāti, sed iudicāti: ac sic aut ꝓbanti qđ docuit, aut qđ nō docuit reprehendenti, maxime qa specie p̄senti Propheta eos in se transfigurat, qui tunc futuri essent qn̄ ista ueniebant. Solent aūt in oratione dici deo q̄ uindicans fecerit, & adiungi petitio, ut iam misereat & parcat. Hoc mō & hic dicuntur, à quo p̄dicuntur, tanquā ab eis dicantur quibus acciderunt, & ipsa deploratio atq; p̄catio, prophetatio est, Deus uenerūt gentes in hæreditatē tuā. Polluerunt tēplum sanctū tuū, posuerūt Hierusalem in pomoꝝ custodiā. Posuerunt morticina seruoꝝ tuoꝝ escas uolatilib⁹ cœli, carnes san-

G ctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem
eorum sicut aquã in circuitu Hierusalẽ, & nõ erat qui
sepeliret.) Si in ista prophetia quisquã nostrũ eã ua
stationẽ Hierusalẽ intelligendã putauerit, quæ fa-
cta est à Tito Imperatore Romano, cum iam dñs
Iesus xp̃s post resurrectionẽ & ascensionẽ suã præ-
dicaretur in gentibus, non mihi occurrit quo dici
potuerit iam ille populus hæreditas dei nõ tenens
xp̃m, quo reprobato & occiso factus est reprobus,
qui in eum nec post eius resurrectionẽ credere uo-
luit, & insup martyres eius occidit. Ex illo.n. popu
lo Israel quicunq in xp̃m crediderunt, quib⁹ facta
est xp̃i præsentatio, & quodãmodo promissio red-
ditio salubris atq fructuosa, de quibus & ipse dñs
Mat. 15. dicit, Non sum missus nisi ad oues q̃ perierunt do-
mus Israel, ipsi ex illis sunt filij pmissionis, ipsi de-
putantur in semine, ipsi ptinent ad hæreditatẽ dei.
Mat. 1 Hinc sunt Ioseph homo iustus, & uirgo Maria q̃ pe-
Luc. 1 perit xp̃m. Hinc Ioannes Baptista amicus sponsi, &
parentes eius Zacharias & Helizabet. Hinc Simeon
Luc. 1. & senex & Anna uidua, qui xp̃m non loquentẽ, sensu
2. corporis audierunt, sed adhuc infantem nõ loquẽ
tem, spiritu cognouerũt. Hinc beati Apostoli. Hinc
H Nathanael, in quo dolus nõ erat. Hinc ali⁹ Ioseph q
Ioan. 1 expectabat ẽt ipse regnum dei. Hinc tanta illa mul
Luc. 23. titudo q̃ præcedebat & sequebatur iumentũ ei⁹ di
cens, Benedictus qui uenit in noĩe dñi, In qua erat
Mat. 21 & cõgregatio puerorum, in quibus dixit impletũ,
Psal. 8. Ex ore infantiũ & lactentiũ perfecisti laudẽ. Hinc
Act. 2. & etiam illi post ei⁹ resurrectionẽ, quorum die uno tria
4. milia, & alio qnq milia baptizati sunt, in aĩam unã
& cor unum cõflati charitatis igne, quorum nemo di
cebat aliquid proprium, sed erãt illis oĩa cõmunia.
Act. 7 Hinc sancti diaconi, quorum Stephan⁹ ante Aplos
martyrio est coronatus. Hinc tot Ecclesiæ Iudææ
Gal. 1 q̃ in Christo erant, quibus erat facie Paulus ignot⁹,
notus autẽ sæuitia famosissima, sed notior xp̃i mi-
sericordissima gratia. Hinc & ipse secũdũ pmissam
Gen. 49. de se prophetiam, Lupus rapax, mane rapiens, & ad
uesperum diuidens escas: id est, prius rapiens perse-
cutor ad mortẽ, postea pascẽs prædicator ad uitã.
Hi erant ex illo pplo hæreditas dei, Vnde ait & ipse
Roma. 11 minimus Apostolorum doctor gentium, Dico ergo,
Nunqd deus repulit plebẽ suam? Absit. Nam & ego
Israelita sũ ex semine Israel, de tribu Beniamin. Nõ
I repulit deus plebẽ suam quã præsciuit. Hęc plebs q̃
ex illa gente xp̃i corpori accessit, hæreditas dei est.
Nam quod ait Apls, Non repulit de⁹ plebem suam
quã præsciuit, illi Psalmo utiq respondit, ubi scri-
Psal. 93. ptum est, Qm̃ non repellet dñs plebẽ suam. Vbi au
& 94 tem sequitur, Et hæreditatẽ suam non derelinquet,
ibi euidenter apparet, talem plebem esse hæredita-
Rom. 10. tem dei. Vt enim hoc diceret, & Apls supra comme
morauerat Propheticum testimonium de prænun
ciata futura incredulitate populi Israel. Tota die ex
Esa. 65 pandi manus meas ad populũ nõ credentẽ & con-
tradicentẽ. Hic ergo ne quisquã male intelligẽs uni
uersum illũ populum crimine incredulitatis & cõ-
tradictionis arbitretur esse damnatũ, cõtinuo subie-
Roma. 11. cit, Dico ergo, Nunqd repulit deus plebẽ suã? Absit.
Nam & ego Israelita sum ex gñe Israel, de tribu Be-
niamin. Hinc ondit quã plebem dixerit, utiq popu
li prioris, quã si totam deus repulisset atq damnas-
set non utiq ipse Christi esset apostolus, Israelita ex
semine Abraham, tribu Beniamin. Adhibet autem
ualde necessariũ testimonium dicẽs, An nescitis in K
Helia qd dicit scriptura, quẽadmodum interpellat Ibidem
deum aduersus Israel? Dñe, prophetas tuos occide- 3. Reg
runt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum so
lus, & q̃runt animam meam Sed qd dicit illi rñsum
diuinum? Reliqui mihi septẽ milia uirorum, qui non
incuruauerũt genua sua ante Baal. Sic ergo & in tẽ
pore hoc reliquię p electionẽ grãę saluæ factæ sunt.
Istę reliquiæ sunt ex illa gente hæreditatis dei, non
illi de qbus paulo post dicit, Cæteri uero excæcati
sunt. Sic.n. ait, Quid ergo? Quod q̃rebat Israel, hoc
nõ est consecutus? Electio aũt consecuta est, cæteri
uero excæcati sunt. Ista igit electio, istæ reliqæ, ista Roma.
plebs dei quã non repulit deus hæreditas ei⁹ dicit.
In illo aũt Israel q non est consecutus hoc, illis cæ-
teris excæcatis nõ erat iã hæreditas dei, de qua di-
ci posset post xp̃i in cœlis glorificationem tpe Titi
imperatoris, Deus uenerũt gẽtes in hęreditatẽ tuã,
& cætera q̃ de illius populi & templi & ciuitatis ua
statione uidentur in hoc Psalmo esse pdicta. Proinde
aut ea debemus intelligere q̃ facta sunt ab alijs ho
stibus, anteq̃ xp̃s uenisset in carne. Non enim erat
alia tũc hęreditas dei, ubi & prophetæ sancti erãt,
qñ facta est transmigratio in Babyloniã, grauiterq L
gens illa uastata est, & sub Antiocho ẽt Machabæi 4. Re.
horrẽda ppessi, gloriosissime coronati sunt: Ea qp- 1. Mac 1
pe dicta sunt in hoc Psalmo, q̃ solent fieri etiã stra-
ge bellorum: Aut certe si post resurrectionẽ & ascẽsio
nem dñi accipienda est hic commemorata hæredi
tas dei, ea sunt intelligenda q̃ à cultoribus idolorum
& inimicis nominis xp̃i, ecclesia eius in tanta mar-
tyrum numerositate perpessa est. Quanq̃.n. Asaph
synagoga interpretetur, q̃ est cõgregatio, idq nomen
usitatius insederit genti Iudæorum, tñ & ecclesiam
istam posse dici cõgregationẽ & illũ ueterem pplm
dictũ esse ecclesiam, iam in alio Psalmo satis apteq
mõstrauimus. Hæc igit ecclesia, hæc hæreditas dei
ex circũcisione & pputio cõgregata i. ex populo Is Psal. 117.
rael: & ex cæteris gentib⁹ per lapidem quem repro-
bauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli,
in quo angulo tanq̃ duo parietes de diuerso uenien
tes copularentur. Ipse est.n. pax nr̃a q fecit utraq unũ, Ephe. 2
ut duos conderet in se in unũ nouũ hoĩem, faciẽs
pacẽ, & coadunaret utrosq in uno corpore deo, in
quo corpore sumus filij dei, clamãtes, abba pr̃. Ab- Roma. 8
ba pp illorum linguam, pater pp nr̃am. Hoc enim est M
abba quod & pater. Vnde dñs qui dixit, Non sum Gal. 4
missus nisi ad oues q̃ perierunt domus Israel, osten Mat 15
dens illi genti redditã præsentiæ ipsius promissio- Ioan. 10.
nẽ: ait tñ alio loco, Habeo alias oues q̃ non sunt ex
hoc ouili, oportet me & ipsas adducere, ut sit unus
grex & unus pastor: gentes significãs quas erat ad-
ducturus, non qdem p suã psentiam corporalẽ, ut
illud uerũ sit, Non sum missus nisi ad oues q̃ perie- Mat. 15.
rũt domus Israel: sed tñ per euangeliũ suum quod
erãt disseminaturi speciosi pedes annunciantiũ pa Rom 10.
cẽ, annunciantiũ bona. In oẽm terram n. exiuit so- Psal. 18
nus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Hinc &
Apostolus ait, Dico enim xp̃m Iesum ministrũ fuis Roma. 15
se circuncisionis pp ueritatem dei ad confirmãdas
promissiones patrum. Ecce quod est, Non sum mis Mat. 15
sus nisi ad oues q̃ perierunt domus Israel. Deinde
subiungit Apostolus, Gẽtes aũt super misericordiã
glorificare deũ. Ecce qd est, Habeo alias oues q̃ nõ Ioan. 10.
sũt de hoc ouili, oportet me & ipsas adducere, ut sit

A unus grex & unus pastor. Quod utrumq; breuiter
dictum est in eo qd de prophetia idem Apl's com-
Rom. 15. memorat, Lætamini gentes cũ plebe eius. Iste ergo
unus grex sub pastore uno, hæreditas dei est, nõ so
Psal. 139. lum patris sed ẽt filij. Nã filij uox est, Funes cecide-
runt mihi in p̃claris, etenim hæreditas mea p̃clara
est mihi, Et ipsius hæreditatis uox est apud p̃phe-
tam, Dñe deus noster posside nos. Hanc hæredita-
tem nõ moriens pr̃ filio reliq̃t, sed ipse filius eã sua
morte mirabiliter acquisiuit, cũ resurrectione pos
sedit. Si ergo de hac intelligendũ est qd' in Psalmi
huius p̃phetia canit, Deus uenerunt gentes in hære
ditatẽ tuam: ut uenisse gentes accipiamus in eccle-
siam, nõ credendo, sed p̃sequendo: id est, eã inuasis
se uoluntate delendi atq; omnino p̃dendi, sicut tot
persecutionũ exẽpla monstrarunt: oportet ut qd se-
quitur, Polluerunt templum sc̃tm̃ tuum, non in li-
gnis & lapidibus, sed in ipsis intelligatur hoibus,
1. Petr. 2. de q̃bus, tanquã lapidibus uiuis, construi dicit A-
1. Cor. 3. postolus Petrus domũ dei. Vnde & apl's Paulus ap
tissime, Templũ, inq̃t, dei sc̃tm̃ est qd estis uos. Hoc
itaq; templũ p̃secutores in his utiq; polluerũt, quos
B ad negandũ xp̃m, terrendo uel cruciãdo coegerũt,
atq; ut idolis supplicarent uehementer instãdo fe-
cerunt, Quorũ multos pñia reparauit atq; ab illa in
quinatione mundauit. Pœnitentis.n. uox est, Et à
Psal. 50. delicto meo munda me, & cor mundũ crea in me
deus, & spm̃ rectum innoua in uisceribus meis. Iã
uero qd sequitur, Posuerunt Hierusalem in pomorũ
custodiam: & ipsa ecclesia hoc noie recte intelligi-
Gala. 4. tur, Hierusalẽ libera mater nr̃a, de qua scriptũ est,
Esa. 54. Lætare sterilis q̃ non paris, erumpe & exclama quæ
non parturis, qm̃ multi filij desertæ magis q̃ eius q̃
habet uirum. In custodiã pomorũ, quod dictũ est,
desertionem intelligẽdam existimo, quam fecit ua
stitas persecutionum, id est, uelut custodia pomo-
rum, q̃a deseruntur pomorũ custodiæ cũ poma trã-
sierint. Et certe qñ gentilibus persequẽtibus, eccle-
sia deserta uisa est, in cœlestẽ mensam spũs marty-
rum, tanquã de horto dñico multa & suauissima
poma transierunt. Posuerũt, inq̃t, morticina seruo-
rum tuorũ, escas uolatilibus cœli, carnes sanctorũ
tuorũ bestijs terræ. Quod dictũ est, morticina: hoc
C repetitũ est, carnes. Et qd dictũ est, seruorũ tuorũ:
hoc repetitũ est, sanctorum tuorũ. Illud tm̃modo
uariatũ est, uolatilibus cœli & bestijs terræ. Melius
sanè interpretati sunt q morticina posuerũt, q̃ sicut
Morticina. quidam mortalia. Morticina.n. non dñr nisi mor-
tuorum, mortalia uero ẽt uiuorum corporum no-
Mortalia men est. Cum ergo sicut dixi ad agricolam suũ spi
ritus martyrum uelut poma transissent, morticina
eorũ & carnes eorum posuerunt uolatilibus cœli &
bestijs terræ, quasi quicquã eorũ resurrectioni de-
periret. Ex oculis naturæ sinibus totũ reintegratur
Matt. 10 ab illo, cui & capilli capitis nr̃i numerati sunt. Effu
derunt sanguinẽ eorũ sicut aquam.i. abundãter &
uiliter, in circuitu Hierusalẽ. Si Hierusalem terrenã
urbem hic accipimus, eorũ sanguinẽ intelligimus
effusum in circuitu eius, quos hostes extra muros
reperire potuerũt. Si aũt Hierusalem illam intelligi
Gal. 4. mus, de qua dictum est, Multi filij desertæ, magis q̃
Esa. 54. eius quæ habet uirum: circuitus eius est per uniuer
sam terram. In ea quippe lectione prophetica ubi
scriptum est, Multi filij desertæ magis q̃ eius quæ ha
bet uirũ: paulopost ei dicit, Et q eruit te, deus Israel

uniuersæ terræ uocabit. Circuitus ergo huius Hie- D
rusalẽ in hoc Psalmo intelligẽdus est, quousq; tunc
fuerat eadẽ Ecclesia dilatata, fructificãs & crescens
in uniuerso mũdo. Qm̃ in omni parte eius persecu
tio sæuiebat, & martyrũ stragẽ, quorũ sanguis sicut
aqua effundebat, cum magnis lucris thesaurorũ cœ
lestium faciebat. Quod uero adiunctũ est, Et non
erat q sepeliret: aut non incredibile debet uideri tã
magnũ in aliq̃bus locis fuisse terrorem, ut sepulto
res sanctorũ corporũ nulli p̃rsus existerent: aut cer-
te q̃a isepulta cadauera i multis locis diu iacere po
tuerũt, donec a religiosis quodãmodo surata sepe-
lirentur. Facti sumus, inq̃t, opprobriũ uicinis no-
stris.) Ideo preciosa nõ in cõspectu hoium à q̃bus Psal. 115.
hoc erat opprobriũ, sed in conspectu dñi mors san
ctorũ eius. Subsannatio & irrisio.) Vel ut q̃dam in
terpretati sunt, Illusio eis q in circuitu nr̃o sunt.)
Repetitio est sñiæ superioris. Nã qd supra dictũ est,
opprobriũ: hoc repetitũ est, subsannatio & irrisio,
Et qd supra dictũ est, uicinis nr̃is: hoc repetitũ est,
eis q in circuitu nr̃o sunt. Proinde scd'm Hierusalẽ
terrenã uicini, & q in circuitu gentis eius, utiq; aliæ
gentes intelliguntur: Scd'm aũt Hierusalem liberã E
matrẽ nr̃am, uicini sunt & in circuitu ei', inter quos
inimicos suos habitat Eccl̃ia in circuitu orbis ter-
rarum. Deinde iã manifestã precẽ fundens, unde in
telligatur superioris afflictionis cõmemoratio nõ es
se quasi indicatio sed deploratio: Vsquequo, inq̃t,
dñe irasceris in finem, exardescet uelut ignis zelus
tuus?) Rogat utiq; ne deus usq; in finẽ irascatur.i.
ne illa tãta pressura & tribulatio atq; uastatio usq;
in finẽ perseueret, sed temperet correptionẽ suã, se-
cundum illud qd' in alio Psalmo dr̃, Cibabis nos Psal. 79.
pane lachrymarũ, & potabis nos in lachrymis in
mensura. Nã quousq; dñe irasceris in finem: ita di-
ctum est, ac si diceretur, Noli dñe irasci in finem Et
in eo qd sequitur, Exardescet uelut ignis zelus tu':
utrunq; subaudiendũ est, & quousq;, & in finẽ, ac si
diceret, Quousq; exardescet uelut ignis zel' tu' in fi
nem? Nã ita hic duo ista subaudiẽda sunt, sicut su-
perius unũ illud qd dictum est, posuerunt. Nã cum
habeat prior sñia, Posuerunt morticina seruorũ tuo
rum escas uolatilib' cœli: hoc uerbũ posterior non
hẽt, ubi dictũ est, Carnes sanctorũ tuorũ bestijs ter F
ræ: sed subauditur utiq; qd habet superius, posue-
runt. Ira porrò & zelus dei, non sunt p̃turbationes
dei, sicut nõnulli scripturas quas nõ intelligunt ar
guũt: sed noie iræ intelligit uindicta iniq̃tatis, no-
mine zeli exactio castitatis, ne aia legẽ dñi sui con-
tẽnat, & à deo suo fornicãdo dispereat. Hæc ergo ip
so affectu in hoium afflictione sunt turbulenta, in
dei aũt dispositione tranq̃lla sunt, cui dictũ est, Tu Sapi. 12,
aũt dñe uirtutum cum tranquillitate iudicas. Satis
aũt ostenditur his uerbis pp̃ peccata hominibus li
cet fidelib' has fieri tribulationes, quãuis hinc flo-
rescat martyrũ gloria merito patientiæ, & pie sustẽ
tato in flagello dñi moderamine disciplinæ. Hoc
Machabæi inter sæuissima tormẽta, hoc tres uiri in 1. Mac. 7.
ter noxias flãmas, hoc Prophetæ sancti in captiuita Danie. 3.
te testant. Quãuis.n. paternã correptionem fortissi
me & piissime perferrent: nõ tñ tacẽt hæc accidere
meritis peccatorũ. Horum.n. uox est, & in Psalmis,
Emendans emendauit me dñs, & morti non tradi- Psal. 17
dit me. Flagellat.n. oẽm filium quem recipit. Et q̃s Hebr. 12.
est filius cui non det disciplinam pater eius? Quod

G uero adiungit: Effunde iram tuā in gentes quæ te
non nouerūt,& in regna quæ nō inuocauerūt no-
Hier. 10. men tuū.) Etiam ista prophetatio est, nō optatio:
Non maleuolētię uoto ista dicūtur, sed spiritu præ
uisa pdicūtur: sicut de Iuda traditore, q̄ mala illi fu
erāt pro suis meritis euentura, ita prophetata sunt,
quasi optata sint. Quēadmodum.n. Propheta non
imperat xp̄o, quamuis modo imperatiuo pnunciet
Psal. 44 quod dicit, Accingere gladio tuo circa femur potē
tissime. Specie tua & pulchritudine tua, & intēde
& pspere procede & regna. Ita nō optat, sed ppheta
Psal. 108 q dicit, Effunde irā tuā in gentes q̄ te nō nouerunt,
Quod more suo repetit dicēs, Et in regna q̄ nō in-
uocauerūt nomē tuū. Nam gentes p regna repetitæ
sunt. Et quod eū nō nouerunt, p hoc repetitum est,
q non inuocauerunt nomen eius: Quomodo ergo
Luc. 12. intelligendū est, quod ait dn̄s in Euangelio, Seruus
qui nescit uoluntatē domini sui, & facit digna pla-
gis, uapulabit paucis: Seruus autem q scit uolunta-
tem dn̄i sui & facit digna plagis, uapulabit multis:
si maior ira dei est in gentes quę dominum non co
gnouerunt. In eo qppe quod ait, Effunde irā tuā: sa
H tis hoc uerbo indicauit q̄ multā irā uoluerit intel-
ligi. Vnde postea dicit, Redde uicinis nostris septies
tm̄. An qa multū interest inter seruos, q licet nesciāt
uoluntatem domini sui, tamē inuocāt nomē eius,
& alienos à familia tanti patrisfamiliâs, q sic igno-
rant deum ut nec inuocent deum? Inuocant enim
pro eo simulacra, uel dæmonia, uel quālibet crea-
turam, non creatorē q est benedictus in secula. Ne-
que enim istos de qbus hoc prophetat, ita nescien-
tes significat sui dn̄i uoluntatem, ut tamen ipsum
dn̄m timeant: sed ita ipsum dominum nescientes
ut nec inuocēt eū & inimici nominis eius existant.
Multum ergo distat inter seruos uoluntatē dn̄i sui
nescientes, & tamen in familia eius atque in domo
uiuentes: & inimicos non solum ipsum dn̄m scire
nolentes, sed & nō eius nomen inuocantes, atq; ser-
uos eius insup oppugnātes. Deniq; sequitur, Quia
Hier. 10. comederunt Iacob & locū eius desolauerūt. Iacob
qppe figuram gestat Ecclesiæ, sicut Esau ueteris sy
Gene. 25. nagogæ. Vnde dictū est, Maior seruiet minori. Po-
test in hoc noie intelligi ea de qua loq̄bamur hęre
ditas dei, in quā inuadendā atq; uastandā post re-
surrectionē & ascensionem dn̄i gentes persequēdo
uenerunt. Sed locū Iacob quō intueamur, intelli-
gendū est. Magis.n. locus Iacob illa ciuitas putari
potest, in qua erat & tēplū, quo uniuersam illā gen-
tē sacrificādi & adorādi causa & pascha celebrādi,
dn̄s præceperat conuenire. Nam si xp̄ianorum con
uentus inhibitos atq; compressos à persecutoribus
Propheta uelit intelligi, loca desolata uidereł dice-
re debuisse, nō locū. Sed possum' accipere p nume
ro plurali numerū singularē positum, sicut uestē p
uestibus, militē p militibus, pecus pro pecoribus.
Multa n. huiusmodi moris est dici, nec solum uul-
go loquentiū, uerumetiam disertissimor authorū
eloquētiæ. Nec ab ipsa diuina scriptura hoc genus
Psal. 77 locutionis alienū est. Posuit.n.& ipsa ranā pro ra-
nis, locustā p locustis, & innumerabilia talia. Quod
uero dictū est, Comederūt Iacob: hoc bene intelli-
gił q multos in suū malignū corpus, hoc est, in suā
societatem terrēdo transire coegerunt. Meminit sa-
ne, quamuis illis pro merito pessimę uoluntatis ex
ira dei digna reddenda sint, nō tamen eos aliqd ad

uersus hæreditatē ei' ualere potuisse, nisi eā uoluis- K
set ipse p peccatis eius flagellādo emendare. Vnde
subiūgit, Ne memineris iniqtatum nostrarum an
tiquarū.) Non ait, præteritarū, q̄ possent esse etiā re
cētiores, sed antiquarū, hoc est, à parētibus uenie-
tiū. Talib' qppe iniquitatib' dānatio nō correptio
debeł. Cito anticipēt nos misericordiæ tuæ.) An-
ticipēt utiq; iudiciū tuum, Supexaltat enim miseri- Iacobi. 2
cordia in iudicio. Iudicium aūt sine misericordia,
sed ei q nō fecit misericordiam. Quo aūt adiungit.
Quia pauperes facti sumus nimis.) Hoc uult intel
ligi anticipare nos misericordiā dei, ut nostra pau-
pertas id est, infirmitas, eo miserāte adiuueł ad eius
pręcepta faciēda, ne ad iudiciū ei' damnādi uenia-
mus. Ideo seqtur, Adiuua nos de' salutaris nr̄.) Hoc
uero quod ait, Salutaris nr̄: satis exponit quā uolue
rit pauptatē in eo quod dixerat, Qm̄ paupes facti
sumus nimis. Ipsa est quippe infirmitas, cui saluta-
ris est necessari'. Cū uero adiuuari nos uult, nec in
gratus est gratiæ, nec tollit liberū arbitriū: Qui n.
adiuuał etiā p seipsum aliquid agit. Addidit etiam:
Propter gloriā nominis tui domine libera nos.)
Vt q gloriatur, non in seipso, sed in domino glorie- L
tur, Et propitius esto, inqt, peccatis nostris pp̄ter 1. Cor. 1
nomen tuū.) Nō propter nos. Nam qd aliud merē-
tur peccata nostra, q̄ debita & digna supplicia: Sed
propitius esto peccatis nostris propter nomen tuū.
Sic ergo nos liberas, id est, eruis à malis, cum & ad-
iuuas nos ad faciēdā iustitiā, & ppitius es peccatis
nostris, sine qbus in hac uita non sumus, Qm̄ non
iustificabitur in cōspectu tuo oīs uiuens. Peccatū Psal. 142
aūt iniqtas est. Et si iniqtates obseruaueris, qs susti 1. Ioan. 3.
nebit? Quod aūt adiūgit, Nequādo dicant gentes, Psal. 129.
ubi est deus eorū.) Magis pro ipsis gentib' est acci-
piendū. Male.n. pereunt q de deo uero disputaue-
runt, †putātes eū uel nō esse, uel suos nō adiuuare, † al. de-
nec eis esse ppitium. Illud uero quod seqtur, Et in sperauerunt.
notescat in nationibus corā occulis nr̄is, Vindicta
sanguinis seruorū tuor. q effusus est.) Vel sic intel-
ligił, cū credunt in deū ueri q persequebātur eius
hęreditatē: qa & ipsa uindicta est, qua perimił sęua
iniqtas eor. gladio uerbi dei, de quo dictū ē, Accin Psal. 44.
gere gladio tuo: Vel cū pseuerātes inimici i fine pu-
niūtur, Nā mala tēporalia q̄ in hoc seculo patiunł,
cōmunia possunt habere cū bonis. Est aliud uindi M
ctę gen', quo Ecclesiæ dilatationē & fœcunditatē
in hoc seculo post tātas psecutiones, qbus eā omni
no perituram putabāt, peccator & incredul' & inimi
cus uidet & irasceł, dētibus suis frendet & tabescet.
Quis.n. negare audeat hāc etiā esse grauissimā pœ- Psal. 111.
nā? Sed nescio utrū satis elegāter accipiał quod ait,
ante oculos nr̄os. Si.n hoc pœnę gen' intelligamus
quod i intimis cordis agił, & torquet etiā illos q no
bis adulāter arrident, nec à nobis uideri potest qd
in hoie iteriore patianł. Illud aūt quod siue eis cre-
dentib' iniqtas eor. interimił, siue in malignitate p
seuerātib', suppliciū nouissimū reddił, sine scrupu
lo q̄stionis intelligił dictū, Innotescat ante oculos
nr̄os uindicta in nationib'. Et hęc qdē, ut diximus,
pphetatio ē, nō optatio. Sed pp illud quod scriptū
ē i Apocalypsi, sub ara dei martyres ad deū clamał Apoc. 6.
& dicere, Quousq; dn̄e nō uindicas sāguinē nr̄um
nō est p̄tereūdū quēadmodū accipi oporteat, ne p
pter exaturādi odii, credanł sancti desyderare illam
dictā quod ab eor. perfectione loge abest, & tn̄ scri
ptum

A ptum est, Lætabitur iustus cũ uiderit uindictã im-
Psal.57. piorũ, manus suas lauabit i sanguine peccatoris. Et
Rom.12. Apls Paulus ait, Nõ uosipsos uindicãtes charissimi,
Deut.32. sed date locũ iræ, Scriptũ est enim, Mihi uindictam
& ego retribuã dicit dominus. Nec ipse itaq; pcepit
ut nolint uindicari, sed ut nõ seipsi uindicãtes dent
locum iræ dei, qui dixit, Mihi uindictã & ego retri-
Luc.18. buam. Et dñs in Euangelio, uiduam proponit in si-
militudinem q̃ uindicari desyderans, iudicẽ inter-
pellabat iniustum, qui eam tandem aliquando nõ
iustitia ductus, sed tædio uictus audiuit. Hoc autẽ
dñs proposuit, ut ostẽderet multo magis deum iu-
stum cito facturum iudicium electoꝝ suoꝝ, qui ad
Apoc.6. eum clamãt die ac nocte. Inde est & ille sub ara dei
martyrũ clamor, ut dei iudicio uindicent. Vbi est
Matt.5. ergo illud, Diligite inimicos uestros, Benefacite eis
q uos oderunt, & orate pro eis q uos persequuntur?
1.Pet.3. Vbi est & illud, Non reddentes malũ pro malo, nec
maledictũ pro maledicto, & nulli malũ pro malo
reddentes? Si.n. malum pro malo nõ est cuiquã red
dendũ, nõ solum factũ malum pro facto malo, sed
B nec uotum malum reddendũ est pro facto uel uo-
to malo. Reddit aũt malum uotũ qui etiã si nõ se-
ipsum uindicat, tamẽ ut eius inimicũ deus puniat
expectat atq; optat. Quapropter cũ & homo iustus
& homo malus de inimicis suis uelint à dño uindi-
cari, unde discernentur, nisi quia iustus & magis cu
pit inimicũ suũ corrigi q̃ puniri, & cũ in eum uidet
à dño uindicari, nõ eius delectatur pœna, quia nõ
eum odit, sed diuina iustitia, quia deum diligit? De
niq; si in hoc seculo in eũ uindicatur, uel ꝑ illo etiã
lætatur si corrigitur, uel certe ꝑ alijs ut eũ timeant
imitari. Ipse quoq; fit melior, nõ supplicio illi° odia
sua pascendo, sed errata emendando, Ac per hoc de
beneuolentia est nõ de malitia quod lætatur iust°
cũ uidet uindictã, & manus suas lauat i. opera sua
mũdiora efficit in sanguine, hoc est, in exitio pecca
torũ, sumens inde nõ mali alieni gaudium, sed diui
næ admonitionis exemplum. Si aũt in futuro secu-
lo ultimo dei iudicio uindicat, hoc ei placet quod
deo, ne bene sit malis, ne piorum pmijs etiam impij
C perfruant. Quod utiq; iniustũ est, & à regula uerita-
tis, quã iustus diligit, alienum. Cũ.n. nos ad diligẽ-
dos inimicos dñs hortaretur, exemplum proposuit
Matt.5. patris nostri q in cœlis est, qui facit solem oriri sup
bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Nun
quid tamẽ ideo uel tẽporalibus correptionib° non
emendat, uel pertinaciter duros in fine non dãnat?
Sic ergo inimicus diligatur, ut nõ displiceat domi-
ni iustitia qua punitur, Et sic placeat iustitia qua pu
nitur, ut nõ de malo eius, sed de bono iudice gau-
deat. Maleuolus.n. animus cõtristatur, si eius inimi
cus correctus euaserit pœnã. Et cũ puniri eũ uidet,
uindicari ita se gaudet, ut nõ iustitia dei, quẽ nõ di
ligit, sed illius quẽ odit miseria delectetur, Et cum
deo dimittit iudiciũ, ut plus noceat deus q̃ ipse no-
cere posset, exoptat. Et cũ dat cibũ esurienti inimi-
co potũq; sitienti, malitiose sapit quod scriptũ est,
Rom.12. Hoc.n. faciens, carbones ignis cõgeres super caput
eius. Agit.n. ut amplius aggrauet & ei excitet indi-
gnationẽ dei, quã carbonib° ignis significari putat,
nõ intelligens illum ignẽ esse pœnitentiæ urentem
dolore, quousq; caput erectum superbia beneficijs
inimici ad humilitatẽ salubrem deponat, & in bo-
no illius, huius malũ uincatur. Vnde Apls uigilãter

adiunxit, Noli uinci à malo, sed uince in bono ma- D
lum. Quo aũt potest uincere in bono malum, in su Ibidem.
perficie bonus, & in abdito malus, q opere parcit, &
corde sæuit, manu mitis, uoluntate crudelis? Sic er-
go specie poscentis in hoc Psalmo futura in impios
uindicta ꝓphetatur, ut intelligamus sanctos hoies
dei suos inimicos dilexisse, nec cuiquã uoluisse nisi
bonũ, qđ est pietas i hoc seculo, æternitas i futuro.
In pœnis aũt maloꝝ nõ malis eoꝝ, sed dei bonis iu
dicijs fuisse delectatos. Et ubicũq; in scripturis san-
ctis legunt in homines odia eorũ, odia fuisse uitio-
rum, q̃ ipse etiã unusquisq; hominũ odire debet in
se si diligit se. Iam uero qđ sequitur, Intret in cõspe
ctum tuũ.) Vel sicut alij codices habent: In cõspe-
ctu tuo gemitus cõpeditoꝝ.) Nõ facile quisquã rep
perit coniectos s cõpedes à ꝑsecutorib° sanctos. Et
si accidit in tam magna atq; multiplici uarietate pe
narũ, tã raro accidit, ut nõ sit credendũ hoc in isto
uersu qđ cõmemoraret potissimũ elegisse Prophe-
tã. Sed nimirũ cõpedes sunt infirmitas & corrupti-
bilitas corporis, q̃ aggrauant animã. Per eius.n. fra-
gilitatẽ uelut quorundã doloꝝ molestiarumq; ma- E
teriam ad impietatẽ poterat cõpellere ꝑsecutor. Ab
his cõpedibus cõcupiscebat dissolui Apls & esse cũ Philip.1.
Xpo, manere autẽ in carne necessariũ propter illos
quibus Euãgelium ministrabat. Donec ergo corru 1.Cor.15.
ptibile hoc induat incorruptionẽ, & mortale hoc
induat imortalitatẽ, uelut cõpedib° caro infirma,
promptũ impedit spiritũ. Has ergo cõpedes nõ sen- 2.Cor.5.
tiunt, nisi q in semetipsis ingemiscũt grauati, habi-
taculũ quod de cœlo est superindui cupientes, qa &
mors horrori est, & mœrori uita mortalis. Pro his
Propheta gemitib° ingemit, ut intret i cõspectu dei
gemitus cõpeditoꝝ. Possunt & illi intelligi cõpedi
ti, q pceptis sapientiæ colligati sunt, q̃ patienter su-
stentata in ornamenta uertunt. Vnde scriptum est,
Inijce pedem tuũ in cõpedes eius. Secundũ magni Eccli.6.
tudinẽ, inquit, brachij tui, recipe in adoptionem fi
lios mortificatoꝝ.) Vel sicut in alijs codicibus legi
tur, Posside filioꝝ † morte punitoꝝ.) Vbi satis mi †al.filios.
hi uidet ostendisse scriptura, qs fuerit gemitus cõpe
ditoꝝ, qui pro nomine Xpi persecutiones grauissi-
mas pertulerunt, q̃ in isto Psalmo apertissime pro- F
phetant. In diuersis.n. passionibus constituti ora-
bant ꝑ Ecclesia, ne infructuosus esset posteris san-
guis illoꝝ, ut dñica seges unde inimici eã putabant
perituram, inde ueracius pullularet. Filios qppe mor-
tificatoꝝ dicit, qui nõ solum nõ sunt territi pceden
tium passionibus, sed in eum, pro cuius noie passos
eos nouerant, exhortante illoꝝ gloria ad imitandũ
accensi, copiosissimis agminibus crediderunt, Ideo
dixit, Secundum magnitudinẽ brachij tui. Res n.
tam magna secuta est in populis Xp̃ianis, ut eã qui
se aliquid ꝑsequendo ꝑficere putabant, nullo mo-
do crederent secuturam. Redde, inquit, uicinis no
stris septies tantũ in sinus eoꝝ.) Nõ mala optat, sed
iusta pnunciat, & futura ꝓphetat. Septenario autẽ
numero. i. septupla retributione perfectionẽ pœnæ
uult intelligi, qa isto numero plenitudo significari
solet. Vnde & illud est in bonis accipiendum, & in
hoc seculo septies tantum, quod positũ est pro oi-
bus, quasi nihil habẽtes & omnia possidẽtes. Vici- 2.Cor.6.
nos dicit, qa inter illos habitat Ecclesia usq; in diẽ
separationis. Non.n. modo fit discessio corporalis.
In sinus eorum dicit utiq; nunc in occultis, ut uin-

G dicta q̃ in hac uita agitur in occulto, post innotescat
in nationibus ante oculos nostros. Homo nanq; cũ
datur in reprobũ sensum, in interiore sinu accipit
suppliciorũ meritum futurorũ. Opprobrium eorũ,
quod exprobrauerũt tibi dñe.) Hoc eis redde septu
plum in sinus eorum. i. pro isto opprobrio eos in oc
cultis eorũ plenissime reproba. Tibi. n. exprobraue-
runt, nomen tuũ se arbitrantes in seruis tuis delere
de terra. Nos aũt populus tuus.) Generaliter acci
piendũ de omni genere piorum & uerorũ Xp̃iano-
rũ. Nos ergo quos perdere se posse putauerunt po-
pulus tuus. Et oues gregis tui.) Vt qui gloriatur, in
dño glorietur. Cõfitebimur tibi in seculum.) Alij
aũt codices habent, Cõfitebimur tibi in ęternũ.)
Ex ambiguo Græco facta est ista diuersitas. Quod
enim habet Græcus εἰς τὸν αἰῶνα, & in æternũ & in
seculum interpretari potest. Sed pro loco intelligen
dũ quid melius interpretatũ sit. Sensus ergo huius
loci magis mihi uidetur ostendere, in seculum dici
oportere. i. usq; in finem seculi. Sequens autẽ uersus
more scripturarũ, maximeq; Psalmorũ, repetitio su
H perioris est ordine cõmutato, prius habens quod
ibi est posterius, & posterius quod ibi est prius. Nã
quod ibi dictũ est, Confitebimur tibi: pro ipso hic
dictũ est, Annunciabimus laudẽ tuam. Quod itaq;
ibi dictũ est, In seculum: pro ipso hic dictum est, In
generationẽ. Ista quidẽ generationis repetitio per-
petuitatẽ significat, siue ut nonnulli intelligunt, q̃a
duæ sunt generationes, uetus & noua. Sed in hoc sit
Ioan. 3. seculo utraq;, Q̃m qui non renatus fuerit ex aqua &
spiritu sancto, non intrabit in regnũ cœlorũ. Deniq;
1. Ioan. 3 quia in isto seculo annunciatur laus dei, Nã in futu
ro seculo cũ uidebimus eum sicuti est, cui deinceps
annũcietur, nõ erit. Nos ergo populus tuus & oues
gregis tui, quas persequendo illi crediderũt se posse
consumere. Cõfitebimur tibi in seculum, permanẽ
te utiq; Ecclesia usq; in finem, quã illi delere conati
sunt. In generatione & generationem annunciabi
mus laudem tuam.) Quæ laus ut taceret, nos finire
conati sunt. Multis autẽ iam locis sanctarũ scriptu-
rarũ insinuauimus cõfessionem etiã pro laude po-
I ni, Sicuti est illud, Hæc dicetis in cõfessione, Opera
Eccli. 39. domini uniuersa q̃m bona ualde: maximeq; illud
quod ait ipse saluator, qui nullũ habebat omnino
Matt. 11. peccatum, quod pœnitendo cõfiteretur, Confiteor
tibi pater dñe cœli & terræ, quia abscondisti hæc à
sapientibus & prudentib⁹, & reuelasti ea paruulis.
Hoc dixi, ut apertius intelligatur, id esse repetitũ in
eo quod dictũ est, Annunciabimus laudem tuam:
quod superius dictum erat, Confitebor tibi.

In Psalmum septuagesimumnonum
Enarratio.

On adeo multa sunt in hoc Psalmo, i qbus
a sermo noster patiatur difficultatẽ, uel inte
tio auditorũ intelligẽdi impedimentũ. Pro-
inde adiuuante dño cũ affectu audiendi & uidẽdi
iam q̃ prophetata & p̃dicta sunt, tanquã eruditi in
schola Xp̃i currere debemus q̃ plana sunt, ut si for-
te obscura exigunt officiũ interpretandi, ea q̃ plana
sunt legendi officiũ a me debeant flagitare. Cantat
hic de aduẽtu domini & saluatoris nostri Iesu Xp̃i,
& de uinea eius. Sed cantat ille Asaph quantũ appa
ret illuminatus atq; correctus, cuius noie nostis si-
gnificari synagogã. Deniq; titulus Psalmi est, In fi-
nem pro his qui immutabunt.) Vtiq; in melius, Q̃m
Xp̃s finis legis, ideo uenit, ut imutet i melius, Et ait, K
testimoniũ ipsius Asaph, bonũ testimonium uerita Rom. 10.
tis. Deniq; hoc testimonium, & Xp̃m & uineam cõ-
fitetur, hoc est, caput & corpus, regẽ & plebem, pa-
storem & gregem, & totum omnium scripturarum
mysterium Xp̃m & Ecclesiam. Cõcludit autẽ titu-
lus Psalmi, Pro Assyrijs.) Assyrij interpretantur, diri-
gentes. Iam ergo non sit generatio q̃ cor non direxit
suũ, sed generatio iam dirigens. Ergo audiamus q̃d
dicat in hoc testimonio. Qui pascis Israel intẽde,)
Quid est, qui pascis Israel intende? Qui deducis ue
lut oues Ioseph.) Inuocatur ut ueniat, expectatur ut
ueniat, desyderatur ut ueniat, Ergo dirigentes inue
niat. Qui deducis, inquit, uelut oues Ioseph. Ipsum
Ioseph uelut oues, ipse Ioseph oues sunt, & ipse Io-
seph ouis est. Audito Ioseph, quanq̃ & interpretatio
eius nominis multũ iuuet, significat. n. augmẽtum, Ioan. 12.
& ideo utiq; uenit ille, ut mortificatum granũ mul-
tipliciter surgeret, hoc est, augeretur populus dei: ta
mẽ ex eo quod iam nostis contigisse Ioseph, ueniat Gene. 37.
in mentẽ a fratribus uenditus, ueniat a suis exhono Gene. 41.
ratus apud alienigenas exaltatus, & intelligetis i cu L
ius grege esse debeamus, simul cũ illis q̃ iã dirigunt
cor suũ, ut lapis reprobatus ab ædificantib⁹ fiat in Psal. 117.
caput anguli, tenẽs duos parietes de diuerso uenië-
tes, sed i angulo cõcordantes. Qui sedes super Che
rubin.) Cherubin sedes est glorię dei, & interpretatur
plenitudo sciẽtię, Ibi sedet deus in plenitudine sciẽ
tiæ. Licet intelligamus Cherubin sublimes esse cœ-
lorũ potestates atq; uirtutes, tamẽ si uis, eris Cheru-
bin. Si. n. Cherubin, sedes est dei, audi q̃d dicat scri
ptura, Anima iusti, sedes est sapientiæ. Quõ, inquis,
ero plenitudo scientiæ? Quis hoc implet? Habes unde
impleas. Plenitudo legis charitas. Noli p multa ire Rom. 13.
atq; distendi. Terret te ramorũ diffusio, radicẽ tene,
& de magnitudine arboris noli cogitare. Sit i te cha
ritas, & necesse est plenitudo scientiæ consequatur.
Quid. n. nescit qui charitatẽ scit? Quandoquidẽ di-
ctum est, Deus charitas est. Qui sedes super Cheru
bin appare.) Ideo. n. errauimus, q̃a non apparebas,
Appare. Coram Ephrem & Beniamin & Manasse.)
Appare, inquã, corã gente Iudæorum, corã populo M
Israel. Ibi enim Ephrem, ibi Manasses ibi Beniamin.
Sed interpretationẽ uideamus, Ephrem fructifica-
tio, Beniamin filius dexteræ, Manasses oblitus. Ap-
pare enim corã fructificatione, corã filio dexteræ,
appare coram oblito, ut iam nõ sit oblitus, sed ue-
nias illi in mentẽ qui liberasti. Si enim gẽtes cõme Psal. 21.
morabuntur, & conuertentur ad dñm uniuersæ fi-
nes terræ, populus ipse de Abraham ueniens, nõ ha
buit parietem suũ qui gaudeat in angulo, cum scri-
ptum sit, Reliquiæ saluæ fient? Excita potentiam
tuam.) Nã infirmus eras q̃n dicebatur, Si filius dei
est, descendat de cruce. Nihil ualere uidebaris. Præ- Matt. 27.
ualuit super te persecutor, & demonstrasti hoc an-
tea, quia & Iacob ipse p̃ualuit angelo in luctando.
Q̃n nisi uellet angelus? Et p̃ualuit homo, & uictus
est angelus, & uictor homo tenet angelum, & dicit,
Non dimit: ã te, nisi benedixeris mihi. Magnũ sacra Gene. 28.
mentũ, Et stat uictus, & benedicit uictorẽ. Victus,
q̃a uoluit, carne infirmus, maiestate fortis, & bene-
dixit: Vocaberis, inquit, Israel. Tetigit tamẽ & femo
ris latitudinem & aruit, eundemq; hominem unũ,
fecit & benedictũ & claudum. Vides claudicasse po Ibidem.
pulum Iudæorũ, uide ibi & benedictum genus Apo

A ſtolorum. Excita ergo potentiã tuã. Quandiu uide
1. Cor. 13. ris infirmus? Crucifix⁹ ex infirmitate, reſurge in uir
tute, Excita potentiã tuã. Et ueni, ut ſaluos facias
nos, Deus conerte nos.) Auerſi.n. ſumus à te, & niſi
tu conuertas, nõ conuertemur. Et illumina faciẽ
tuã, & ſalui erimus.) Nunqd ille obſcurã habet fa-
ciem? Non habet obſcurã faciẽ, ſed oppoſuit ei nu-
bem carnis, & tanquã uelum infirmitatis, & nõ eſt
putatus ipſe cũ penderet in ligno, agnoſcendus cũ
ſederet in cœlo. Nã ita factum eſt. Præſentẽ in terra
xp̃m & miracula facientẽ non agnouit Aſaph, mor
tuum tñ poſteaquam reſurrexit & aſcendit in cœ-
lum, agnouit, compunctus eſt, dixerat & de illo to-
tum, hoc eſt teſtimonium quõ agnoſcimus in hoc
Pſalmo, Illumina faciẽ tuam, & ſalui erimus. Obte
xiſti faciẽ tuam & ægrotauimus, illumina illam, &
ſalui erimus. Dñe deus uirtutum uſquequo iraſce
ris in orõnem inimici tui, adhuc iraſceris in oratio
nem ſerui tui?) Iam ſerui tui. Iraſcebaris in orõnem
inimici tui, adhuc iraſceris in orõnem ſerui tui? Cõ
uertiſti nos, agnouimus, & adhuc iraſceris in orõ-
nem ſerui tui? Ita plane iraſceris ut pater corrigens,
B non ut iudex dãnans: Ita plane iraſceris, qa ſcriptũ
Eccli. 2 eſt, Fili accedens ad ſeruitutem dei, ſta in iuſtitia &
timore, & præpara aĩam tuam ad tentationem. Ne
putes iã tranſiſſe iram dei, qa conuerſus eſt, trãſijt,
Heb. 12 ſed ne damnet in æternũ, Flagellat autem, non par
cit, qa flagellat oẽm filium quem recipit. Si flagella
ri detrectas, recipi quare deſyderas? Flagellat autẽ
oẽm filium quem recipit. Flagellat omnẽ, q & uni-
co non pepercit. Sed tñ quandiu iraſceris in oratio
nem ſerui tui? Non iam inimici tui. Sed iraſceris in
orationẽ ſerui tui. Quandiu? ſeqtur: Cibabis nos
pane lachrymarum, & potabis nos in lachrymis in
1. Cor. 10 menſura.) Quid eſt in menſura? Aplm audi, Fidelis
deus q non uos permittit tẽtari, ſupra q̃ poteſtis fer
re. Ipſa eſt menſura pro uiribus tuis, ipſa eſt menſu-
ra ut erudiaris, non ut opprimaris. Poſuiſti nos in
contradictionẽ uicinis nr̃is.) Plane factum eſt, id
eſt, de Aſaph electi ſunt q irent ad gentes, & p̃dica-
Acto. 17. rent xp̃m, & diceretur eis, Quis eſt iſte nouorũ dæ-
moniorum annunciator? Poſuiſti nos in contradi
C ctionem uicinis noſtris. Eum.n. prædicabant cui
contradicebatur, quẽ p̃dicabant mortuum reſurre
xiſſe xp̃m. Quis hoc audiat? Quis hoc nouerit? No-
ua res, Sed ſigna conſequebant, & incredibili rei fi-
dem miracula faciebant. Contradicebat, ſed cõtra
dictor uincebatur, & ex cõtradictore fidelis efficie
batur. Ibi tñ magna flammia, ibi martyres cibati
pane lachrymarũ, & potati in lachrymis, ſed in mẽ
ſura, non amplius q̃ poterant ferre, ut poſt menſurã
lachrymarum ſequeretur corona gaudiorũ. Et ini
mici noſtri ſubſannauerũt nos.) Et ubi ſunt q ſub-
ſannauerunt? Diu dictum eſt, Qui ſunt iſti colentes
mortuũ, adorantes crucifixũ? Diu dictũ eſt, Vbi eſt
naſus ſubſannantiũ? Nonne nunc q reprehendunt
in cauernas fugiunt, ne uideãtur? Et inimici noſtri
ſubſannauerũt nos. Sed uidetis qd ſequatur: Dñe
deus uirtutum conuerte nos, & oſtende faciẽ tuã,
& ſalui erimus. Vineam ex Aegypto tranſtuliſti, eie
ciſti gentes & plantaſti eam.) Nouimus, factum eſt.
Quæ gentes eiectæ ſunt? Amorræi, Cethæi, Hiebu-
ſæi, Gergeſæi, & Euçi, Quibus expulſis & uictis, in-
troductus eſt pp̃ls ex Aegypto liberatus in terram
p̃miſſionis. Vnde uinea eiecta ſit, & ubi plantata
ſit, audiuimus, Videamus qd deinde factũ eſt, quõ D
crediderit, quantũ creuerit, qd occupauerit. Vineã
ex Aegypto trãſtuliſti, eieciſti gẽtes & plantaſti eã.
Viam feciſti in cõſpectu eius, & plantaſti radices
eius & impleuit terrã.) Nunqd impleret terram, niſi
uia fieret in cõſpectu eius? Quę uia facta eſt in con
ſpectu eius? Ego ſum, inqt, uia, ueritas & uita. Meri- Ioan. 14.
to impleuit terrã. Hoc dictum modo de uinea iſta
qd perfectum eſt uſq; in finem. Veruntamen quid
prius? Operuit mõtes umbra eius, & arbuſta eius
cedros dei. Extendiſti palmites eius uſq; ad mare, &
uſq; ad flumen p̃pagines eius.) Hoc deſyderat offi-
cium expoſitoris, nõ ſufficit lectoris & laudatoris,
Adiuuate me intendendo. Solet.n. uineę huius cõ-
memoratio in hoc Pſalmo caliginẽ facere minus
intentis. Etenim magnitudo uineę huius iam à no
bis explicata eſt, & unde lacta eſt, & unde facta ſit
magna, p̃dictum eſt. Viã feciſti in cõſpectu eius, &
plantaſti radices eius, & impleuit terrã. Hoc de pfe-
ctione ipſius dictum eſt. Sed tñ prima gens Iudæa
fuit iſta uinea. Gens aũt Iudęa uſq; ad mare, & uſq;
ad flumẽ regnauit. Vſq; ad mare, apparet in ſcriptu Num. 34.
ra qd mare ibi uicinũ ſit. Et uſq; ad flumẽ Iordanẽ. E
Trans Iordanẽ.n. aliqd Iudæorũ collocatum eſt, in
fra Iordanẽ aũt tota gens. Ergo uſq; ad mare, & uſq;
ad flumen regnum Iudæorũ, Regnũ Iſrael nõ à ma-
ri uſq; ad mare, ſed & a flumine uſq; ad terminos or
bis terræ. Illa iã pfectio uineæ eſt, de qua hic prędi
xit, Viã feciſti in cõſpectu eius, & plantaſti radices
eius, & impleuit terrã. Cum tibi ergo p̃dixiſſet per-
fectionem, redijt ad initiũ, de quo initio ſit facta p
fectio. Initiũ uis audire? Vſq; ad mare, & uſq; ad flu-
men. Finẽ uis audire? Dñabitur à mari uſq; ad ma- Pſal. 71.
re, & à flumine uſque ad terminos orbis terræ: hoc
eſt, impleuit terrã. Videamus ergo teſtimonium A-
ſaph, qd factum eſt primæ uineæ: qd eſt expectan-
dum ſecundæ uineæ, imò eidẽ uineæ. Ipſa eſt.n. nõ
enim altera eſt. Inde xp̃s ſaluus ex Iudęis. inde Apo Ioan. 4.
ſtoli, inde primi credẽtes, & precia rerũ ſuarũ ante Acto. 2.
pedes Apoſtolorũ ponentes, inde oĩa hæc. Et ſi aliq & 4.
ex ramis fracti ſunt, pp incredulitatem fracti ſunt, Rom. 11.
tu aũt pp̃ls gentium fide ſta, Noli altum ſapere, ſed
time. Nam ſi deus naturalibus ramis non pepercit, F
neq; tibi parcet. Si aũt altum ſapis, non tu radicem
portas, ſed radix te. Quid ergo, uinea ante cuius cõ
ſpectum facta eſt uia? Facta eſt ut impleret terram.
Primo ubi fuit? Operuit montes umbra eius. Qui
ſunt montes? Prophetæ. Quare operuit illos umbra
eius? Quia obſcure locuti ſunt. Quare futura annũ
ciata ſunt? Audis a Prophetis, Obſerua ſabbatum,
octauo die circuncide infantẽ, offer ſacrificiũ arie-
tis, uituli, hirci, noli moueri, umbra eius eſt coope-
ries mõtes dei, Veniet & poſt umbrã manifeſtatio.
Et arbuſta eius cedros dei.i. cooperuit cedros dei al
tiſſimas ſedes dei. Sũt.n. cedri ſignificãtes ſuperbos
euertẽdos. Cedros Libani, altitudines mũdi operuit
creſcendo uinea iſta, Et mõtes dei oẽs ſanctos pro-
phetas patriarchas. Sed quouſq; extẽdiſti palmites
eius? Vſq; ad mare & uſq; ad flumẽ propagines eius.
Inde qd? Vt qd deſtruxiſti maceriã eius?) Iã uide-
tis euerſam illã gentẽ Iudęorũ, iã ex alio Pſalmo au- Pſal. 77.
diſtis, In dolabro & fractorio deiecerũt eã. Qñ fie-
ret, niſi eius maceria deſtrueret? Quę ẽ maceria ei⁹?
Munitio eius. Extitit.n. ſuperba aduerſus plantato
rẽ ſuũ, Sed ſeruos ad ſe miſſos & petentes mercedẽ Matt. 21.

G coloni flagellauerunt,& cæciderunt, & occiderūt.
Matt.21. Venit & unicus filius,dixerūt, Hic est hęres, uenite
occidamus eū ,& nr̄a erit hæreditas. Occiderunt &
extra uineā ꝓiecerūt. Proiectus magis posſidet un-
Esa.5. de ꝓiectus est. Sic.n.ei minaſ per Esaiā, Destruā ma
ceriam eius. Quare? Expectaui.n.ut faceret uuam,
fecit aūt spinas Expectaui inde fructum, & inueni
pc̄tm̄, Quid ergo q̄ris ó Asaph? Vt qd destruxisti ma
ceriam eius? Tu.n.nescis, Quare: Expectaui ut face
ret iudicium,& fecit iniqtatem. Non erat destruen-
da maceria eius? Et uenerunt gentes,destructa ma-
ceria,inuasa est uinea , ac delerū regnum Iudæorū.
Hoc primū plangit,sed non sine spe. De directione
enim cordis iam loqtur,id est, pro Assyriis,pro diri
† al. diri- pientibus † Psalmus est, Vt qd destruxisti maceriam
gentibus. eius? Et uindemiant eam oēs transeuntes uiam.)
Quid est,uiam transeuntes? Tpaliter dominantes.
Deuastabit eam aper de sylua.)Aprū de sylua qd
intelligim⁹: Iudæis porcus aduersus est,& in porco
ponunt tanquā immundiciā gentiū. A gentibus au
tem euersa est gens Iudæa , Sed rex ille q euertit,nō
tm̄ porcus immūdus,sed ēt aper fuit. Quid.n.aper,
H nisi porcus sæuus,porcus superbus? Aper de sylua
uastauit eam: De sylua,de gentibus. Etenim illa ui-
nea erat, gentes aūt syluæ erant. Sed qn̄ crediderūt
Psal. 95. gentes, qd dictum est? Tunc exultabunt oia ligna
syluarum. Deuastauit eam aper de sylua. Et singu
laris ferus depastus est eam.)Quid est singularis fe
rus? Ipse aper q deuastauit eam,singularis ferus. Sin
gularis,qa superbus. Hoc.n.dicit omnis superbus.
Ego sum,ego sum,& nemo. Sed quo fructu hæc?
Deus uirtutū cōuertere uero.)Quanuis hęc facta
sint,cōuertere uero. Respice de cœlo & uide & ui-
sita uineā istam. Et perfice eam quā plantauit dex-
Gene.12. tera tua.)Nō aliā institue, sed hanc perfice. Ipsum
& 26. est.n.semen Abrahā,ipsum est semen in quo bene-
dicuntur oēs gētes: ibi est radix,ibi portaſ oleaster
insertus. Perfice uineā istam quā plantauit dextera
tua. Sed ubi pficit? Et super filium hoīs quem con
firmasti tibi.)Quid euidentius? Quid adhuc expe-
ctatis ut uobis disputando exponamus,& non po-
tius uobiscū admirando clamemus, Perfice uineā
istam quā plantauit dextera tua, & super filiū hoīs
I eā perfice? Quem filium hoīs? Quem confirmasti ti
bi. Magnum firmamentū,ædifica quantum potes:
1.Cor. 3. Fundamentum.n.aliud nemo potest ponere , p̄ter
id quod positum est xp̄s Iesus. Succensa igni & ef-
fossa ab increpatione uultus tui pibunt.)Quę sunt
succensa igni & effossa,q̄ peribunt ab increpatione
uultus tui? Videamus & intelligamus quę sunt igni
succēsa & effossa. Quid increpauit xp̄s? Peccata. Ab
increpatione uultus eius pc̄tā pierunt. Quare ergo
2.sen.di. peccata igni succēsa & effossa. Oia peccata duæ res
43. Modi faciunt in hoīe,cupiditas & timor. Cogitate,discu
autem. tite,interrogate corda uestra, pscrutamini cōscias,
uidete utrum posſint esse peccata,nisi aut cupiēdo
aut timendo. Proponiſ tibi præmium,ut pecces,id
est,quod te delectet,facis pp quod cupis: sed forte
non induceris donis,terreris minis, facis pp quod
times, Corrumpere te uult aliqs,ut dicas,uerbi gra
tia,falsum testimoniū Innumerabilia sunt,sed pla-
niora propono,de qbus cętera coniiciatis. Attedi-
Math.16. sti tu deū,& dixisti in aio tuo, Quid prodest homi
ni si totum mundum lucretur,aiæ autem suę detri
mentum patiatur? Non adducor præmio, ut perdā
aiam meam pro lucro pecunię. Conuertit ille se ad K
incutiendū metum: q præmio corrumpere non ua
luit,incipit minari damnū,& expulsionem, cædes,
fortasſis mortē. Ibi iam si cupiditas non ualuit,for
te timor ualebit ut pecces. Porro autē si de scriptu
ris cōtra cupiditatē uenit tibi in mentē. Quid pro-
dest homini si totū mundum lucretur, aię aūt suæ
detrimentū patiatur? ueniat ēt contra timorem in
mentem, Nolite timere eos q corpus occidunt,ani Matt. 10
mam autē non possunt occidere. Quicunq̄ te uult
occidere,usq̄ ad corpus ei licet, usq̄ ad aiam nō li-
cet. Aia tua non morietur,nisi tu eam uolueris oc-
cidere. Perimat aliena iniqtas carnē tuam, dum ser
uet ueritas aiam tuā. Si autem à ueritate resilieris,
quid tibi amplius facturus est inimicus,q̄ tu tibi ip
se facis? Inimicus sæuiens carnem potest occidere,
tu autem dicendo falsum testimonium aiam occi-
dis. Audi scripturam, Os quod mētitur occidit ani Sapien. 1
mam. Itaq̄ fratres mei ad omne recte factum amor
& timor ducit. Vt facias bene, amas deum & times
deū: ut aūt facias male,amas mundū,& times mū-
dum. Hæc duo cōuertentur ad bonū. Amabas ter-
ram,ama uitā æternam: timebas mortē, time gehē L
nam. Quicquid tibi iniquo ꝓmiserit mundus, nū-
qd potest dare quantum dabit iusto de⁹? Quicqd
tibi iusto minatus fuerit mundus, nunqd pot face
re quod facit iniquo deus? Vis audire qd datur⁹ est
deus,si iuste uixeris? Venite benedicti patris mei,p Matt. 25
cipite regnum qd uobis paratū est ab origine mun
di. Vis audire qd facturus est impiis? Ite in ignē ęter Ibid.
num,q paratus est diabolo & angelis eius. Bene q-
dem tu nihil aliud uis,q̄ ut bene tibi sit. Nam in eo
quod amas, uis ut bn̄ tibi sit: & in eo quod times,
non uis ut male tibi sit: sed non in ea regione q̄ris,
in qua q̄rendum est. Festinas: nam & sine indigen-
tia uis esse & sine molestia. Bonum est qd uis,sed
tolera quod non uis,ut assequaris qd uis. Proinde
illius facies delens peccata, qd faciet? Quę sunt pec
cata? Succēsa igni & effossa. Quid fecerat amor ma
lus? Tanquam ignē succēderat. Quid fecerat timor
malus? Tanquā effoderat. Amor qppe inflāmat,ti-
mor humiliat: ideo pc̄tā mali amoris igne succensa
sunt,peccata mali timoris effossa sunt. Humiliat &
bonus timor,accēdit & bonus amor,sed aliter atq̄ M
aliter. Nam & colonus intercedens pro arbore quę
fructus nō dabat ne subuerteretſ,ait, Circumfodio Luc. 13.
eā & adhibeo cophinum stercoris. Fossa significat
piam humilitatē timētis,,& stercoris cophinus sor
des utiles pœnitētis. De igne aūt boni amoris dn̄s
dicit, Ignē ueni mittere in terram: quo igne inarde- Luc. 12.
scant spiritu feruentes,& dei ac ꝓximi charitate fla
grantes. Ac per hoc sicut oia iusta opa bono timo-
re & bono amore fiunt,sic malo amore & malo ti-
more oia peccata cōmittuntur. Ergo succensa igni
& effossa oia.s.peccata ab increpatione uultus tui
peribunt. Fiat manus tua sup uirū dexteræ tuæ,&
super filium hoīs quem confirmasti tibi: Et non di
scedimus à te.)Quā diu generatio praua & amari-
cans,& q̄ cor non dirigit suū, dicat Asaph,& ondat Psal.77.
se misericordia tua: Fac bene cū uinea tua, pfice il-
lam,qm̄ cæcitas ex parte in Israel facta est,ut pleni-
tudo gentiū introiret, & sic oīs Israel saluus fieret: Roma. 11
Demonstrata facie tua super uirū dexteræ tuę quē
confirmasti tibi,non discedimus à te. Quādiu nos
increpas? Quādiu accusas? Hoc fac & nō discedim⁹
à te.

A à te. Viuificabis nos,& nomen tuũ inuocabim⁹.) Tu nobis dulcis eris,uiuificabis nos.Nã prius amabamus terrã nõ te, sed mortificasti mẽbra nr̃a quæ sunt super terrã. Illud.n.uetus testamentũ habens promissa terrena,hoc uidetur suadere ne gratis colatur deus,sed quia aliquid dat in terra,ideo diligitur. Quid amas ut deum non ames? Dic mihi:Ama si potes aliquid quod ille nõ fecit. Circumspice uniuersam creaturã, uide utrum alicubi cupiditatis uisco teneatis, & a diligẽdo creatorẽ impediaris, nisi ea re quã creauit ipse quẽ negligis. Quare aũt amas ista,nisi quia pulchra sunt? Possunt esse tã pulchra, q̃ ille a quo facta sunt? Miraris hæc,quia illum non uides: sed per ea quæ miraris ama quem nõ uides. Interroga creaturam, si a se ipsa est, remane in illa. Si autem ab illo est,nõ ob aliud perniciosa est amatori,nisi quia præponitur creatori. Quare hoc dixi? Propter uersum istum fratres. Mortui ergo erant q propterea deum colebant, ut eis secundũ carnẽ bene esset. Sapere enim secundum carnem mors est,& mortui sunt qui nõ deum gratis colunt:id est,quia ipse bonus est,nõ q̃a dat talia bona,q̃ dat & non bonis. Pecuniam uis à deo? habet & latro. Vxorem, fœcunditatem,filios,salutem corporis,dignitatem seculi,attende q̃ multi mali habent, hoc est,totum propter quod eum colis. Nutabunt pedes tui,putabis te sine causa colere,quando in eis uides illa qui eum non colunt. Ergo ista dat omnia etiam malis, se solum seruat bonis. Viuificabis nos,nam mortui eramus quando terrenis rebus inhærebamus, mortui eramus quando terreni hominis imaginẽ portabamus. Viuificabis nos,innouabis nos:uitam interioris hominis dabis nobis.Et nomen tuũ inuocabim⁹.i.te diligemus : Tu nobis dulcis eris remissor peccatorum nostrorum,tu eris totum præmium iustificatorum. Domine deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus.

Col.3.

Roma.8.

B

In Psalmum LXXX. Enarratio.

1 Oqui ad uos de præsenti Psalmo suscepimus, adiuuet nocem nostrã qui & uestram. Etenim aliquanto est obtusior : dabit ei uires intentio audientiũ, & adiutoriũ iubẽtis ut loquar.

C Titulũ habet psalmus iste : In finem pro torcularibus qnta sabbati,psalmus ipsi Asaph.) In unũ titulũ multa sunt cõgesta mysteria, ita tñ ut limẽ psalmi indicet interiora. Cũ de torcularib⁹ locuturi sumus, nemo uestrũ aliqd expectet nos dicturos esse de lacu,de prelo,de fiscinis,qa nec ipse psalmus hoc habet,& ideo magis indicat mysterium. Nã & si aliquid tale psalmi textus contineret,nõ deesset q putaret ad literã esse accipienda torcularia, nec aliqd illic tale amplius requirendũ, nec mystice aliqd positum & sacrate significatũ, sed diceret simpliciter, psalmus de torcularib⁹ loquitur. Et tu mihi nescio qd aliud suspicaris?nihil hic tale audistis cũ legeretur. Ergo accipite torcularia mysteriũ ecclesiæ qd' nũc agitur. In torcularib⁹ animaduertimus quædã tria,pilũram,& de p̃ssura qdam duo,unum recondendũ, alterũ proijciendum. Fit ergo in torculari cõculcatio,tribulatio,pressus,& in his oleũ eliquatur occulte in gemellariũ, amurca publice per plateas currit. Intẽdite ad magnũ hoc spectaculũ. Non enim deserit deus dare nobis quod cũ magno gaudio expectemus : Aut circi insania huic spectaculo cõparanda est? Illa ad amurcã ptinet, hoc ad oleũ. Quãdo ergo auditis contumaciter garrire blasphemos & dicere,abundare pressuras tẽporibus Xpianis,scitis enim quia hoc amant dicere: & uetus quidem,sed à temporibus Xpianis cœpit prouerbium, Non pluit deus, dic ad Xpianos, quanq̃ priores ista dixerunt. Illi aũt modo dicunt & quia pluit deus, dicant Xpiani,non pluit deus,nõ seminamus,pluit deus,nõ trituramus, & inde uolunt superbire unde deberent amplius supplicare,eligẽtes blasphemare q̃ orare. Cũ ergo ista cõmemorant, cũ ista iactant, cũ ista dicunt,& contumaciter dicunt,nõ cũ timore,sed cũ elatione, nõ uos perturbent. Puta.n.quia pressuræ abundant, tu oleum esto. Nigra tenebris ignorantiæ amurca insultet,& illa tanq̃ per plateas proiecta publice insultet, tu apud te in corde tuo, ubi q uidet in occulto reddet tibi, liquare in gemellarium. Oliua in arbore qbusdã quidẽ tẽpestatib⁹ agitatur,non tamẽ p̃ssuris torcularis atteritur:ideo utrunq̃ simul pendet ex arbore,& quod proijciendũ est,& quod recondendũ est. Ut ubi ad torcular & p̃ssuras uẽtum fuerit,utrunq̃ discernitur,dirimitur,& aliud appetitur,aliud respuitur. Vultis nosse uim torcularium istorum ? Vt unũ aliquid dicã,unde & ipsi murmurant q ea faciunt : Quãtæ, inquiunt, rapinæ temporibus nostris, quantę p̃ssuræ innocentium,quantæ expoliationes rerũ alienarũ ? Ita sanè in amurcam attenditis , quia rapiuntur res alienæ: in oleum nõ attenditis,quia pauperibus donant & propriæ? Nõ habebat antiquitas tales raptores rerũ alienarum, sed habebat antiquitas tales donatores rerũ suarũ ? Aliquãto esto curiosior in torculari, noli hoc solũ uidere quod publice fluit, est aliquid qd' q̃rendo inuenias:discute,audi,cognosce q̃ multi faciunt quod ex ore domini cũ audisset unus diues tristis abscessit: Ex euangelio multi audiunt, Vade, uẽde oia q̃ possides,& da pauperib⁹,& habebis thesaurum in cœlis,& ueni sequere me. Non attendis q̃ multi id faciunt? Pauci,inquiunt,sunt:Ipsi tñ pauci oleum sunt:& qui bene utunt his rebus quas possident, ad oleum pertinent. Adiunge oia, & uidebis patrisfamiliàs tui plenas apothecas. Vides raptorẽ qualem nunquã uidisti. Vide cõtemptorem rerum suarum, qualem nunq̃ uidisti. Lauda torcularia,imple tur pphetia de Apocalypsi, Iustus iustior fiat,& sordidus sordescat adhuc. Ecce torcularia in hac sententia: Iustus iustior fiat,& sordid⁹ sordescat adhuc. Quare & qnta sabbati? Quid est hoc? Recurramus ad prima opera dei, ne forte ibi aliquid inueniam⁹, quo & sacramentũ intelligamus. Sabbatũ.n.septimus dies est, quo requieuit deus ab oibus operib⁹ suis,magnũ intimans mysteriũ quietis nostrę futuræ ab oibus operib⁹ nostris. Prima sabbati dicitur primus dies , quem dominicũ etiam nominamus : secunda sabbati,secũdus dies:tertia sabbati,tertius dies: quarta sabbati,quartus dies: quinta ergo sabbati,qntus dies à dominico die: post quẽ sexta sabbati,sextus dies:& ipsum sabbatum,septimus dies. Videte itaq; quib⁹ loquatur hic psalmus. Videtur.n. mihi q̃m baptizatis loquitur. Quinto.n die deus ex aquis creauit animalia. Quinto die.i.quinta sabbati dixit deus, Producant aquæ reptilia animarũ uiuarum. Videte ergo uos in quibus iam produxerunt aquæ reptilia animarũ uiuarum. Vos enim ad torcularia pertinetis, & in nobis quod pduxerunt aquæ,aliud eliquatur,aliud proijcitur. Sunt.n.multi

D

Matth.6.

E

Matt.19.

F

Apoc.22.

Gene.1.

Ibidem.

G ſicut puluerem carnes, & ſicut arenam maris uolatilia pennata. Et ceciderũt in medio caſtrorũ eorũ, circa tabernacula eorũ. Et mãducauerunt & ſaturati ſunt nimis, & deſideriũ eorũ attulit eis, non ſunt priuati à deſiderio ſuo.) Ecce quę diſtulerat. Quid autẽ diſtulerat, audiamus. Adhuc eſca erat in ore ipſorũ, & ira dei aſcẽdit in eos.) Ecce qd diſtulerat. Prius.n. diſtulit, & poſtea ignis accenſus eſt in Iacob, & in ira aſcẽdit i Iſrael. Diſtulerat ergo ut pri⁹ faceret, qd eũ facere non poſſe crediderant, deinde inferret qd eos pati oportebat. Nã ſi ponerẽt i deo ſpem ſuã, non ſolũ eis illa deſideria carnis, ſed etiã ſpũs implerentur. Qui.n. mãdauit nubibus deſup, & ianuas cœli apuit, & pluit illis mãna ad manducandum, & panẽ cœli dedit eis, ut panẽ angelorũ manducaret homo, q cibaria miſit eis in abundãtia, ut ſatiaret incredulos, nõ eſt inefficax dare credentibus uerũ ipſum de cœlo panẽ, quẽ manna ſignificabat, q uere cibus eſt angelorũ. Quod dei uerbum corruptibiles incorruptibiliter paſcit, qd᷑ ut manducaret homo, caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Ipſe.n. panis per nubes euãgelicas uniuerſo orbi pluit, & apertis pdicatorũ cordibus tanquam cœleſtibus ianuis, nõ murmurãti, & tentanti ſynagogæ, ſed credẽti, & in illo ſpem ponẽti Eccłiæ pdicatur. Qui tranſtulit Auſtrũ de cœlo, & induxit in uirtute ſua Aphricũ, & pluit ſup eos ſicut puluerẽ carnes, & ſicut arenã maris uolatilia pennata: Et ceciderũt in medio caſtrorũ eorũ, circa tabernacula eorũ: Et manducauerũt, & ſaturati ſunt nimis, & deſideriũ eorũ attulit eis, nec ſunt priuati à deſiderio ſuo. Põt & nõ tentantiũ, ſed credentiũ paruulam fidẽ, carne æditis uocũ ſignis & p aerẽ tranſcurrentibus, tanq̃ uolatilib⁹ paſcere, nõ tñ ab Aqlone uenientibus, ubi frigus & caligo pualent. i. eloquẽtia quæ huic ſeculo placet, ſed trãsferẽdo Auſtrũ de cœlo. Quò niſi ad terras? Vt q in fide ſunt paruuli, audiẽdo terreſtria, nutriant ad capiẽda cœleſtia. Si.n. terreſtria, inqt, dixi uobis, & non creditis, quõ ſi cœleſtia dixero uobis, credetis? Tranſlatus.n. erat ille de cœlo quodãmodo ubi mẽte exceſſerat deo, ut temperans eis eſſet qbus dicebat, Non potui uobis loq quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalib⁹. Ibi.n. audierat ineffabilia uerba, q̃ in terra illi non licebat loq, per uerbũ ſonantia quaſi p uolatilia pẽnata. Et inducẽdo in uirtute ſua Aphricũ, hoc eſt, p uẽtos meridianos feruẽtes & lucẽtes pdicantiũ ſpũs. Et hoc in uirtute ſua, ne ſibi tribuat Aphricus qd habet ex deo. Veniũt aũt ultro iſti uenti ad hoĩes, & apportant eis uerba diuinit⁹ miſſa, ut in ſuis ſedib⁹ & circa tabernacula ſua colligant eiuſmodi uolatilia, & adoret unuſquiſq; dñm de loco ſuo, oẽs inſulę gentium. Sed infidelib⁹ tanq̃ prauę & amaricãti gñationi, cũ adhuc eſca eſſet in ore ipſorũ, ira dei aſcendit in eos. Et occidit in plurimis eorũ.) Hoc eſt, plurimos eorũ. Vel ſicut nonnulli codices hñt: Pingues eorũ.) Quod qdem in Græcis quos habuimus, nõ inuenimus: ſed ſi hoc eſt uerius, qd aliud intelligẽdi ſunt pingues eorũ, niſi in ſupbia pualentes: de qbus dr̃: Prodijt quaſi ex adipe iniqtas eorũ? Et electos Iſrael impediuit.) Erant illic ẽt electi, quorũ fidei nõ contẽperabatur gñatio praua & amaricãs. Impediti ſunt aũt, ne aliqd eis pdeſſent, qbus pater no affectu cõſulere cupiebant. Quibus.n. deus iraſcitur, qd miſericordia cõferet humana: An potius ſimul cũ eis cõpeditos etiã electos intelligi uoluit, K ut q mente & uita diſcernebant, ad exẽplum nõ iuſtitiæ tm̃, ſed ẽt patientiæ cũ illis moleſtias ſuſtinerent? Nã ſanctos cũ peccatoribus non ob aliã forſitan cauſam ẽt captiuos ductos eſſe didicimus, qm̃ in Græcis codicibus non ἐμπόδισεν qd eſt impediuit, ſed συνεπόδισεν legimus, qd eſt potius cõpediuit. Sed generatio praua & amaricãs. In omnibus his peccauerũt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerũt in uanitate dies eorũ.) Cum poſſent ſi crederẽt, dies in ueritate ſine defectu hr̃e apud eũ cui dictũ eſt, Anni tui nõ deficient. Defecerunt ergo in uanitate dies eorũ. Et anni eorũ cũ feſtinatione.) Feſtinat qppe tota uita mortaliũ, & q̃ uidet̃ plixior, uapor eſt aliquãto diuturnior. Veruntamen cũ occideret eos, qrebant eum.) Non pp æternam uitã, ſed uaporem citius finire metuẽtes. Quærebant ergo eũ, nõ utiq; ij quos occiderat, ſed q exemplo eorũ occidi timebant. Sic autem de illis ſcriptura locuta eſt, tanquã hi deum qrerent q occidebantur, qa unus populus erat, tanquã de uno corpore dicitur: Et reuertebantur & diluculo ueniebant ad eum. Et rememorati ſunt, qm̃ deus eſt L adiutor eorũ, & deus excelſus redemptor eorũ eſt.) Sed hoc totum pp acquirenda temporalia bona, & uitanda temporalia mala. Nam q pp beneficia terrena deũ qrebant, nõ utiq; deum, ſed illa qrebant: qa eo modo timore ſeruili, non liberali dilectione deus colit̃. Sic ergo deus nõ colitur, hoc.n. colitur qd diligit̃. Vnde qa deus rebus oĩbus maior & melior inuenitur, plus oĩbus diligẽdus eſt ut colatur. Deniq; hic ſequẽtia uideamus. Et dilexerũt eum, inqt, in ore ſuo, & in lingua ſua mẽtiti ſunt ei. Cor autẽ ipſorũ non erat rectũ cũ eo, nec fideles habiti ſunt in teſtõ eius.) Aliud in lingua eorum, aliud in corde eorũ iueniebat, cui ſecreta hoim nuda ſunt, & ſine ullo obſtaculo qd potius amarent uidebat. Rectũ itaq; cor cũ deo eſt, qñ pp deum qrit deum. Vnam qppe concupiuit à dño, hanc requiret, ut in habitet in domo dñi ſemp, & contẽpletur eius delectationem: Cui dicit cor fideliũ, ſaturabor, nõ ollis carniũ Aegyptiorũ, nec melonibus & peponib⁹, & allio & cepis, q gñatio praua & amaricans ẽt pani cœleſti pferebat, nec mãna uiſibili atq; ipſis uolatilibus pẽnatis, ſed ſaturabor cũ manifeſtabitur gloria tua. Hæc eſt.n. hęreditas noui teſtamenti, in quo illi fideles habiti non ſunt, cuius tñ fides etiã tunc qñ uelabatur erat in electis, & nunc qñ iã reuelata eſt, non eſt in multis uocatis, Multi.n. ſunt uocati, pauci autẽ electi. Talis ergo erat generatio praua & amaricans, ẽt cum deum quærere uidetur, diligens in ore, & in lingua mentiens: in corde aũt non recto cum deo, ubi ea potius diligebat pp quæ dei adiutorium requirebat. Ipſe autẽ eſt miſericors, & pptius fiet peccatis eorũ, & non diſperdet eos. Et abundauit ut auerteret iram ſuã, & non accendit oẽm iram ſuam. Et recordatus eſt qa caro ſunt, ſpũs uadẽs & non reuertens.) In his uerbis multi ſibi iniqtatis impunitatem de diuina miſericordia pollicent̃, ẽt ſi tales eſſe pſtiterint, qualis generatio iſta deſcribit̃ praua & amaricans, q cor nõ direxit ſuũ, & nõ eſt creditus cum deo ſpũs eius, qbus conſentire non expedit. Si.n. ut ſcdm ipſos loquar, deus fortaſſe non perdet nec malos, ſine dubio nõ pdet bonos. Cur ergo nõ poti⁹ id eligimus,

Margin notes (left column): Num. 11. — Ioan. 1. — H — Ioan. 3. — 1. Cor. 3. — I — 2. Cor. 12. — Psal. 72

Margin notes (right column): K — Psal. 101 — L — Psal. 26. — Exo. 16 — M — Psal. 16 — Mat. 20.

A ubi dubitatio nulla est? Nã q in lingua sua mẽtiun
tur illi, cũ aliud habeat cor eoꝝ, putant utiq; & uo-
lunt q̃n pœnã æternam talibus comminatur, etiã
deum esse mendacem. Sed cũ ipsi eum mentiendo
non fallant, ille uerũ dicẽdo nõ fallit. Hęc itaq; uer-
ba diuinorum eloquiorum, de q̃bus sibi generatio
praua blãditur, nõ ea deprauet sicut cor suũ, q̃a &
illo deprauato ista recta p̃sistunt. Primo q̃ppe secũ
dũ hoc intelligi potest quod in Euangelio scriptũ
Mat. 5 est, Vt sitis sicut pater uester q in cœlis ẽ, q facit ori
ri solẽ suũ super bonos & malos, & pluit sup iustos
& iniustos. Quis.n. non uideat quanta misericor-
diæ patientia malis parcat? Sed ante iudicium. Sic
ergo pepercit illi gẽti, ut nõ accenderet oẽm iram
suã ad eam penitus eradicandã atq; finiendã: quod
Exod. 32. in uerbis ei⁹ & intercessione pro peccatis eoꝝ Moy
si serui eius euidẽter apparet, ubi deus dicit, Deleã
eos, & faciam te in gentem magnã. Ille intercedit,
paratior deleri pro ipsis q̃ ipsos, sciẽs apud miseri-
cordem se id agere, q̃ quoniã nullo modo deleret
ipsum, etiam illis ipsis parceret pp ipsum. Videam⁹
enim quantum pepercerit, & adhuc parcat. Nã in-
B troduxit eos in terrã promissionis, & seruauit eã gẽ
tem quousq; se xp̃m interficiendo sceleri omnium
maximo colligarent. Quod eos ex illo regno eradi
catos p cuncta gentiũ regna disseminauit, nõ utiq;
deleuit, sed manet idẽ populus prolis successione
Gene. 4 seruatus, uelut Cain signo accepto, ne quis eum oc
cidat, id est, penitus p̃dat. Ecce quẽadmodũ imple
tur quod dicitur, Ipse aũt est misericors, & propitius
fiet peccatis eoꝝ, & non disperdet eos, & abũdauit
ut auerteret irã suam, & nõ accendit omnem iram
suam: q̃a si oĩs ira eius, id est, quantum digni sunt
in eos accenderetur, gens illa nulla relinqueref. Ita
Ps. 100 deus cui cantatur misericordia & iudiciũ, & in isto
Mat. 5 seculo p misericordiã facit oriri solem suum super
bonos & malos, & in fine seculi p iudiciũ ab æter-
na luce sua separatos, æternis tenebris punit malos.
Deinde ne nim diuinis uerbis inferre uideamur, &
ubi dictũ est, Nõ perdet eos: nos dicam⁹, sed postea
p̃det eos: de hoc ipso p̃senti Psalmo usitatissimam
scripturę locutionẽ aduertam⁹, unde ista q̃stio mul
to diligẽti⁹ uerius q; soluat. Certe de his ipsis loquẽs
paulo post, cũ cõmemorasset q̃ p̃pter eos Aegyptij
C perpessi fuerãt, cõmemorãs etiã ultimum plagam,
Et pcussit, inq̃r, omne premitium in terra Aegypti,
primitias laboris eoꝝ in tabernaculis Cham. Et ab
stulit sicut oues populũ suũ, & perduxit eos tãquã
gregẽ in deserto. Et eduxit eos in spe & non timue-
runt, & inimicos eoꝝ operuit mare: Et induxit eos
in montẽ sanctificationis suæ, montẽ quem acq̃si-
uit dextera eius: Et eiecit a facie eoꝝ gentes, & sorte
distribuit eis terrã in funiculo distributionis. Si q̃s
ad hæc uerba nobis inferens q̃stionẽ dicat, quo
modo eis hæc oĩa collata esse commemoranf, cum
ipsi non fuerint perducti in terrã promissionis, q
ab Aegypto liberati sunt, q̃m illi mortui sunt, quid
respondebimus nisi eos dictos, q̃a idem ipse popu
lus fuit per successionẽ filiorum? Sic ergo cũ audi-
uim⁹ maxime q̃a futuri temporis uerba sunt, Et p̃
pitius fiet peccatis eoꝝ, & non disperdet eos, & abũ
dauit ut auerteret iram suam, & nõ accendit oẽm irã
suã: intelligam⁹ in his impletũ, de q̃bus dicit Apo-
Roma. 11 stolus, Sic ergo & in hoc t̃pe reliquiæ per electionẽ
gratiæ saluæ factæ sunt: unde etiam dicit, Nunq̃d

repulit deus plebẽ suam? Absit. Nam & ego Israeli- D
ta sum ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebręus Ibidem
ex Hebræis. Hos igitur scriptura p̃uidit q in xp̃m
fuerant ex isto populo credituri, & accepturi pecca
torum remissionẽ, usq; ad illud maximum, quo in-
sanientes ipsum medicũ peremerũt. Hinc oĩno di-
ctum est, Ipse autem est misericors, & propitius fiet
peccatis eorũ, & nõ disperdet eos, & abundauit ut
auerteret iram suam, q̃a etiã illud remisit, q̃ ab eis
unicus filius eius occisus est. Et non accendit oẽm
iram suam, q̃a reliquiæ salutę factę sunt. Et recor-
datus est, q̃a caro sunt, spiritus uadens & nõ reuer-
tens. Ideo eos uocãdo & miserando p suam gratiã
ipse reuocauit, q̃a p seipsos redire nõ possent. Quo-
modo.n. redit caro spiritus ambulãs & non reuer-
tens, urgẽte se in ima malorũ atq; longinqua pon-
dere meritorũ, nisi p electionem gratiæ, quæ non
meritis tanquã merces redditur, sed tanquã donũ Roma. 4.
gratis datur, ut iustificetur impius, & redeat ouis p Mat. 12
dita, nõ tñ in uiribus suis, sed in humeris reporta-
ta pastoris, quæ se p̃dere potuit, dum spõte uagare-
tur, se aũt inuenire nõ potuit? Nec omnino inueni-
retur, nisi pastoris misericordia q̃reretur. Non.n. & E
ille filius ad hanc ouem nõ pertinet, qui reuersus
in semetipsum dixit, Surgã & ibo ad patrem meũ? Luc. 15.
Occulta itaq; uocatione & inspiratione etiã ipse q̃
situs est, & resuscitatus, non nisi ab illo q uiuificat
oĩa. Et inuẽtus, à quo, nisi ab illo q perrexit saluare Luc. 19.
& q̃rere quod perierat? Mortu⁹.n. erat & reuixit, pe- & 15.
rierat & inuẽtus est. Nam & illa non leuis sic solue
retur quæstio, q̃ in prouerbijs scriptum est, cum de
uia iniq̃tatis scriptura loqueretur, Oẽs qui ambu- Prouer. 2
lant in eam non reuertentur. Sic n dictum est, quasi
de iniquis hominibus desperandum sit. Scriptura
uero gratiã cõmendauit, q̃a per seipsum homo po-
test in illa ambulare, nõ potest aũt per seipsum redi
re, nisi gr̃a reuocatus. Hi ergo praui & amaricantes.
Quoties exacerbauerunt eum in deserto, & in ira
concitauerũt eũ in inaquoso? Et cõuersi sunt & tẽ
tauerunt deũ, & sanctum Israel exacerbauerunt.)
Eandẽ illorũ infidelitatem repetit, quam superius
iã cõmemorauerat: sed repetẽdi causa est, ut com-
memorent plage quas inflixit Aegyptus pp illos: q̃
omnia utiq; recordari debuerunt, neque existere in
grati. Deniq; q̃d sequitur? Non sunt recordati ma- F
nus ei⁹, in die qua redemit eos de manu tribulan-
tis.) Et incipit dicere quæ fecit Aegyptijs. Posuit
in Aegypto signa sua, & prodigia sua in cãpo Tha- Exo. 7
neos. Et conuertit in sanguinem flumina eorũ, &
imbres eorũ ne biberent, Vel potius, manatiões a-
quarũ.) Sicut nõnulli melius intelligũt quod Grę
ce scriptũ est τὰ ὀμβρήματα, quas Latine scaturigines
dicim⁹, ab imo aquas ebulliẽtes. Foderũt.n. Aegy-
ptij, & sanguinem pro aq̃s inuenerũt. Misit in eos
cynomyiã, & comedit eos: & ranam, & disperdidit Exo. 8
eos. Et dedit erugini fructũ eorum, & labores eoꝝ Psal. 104
locustæ. Et occidit in grandine uineas eorũ, & mo Exo. 10
ros eorũ in pruina. Et tradidit grãdini iumenta eo Exo. 9
rum, & possessionem eorum igni. Misit in eos iram
indignationis suæ, indignationẽ & iram & tribula
tione, immissionem p angelos malos. Viam fecit se Ibidem.
mitæ iræ suæ, & nõ pepercit à morte animarum eo
rum, & iumenta eorũ in mortem conclusit Et per-
cussit omne primitiuũ i terra Aegypti, primitias la
borum suorũ in tabernaculis Cham.) Hæ oẽs Ae-

G gyptiorũ pœnæ allegotica interpretatione exponi
Exo.12. possunt, prout ea quisq; intelligere, & reb⁹ ad quas
referendę sunt cõparare uoluent. Quod nos quoq;
facere tentabimus, tãto aptius facturi, quanto ma-
gis diuinitus fuerimus adiuti. Ad hoc.n. Psalmi hu
Psal.134. sus illa uerba cõstringunt, ubi dictũ est, Aperiã in
& 135. parabolis os meũ, eloquar ꝓpositiones ab initio.
Propter hoc qppe ẽt aliqua hic dicta sunt, quę om
nino accidisse Aegyptijs nõ legimus, cũ oẽs eorum
plagę in Exodo diligentissime ex ordine contexã-
tur, ut qm̃ id quod ibi non dictum est, non frustra
in Psalmo dictum esse certi sumus, neq; id interpre
tari nisi figurate possumus, simul intelligamus ẽt
cætera q̃ facta esse constat, ob aliquã figuratam si-
gnificationem facta atque conscripta. Facit.n. hoc
scriptura in multis locis propheticoꝝ eloquiorũ:
Dicit aliqd quod in illa re gesta quam uidetur cõ-
memorare non inuenitur, immo & aliter esse inue-
nitur, ut hinc intelligaſ nõ hoc dicere qd potest pu
tari, sed aliud potius quod magis debet aduerti, si-
Psal.71 cut est illud, Dominabitur á mari usq; ad mare, & à
flumine usq; ad terminos orbis terræ. Quod in il-
H lius Salomonis regno constat nõ esse completum,
de quo putari posset iste Psalmus loq, cum de xp̃o
dño loqueretur. In plagis ergo Aegyptioꝝ q̃ sunt in
libro q Exodus nominatur, ubi maxime scriptura
curauit, ut ea qbus afflicti sunt, oĩa ex ordine dice-
rentur, non inuenitur qd habet iste Psalmus, Et de
Exo. 9. dit erugini fructus eoꝝ. Illud etiã quod cum dixis-
set, Et tradidit grãdini iumenta eorum: addidit, Et
possessionẽ eorum igni: De iumẽtis grandine occi-
sis legitur in Exodo: ꝙ uero possessio eorum igne
cremata sit, oĩno non legimus: Quamuis uoces &
grandines cũ igne fierent, sicut tonitrua cũ fulgo-
ribus solent, non tñ scriptum est aliquid traditum
igni ut arderet. Deniq; mollia q̃ lædere grando nõ
poterat, dñr non esse percussa, id est, duris ictibus
læsa, q̃ postea comedit locusta. Item quod hic dr̃,
Et moros eorũ in pruina: non est in Exodo: multũ
enim pruina distat a grandine, nã serenis hyemali-
bus noctibus pruina terra canescit. Quid ergo ista
significent, dicat tractator ut potest, iudicet lector
& auditor ut iustũ est. Aqua in sanguinẽ conuersa
I mihi uidetur significare de rerũ causis sentire car-
naliter. Cynomyia, canini mores sunt, q nec paren
tes qñ nascuntur uident. Rana est loquacissima ua
nitas. Rubigo occulte nocet, quam ẽt eruginẽ non
nulli interpretati sunt, alij caniculã, qd malum cui
uitioꝝ aptius cõparatur, nisi quod difficillime ap-
paret, sicuti est multũ de se fidere. Aura est.n. noxia
q hoc in fructibus latenter operatur, sicut in mori
bus occulta superbia, qñ se quisquam putat aliqd
esse cum nihil sit. Locusta est malitia ore lædẽs, in-
fideli.s. testimonio. Grando est iniquitas, res alie-
nas auferens, unde furta, rapinę, ꝑdationesq; nascũ
tur, plus aũt uitio suo uastatur ipse uastator. Prui-
na significatur uitiũ, quo charitas ꝓximi stultitiæ
tenebris uelut nocturno frigore congelascit. Ignis
uero si nõ ille hic cõmemoratur q erat in grãdine
ex fulgurantibus nubibus, qm̃ hic dixit, Tradidit
possessionẽ eorum igni: ubi eã significat utiq; incẽ
dium, qd ignis ille fecisse non legitur, immanitatem
ergo iracundiæ mihi uidetur significare, qua & ho
micidium admitti potest. Morte pecorũ figuratum
est, quantũ arbitror, damnum pudicitiæ. Concupi
scentiã qppe qua fœtus exoritur, cõem cum pecori K
bus habemus. Hãc itaq; edomitã habere & ordina-
tam, pudicitiæ uirtus est. Mors primitiuoꝝ est amis
sio ipsius iustitiæ, qua quisq; humano generi socia
lis est. Sed siue ita se habeãt harũ rerum figuratæ si De tēpo-
gnificationes, siue aliter melius intelligãtur, quem re ser.95.
non moueat ꝙ decem plagis ꝑcutiuntur Aegyptij,
& decẽ ꝓcepta scribuntur tabulę, qbus regatur po
pulus dei? De qbus econtrario inter se cõparandis,
id est, plagis & ꝓceptis, qm̃ alibi diximus, expositio
nẽ Psalmi huius in his onerari nõ opus est, tm̃ ad-
monemus, qa & hic etsi non eodem ordine, decem
tñ Aegyptiorũ plagę cõmemorantur, dũ pro his tri
bus q̃ sunt in Exodo, & hic non sunt.i. scyniphes, Exo. 8. et
ulcera, tenebræ, alię tres cõmemorantur q̃ ibi non 9. & 10.
sunt, id est, rubigo, pruina, & ignis, nõ fulgurũ, sed
cui dicta est tradita possessio eorum, qd ibi non le
gitur, Satis autẽ hic expressum est iudicio dei fieri
hæc in illis per angelos malos, in hoc seculo mali-
gno, tanquã in Aegypto & in campo Thaneos, ubi
humiles esse debemus, donec ueniat seculũ ubi ex-
altari ex ista humilitate mereamur. Nã & Aegyptus
in Hebræa lingua, tenebras uel tribulationes signi L
ficat: in qua lingua Thanis sicut supra commemo
raui, humile intelligitur esse mãdatũ. De angelis er
go malis in isto psalmo, cũ de ipsis plagis loquere-
tur, sic interpositũ est, qd nõ trãsitorie ꝑtereundũ
est: Misit in eos, inqt, irã indignationis suę, indigna
tionẽ & iram & tribulationẽ, immissiones per an-
gelos malos. Esse autẽ diabolũ & angelos eius tam
malos, utiq; ut eis ignis ꝑparetur æternus, nullus fi
delis ignorat. Sed immitti p eos immissionẽ super
quoslibet à dño deo, quos hac pœna iudicat di-
gnos, durũ uidetur eis q minus idonei sunt cogita
re quẽadmodũ summa dei iustitia bene utaſ & ma
lis. Quos qdem quantũ ptinet ad eorũ substantiã,
qs alius q̃ ipse fecit? Sed malos ipse nõ fecit, utiſ tñ
eis q bonus est bene.i. conuenienter & iuste: sicut
econtra iniq creaturis eius bonis utũtur male. Vti
tur ergo deus angelis malis, non solũ ad puniẽdos
malos, sicuti in istis oibus, de qbus loqtur psalm⁹,
sicut in rege Achab, quẽ fallaciæ spũs ex dei uolun 3.Re.22.
tate seduxit, ut caderet in bello: uerumetiã ad pro- M
bandos & manifestãdos bonos, sicuti fecit in Iob. Iob.1.
Quòd aũt pertinet ad istã materiam corporalẽ ui-
sibiliũ elementoꝝ, puto ꝙ ea possunt uti angeli &
boni & mali, quantu cuiq; potestas est, quemadmo
dum & hoĩes boni maliq; utuntur talibus, quantũ
possunt pro modulo infirmitatis humanæ. Nam &
terra utimur & aqua & aere & igne, non solũ in ne-
cessarijs rebus sustẽtationis nr̃æ, uerumetiã in mul
tis supfluis & ludicris, & mirabilr̃ artificiosis operi
bus, Nã innumerabilia q̃ appellãtur μηχανήματα his
elemẽtis arte tractatis modificantur. Sed in hęc an
gelis longe amplior est potestas & bonis & malis,
quamuis utiq; maior bonis, sed quantũ dei nutu at
que ordine iubetur aut simiſ, sicut & nobis Neq;.n.
in his oia q̃ uolumus possumus. In libro aũt fideliſ
simo legimus diabolũ potuisse ẽt de cœlo ignẽ im
mittere, ad sancti uiri tm̃ pecorũ numerũ mirabili
& horrendo impetu consumendũ: qd diabolo tri-
buere nemo fidelium fortassis auderet, nisi sanctæ
scripturæ authoritate legereſ. Sed ille uir dei dono Iob.1.
iustus & fortis & pie pitus, non ait, Dñs dedit, dia-
bolus abstulit: sed, dñs dedit, domin⁹ abstulit: opti

A me ſciens diabolũ etiã quod facere de iſtis elemen
tis poterat, nõ tamẽ ſeruo dei, niſi domino uolẽte
ac pmittente fuiſſe factã malitiam diaboli confide
bat: quoniã qs illa in ſe probãdo uteretur, ſciebat.
Ephe. 2 In filijs uero diffidentiæ tanquã in ſuis mancipijs
operaſ, queãdmodũ hoies in pecoribus ſuis, & il-
Cõcor. 8. lic tñ quantum de iuſto iudicio ſinitur. Sed aliud
ſen. di. 7. eſt quando poteſtas eius etiam ſuis ſicut ei placet
illud quo tractandis maiore poteſtate prohibeſ, aliud qñ ei
que. poteſtas etiã in eos, qui ab illo alieni ſunt, datur. Si
cut homo de pecore ſuo ꝓ humano captu facit qđ
uult, nec ſanè facit ſi ꝓhibeaſ à poteſtate maiore:
de alieno aũt pecore ut faciat, expectat ſibi ptãtem
dari ab illo cuius eſt. Ibi ergo poteſtas q̃ fuerat ꝓhi
betur: hic aũt quæ non fuerat, tribuitur. Quæ cum
ita ſint, ſi p angelos malos deus illas plagas inflixit
Aegyptijs, nunqd audebimus dicere, & aquã in ſan
guinem p eoſdem angelos uerſam, & ranas p eoſdẽ
Exo. 7 angelos factas, quorũ ſimilia etiã Magi Pharaonis
ueneficijs ſuis facere potuerũt, ut angeli mali ex u-
traq; parte cõſiſterent, hinc illos affligẽtes, inde ſal
lentes, ſcđm iudiciũ & diſpenſationẽ iuſtiſsimi &
B omnipotentiſsimi dei iuſte utentis ẽt iniquoꝝ ma
Exo. 8. litia? Nõ audeo dicere. Vnde.n. ſcyniphes facere ma
gi Pharaonis minime potuerunt? An qa hoc pmiſsi
ipſi angeli mali nõ ſunt? An qđ uerius dicendũ eſt,
occulta cauſa eſt, & uires nr̃ę inquiſitionis excedit?
Nam ſi ppea per malos angelos illa deum feciſſe pu
tauerimus, quia pœnæ infligebantur, nõ beneficia
præſtabantur, tanquã nemini deus pœnas irroget
p angelos bonos, ſed p illos uelut militiæ cœleſtis
carnifices, cõſequens erit, ut ẽt Sodomã per malos
angelos euerſam eſſe credam⁹, & malos angelos A-
Gen. 19. braam & Loth hoſpitio ſuſcepiſſe uideantur, quod
& 18. abſit ut contra ſcripturas aptiſsimas ſentiam⁹. Cla
ret igitur iſta hoibus fieri p bonos & malos ange-
los poſſe. Quid aũt qñ fieri oporteat me latet, illũ
uero q facit nõ latet, & cui uoluerit reuelare. Verũ-
tamen quantũ nr̃ę intentioni ſcriptura diuina mo
deratur, malis pœnas irrogari, & p bonos angelos
ſicut Sodomitis, & p malos angelos ſicut Aegyptijs
legim⁹: iuſtos uero corporalib⁹ pœnis p bonos an-
gelos tentari & ꝓbari nõ mihi occurrit. Quod ue-
C ro ptinet ad p̃ſentem pſalmi huius locũ, ſi ea q̃ mi-
rabiliter de creaturis facta sũt, malis angelis tribue
re nõ audemus, habem⁹ qđ eis tribuere ſine dubi-
tatiõe poſſumus, mortes pecoꝝ, mortes primitiuo-
rũ, & illud maxime unde religata ſunt oĩa obdura
tionẽ cordis eoꝝ, ut pplm dei nollent dimittere.
Exo. 4. Hãc.n iniquiſſimã & malignißimam obſtinatio-
Ephe. 2 nẽ deus cũ facere dicit, nõ inſtigando & inſpirãdo,
ſed deſerendo facit, ut illi operentur in filijs diffidẽ
tiæ, qđ deus debite iuſteq; pmittit: nam & illud qđ
Eſa. 64. Eſaias propheta dicit, Domine ecce tu iratus es, &
nos peccauimus, propterea errauimus, & facti ſu-
mus ſicut imundi oẽs: ea ratione intelligitur. Præ-
ceſsit.n. aliqd unde deus iuſtiſsime irat⁹ ab eis ſuũ
lumen auferret, ut in peccata q̃ nulla tergiuerſatiõe
defendi pñt nõ eſſe peccata, cęcitas humanæ men-
tis offenderet ab itinere iuſtitię deuiãdo & errãdo.
Pſal. 104 Et quod in alio pſalmo ſcriptũ eſt de hiſipſis Aegy
ptijs, ꝙ deus conuerterit cor eorum ut odiſſent po
pulũ eius, & dolũ facerent in ſeruos eius, bene cre-
ditur deus feciſſe p illos angelos malos, ut etiam ui
tioſæ mentes filioꝝ infidelitatis p eos angelos qui-
bus eadẽ amica ſunt uitia, excitarenſ in odium po D
puli dei, atq; ad terrendos & corrigẽdos bonos illa
mirabilia ſequerentur. Illa.n. mala moꝝ q̃ his cor-
poralibus plagis ſignificata eſſe prædiximus, pro-
pter quod dictum eſt, Aperiã in parabolis os meũ:
p malos angelos exerceri in eos q illis diuina æqui
tate ſubduntur, conuenientiſsime creditur. Neq; n.
enim fit quod ait Apls, Tradidit illos deus in con- Roma. 1
cupiſcentias cordis eoꝝ, ut faciant quę non conue
niunt: non illic mali angeli tanq̃ in materia ſui ope
ris uerſantur & gaudent, qbus iuſtiſsime ſubdita ẽ
uitioſitas humana, p̃ter eos quos liberat gr̃a. Et ad
hæc qs idoneus? Vnde cum dixiſſet, Miſit in eos irã
indignationis ſuæ, indignationẽ & iram & tribula
tionem, immiſsionẽ p angelos malos: illud quod
addidit, Viam fecit ſemitę irę ſuę; cuius tandẽ acies
ſufficit penetrare, ut intelligat capiatq; ſniam in tã-
ta profunditate latitantẽ? Erat.n. ſemita iræ dei, q̃
Aegyptiorum impietatem occulta æquitate puni-
ret, ſed eidem ſemitæ uiam fecit, ut eos, tanq̃ ex ab-
ditis p malos angelos in manifeſta ſcelera pducẽs,
in euidẽtiſsimos impios euidentiſsime uindicaret.
Ab hac ptãte maloꝝ angeloꝝ non liberat hominẽ E
niſi gratia dei: de qua dicit Apoſtol⁹, Qui eruit nos Coloſ. 1
de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnũ filij
claritatis ſuæ: cuius rei populus iſte figuram gere-
bat, cũ eſſet erut⁹ de poteſtate Aegyptioꝝ, & traſla-
tus in regnũ terræ promiſsionis fluentis lac & mel,
quod ſuauitatem ſignificat grę. Sequitur ergo poſt
commemorationem plagarum Aegyptioꝝ pſalmi⁹,
& dicit: Et abſtulit ſicut oues pplm ſuum, & perdu
xit eos tanq̃ gregem in deſerto. Et deduxit eos in
ſpe & nõ timuerũt, & inimicos eoꝝ operuit mare.) Exo. 14
Tanto fit hoc melius, quanto interius, ubi eruti de
poteſtate tenebrarum in regno dei mente transferi
mur, & ſcđm paſcua ſpiritalia efficimur oues dei,
ambulantes in hoc ſeculo uelut in deſerto, qm̃ ne-
mini eſt fides nr̃a conſpicua: unde dicit Apls, Vita Coloſ. 3.
ueſtra abſcondita eſt cum xp̃o in deo. Deducimur Roma. 8
autẽ in ſpe, qm̃ ſpe ſalui facti ſumus, nec timere de- Ibid.
bemus. Si enim deus pro nobis, quis cõtra nos? Et
inimicos noſtros operuit mare. Aboleuit in baptiſ
mo remiſsione pc̃torum. Deinde ſequitur: Et in-
duxit eos in montem ſanctificationis ſuæ.) Quan F
to melius in ſanctã Eccleſiã? Montem quem acq-
ſiuit dextera eius?) Quanto eſt Eccleſia ſublimior
quã acqſiuit xp̃s de quo dictũ eſt, Et brachiũ dñi Eſa. 53.
cui reuelatum eſt? Et eiecit à facie eorum gentes.)
Et à facie fidelium ſuorum. Nam quodãmodo gen
tes ſunt gentilium errorum maligni ſp̃us. Et ſor-
te diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.) Et
in nobis oĩa operatur unus atq; idem ſp̃us, diuidẽs 1. Cor. 12.
ꝓpria unicuiq; prout uult. Et habitare fecit in ta-
bernaculis eoꝝ tribus Iſrael.) In tabernaculis, inq̃,
gentium habitare fecit tribus Iſrael: Quod ſpirita-
liter ſic melius deſyderandũ †puto, ut ad cœleſtem †al. diffe
gloriã, unde peccantes angeli eiecti ſunt, nos p xp̃i rendum.
gratiã ſubleuemur. Illa.n. generatio praua & ama-
ricãs, qm̃ iſtis beneficijs corporalibus imponebat
tunicam uetuſtatis. Tentauerunt adhuc & exacer
bauerunt deũ excelſum, & teſtimonia eius nõ cu-
ſtodierunt. Et auerterunt ſe & non ſeruauerunt pa
ctũ, queãdmodum patres eoꝝ.) Pacto.n quodam
& placito dixerunt, Omnia q̃ locutus eſt dñs deus Exo. 19.
noſter, faciemus & audiemus. Notandum ſanè qđ

G ait, Quẽadmodum pr̃es eoꝝ: cum per totũ psalmi
textum tanq̃ de hominibus eisdem loqui uideat:
apparet tñ nunc de illis dici, qui iam erant in terra
promissionis, & patres eoꝝ dictos q in eremo ama
ricauerunt. Conuersi sunt, inqt, in arcum prauũ.)
Vel sicut alij codices habent: In arcũ peruersum.)
Quid aũt hoc sit, in eo quod sequitur magis appa-
ret ubi ait: Et in ira concitauerunt eũ in collibus
suis.) In idololatriam eos prosiluisse significat. Ar-
cus ergo puersus est, non pro noie dñi, sed contra
Exo. 20. nomen dñi, qui dixit eidem populo, Non erunt ti-
bi dij alij præter me. Per arcũ autem significat ani-
mi intentionem. Hoc ipsum deniq; psalmus plani⁹
exprimens. Et in sculptibilibus suis, inqt, ad æmu
lationẽ eũ prouocauerunt. Audiuit deus & spre-
uit.) Id est, auertit & uindicauit. Et ad nihilũ rede
git nimis Israel.) Deo qppe spernente quid remanse
runt, q deo adiuuãte fuerunt qđ fuerunt? Nimirum
autem rem istam gestam cõmemorat, qñ uicti sunt
1. Reg. 4. ab Allophylis tpe Heli sacerdotis, & arca dñi capta
est, & magna strage uastati sunt. Hoc est qđ dicit:
Et repulit tabernaculum Sylo, tabernaculum suũ
H ubi habitauit in hominibus.) Eleganter exposuit
quare repulerit tabernaculum suum, cum ait, ubi
habitauit in hoibus, Cum ergo digni non essent in
qbus habitaret, cur non repelleret tabernaculũ qđ
utiq; pp se non instituerat, sed pp ipsos quos iam iu
dicabat indignos in quibus habitaret? Et tradidit
in captiuitatem uirtutem eorum, & pulchritudinẽ
eorum in manus inimici.) Ipsam arcam unde sibi
uidebant inuicti, & unde sibi plaudebant, uirtutẽ
& pulchritudinem eoꝝ dicit. Deniq; & postea male
uiuentes, & de tẽplo dñi gloriantes, terret per pro-
phetam dicẽs, Videte quid feci Sylo, ubi erat taber
naculum meum. Et conclusit in gladio populum
suum, & hæreditatẽ suam spreuit. Iuuenes eoꝝ co-
medit ignis:) Id est, ira. Et uirgines eoꝝ non sunt
lamẽtatę.) Quia neq; hoc uacabat in hostili metu.
Sacerdotes eoꝝ in gladio ceciderunt, & uiduæ eo
rũ non plorabant.) Ceciderunt enim in gladio fi-
1. Reg. 4. lij Heli, quoꝝ unius uxor uiduata, & mox in partu
I mortua, pp eandem pturbationem plangi non po-
tuit honore funeris. Excitatus est tanq̃ dormiens
dñs.) Videtur enim dormire, qñ populum suũ dat
in manus eorum quos odit, ubi eis dicitur: ubi est
deus tuus? Excitatus est ergo tanq̃ dormiens dñs:
Psal. 41. Tãquã potẽs †crapulatus à uino.) Nullus hoc de
†al. por- deo dicere auderet, nisi spiritus eius. Dixit enim, si-
tans. cut uidetur impijs insultantib⁹, q uelut ebrius diu
dormiat, qñ nõ tam cito q̃ putant, hominibus sub
1. Reg. 15 uenit. Et percussit inimicos suos in posteriora.) Il
los utiq; qui gaudebant q arcam eius captiuare po
tuerũt: percussi enim sunt in sedibus suis. Quod ei⁹
pœnæ signum mihi uidetur, quia quisq; cruciabit
Philip. 3 si in posteriora respexerit, quæ, sicut Apostolus ait,
æstimari debent ut stercora. Qui. n. sic suscipiũt te-
stamẽtum dei, ut ueteri uanitate non se exuãt, siles
sunt hostib⁹ populi eius, q arcam testamenti capti-
Esa. 40 uatam iuxta sua idola posuerũt: & illa qdem uetera
etiam illis nolentibus cadunt: quia ois caro fœnũ,
& claritas hois ut flos fœni. Fœnum aruit, flos deci
dit, arca autem dñi manet in æternum, secretũ scili
cet testamenti regnũ cœloꝝ ubi est æternũ uerbũ
dei. Sed illi qui posteriora dilexerunt, ex ipsis iustis
sime cruciabuntur. Opprobrium sempiternũ de-
dit illis. Et repulit tabernaculũ Ioseph, & tribum K
Ephrẽ non elegit. Et elegit tribũ Iuda.) Nõ dixit,
repulit tabernaculum Ruben, q fuit primogenitus
Iacob, nec eos q sequuntur, & Iudam nascẽdo præ-
cedunt, ut illis repulsis & non electis, trib⁹ Iuda eli- Gene. 49
geretur. Poterat. n. merito dici illos repulsos, qa &
in bñdictione Iacob, qua filios suos benedixit, pec
cata eoꝝ cõmemorans grauiter detestat, q̃uis in eis
tribus Leui sacerdotalis tribus esse meruerit, unde
ẽt Moyses fuit. Nec dixit, repulit tabernaculum Be- Exo. 2
niamin: uel, tribũ Beniamin nõ elegit: ex qua rex es 1. Reg. 9.
se iã cœperat: nã ĩde electus fuerat Saul. Vnde ex ip 1. Reg. 16
sa uicinitate tpis, qñ ille repulsus est atq; reproba-
tus, & Dauid electus, conuenienter posset hoc dici,
nec tñ dictũ est: sed eos potissimum nominauit, q
clarioribus meritis uidebantur excellere. Nam Io-
seph pauit in Aegypto patrem & fratres suos, & im- Gene. 41
pie uenditus, merito pietatis, castitatis, sapiẽtiæ iu-
stissime sublimatus est, & Ephrẽ maiori fratri aui
sui Iacob bñdictione p̃latus est: & tñ deus repulit
tabernaculũ Ioseph, & tribũ Ephrẽ non elegit. Vbi Gene. 48
p hæc p̃clari meriti nomina, qđ aliud q̃ uniuersum
pplm illum uetusta cupiditate à dño terrena præ- L
mia requirentem, repulsum & reprobatum intelli-
gimus: electam autem tribum Iuda, non pro meri-
tis ipsius Iudæ? Longe qppe maiora sunt merita Io
seph, sed p tribum Iuda, qm̃ inde extitit xp̃s secun-
dum carnem, nouum populum xp̃i illi populo ue-
teri prælatum scriptura testatur, aperiente dño in
parabolis os suum. Iam uide etiam quod sequitur:
Montem Sion quem dilexit.) Ecclesiam xp̃i meli⁹
intelligimus, non pp præsentis temporis beneficia
carnalia deum colentem, sed futura & æterna præ-
mia oculis fidei longe speculantẽ. Nam & Sion spe
culatio interpretatur. Deniq; sequitur: Et ædifica-
uit sicut unicornioꝝ sanctificationem suam.) Vel
sicut quidam interpretes uerbũ nouum fecerunt.
Sanctificiũ suum.) Vnicornij recte intelliguntur,
quoꝝ firma spes in unũ illud erigitur, de quo dicit
alius Psalmus, Vnam petij à dño hãc requiram. San Psal. 26
ctificium uero dei est secũdum Apostolum Petrũ, 1. Pet. 2.
intellecta plebs sancta & regale sacerdotiũ. Quod M
uero sequit: In terra quã fundauit in æternũ.) Qđ
habent Græci codices εἰς τὸν αἰῶνα, utrũ in æternũ
an in seculum dicat à nobis, in Latinoꝝ interpretũ
potestate est, qm̃ utrũq; significat, & ideo hoc in La
tinis codicibus, illud in alijs inuenitur. Habent ali-
qui etiam pluraliter, id est, in secula, quod in Græ-
cis quos habuimus nõ inuenimus. [illegible]s uero fide
liũ dubitet Ecclesiã ẽt si alijs abeuntib⁹, alijs ueniẽ
tibus ex hac uita mortali transit, tñ in æternũ esse
fundatam? Et elegit Dauid seruũ suum.) Tribũ er- 1. Reg. 16
go Iuda pp Dauid, Dauid autem pp xp̃m. Tribum
igitur Iuda pp xp̃m, Quo transeunte clamauerunt
cæci, Miserere nobis fili Dauid: Et continuo miseri Mat. 20
cordiæ eius lumen receperunt, quia uerum erat qđ
clamauerunt. Hoc igitur non transeunter dicit, sed
attente commendat Apostolus scribens ad Timo-
theum, Memor esto xp̃m Iesum resurrexisse a mor- 2. Tim. 2
tuis ex semine Dauid, secundum Euangeliũ meũ,
in quo laboro usque ad uincula tanq̃ malefaciens,
sed sermo dei nõ est alligatus. Ipse itaq; saluator se-
cundum carnẽ factus est ex semine Dauid, figurat
in hoc loco noie Dauid, aperiente domino in para
bolis os suum. Nec mouet quod cũ dixisset, Et ele-

git

A git Dauid: quo nomine xp̄m significauit : addidit,
seruum suū: nō, filiū suum. Imo uero hinc agnosca
mus, non patri coæternā unigeniti substantiā, sed
formā serui susceptā ex semine Dauid. Et sustulit
eum de gregib⁹ ouium, & de post fœtantes accepit
eū, Pascere Iacob seruū suum, & Israel hæreditatem
suam,) Ille quidem Dauid, ex cui⁹ semine caro xp̄i
est, ab officio pastorali pecoꝝ, ad hominum regnū
translatus est. Noster autem Dauid ipse Iesus ab ho
minibus ad hoīes, a Iudæis ad gentes, tn̄ sc̄d' in pa-
rabolam ab ouibus ad oues allatus atq; translatus
est. Non sunt.n. modo in terra illa Ecclesiæ Iudææ
in xp̄o, quæ fuerunt circuncisorum recenti passio-
ne, & resurrectione dn̄i nostri, de quib⁹ dicit Apl's,
Gala. 1. Eram autē ignotus facie Ecclesiis Iudææ, quæ sunt
in Christo : Tantum autem audiebant, quia is qui
aliqn̄ nos persequebatur, nunc euangelizat fidem
quam aliqn̄ uastabat, & in me magnificabāt dn̄m.
Iam hinc illæ ecclesiæ transierunt populoꝝ circun
cisorum : ac per hoc in Iudæa q̄ modo in terra est,
non est modo Christus, Ablatus est inde, nūc gen-
tium greges pascit. Sanè de post fœtantes inde ac-
B ceptus est. Illæ qppe priores fuerunt tales, de quali-
Canti. 4. bus dicitur in Cantico canticoꝝ, uni Ecclesię q̄ cō
stat ex multis. i. uni gregi, cuius membra sunt mul-
ti greges. De talibus ergo ei dicitur, Dentes tui. i. per
quos loqueris, uel per quos in corpus tuum uelut
manducando cæteros traiicis, Hoc itaq; significan
tes dētes tui, sicut grex detonsarū ascēdentes de la-
uacro, q̄ oēs geminos creāt, & sterilis non est in eis.
Act. 2. & 4. Deposuerunt enim tunc uelut uellera, onera seculi,
qn̄ ante pedes Apostolorum uenditarum rerū sua-
rum precia posuerunt, ascendentes de lauacro illo,
de quo eos admonet Apl's Petrus, sollicitos quod
Act. 2 xp̄i sanguinem fuderint, & dicit, Agite pn̄iam, & ba
ptizetur unusquisq; uestrum in nomine dn̄i nostri
Iesu Christi, & dimittētur uobis peccata uestra. Ge
minos aūt creauerunt, opera scilicet duorum præ-
ceptoꝝ geminæ charitatis, dilectionis dei, & dile-
ctionis proximi, unde sterilis nō erat in eis. De post
ilias oues fœtātes Dauid nr̄ acceptus, nūc alios gre-
ges pascit in gentibus, & ipsos Iacob & Israel. Sic.n.
dictū est, Pascere Iacob seruum suū, & Israel hæredi
tatem suam. Non enim, qa ex gentib⁹ sunt istę oues,
C ideo ab illo semine alienatę sunt, qd̄ est Iacob & Is-
rael. Semen est.n. Abrahæ, semen promissionis, de
Gene. 21. quo ei dn̄s dixit, In Isaac uocatur tibi semen. Quod
Roma. 9 exponēs Apl's, Non, inquit, filii carnis, sed filii pro-
Gala. 3 missionis deputantur in semine. Ex gentib⁹.n. erāt
fideles quibus dicebat, Si aūt uos xp̄i, ergo Abrahę
semen estis, & secundum repromissionē hæredes.
Quod uero ait, Iacob seruū suum, & Israel hæredita
tem suā: more suo scriptura repetiuit eandem sentē
tiam, nisi forte quispiā sic distinguere uelit, ut hoc
tp̄e Iacob seruiat: tunc autem sit æterna hæreditas
dei, qn̄ uidebit deum facie ad faciē, unde Israel no-
men accepit. Et pauit eos, inquit, in innocētia cor
dis sui.) Quid illo innocētius, q ullum pc̄m̄, nō so
lum à quo uinceretur, sed etiam quod uinceret, nō
habebat? Et in intellectu manuum suarum dedu
xit eos.) Vel sicut aliqui codices habent, In intel-
lectib⁹ manuum suarū.) Alius putaret ita congruen
tius potuisse dici, Innocētia manū & intellectu cor
dis. Hic autem q magis q̄ alius quid loqueretur scie
bat, cordi maluit adiungere innocentiā, & manib⁹
intelligentiam. Illud propterea quantum existimo, D
quia multi sibi uident innocētes qui nō faciūt ma
la, cū timent ne patiant si fecerint, uellent autem fa
cere si impune potuissent. Tales uideri possent hr̄e
innocentiam manuum, non tn̄ cordis. Et q̄ tandē
aut qualis est ista innocentia: si cordis non est, ubi
homo factus est ad imaginē dei? Quod uero ait, In
intellectu uel in intelligētia manuū suarū seduxit
eos: uidet mihi eam dixisse ipse intelligentiam, quā
fecit in credentib⁹, Ideo manuū suarum. Facere qp-
pe ad manus pertinet, Sed si sic pn̄t intelligi manus
dei, quia & xp̄s sic homo, ut etiam deus : hoc certe
& ille Dauid de cuius est iste semine facere non po
terat in pp̄lo, cui sicut homo regnabat: sed ille hoc
facit, cui recte aīa fidelis dicere pōt, intelligere me
facito, & perscrutabor legē tuā. Proinde ne ali illo Psal. 118.
erremus, dum de nr̄a uelut ex nobis sit intelligen-
tia fidim⁹, eius manib⁹ nos credendo subdamus Ip
se in nobis eam faciat ut intelligētia manuū suarū
nos deducat, erutos ab errore, eoq; pducat ubi iā n̄
possimus errare. Hic est fructus pp̄li dei, attēdentis
legē dei, & Inclinantis aurē suā in uerba oris ei⁹, ut
dirigat in eo cor sursum, & sit cū illo creditus spūs E
eius: ne immutetur in gn̄ationem prauam & ama-
ricantem, sed his oibus sibi annunciantis, non so-
lum ad p̄sentem uitam, uerūetiam ad ęternam, nec
tm̄ ad recipienda bonoꝝ operū præmia, sed etiam
in ipsa bona opa facienda, ponat in deo spem suā.

In Psalmum septuagesimumoctauum Expositio.

I N titulo Psalmi huius tam breui & simpli-
ci immorandum eē non puto. Prophetiā ue-
ro, quā hic præmissam legimus, euidenter
scimus impletā. Cum enim ista canerentur tp̄ibus
regis Dauid, nihil tale adhuc contigerat ex aduersi
tate gētiū ciuitati Hierusalem, nec tēplo dei, quod
nec ædificatū adhuc erat. Post mortē qppe Dauid
filiū eius Salomonē deo templum fecisse quis ne-
sciat? Dicitur ergo tanq̄ præteritum, quod in spiri-
tu uidebat esse futurum. Deus uenerunt gentes in
hæreditatē tuam.) Qua loquendi consuetudine ēt
illud est prophetatum de dn̄i passione, Dederunt
in escā meā fel, & in siti mea potauerunt me aceto:
& alia q̄ in eodem Psalmo, uentura uelut facta nar-
rantur. Nec illud mirandum est q; deo ista dicun-
tur. Non.n. nescienti indicātur quo reuelante præ- F
sciūtur, sed anima cū deo loquitur pietatis affectu
quem nouit deus. Nam & angeli q̄ hominibus nun
ciant, nescientibus nunciant : q̄ aūt deo nunciant,
scienti nunciant qn̄ illi offerunt orationes nostras,
& ineffabili modo de actib⁹ suis æternam ueritatē
tanq̄ legē incōmutabilē consulunt. Et iste ergo ho
mo dei dicit deo qd' discat à deo, tanquā discipul⁹
magistro nō ignorāti, sed iudicāti: ac sic aut pban-
ti qd' docuit, aut qd' nō docuit reprehendenti, ma
xime qa specie p̄senti Propheta eos in se transfigu-
rat, qui tunc futuri essent qn̄ ista ueniebant. Solent
aūt in oratione dici deo q̄ uindicans fecerit, & ad-
iungi petitio, ut iam misereat & parcat. Hoc mō &
hic dicuntur, à quo p̄dicuntur, tanquā ab eis dican
tur quibus acciderunt, & ipsa deploratio atq; p̄ca-
tio, prophetatio est, Deus uenerūt gentes in hæredi
tatē tuā. Polluerunt tēplum sanctū tuū, posuerūt
Hierusalem in pomoꝝ custodiā. Posuerunt morti-
cina seruoꝝ tuoꝝ escas uolatilib⁹ cœli, carnes san-

G ctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem
eorum sicut aquã in circuitu Hierusalẽ, & nõ erat qui
sepeliret.) Si in ista prophetia quisquã nostrũ eã ua
stationẽ Hierusalẽ intelligendã putauerit, quæ fa-
cta est à Tito Imperatore Romano, cum iam dñs
Iesus xp̃s post resurrectionẽ & ascensionẽ suã præ-
dicaretur in gentibus, non mihi occurrit q̃uo dici
potuerit iam ille populus hæreditas dei nõ tenens
xp̃m, quo reprobato & occiso factus est reprobus,
qui in eum nec post eius resurrectionẽ credere uo-
luit, & insup martyres eius occidit. Ex illo.n. popu
lo Israel quicunq; in xp̃m crediderunt, quib' facta
est xp̃i præsentatio, & quodãmodo promissio red-
ditio salubris atq; fluctuosa, de quibus & ipse dñs
Mat. 15. dicit, Non sum missus nisi ad oues q̃ perierunt do-
mus Israel, ipsi ex illis sunt filij p̃missionis, ipsi de-
putantur in semine, ipsi p̃tinent ad hæreditatẽ dei.
Mat. 1 Hinc sunt Ioseph homo iustus, & uirgo Maria q̃ pe-
Luc. 1 perit xp̃m. Hinc Ioannes Baptista amicus sponsi, &
parentes eius Zacharias & Helizabet. Hinc Simeon
Luc. 1. & 2. senex & Anna uidua, qui xp̃m non loquentẽ, sensu
corporis audierunt, sed adhuc infantem nõ loquẽ
tem, spiritu cognouerũt. Hinc beati Apostoli. Hinc
H Nathanael, in quo dolus nõ erat. Hinc ali' Ioseph q
Ioan. 1 expectabat ẽt ipse regnum dei. Hinc tanta illa mul
Luc. 23. titudo q̃ præcedebat & sequebatur iumentũ ei' di
cens, Benedictus qui uenit in noie dñi, In qua erat
Mat. 21 & cõgregatio puerorum, in quibus dixit impletũ,
Psal. 8. Ex ore infantiũ & lactentiũ perfecisti laudẽ. Hinc
Act. 2. & 4. etiam illi post ei' resurrectionẽ, quorum die uno tria
milia, & alio q̃nq; milia baptizati sunt, in aiam unã
& cor unum cõflati charitatis igne, quorum nemo di
cebat aliquid proprium, sed erãt illis oĩa cõmunia.
Act. 7 Hinc sancti diaconi, quorum Stephan' ante Ap̃los
martyrio est coronatus. Hinc tot Ecclesiæ Iudææ
Gal. 1 q̃ in Christo erant, quibus erat facie Paulus ignot',
notus autẽ sæuitia famosissima, sed notior xp̃i mi-
sericordissima gratia. Hinc & ipse secũdũ p̃missam
Gen. 49. de se prophetiam, Lupus rapax, mane rapiens, & ad
uesperum diuidens escas: id est, prius rapiens perse-
cutor ad mortẽ, postea pascẽs prædicator ad uitã.
Hi erant ex illo pp̃lo hæreditas dei, Vnde ait & ipse
Roma. 11 minimus Apostolorum doctor gentium, Dico ergo,
Nunqd deus repulit plebẽ suam? Absit. Nam & ego
Israelita sũ ex semine Israel, de tribu Beniamin. Nõ
I repulit deus plebẽ suam quã præsciuit. Hęc plebs q̃
ex illa gente xp̃i corpori accessit, hæreditas dei est.
Nam quod ait Ap̃ls, Non repulit de' plebem suam
quã præsciuit, illi Psalmo utiq; respondit, ubi scri-
Psal. 93. & 94 ptum est, Qm̃ non repellet dñs plebẽ suam. Vbi au
tem sequitur, Et hæreditatẽ suam non derelinquet,
ibi euidenter apparet, talem plebem esse hæredita-
Rom. 10. tem dei. Vt enim hoc diceret, & Ap̃ls supra comme
morauerat Propheticum testimonium de prænun
ciata futura incredulitate populi Israel. Tota die ex
Esa. 65 pandi manus meas ad populũ nõ credentẽ & con-
tradicentẽ. Hic ergo ne quisquã male intelligẽs uni
uersum illũ populum crimine incredulitatis & cõ-
tradictionis arbitret esse damnatũ, cõtinuo subie-
Roma. 11. cit, Dico ergo, Nunqd repulit deus plebẽ suã? Absit.
Nam & ego Israelita sum ex gñe Israel, de tribu Be-
niamin. Hinc oñdit quã plebem diceret, utiq; popu
li prioris, quã si totam deus repulisset atq; damnas-
set non utiq; ipse Christi esset apostolus, Israelita ex
semine Abraham, tribu Beniamin. Adhibet autem

ualde necessariũ testimonium dicẽs, An nescitis in K
Helia qd dicit scriptura, quẽadmodum interpellat Ibidem.
deum aduersus Israel? Dñe, prophetas tuos occide- 3. Reg. 19
runt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum so
lus, & q̃runt animam meam Sed qd dicit illi r̃nsum
diuinum: Reliqui mihi septẽ milia uirorum, qui non
incuruauerũt genua sua ante Baal. Sic ergo & in tẽ
pore hoc reliquię p electionẽ gr̃ę saluæ factæ sunt.
Istę reliquiæ sunt ex illa gente hæreditatis dei, non
illi de q̃bus paulo post dicit, Cæteri uero excæcati
sunt. Sic.n. ait, Quid ergo? Quod q̃rebat Israel, hoc
nõ est consecutus? Electio aũt consecuta est, cæteri
uero excæcati sunt. Ista igit electio, istæ reliq̃æ, ista Roma.
plebs dei quã non repulit deus hæreditas ei' dicit.
In illo aũt Israel q non est consecutus hoc, illis cæ-
teris excæcatis nõ erat iã hæreditas dei, de qua di-
ci posset post xp̃i in cœlis glorificationem tp̃e Titi
imperatoris, Deus uenerũt gẽtes in hęreditatẽ tuã,
& cætera q̃ de illius populi & templi & ciuitatis ua
statione uident in hoc Psalmo esse p̃dicta. Proinde
aut ea debemus intelligere q̃ facta sunt ab alijs ho
stibus, anteq̃ xp̃s uenisset in carne. Non enim erat
alia tũc hęreditas dei, ubi & prophetæ sancti erãt,
qñ facta est transmigratio in Babyloniã, grauiterq; L
gens illa uastata est, & sub Antiocho ẽt Machabæi 4. Re. 25.
horrẽda p̃pessi, gloriosissime coronati sunt: Ea p̃p- 1. Mac. 1.
pe dicta sunt in hoc Psalmo, q̃ solent fieri etiã stra-
ge bellorum: Aut certe si post resurrectionẽ & ascẽsio
nem dñi accipienda est hic commemorata hæredi
tas dei, ea sunt intelligenda q̃ à cultoribus idolorum
& inimicis nominis xp̃i, ecclesia eius in tanta mar-
tyrum numerositate perpessa est. Quanq̃.n. Asaph
synagoga interpretet, q̃ est cõgregatio, idq; nomen
usitatius insederit genti Iudæorum, tñ & ecclesiam
istam posse dici cõgregationẽ & illũ ueterem pp̃lm
dictũ esse ecclesiam, iam in alio Psalmo satis apteq;
mõstrauimus. Hæc igit ecclesia, hæc hæreditas dei
ex circũcisione & p̃putio cõgregata i. ex populo Is Psal. 117.
rael: & ex cæteris gentib' per lapidem quem repro-
bauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli,
in quo angulo tanq̃ duo parietes de diuerso uenie
tes copularent. Ipse est.n. pax nr̃a q fecit utraq; unũ, Ephe. 2
ut duos conderet in se in unũ nouũ hoiem, faciẽs
pacẽ, & coadunaret utrosq; in uno corpore deo, in
quo corpore sumus filij dei, clamãtes, abba p̃r. Ab- Roma. 8.
ba pp illorum linguam, pater pp nr̃am. Hoc enim est M
abba quod & pater. Vnde dñs qui dixit, Non sum Gal. 4
missus nisi ad oues q̃ perierunt domus Israel, osten Mat. 15
dens illi genti redditã præsentiæ ipsius promissio- Ioan. 10.
nẽ: ait tñ alio loco, Habeo alias oues q̃ non sunt ex
hoc ouili, oportet me & ipsas adducere, ut sit unus
grex & unus pastor: gentes significãs quas erat ad-
ducturus, non q̃dem p suã p̃sentiam corporalẽ, ut
illud uerũ sit, Non sum missus nisi ad oues q̃ perie- Mat. 15.
rũt domus Israel: sed tñ per euangeliũ suum quod
erãt disseminaturi speciosi pedes annunciantiũ pa Rom. 10.
cẽ, annunciantiũ bona. In oẽm terram.n. exiuit so- Psal. 18
nus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Hinc &
Apostolus ait, Dico enim xp̃m Iesum ministrũ fuis Roma. 15
se circuncisionis pp ueritatem dei ad confirmãdas
promissiones patrum. Ecce quod est, Non sum mis Mat. 15
sus nisi ad oues q̃ perierunt domus Israel. Deinde
subiungit Apostolus, Gẽtes aũt super misericordiã
glorificare deũ. Ecce qd est, Habeo alias oues q̃ nõ Ioan. 10.
sũt de hoc ouili, oportet me & ipsas adducer, ut sit

A unus grex & unus pastor. Quod utrumq; breuiter dictum est in eo qd de prophetia idem Apl's commemorat, Lætamini gentes cũ plebe eius. Iste ergo unus grex sub pastore uno, hæreditas dei est, nó solum patris sed ẽt filij. Nã filij uox est, Funes ceciderunt mihi in ꝑclaris, etenim hæreditas mea ꝑclara est mihi, Et ipsius hæreditatis uox est apud ꝓphetam, Dñe deus noster posside nos. Hanc hæreditatem nó moriens pr̃ filio reliqt, sed ipse filius eã sua morte mirabiliter acquisiuit, cũ resurrectione possedit. Si ergo de hac intelligendũ est qđ in Psalmi huius ꝓphetia canit, Deus uenerunt gentes in hereditaté tuam: ut uenisse gentes accipiamus in ecclesiam, nó credendo, sed ꝑsequendo: id est, eã inuasisse uoluntate delendi atq; omnino ꝑdendi, sicut tot persecutionũ exẽpla monstrarunt: oportet ut qđ sequitur, Polluerunt templum sctm̃ tuum, non in lignis & lapidibus, sed in ipsis intelligatur hoibus, de qbus, tanquã lapidibus uiuis, construi dicit Apostolus Petrus domũ dei. Vnde & apl's Paulus aptissime, Templũ, inqt, dei sctm̃ est qđ estis uos. Hoc itaq; templũ ꝑsecutores in his utiq; polluerũt, quos

B ad negandũ xp̃m, terrendo uel cruciãdo coegerũt, atq; ut idolis supplicarent uehementer instãdo fecerunt, Quoꝝ multos pnia reparauit atq; ab illa inquinatione mundauit. Pœnitentis.n. uox est, Et à delicto meo munda me, & cor mundũ crea in me deus, & spm̃ rectum innoua in uisceribus meis. Iã uero qđ sequitur, Posuerunt Hierusalem in pomoꝝ custodiam: & ipsa ecclesia hoc noie recte intelligitur, Hierusalẽ libera mater nr̃a, de qua scriptũ est, Lætare sterilis q̃ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis, qm̃ multi filij desertæ magis q̃ eius q̃ habet uirum. In custodiã pomoꝝ, quod dictũ est, desertionem intelligẽdam existimo, quam fecit uastitas persecutionum, id est, uelut custodia pomorum, qa deseruntur pomoꝝ custodię cũ poma trãsierint. Et certe qñ gentilibus persequẽtibus, ecclesia deserta uisa est, in cœlestẽ mensam spũs martyrum, tanquã de horto dñico multa & suauissima poma transierunt. Posuerũt, inqt, morticina seruorum tuoꝝ, escas uolatilibus cœli, carnes sanctorũ tuoꝝ bestijs terræ. Quod dictũ est, morticina: hoc

C repetitũ est, carnes. Et qđ dictũ est, seruoꝝ tuorũ: hoc repetitũ est, sanctorum tuorũ. Illud tm̃modo uariatũ est, uolatilibus cœli & bestijs terrę. Melius sanè interpretati sunt q̃ morticina posuerũt, q̃ sicut quidam mortalia. Morticina.n. non dr̃ nisi mortuorum, mortalia uero ẽt uiuorum corporum nomen est. Cum ergo sicut dixi ad agricolam suũ spiritus martyrum uelut poma transissent, morticina eoꝝ & carnes eorum posuerunt uolatilibus cœli & bestijs terræ, quasi quicquã eoꝝ resurrectioni deperiret. Ex oculis naturę finibus totũ reintegratur ab illo, cui & capilli capitis nr̃i numerati sunt. Effuderunt sanguinẽ eoꝝ sicut aquam.i. abundãter & uiliter, in circuitu Hierusalẽ. Si Hierusalem terrenã urbem hic accipimus, eorũ sanguinẽ intelligimus effusum in circuitu eius, quos hostes extra muros reperire potuerũt. Si aũt Hierusalem illam intelligimus, de qua dictum est, Multi filij desertæ, magis q̃ eius quę habet uirum: circuitus eius est per uniuersam terram. In ea quippe lectione prophetica ubi scriptum est, Multi filij desertæ magis q̃ eius quę habet uirũ: paulopost ei dicit, Et q eruit te, deus Israel

Rom. 15. — *Psal. 139.* — *1. Petr. 2.* — *1. Cor. 3.* — *Psal. 50.* — *Gala. 4.* — *Esa. 54.* — *Morticina.* — *Mortalia* — *Matt. 10* — *Gal. 4.* — *Esa. 54.*

uniuersæ terræ uocabit. Circuitus ergo huius Hierusalẽ in hoc Psalmo intelligẽdus est, quousq; tunc fuerat eadẽ Ecclesia dilatata, fructificãs & crescens in uniuerso mũdo. Qm̃ in omni parte eius persecutio sęuiebat, & martyrũ stragẽ, quoꝝ sanguis sicut aqua effundebat, cum magnis lucris thesauroꝝ cœlestium faciebat. Quod uero adiunctũ est, Et non erat q sepeliret: aut non incredibile debet uideri tã magnũ in aliqbus locis fuisse terrorem, ut sepultores sanctoꝝ corporũ nulli ꝓrsus existerent: aut certe qa isepulta cadauera i multis locis diu iacere potuerũt, donec à religiosis quodãmodo furata sepelirentur. Facti sumus, inqt, opprobriũ uicinis nostris.) Ideo preciosa nó in cóspectu hoium à qbus hoc erat opprobriũ, sed in conspectu dñi mors sanctoꝝ eius. Subsannatio & irrisio.) Vel ut qdam interpretati sunt, Illusio eis q in circuitu nr̃o sunt.) Repetitio est snīæ supioris. Nã qđ supra dictũ est, opprobriũ: hoc repetitũ est, subsannatio & irrisio, Et qđ supra dictũ est, uicinis nr̃is: hoc repetitũ est, eis q in circuitu nr̃o sunt. Proinde scd'm Hierusalẽ terrenã uicini, & q in circuitu gentis eius, utiq; aliæ

E gentes intelliguntur: Scd'm aũt Hierusalem liberã matrẽ nr̃am, uicini sunt & in circuitu ei', inter quos inimicos suos habitat Ecclia in circuitu orbis terrarum. Deinde iã manifestã precẽ fundens, unde intelligatur supioris afflictionis cõmemoratio nó esse quasi indicatio sed deploratio: Vsquequo, inqt, dñe irasceris in finem, exardescet uelut ignis zelus tuus?) Rogat utiq; ne deus usq; in finẽ irascatur.i. ne illa tãta pressura & tribulatio atq; uastatio usq; in finẽ perseueret, sed temperet correptionẽ suã, secundum illud qđ in alio Psalmo dr̃, Cibabis nos pane lachrymarũ, & potabis nos in lachrymis in mensura. Nã quousq; dñe irasceris in finem: ita dictum est, ac si diceretur, Noli dñe irasci in finem Et in eo qđ sequitur, Exardescet uelut ignis zelus tu': utrunq; subaudiendũ est, & quousq;, & in finẽ, ac si diceret, Quousq; exardescet uelut ignis zel' tu' in finem? Nã ita hic duo ista subaudiẽda sunt, sicut superius unũ illud qđ dictum est, posuerunt. Nã cum habeat prior snīa, Posuerunt morticina seruoꝝ tuorum escas uolatilib' cœli: hoc uerbũ posterior non hẽt, ubi dictũ est, Carnes sanctoꝝ tuorũ bestijs ter

F ræ: sed subauditur utiq; qđ habet superius, posuerunt. Ira porrò & zelus dei, non sunt ꝑturbationes dei, sicut nónulli scripturas quas nó intelligunt arguũt: sed noie iræ intelligit uindicta iniqtatis, nomine zeli exactio castitatis, ne aia legẽ dni sui contẽnat, & à deo suo fornicãdo dispereat. Hęc ergo ipso affectu in hoium afflictione sunt turbulenta, in dei aũt dispositione tranqlla sunt, cui dictũ est, Tu aũt dñe uirtutum cum tranquillitate iudicas. Satis aũt ostenditur his uerbis ꝑp peccata hominibus licet fidelib' has fieri tribulationes, quãuis hinc florescat martyrũ gloria merito patientiæ, & pie sustẽtato in flagello dñi moderamine disciplinæ. Hoc Machabęi inter sæuissima tormẽta, hoc tres uiri inter noxias flãmas, hoc Prophetę sancti in captiuitate testant. Quãuis.n. paternã correptionem fortissime & piissime perferrent: nó tñ tacẽr hæc accidere meritis peccatoꝝ. Horum.n. uox est, & in Psalmis, Emendans emendauit me dñs, & morti non tradidit me. Flagellat.n. oẽm filium quem recipit. Et qs est filius cui non det disciplinam pater eius? Quod

Psal. 115. — *Psal. 79.* — *Sapi. 12.* — *1. Mac. 7.* — *Danie. 3.* — *Psal. 17* — *Hebr. 12.*

G uero adiungit: Effunde iram tuā in gentes quæ te non nouerūt,& in regna quæ nō inuocauerūt no-
Hier. 10. men tuū.) Etiam ista prophetatio est, nō optatio: Non maleuolētię uoto ista dicūtur, sed spiritu præ uisa pdicūtur: sicut de Iuda traditore, q̄ mala illi su erāt pro suis meritis euentura, ita prophetata sunt, quasi optata sint. Queadmodum.n. Propheta non imperat xpo, quamuis modo imperatiuo ꝓnunciet
Psal. 44 quod dicit, Accingere gladio tuo circa femur potē tissime. Specie tua & pulchritudine tua, & intēde & ꝓspere procede & regna. ita nō optat, sed ꝓpheta
Psal. 108 q̄ dicit, Effunde irā tuā in gentes q̄ te nō nouerunt, Quod more suo repetit dicēs, Et in regna q̄ nō inuocauerūt nomē tuū Nam gentes p regna repetitæ sunt. Et quod eū nō nouerunt, p hoc repetitum est, q̄ non inuocauerunt nomen eius: Quomodo ergo
Luc. 12. intelligendū est, quod ait dn̄s in Euangelio, Seruus qui nescit uoluntatē domini sui, & facit digna plagis, uapulabit paucis: Seruus autem q scit uoluntatem dn̄i sui & facit digna plagis, uapulabit multis: si maior ira dei est in gentes quę dominum non cognouerunt. In eo qppe quod ait, Effunde irā tuā: sa
H tis hoc uerbo indicauit q̄ multā irā uoluerit intelligi. Vnde postea dicit, Redde uicinis nostris septies tm̄. An qa multū interest inter seruos, q̄ licet nesciāt uoluntatem domini sui, tamē inuocāt nomē eius, & alienos à familia tanti patrisfamiliâs, q̄ sic ignorant deum ut nec inuocent deum! Inuocant enim pro eo simulacra, uel dæmonia, uel quālibet creaturam, non creatorē q est benedictus in secula. Neque enim istos de qbus hoc prophetat, ita nescientes significat sui dn̄i uoluntatem, ut tamen ipsum dn̄m timeant: sed ita ipsum dominum nescientes ut nec inuocēt eū & inimici nominis eius existant. Multum ergo distat inter seruos uoluntatē dn̄i sui nescientes, & tamen in familia eius atque in domo uiuentes: & inimicos non solum ipsum dn̄m scire nolentes, sed & nō eius nomen inuocantes, atq̄ seruos eius insup oppugnātes. Deniq̄ sequitur, Quia
Hier. 10. comederunt Iacob & locū eius desolauerūt. Iacob qppe figuram gestat Ecclesiæ, sicut Esau ueteris sy
Gene. 25. nagogæ. Vnde dictū est, Maior seruiet minori. Potest in hoc noie intelligi ea de qua loq̄bamur hęreditas dei, in quā inuadendā ac uastandā post resurrectionē & ascensionem dn̄i gentes persequēdo uenerunt. Sed locū Iacob quō intueamur, intelligendū est Magis.n. locus Iacob illa ciuitas putari potest, in qua erat & tēplū, quo uniuersam illā gentē sacrificādi & adorādi causa & pascha celebrādi, dn̄s præceperat conuenire. Nam si xpianorum conuentus inhibitos atq̄ compressos à persecutoribus Propheta uelit intelligi, loca desolata uideret dicere debuisse, nō locū. Sed possum⁹ accipere ꝓ numero plurali numerū singularē positum, sicut uestē ꝓ uestibus, militē ꝓ militibus, pecus pro pecoribus. Multa n. huiusmodi moris est dici, nec solum uulgo loquentiū, uerumetiam disertissimorꝫ authorū eloquentiæ. Nec ab ipsa diuina scriptura hoc genus
Psal. 77 locutionis alienū est. Posuit.n. & ipsa ranā pro ranis, locustā ꝓ locustis, & innumerabilia talia. Quod uero dictū est, Comederūt Iacob: hoc bene intelligit q̄ multos in suū malignū corpus, hoc est, in suā societatem terrēdo transire coegerunt. Meminit sane, quamuis illis pro merito pessimę uoluntatis ex ira dei digna reddenda sint, nō tamen eos aliqd ad

uersus hæreditatē ei⁹ ualere potuisse, nisi eā uoluisset ipse ꝓ peccatis eius flagellādo emendare. Vnde K
subiūgit, Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarū.) Non ait, præteritarū, q̄ possent esse etiā recētiores, sed antiquarū, hoc est, à parētibus uenientiū. Talib⁹ qppe iniquitatib⁹ dānatio nō correptio debet. Cito anticipēt nos misericordiæ tuæ.) Anticipēt utiq̄ iudiciū tuum, Supexaltat enim miseri- Iacobi. 2
cordia in iudicio. Iudicium aūt sine misericordia, sed ei q nō fecit misericordiam. Quo aūt adiungit, Quia pauperes facti sumus nimis.) Hoc uult intelligi anticipare nos misericordiā dei, ut nostra paupertas id est, infirmitas, eo miserāte adiuuet ad eius pręcepta faciēda, ne ad iudiciū ei⁹ damnādi ueniamus. Ideo seqtur, Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄.) Hoc uero quod ait, Salutaris nr̄: satis exponit quā uoluerit pauptatē in eo quod dixerat, Qm̄ paupes facti sumus nimis. Ipsa est quippe infirmitas, cui salutaris est necessari⁹. Cū uero adiuuari nos uult, nec ingratus est gratiæ, nec tollit liberū arbitriū: Qui n. adiuuat etiā p seipsum aliquid agit. Addidit etiam: Propter gloriā nominis tui domine libera nos.)
Vt q gloriatur, non in seipso, sed in domino gloriē- L
tur, Et propitius esto, inqt, peccatis nostris ꝓpter 1. Cor. 1
nomen tuū.) Nō propter nos. Nam qd aliud merētur peccata nostra, q̄ debita & digna supplicia: Sed propitius esto peccatis nostris propter nomen tuū. Sic ergo nos liberas, id est, eruis à malis, cum & adiuuas nos ad faciedā iustitiā, & ꝓpitius es peccatis nostris, sine qbus in hac uita non sumus. Non Iustificabitur in cōspectu tuo oīs uiuens. Peccatū Psal. 142
aūt iniqtas est. Et si iniqtates obseruaueris, qs sustinebit? Quod aūt adiūgit, Neqūdo dicant gentes, 1 Ioan. 3. Psal. 129.
ubi est deus eorū.) Magis pro ipsis gentib⁹ est accipiendū. Male.n. pereunt q de deo uero disputauerunt, † putātes eū uel nō esse, uel suos nō adiuuare, † al. desperaue-
nec eis esse ꝓpitium. Illud uero quod seqtur, Et in runt.
notescat in nationibus corā occulis nr̄is, Vindicta sanguinis seruorū tuor, q effusus est.) Vel sic intelligit, cū credunt in deū uerū q persequebātur eius hęreditatē: qa & ipsa uindicta est, qua perimit sęua iniqtas eor, gladio uerbi dei, de quo dictū ē, Accin Psal. 44.
gere gladio tuo: Vel cū pseuerātes inimici i fine puniūtur, Nā mala tēporalia q in hoc seculo patiunt, cōmunia possunt habere cū bonis Est aliud uindi cte gen⁹, quo Ecclesiæ dilatationē & fœcunditatē M
in hoc seculo post tātas psecutiones, qbus eā omnino perituram putabāt, peccator & incredul⁹ & inimicus uidet & irascet, dētibus suis frendet & tabescet. Quis.n. negare audeat hāc etiā esse grauissimā pœ- Psal. 111.
nā? Sed nescio utrū satis elegāter accipiat quod ait, ante oculos nr̄os. Si.n. hoc pœnę gen⁹ intelligamus quod i intimis cordis agit, & torquet etiā illos q nobis adulāter arrident, nec à nobis uideri potest qd in hoie iteriore patiant Illud aūt quod siue etiā credentib⁹ iniqtas eor interimit, siue in malignitate p seuerātib⁹, suppliciū nouissimū redditur, sine scrupulo qstionis intelligit dictū, Innotescat ante oculos nr̄os uindicta in nationi b⁹. Et hęc qdē, ut diximus, pphetatio ē, nō optatio Sed pp illud quod scriptū ē i Apocalypsi, sub ara dei martyres ad deū clamare Apoc. 6.
& dicere, Quousq̄ dn̄e nō uindicas sāguinē nr̄um nō est ptereūdū queadmodū accipi oporteat, ne ꝓ pter exaturādi odii, credant sancti desyderare interdictā quod ab eor perfectione lōge abest, & tā si ri

ptum

A ptum est, Lætabitur iustus cũ uiderit uindictã impiorũ, manus suas lauabit i sanguine peccatoris. *Psal.57.* Et Apls Paulus ait, Nõ uosipsos uindicãtes charissimi, *Rom.12.* sed date locũ iræ, Scriptũ est enim, Mihi uindictam *Deut.32.* & ego retribuã dicit dominus. Nec ipse itaq; pcepit ut nolint uindicari, sed ut nõ seipsi uindicãtes dent locum iræ dei, qui dixit, Mihi uindictã & ego retribuam. Et dñs in Euangelio, uiduam proponit in similitudinem *Luc.18.* q̃ uindicari desyderans, iudicẽ interpellabat iniustum, qui eam tandem aliquando nõ iustitia ductus, sed tædio uictus audiuit. Hoc autẽ dñs proposuit, ut ostẽderet multo magis deum iustum cito facturum iudicium electoȝ suoȝ, qui ad eum clamãt die ac nocte. *Apoc.6.* Inde est & ille sub ara dei martyrũ clamor, ut dei iudicio uindicent. Vbi est ergo illud, *Matt.5.* Diligite inimicos uestros, Benefacite eis q uos oderunt, & orate pro eis q uos persequuntur? Vbi est & illud, *1.Pet.3.* Non reddentes malũ pro malo, nec maledictũ pro maledicto, & nulli malũ pro malo reddentes? Si.n. malum pro malo nõ est cuiquã reddendũ, nõ solum factũ malum pro facto malo, sed B nec uotum malum reddendũ est pro facto uel uoto malo. Reddit aũt malum uotũ qui etiã si nõ seipsum uindicat, tamẽ ut eius inimicũ deus puniat expectat atq; optat. Quapropter cũ & homo iustus & homo malus de inimicis suis uelint ã dño uindicari, unde discernentur, nisi quia iustus & magis cupit inimicũ suũ corrigi q̃ puniri, & cũ in eum uidet ã dño uindicari, nõ eius delectatur pœna, quia nõ eum odit, sed diuina iustitia, quia deum diligit? Deniq; si in hoc seculo in eũ uindicatur, uel ꝓ illo etiã lætatur si corrigitur, uel certe ꝓ alijs ut eũ timeant imitari. Ipse quoq; fit melior, nõ supplicio illi' odia sua pascendo, sed errata emendando, Ac per hoc de beneuolentia est nõ de malitia quod lætatur iust' cũ uidet uindictã, & manus suas lauat i. opera sua mũdiora efficit in sanguine, hoc est, in exitio peccatorũ, sumens inde nõ mali alieni gaudium, sed diuinæ admonitionis exemplum. Si aũt in futuro seculo ultimo dei iudicio uindicat, hoc ei placet quod deo, ne bene sit malis, ne piorum pmijs etiam impij C perfruant. Quod utiq; iniustũ est, & ã regula ueritatis, q̃ iustus diligit, alienum. Cũ.n. nos ad diligẽdos inimicos dñs hortaretur, exemplum proposuit *Matt.5.* patris nostri q in cœlis est, qui facit solem oriri sup bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Nunquid tamẽ ideo uel tẽporalibus correptionib' non emendat, uel pertinaciter duros in fine non dãnat? Sic ergo inimicus diligatur, ut nõ displiceat domini iustitia qua punitur, Et sic placeat iustitia qua punitur, ut nõ de malo eius, sed de bono iudice gaudeat. Maleuolus.n. animus cõtristatur, si eius inimicus correctus euaserit pœnã. Et cũ puniri eũ uidet, uindicari ita se gaudet, ut nõ iustitia dei, quẽ nõ diligit, sed illius quẽ odit miseria delectetur, Et cum deo dimittit iudiciũ, ut plus noceat deus q̃ ipse nocere posset, exoptat. Et cũ dat cibũ esurienti inimico potũq; sitienti, malitiose sapit quod scriptũ est, *Rom.12.* Hoc.n. faciens, carbones ignis cõgeres super caput eius. Agit n. ut amplius aggrauet & ei excitet indignationẽ dei, quã carbonib' ignis significari putat, nõ intelligens illum ignẽ esse pœnitentiæ urentem dolore, quousq; caput erectum superbia beneficijs inimici ad humilitatẽ salubrem deponat, & in bono illius, huius malũ uincatur. Vnde Apls uigilãter adiunxit, Noli uinci ã malo, sed uince in bono ma- D lum. *Ibidem.* Qũo aũt potest uincere in bono malum, in superficie bonus, & in abdito malus, q opere parcit, & corde sæuit, manu mitis, uoluntate crudelis? Sic ergo specie poscentis in hoc Psalmo futura in impios uindicta ꝓphetatur, ut intelligamus sanctos hoies dei suos inimicos dilexisse, nec cuiquã uoluisse nisi bonũ, qd' est pietas i hoc seculo, æternitas i futuro. In pœnis aũt maloȝ nõ malis eoȝ, sed dei bonis iudicijs fuisse delectatos. Et ubicũq; in scripturis sanctis legunt in homines odia eorũ, odia fuisse uitiorum, q̃ ipse etiã unusquisq; hominũ odire debet in se si diligit se. Iam uero qd' sequitur, Intret in cõspectum tuũ.) Vel sicut alij codices habent: In cõspectũ tuo gemitus cõpeditoȝ.) Nõ facile quisquã reperit coniectos i cõpedes ã ꝑsecutorib' sanctos. Et si accidit in tam magna atq; multiplici uarietate pœnarũ, tã raro accidit, ut nõ sit credendũ hoc in isto uersu qd' cõmemoraret potissimũ elegisse Prophetã. Sed nimirũ cõpedes sunt infirmitas & corruptibilitas corporis, q̃ aggrauant animã. Per eius.n. fragilitatẽ uelut quorundã doloȝ molestiarumq; ma- E teriam ad impietatẽ poterat cõpellere ꝑsecutor. Ab his cõpedibus cõcupiscebat dissolui Apls & esse cũ *Philip.1.* Xpo, manere autẽ in carne necessariũ propter illos quibus Euãgelium ministrabat. Donec ergo corruptibile hoc induat incorruptionẽ, *1.Cor.15.* & mortale hoc induat imortalitatẽ, uelut cõpedib' caro infirma, promptũ impedit spũtũ. Has ergo cõpedes nõ sentiunt, *2.Cor.5.* nisi q in semetipsis ingemiscũt grauati, habitaculũ quod de cœlo est superinduui cupientes, qa & mors horrori est, & mœrori uita mortalis. Pro his Propheta gemitib' ingemit, ut intret i cõspectũ dei gemitus cõpeditoȝ. Possunt & illi intelligi cõpediti, q ꝓceptis sapientiæ colligati sunt, q̃ patienter sustentata in ornamenta uertunt. Vnde scriptum est, Inijce pedem tuũ in cõpedes eius. *Eccli.6.* Secundũ magnitudinẽ, inquit, brachij tui, recipe in adoptionem filios mortificatoȝ.) Vel sicut in alijs codicibus legitur, Posside filioȝ † morte punitoȝ.) *†al. filios.* Vbi satis mihi uidet ostendisse scriptura, qs fuerit gemitus cõpeditoȝ, qui pro nomine Xpi persecutiones grauissimas pertulerunt, q̃ in isto Psalmo apertissime pro- F phetant. In diuersis.n. passionibus constituti orabant ꝓ Ecclesia, ne infructuosus esset postens sanguis illoȝ, ut dñica seges unde inimici eã putabant peritura, inde ueracius pullularet Filios qppe mortificatoȝ dicit, qui nõ solum nõ sunt territi pcedentium passionibus, sed in eum, pro cuius noie passos eos nouerant, exhortante illoȝ gloria ad imitandũ accensi, copiosissimis agminibus crediderunt, Ideo dixit, Secundum magnitudinẽ brachij tui. Res n. tam magna secuta est in populis Xpianis, ut eã qui se aliquid ꝑsequendo ꝑficere putabant, nullo modo crederent secuturam. Redde, inquit, uicinis nostris septies tantũ in sinus eoȝ.) Nõ mala optat, sed iusta pnunciat, & futura ꝓphetat. Septenario autẽ numero.i. septupla retributione perfectionẽ pœnæ uult intelligi, qa isto numero plenitudo significari solet. Vnde & illud est in bonis accipiendum, & in hoc seculo septies tantum, quod positũ est pro oibus, quasi nihil habẽtes & omnia possidẽtes. *1.Cor.6.* Vicinos dicit, qa inter illos habitat Ecclesia usq; in diẽ separationis. Non.n. modo fit discessio corporalis. In sinus eorum dicit utiq; nunc in occultis, ut uin-

G dicta q̃ in hac uita agitur in occulto, post inotescat
in nationibus ante oculos nostros. Homo namq; cũ
datur in reprobũ sensum, in interiore sinu accipit
suppliciorũ meritum futurorũ. Opprobrium eorũ,
quod exprobrauerũt tibi dñe) Hoc eis redde septu
lum in sinus eorum. i. pro isto opprobrio eos in oc
cultis eorũ plenissime reproba. Tibi. n. exprobraue-
runt, nomen tuũ se arbitrantes in seruis tuis delere
de terra. Nos aũt populus tuus.) Generaliter acci
piendũ de omni genere piorum & uerorũ Xpiano-
rũ. Nos ergo quos perdere se posse putauerunt po-
pulus tuus. Et oues gregis tui.) Vt qui gloriaĩ, in
dño glorietur. Cõfitebimur tibi in seculum.) Alij
aũt codices habent, Cõfitebimur tibi in ęternũ.)
Ex ambiguo Græco facta est ista diuersitas. Quod
enim habet Græcus εἰς τὸν αἰῶνα, & in æternũ & in
seculum interpretari potest. Sed pro loco intelligen
dũ quid melius interpretatũ sit. Sensus ergo huius
loci magis mihi uidetur ostendere, in seculum dici
oportere. i. usq; in finem seculi. Sequens autẽ uersus
more scripturarũ, maximeq; Psalmorũ, repetitio su
H perioris est ordine cõmutato, prius habens quod
ibi est posterius, & posterius quod ibi est prius. Nã
quod ibi dictũ est, Confitebimur tibi: pro ipso hic
dictũ est, Annunciabimus laudẽ tuam. Quod itaq;
ibi dictũ est, In seculum: pro ipso hic dictum est, In
generationẽ. Ista quidẽ generationis repetitio per-
petuitatẽ significat, siue ut nonnulli intelligunt, qa
duæ sunt generationes, uetus & noua Sed in hoc sit
Ioan. 3. seculo utraq;, Qm̃ qui non renatus fuerit ex aqua &
spiritu sancto, non intrabit in regnũ cœlorũ. Deniq;
1. Ioan. 3 quia in isto seculo annunciatur laus dei, Nã in futu
ro seculo cũ uidebimus eum sicuti est, cui deinceps
annũcietur, nõ erit. Nos ergo populus tuus & oues
gregis tui, quas persequendo illi crediderũt se posse
consumere. Cõfitebimur tibi in seculum, permanẽ
te utiq; Ecclesia usq; in finem, quã illi delere conati
sunt. In generatione & generationem annunciabi
mus laudem tuam.) Quæ laus ut taceret, nos finire
conati sunt. Multis autẽ iam locis sanctarũ scriptu-
rarũ insinuauimus cõfessionem etiã pro laude po-
I ni, Sicuti est illud, Hæc dicetis in cõfessione, Opera
Eccli. 39. domini uniuersa qm̃ bona ualde: maximeq; illud
quod ait ipse saluator, qui nullũ habebat omnino
Matt. 11. peccatum, quod pœnitendo cõfiteretur, Confiteor
tibi pater dñe cœli & terræ, quia abscondisti hæc à
sapientibus & prudentib⁹, & reuelasti ea paruulis.
Hoc dixi, ut apertius intelligatur, id esse repetitũ in
eo quod dictũ est, Annunciabimus laudem tuam:
quod superius dictum erat, Confitebor tibi.

In Psalmum septuagesimumnonum
Enarratio.

On adeo multa sunt in hoc Psalmo, ĩ qbus
a sermo noster patiatur difficultatẽ, uel intẽ
tio auditorũ intelligẽdi impedimentũ. Pro-
inde adiuuante dño cũ affectu audiendi & uidẽdi
iam q̃ prophetata & p̃dicta sunt, tanquã eruditi in
schola Xp̃i currere debemus q̃ plana sunt, ut si for-
te obscura exigunt officiũ interpretandi, ea q̃ plana
sunt legendi officiũ a me debeant flagitare. Cantaĩ
hic de aduẽtu domini & saluatoris nostri Iesu Xp̃i,
& de uinea eius. Sed cantat ille Asaph quantũ appa
ret illuminatus atq; correctus, cuius noie nostis si-
gnificari synagogã. Deniq; titulus Psalmi est, In fi-
nem pro his qui imutabunĩ.) Vtiq; in melius, Qm̃
Xp̃s finis legis, ideo uenit, ut imutet ĩ melius, Et ait, K
testimoniũ ipsius Asaph, bonũ testimonium ueritа Rom. 10.
tis. Deniq; hoc testimonium, & Xp̃m & uineam cõ-
fitetur, hoc est, caput & corpus, regẽ & plebem, pa-
storem & gregem, & totum omnium scripturarum
mysterium Xpm & Ecclesiam Cõcludit autẽ titu-
lus Psalmi, Pro Assyrijs.) Assyrij interpretaĩ, diri-
gentes. Iam ergo non sit generatio q̃ cor non direxit
suũ, sed generatio iam dirigens. Ergo audiamus qd
dicat in hoc testimonio. Qui pascis Israel intẽde,)
Quid est, qui pascis Israel intende? Qui deducis ue
lut oues Ioseph.) Inuocatur ut ueniat, expectatur ut
ueniat, desyderatur ut ueniat, Ergo dirigentes inue
niat. Qui deducis, inquit, uelut oues Ioseph Ipsum
Ioseph uelut oues, ipse Ioseph oues sunt, & ipse Io-
seph ouis est. Audito Ioseph, quanq̃ & interpretatio
eius nominis multũ iuuet, significat. n augmẽtum, Ioan. 12.
& ideo utiq; uenit ille, ut mortificatum granũ mul-
tipliciter surgeret, hoc est, augeretur populus dei: ta
mẽ ex eo quod iam nostis contigisse Ioseph, ueniat Gene. 37.
in mentẽ a fratribus uenditus, ueniat à suis exhono Gene. 41.
L ratus apud alienigenas exaltatus, & intelligetis i cu
ius grege esse debeamus, simul cũ illis q iã dirigunt
cor suũ, ut lapis reprobatus ab ædificantib⁹ fiat in Psal. 117.
caput anguli, tenẽs duos parietes de diuerso uenie̅-
tes, sed i angulo cõcordantes. Qui sedes super Che
rubin.) Cherubin sedes est glorię dei, & interpretaĩ
plenitudo sciẽtię, Ibi sedet deus in plenitudine sciẽ
tiæ Licet intelligamus Cherubin sublimes esse cœ-
lorũ potestates atq; uirtutes, tamẽ si uis, eris Cheru-
bin. Si. n. Cherubin, sedes est dei, audi qd dicat scri
ptura, Anima iusti, sedes est sapientiæ Quo, inquis,
ero plenitudo scientiæ? Quis hoc implet? Habes unde
impleas. Plenitudo legis charitas. Noli p multa ire Rom. 13.
atq; distendi. Terret te ramorũ diffusio, radicẽ tene,
& de magnitudine arboris noli cogitare. Sit i te cha
ritas, & necesse est plenitudo scientiæ consequatur.
Quid. n. nescit qui charitatẽ scit? Quandoquidẽ di-
ctum est, Deus charitas est. Qui sedes super Cheru
bin appare.) Ideo. n. errauimus, qa non apparebas,
Appare Coram Ephrem & Beniamin & Manasse.)
M Appare, inquã, corã gente Iudæorum. corã populo
Israel Ibi enim Ephrem, ibi Manasses ibi Beniamin.
Sed interpretationẽ uideamus, Ephrem fructifica-
tio, Beniamin filius dexteræ, Manasses oblitus. Ap-
pare enim corã fructificatione, corã filio dexteræ,
appare coram oblito, ut iam nõ sit oblitus, sed ue-
nias illi in mentẽ qui liberasti. Si enim gẽtes cõme Psal. 21.
morabuntur, & conuertentur ad dñm uniuersæ fi-
nes terræ, populus ipse de Abraham ueniens, nõ ha
buit parietem suũ qui gaudeat in angulo, cum scri-
ptum sit, Reliquiæ saluæ fient? Excita potentiam
tuam.) Nã infirmus eras qñ dicebatur, Si filius dei
est, descendat de cruce Nihil ualere uidebaris. Præ- Matt. 27.
ualuit super te persecutor, & demonstrasti hoc an-
tea, quia & Iacob ipse p̃ualuit angelo in luctando.
Qñ nisi uellet angelus? Et p̃ualuit homo, & uictus
est angelus, & uictor homo tenet angelum, & dicit,
Non dimittã te, nisi benedixeris mihi. Magnũ sacra Gene. 28.
mentũ, Et stat uictus, & benedicit uictorẽ. Victus,
qa uoluit, carne infirmus, maiestate fortis, & bene-
dixit: Vocaberis, inquit, Israel. Tetigit tamẽ & femo
ris latitudinem & aruit, eundemq; hominem unũ,
fecit & benedictũ & claudum Vides claudicasse po Ibidem.
pulum Iudæorũ, uide ibi & benedictum genus Apo

A ftolorum.Excita ergo potentiã tuã.Quandiu uide
1.Cor. 13. ris infirmus?Crucifix⁹ ex infirmitate,refurge in uir
tute,Excita potentiã tuã. Et ueni, ut faluos facias
nos,Deus couerte nos.)Auerfi.n.fumus à te, & nifi
tu conuertas , nõ conuertemur. Et illumina faciẽ
tuã,& falui erimus .)Nunqd ille obfcurã habet fa-
ciem?Non habet obfcurã faciẽ,fed oppofuit ei nu-
bem carnis,& tanquã uelum infirmitatis, & nõ eſt
putatus ipfe cũ penderet in ligno, agnofcendus cũ
federet in cœlo.Nã ita factum eſt.Præfentẽ in terra
xp̃m & miracula facientẽ non agnouit Afaph,mor
tuum tñ pofteaquam refurrexit & afcendit in cœ-
lum,agnouit,compunctus eſt,dixerat & de illo to-
tum, hoc eſt teftimonium quo agnofcimus in hoc
Pfalmo,Illumina faciẽ tuam,& falui erimus. Obte
xifti faciẽ tuam & ægrotauimus, illumina illam,&
falui erimus. Dñe deus uirtutum ufquequo irafce
ris in orõnem inimici tui,adhuc irafceris in oratio
nem ferui tui?)Iam ferui tui. Irafcebaris in orõnem
inimici tui,adhuc irafceris in orõnem ferui tui?Cõ
uertifti nos,agnouimus , & adhuc irafceris in orõ-
nem ferui tui? Ita plane irafceris ut pater corrigens,
B non ut iudex dãnans:Ita plane irafceris, qa fcriptũ
Eccli. 2 eſt,Fili accedens ad feruitutem dei,fta in iuftitia &
timore,& præpara aĩam tuam ad tentationem . Ne
putes iã tranfiiſſe iram dei, qa conuerfus eſt, trãfijt,
Heb. 12 fed ne damnet in æternũ,Flagellat autem, non par
cit,qa flagellat oẽm filium quem recipit.Si flagella
ri detrectas , recipi quare defyderas ? Flagellat autẽ
oẽm filium quem recipit.Flagellat omne,q & uni-
co non pepercit. Sed tñ quandiu irafceris in oratio
nem ferui tui?Non iam inimici tui . Sed irafceris in
orationẽ ferui tui.Quandiu?feqtur: Cibabis nos
pane lachrymarum,& potabis nos in lachrymis in
1.Cor.10 menfura.)Quid eſt in menfura? Apłm audi,Fidelis
deus q non uos permittit tẽtari,fupra ꝙ poteftis fer
re.Ipfa eſt menfura pro uiribus tuis,ipfa eſt menfu-
ra ut erudiaris.non ut opprimaris. Pofuifti nos in
contradictionẽ uicinis nr̃is .)Plane factum eſt , id
eſt,de Afaph electi funt q irent ad gentes , & p̃dica-
Acto .17. rent xp̃m,& diceretur eis,Quis eſt ifte nouorũ dæ-
moniorum annunciator? Pofuifti nos in contradi
C ctionem uicinis noftris . Eum.n.prædicabant cui
contradicebatur, quẽ p̃dicabant mortuum refurre
xiſſe xp̃m.Quis hoc audiat?Quis hoc nouerit?No-
ua res,Sed figna confequebanť,& incredibili rei fi-
dem miracula faciebant. Contradicebať,fed cõtra
dictor uincebatur,& ex cõtradictore fidelis efficie
batur. Ibi tñ magna flam̃a , ibi martyres cibati
pane lachrymarũ,& potati in lachrymis, fed in mẽ
fura,non amplius ꝙ poterant ferre,ut poſt menfurã
lachrymarum fequeretur corona gaudiorum. Et ini-
mici noftri fubfannauerũt nos.)Et ubi funt q fub-
fannauerunt?Diu dictum eſt,Qui funt ifti colentes
mortuũ,adorantes crucifixũ? Diu dictũ eſt,Vbi eſt
nafus fubfannantiũ?Nonne nunc q reprehenduntᵣ
in cauernas fugiunt,ne uideãtur? Et inimici noftri
fubfannauerũt nos.Sed uidetis qd fequatur : Dñe
deus uirtutum conuerte nos , & oftende faciẽ tuã,
& falui erimus.Vineam ex Aegypto tranftulifti, eie
cifti gentes & plantafti eam.)Nouimus,factum eſt.
Quæ gentes eiectæ funt?Amorræi,Cethæi,Hiebu-
fæi,Gergefæi,& Euæi,Quibus expulfis & uictis,in-
troductus eſt pp̃ls ex Aegypto liberatus in terram
ꝓmiſsionis . Vnde uinea eiecta fit, & ubi plantata
fit,audiuimus,Videamus qd deinde factũ eſt, quõ D
crediderit,quantũ creuerit,qd occupauerit . Vineã
ex Aegypto trãftulifti , eiecifti gẽtes & plantafti eã.
Viam fecifti in cõfpectu eius , & plantafti radices
eius & impleuit terrã.)Nunqd impleret terram,nifi
uia fieret in cõfpectu eius?Quę uia facta eſt in con
fpectu eius?Ego fum,inqt,uia,ueritas & uita Meri- Ioan. 14.
to impleuit terrã . Hoc dictum modo de uinea ifta
qd perfectum eſt ufq; in finem . Veruntamen quid
prius? Operuit mõtes umbra eius, & arbufta eius
cedros dei Extendifti palmites eius ufq; ad mare,&
ufq; ad flumen ꝓpagines eius.)Hoc defyderat offi-
cium expofitoris, nõ fufficit lectoris & laudatoris,
Adiuuate me intendendo Solet.n.uineę huius cõ-
memoratio in hoc Pfalmo caliginẽ facere minus
intentis. Etenim magnitudo uineę huius iam à no
bis explicata eſt,& unde facta eſt , & unde facta fit
magna,p̃dictum eſt . Viã fecifti in cõfpectu eius,&
plantafti radices eius,& impleuit terrã Hoc de pfe-
ctione ipfius dictum eſt. Sed tñ prima gens Iudæa
fuit ifta uinea.Gens aũt Iudęa ufq; ad mare, & ufq;
ad flumẽ regnauit.Vfq; ad mare, apparet in fcriptu Num. 34.
ra qd mare ibi uicinũ fit.Et ufq; ad flumẽ Iordanẽ. E
Trans Iordanẽ.n aliqd Iudæorum collocatum eſt, in
fra Iordanẽ aũt tota gens.Ergo ufq; ad mare,& ufq;
ad flumen regnum Iudæorum,Regnũ Ifrael nõ à ma-
ri ufq; ad mare,fed & a flumine ufq; ad terminos or
bis terræ.Illa iã pfectio uineæ eſt, de qua hic prędi
xit,Viã fecifti in cõfpectu eius , & plantafti radices
eius,& impleuit terrã.Cum tibi ergo p̃dixiſſet per-
fectionem,redijt ad initiũ, de quo initio fit facta p
fectio.Initiũ uis audire?Vfq; ad mare,& ufq; ad flu-
men.Finẽ uis audire ? Dñabitur a mari ufq; ad ma- Pfal . 71.
re,& à flumine ufque ad terminos orbis terræ: hoc
eſt,impleuit terrã. Videamus ergo teftimonium A-
faph,qd factum eſt primæ uineæ: qd eſt expectan-
dum fecundæ uineæ,imò eidẽ uineæ.Ipfa eſt.n nõ
enim altera eſt.Inde xp̃s faluus ex Iudęis, inde Apo Ioan.4.
ftoli,inde primi credẽtes , & precia rerũ fuarũ ante Acto.2.
pedes Apoftolorum ponentes,inde oĩa hæc.Et fi aliq &.4.
ex ramis fracti funt , pp incredulitatem fracti funt, Rom. 11.
tu aũt pp̃ls gentium fide fta,Noli altum fapere , fed
time.Nam fi deus naturalibus ramis non pepercit, F
neq; tibi parcet.Si aũt altum fapis, non tu radicem
portas,fed radix te. Quid ergo,uinea ante cuius cõ
fpectum facta eſt uia? Facta eſt ut impleret terram.
Primo ubi fuit ? Operuit montes umbra eius. Qui
funt montes?Prophetæ . Quare opuit illos umbra
eius?Quia obfcure locuti funt. Quare futura annũ
ciata funt?Audis a Prophetis, Obferua fabbatum,
octauo die circuncide infantẽ,offer facrificiũ arie-
tis,uituli,hirci,noli moueri,umbra eius eſt coope-
riẽs mõtes dei,Veniet & poſt umbrã manifeftatio.
Et arbufta eius cedros dei.i.coopuit cedros dei al
tiſsimas fedes dei.Sũt n.cedri fignificãtes fuperbõs
euertẽdos . Cedros Libani,altitudines mũdi opuit
crefcendo uinea ifta,Et mõtes dei oẽs fanctos pro-
pheras patriarchas. Sed quonfq; extẽdifti palmites
eius?Vfq; ad mare & ufq; ad flumẽ propagines eius.
Inde qd? Vt qd deftruxifti maceriã eius?)Iã uide-
tis euerfam illã gentẽ Iudęorum,iã ex alio Pfalmo au- Pfal. 77.
diftis,In dolabro & fractorio deiecerũt eã. Qñ fie-
ret,nifi eius maceria deftrueret?Quę ẽ maceria ei⁹?
Munitio eius. Extitit.n fuperba aduerfus plantato
rẽ fuũ, Sed feruos ad fe miſſos & petentes mercedẽ Matt.21.

G coloni flagellauerunt, & cæciderunt, & occiderūt.
Matt. 21. Venit & unicus filius, dixerūt, Hic est hęres, uenite occidamus eū, & nr̄a erit hæreditas. Occiderunt & extra uineā ꝓiecerūt. Proiectus magis possidet unde ꝓiectus est. Sic.n.ei minat per Esaiā, Destruā ma-
Esa. 5. ceriam eius. Quare? Expectaui.n. ut faceret uuam, fecit aūt spinas. Expectaui inde fructum, & inueni pc̄tm̄, Quid ergo q̄ris ó Asaph? Vt qd destruxisti maceriam eius? Tu.n. nescis, Quare? Expectaui ut faceret iudicium, & fecit iniq̄tatem. Non erat destruenda maceria eius? Et uenerunt gentes, destructa maceria, inuasa est uinea, ac deletū regnum Iudæorū. Hoc primū plangit, sed non sine spe. De directione enim cordis iam loq̄tur, id est, pro Assyrijs, pro diri-
† al diri- pięntibus † Psalmus est, Vt qd destruxisti maceriam
gentibus. eius? Et uindemiant eam oēs transeuntes uiam.) Quid est, uiam transeuntes? Tpaliter dominantes.

Deuastabit eam aper de sylua.) Aprū de sylua qd intelligim⁹? Iudæis porcus aduersus est, & in porco ponunt tanquā immundiciā gentiū. A gentibus autem euersa est gens Iudæa, Sed rex ille q euertit, nō tm̄ porcus immūdus, sed ēt aper fuit. Quid.n. aper,
H nisi porcus sæuus, porcus superbus? Aper de sylua uastauit eam: De sylua, de gentibus. Etenim illa uinea erat, gentes aūt syluæ erant. Sed qn̄ crediderūt
Psal. 95. gentes, qd dictum est? Tunc exultabunt oia ligna syluarum. Deuastauit eam aper de sylua. Et singularis ferus depastus est eam.) Quid est singularis ferus? Ipse aper q deuastauit eam, singularis ferus. Singularis, qa superbus. Hoc.n. dicit omnis superbus. Ego sum, ego sum, & nemo. Sed quo fructu hæc?

Deus uirtutū cōuertere uero.) Quanuis hęc facta sint, cōuertere uero. Respice de cœlo & uide & uisita uineā istam. Et perfice eam quā plantauit dex-
Gene. 22. tera tua.) Nō aliā institue, sed hanc perfice. Ipsum
& 26. est.n. semen Abrahā, ipsum est semen in quo benedicuntur oēs gētes: ibi est radix, ibi portaī oleaster insertus. Perfice uineā istam quā plantauit dextera tua. Sed ubi pficit? Et super filium hois quem confirmasti tibi.) Quid euidentius? Quid adhuc expectatis ut uobis disputando exponamus, & non potius uobiscū admirando clamemus, Perfice uineā istam quā plantauit dextera tua, & super filiū hois
I eā perfice? Quem filium hois? Quem confirmasti tibi. Magnum firmamentū, ædifica quantum potes:
1. Cor. 3. Fundamentum.n. aliud nemo potest ponere, p̄ter id quod positum est xp̄s Iesus. Succensa igni & effossa ab increpatione uultus tui pibunt.) Quę sunt succensa igni & effossa, q̄ peribunt ab increpatione uultus tui? Videamus & intelligamus quę sint igni succēsa & effossa. Quid increpauit xp̄s? Peccata. Ab increpatione uultus eius pc̄tā pierunt. Quare ergo
2. sen. di. peccata igni succēsa & effossa. Oia peccata duæ res
43. Modi faciunt in hoie, cupiditas & timor. Cogitate, discu-
autem. tite, interrogate corda uestra, pscrutamini cōscias, uidete utrum possint esse peccata, nisi aut cupiēdo, aut timendo. Proponiī tibi præmium, ut pecces, id est, quod te delectet, facis pp quod cupis: sed forte non induceris donis, terreris minis, facis pp quod times, Corrumpere te uult aliqs, ut dicas, uerbi gratia, falsum testimoniū. Innumerabilia sunt, sed planiora propono, de qbus cętera conijciatis. Attēdi-
Matth. 16. sti ru deū, & dixisti in aio tuo, Quid prodest homini si totum mundum lucretur, aiæ autem suę detrimentum patiatur? Non adducor præmio, ut perdā aiam meam pro lucro pecunię. Conuertit ille se ad K
incutiendū metum: q præmio corrumpere non ualuit, incipit minari damnū, & expulsionem, cædes, fortassis mortē. Ibi iam si cupiditas non ualuit, forte timor ualebit ut pecces. Porro autē si de scripturis cōtra cupiditatē uenit tibi in mentē. Quid prodest homini si totū mundum lucretur, aię aūt suæ detrimentū patiatur? ueniat ēt contra timorem in mentem, Nolite timere eos q corpus occidunt, ani- Matt. 10.
mam autē non possunt occidere. Quicunq; te uult occidere, usq; ad corpus ei licet, usq; ad aiam nō licet. Aia tua non morietur, nisi tu eam uolueris occidere. Perimat aliena iniq̄tas carnē tuam, dum seruet ueritas aiam tuā. Si autem à ueritate resilieris, quid tibi amplius facturus est inimicus, q̄ tu tibi ipse facis? Inimicus sæuiens carnem potest occidere, tu autem dicendo falsum testimonium aiam occidis. Audi scripturam, Os quod mētitur occidit ani- Sapien. 1
mam. Itaq; fratres mei ad omne recte factum amor & timor ducit. Vt facias bene, amas deum & times deū: ut aūt facias male, amas mundū, & times mūdum. Hæc duo cōuertentur ad bonū. Amabas terram, ama uitā æternam: timebas mortē, time gehē- L
nam. Quicquid tibi iniquo ꝓmiserit mundus, nūqd potest dare quantum dabit iusto de⁹? Quicqd tibi iusto minatus fuerit mundus, nunqd pōt facere quod facit iniquo deus? Vis audire qd datur⁹ est deus, si iuste uixeris? Venite benedicti patris mei, p- Matt. 25.
cipite regnum qd uobis paratū est ab origine mundi. Vis audire qd facturus est impijs? Ite in ignē ęter- Ibid.
num, q paratus est diabolo & angelis eius. Bene qdem tu nihil aliud uis, q̄ ut bene tibi sit. Nam in eo quod amas, uis ut bn̄ tibi sit: & in eo quod times, non uis ut male tibi sit: sed non in ea regione q̄ris, in qua q̄rendum est. Festinas: nam & sine indigentia uis esse & sine molestia. Bonum est qd uis, sed tolera quod non uis, ut assequaris qd uis. Proinde illius facies delens peccata, qd faciet? Quę sunt peccata? Succēsa igni & effossa. Quid fecerat amor malus? Tanquam ignē succēderat. Quid fecerat timor malus? Tanquā effoderat. Amor qppe inflāmat, timor humiliat: ideo pc̄tā mali amoris igne succensa sunt, peccata mali timoris effossa sunt. Humiliat &
bonus timor, accēdit & bonus amor, sed aliter atq; M
aliter. Nam & colonus intercedens pro arbore quę fructus nō dabat ne subuerteretur, ait, Circunfodio Luc. 13.
eā & adhibeo cophinum stercoris. Fossa significat piam humilitatē timētis, & stercoris cophinus sordes utiles pœnitētis. De igne aūt boni amoris dn̄s dicit, Ignē ueni mittere in terram: quo igne inarde- Luc. 12.
scant spiritu feruentes, & dei ac ꝓximi charitate flagrantes. Ac per hoc sicut oia iusta opa bono timore & bono amore fiunt, sic malo amore & malo timore oia peccata cōmittuntur. Ergo succensa igni & effossa oia.s. peccata ab increpatione uultus tui peribunt. Fiat manus tua sup uirū dexteræ tuæ, & super filium hois quem confirmasti tibi: Et non discedimus a te.) Quā diu generatio praua & amaricans, & q̄ cor non dirigit suū, dicat Asaph; & ondat Psal. 77.
se misericordia tua: Fac bene cū uinea tua, pfice illam, qm̄ cæcitas ex parte in Israel facta est, ut plenitudo gentiū introiret, & sic ois Israel saluus fieret: Roma. 11
Demonstrata facie tua super uirū dexteræ tuę quē confirmasti tibi, non discedimus à te. Quādiu nos increpas? Quādiu accusas? Hoc fac & nō discedim⁹ à te.

A à te. Viuificabis nos, & nomen tuũ inuocabim⁹.) Tu nobis dulcis eris, uiuificabis nos. Nã prius amabamus terrã nõ te, sed mortificasti mẽbra nr̃a quæ sunt super terrã. *Col. 3.* Illud.n. uetus testamentũ habens promissa terrena, hoc uidetur suadere ne gratis colatur deus, sed quia aliquid dat in terra, ideo diligitur. Quid amas ut deum non ames? Dic mihi: Ama si potes aliquid quod ille nõ fecit. Circũspice uniuersam creaturã, uide utrum alicubi cupiditatis uisco tenearis, & à diligẽdo creatorẽ impediaris, nisi ea re quã creauit ipse quẽ negligis. Quare aũt amas ista, nisi quia pulchra sunt? Possunt esse tã pulchra, q̃ ille a quo facta sunt? Miraris hæc, quia illum non uides: sed per ea quæ miraris ama quem nõ uides. Interroga creaturam, si a se ipsa est, remane in illa. Si autem ab illo est, nõ ob aliud perniciosa est amatori, nisi quia præponitur creatori. Quare hoc dixi? Propter mortuos istum fratres. Mortui ergo erant qui propterea deum colebant, ut eis secundũ carnẽ bene esset. *Roma. 8.* Sapere enim secundum carnem mors est, & mortui sunt qui nõ deum gratis colunt: id est, quia ipse bonus est, nõ quia dat talia bona, q̃ dat & non

B bonis. Pecuniam uis à deo? habet & latro. Vxorem, fœcunditatem filior͂, salutem corporis, dignitatem seculi, attende q̃ multi mali habent, hoc est, totum propter quod eum colis. Nutabunt pedes tui, putabis te sine causa colere, quando in eis uides illa qui eum non colunt. Ergo ista dat omnia etiam malis, se solum seruat bonis. Viuificabis nos, nam mortui eramus quando terrenis rebus inhærebamus, mortui eramus quando terreni hominis imaginẽ portabamus. Viuificabis nos, innouabis nos: uitam interioris hominis dabis nobis. Et nomen tuũ inuocabim⁹. i. te diligemus: Tu nobis dulcis eris remissor peccatorum nostrorum, tu eris totum p̃mium iustificatorum. Domine deus uirtutum conuerte nos & ostende faciem tuam & salui erimus.

In Psalmum LXXX. Enarratio.

O qui ad uos de p̃senti Psalmo suscepimus,
1 adiuuet uocem nostrã qui & uestram. Etenim aliquanto est obtusior: dabit ei uires intentio audientiũ, & adiutoriũ iubẽtis ut loquar.

C Titulũ habet psalmus iste: In finem pro torcularibus q̃nta sabbati, psalmus ipsi Asaph.) In unũ titulũ multa sunt cõgesta mysteria, ita tñ ut limẽ psalmi indicet interiora. Cũ de torcularib⁹ locuturi sumus, nemo uestrũ aliq̃d expectet nos dicturos esse de lacu, de prelo, de fiscinis, q̃a nec ipse psalmus hoc habet, & ideo magis indicat mysterium. Nã & si aliquid tale psalmi textus contineret, nõ deesset q puttaret ad literã esse accipienda torcularia, nec aliq̃d illic tale amplius requirendũ, nec mystice aliq̃d positum & sacrate significatũ, sed diceret simpliciter, psalmus de torcularib⁹ loquitur. Et tu mihi nescio q̃d aliud suspicaris? nihil hic tale audistis cũ legeretur. Ergo accipite torcularia mysteriũ ecclesiæ q̃d nũc agitur. In torcularib⁹ animaduertimus quædã tria, p̃ssuram, & de p̃ssura q̃dam duo, unum recondendũ, alterũ proiiciendum. Fit ergo in torculari cõculcatio, tribulatio, põdus, & in his oleũ eliquatur occulte in gemellariũ, amurca publice per plateas currit. Intẽdite ad magnũ hoc spectaculũ. Non enim deserit deus dare nobis quod cũ magno gaudio expectemus: Aut circi insania huic spectaculo cõparanda est? Illa ad amurcã p̃tinet, hoc ad oleũ.

D Quãdo ergo auditis contumaciter garrire blasphemos & dicere, abundare pressuras tẽporibus Xp̃ianis, scitis enim quia hoc amant dicere: & uetus quidem, sed à temporibus Xp̃ianis cœpit prouerbium, Non pluit deus, duc ad Xp̃ianos, quanq̃ priores ista dixerunt. Illi aũt modo dicunt & quia pluit deus, ducant Xp̃iani, non pluit deus, nõ seminamus, pluit deus, nõ triturantus, & inde uolunt superbire unde deberent amplius supplicare, eligẽtes blasphemare q̃ orare. Cũ ergo ista cõmemorant, cũ ista iactant, cũ ista dicunt, & contumaciter dicunt, nõ cũ timore, sed cũ elatione, nõ uos perturbent. Puta.n. quia pressuræ abundant, tu oleum esto. Nigra tenebris ignorantiæ amurca insultet, & illa tanq̃ per plateas proiecta publice insultet, tu apud te in corde tuo, ubi q uidet in occulto reddet tibi, liquare in gemellarium. *Matth. 6.* Oliua in arbore q̃busdã quidẽ tẽpestatib⁹ agitatur, non tamẽ p̃ssuris torcularis atteritur: ideo utrunq; simul pendet ex arbore, & quod proiiciendũ est, & quod recondendũ est. At ubi ad torcular & p̃ssuras uẽtum fuerit, utrunq; discernitur, dirimitur, & aliud appetitur, aliud respuitur. Vultis nosse

E uim torcularium istor͂? Vt unũ aliquid dicã, unde & ipsi murmurant q ea faciunt: Quãtæ, inquiunt, rapinæ temporibus nostris, quantę p̃ssuræ innocẽtium, quantæ expoliationes rerũ alienarũ? Ita sanè in amurcam attenditis, quia rapiuntur res alienæ: in oleum nõ attenditis, quia pauperibus donant͂ & propriæ? Nõ habebat antiquitas tales raptores rer͂ alienar͂, sed habebat antiquitas tales donatores rerũ suarũ? Aliquãto esto curiosior in torculari, noli hoc solũ uidere quod publice fluit, est aliquid q̃d q̃rendo inuenias: discute, audi, cognosce q̃ multi faciunt quod ex ore domini cũ audisset unus diues tristis abscessit: Ex euangelio multi audiunt, Vade, uẽde oĩa q̃ possides, & da pauperib⁹, & habebis thesaurum in cœlis, & ueni sequere me. *Matt. 19.* Non attendis q̃ multi id faciunt? Pauci, inquiunt, sunt: Ipsi tñ pauci oleum sunt: & qui bene utunt͂ his rebus quas possident, ad oleum pertinent. Adiunge oĩa, & uidebis patrisfamiliãs tui plenas apothecas. Vides raptorẽ

F qualem nunquã uidisti. Vide cõtemptorem rerum suar͂ qualem nunq̃ uidisti. Lauda torcularia, impletur p̃phetia de Apocalypsi, Iustus iustior fiat, & sordidus sordescat adhuc. *Apoc. 22.* Ecce torcularia in hac sentẽtia: Iustus iustior fiat, & sordid⁹ sordescat adhuc. Quare & q̃nta sabbati? Quid est hoc? Recurramus ad prima opera dei, ne forte ibi aliquid inueniam⁹, quo & sacramentũ intelligamus. Sabbatũ.n. septimus dies est, quo requieuit deus ab oĩbus operib⁹ suis, magnũ intimans mysteriũ quietis nostrę futuræ ab oĩbus operib⁹ nostris. *Gene. 2.* Prima sabbati dicitur primus dies, quem dominicũ etiam nominamus: secunda sabbati, secũdus dies: tertia sabbati, tertius dies: quarta sabbati, quartus dies: quinta ergo sabbati, q̃rtus dies a dominico die: post q̃ẽ sexta sabbati, sextus dies: & ipsum sabbatum, septimus dies. Videte itaq; quib⁹ loquatur hic psalmus. Videtur.n. mihi q̃m baptizatis loquitur. Quinto.n. die deus ex aquis creauit animalia. Quinto die. i. quinta sabbati dixit deus, Producant aquæ reptilia animatũ uiuarum. *Ibidem.* Videte ergo uos in quibus iam produxerunt aquæ reptilia animarũ uiuarum. Vos enim ad torcularia pertinetis, & in uobis quod p̃duxerunt aquæ, aliud eliquat͂, aliud proiicitur. Sunt.n. multi

G nō digne uiuentes baptiſmo quod pceperunt. Quā
multi enim baptizati hodie circū implere, q̄ iſtā ba
ſilicam maluerunt? Quā multi baptizati, aut caſas
in uicis faciunt, aut nō fieri cōqueruntur? Pſalmus
autē iſte ꝓ torcularibus & quinta ſabbati cantaī, &
in pſſura diſcretionis, & in ſacramēto baptiſmi can
tatur ipſi Aſaph. Aſaph homo quidā fuit hoc noīe
appellatus, ſicut Idithū, ſicut Chore, ſicut alia no-
mina q̄ inuenimus in titulis pſalmoꝝ: interpretatio
tamē nominis myſteriū intimat occultæ ueritatis.
Aſaph quippe Latine dicitur cōgregatio. Ergo pro
torcularib⁹ quinta ſabbati cantaī ipſi Aſaph i. pro
pſſura diſcernente baptizatis ex aqua renatis canta
tur pſalmus dominicæ congregationi. Titulum in
† al præ- limine legimus, & in his pſis † qd ſibi uelint intelle
dijs. ximus. Iam ſi placet etiam ipſam domum operis. i.
ipſius torcularis interiora uideamus: Intrem⁹, inſpi
ciamus & gaudeam⁹, timeam⁹, appetam⁹, fugiamus.
Omnia. n. hæc inuenturi eſtis in hac interiore do-
mo. i. in textu ipſius pſalmi, cū legere & adiuuante
dn̄o quod donauerit loqui cœperimus. Ecce uos ô
H Aſaph cōgregatio domini. Exultate deo adiutori
noſtro.) Vos qui congregati eſtis hodie, uos hodie
Aſaph domini, ſiquidē nobis canitur pſalmus ipſi
Aſaph, Exultate deo adiutori nr̄o. Exultāt alij circa
uos deo exultant alij deceptori ſuo, exultate uos a-
diutori ueſtro. Exultāt alij deo ſuo uētri ſuo, Exul-
tate uos deo ueſtro adiutori nr̄o. Iubilate deo Ia-
cob.) Quia & uos pertinetis ad Iacob, imo uos eſtis
Gene. 15. Iacob minor pp̄ls cui ſeruit maior, Iubilate deo Ia-
cob. Quicquid uerbis explicare nō potueritis, non
ſileo tamē ab exultatione ceſſetis: qd̓ potueritis ex
plicare clamate: qd nō poteſtis, iubilate. Etenim ex
abūdātia gaudioꝝ, cui uerba ſufficere nō poſſunt,
in iubilationē ſolet erumpere, Iubilate deo Iacob.

Accipite pſalmū & date tympanū.) Et accipite &
date. Quid accipite? Quid date? Accipite pſalmū, &
date tympanū. Dicit quodā loco Apoſtolus Paul⁹,
Philip. 4. reprehendens & dolens, ꝙ nemo illi cōmunicaue-
rit in ratione dati & accepti. Quid eſt in ratione da
1. Cor. 9. ti & accepti, niſi qd alio loco aperte expoſuit, Si nos
I uobis ſpiritalia ſeminauimus, magnū eſt ſi nos car
nalia ueſtra metamus? Et uerum eſt ꝙ tympanum
quod de corio fit, ad carnē pertinet. Pſalmus ergo
ſpiritalis eſt, tympanū carnale. Ergo plebs dei, con-
gregatio dei accipite pſalmū, & date tympanū, acci
pite ſpiritalia & date carnalia: hoc eſt, qd̓ & uos ad
illam mēſam beati martyris exhortati ſum⁹, ut acci
Fabricaꝝ pientes ſpiritalia, daretis carnalia. Hæc enim quę ex
conſtru- trahuntur ad tēpus, ad recipienda corpora, uel ui-
ctio. uoꝝ uel mortuoꝝ neceſſaria ſunt, ſed tempore prę-
tereunti. Nunquid poſt iudiciū dei iſtas fabricas in
cœlum leuabimus? Sine his tamē hoc tēpore agere
quæ ad poſsidendum cœlum pertinent nō poteri-
mus. Si ergo auidi eſtis in ſpiritalibus accipiendis,
deuoti eſtote ī carnalib⁹ erogādis. Accipite pſalmū
& date tympanum: accipite uocem noſtrā, reddite
manus ueſtras. Pſalterium iocundū cū cithara.)
Supra Memini nos aliquando differentiam pſalterij & ci-
pſal. 56. tharæ intimaſſe charitati ueſtræ. Studioſi q meni-
& 70. nerunt recognoſcant, qui uel nō audierunt, uel nō
Tract. 2. meminerunt diſcant. Iſtorum duorum organorum
muſicoꝝ, & pſalterij & citharæ hæc differentia eſt,
ꝙ pſalterium lignum illud concauum unde cano-
ræ chordæ reddunī, in ſuperiore parte habet: deor-
ſum feriuntur chordæ, ut deſuper ſonent. In cithara K
uero hæc eadem cōcauitas ligni partem inferiorem
tenet, tanquā illud ſit de cœlo, hoc de terra. Cœle-
ſtis. n. eſt pdicatio uerbi dei: Sed ſi expectamus cœ-
leſtia, nō ſimus pigri ad operāda terrena, qa pſalte-
rium iocundū, ſed cum cithara. Hoc alio modo di-
ctum eſt quod ſupra, Accipite pſalmū & date tym-
panū. Hic pro pſalmo pſalteriū, pro tympano citha
ra poſita eſt. Hoc tamē admoniti ſumus, ut pdica-
tioni uerbi dei corporalibus reſpondeamus operi-
bus. Tuba canite.) Hoc eſt clarius & fidētius pdi-
cate: ne terreamini, ſicut ait Propheta quodā loco;
Exclama, & exalta ſicut tuba uocē tuam. Tuba ca- Eſa. 58.
nite. In initio mēſis tubæ.) Præceptum erat ut in
initio mēſis tuba canerent, & hoc uſq; nunc Iudæi
corporaliter faciunt, ſpiritaliter nō intelligunt. Ini- Leuit. 3.
tium. n. mēſis, noua luna eſt. Noua luna, noua uita
eſt. Quid eſt noua luna? Si qua igitur in Xp̄o noua 2. Cor. 5.
creatura. Quid eſt tuba canite in initio mēſis tubę?
Cum tota fiducia nouam uitam prędicate, ſtrepitū
uitæ ueteris nolite metuere. Quia præceptum ipſi
Iſrael eſt, & iudicium deo Iacob.) Vbi pceptum, ibi L
iudicium. Qui. n. in lege peccauerunt, per legem iu- Roma. 2.
dicabuntur. Et ipſe pcepti dator dn̄s Xp̄s, uerbū ca
ro factum, In iudicium, inquit, ueni in hunc mun- Ioan. 1.
dum, ut qui non uident uideant, & qui uident cæci Ioan. 9.
fiant. Quid eſt, ut qui nō uident, uideant, & qui ui-
dent cæci fiant: niſi, humiles exaltent, ſuperbi deij-
ciantur? Non. n. qui uident cęci fiant, ſed qui ſibi ui
dere uidentur, de cæcitate conuincantur. Hoc agit
myſterium torcularis, ut qui nō uident uideant, &
qui uidēt cæci fiant. Teſtimoniū in Ioſeph poſuit
illud.) Eia fratres qd eſt? Ioſeph interpretaī augmē
tatio. Meminiſtis, noſtis Ioſeph in Aegyptū uendi- Gene. 37.
tum: Xp̄s ad gentes tranſiens. Ibi Ioſeph poſt tribu- & 41.
lationes exaltatus, & hic Xp̄s poſt paſsionē marty-
rū glorificatus. Ergo ad Ioſeph magis gentes perti-
nent: Et ideo augmentatio, quia multi filij deſertæ
magis q̄ eius quæ habet uirum. Teſtimonium in Io Eſa. 54.
ſeph poſuit illud. Dum exiret de terra Aegypti.) Vi
dete & hic ſignificari quintam ſabbati, quādo exijt
de terra Aegypti Ioſeph. i. populus multiplicatus p Exo. 14.
Ioſeph per mare rubrum traiectus eſt. Et tunc ergo M
produxerunt aquæ reptilia animarū uiuarū. Nihil Gene. 1.
aliud tunc in figura portendebat trāſitus populi p
mare, niſi tranſitū fidelium p baptiſmum. teſtis eſt
Apoſtolus, Nolo. n. uos, inquit, ignorare fratres, qa 1. Cor. 10.
patres noſtri oēs ſub nube fuerunt, & oēs per mare
trāſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nu-
be & in mari. Nihil ergo aliud ſignificabat trāſitus
p mare, niſi ſacramentū baptizatoꝝ: nihil aliud in-
ſequentes Aegyptij, niſi abundantiam pteritoꝝ de-
lictoꝝ. Videtis euidentiſsima ſacramenta: Premunt
Aegyptij, urgent, inſtant ergo peccata, ſed uſque ad
aquā. Quid ergo times q nondū ueniſti, ueniue ad
baptiſmū Chriſti, tranſire per mare rubrum? Quid
eſt rubrum: Sanguine domini conſecratū. Quid ti-
mes uenire? Conſcientia forte aliquorum immanium
delictoꝝ ſtimulat & excruciat in te animū, & dicit
tibi tam magnū eſſe illud quod cōmiſiſti, ut deſpe
res tibi dimitti. Time ne remaneat aliquid peccato
rū, ſi uixit aliquis Aegyptiorū. Cum autē tranſieris
rubrū mare, cū eductus fueris a delictis tuis in ma-
nu potenti & brachio forti, percepturus es myſte-
ria quæ non noueras, quia & ipſe Ioſeph cum exiret

A de terra Aegypti: Linguam quā non nouerat audi
uit.) Audies linguam quam non noueras: quā mo-
do audiunt & recognoſcunt teſtantes & ſcientes q
norunt. Audies ubi debeas cor habere. Quod mo-
do cū dicerē, multi intellexerūt & acclamauerunt:
reliq multi ſteterunt, qa nōdum linguam quā non
nouerant audierunt: Accelerent ergo, tranſeant, di
ſcant, Linguā quam non nouerat audiuit. Auertit
Matt. 11. ab oneribus dorſum eius.) Quis auertit ab oneri-
bus dorſum eius, niſi ille q clamauit, Venite ad me
oēs q laborans & onerati eſtis? Alio modo hoc idē
ſignificatur. Quod faciebat inſecutio Aegyptiorū,
hoc faciunt ſarcinę peccatorū. Auertit ab oneribus
dorſum eius. Et quaſi diceres, à quibus oneribus?
Manus eius in cophino ſeruierūt.) Per cophinū ſi
gnificantur opa ſeruilia. mundare ſtercora, terram
portare, cophino fit, ſeruilia ſunt opa: qa ois q facit
Ioan. 8. pctm, ſeruus eſt peccati: & ſi uos filius liberauerit,
tunc uere liberi eritis. Merito & abiecta mūdi, qua
ſi cophini deputanē. Sed & cophinos deus bucel-
Matt. 14. lis impleuit. Duodecim cophinos bucellarū imple-
1. Cor. 1. uit, qa abiecta huius mundi elegit, ut confunderet
B fortia Sed & qñ in cophino ſeruiebat Ioſeph, terrā
ſibi portabat, qa lateres faciebat. Manus eius in co-
phino ſeruierunt. In tribulatione inuocaſti me &
erui te.) Recognoſcat ſe unaquæq; conſcia xpiana,
ſi deuote tranſierit mare rubrū, ſi cū fide credendi
Exo. 14 & obſeruandi linguam quā non nouerat audiuit,
recognoſcat ſe in tribulatione exauditā. Ipſa. n. ma
gna tribulatio erat premi ſarcinis peccatorū. Quan
tum gaudet reuelata cōſcia? Ecce baptizatus es, cō
ſcientia q heri premebatur, hodie gratulat. Exaudi
tus es in tribulatione, memento tribulationis tuæ.
Antequā accederes ad aquā, qd ſolicitudinis gere-
bas? qd ieiuniorū exhibebas? quid tribulationū in
corde geſtabas, orōnum internarum, piarū, deuo-
tarum. Occiſi ſunt hoſtes tui, oia peccata tua dele-
ta ſunt. In tribulatione inuocaſti me & erui te. Ex
audiui te in abſcondito tēpeſtatis.) Nō in tēpeſta-
te maris, ſed in tēpeſtate cordis. Exaudiui te in ab-
ſcondito tempeſtatis. Probaui te in aqua contra-
dictionis) Reuera frēs reuera, q exaudit᷑ eſt in ab-
ſcondito tēpeſtatis, debet ꝓbari in aqua contradi-
C ctionis. Cum. n. crediderit, cū baptizatus fuerit, cū
uiam dei capere cœperit, cū in gemellariū eliquari
intenderit, & ab amurca publice currēte ſe extraxe
rit, habebit multos exagitatores, multos inſultato
res, multos detractores, dehortatores, minātes etiā
ubi poſſunt, deterrētes, deprimētes. Hæc tota aqua
Num. 20 cōtradictionis eſt. Puto eſſe hodie hic ſic: arbitror
eſſe hic nōnullos quos anici ſui uolebant rape ad
circum, & ad neſcio quas hodiernę feſtiuitatis nu-
gas: Forte ipſi illos adduxerūt ad Ecclīam: ſed ſiue
ipſi illos adduxerūt, ſiue ab eis ad circum abduci
nō potuerūt, i aqua cōtradictionis ꝓbati ſunt. Nō
ergo erubeſcas pdicare qd noſti defendere, & inter
blaſphemos qd credidiſti. Si. n exaudiris in abſcō-
Rom. 10. dito tēpeſtatis, corde credit ad iuſtitiā: ſi ꝓbaris in
aqua cōtradictionis, ore cōfeſſio fit ad ſalutē. Quā
ta eſt. n. ipſa aqua contradictionis? Iā penè ſiccata
eſt: ſed ſenſerunt illā maiores nři, qñ uerbo dei, qñ
myſterio xpi acriter reſiſtebant gentes, turbabatur
aqua. Aquas. n. pro populis aliqñ intelligendas eui
Apoc. 17 denter Apocalypſis ſcriptura demōſtrat, ubi aquę
multæ cum uiderentur, & cum quęreretur quid eſ-

ſent, reſponſum eſt, Populi ſunt. Pertulerunt ergo il D
li aquam contradictionis, qñ fremuerunt gentes, & Pſal. 2.
populi meditati ſunt inania, qñ aſtiterunt reges ter
ræ, & principes conuenerūt in unū aduerſus dñm,
& aduerſus Chriſtum eius. Qñ fremuerunt gentes,
tunc leo ille uiro forti Samſon uenienti ad ducen- Iudic. 14.
dam de alienigenis uxorem, Chriſto. ſ. deſcenden-
ti ad habendā eccleſiam de gentibus fremens ibat
in obuiam. Sed quid egit? Accepit, tenuit, fregit, diſ
ſipauit leonē, factus eſt in manibus eius ueluti hœ
dus caprarum. Quid. n fieret populus fremens, ni-
ſi languidus peccator? Occiſa autem illa feritate, iā
non ſic fremit regia poteſtas, non ſic fremit ppls gē
tium, nō it obuiam xpo, immo uero in ipſo regno
gentium inuenimus leges pro eccleſia, tanquā fauū
in ore leonis. Quid ergo iam metuam aquam con-
tradictionis, q propè iam tota ſiccata eſt? Illa penè
iam ſilet, ſi amurca non contradicat: Quantumli-
bet mali ſæuiant alieni, ô ſi eos non adiuuent mali
nři. Exaudiui te in abſcondito tempeſtatis, ꝓbaui
te in aqua contradictionis. Recolitis qd de xpo di-
ctum ſit, ſic natū eum eſſe in multorū ruinā, & mul Luc. 2.
torum reſurrectionē, & in ſignum cui contradiceē? E
Nouimus, uidemus ſignū crucis erectū eſſe, & con-
tradictum eſt ei. Contradictū eſt gloriæ crucis, ſed
titulus erat ſup crucem q non corrumpebatur. Eſt
enim titulus in Pſalmo, In tituli iſcriptionē ne cor- Pſal. 59
rumpas. Signū erat cui contradiceretur: dixerūt n.
Iudæi, Noli facere rex Iudæorum, ſed fac ꝙ ipſe di- Ioan 19
xerit regem ſe eſſe Iudæorū: Victa eſt contradictio,
reſponſum eſt, quod ſcripſi ſcripſi. Exaudiui te in
abſcondito tempeſtatis, probaui te in aqua cōtra-
dictionis. Hoc totum ab initio Pſalmi uſq; ad hūc
uerſum, de oleo torcularis audiuim᷑. Quod reſtat
magis dolendū eſt & cauendū: ad amurcā. n. torcu
laris pertinet uſq; in finem, fortaſſe non fruſtra, &
interpoſito diapſalmate: ſed hoc ēt audire utile eſt,
ut q ſe iam in oleo uidet gaudeat: q periclitatur, ne
in amurcam incurrat, caueat: utrunq; audi, unum
dilige, alterū time. Audi populus meus & loquar,
& teſtificabor tibi.) Non. n. populo alieno, non. n.
populo non pertinenti ad torcular. Iudicate, inqt, Eſa. 5.
inter me & uineā meam. Audi ppls meus & loquar
& teſtificabor tibi. Iſrael ſi me audieris, nō erit in F
te deus recens.) Deus recens eſt ad tps factus, Deus 3. ſen. diſ.
aūt noſter non recens, ſed ab æternitate in æterni- 11. poſt
tatem. Et xps noſter recens forte homo, ſed ſempi- pdicta.
ternus deus. Quid. n? Ante principium, & utique in
principio erat uerbum, & uerbum erat apud deū, Ioan. 1.
& deus erat uerbum: & ipſe deus noſter uerbū ca-
ro factū, ut habitaret in nobis. Abſit ergo ut ſit in
aliquo deus recens. Deus recēs, aut lapis, aut phan-
taſma eſt. Non eſt, inqt, lapis: ergo argenteū habeo
& aureum. Merito ipſa precioſa uoluit numerari q
dixit, Idola gentiū argentum & aurū. Magna ſunt Pſal. 95
qa aurea & argētea ſunt, precioſa ſunt, lucida ſunt,
ſed tñ oculos habent & non uidēt. Recentes ſu dij.
Quid recētius deo ex officina, licet illos iam uetu-
ſtos aranearū caſſes cōtexerint? Qui ſemper ni nō
ſunt, recentes ſunt. Hoc de Paganis neſcio qs aliis
in uanitatem accipiens nomen dñi dei ſui, fecit ſi-
bi xpm creaturam, Chriſtum impatem & inæqua-
lem generanti, filium dei dicens, & filū dei negās.
Si enim filius unicus eſt, hoc quod pater eſt, & hoc
eſt ex æternitate, Tu autem neſcio quid aliud co-

G gitasti in corde tuo, deũ recentem posuisti. Fecit si-
bi alius deũ pugnantem contra gentem tenebrarũ,
timenté ne inuadatur, satagentem ne corrũpatur,
ex parte tñ corruptũ, ut posset esse totus saluus, sed
nõ totus, qa ex parte corruptus Manichæi ista dñt,
faciunt sibi & isti in corde recenté deũ. Non est ta-
lis deus nr̃, non est talis portio tua Iacob: sed q fe-
cit cœlũ & terram, ipse est deus tuus, q non eget bo
nis, q non timet à malis. Multi ergo hæretici cũ Pa-
ganis alios & alios deos ipsi sibi finxerunt, alios &
alios deos sibi ipsi fecerunt, & eos ẽt si non in tem-
plis, tñ quod est peius in suo corde posuerũt, & fal-
sorum ridendorumq; simulacrorũ templa ipsi facti
sunt. Magnum opus est intus hęc idola frangere, &
locum deo uiuenti, non recenti mundare. Omnes
enim isti aliud atq; aliud sentientes, alios atq; alios
deos sibi facientes, ipsamq; fidẽ fallitate uariantes
uidentur dissentire, sed oẽs a terrenis cogitationi-
bus non recedunt, in terrenis cogitationib' consen
tiunt sibi. Opinio diuersa est, uanitas una est. De il
Psal. 61 lis in alio Psalmo dr̃, Ipsi de uanitate in unũ colli-
gãtur. Quanuis opinionũ uarietate discordẽt, simi
H li tñ uanitate colligãtur. Et nostis qa uanitas retro
Philip. 3. est, posterior est: ideo ille q̃ retro oblitus est. i. uani
tatem oblitus, in ea q̃ ante sunt, id est, in ueritatem
extensus, seqtur ad palmam supernę uocationis dei
in xp̃o Iesu. Ergo in peius sibi isti consentiunt, quã
Iudic. 15. uis dissentire a se inuicẽ uideantur. Ideo Sãson cau
das uulpiũ colligauit. Vulpes insidiosos maximeq;
hæreticos significant dolosos, fraudulentos, cauer
nosis anfractib' latentes & decipiẽtes, odore ẽt te-
2. Cor. 2. tro putentes. Cõtra quẽ odorem dicit Apl̃s, xp̃i bo
nus odor sumus deo in omni loco. Istæ uulpes si-
Canti. 2. gnificantur in Canticiscanticorũ, ubi dr̃, Capite no
bis uulpes pusillas exterminãtes uineas, latentes in
cauernis tortuosis. Capite nobis, cõuincite nobis:
capis. n. eum quẽ de falsitate conuincis. Contradi
centibus deniq; uulpeculis dño, & dicentibus, In
qua potestate ista facis? respondete mihi & uos, in-
Matth. 21. qt, unum sermonẽ, Baptismum Ioãnis unde est, de
cœlo an ex hoibus? Vulpes aũt solent hr̃e tales fo-
ueas, ut ex una parte intrent, & ex alia parte exeãt.
Ad utrunq; foramen captor uulpiũ retia posuit, Di
L cite mihi, de cœlo est, an ex hoibus? Sentiũt illi eũ
ex utraq; parte tetẽdisse unde caperet, & aiũt apud
se, Si dixerimus, inquiunt, de cœlo, dicturus est no
bis, quare ergo nõ credidistis? Ille. n. testimonium
xp̃o perhibuit: Si dixerimus de terra, lapidabit nos
ppl̃s, qa ut Prophetam eũ hñt. Sentientes ergo hàc
atq; hàc esse unde caperentur, responderunt, nesci-
Ibidem. mus. Et dñs, Nec ego uobis dico in qua potestate
ista facio. Vos dicitis uos nescire qd scitis, ego uo-
bis non dico qd q̃ritis: qa ex nulla parte exire ausi
estis, in uestris tenebris remansistis. Obtẽperemus
Canti. 2. ergo & nos si possum' dicẽti uerbo dei, Capite no-
bis uulpes pusillas exterminãtes uineas: Videamus
si & nos quasdã uulpeculas cape possumus. Propo
namus ad foramẽ utrunq;, ut unde uulpes exire uo
luent, capiat, uerbi gr̃a, Manichæo facienti sibi deũ
recentem, & in corde suo ponenti qd non est, dica-
mus & interrogemus eũ: substantia dei corruptibi
lis est, an incorruptibilis? Elige qd uis: Exi quà uis,
sed non effugies. Si dixeris corruptibilis, nõ a pplo,
sed a teipso lapidaberis. Si autẽ dixeris incorrupti-
Matth. 21. bilem deũ, incorruptibilis quõ timuit gentem te-
nebrarũ? Quid factura erat incorruptibili gẽs cor- K
ruptionis? Quid restat nisi ut dicat, nescimus? Sed
tñ si hoc non dolo sed ignorantia dicitur, non re-
maneat in tenebris, ex uulpe fiat ouis, credat inuisi
bili, incorruptibili soli deo, non recenti: soli ab eo
qd est solis, non ab eo qd est sol, ne nos ipsi uulpi
fugienti aliam cauernãape ruisse uideamur, quan-
quam nec nomẽ solis formidabimus. Est. n. in scri- Mal. 4.
pturis nr̃is sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Ab
æstu solis huius umbra appetitur: sub alas autẽ so
lis huius ab æstu fugitur: sanitas. n. in pennis eius.
Iste est sol de quo dicturi sunt impij. Ergo erraui- Sapien. 5
mus à uia ueritatis, & iustitię lumẽ nõ luxit nobis,
& sol non est ort' nobis. Dicturi sunt adoratores so
lis, sol nõ ortus est nobis, qa cũ adorent solẽ quem
facit oriri sup bonos & malos, non est eis ortus sol,
q solos illuminat bonos. Faciunt sibi ergo deos re-
centes quiq; quales uolunt. Quid. n. impedit offici
nam decepti cordis fabricare phantasma quale uo
luerit? Sed oẽs hi in posterioribus consentiunt. i. si
mili uanitate detinentur. Vnde Samson noster q ẽt
interpretatur sol ipsorũ, eorum s. quibus lucet, non
omnium, sicuti est oriẽs super bonos & malos, sed L
sol quorundam sol iustitiæ: figurã. n. habebat xp̃i, Matth 5.
colligauit, ut dicere cœperam, caudas uulpium, &
ibi ignem alligauit: ignem ad incendendũ, sed mes Iudic. 15.
ses alienigenarum. Proinde tales consentientes in
posterioribus tanquam caudis colligati, trahunt
ignem corrumpentẽ, sed non incendunt nostrorũ
segetes. Nouit. n. dñs qui sunt eius, & recedit ab ini 2. Tim. 2.
quitate omnis q inuocat nomen dñi. In magna au
tem domo, non solum sunt uasa aurea & argentea, Ibidem
sed & lignea & fictilia: & alia quidem sunt in hono
rem, alia uero in contumeliam. Si quis autem mun
dauerit se ab hmõi, erit uas in honorem, utile deo,
ad omne opus bonum paratũ, & ideo nec caudas
uulpium, nec faces uulpium pertimescet. Sed uidea
mus de populo isto. Si me audieris, inqt, nõ erit in
te deus recens, Mouet me, quod dixit in te. Non. n.
dixit à te, quasi simulachrũ forinsecus adhibitum:
sed in te, in corde tuo, in imagine phãtasmatis tui,
in deceptionem erroris tui tecum portabis deum
tuum recentẽ, remanẽs uetustus. Si ergo me audie-
ris, me, inqt, quia ego sum q sum, nõ erit in te deus M.
recens. Nec adorabis deũ alienum.) Si. n. in te nõ
sit, non adorabis deum alienum. Si tu non cogites
deum falsum, non adorabis deum fabricatum. Nõ
enim erit in te deus recens. Ego enim sum.) Quid
uis adorare quod non est? Ego enim. Dñs deus
sum:) Quia ego sum qui sum. Et ego quidem sum, Exo. 20.
inquit, qui sum super omnem creaturam. Tibi tñ
temporaliter qd præstiti? Qui eduxi te de terra Ae Exo. 3.
gypti:) Non tm̃ illi populo dicitur, Omnes. n. edu-
cti sumus de terra Aegypti, oẽs per mare rubrũ trã-
siuimus, inimici nostri persequentes nos in aqua
perierunt. Non simus ingrati deo nostro, non obli
uiscamur deũ manentem, & fabricemus in nobis
deũ recentem. Qui eduxi te de terra Aegypti, Loq-
tur deus. Dilata os tuum, & adimplebo illud.) An
gustias pateris in te pp deum recentem constitutũ
in corde tuo: frange uanũ simulachrũ, deijce de cõ
scientia tua fictum idolũ, dilata os tuũ cõfitendo,
amando, & adimplebo illud, qm̃ apud me est fons
uitæ. Hoc quidem dicit dñs, sed quid sequitur? Et Psal. 25
non obaudiuit populus meus uocem meam.) Nõ.

A enim loqueretur ista, nisi populo suo. Scimus.n.q̄a
Rom. 3 quæcunq; lex dicit, his qui in lege sunt dicit. Et nō
obaudiuit populus meus uocem meam: Et Israel
nō attendit mihi.) Quis? cui? Israel mihi. O ingra-
ta anima: p̄ me anima, à me uocata anima, à me in
spem reducta, à me à peccatis abluta, & Israel non
attendit mihi. Baptizantur.n.& transeūt p̄ mare ru
brum: sed in uia murmurant, contradicunt, cōque
runtur, seditionibus perturbantur, ingrati ei q libe
rauit à persequentibus hostibus, q ducit p̄ siccum,
per eremum, cum cibo tñ & potu, cum lumine no-
cturno & umbraculo diurno, Et Israel non attēdit
mihi. Et dimisi eos secundū affectiones cordis eo
rum.) Ecce torcular. Aperta sunt foramina, currit
murca. Et dimisi eos, nō secundum salutem præce-
ptorū meorum, sed secundū affectiones cordis eo-
Roma. 1 rū donaui eos sibi. Dicit & Apostolus, Tradidit il-
los deus in cōcupiscentias cordis eorū: Dimisi eos
secundum affectiones cordis eorum, Ibunt in affe
ctionibus suis.) Inde est qd horretis: si tñ eliquami
ni in gemellaria abscōdita dñi, si tñ apothecas eius
adamastis, inde est quod horretis: alij defendūt cir
B cum, alij amphitheatrū, alij casas in uicis, alij thea-
tra, alij illud, alij illud, alij postremo deos recentes
suos. Ibūt in affectionib⁹ suis. Israel si in uijs meis
ambulasset.) Dicit fortasse enim iste Israel, Ecce pec
co, manifestum est, eo post affectiones cordis mei.
Sed qd facio? Diabolus hoc facit, dæmones hoc fa-
ciunt. Quid est diabolus? Qui sunt dæmones? Cer-
te inimici tui. Israel si in uijs meis ambulasset: In
nihilum oēs inimicos eorū humiliassem.) Ergo si
plebs mea audisset me. Quare.n.mea, si non audit
me? Si plebs mea audisset me, Quis ē plebs mea? Is-
rael Quid est, audisset me? Si in uijs meis ambulas-
set. Quæritur & gemit sub inimicis. In nihilum ini-
micos eorū humiliassem: Et super tribulantes eos
misissem manum meam.) Nunc uero qd q̄ritur de
inimicis? Ipsi facti sūt peiores inimici. Quō enim?
quid sequitur de inimicis quærimini? Vos qd estis?
Inimici dñi mentiti sunt ei.) Renuncias? Renun-
cio. Et redit ad quod renunciatur. Vtiq; quibus re-
bus renuncians, nisi factis malis, nisi factis diabo-
licis, factis à deo damnatis, furtis, rapinis, periurijs,
C homicidijs, adulterijs, sacrilegijs, sacris abominan-
dis, curiositatib⁹? His oibus renuncias, & rursus his
inflexus suparis. Facta sunt tibi posteriora deterio-
2. Pet. 2. ra priorib⁹: Canis reuersus ad uomitum suū, & sus
lota in uolutabris cœni. Inimici dñi mentiti sunt
ei, Et quanta patientia dñi? Quare non prosternun
tur? Quare nō trucidantur? Quare non terra dehi-
scente sorbentur? Quare non cœlo flagrante incen
duntur? Quia magna patientia dñi. Et erunt impu
niti? Absit. Nō sibi tñ de dei misericordia blandia-
tur, ut sibi eius iniustitiam polliceātur. Ignoras q̄a
Roma. 2. dei patientia ad pœnitentiam te adducit? Tu autē
secundum duritiam cordis tui & cor impœnitens,
thesaurizas tibi irā in die iræ & reuelationis iusti iu
dicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera sua.
Et si modo non reddit, tunc reddet. Si enim modo
reddit, ad tps reddit. Non conuerso autem nec cor
recto in æternum reddet. Vide ergo quia non erūt
impuniti, attende quod sequitur, Inimici dñi men-
titi sunt ei. Dicturus es, & quid eis fecit? Non uiuūt,
non auras carpunt, non lucem hauriunt, non fon-
tes potant, non fructus terræ edunt? Et erit tps eo-

rum in æternum.) Nemo sibi ergo blandiatur, qa D
quasi ad torcular pertinet: bonum est illi si ad oleū
in torculari pertineat. Nō sibi polliceatur unusq̄sq;
habens facta nefaria, quæ regnum dei non possidē Galat. 5.
bunt: & dicat sibi, Qm̄ habeo signum Christi & sa lib. 21. de
cramenta Christi, nō delebor in æternum: & si pur Ciui. dei,
gor per ignē, saluus ero. Nam qd est quod ait Apo- cap. 25
stolus de his qui habent fundamentum? Fundamē 1. Cor. 3
tum aliud nemo potest ponere, præter id quod po-
situm est, quod est xp̄s Iesus. Quid est, inquiunt, qd
sequitur, Vnusquisq; autem super fundamentum ui
deat quod superædificet? Alius.n superædificat au Ibid.
rum, argētum, lapides preciosos: alius ligna, fœnū,
stipulam: uniuscuiusq; opus quale sit ignis proba-
bit. Dies enim dñi declarabit, quia in igne reuelabi
tur. Si cuius opus permanserit quod superædifica-
uit, mercedem accipiet: hoc est, qa super fundamen
tum iusta opera ædificauit, aurum, argentum, lapi
des preciosos: si autem peccata, lignum, fœnum, sti
pulam: tñ propter fundamētum ipse saluus erit, sic
tñ quasi per ignem. Fratres, nimis timendum eē uo
lo: melius autem est enim non uobis dare securita
tem malam. Non dabo quod non accipio, timens E
terreo. Securos uos facere, si securus fierē ego: Ignē
æternū timeo. Et erit tps eorum in æternum, non
accipio nisi ignē æternū: de quo alio loco scriptu-
ra dicit, Ignis eorū non extinguetur, & uermis eorū Esa. 66.
nō morietur. Sed de impijs dixit, ait aliqs, nō dixit
de me, q quāuis peccator sim, quāuis adulter, quā-
uis fraudator, quāuis raptor, quāuis periurus: hēo
tñ in fundamento Christum: Christianus sum, ba-
ptizatus sum, ego p̄ ignem purgor, & p̄p fundamen
tum non pereo. Dic mihi iterum quis es? Christia-
nus sum, inquit. Interim trāsi. Quid aliud? Raptor,
adulter, & cætera: de quibus Ap̄ls dicit, Qm̄ qui ta- Galat. 5.
lia agunt, regnum dei non possidebunt. Certe ergo
à talibus non correptus, de talibus commissis pœ-
nitentiam non agens, regnum cœlorum speras? Nō
opinor, qm̄ qui talia agunt, regnum dei non possi-
debunt. Et ignoras quia patientia dei ad pœniten- Roma. 2
tiam te adducit? Tu nescio quid tibi pollicens, se-
cundum duritiā tuam & cor impœnitēs thesauri-
zas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij
dei, q reddet unicuiq; secundū opa sua. Antē de ergo F
ipsum iudicē uenientem Bene. Deo gratias. Nō ta-
cuit sniam definitiuam, non misit foras reos, & du
xit uelū Ante uoluit prænūciare, quod disposuit fa
cere: nempe congregabūtur ante eum oēs gentes.
Quid de illis faciet? Separabit eas, & alios ponet ad
dexteram, alios ad sinistrā Nunquid medius locus
seruatus ē? Quid dextris dicturus est? Venite bene- Mat. 25.
dicti patris mei p̄cipite regnum Quid sinistris? Ite
in ignem æternum q paratus est diabolo & angelis
eius. Si nō times mitti quō, uide cū quo. Si ergo o- Galat. 5.
pera illa oia regnum dei non possidebunt, immo
non opera sed qui talia agunt: nam opera talia in
igne nō erūt. Nō.n. illo igne ardentes furaturi sunt
& adulteraturi: sed quia q talia agūt, regnū dei nō
possidebunt. Nō ergo erunt à dextris cū illis quib⁹
dicetur, Venite benedicti patris mei p̄cipite regnū: Mat. 25.
quia qui talia agunt, regnum dei non possidebūt.
Si ergo à dextris non erūt, nō restat nisi ut sint à si-
nistris. Sinistris qd dicet? Ite in ignem æternū, quia
erit tps eorum in æternū. Expone ergo, inquit, no-
bis ligna, fœnū, stipulā, quæ qui ædificāt sup fun- 1. Cor. 3

G aït, Quēadmodum prēs eor̄ : cum per totū psalmi
textum tanq̄ de hominibus eisdem loqui uideret:
apparet tn̄ nunc de illis dici, qui iam erant in terra
promissionis, & patres eor̄ dictos q in eremo ama
ricauerunt. Conuersi sunt, inqt, in arcum prauū.)
Vel sicut alij codices habent: In arcū peruersum.)
Quid aūt hoc sit, in eo quod sequitur magis appa-
ret ubi ait: Et in ira concitauerunt eū in collibus
suis.) In idololatriam eos prosiluisse significat. Ar-
cus ergo peruersus est, non pro noīe dn̄i, sed contra
Exo. 20. nomen dn̄i, qui dixit eidem populo, Non erunt ti-
bi dij alij præter me. Per arcū autem significat ani-
mi intentionem. Hoc ipsum deniq; psalmus plani⁹
exprimens. Et in sculptibilibus suis, inqt, ad æmu
lationē eū prouocauerunt. Audiuit deus & spre-
uit.) Id est, auertit & uindicauit. Et ad nihilū rede
git nimis Israel.) Deo qppe spernente quid remanse
runt, q deo adiuuāte fuerunt qd fuerunt? Nimirum
autem rem istam gestam cōmemorat, qn̄ uicti sunt
1. Reg. 4. ab Allophylis tpe Heli sacerdotis, & arca dn̄i capta
est, & magna strage uastati sunt. Hoc est qđ dicit:
Et repulit tabernaculum Sylo, tabernaculum suū
H ubi habitauit in hominibus.) Eleganter exposuit
quare repulerit tabernaculum suum, cum ait, ubi
habitauit in hoibus, Cum ergo digni non essent in
qbus habitaret, cur non repelleret tabernaculū qđ
utiq; pp se non instituerat, sed pp ipsos quos iam iu
dicabat indignos in quibus habitaret? Et tradidit
in captiuitatem uirtutem eorum, & pulchritudinē
eorum in manus inimici.) Ipsam arcam unde sibi
uidebant inuicti, & unde sibi plaudebant, uirtutē
& pulchritudinem eor̄ dicit. Deniq; & postea male
uiuentes, & de tēplo dn̄i gloriantes, terret per pro-
phetam dicēs, Videte quid feci Sylo, ubi erat taber
naculum meum. Et conclusit in gladio populum
suum, & hæreditatē suam spreuit. Iuuenes eor̄ co-
medit ignis:) Id est, ira. Et uirgines eor̄ non sunt
lamētatę.) Quia neq; hoc uacabat in hostili metu.
Sacerdotes eor̄ in gladio ceciderunt, & uiduæ eo
rū non plorabant.) Ceciderunt enim in gladio fi-
1. Reg. 4. lij Heli, quor̄ unius uxor uiduata, & mox in partu
I mortua, pp eandem pturbationem plangi non po-
tuit honore funeris. Excitatus est tanq̄ dormiens
dn̄s.) Videtur enim dormire, qn̄ populum suū dat
in manus eorum quos odit, ubi eis dicitur: ubi est
deus tuus? Excitatus est ergo tanq̄ dormiens dn̄s:
Psal. 41. Tāquā potēs †crapulatus a uino.) Nullus hoc de
†al. potans. deo dicere auderet, nisi spiritus eius. Dixit enim, si-
cut uidetur impijs insultantib⁹, q; uelut ebrius diu
dormiat, qn̄ nō tam cito q̄ putant, hominibus sub
uenit. Et percussit inimicos suos in posteriora.) Il
1. Reg. 15 los utiq; qui gaudebant q; arcam eius captiuare po
tuerūt: percussi enim sunt in sedibus suis. Quod ei⁹
pœnæ signum mihi uidetur, quia quisq; cruciabit
Philip. 3 si in posteriora respexerit, quæ, sicut Apostolus ait,
æstimari debent ut stercora. Qui.n. sic suscipiūt te-
stamētum dei, ut ueteri uanitate non se exuāt, isti es
sunt hostib⁹ populi eius, q; arcam testamenti capti-
Esa. 40 uatam iuxta sua idola posuerūt: & illa qdem uetera
etiam illis nolentibus cadunt: quia oīs caro fœnū,
& claritas hois ut flos fœni. Fœnum aruit, flos deci
dit, arca autem dn̄i manet in æternum, secretū scili
cet testamenti regnū cœlor̄ ubi est æternū uerbū
dei. Sed illi qui posteriora dilexerunt, ex ipsis iustis
sime cruciabuntur. Opprobrium sempiternū de-

dit illis. Et repulit tabernaculū Ioseph, & tribum K
Ephrē non elegit. Et elegit tribū Iuda.) Nō dixit,
repulit tabernaculum Ruben, q fuit primogenitus
Iacob, nec eos q sequuntur, & Iudam nascēdo præ-
cedunt, ut illis repulsis & non electis, trib⁹ Iuda eli- Gene. 49
geretur. Poterat.n. merito dici illos repulsos, qa &
in bn̄dictione Iacob, qua filios suos benedixit, pec
cata eor̄ cōmemorans grauiter detestaf, q̄uis in eis
tribus Leui sacerdotalis tribus esse meruerit, unde
ēt Moyses fuit. Nec dixit, repulit tabernaculum Be- Exo 2
niamin: uel, tribū Beniamin nō elegit: ex qua rex es 1. Reg. 9.
se iā cœperat: nā ide electus fuerat Saul. Vnde ex ip 1. Reg. 16
sa uicinitate tpis, qn̄ ille repulsus est atq; reproba-
tus, & Dauid electus, conuenienter posset hoc dici,
nec tn̄ dictū est: sed eos potissimum nominauit, q
clarioribus meritis uidebantur excellere. Nam Io-
seph pauit in Aegypto patrem & fratres suos, & im- Gene. 41
pie uenditus, merito pietatis, castitatis, sapiētiæ iu-
stissime sublimatus est, & Ephrē maiori fratri aui
sui Iacob bn̄dictione plātus est: & tn̄ deus repulit
tabernaculū Ioseph, & tribū Ephrē non elegit. Vbi Gene. 48
p hæc pclarissimorum nomina, qd aliud q̄ uniuersum
ppl̄m illum uetusta cupiditate a dn̄o terrena præ- L
mia requirentem, repulsum & reprobatum intelli-
gimus: electam autem tribum Iuda, non pro meri-
tis ipsius Iudæ? Longe qppe maiora sunt merita Io
seph, sed p tribum Iuda, qm̄ inde extitit xp̄s secun-
dum carnem, nouum populum xp̄i illi populo ue-
teri prælatum scriptura testatur, aperiente dn̄o in
parabolis os suum. Iam uide etiam quod sequitur:
Montem Sion quem dilexit.) Ecclesiam xp̄i meli⁹
intelligimus, non pp præsentis temporis beneficia
carnalia deum colentem, sed futura & æterna præ-
mia oculis fidei longe speculantē. Nam & Sion spe
culatio interpretatur. Deniq; sequitur: Et ædifica-
uit sicut unicornior̄ sanctificationem suam.) Vel
sicut quidam interpretes uerbū nouum fecerunt.
Sanctificiū suum.) Vnicornij recte intelliguntur,
quor̄ firma spes in unū illud erigitur, de quo dicit
alius Psalmus, Vnam petij a dn̄o hāc requiram. San Psal. 26
ctificium uero dei est secūdum Apostolum Petrū, 1. Pet. 2.
intellecta plebs sancta & regale sacerdotiū. Quod M
uero sequit: In terra quā fundauit in æternū.) Qđ
habent Græci codices εἰς τὸν αἰῶνα, utrū in æternū
an in seculum dicat a nobis, in Latinor̄ interpretū
potestate est, qm̄ utrūq; significat, & ideo hoc in La
tinis codicibus, illud in alijs inuenitur. Habent ali-
qui etiam pluraliter, id est, in secula, quod in Græ-
cis quos habuimus nō inuenimus. [illegible]s uero fide
liū dubitet Ecclesiā ēt si alijs abeuntib⁹, alijs uenie
tibus ex hac uita mortali transit, tn̄ in æternū esse
fundatam? Et elegit Dauid seruū suum.) Tribū er- 1. Reg. 16
go Iuda pp Dauid, Dauid autem pp xp̄m. Tribum
igitur Iuda pp xp̄m, Quo transeunte clamauerunt
cæci, Miserere nobis fili Dauid: Et continuo miseri Mat. 20
cordiæ eius lumen receperunt, quia uerum erat qđ
clamauerunt. Hoc igitur non transeunter dicit, sed
attente commendat Apostolus scribens ad Timo-
theum, Memor esto xp̄m Iesum resurrexisse a mor- 2. Tim. 2
tuis ex semine Dauid, secundum Euangeliū meū,
in quo laboro usque ad uincula tanq̄ malefaciens,
sed sermo dei nō est alligatus. Ipse itaq; saluator se-
cundum carnē factus est ex semine Dauid, figuraf
in hoc loco noīe Dauid, aperiente domino in para
bolis os suum. Nec mouet quod cū dixisset, Et ele-
git

A git Dauid: quo nomine xp̄m significauit: addidit, seruum suū: nō, filiū suum. Imò uero hinc agnosca mus, non patri coæternā unigeniti substantiā, sed formā serui susceptā ex semine Dauid. Et sustulit eum de gregib⁹ ouium, & de post fœtantes accepit eū, Pascere Iacob seruū suum, & Israel hæreditatem suam.) Ille quidem Dauid, ex cui⁹ semine caro xp̄i est, ab officio pastorali pecorū, ad hominum regnū translatus est. Noster autem Dauid ipse Iesus ab ho minibus ad hoīes, à Iudæis ad gentes, tñ sc̄d̄m pa rabolam ab ouibus ad oues allatus atq; translatus est. Non sunt. n. modo in terra illa Ecclesiæ Iudææ in xp̄o, quæ fuerunt circuncisorum recenti passio ne, & resurrectione dñi nostri, de quib⁹ dicit Apl's,
Gala. 1. Erain autē ignotus facie Ecclesus Iudææ, quæ sunt in Christo. Tantum autem audiebant, quia is qui aliqñ nos persequebatur, nunc euangelizat fidem quam aliqñ uastabat, & in me magnificabāt dñm. Iam hinc illæ ecclesiæ transierunt populorū circun cisorum: ac per hoc in Iudæa q̄ modo in terra est, non est modo Christus, Ablatus est inde, nūc gen tium greges pascit. Sanè de post fœtantes inde ac-
B ceptus est. Illæ qppe priores fuerunt tales, de quali-
Canti. 4. bus dicitur in Cantico canticorū, uni Ecclesię q̄ cō stat ex multis. i. uni gregi, cuius membra sunt mul ti greges. De talibus ergo ei dicitur, Dentes tui. i. per quos loqueris, uel per quos in corpus tuum uelut manducando cæteros traicis, Hoc itaq; significan tes dētes tui, sicut grex detonsarū ascēdentes de la uacro, q̄ oēs geminos creāt, & sterilis non est in eis.
Act. 2. & 4. Deposuerunt enim tunc uelut uellera, onera seculi, qñ ante pedes Apostolorum uenditarum rerū sua rum precia posuerunt, ascendentes de lauacro illo, de quo eos admonet Apl's Petrus, sollicitos quod
Act. 2 xp̄i sanguinem fuderint, & dicit, Agite pniam, & ba ptizetur unusquisq; uestrum in nomine dñi nostri Iesu Christi, & dimittētur uobis peccata uestra. Ge minos aūt creauerunt, opera scilicet duorum præ ceptorū geminæ charitatis, dilectionis dei, & dile ctionis proximi, unde sterilis nō erat in eis. De post has oues fœtātes Dauid nr̄ acceptus, nūc alios gre ges pascit in gentibus, & ipsos Iacob & Israel. Sic. n. dictū est, Pascere Iacob seruum suū, & Israel hæredi tatem suam. Non enim, qa ex gentib⁹ sunt istę oues,
C ideo ab illo semine alienatę sunt, qd̄ est Iacob & Is rael. Semen est. n. Abrahæ, semen promissionis, de
Gene. 21. quo ei dñs dixit, In Isaac uocatur tibi semen. Quod
Roma. 9 exponēs Apl's, Non, inquit, filij carnis, sed filij pro-
Gala. 3 missionis deputantur in semine. Ex gentib⁹. n. erāt fideles quibus dicebat, Si aūt uos xp̄i, ergo Abrahę semen estis, & secundum repromissione hæredes. Quod uero ait, Iacob seruū suum, & Israel hæredita tem suā: more suo scriptura repetiuit eandem sentē tiam, nisi forte quispiā sic distinguere uelit, ut hoc tpe Iacob seruiat: tunc autem sit æterna hæreditas dei, qñ uidebit deum facie ad faciē, unde Israel no men accepit. Et pauit eos, inquit, in innocētia cor dis sui.) Quid illo innocētius, q̄ nullum pc̄m, nō so lum à quo uinceretur, sed etiam quod uinceret, nō habebat? Et in intellectu manuum suarum dedu xit eos.) Vel sicut aliqui codices habent, In intel lectib⁹ manuum suarū.) Alius putaret ita congruen tius potuisse dici, Innocētia manū & intellectu cor dis. Hic autem q̄ magis q̄ alius quid loqueretur scie bat, cordi maluit adiungere innocentiā, & manib⁹

intelligentiam. Illud propterea quantum existimo, D
quia multi sibi uidenī innocētes qui nō faciūt ma la, cū timent ne patianī si fecerint, uellent autem fa cere si impune potuissent. Tales uideri possent hīe innocentiam manuum, non tñ cordis. Et q̄ tandē aut qualis est ista innocentia: si cordis non est, ubi homo factus est ad imaginē dei? Quod uero ait, In intellectu uel in intelligētia manuū suarū seduxit eos: uidei mihi eam dixisse ipse intelligentiam, quā fecit in credentib⁹, ideo manuū suarum. Facere qp pe ad manus pertinet, Sed si sic pñt intelligi manus dei, quia & xp̄s sic homo, ut etiam deus: hoc certe & ille Dauid de cuius est iste semine facere non po terat in pplo, cui sicut homo regnabat: sed ille hoc facit, cui rectè aia fidelis dicere pōt, intelligere me
Psal. 118. facito, & perscrutabor legē tuā. Proinde ne ab illo erremus, dum de nr̄a uelut ex nobis sir intelligen tia fidim⁹, eius manib⁹ nos credendo subdamus Ip se in nobis eam faciat ut intelligētia manuū suarū nos deducat, erutos ab errore, eoq; pducat ubi iā ñ possimus errare. Hic est fructus ppl'i dei, attēdentis legē dei, & inclinantis aurē suā in uerba oris ei⁹, ut dirigat in eo cor sursum, & sit cū illo creditus spūs E
eius: ne immutetur in gñationem prauam & ama ricantem, sed his oībus sibi annunciantis, non so lum ad pꝛentem uitam, uerūetiam ad ęternam, nec tm̄ ad recipienda bonorū operū præmia, sed etiam in ipsa bona opa facienda, ponat in deo spem suā.

In Psalmum septuagesimumoctauum

Expositio.

IN titulo Psalmi huius tam breui & simpli ci imorandum eē non puto. Prophetiā ue ro, quā hic præmissam legimus, euidenter scimus impletā. Cum enim ista canerentur tpibus regis Dauid, nihil tale adhuc contigerat ex aduersi tate gētiū ciuitati Hierusalem, nec tēplo dei, quod nec ædificatū adhuc erat. Post mortē qppe Dauid filiū eius Salomonē deo templum fecisse quis ne scíat? Dicitur ergo tanq̄ præteritum, quod in spiri tu uidebaī esse futurum. Deus uenerunt gentes in hæreditatē tuam.) Qua loquendi consuetudine ēt illud est prophetatum de dñi passione, Dederunt in escā meā fel, & in siti mea potauerunt me aceto: & alia q̄ in eodem Psalmo, uentura uelut facta nar rantur. Nec illud mirandum est q; deo ista dicun-
tur. Non. n. nescienti indicātur quo reuelante præ- F
sciūtur, sed anima cū deo loquitur pietatis affectu quem nouit deus. Nam & angeli q̄ hominibus nun ciant, nescientibus nunciant: q̄ aūt deo nunciant, scienti nunciant qñ illi offerunt orationes nostras, & ineffabili modo de actib⁹ suis æternam ueritatē tanq̄ legē incōmutabilē consulunt. Et iste ergo ho mo dei dicit deo qd̄ discat à deo, tanquā discipul⁹ magistro nō ignorāti, sed iudicāti: ac sic aut pban ti qd̄ docuit, aut qd̄ nō docuit reprehendenti, ma xime qa specie pꝛenti Propheta eos in se transfigu rat, qui tunc futuri essent qñ ista ueniebant. Solent aūt in oratione dici deo q̄ uindicans fecerit, & ad iungi petitio, ut iam misereaī & parcat. Hoc mō & hic dicuntur, à quo pdicuntur, tanquā ab eis dican tur quibus acciderunt, & ipsa deploratio atq; pca tio, prophetatio est, Deus uenerūt gentes in hæredi tatē tuā. Polluerunt tēplum sanctū tuū, posuerūt Hierusalem in pomorū custodiā. Posuerunt morti cina seruorū tuorū escas uolatilib⁹ cœli, carnes san-

G ctorum tuoꝝ beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem
eoꝝ ſicut aquā in circuitu Hieruſalē, & nō erat qui
ſepeliret.) Si in iſta prophetia quiſquā noſtrū eā ua
ſtationē Hieruſalē intelligendā putauerit, quæ fa-
cta eſt à Tito Imperatore Romano, cum iam dn̄s
Ieſus xp̄s poſt reſurrectionē & aſcenſionē ſuā præ-
dicaretur in gentibus, non mihi occurrit q̄uo dici
potuerit iam ille populus hæreditas dei nō tenens
xp̄m, quo reprobato & occiſo factus eſt reprobus,
qui in eum nec poſt eius reſurrectionē credere uo-
luit, & inſup martyres eius occidit. Ex illo.n. popu
lo Iſrael quicunq; in xp̄m crediderunt, quib⁹ facta
eſt xp̄i præſentatio, & quodāmodo promiſsio red-
ditio ſalubris atq; fructuoſa, de quibus & ipſe dn̄s
Mat. 15. dicit, Non ſum miſſus niſi ad oues q̄ perierunt do-
mus Iſrael, ipſi ex illis ſunt filij ꝓmiſsionis, ipſi de-
putantur in ſemine, ipſi ptinent ad hæreditatē dei.
Mat. 1 Hinc ſunt Ioſeph homo iuſtus, & uirgo Maria q̄ pe-
Luc. 1 perit xp̄m. Hinc Ioannes Baptiſta amicus ſponſi, &
parentes eius Zacharias & Helizabet. Hinc Simeon
Luc. 1. & ſenex & Anna uidua, qui xp̄m non loquentē, ſenſu
2. corporis audierunt, ſed adhuc infantem nō loquē
tem, ſpiritu cognouerūt. Hinc beati Apoſtoli. Hinc
H Nathanael, in quo dolus nō erat. Hinc ali⁹ Ioſeph q
Ioan. 1 expectabat ēt ipſe regnum dei. Hinc tanta illa mul
Luc. 23. titudo q̄ præcedebat & ſeqitebatur iumentū ei⁹ di
cens, Benedictus qui uenit in noie dn̄i, In qua erat
Mat. 21 & cōgregatio puerorum, in quibus dixit impletū,
Pſal. 8. Ex ore infantiū & lactentiū perfeciſti laudē. Hinc
Act. 2. & etiam illi poſt ei⁹ reſurrectionē, quoꝝ die uno tria
4. milia, & alio qnq; milia baptizati ſunt, in aiam unā
& cor unum cōflati charitatis igne, quoꝝ nemo di
cebat aliquid proprium, ſed erāt illis oīa cōmunia.
Act. 7 Hinc ſancti diaconi, quorum Stephan⁹ ante Ap̄los
martyrio eſt coronatus. Hinc tot Eccleſiæ Iudææ
Gal. 1 q̄ in Chriſto erant, quibus erat facie Paulus ignot⁹,
notus autē ſæuitia famoſiſsima, ſed notior xp̄i mi-
ſericordiſsima gratia. Hinc & ipſe ſecūdū ꝓmiſſam
Gen. 49. de ſe prophetiam, Lupus rapax, mane rapiens, & ad
uelperum diuidens eſcas: id eſt, prius rapiens perſe-
cutor ad mortē, poſtea paſcēs prædicator ad uitā.
Hi erant ex illo pp̄lo hæreditas dei, Vnde ait & ipſe
Roma. 11 minimus Apoſtoloꝝ doctor gentium, Dico ergo,
Nunqd deus repulit plebē ſuam? Abſit. Nam & ego
Iſraelita ſū ex ſemine Iſrael, de tribu Beniamin. Nō
I repulit deus plebē ſuam quā præſciuit. Hęc plebs q̄
ex illa gente xp̄i corpori acceſsit, hæreditas dei eſt.
Nam quod ait Ap̄ls, Non repulit de⁹ plebem ſuam
quā præſciuit, illi Pſalmo utiq; reſpondit, ubi ſcri-
Pſal. 93. ptum eſt, Qm̄ non repellet dn̄s plebē ſuam. Vbi au
& 94 tem ſequitur, Et hæreditatē ſuam non derelinquet,
ibi euidenter apparet, talem plebem eſſe hæredita-
Rom. 10. tem dei. Vt enim hoc diceret, & Ap̄ls ſupra comme
morauerat Propheticum teſtimonium de prænun
ciata futura incredulitate populi Iſrael. Tota die ex
Eſa. 65 pandi manus meas ad populū nō credentē & con-
tradicentē. Hic ergo ne quiſquā male intelligēs uni
uerſum illū populum crimine incredulitatis & cō-
tradictionis arbitret eſſe damnatū, cōtinuo ſubie-
Roma. 11. cit, Dico ergo, Nunqd repulit deus plebē ſuā? Abſit.
Nam & ego Iſraelita ſum ex gn̄e Iſrael, de tribu Be-
niamin. Hinc oн̄dit quā plebem dixerit, utiq; popu
li prioris, quā ſi totam deus repuliſſet atq; damnaſ-
ſet non utiq; ipſe Chriſti eſſet apoſtolus, Iſraelita ex
ſemine Abraham, tribu Beniamin. Adhibet autem
ualde neceſſariū teſtimonium dicēs, An neſcitis in K
Helia qd dicit ſcriptura, quēadmodum interpellat Ibidem.
deum aduerſus Iſrael? Dn̄e, prophetas tuos occide- 3. Reg. 19
runt, altaria tua ſuffoderunt, & ego relictus ſum ſo
lus, & q̄runt animam meam. Sed qd dicit illi rn̄ſum
diuinum? Reliqui mihi ſeptē milia uiroꝝ, qui non
incuruauerūt genua ſua ante Baal. Sic ergo & in tē
pore hoc reliquię p electionē grę ſaluæ factæ ſunt.
Iſtę reliquiæ ſunt ex illa gente hæreditatis dei, non
illi de qbus paulo poſt dicit, Cæteri uero excæcati
ſunt. Sic.n. ait, Quid ergo? Quod q̄rebat Iſrael, hoc
nō eſt conſecutus? Electio aūt conſecuta eſt, cæteri
uero excæcati ſunt. Iſta igit electio, iſtæ reliqæ, iſta Roma.
plebs dei quā non repulit deus hæreditas ei⁹ dicit.
In illo aūt Iſrael q non eſt conſecutus hoc, illis cæ-
teris excæcatis nō erat iā hæreditas dei, de qua di-
ci poſſet poſt xp̄i in cœlis glorificationem tp̄e Titi
imperatoris, Deus uenerūt gētes in hęreditatē tuā,
& cætera q̄ de illius populi & templi & ciuitatis ua
ſtatione uident in hoc Pſalmo eſſe ꝑdicta. Proinde
aut ea debemus intelligere q̄ facta ſunt ab alijs ho
ſtibus, anteq̄ xp̄s ueniſſet in carne. Non enim erat
alia tūc hęreditas dei, ubi & prophetæ ſancti erāt,
qn̄ facta eſt tranſmigratio in Babyloniā, grauiterq; L
gens illa uaſtata eſt, & ſub Antiocho ēt Machabæi 4. Re. 25.
horrēda ꝑpeſsi, glorioſiſsime coronati ſunt: Ea qp- 1. Mac. 1.
pe dicta ſunt in hoc Pſalmo, q̄ ſolent fieri etiā ſtra-
ge belloꝝ: Aut certe ſi poſt reſurrectionē & aſcēſio
nem dn̄i accipienda eſt hic commemorata hæredi
tas dei, ea ſunt intelligenda q̄ à cultoribus idoloꝝ
& inimicis nominis xp̄i, eccleſia eius in tanta mar-
tyrum numeroſitate perpeſſa eſt. Quanq̄.n. Aſaph
ſynagoga interpretet, q̄ eſt cōgregatio, idq; nomen
uſitatius inſederit genti Iudæorum, tn̄ & eccleſiam
iſtam poſſe dici cōgregationē & illū ueterem pp̄lm
dictū eſſe eccleſiam, iam in alio Pſalmo ſatis apteq;
mōſtrauimus. Hæc igit eccleſia, hæc hæreditas dei
ex circūciſione & ꝑputio cōgregata i. ex populo Iſ Pſal. 117.
rael: & ex cæteris gentib⁹ per lapidem quem repro-
bauerunt ædificantes, & factus eſt in caput anguli,
in quo angulo tanq̄ duo parietes de diuerſo uenię
tes copularent. Ipſe eſt.n. pax nr̄a q fecit utraq; unū, Ephe. 2
ut duos conderet in ſe in unū nouū hoiem, faciēs
pacē, & coadunaret utroſq; in uno corpore deo, in
quo corpore ſumus filij dei, clamātes, abba pr̄. Ab- Roma. 8
ba pp illoꝝ linguam, pater pp nr̄am. Hoc enim eſt M
abba quod & pater. Vnde dn̄s qui dixit, Non ſum Gal. 4
miſſus niſi ad oues q̄ perierunt domus Iſrael, oſten Mat. 15
dens illi genti redditā præſentiæ ipſius promiſsio- Ioan. 10.
nē: ait tn̄ alio loco, Habeo alias oues q̄ non ſunt ex
hoc ouili, oportet me & ipſas adducere, ut ſit unus
grex & unus paſtor: gentes ſignificās quas erat ad-
ducturus, non qdem p ſuā ꝓſentiam corporalē, ut
illud uerū ſit, Non ſum miſſus niſi ad oues q̄ perie- Mat. 15.
rūt domus Iſrael: ſed tn̄ per euangeliū ſuum quod
erāt diſſeminaturi ſpecioſi pedes annunciantiū pa Rom. 10.
cē, annunciantiū bona. In oēm terram.n. exiuit ſo- Pſal. 18
nus eoꝝ, & in fines orbis terræ uerba eoꝝ. Hinc &
Apoſtolus ait, Dico enim xp̄m Ieſum miniſtrū fuiſ Roma. 15
ſe circunciſionis pp ueritatem dei ad confirmādas
promiſsiones patrum. Ecce quod eſt, Non ſum miſ Mat. 15
ſus niſi ad oues q̄ perierunt domus Iſrael. Deinde
ſubiungit Apoſtolus, Gētes aūt ſuper miſericordiā
glorificare deū. Ecce qd eſt, Habeo alias oues q̄ nō Ioan. 10.
ſūt de hoc ouili, oportet me & ipſas adducer, ut ſit

A unus grex & unus pastor. Quod utrunq; breuiter
dictum est in eo qđ de prophetia idem Apľs com-
Rom. 15. memorat, Lætamini gentes cũ plebe eius. Iste ergo
unus grex sub pastore uno, hæreditas dei est, nõ so
Psal. 139. lum patris sed ẽt filij. Nã filij uox est, Funes cecide-
runt mihi in p̃claris, etenim hæreditas mea p̃clara
est mihi, Et ipsius hæreditatis uox est apud ꝓphe-
tam, Dñe deus noster posside nos. Hanc hæredita-
tem nõ moriens pr̃ filio reliqt, sed ipse filius eã sua
morte mirabiliter acquisiuit, cũ resurrectione pos
sedit. Si ergo de hac intelligendũ est qđ in Psalmi
huius ꝓphetia canit, Deus uenerunt gentes in hęre
ditatẽ tuam: ut uenisse gentes accipiamus in eccle-
siam, nõ credendo, sed p̃sequendo: id est, eã inuasis
se uoluntate delendi atq; omnino p̃dendi, sicut tot
persecutionũ exẽpla monstrarunt: oportet ut qđ se
quitur, Polluerunt templum sc̃tm̃ tuum, non in li-
gnis & lapidibus, sed in ipsis intelligatur hoibus,
1. Petr. 2. de qbus, tanquã lapidibus uiuis, construi dicit A-
1. Cor. 3. postolus Petrus domũ dei. Vnde & apľs Paulus ap
tissime, Templũ, inqt, dei sc̃tm̃ est qđ estis uos. Hoc
itaq; templũ p̃secutores in his utiq; polluerũt, quos
B ad negandũ xp̃m, terrendo uel cruciãdo coegerũt,
atq; ut idolis supplicarent uehementer instãdo fe-
cerunt, Quoꝝ multos pnĩa reparauit atq; ab illa in
quinatione mundauit. Pœnitentis.n.uox est, Et à
Psal. 50. delicto meo munda me, & cor mundũ crea in me
deus, & sp̃m rectum innoua in uisceribus meis. Iã
uero qđ sequitur, Posuerunt Hierusalem in pomoꝝ
custodiam: & ipsa ecclesia hoc noie recte intelligi-
Gala. 4. tur, Hierusalẽ libera mater nr̃a, de qua scriptũ est,
Esa. 54. Lætare sterilis q̃ non paris, erumpe & exclama quæ
non parturis, qm̃ multi filij desertæ magis q̃ eius q̃
habet uirum. In custodiã pomoꝝ, quod dictũ est,
desertionem intelligẽdam existimo, quam fecit ua
stitas persecutionum, id est, uelut custodia pomo-
rum, q̃a deseruntur pomoꝝ custodię cũ poma trã-
sierint. Et certe qñ gentilibus persequẽtibus, eccle-
sia deserta uisa est, in cœlestẽ mensam sp̃us marty-
rum, tanquã de horto dñico multa & suauissima
poma transierunt. Posuerũt, inqt, morticina seruo-
rum tuoꝝ, escas uolatilibus cœli, carnes sanctorũ
tuoꝝ bestijs terræ. Quod dictũ est, morticina: hoc
C repetitũ est, carnes. Et qđ dictũ est, seruoꝝ tuorũ:
hoc repetitũ est, sanctorum tuorũ. Illud tm̃modo
uariatũ est, uolatilibus cœli & bestijs terrę. Melius
sanè interpretati sunt q morticina posuerũt, q̃ sicut
Morticina. quidam mortalia. Morticina.n.non dñr nisi mor-
tuorum, mortalia uero ẽt uiuorum corporum no-
Mortalia men est. Cum ergo sicut dixi ad agricolam suũ spi
ritus martyrum uelut poma transissent, morticina
eoꝝ & carnes eorum posuerunt uolatilibus cœli &
bestijs terræ, quasi quicquã eoꝝ resurrectioni de-
periret. Ex oculis naturę sinibus totũ reintegratur
Matt. 10 ab illo, cui & capilli capitis nr̃i numerati sunt. Effu
derunt sanguinẽ eoꝝ sicut aquam.i.abundãter &
uiliter, in circuitu Hierusalẽ. Si Hierusalem terrenã
urbem hic accipimus, eorũ sanguinẽ intelligimus
effusum in circuitu eius, quos hostes extra muros
reperire potuerũt. Si aũt Hierusalem illam intelligi
Gal. 4. mus, de qua dictum est, Multi filij desertæ, magis q̃
Esa. 54. eius quę habet uirum: circuitus eius est per uniuer
sam terram. In ea quippe lectione prophetica ubi
scriptum est, Multi filij desertæ magis q̃ eius quę ha
bet uirũ: paulopost ei dicit, Et q eruit te, deus Israel
uniuersæ terræ uocabit. Circuitus ergo huius Hie- D
rusalẽ in hoc Psalmo intelligẽdus est, quousq; tunc
fuerat eadẽ Ecclesia dilatata, fructificãs & crescens
in uniuerso mũdo. Qm̃ in omni parte eius persecu
tio sęuiebat, & martyrũ stragẽ, quoꝝ sanguis sicut
aqua effundebat, cum magnis lucris thesauroꝝ cœ
lestium faciebat. Quod uero adiunctũ est, Et non
erat q sepeliret: aut non incredibile debet uideri tã
magnũ in aliq̃bus locis fuisse terrorem, ut sepulto
res sanctoꝝ corporũ nulli ꝓrsus existerent: aut cer-
te q̃a isepulta cadauera i multis locis diu iacere po
tuerũt, donec à religiosis quodãmodo furata sepe-
lirentur. Facti sumus, inqt, opprobriũ uicinis no-
stris.)Ideo preciosa nõ in cõspectu hoium à q̃bus Psal. 115.
hoc erat opprobriũ, sed in conspectu dñi mors san
ctoꝝ eius. Subsannatio & irrisio.)Vel ut q̃dam in
terpretati sunt, Illusio eis q in circuitu nr̃o sunt.)
Repetitio est sn̄iæ supioris. Nã qđ supra dictũ est,
opprobriũ: hoc repetitũ est, subsannatio & irrisio,
Et qđ supra dictũ est, uicinis nr̃is: hoc repetitũ est,
eis q in circuitu nr̃o sunt. Proinde scđm Hierusalẽ
terrenã uicini, & q in circuitu gentis eius, utiq; aliæ
gentes intelliguntur: Scđm aũt Hierusalem liberã E
matrẽ nr̃am, uicini sunt & in circuitu ei⁹, inter quos
inimicos suos habitat Ecclia in circuitu orbis ter-
rarum. Deinde iã manifestã p̃cẽ fundens, unde in
telligatur supioris afflictionis cõmemoratio nõ es
se quasi indicatio sed deploratio: Vsquequo, inqt,
dñe irasceris in finem, exardescet uelut ignis zelus
tuus?)Rogat utiq; ne deus usq; in finẽ irascatur.i.
ne illa tãta pressura & tribulatio atq; uastatio usq;
in finẽ perseueret, sed temperet correptionẽ suã, se-
cundum illud qđ in alio Psalmo dr̃, Cibabis nos Psal. 79.
pane lachrymarũ, & potabis nos in lachrymis in
mensura. Nã quousq; dñe irasceris in finem: ita di-
ctum est, ac si diceretur, Noli dñe irasci in finem Et
in eo qđ sequitur, Exardescet uelut ignis zelus tu⁹:
utrunq; subaudiendũ est, & quousq;, & in finẽ, ac si
diceret, Quousq; exardescet uelut ignis zel⁹ tu⁹ in fi
nem? Nã ita hic duo ista subaudiẽda sunt, sicut su-
perius unũ illud qđ dictum est, posuerunt. Nã cum
habeat prior sn̄ia, Posuerunt morticina seruoꝝ tuo
rum escas uolatilib⁹ cœli: hoc uerbũ posterior non
hẽt, ubi dictũ est, Carnes sanctoꝝ tuorũ bestijs ter F
ræ: sed subauditur utiq; qđ habet superius, posue-
runt. Ira porrò & zelus dei, non sunt p̃turbationes
dei, sicut nõnulli scripturas quas nõ intelligunt ar
guũt: sed noie iræ intelligit uindicta iniq̃tatis, no-
mine zeli exactio castitatis, ne aia legẽ dñi sui con-
tẽnat, & à deo suo fornicãdo dispereat. Hęc ergo ip
so affectu in hoium afflictione sunt turbulenta, in
dei aũt dispositione tranq̃lla sunt, cui dictũ est, Tu Sapi. 12.
aũt dñe uirtutum cum tranquillitate iudicas. Satis
aũt ostenditur his uerbis p̃p peccata hominibus li
cet fidelib⁹ has fieri tribulationes, quãuis hinc flo-
rescat martyrũ gloria merito patientiæ, & pie sustẽ
tato in flagello dñi moderamine disciplinæ. Hoc 2. Mac. 7.
Machabęi inter sæuissima tormẽta, hoc tres uiri in Dane. 3.
ter noxias flãmas, hoc Prophetę sancti in captiuita
te testant. Quãuis.n. paternã correptionem fortissi
me & piissime perferrent: nõ tñ tacẽt hæc accidere
meritis peccatoꝝ. Horum.n.uox est, & in Psalmis,
Emendans emendauit me dñs, & morti non tradi- Psal. 17
dit me. Flagellat.n.oẽm filium quem recipit. Et q̃s Hebr. 12.
est filius cui non det disciplinam pater eius? Quod

G uero adiungit: Effunde iram tuā in gentes quæ te non nouerūt,& in regna quæ nō inuocauerūt no-
Hier. 10. men tuū.) Etiam ista prophetatio est, nō optatio: Non maleuolētię uoto ista dicūtur, sed spiritu præuisa pdicūtur: sicut de Iuda traditore, q̄ mala illi fuerāt pro suis meritis euentura, ita prophetata sunt, quasi optata sint. Quēadmodum.n. Propheta non imperat xp̄o, quamuis modo imperatiuo pnunciet
Psal. 44 quod dicit, Accingere gladio tuo circa femur potētissime. Specie tua & pulchritudine tua, & intēde & psperē procede & regna. Ita nō optat, sed ppheta
Psal. 108 q̄ dicit, Effunde irā tuā in gentes q̄ te nō nouerunt, Quod more suo repetit dicēs, Et in regna q̄ nō inuocauerūt nomē tuū. Nam gentes p regna repetitæ sunt. Et quod eū nō nouerunt, p hoc repetitum est, q̄ non inuocauerunt nomen eius: Quomodo ergo
Luc. 12. intelligendū est, quod ait dn̄s in Euangelio, Seruus qui nescit uoluntatē domini sui, & facit digna plagis, uapulabit paucis: Seruus autem q scit uoluntatem dn̄i sui & facit digna plagis, uapulabit multis: si maior ira dei est in gentes quę dominum non cognouerunt. In eo qppe quod ait, Effunde irā tuā: sa
H tis hoc uerbo indicauit q̄ multā irā noluerit intelligi. Vnde postea dicit, Redde uicinis nostris septies tm̄. An qa multū interest inter seruos, q̄ sic et nesciāt uoluntatem domini sui, tamē inuocāt nomē eius, & alienos à familia tanti patrisfamiliās, q sic ignorant deum ut nec inuocent deum? Inuocant enim pro eo simulacra, uel dæmonia, uel quālibet creaturam, non creatorē q est benedictus in secula. Neque enim istos de qbus hoc prophetat, ita nescientes significat sui dn̄i uoluntatem, ut tamen ipsum dn̄m timeant: sed ita ipsum dominum nescientes ut nec inuocēt eū & inimici nominis eius existant. Multum ergo distat inter seruos uoluntatē dn̄i sui nescientes, & tamen in familia eius atque in domo uiuentes: & inimicos non solum ipsum dn̄m scire nolentes, sed & nō eius nomen inuocantes, atq̄ seruos eius insup oppugnātes. Deniq̄ sequitur, Quia
Hier. 10. comederunt Iacob & locū eius desolauerūt. Iacob qppe figuram gestat Ecclesiæ, sicut Esau ueteris sy-
Gene. 25. nagogæ. Vnde dictū est, Maior seruiet minori. Potest in hoc noie intelligi ea de qua loqbamur hęreditas dei, in quā inuadendā atq̄ uastandā post resurrectionē & ascensionem dn̄i gentes persequēdo uenerunt. Sed locū Iacob quō intueamur, intelligendū est. Magis.n. locus Iacob illa ciuitas putari potest, in qua erat & tēplū, quo uniuersam illā gentē sacrificādi & adorādi causa & pascha celebrādi, dn̄s præceperat conuenire. Nam si xp̄ianorum conuentus inhibitos atq̄ compressos à persecutoribus Propheta uelit intelligi, loca desolata uideret dicere debuisse, nō locū. Sed possum⁹ accipere p numero plurali numerū singularē positum, sicut uestē p uestibus, militē p militibus, pecus pro pecoribus. Multa n. huiusmodi moris est dici, nec solum uulgo loquentiū, uerumetiam disertissimor̄ authorū eloquētiæ. Nec ab ipsa diuina scriptura hoc genus
Psal. 77 locutionis alienū est. Posuit.n. & ipsa ranā pro ranis, locustā p locustis, & innumerabilia talia. Quod uero dictū est, Comederūt Iacob: hoc bene intelligit q̄ multos in suū malignū corpus, hoc est, in suā societatem terrēdo transire coegerunt. Meminit sane, quamuis illis pro merito pessimę uoluntatis ex ira dei digna reddenda sint, nō tamen eos aliqd ad

uersus hæreditatē ei⁹ ualere potuisse, nisi eā uoluisset ipse p peccatis eius flagellādo emendare. Vnde K
subiūgit, Ne memineris iniqtatum nostrarum antiquarū.) Non ait, præteritarū, q̄ possent esse etiā recētiores, sed antiquarū, hoc est, à parētibus uenientiū. Talib⁹ qppe iniquitatib⁹ dānatio nō correptio debet. Cito anticipēt nos misericordiæ tuæ.) Anticipēt utiq̄ iudiciū tuum, Supexaltat enim miseri- Iacobi. 2
cordia in iudicio. Iudicium aūt sine misericordia, sed ei q nō fecit misericordiam. Quo aūt adiungit,
Quia pauperes facti sumus nimis.) Hoc uult intelligi anticipare nos misericordiā dei, ut nostra paupertas id est, infirmitas, eo miserāte adiuuet ad eius pręcepta faciēda, ne ad iudiciū ei⁹ damnādi ueniamus. Ideo seqtur, Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄.) Hoc uero quod ait, Salutaris nr̄: satis exponit quā uoluerit pauptatē in eo quod dixerat, Qm̄ paupes facti sumus nimis. Ipsa est quippe infirmitas, cui salutaris est necessari⁹. Cū uero adiuuari nos uult, nec ingratus est gratiæ, nec tollit liberū arbitriū: Qui n. adiuuat etiā p seipsum aliquid agit. Addidit etiam:
Propter gloriā nominis tui domine libera nos.)
Vt q gloriatur, non in seipso, sed in domino glorietur, Et propitius esto, inqt, peccatis nostris pter nomen tuū.) Nō propter nos. Nam qd aliud merētur peccata nostra, q̄ debita & digna supplicia: Sed propitius esto peccatis nostris propter nomen tuū. Sic ergo nos liberas, id est, eruis à malis, cum & adiuuas nos ad faciēdā iustitiā, & ppitius es peccatis nostris, sine qbus in hac uita non sumus, Qm̄ non iustificabitur in cōspectu tuo oīs uiuens. Peccatū aūt iniqtas est. Et si iniqtates obseruaueris, qs sisti nebit? Quod aūt adiūgit, Nequādo dicant gentes, ubi est deus eorū.) Magis pro ipsis gentib⁹ est accipiendū. Male.n. pereunt q de deo uero disputauerunt, †putātes eū uel nō esse, uel suos nō adiuuare, nec eis esse ppitium. Illud uero quod seqtur, Et innotescat in nationibus corā oculis nr̄is, Vindicta sanguinis seruorū tuor̄ q effusus est.) Vel sic intelligit, cū credunt in deū uerū q persequebātur eius hęreditatē: qa & ipsa uindicta est, qua perimit̄ sęua iniqtas eor̄ gladio uerbi dei, de quo dictū ē, Accingere gladio tuo: Vel cū psequērātes inimici i fine puniūtur, Nā mala tēporalia q in hoc seculo patiunt, cōmunia possunt habere cū bonis Est aliud uindictę gen⁹, quo Ecclesiæ dilatationē & fœcunditatē in hoc seculo post tātas psecutiones, qbus eā omnino perituram putabāt, peccator & incredul⁹ & inimicus uidet & irascet, dētibus suis frendet & tabescet. Quis.n. negare audeat hāc etiā esse grauissimā pœnā? Sed nescio utrū satis elegāter accipiat quod ait, ante oculos nr̄os. Si.n. hoc pœnę gen⁹ intelligamus quod i intimis cordis agit, & torquet etiā illos q nobis adulāter arrident, nec à nobis uideri potest qd in hoie iteriore patiant Illud aūt quod sine eis credentib⁹ iniqtas eor̄ interimit, siue in malignitate p seuerātib⁹, supplicium nouissimū reddit, sine scrupulo qstionis intelligit dictū, Innotescat ante oculos nr̄os uindicta in nationib⁹. Et hęc qdē, ut diximus, pphetatio ē, nō optatio Sed pp illud quod scriptū ē i Apocalypsi, sub ara dei martyres ad deū clamāt & dicere, Quousq̄ dn̄e nō uindicas sāguinē nr̄um nō est ptereūdū queadmodū accipi oporteat, ne p pter exaudiādū od⁹, credant sancti desyderare in dictā quod ab eor̄ perfectione lōge abest, & tn̄ scri
ptum

Psal. 142 · 1. Ioan. 3. · Psal. 129. · † al. desperauerunt. · Psal. 44. · M · Psal. 111. · Apoc. 6. · L · 1. Cor. 1.

A ptum est, Lætabitur iustus cū uiderit uindictā impiorū, manus suas lauabit i sanguine peccatoris. Et *Psal.57.* Apls Paulus ait, Nō uosipsos uindicātes charissimi, *Rom.12.* sed date locū iræ, Scriptū est enim, Mihi uindictam *Deut.32.* & ego retribuā dicit dominus. Nec ipse itaq̄ pcepit ut nolint uindicari, sed ut nō seipsi uindicātes dent locum iræ dei, qui dixit, Mihi uindictā & ego retribuam. Et dñs in Euangelio, uiduam proponit in si- *Luc.18.* militudinem q̄ uindicari desyderans, iudicē interpellabat iniustum, qui eam tandem aliquando nō iustitia ductus, sed tædio uictus audiuit. Hoc autē dñs proposuit, ut ostēderet multo magis deum iustum cito facturum iudicium electo℞ suo℞, qui ad eum clamāt die ac nocte. Inde est & ille sub ara dei *Apoc.6.* martyrū clamor, ut dei iudicio uindicent. Vbi est ergo illud, Diligite inimicos uestros, Benefacite eis *Matt.5.* q uos oderunt, & orate pro eis q uos persequuntur? Vbi est & illud, Non reddentes malū pro malo, nec *1.Pet.3.* maledictū pro maledicto, & nulli malū pro malo reddentes? Si.n. malum pro malo nō est cuiquā reddendū, nō solum factū malum pro facto malo, sed B nec uotum malum reddendū est pro facto uel uoto malo. Reddit aūt malum uotū qui etiā si nō seipsum uindicat, tamē ut eius inimicū deus puniat expectat atq̄ optat. Quapropter cū & homo iustus & homo malus de inimicis suis uelint à dño uindicari, unde discernentur, nisi quia iustus & magis cupit inimicū suū corrigi q̄ puniri, & cū in eum uidet à dño uindicari, nō eius delectatur pœna, quia nō eum odit, sed diuina iustitia, quia deum diligit? Deniq̄ si in hoc seculo in eū uindicatur, uel ꝓ illo etiā lætatur si corrigitur, uel certe ꝓ alijs ut eū timeant imitari. Ipse quoq̄ fit melior, nō supplicio illi⁹ odia sua pascendo, sed errata emendando, Ac per hoc de beneuolentia est nō de malitia quod lætatur iust⁹ cū uidet uindictā, & manus suas lauat .i. opera sua mūdiora efficit in sanguine, hoc est, in exitio peccatorū, sumens inde nō mali alieni gaudium, sed diuinæ admonitionis exemplum. Si aūt in futuro seculo ultimo dei iudicio uindicat, hoc ei placet quod deo, ne bene sit malis, ne piorum pmijs etiam impij C perfruant. Quod utiq̄ iniustū est, & à regula ueritatis, quā iustus diligit, alienum. Cū.n. nos ad diligēdos inimicos dñs hortaretur, exemplum proposuit patris nostri q in cœlis est, qui facit solem oriri sup *Matt.5.* bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Nunquid tamē ideo uel tēporalibus correptionib⁹ non emendat, uel pertinaciter duros in fine non dānat? Sic ergo inimicus diligatur, ut nō displiceat domini iustitia qua punitur, Et sic placeat iustitia qua punitur, ut nō de malo eius, sed de bono iudice gaudeat. Maleuolus.n. animus cōtristatur, si eius inimicus correctus euaserit pœnā. Et cū puniri eū uidet, uindicari ita se gaudet, ut nō iustitia dei, quē nō diligit, sed illius quē odit miseria delectetur, Et cum deo dimittit iudiciū, ut plus noceat deus q̄ ipse nocere posset, exoptat. Et cū dat cibū esurienti inimico potū q̄ sitienti, malitiose sapit quod scriptū est, Hoc.n. faciens, carbones ignis cōgeres super caput *Rom.12.* eius. Agit.n. ut amplius aggrauet & ei excitet indignationē dei, quā carbonib⁹ ignis significari putat, nō intelligens illum ignē esse pœnitentiæ urentem dolore, quousq̄ caput erectum superbia beneficijs inimici ad humilitatē salubrem deponat, & in bono illius, huius malū uincatur. Vnde Apls uigilāter adiunxit, Noli uinci à malo, sed uince in bono ma- D lum. Q̄uo aūt potest uincere in bono malum, in su *Ibidem.* perficie bonus, & in abdito malus, q opere parcit, & corde sæuit, manu mitis, uoluntate crudelis? Sic ergo specie poscentis in hoc Psalmo futura in impios uindicta ꝓphetatur, ut intelligamus sanctos hoies dei suos inimicos dilexisse, nec cuiquā uoluisse nisi bonū, qđ est pietas i hoc seculo, æternitas i futuro. In pœnis aūt malo℞, nō malis eo℞, sed dei bonis iudicijs fuisse delectatos. Et ubicūq̄ in scripturis sanctis legunt in homines odia eorū, odia fuisse uitiorum, q̄ ipse etiā unusquisq̄ hominū odire debet in se si diligit se. Iam uero qđ sequitur, Intret in cōspectum tuū.) Vel sicut alij codices habent: In cōspectu tuo gemitus cōpedito℞.) Nō facile quisquā reperit coniectos i cōpedes à psecutorib⁹ sanctos. Et si accidit in tam magna atq̄ multiplici uarietate pœnarū, tā raro accidit, ut nō sit credendū hoc in isto uersu qđ cōmemoraret potissimū elegisse Prophetā. Sed nimirū cōpedes sunt infirmitas & corruptibilitas corporis, q aggrauant animā. Per eius.n. fragilitatē uelut quorundā dolo℞ molestiarumq̄ ma- E teriam ad impietatē poterat cōpellere psecutor. Ab his cōpedibus cōcupiscebat dissolui Apls & esse cū *Philip.1.* Xpo, manere autē in carne necessariū propter illos quibus Euāgelium ministrabat. Donec ergo corruptibile hoc induat incorruptionē, & mortale hoc *1.Cor.15.* induat immortalitatē, uelut cōpedib⁹ caro infirma, promptū impedit spiritū. Has ergo cōpedes nō sentiunt, nisi q in semetipsis ingemiscūt grauati, habi- *2.Cor.5.* taculū quod de cœlo est superindui cupientes, qa & mors horrori est, & mœrori uita mortalis. Pro his Propheta gemitib⁹ ingemit, ut intret i cōspectu dei gemitus cōpedito℞. Possunt & illi intelligi cōpediti, q pceptis sapientiæ colligati sunt, q̄ patienter sustentata in ornamenta uertunt. Vnde scriptum est, Iniice pedem tuū in cōpedes eius. Secundū magni- *Eccli.6.* tudinē, inquit, brachij tui, recipe in adoptionem filios mortificato℞.) Vel sicut in alijs codicibus legitur, Posside filio℞ † morte punito℞.) Vbi satis mi- *†al.filios.* hi uidet ostendisse scriptura, qs fuerit gemitus cōpedito℞, qui pro nomine Xpi persecutiones grauissimas pertulerunt, q̄ in isto Psalmo apertissime pro- F phetant. In diuersis.n. passionibus constituti orabant ꝓ Ecclesia, ne infructuosus esset posteris sanguis illo℞, ut dñica seges unde inimici eā putabant peritūrā, inde ueracius pullularet. Filios qppe mortificato℞ dicit, qui nō solum nō sunt territi pcedentium passionibus, sed in eum, pro cuius noie passos eos nouerant, exhortante illo℞ gloria ad imitandū accensi, copiosissimis agminibus crediderunt, Ideo dixit, Secundum magnitudinē brachij tui. Res n. tam magna secuta est in populis Xpianis, ut eā qui se aliquid psequendo ꝓficere putabant, nullo modo crederent secuturam. Redde, inquit, uicinis nostris septies tantū in sinus eo℞.) Nō mala optat, sed iusta pnunciat, & futura ꝓphetat. Septenario autē numero .i. septupla retributione perfectionē pœnæ uult intelligi, qa isto numero plenitudo significari solet. Vnde & illud est in bonis accipiendum, & in hoc seculo septies tantum, quod positū est pro oibus, quasi nihil habētes & omnia possidētes. Vici- *2.Cor.6.* nos dicit, qa inter illos habitat Ecclesia usq̄ in diē separationis. Non.n. modo fit discessio corporalis. In sinus eorum dicit utiq̄ nunc in occultis, ut uin-

G dicta q̄ in hac uita agitur in occulto, post innotescat in nationibus ante oculos nostros. Homo nanq; cū datur in reprobū sensum, in interiore sinu accipit suppliciorū meritum futurorū. Opprobrium eorū, quod exprobrauerūt tibi dñe) Hoc eis redde septuplum in sinus eorum.i.pro isto opprobrio eos in occultis eorū plenissime reproba. Tibi.n.exprobrauerunt, nomen tuū se arbitrantes in seruis tuis delere de terra. Nos aūt populus tuus.) Generaliter accipiendū de omni genere piorum & uerorū Xpianorū. Nos ergo quos perdere se posse putauerunt populus tuus. Et oues gregis tui.) Vt qui gloriatꝰ, in dño glorietur. Confitebimur tibi in seculum.) Alij aūt codices habent, Cōfitebimur tibi in ęternū.) Ex ambiguo Graeco facta est ista diuersitas. Quod enim habet Graecus εἰς τὸν αἰῶνα, & in aeternū & in seculum interpretari potest. Sed pro loco intelligendū quid melius interpretatū sit. Sensus ergo huius loci magis mihi uidetur ostendere, in seculum dici oportere.i.usq; in finem seculi. Sequens autē uersus more scripturarū, maximeq; Psalmorū, repetitio superioris est ordine cōmutato, prius habens quod

H ibi est posterius, & posterius quod ibi est prius. Nā quod ibi dictū est, Confitebimur tibi: pro ipso hic dictū est, Annunciabimus laudē tuam. Quod itaq; ibi dictū est, In seculum: pro ipso hic dictum est, In generationē. Ista quidē generationis repetitio perpetuitatē significat, siue ut nonnulli intelligunt, qa duae sunt generationes, uetus & noua Sed in hoc fit

Ioan.3. seculo utraq;, Qm̄ qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnū cœlorū. Denique

1.Ioan.3 quia in isto seculo annunciatur laus dei, Nā in futuro seculo cū uidebimus eum sicuti est, cui deinceps annūcietur, nō erit. Nos ergo populus tuus & oues gregis tui, quas persequendo illi crediderūt se posse consumere. Cōfitebimur tibi in seculum, permanente utiq; Ecclesia usq; in finem, quā illi delere conati sunt. In generatione & generationem annunciabimus laudem tuam.) Quae laus ut taceret, nos finire conati sunt. Multis autē iam locis sanctarū scripturarū insinuauimus cōfessionem etiā pro laude po-

I ni, Sicuti est illud, Haec dicetis in cōfessione, Opera

Eccli.39. domini uniuersa qm̄ bona ualde: maximeq; illud quod ait ipse saluator, qui nullū habebat omnino

Matt.11. peccatum, quod pœnitendo cōfiteretur, Confiteor tibi pater dñe cœli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibꝰ, & reuelasti ea paruulis. Hoc dixi, ut apertius intelligatur, id esse repetitū in eo quod dictū est, Annunciabimus laudem tuam: quod superius dictum erat, Confitebor tibi.

In Psalmum septuagesimumnonum Enarratio.

NOn adeo multa sunt in hoc Psalmo, in q̄bus

B sermo noster patiatur difficultatē, uel intētio auditorū intelligēdi impedimentū. Proinde adiuuante dño cū affectu audiendi & uidēdi iam q̄ prophetata & pdicta sunt, tanquā eruditi in schola Xpi currere debemus q̄ plana sunt, ut si forte obscura exigant officiū interpretandi, ea q̄ plana sunt legendi officiū a me debeant flagitare. Cantatꝰ hic de aduētu domini & saluatoris nostri Iesu Xpi, & de uinea eius. Sed cantat ille Asaph quantū apparet illuminatus atq; correctus, cuius noie nostis significari synagogā. Denique titulus Psalmi est, In finem pro his qui mutabunt.) Vtiq; in melius, Qm̄ Xps finis legis, ideo uenit, ut mutet i melius, Et ait, K

Rom.10. testimoniū ipsius Asaph, bonū testimonium ueritatis. Denique hoc testimonium, & Xpm̄ & uineam cōfitetur, hoc est, caput & corpus, regē & plebem, pastorem & gregem, & totum omnium scripturarum mysterium Xpm & Ecclesiam Cōcludit autē titulus Psalmi, Pro Assyrijs.) Assyrij interpretantꝰ, dirigentes. Iam ergo non sit generatio q̄ cor non direxit suū, sed generatio iam dirigens. Ergo audiamus qd dicat in hoc testimonio. Qui pascis Israel intēde,) Quid est, qui pascis Israel intende? Qui deducis uelut oues Ioseph.) Inuocatur ut ueniat, expectatur ut ueniat, desyderatur ut ueniat, Ergo dirigentes inueniat. Qui deducis, inquit, uelut oues Ioseph. Ipsum Ioseph uelut oues, ipse Ioseph oues sunt, & ipse Ioseph ouis est. Audito Ioseph, quanq; & interpretatio eius nominis multū iuuet, significat.n augmētum,

Ioan.12. & ideo utiq; uenit ille, ut mortificatum granū multipliciter surgeret, hoc est, augeretur populus dentamē ex eo quod iam nostis contigisse Ioseph, ueniat

Gene.37. in mentē a fratribus uenditus, ueniat a suis exhono

Gene.41. ratus apud alienigenas exaltatus, & intelligetis i cu

L ius grege esse debeamus, simul cū illis q ia dirigunt

Psal.117. cor suū, ut lapis reprobatus ab aedificantibꝰ fiat in caput anguli, tenēs duos parietes de diuerso uenientes, sed i angulo cōcordantes. Qui sedes super Cherubin.) Cherubin sedes est glorię dei, & interpretatꝰ plenitudo sciētię, Ibi sedet deus in plenitudine sciētiae Licet intelligamus Cherubin sublimes esse cœlorū potestates atq; uirtutes, tamē si uis, eris Cherubin. Si.n.Cherubin, sedes est dei, audi qd dicat scriptura, Anima iusti, sedes est sapientiae. Quō, inquis, ero plenitudo scientiae? Quis hoc implet? Habes un impleas. Plenitudo legis charitas. Noli p multa ire

Rom.13. atq; distendi. Terret te ramorū diffusio, radicē tene, & de magnitudine arboris noli cogitare. Sit i te charitas, & necesse est plenitudo scientiae consequatur. Quid.n. nescit qui charitatē scit? Quandoquidē dictum est, Deus charitas est. Qui sedes super Cherubin appare.) Ideo n. errauimus, qa non apparebas, Appare Coram Ephrem & Beniamin & Manasse.) M

Appare, inquā, corā gente Iudaeorum, corā populo Israel Ibi enim Ephrem, ibi Manasses ibi Beniamin. Sed interpretationē uideamus, Ephrem fructificatio, Beniamin filius dexterae, Manasses oblitus. Appare enim corā fructificatione, corā filio dexterae, appare coram oblito, ut iam nō sit oblitus, sed uenias illi in mentē qui liberasti. Si enim gētes cōme

Psal.21. morabuntur, & conuertentur ad dñm uniuersae fines terrae, populus ipse de Abraham ueniens, nō habuit parietem suū qui gaudeat in angulo, cum scriptum sit, Reliquiae saluae fient? Excita potentiam tuam.) Nā infirmus eras qn̄ dicebatur, Si filius dei

Matt.27. est, descendat de cruce Nihil ualere uidebaris. Praeualuit super te persecutor, & demonstrasti hoc antea, quia & Iacob ipse pualuit angelo in luctando. Qn̄ nisi uellet angelus? Et pualuit homo, & uictus est angelus, & uictor homo tenet angelum, & dicit,

Gene.28. Non dimit ā te, nisi benedixeris mihi. Magnū sacramentū, Et stat uictus, & benedicit uictorē. Victus, qa noluit, carne infirmus, maiestate fortis, & benedixit: Vocaberis, inquit, Israel. Tetigit tamē & femoris latitudinem & aruit, eundemq; hominem unū, fecit & benedictū & claudum Vides claudicasse po

Ibidem. pulum Iudaeorū, uide ibi & benedictum genus Apo

A stolorum. Excita ergo potentiā tuā. Quandiu uide
1. Cor. 13. ris infirmus? Crucifix' ex infirmitate, resurge in uir
tute, Excita potentiā tuā. Et ueni, ut saluos facias
nos, Deus couerte nos.) Auersi. n. sumus à te, & nisi
tu conuertas, nō conuertemur. Et illumina faciē
tuā, & salui erimus.) Nunqd ille obscurā habet fa-
ciem? Non habet obscurā faciē, sed opposuit ei nu-
bem carnis, & tanquā uelum infirmitatis, & nō est
putatus ipse cū penderet in ligno, agnoscendus cū
sederet in cœlo. Nā ita factum est. Præsentē in terra
xp̄m & miracula facientē non agnouit Asaph, mor
tuum tñ posteaquam resurrexit & ascendit in cœ-
lum, agnouit, compunctus est, dixerat & de illo to-
tum, hoc est testimonium qúo agnoscimus in hoc
Psalmo, Illumina faciē tuam, & salui erimus. Obte
xisti faciē tuam & ægrotauimus, illumina illam, &
salui erimus. Dñe deus uirtutum usquequo irasce
ris in or̄onem inimici tui, adhuc irasceris in oratio
nem serui tui?) Iam serui tui. Irascebaris in or̄onem
inimici tui, adhuc irasceris in or̄onem serui tui? Cō
uertisti nos, agnouimus, & adhuc irasceris in or̄o-
nem serui tui? Ita plane irasceris ut pater corrigens,
B non ut iudex dānans: Ita plane irasceris, qa scriptū
Eccli. 2 est, Fili accedens ad seruiturem dei, sta in iustitia &
timore, & præpara aiam tuam ad tentationem. Ne
putes iā transisse iram dei, qa conuersus est, trāsijt,
Heb. 12 sed ne damnet in æternū, Flagellat autem, non par
cit, qa flagellat oēm filium quem recipit. Si flagella
ri detrectas, recipi quare desyderas? Flagellat autē
oēm filium quem recipit. Flagellat omnē, q & uni-
co non pepercit. Sed tn̄ quandiu irasceris in oratio
nem serui tui? Non iam inimici tui. Sed irasceris in
orationē serui tui. Quandiu? seqtur: Cibabis nos
pane lachrymarum, & potabis nos in lachrymis in
1. Cor. 10 mensura.) Quid est in mensura? Aplm audi, Fidelis
deus q non uos permittit tētari, supra q̄ potestis fer
re. Ipsa est mensura pro uiribus tuis, ipsa est mensu-
ra ut erudiaris, non ut opprimaris. Posuisti nos in
contradictionē uicinis nr̄is.) Plane factum est, id
est, de Asaph electi sunt q irent ad gentes, & p̄dica-
Acto. 17. rent xp̄m, & diceretur eis, Quis est iste nouorū dæ-
moniorum annunciator? Posuisti nos in contradi
C ctionem uicinis nostris. Eum. n. prædicabant cui
contradicebatur, quē p̄dicabant mortuum resurre
xisse xp̄m. Quis hoc audiat? Quis hoc nouerit? No-
ua res, Sed signa consequebant, & incredibili rei fi-
dem miracula faciebant. Contradicebat, sed cōtra
dictor uincebatur, & ex cōtradictore fidelis efficie
batur. Ibi tñ magna flamma, ibi martyres cibati
pane lachrymarū, & potati in lachrymis, sed in mē
sura, non amplius q̄ poterant ferre, ut post mensurā
lachrymarum sequeretur corona gaudior. Et ini-
mici nostri subsannauerūt nos.) Et ubi sunt q sub-
sannauerunt? Diu dictum est, Qui sunt isti colentes
mortuū, adorantes crucifixū? Diu dictū est, Vbi est
nasus subsannantiū? Nonne nunc q reprehendunt,
in cauernas fugiunt, ne uideātur? Et inimici nostri
subsannauerūt nos. Sed uidetis qd sequatur: Dñe
deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciē tuā,
& salui erimus. Vineam ex Aegypto transtulisti, eie
cisti gentes & plantasti eam.) Nouimus, factum est.
Quæ gentes eiectæ sunt? Amorræi, Cethæi, Hiebu-
sæi, Gergesæi, & Eui, Quibus expulsis & uictis, in-
troductus est ppl's ex Aegypto liberatus in terram
p̄missionis. Vide uinea eiecta sit, & ubi plantata
sit, audiuimus, Videamus qd deinde factū est, qūo D
crediderit, quantū creuerit, qd occupauerit. Vineā
ex Aegypto trāstulisti, eiecisti gētes & plantasti eā.
Viam fecisti in cōspectu eius, & plantasti radices
eius & impleuit terrā.) Nunqd impleret terram, nisi
uia fieret in cōspectu eius? Quę uia facta est in con
spectu eius? Ego sum, inqt, uia, ueritas & uita Meri- Ioan. 14.
to impleuit terrā. Hoc dictum modo de uinea ista
qd perfectum est usq; in finem. Veruntamen quid
prius? Operuit mōtes umbra eius, & arbusta eius
cedros dei Extendisti palmites eius usq; ad mare, &
usq; ad flumen p̄pagines eius.) Hoc desyderat offi-
cium expositoris, nō sufficit lectoris & laudatoris,
Adiuuate me intendendo Solet. n. uineę huius cō-
memoratio in hoc Psalmo caligine facere minus
intentis. Etenim magnitudo uineę huius iam à no
bis explicata est, & unde facta est, & unde facta sit
magna, p̄dictum est. Viā fecisti in cōspectu eius, &
plantasti radices eius, & impleuit terrā. Hoc de p̄fe-
ctione ipsius dictum est. Sed tñ prima gens Iudæa
fuit ista uinea. Gens aūt Iudęa usq; ad mare, & usq;
ad flumē regnauit. Vsq; ad mare, apparet in scriptu Num. 34.
ra qd mare ibi uicinū sit. Et usq; ad flumē Iordanē. E
Trans Iordanē. n. aliqd Iudæor collocatum est, in
fra Iordanē aūt tota gens. Ergo usq; ad mare, & usq;
ad flumen regnum Iudæor, Regnū Israel nō à ma-
ri usq; ad mare, sed & à flumine usq; ad terminos or
bis terræ. Illa iā p̄fectio uineæ est, de qua hic prędi
xit, Viā fecisti in cōspectu eius, & plantasti radices
eius, & impleuit terrā. Cum tibi ergo p̄dixisset per-
fectionem, redijt ad initiū, de quo initio sit facta p
fectio. Initiū uis audire? Vsq; ad mare, & usq; ad flu-
men. Finē uis audire? Dñabitur a mari usq; ad ma- Psal. 71.
re, & à flumine usque ad terminos orbis terræ: hoc
est, impleuit terrā. Videamus ergo testimonium A-
saph, qd factum est primæ uineæ: qd est expectan-
dum secundæ uineæ, imò eidē uineæ. Ipsa est. n nō
enim altera est. Inde xp̄s saluus ex Iudęis, inde Apo Ioan. 4.
stoli, inde primi credētes, & precia rerū suarū ante Acto. 2.
pedes Apostolor ponentes, inde oia hæc Et si aliq & 4.
ex ramis fracti sunt, pp incredulitatem fracti sunt, Rom. 11.
tu aūt ppl's gentium fide sta, Noli altum sapere, sed
time. Nam si deus naturalibus ramis non pepercit, F
neq; tibi parcet. Si aūt altum sapis, non tu radicem
portas, sed radix te. Quid ergo, uinea ante cuius cō
spectum facta est uia? Facta est ut impleret terram.
Primo ubi fuit? Operuit montes umbra eius. Qui
sunt montes? Prophetæ. Quare opuit illos umbra
eius? Quia obscure locuti sunt. Quare futura annū
ciata sunt? Audis a Prophetis, Obserua sabbatum,
octauo die circuncide infantē, offer sacrificiū arie-
tis, uituli, hirci, noli moueri, umbra eius est coope-
ries mōtes dei, Veniet & post umbrā manifestatio.
Et arbusta eius cedros dei. i. coopuit cedros dei al
tissimas sedes dei. Sūt n. cedri significātes superbos
euertēdos. Cedros Libani, altitudines mūdi opuit
crescendo uinea ista, Et mōtes dei oēs sanctos pro-
phetas patriarchas. Sed quousq; extēdisti palmites
eius? Vsq; ad mare & usq; ad fluuē propagines eius.
Inde qd? Vt qd destruxisti macerā eius?) Iā uide-
tis euersam illā gentē Iudęor, iā ex alio Psalmo au- Psal. 77.
distis, In dolabro & fractorio deiecerūt eā. Qñ fie-
ret, nisi eius maceria destrueret? Quę ē maceria ei'?
Munitio eius. Extitit. n superba aduersus plantato
rē suū, Sed seruos ad se missos & petentes mercedē Matt. 21.

G coloni flagellauerunt,& cæciderunt, & occiderũt.
Matt.21. Venit & unicus filius,dixerũt, Hic est hęres, uenite
occidamus eũ ,& nr̃a erit hæreditas. Occiderunt &
extra uineã ꝓiecerũt. Proiectus magis posſidet un-
Esa.5. de ꝓiectus est. Sic.n.ei minat̃ per Esaiã, Destruã ma
ceriam eius. Quare? Expectaui.n.ut faceret uuam,
fecit aũt spinas. Expectaui inde fructum, & inueni
pc̃tm̃, Quid ergo q̃ris ô Asaph? Vt qd destruxisti ma
ceriam eius? Tu.n.nescis, Quare? Expectaui ut face
ret iudicium,& fecit iniqtatem. Non erat destruen-
da maceria eius? Et uenerunt gentes,destructa ma-
ceria,inuasa est uinea , ac deletũ regnum Iudæorũ.
Hoc primũ plangit,sed non sine spe. De directione
enim cordis iam loquitur,id est, pro Assyrijs,pro diri
† al diri- pientibus † Psalmus est, Vt qd destruxisti maceriam
gentibus. eius? Et uindemiant eam oẽs transeuntes uiam.)
Quid est,uiam transeuntes? Tpaliter dominantes.
Deuastabit eam aper de sylua.)Aprũ de sylua qd
intelligim⁹? Iudæis porcus aduersus est,& in porco
ponunt tanquã immundiciã gentiũ. A gentibus au
tem euersa est gens Iudæa, Sed rex ille q euertit,nõ
tm̃ porcus immũdus,sed ẽt aper fuit. Quid.n.aper,
H nisi porcus sæuus,porcus superbus? Aper de sylua
uastauit eam: De sylua,de gentibus. Etenim illa ui-
nea erat, gentes aũt syluæ erant. Sed qñ crediderũt
Psal. 95 gentes, qd dictum est? Tunc exultabunt oia ligna
syluarum. Deuastauit eam aper de sylua. Et singu
laris ferus depastus est eam.)Quid est singularis fe
rus? Ipse aper q deuastauit eam,singularis ferus. Sin
gularis,qa superbus. Hoc.n.dicit omnis superbus.
Ego sum,ego sum,& nemo. Sed quo fructu hæc?
Deus uirtutũ cõuertere uero.) Quanuis hęc facta
sint,cõuertere uero. Respice de cœlo & uide & ui-
sita uineã istam. Et perfice eam quã plantauit dex-
Gene.12. tera tua.)Nõ aliã institue, sed hanc perfice. Ipsum.
& 26. est.n.semen Abrahã,ipsum est semen in quo bene-
dicuntur oẽs gẽtes: ibi est radix,ibi portat̃ oleaster
insertus. Perfice uineã istam quã plantauit dextera
tua. Sed ubi pficit? Et super filium hois quem con
firmasti tibi.) Quid euidentius? Quid adhuc expe-
ctatis ut uobis disputando exponamus,& non po-
tius uobiscũ admirando clamemus, Perfice uineã
istam quã plantauit dextera tua, & super filiũ hois
I eã perfice? Quem filium hois? Quem confirmasti ti
bi. Magnum firmamentũ,ædifica quantum potes:
1.Cor.3. Fundamentum.n.aliud nemo potest ponere, p̃ter
id quod positum est xp̃s Iesus. Succensa igni & ef-
fossa ab increpatione uultus tui pibunt.) Quę sunt
succensa igni & effossa, q̃ peribunt ab increpatione
uultus tui? Videamus & intelligamus quę sunt igni
succẽsa & effossa. Quid increpatur xp̃s? Peccata. Ab
increpatione uultus eius pc̃ta pierunt. Quare ergo
2.sen.di. peccata igni succẽsa & effossa. Oia peccata duæ res
43. Modi faciunt in hoie, cupiditas & timor. Cogitate, discu
autem. tite, interrogate corda uestra, pscrutamini cõscias,
uidete utrum posſint esse peccata,nisi aut cupiedo,
aut timendo. Proponit̃ tibi præmium,ut pecces,id
est,quod te delectet,facis pp quod cupis: sed forte
non induceris donis,terreris minis, facis pp quod
times, Corrumpere te uult aliqs,ut dicas,uerbi gra
tia,falsum testimoniũ. Innumerabilia sunt,sed pla-
niora propono,de qbus cętera conijciatis. Attẽdi-
Matth.16. sti tu deũ,& dixisti in aio tuo, Quid prodest homi
ni si totum mundum lucretur,aiæ autem suę detri
mentum patiatur? Non adducor præmio, ut perdã
aiam meam pro lucro pecunię. Conuertit ille se ad K
incutiendũ metum: q præmio corrumpere non ua
luit,incipit minari damnũ,& expulsionem, cædes,
fortasſis mortẽ. Ibi iam si cupiditas non ualuit,for
te timor ualebit ut pecces. Porro autẽ si de scriptu
tis cõtra cupiditatẽ uenit tibi in mentẽ. Quid pro-
dest homini si totũ mundum lucretur, aię aũt suæ
detrimentũ patiatur? ueniat ẽt contra timorem in
mentem, Nolite timere eos q corpus occidunt,ani *Matt.10.*
mam autẽ non posſunt occidere. Quicunq; te uult
occidere,usq; ad corpus ei licet, usq; ad aiam nõ li-
cet. Aia tua non morietur,nisi tu eam uolueris oc-
cidere. Perimat aliena iniqtas carnẽ tuam, dum ser
uet ueritas aiam tuã. Si autem á ueritate resilieris,
quid tibi amplius facturus est inimicus, q̃ tu tibi ip
se facis? Inimicus sæuiens carnem potest occidere,
tu autem dicendo falsum testimonium aiam occi-
dis. Audi scripturam, Os quod mẽtitur occidit ani *Sapien.1*
mam. Itaq; fratres mei ad omne recte factum amor
& timor ducit. Vt facias bene, amas deum & times
deũ: ut aũt facias male,amas mundũ,& times mũ-
dum. Hæc duo cõuertentur ad bonũ. Amabas ter-
ram,ama uitã æternam: timebas mortẽ, time gehẽ L
nam. Quicquid tibi iniquo ꝓmiserit mundus, nũ-
qd potest dare quantum dabit iusto de⁹? Quicqd
tibi iusto minatus fuerit mundus, nunqd pot̃ face
re quod facit iniquo deus? Vis audire qd datur⁹ est
deus,si iuste uixeris? Venite benedicti patris mei,p *Matt.25.*
cipite regnum qd uobis paratũ est ab origine mun
di. Vis audire qd facturus est impijs? Ite in ignẽ ęter *Ibid.*
num,q paratus est diabolo & angelis eius. Bene q-
dem tu nihil aliud uis, q̃ ut bene tibi sit. Nam in eo
quod amas, uis ut bñ tibi sit: & in eo quod times,
non uis ut male tibi sit: sed non in ea regione q̃ris,
in qua q̃rendum est. Festinas: nam & sine indigen-
tia uis esse & sine molestia. Bonum est qd uis,sed
tolera quod non uis,ut assequaris qd uis. Proinde
illius facies delens peccata, qd faciet? Quę sunt pec
cata? Succẽsa igni & effossa. Quid fecerat amor ma
lus? Tanquam ignẽ succẽderat. Quid fecerat timor
malus? Tanquã effoderat. Amor qppe inflãmat,ti-
mor humiliat: ideo pc̃tã mali amoris igne succensa
sunt,peccata mali timoris effossa sunt. Humiliat &
bonus timor,accẽdit & bonus amor,sed aliter atq; M
aliter. Nam & colonus intercedens pro arbore quę
fructus nõ dabat ne subuerteret̃,ait, Circunfodio *Luc.13.*
eã & adhibeo cophinum stercoris. Fossa significat
piam humilitatẽ timẽtis,& stercoris cophinus sor
des utiles pœnitẽtis. De igne aũt boni amoris dñs
dicit, Ignẽ ueni mittere in terram: quo igne inarde- *Luc.12.*
scant spiritu feruentes, & dei ac ꝓximi charitate fla
grantes. Ac per hoc sicut oia iusta opa bono timo-
re & bono amore fiunt,sic malo amore & malo ti-
more oia peccata cõmittuntur. Ergo succensa igni
& effossa oia.s.peccata ab increpatione uultus tui
peribunt. Fiat manus tua sup uirũ dexteræ tuæ,&
super filium hois quem confirmasti tibi: Et non di
scedimus á te.) Quã diu generatio praua & amari-
cans,& q̃ cor non dirigit suũ, dicat Asaph;& ostẽdat *Psal.77.*
se misericordia tua: Fac bene cũ uinea tua, pfice il-
lam, qm̃ cæcitas ex parte in Israel facta est,ut pleni-
tudo gentiũ introiret, & sic ois Israel saluus fieret: *Roma.11*
Demonstrata facie tua super uirũ dexteræ tuę quẽ
confirmasti tibi,non discedimus á te. Quãdiu nos
increpas? Quãdiu accusas? Hoc fac & nõ discedim⁹
á te.

A à te. Viuificabis nos,& nomen tuū inuocabim⁹.) Tu nobis dulcis eris,uiuificabis nos. Nā prius amabamus terrā nō te, sed mortificasti mēbra nīa quæ sunt super terrā. Illud.n. uetus testamentū habens promissa terrena,hoc uidetur suadere ne gratis colatur deus,sed quia aliquid dat in terra,ideo diligitur. Quid amas ut deum non ames? Dic mihi: Ama si potes aliquid quod ille nō fecit. Circumspice uniuersam creaturā, uide utrum alicubi cupiditatis uisco tenearis, & a diligēdo creatorē impediaris, nisi ea re quā creauit ipse quē negligis. Quare aūt amas ista,nisi quia pulchra sunt? Possunt esse tā pulchra, q̃ ille a quo facta sunt? Miraris hæc,quia illum non uides: sed per ea quæ miraris ama quem nō uides. Interroga creaturam, si a se ipsa est, remane in illa. Si autem ab illo est,nō ob aliud perniciosa est amatori,nisi quia præponitur creatori. Quare hoc dixi? Propter uersum istum fratres. Mortui ergo erant qui propterea deum colebant, ut eis secundū carnē bene esset. Sapere enim secundum carnem mors est,& mortui sunt qui nō deum gratis colunt:id est,quia ipse bonus est,nō quia dat talia bona,q̄ dat & non bonis. Pecuniam uis à deo habere? habet & latro. Vxorem, fœcunditatem filiorum,salutem corporis,dignitatem seculi,attende q̄ multi mali habent, hoc est,totum propter quod eum colis. Nutabunt pedes tui,putabis te sine causa colere,quando in eis uides ista quæ eum non colunt. Ergo ista dat omnia etiam malis,se solum seruat bonis. Viuificabis nos,nam mortui eramus quando terrenis rebus inhærebamus, mortui eramus quando terreni hominis imaginē portabamus. Viuificabis nos,innouabis nos:uitam interioris hominis dabis nobis. Et nomen tuū inuocabim⁹,i.te diligemus: Tu nobis dulcis eris remissor peccatorum nostrorum,tu eris totum præmium iustificatorum. Domine deus uirtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus.

In Psalmum LXXX. Enarratio.

Oqui ad uos de præsenti Psalmo suscepimus, 1 adiuuet uocem nostrā qui & uestram. Etenim aliquanto est obtusior: dabit ei uires intentio audientiū, & adiutoriū iubētis ut loquar. C Titulū habet psalmus iste: In finem pro torcularibus quinta sabbati,psalmus ipsi Asaph.) In hunc titulū multa sunt cōgesta mysteria,ita tñ ut limē psalmi indicet interiora. Cū de torcularib⁹ locuturi sumus, nemo uestrū aliqd expectet nos dicturos esse de lacu,de prelo,de fiscinis,qa nec ipse psalmus hoc habet,& ideo magis indicat mysterium. Nā & si aliquid tale psalmi textus contineret,nō deesset q putaret ad literā esse accipienda torcularia, nec aliqd illic tale amplius requirendū, nec mystice aliqd positum & sacratè significatū, sed diceret simpliciter, psalmus de torcularib⁹ loquitur. Et tu mihi nescio qd aliud suspicaris?nihil hic tale audistis cū legeretur. Ergo accipite torcularia mysteriū ecclesiæ qd̄ nūc agitur. In torcularib⁹ animaduertimus quædā tria,piluram,& de pressura qdam duo,unum recondendū, alterū proiiciendum. Fit ergo in torculari cōculcatio,tribulatio,pōdus,& in his oleū eliquatur occulte in gemellariū, amurca publice per plateas currit. Intēdite ad magnū hoc spectaculū. Non enim deserit deus dare nobis quod cū magno gaudio expectemus: Aut circi insania huic spectaculo cōparanda est? Illa ad amurcā ptinet, hoc ad oleū.

D Quādo ergo auditis contumaciter garrire blasphemos & dicere,abundare pressuras tēporibus Xpianis,scitis enim quia hoc amant dicere: & uetus quidem,sed à temporibus Xpianis cœpit prouerbium, Non pluit deus, dic ad Xpianos, quanq̄ priores ista dixerunt. Illi aūt modo dicunt & quia pluit deus, dicant Xpiani,non pluit deus,nō seminamus,pluit deus,nō trituramus, & inde uolunt superbire unde deberent amplius supplicare,eligētes blasphemare q̄ orare. Cū ergo ista cōmemorant, cū ista iactant, cū ista dicunt,& contumaciter dicunt,nō cū timore,sed cū elatione, nō uos perturbent. Puta.n.quia pressuræ abundant, tu oleum esto. Nigra tenebris ignorantiæ amurca insultet,& illa tanq̄ per plateas proiecta publice insultet, tu apud te in corde tuo, ubi q uidet in occulto reddet tibi,liquare in gemellarium. Oliua in arbore qbusdā quidē tēpestatib⁹ Matth.6. agitatur,non tamē pssuris torcularis atteritur:ideo utrunq̄ simul pendet ex arbore,& quod proiiciendū est,& quod recondendū est. At ubi ad torcular & pssuras uētum fuerit,utrunq̄ discernitur,dirimitur,& aliud appetitur,aliud respuitur. Vultis nosse uim torcularium istorum? Vt unū aliquid dicā,unde E & ipsi murmurant q ea faciunt: Quātæ, inquiunt, rapinæ temporibus nostris,quantę pssuræ innocētium,quantæ expoliationes rerū alienarū? Ita sanè in amurcam attenditis, quia rapiuntur res alienæ: in oleum nō attenditis,quia pauperibus donant & propriæ? Nō habebat antiquitas tales raptores rerum alienarum, sed habebat antiquitas tales donatores rerū suarū? Aliquāto esto curiosior in torculari,noli hoc solū uidere quod publice fluit, est aliquid qd̄ qrendo inuenias:discute,audi,cognosce q̄ multi faciunt quod ex ore domini cū audisset unus diues tristis abscessit. Ex euangelio multi audiunt, Vade, Matt.19. uēde oīa q̄ posides,& da pauperib⁹,& habebis thesaurum in cœlis,& ueni sequere me. Non attendis q̄ multi id faciunt? Pauci,inquiunt,sunt: Ipsi tñ pauci oleum sunt:& qui bene utunt his rebus quas posident, ad oleum pertinent. Adiunge oia, & uidebis patrisfamiliās tui plenas apothecas. Vides raptorē qualem nunquā uidisti. Vide cōtemptorem rerum F suarum qualem nunq̄ uidisti. Lauda torcularia,impletur pphetia de Apocalypsi, Iustus iustior fiat,& sor- Apoc.22. didus sordescat adhuc. Ecce torcularia in hac sentētia: Iustus iustior fiat,& sordid⁹ sordescat adhuc. Quare & qnta sabbati? Quid est hoc? Recurramus ad prima opera dei, ne forte ibi aliquid inueniam⁹, quo & sacramentū intelligamus. Sabbatū.n. septimus dies est, quo requieuit deus ab oībus operib⁹ Gene.2. suis,magnū insinuans mysteriū quietis nostrę futuræ ab oībus operib⁹ nostris. Prima sabbati dicitur primus dies , quem dominicū etiam nominamus : secunda sabbati,secūdus dies: tertia sabbati,tertius dies: quarta sabbati, quartus dies: quinta ergo sabbati,qntus dies à dominico die: post quē sexta sabbati,sextus dies:& ipsum sabbatum,septimus dies. Videte itaq; quib⁹ loquatur hic psalmus. Videtur.n. mihi qm̄ baptizatis loquitur. Quinto.n. die deus ex aquis creauit animalia. Quinto die.i. quinta sabbati dixit deus, Producant aquæ reptilia animarū uiuarum. Videte ergo uos in quibus iam produxe- Ibidem. runt aquæ reptilia animarū uiuarum. Vos enim ad torcularia pertinetis, & in nobis quod pduxerunt aquæ,aliud eliquatur,aliud proiicitur. Sunt.n. multi

G nō digne uiuentes baptismo quod pceperunt. Quā multi enim baptizati hodie circū implere, q̄ istā basilicam maluerunt? Quā multi baptizati, aut casas in uicis faciunt, aut nō fieri cōqueruntur? Psalmus aūt iste p torcularibus & quinta sabbati cantat, & in pssura discretionis, & in sacramēto baptismi cantatur ipsi Asaph. Asaph homo quidā fuit hoc noie appellatus, sicut Idithū, sicut Chore, sicut alia nomina q̄ inuenimus in titulis psalmorū: interpretatio tamē nominis mysteriū intimat occultæ ueritatis. Asaph quippe Latine dicitur cōgregatio. Ergo pro torcularib⁹ quinta sabbati cantat ipsi Asaph i. pro pssura discernente baptizatis ex aqua renatis cantatur psalmus dominicæ congregationi. Titulum in limine legimus, & in his p̄lis † qd sibi uelint intelleximus. Iam si placet etiam ipsam domum operis i. ipsius torcularis interiora uideamus: Intrem⁹, inspiciamus & gaudeam⁹, timeam⁹, appetam⁹, fugiamus. Omnia.n. hæc inuenturi estis in hac interiore domo. i. in textu ipsius psalmi, cū legere & adiuuante dño quod donauerit loqui cœperimus. *(† al præ dijs.)*

H Ecce uos ô Asaph cōgregatio domini, Exultate deo adiutori nostro.) Vos qui congregati estis hodie, uos hodie Asaph domini, siquidē nobis canitur psalmus ipsi Asaph, Exultate deo adiutori nro. Exultāt alij circa uos deo exultant alij deceptori suo, exultate uos adiutori uestro. Exultāt alij deo suo uētri suo, Exultate uos deo uestro adiutori nro. Iubilate deo Iacob.) Quia & uos ptinetis ad Iacob, imo uos estis Iacob minor ppls cui seruit maior, Iubilate deo Iacob. *(Gene. 25.)* Quicquid uerbis explicare nō potueritis, non ideo tamē ab exultatione cessetis: qđ potueritis explicate clamate: qd no potestis, iubilate. Etenim ex abūdātia gaudiorū, cū uerba sufficere nō possunt, in iubilationē solet erumpere, Iubilate deo Iacob.

Accipite psalmū & date tympanū.) Et accipite & date. Quid accipite? Quid date? Accipite psalmū, & date tympanū. Dicit quodā loco Apostolus Paul⁹, reprehendens & dolens, q nemo illi cōmunicauerit in ratione dati & accepti. *(Philip. 4.)* Quid est in ratione dati & accepti, nisi qd alio loco aperte exposuit, Si nos *(1. Cor. 9.)*

I uobis spiritalia seminauimus, magnū est si nos carnalia uestra metamus? Et uerum est q tympanum quod de corio fit, ad carnē pertinet. Psalmus ergo spiritalis est, tympanū carnale. Ergo plebs dei, congregatio dei accipite psalmū, & date tympanū, accipite spiritalia & date carnalia: hoc est, qđ & uos ad illam mēsam beati martyris exhortati sum⁹, ut accipientes spiritalia, daretis carnalia. Hæc enim quę extrahuntur ad tēpus, ad recipienda corpora, uel uiuorū uel mortuorū necessaria sunt, sed tempore prętereunt. *(Fabricarum constructio.)* Nunquid post iudiciū dei istas fabricas in cœlum leuabimus? Sine his tamē hoc tēpore agere quæ ad possidendum cœlum pertinent nō poterimus. Si ergo auidi estis in spūalibus accipiendis, deuoti estote i carnalib⁹ erogādis. Accipite psalmū & date tympanum. accipite uocem nostrā, reddite manus uestras. Psalterium iocundū cū cithara.) Memini nos aliquando differentiam psalterij & citharæ intimasse charitati uestræ. *(Supra psal. 56. & 70. Tract. 2.)* Studiosi q meminerunt recognoscant, qui uel nō audierunt, uel nō meminerunt discant. Istorum duorum organorum musicorū, & psalterij & citharæ hæc differentia est, q psalterium lignum illud concauum unde canoræ chordæ reddunt, in superiore parte habet: deorsum feriuntur chordæ, ut desuper sonent. In cithara K uero hæc eadem cōcauitas ligni partem inferiorem tenet, tanquā illud sit de cœlo, hoc de terra. Cœlestis.n. est pdicatio uerbi dei: Sed si expectamus cœlestia, nō simus pigri ad operāda terrena, qa psalterium iocundū, sed cum cithara. Hoc alio modo dictum est quod supra, Accipite psalmū & date tympanū. Hic pro psalmo psalterium, pro tympano cithara posita est. Hoc tamē admoniti sumus, ut pdicationi uerbi dei corporalibus respondeamus operibus. Tuba canite.) Hoc est clarius & fidētius pdicate: ne terreamini, sicut ait Propheta quodā loco, Exclama, & exalta sicut tuba uocē tuam. *(Esa. 58.)* Tuba canite. In initio mēsis tubæ.) Præceptum erat ut in initio mēsis tuba canerent, & hoc usq nunc Iudæi corporaliter faciunt, spiritaliter nō intelligunt. *(Leuit. 3.)* Initium.n. mēsis, noua luna est. Noua luna, noua uita est. Quid est noua luna? Si qua igitur in Xpo noua creatura. *(2. Cor. 5.)* Quid est tuba canite in initio mēsis tubę? Cum tota fiducia nouam uitam prędicate, strepitū uitæ ueteris nolite metuere. Quia præceptum ipsi

L Israel est, & iudicium deo Iacob.) Vbi pceptum, ibi iudicium. Qui.n. in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. *(Roma. 2.)* Et ipse pcepti dator dīs Xps, uerbū caro factum, In iudicium, inquit, ueni in hunc mundum, ut qui non uident uideant, & qui uident cæci fiant. *(Ioan. 1. Ioan. 9.)* Quid est, ut qui nō uident, uideant, & qui uident cæci fiant: nisi, humiles exaltent, superbi deijciantur? Non n. qui uident cęci fiant, sed qui sibi uidere uidentur, de cæcitate conuincantur. Hoc agit mysterium torcularis, ut qui nō uident uideant, & qui uidēt cæci fiant. Testimoniū in Ioseph posuit illud.) Eia fratres qd est? Ioseph interpretatur augmētatio. Meministis, nostis Ioseph in Aegyptū uenditum: Xps ad gentes transiens. Ibi Ioseph post tribulationes exaltatus, & hic Xps post passionē martyrij glorificatus. *(Gene. 37. & 41.)* Ergo ad Ioseph magis gentes pertinent: Et ideo augmentatio, quia multi filij desertæ magis q̄ eius quæ habet uirum. *(Esa. 54.)* Testimonium in Ioseph posuit illud. Dum exiret de terra Aegypti.) Videte & hic significari quintam sabbati, quādo exijt de terra Aegypti Ioseph. i. populus multiplicatus p Ioseph per mare rubrum traiectus est. *(Exo. 14.)*

M Et tunc ergo produxerunt aquæ reptilia animarū uiuarū. *(Gene. 1.)* Nihil aliud tunc in figura portendebat trāsitus populi p mare, nisi transitū fidelium p baptismum: testis est Apostolus, Nolo.n. uos, inquit, ignorare fratres, qa patres nostri oēs sub nube fuerunt, & oēs per mare trāsierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. *(1. Cor. 10.)* Nihil ergo aliud significabat trāsitus p mare, nisi sacramentū baptizatorū: nihil aliud insequentes Aegyptij, nisi abundantiam pteritorū delictorū. Videtis euidentissima sacramenta? Premunt Aegyptij, urgent, instant ergo peccata, sed usque ad aquā. Quid ergo times q nondū uenisti, ueni ad baptismū Christi, transire per mare rubrum? Quid est rubrum? Sanguine domini consecratū. Quid times uenire? Conscientia forte aliquorum immanium delictorū stimulat & excruciat in te animū, & dicit tibi tam magnū esse illud quod cōmisisti, ut desperes tibi dimitti. Time ne remaneat aliquid peccatorū, si uixit aliquis Aegyptiorū. Cum autē transiens rubrū mare, cū eductus fueris a delictis tuis in manu potenti & brachio forti, percepturus es mysteria quæ non noueras, quia & ipse Ioseph cum exiret

A de terra Aegypti: Linguam quā non nouerat audi
uit.) Audies linguam quam non noueras: quā mo-
do audiunt & recognoſcunt teſtantes & ſcientes q
norunt. Audies ubi debeas cor habere. Quod mo-
do cū dicerē, multi intellexerūt & acclamauerunt:
reliq multi ſteterunt, qa nōdum linguam quā non
nouerant audierunt: Accelerent ergo, tranſeant, di
ſcant, Linguā quam non nouerat audiuit. Auertit
Matt. 11. ab oneribus dorſum eius.) Quis auertit ab oneri-
bus dorſum eius, niſi ille q clamauit, Venite ad me
oēs q laboratis & onerati eſtis? Alio modo hoc idē
ſignificatur. Quod faciebat inſecutio Aegyptiorū,
hoc faciunt ſarcinę peccatorū. Auertit ab oneribus
dorſum eius. Et quaſi diceres, à quibus oneribus?
Manus eius in cophino ſeruierūt.) Per cophinū ſi
gnificantur opa ſeruilia. mundare ſtercora, terram
portare, cophino fit, ſeruilia ſunt opa: qa ois q facit
Ioan. 8. pctm̄, ſeruus eſt peccati: & ſi uos filius liberauerit,
tunc uere liberi eritis. Merito & abiecta mūdi, quia
ſi cophini deputant̄. Sed & cophinos deus bucel-
Matt. 14. lis impleuit. Duodecim cophinos bucellarū imple-
1. Cor. 1. uit, qa abiecta huius mundi elegit, ut confunderet
B fortia Sed & qn̄ in cophino ſeruiebat Ioſeph, terrā
ibi portabat, qa lateres faciebat. Manus eius in co-
phino ſeruierunt. In tribulatione inuocaſti me &
erui te.) Recognoſcat ſe unaquæq; conſcia xp̄iana,
ſi deuote tranſierit mare rubrū, ſi cū fide credendi
Exo. 14 & obſeruandi linguam quā non nouerat audiuit,
recognoſcat ſe in tribulatione exauditā. Ipſa. n. ma
gna tribulatio erat premi ſarcinis peccatorū. Quan
tum gaudet reuelata cōſcia? Ecce baptizatus es, cō
ſcientia q̄ heri premebatur, hodie gratulat̄. Exaudi
tus es in tribulatione, memento tribulationis tuæ.
Antequā accederes ad aquā, qd ſolicitudinis gere-
bas? qd ieiuniorū exhibebas? quid tribulationū in
corde geſtabas, oīonum internarum, piarū, deuo-
tarum. Occiſi ſunt hoſtes tui, oia peccata tua dele-
ta ſunt. In tribulatione inuocaſti me & erui te. Ex
audiui te in abſcondito tēpeſtatis.) Nō in tēpeſta-
te maris, ſed in tēpeſtate cordis. Exaudiui te in ab-
ſcondito tempeſtatis. Probaui te in aqua contra-
dictionis.) Reuera frēs reuera, q exauditꝰ eſt in ab-
ſcondito tēpeſtatis, debet ꝓbari in aqua contradi-
C ctionis. Cum. n. crediderit, cū baptizatus fuerit, cū
uiam dei capere cœperit, cū in gemellarū eliquari
intenderit, & ab amurca publice currēte ſe extraxe
rit, habebit multos exagitatores, multos inſultato
res, multos detractores, dehortatores, minātes etiā
ubi poſſunt, deterrētes, deprimētes. Hæc tota aqua
Num. 20 cōtradictionis eſt. Puto eſſe hodie hic ſic: arbitror
eſſe hic nōnullos quos amici ſui uolebant rape ad
circum, & ad neſcio quas hodiernę feſtiuitatis nu-
gas: Forte ipſi illos adduxerūt ad Eccl'iam: ſed ſiue
ipſi illos adduxerūt, ſiue ab eis ad circum abduci
nō potuerūt, i aqua cōtradictionis ꝓbati ſunt. Nō
ergo erubeſcas p̄dicare qd noſti defendere, & inter
blaſphemos qd credidiſti. Si. n exaudiris in abſcō-
Rom. 10. dito tēpeſtatis, corde credit̄ ad iuſtitiā: ſi ꝓbaris in
aqua cōtradictionis, ore cōfeſſio fit ad ſalutē. Quā
ta eſt. n. ipſa aqua contradictionis? Iā penè ſiccata
eſt: ſed ſenſerunt illā maiores nr̄i, qn̄ uerbo dei, qn̄
myſterio xp̄i acriter reſiſtebant gentes, turbabatur
aqua. Aquas. n. pro populis aliqn̄ intelligendas eui
Apoc. 17 denter Apocalypſis ſcriptura demōſtrat, ubi aquę
multæ cum uiderentur, & cum quæreretur quid eſ-

ſent, reſponſum eſt, Populi ſunt. Pertulerunt ergo il D
li aquam contradictionis, qn̄ fremuerunt gentes, & Pſal. 2.
populi meditati ſunt inania, qn̄ aſtiterunt reges ter
ræ, & principes conuenerūt in unū aduerſus dn̄m,
& aduerſus Chriſtum eius. Qn̄ fremuerunt gentes,
tunc leo ille uiro forti Samſon uenienti ad ducen- Iudic. 14.
dam de alienigenis uxorem, Chriſto. ſ. deſcenden-
ti ad habendā eccleſiam de gentibus fremens ibat
in obuiam. Sed quid egit? Accepit, tenuit, fregit, diſ
ſipauit leonē, factus eſt in manibus eius uelut hœ
dus caprarum. Quid. n fieret populus frementes, ni-
ſi languidus peccator? Occiſa autem illa feritate, iā
non ſic fremit regia poteſtas, non ſic fremit ppl's gē
tium, nō it obuiam xp̄o, immo uero in ipſo regno
gentium inuenimus leges pro eccleſia, tanquā fauū
in ore leonis. Quid ergo iam metuam aquam con-
tradictionis, q̄ propè iam tota ſiccata eſt? Illa penè
iam ſilet, ſi amurca non contradicat: Quantumli-
bet mali ſæuiant alieni, ò ſi eos non adiuuent mali
nr̄i. Exaudiui te in abſcondito tempeſtatis, ꝓbaui
te in aqua contradictionis. Recolitis qd de xp̄o di-
ctum ſit, ſic natū eum eſſe in multorū ruinā, & mul Luc. 2.
torum reſurrectionē, & in ſignum cui contradicet? E
Nouimus, uidemus ſignū crucis erectū eſſe, & con-
tradictum eſt ei. Contradictū eſt gloriæ crucis, ſed
titulus erat ſup crucem q non corrumpebatur. Eſt
enim titulus in Pſalmo, In tituli iſcriptionē ne cor- Pſal. 59
rumpas. Signū erat cui contradiceretur: dixerūt n.
Iudæi, Noli facere rex Iudæorum, ſed fac ꝙ ipſe di- Ioan 19
xerit regem ſe eſſe Iudæorū: Victa eſt contradictio,
reſponſum eſt, quod ſcripſi ſcripſi. Exaudiui te in
abſcondito tempeſtatis, probaui te in aqua cōtra-
dictionis. Hoc totum ab initio Pſalmi uſq; ad hūc
uerſum, de oleo torcularis audiuimꝰ. Quod reſtat
magis dolendū eſt & cauendū: ad amurcā. n. torcu
laris pertinet uſq; in finem, fortaſſe non fruſtra, &
interpoſito diapſalmate: ſed hoc ēt audire utile eſt,
ut q ſe iam in oleo uidet gaudeat: q periclitatur, ne
in amurcam incurrat, caueat: utrunq; audi, unum
dilige, alterū time. Audi populus meus & loquar,
& teſtificabor tibi.) Non. n. populo alieno, non. n.
populo non pertinenti ad torcular. Indicate, inqt, Eſa. 5.
inter me & uineā meam. Audi ppl's meus & loquar
& teſtificabor tibi. Iſrael ſi me audieris, nō erit in F
te deus recens.) Deus recens eſt ad tp̄s factus, Deus 3. ſen. diſ.
aūt noſter non recens, ſed ab æternitate in æterni- 11. poſt
tatem. Et xp̄s noſter recens forte homo, ſed ſempi- p̄dicta.
ternus deus. Quid. n? Ante principium, & utique in
principio erat uerbum, & uerbum erat apud deū, Ioan. 1.
& deus erat uerbum: & ipſe deus noſter uerbū ca-
ro factū, ut habitaret in nobis. Abſit ergo ut ſit in
aliquo deus recens. Deus recēs, aut lapis, aut phan-
taſma eſt. Non eſt, inqt, lapis: ergo argenteū habeo
& aureum. Merito ipſa precioſa uoluit numerari q
dixit, Idola gentiū argentum & aurū. Magna ſunt Pſal. 95.
qa aurea & argētea ſunt, precioſa ſunt, lucida ſunt,
ſed tn̄ oculos habent & non uidēt. Recentes hi dij.
Quid recētius deo ex officina, licet illos iam uetu-
ſtos aranearū caſſes cōtexerint? Qui ſempiterni nō
ſunt, recentes ſunt. Hoc de Paganis neſcio qs alius
in uanitatem accipiens nomen dn̄i dei ſui, fecit ſi-
bi xp̄m creaturam, Chriſtum imparem & inæqua-
lem generauit, filium dei dicens, & filiū dei negās.
Si enim filius unicus eſt, hoc quod pater eſt, & hoc
eſt ex æternitate. Tu autem neſcio quid aliud co-

A enim loqueretur ista, nisi populo suo. Scimus.n.q qua-
Rom. 3 quæcunq; lex dicit, his qui in lege sunt dicit. Et nō obaudiuit populus meus uocem meam: Et Israel nō attendit mihi.) Quis? cui? Israel mihi. O ingrata anima: p me anima, à me uocata anima, à me in spem reducta, à me à peccatis abluta, & Israel non attendit mihi. Baptizantur.n. & transeūt p mare rubrum: sed in uia murmurant, contradicunt, cōqueruntur, seditionibus perturbantur, ingrati ei q liberauit à persequentibus hostibus, q ducit p siccum, per eremum, cum cibo tñ & potu, cum lumine nocturno & umbraculo diurno, Et Israel non attēdit mihi. Et dimisi eos secundū affectiones cordis eorum.) Ecce torcular. Aperta sunt foramina, currit murca. Et dimisi eos, nō secundum salutem præceptorū meorum, sed secundū affectiones cordis eo-
Roma. 1 rū donaui eos sibi. Dicit & Apostolus, Tradidit illos deus in cōcupiscentias cordis eorū: Dimisi eos secundum affectiones cordis eorum, Ibunt in affectionibus suis.) Inde est qd horretis: si tñ eliquamini in gemellaria abscōdita dñi, si tñ apothecas eius adamastis, inde est quod horretis: alij defendūt cir-
B cum, alij amphitheatrū, alij casas in uicis, alij theatra, alij illud, alij illud, alij postremo deos recentes suos. Ibūt in affectionib' suis. Israel si in uijs meis ambulasset.) Dicit fortasse enim iste Israel, Ecce pecco, manifestum est, eo post affectiones cordis mei. Sed qd facio? Diabolus hoc facit, dæmones hoc faciunt. Quid est diabolus? Qui sunt dæmones? Certe inimici tui. Israel si in uijs meis ambulasset: In nihilum oēs inimicos eos humiliassem,) Ergo si plebs mea audisset me. Quare.n. mea, si non audit me? Si plebs mea audisset me, Quis ē plebs mea? Israel Quid est, audisset me? Si in uijs meis ambulasset. Quæritur & gemit sub inimicis. In nihilum inimicos eos humiliassem: Et super tribulantes eos misissem manum meam.) Nunc uero qd qritur de inimicis? Ipsi facti sūt peiores inimici. Quo enim? quid sequitur de inimicis querimini? Vos qd estis? Inimici dñi mentiti sunt ei.) Renuncias? Renuncio. Et redit ad quod renunciatur. Vtiq; quibus rebus renuncians, nisi factis malis, nisi factis diabolicis, factis à deo damnatis, furtis, rapinis, periurijs,
C homicidijs, adulterijs, sacrilegijs, sacris abominandis, curiositatib': His oibus renuncias, & rursus his inflexus subparis. Facta sunt tibi posteriora deterio-
2. Pet. 2. ra priorib': Canis reuersus ad uomitum suū, & sus lota in uolutabris cœni. Inimici dñi mentiti sunt ei, Et quanta patientia dñi? Quare non prosternuntur? Quare nō trucidantur? Quare non terra dehiscente sorbentur? Quare non cœlo flagrante incenduntur? Quia magna patientia dñi. Et erunt impuniti? Absit. Nō sibi tñ de dei misericordia blandiatur, ut sibi eius iniustitiam polliceātur. Ignoras qa
Roma. 2. dei patientia ad pœnitentiam te adducit? Tu autē secundum duritiam cordis tui & cor impœnitens, thesaurizas tibi irā in die irę & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera sua. Et si modo non reddit, tunc reddet. Si enim modo reddit, ad tps reddit. Non conuerso autem nec correcto in æternum reddet. Vide ergo quia non erūt impuniti, attende quod sequitur, Inimici dñi mentiti sunt ei. Dicturus es, & quid eis fecit? Non uiuūt, non auras carpunt, non lucem hauriunt, non fontes potant, non fructus terrę edunt? Et erit tps eo-

rum in æternum.) Nemo sibi ergo blandiatur, qa D
quasi ad torcular pertinet: bonum est illi si ad oleū in torcularī pertineat. Nō sibi polliceatur unusq̄sq; habens facta nefaria, quæ regnum dei non posside- Galat. 5.
bunt: & dicat sibi, Qm habeo signum Christi & sa- lib. 21. de
cramenta Christi, nō delebor in ęternum: & si pur- Ciui. dei,
gor per ignē, saluus ero. Nam qd est quod ait Apo- cap. 21
stolus de his qui habent fundamentum? Fundamē- 1. Cor. 3
tum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est xps Iesus. Quid est, inquiunt, qd sequitur, Vnusquisq; autem super fundamentum uideat quod superædificet? Alius.n superædificat au- Ibid.
rum, argētum, lapides preciosos: alius ligna, fœnū, stipulam: uniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Dies enim dñi declarabit, quia in igne reuelabitur. Si cuius opus permanserit quod superædificauit, mercedem accipiet: hoc est, qa super fundamentum iusta opera ædificauit, aurum, argentum, lapides preciosos: si autem peccata, lignum, fœnum, stipulam: si propter fundamētum ipse saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Fratres, nimis timendum eē uolo: melius autem est enim non uobis dare securita-
tem malam. Non dabo quod non accipio, timens E
terreo. Securos uos facere, si securus fierē ego: Ignē æternum timeo. Et erit tps eorum in æternum, non accipio nisi ignē æternū: de quo alio loco scriptu-
ra dicit, Ignis eos non extinguetur, & uermis eorū Esa. 66.
nō morietur. Sed de impijs dixit, ait aliqs, nō dixit de me, q quāuis peccator sim, quāuis adulter, quāuis fraudator, quāuis raptor, quāuis periurus: hēo tñ in fundamento Christum: Christianus sum, baptizatus sum, ego p ignem purgor, & p fundamentum non pereo. Dic mihi iterum quis es? Christianus sum, inquit. Interim trāsi. Quid aliud? Raptor,
adulter, & cætera: de quibus Apls dicit, Qm qui ta- Galat. 5.
lia agunt, regnum dei non possidebunt. Certe ergo à talibus non correptus, de talibus commissis pœnitentiam non agens, regnum cœlorum speras? Nō opinor, qm qui talia agunt, regnum dei non possi-
debunt. Et ignoras quia patientia dei ad pœniten- Roma. 2
tiam te adducit? Tu nescio quid tibi pollicens, secundum duritiā tuam & cor impœnitēs thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij
dei, q reddet unicuiq; secundū opa sua. Attēde ergo F
ipsum iudicē uenientem Bene. Deo gratias. Nō tacuit sniam definitiuam, non misit foras reos, & duxit uelū. Ante uoluit prænūciare, quod disposuit facere: nempe congregabūtur ante eum oēs gentes. Quid de illis faciet? Separabit eas, & alios ponet ad dexteram, alios ad sinistrā Nunquid medius locus
seruatus ē? Quid dextris dicturus est? Venite bene- Mat. 25.
dicti patris mei pcipite regnum. Quid sinistris? Ite in ignem ęternum q paratus est diabolo & angelis
eius. Si nō times mitti quō, uide cū quo. Si ergo o- Galat. 5.
pera illa oia regnum dei non possidebunt, immo non opera sed qui talia agunt: nam opera talia in igne nō erūt. No.n. illo igne ardentes furaturi sunt & adulteraturi: sed quia q talia agūt, regnū dei nō possidebunt. Nō ergo erunt à dextris cū illis quib'
dicetur, Venite benedicti patris mei pcipite regnū: Mat. 25.
quia qui talia agunt, regnum dei non possidebūt. Si ergo à dextris non erūt, nō restat nisi ut sint a sinistris. Sinistris qd dicet? Ite in ignem æternū, quia: erit tps eorum in æternū. Expone ergo, inquit, no-
bis ligna, fœnū, stipulā, quæ qui ædificat sup fun- 1. Cor. 3

G damentum, quo non pereant, sed salui fiant, sic tñ
4.sen.di. 22.In illo quasi per ignem. Obscura quidem illa qō, sed ut pos-
sum breuiter dico: Fratres, sunt hoies omnino con
temptores seculi huius, quibus non est gratum qc-
quid temporaliter fluit, non hærent dilectione ali-
qua terrenis operibus, sancti, casti, continentes, iu-
sti, fortasis & oia sua uendentes & pauperibus di-
stribuentes, aut possidentes tanquã non possiden-
1.Cor.7 tes, & utentes hoc mundo tanquã nõ utentes. Sunt
aũt alij q rebus infirmati cõcessis inhærent aliquã
tum dilectione. Non rapit ullã alienã, sed sic amat
suã: ut si pdiderit, conturbetur: nõ appetit uxorem
alienam, sed sic inhæret suæ, sic misceetur suę, ut mo
dũ non ibi teneat pscriptũ tabulis liberor, pcrean
dorum causa. Nõ tollit aliena, sed repetit sua & ha-
1.Cor.6. bet cum fratre suo iudicium. Talibus.n. dicitur, Iã
qdem oĩno delictum est in uobis, q iudicium ha-
betis uobiscum: uerũ ipsa iudicia in Ecclesia iubet
agi, non ad forum trahi, tñ delicta esse dicit. Conté
dit.n. Christianus pro rebus terrenis amplius, q de
cet eum cui promissum est regnum cœlor. Non to
tum cor sursum leuat, sed aliquam partem eius tra-
H hit in terrã. Denique si ueniat tentatio uincendi mar
1.Cor.3. tyrij, illi q habent in fundamento Christum, & ędi
ficant aurum, argentum, lapides preciosos: qd dñt
ex hac opportunitate? Bonum est mihi dissolui &
Philip.1. esse cum xpo: alacres currunt, aut nihil, aut modice
de terrena fragilitate contristantur. Illi autẽ aman-
tes res pprias, domos proprias, grauiter conturbã-
tur, fœnũ & stipula, & ligna ardent. Habent ergo li-
gna, fœnũ, stipulam super fundamentum, sed rerũ
concessarum, non illicitarum. Dico n. fratres, posi
des fundamẽtum, here cœlo, calca terrã. Si talis es,
non ædificas nisi aurũ, argentum, & lapides precio
sos. Cum autẽ dixeris, amo possessionem istam, ti-
meo ne pereat, & imminet damnũ, & tu contrista-
ris, non qdem præponis eam xpo: nam si sic amas
possessionem istam, ut si dicatur tibi, ipsam uis, an
xpm? Et si tristis eã pdis, plus tñ amplecteris xpm,
quem posuisti in fundamentum saluus eris tanquã
per ignem. Audi aliud, Non potes tenere possessio-
nem illam nisi dixeris falsum testimonium: Et hoc
non facere, xpm in fundamento ponere est: ueritas
I enim dixit, Os quod mentitur, occidit aiam. Ergo
Sapien.1 si possessionem tuam diligis, non tñ propter illam
facis rapinam, non propter illam dicis falsum testi
monium, non propter illam facis homicidium, nõ
propter illam falsum iuras, non pp illã xpm negas,
eo q non propter illam facis hæc, Christum habes
in fundamento. Sed tñ quia diligis illam, & contri
staris si perdas illam, super fundamẽtum posuisti,
non aurum, non argentum, non lapides preciosos,
sed lignum, fœnum, stipulam Saluus ergo eris cum
ardere cœperit qd ędificasti, sic tñ quasi per ignem.
Nemo n. super fundamentum hoc ędificans adul-
teria, blasphemias, sacrilegia, idololatrias, periuria,
putet se saluum futurũ per ignem, quasi ista sint li-
gna, fœnũ, stipula: sed q ædificat amorem terreno-
rum super fundamentum regni cœlorum, id est, su
per xpm, ardebit amor rerum temporalium, & ipse
saluus erit per idoneũ fundamentum. Inimici dñi
mentiti sunt ei dicendo, Eo ad uineã & non eũdo,
& erit tps eorum, nõ ad tempus sed in æternum Et
q sunt isti? Et cibauit illos ex adipe frumenti.) No
stis adipem frumenti, unde cibantur multi inimici

qui mentiti sunt ei. Et cibauit illos ex adipe frumẽ K
ti, miscuit eos sacris suis. Et Iudæ qñ dedit buccel- Ioan.13.
lam, ex adipe frumẽti cibauit. Et inimicus dñi mẽ- Psal.80.
titus est ei, & erit tps eius in æternum. Et cibauit il-
los ex adipe frumenti. Et de petra melle saturauit
eos.) O ingratos, cibauit ex adipe frumẽti, & de pe
tra melle saturauit eos. In eremo de petra aquã pro Exo.17.
duxit non mel. Mel sapientia est, primatũ dulcoris
tenens in escis cordis. Quã multi ergo inimici dñi
mentientes dño cibant, non solũ ex adipe frumen
ti, sed ẽt de petra melle, de sapientia xpi, q multi de
lectantur uerbo eius ex cognitione sacrorum eius,
solutione parabolarum eius, q multi delectantur,
quàm multi clamant? Et non est hoc mel de quoli
bet hoie, sed de petra. Petra autem erat xps. Quàm 1.Cor.10
multi ergo satiantur de melle isto, clamant, dicunt,
Suaue est, dicunt, nihil melius est, nihil dulcius uel
intelligi uel dici potuit. Et tñ inimici domini men
titi sunt ei. Nolo amplius immorari in rebus dolẽ-
dis: quãquam aũt terribiliter Psalmus ad hoc fini-
tus sit, tamen à fine eius, obsecro uos, recurramus
ad caput, Exultate deo adiutori nostro.

Commendatio populi & exhortatio & inuitatio ad sequentem tractatum audiendum, & ludos seculares contemnendum. L

NON parum uestras mentes in noĩe xpi di
uina spectacula tenuerunt & suspenderũt
uos, non solum ad appetenda qdam, sed ad
quædam et fugienda ista sunt spectacula utilia, sa-
lubria, ædificantia nõ destruẽtia, immo & destruẽ
tia & ædificantia. Destruentia recentes deos, ædifi
cantia fidem in uerum & æternũ deum. Etiam in
crastinum diem inuitamus charitatẽ uestrã Cras
illi hñt, ut audiuimus, mare in theatro, nos habea-
mus portum in xpo. Sed qm perendino die, id est,
quarta sabbati, non possumus ad mensam Cypria
ni conuenire, qa festiuitas est sanctor martyrum,
crastino ad ipsam mensam conueniamus.

In Psalmum LXXXI. Enarratio.

PSalmus ipsi Asaph.) Psalmo huic titulũ si-
cut alijs q sic pnotantur, uel nomẽ eius ho
minis indidit a quo scriptus est, uel eiusdẽ
nois interpretatio, ut ad synagogam qd est Asaph,
eius intelligẽtia referatur, psertim qa hoc & primus M
eius uersus assignat. Sic. n. incipit: Deus stetit in sy
nagoga deorũ.) Quos deos? Absit ut intelligamus
deos gẽtium, siue idola, siue aliquam præter hoies
cœlestem terrestremq creaturam, cum paulopost
hunc uersum idẽ iste Psalmus asserat, & quos deos
intelligi uelit. in quorum synagoga stetit deus, aper
tius exprimat, ubi ait, Ego dixi dij estis, & filij altis-
simi oẽs: Vos autem sicut homines moriemini, &
sicut unus de principibus cadetis. In horũ ergo sy-
nagoga filior altissimi, de quibus idem altissimus
per Esaiã dicit, Filios genui & exaltaui, ipsi autem Esa.1.
me spreuerunt, stetit deus. In synagoga populum Is
rael accipimus, qa & ipsorum proprie synagoga di
ci solet, quanuis & Ecclia dicta sit Nam uero Apo
stoli nunquã synagogã dixerunt, sed semper Eccle
siam, siue discernẽdi causa, siue qd inter congrega-
tionem unde synagoga, & conuocationẽ unde Ec-
clesia nomen accepit distet aliquid, q scilicet con-
gregari & pecora solent, atq ipsa proprie, quorum
& greges proprie dicimur. Conuocari autẽ magis
est utentium ratione, sicut sunt hoies: unde ex per-

A sona ipsius Asaph in alio Psalmo canitur, Quasi pe
Psal. 72. cus factus sum apud te, & ego semp tecū: Cū utiq
quamuis uni uero deo mācipatus uideretur, ꝓ ma-
gnis tñ ac summis bonis ab illo carnalia, terrena, tē-
poralia requirebāt. Inuenimus etiam sæpe eos fili-
os appellatos, nō ea gratia quæ ad nouum testamē
tū pertinet, sed illa quæ ad uetus: qa & ipsa gratia ē
qua elegit Abraham, & ex eius carne tam magnum
populū propagauit: qua nōdū natos Iacob dilexit,
Mala. 1. Esau autē odio habuit: qua liberauit ex Aegypto,
Rom. 9. qua in terrā ꝓmissionis eiectis gētibus itroduxit.
Nisi n & ipsa esset gratia, non utiq de nobis qbus
non ad terrenū, sed ad regnū cœlorum capessendū
data est potestas filios dei fieri, in eodem mox Euā
Ioan. 1. gelio diceretur, ꝙ accepimus gratiam pro gratia, id
est, pro testamenti ueteris promissionibus testamē-
ti noui promissiones. Liquet igitur, quantum existi
mo, in qua deorū synagoga steterit deus. Deinceps
requirendū est, utrū patrem, an filium, an spiritum
sanctū, an ipsa trinitatē accipere debeamus steuisse
in synagoga deorū. In medio autē deos discerne-
re) Quia & singulus quisq deus, & ipsa trinitas u-
nus deus, non quidem hoc facile est eliquare, & qa
B non corporalem, sed spiritalem dei præsentiam, q̄
congruit eius substantiæ, negari non potest ab eo
esse conditis rebus mirabili uidelicet & uix paucis
Psal. 138. intelligibili modo, cui dicit, Si ascendero in cœlū
tu ibi es, si descendero in infernū, ades. Vnde men-
to phibetur stare deus in congregatione hoium in
uisibiliter, sicut cœlū & terrā ipse implet, quod per
Hiere. 23. Prophetā ipse de se prædicat: nec tantum perhibe-
tur, sed pro captu mētis humanæ utcunq noscitur
stare in eis q̄ creauit, & si homo stet & audiat eum,
Ioan. 3. & gaudio gaudeat pp eius intimam uocem. Verun
tamen, q̄ antū arbitror, psalmus iste insinuare ali-
quid molitur, quod ex quodam tempore factū est,
ut staret deus in synagoga deorū. Nam illa statio q̄
cœlū & terram implet, nec ad synagogam proprie
pertinet, nec tempore uariatur. Deus itaq stetit in
synagoga deorum: nimirum ille qui de se dixit, Nō
Matt. 15. sum missus nisi ad oues quæ perierāt domus Israel.
Dicit & causa, In medio aūt deos discernere. Agno-
sco igitur deum stetisse in synagoga deorum, quo-
rum patres, & ex quibus xp̄s secundum carnem: ut
enim staret deus in synagoga deorum, ad hoc ex ip
C sis secundum carnem. Sed qs deus? Neq enim qua-
les illi in quorum deos synagoga stetit, sed sicut il
Rom. 9. lic Apostolus seqtur, Qui est super oīa deus bene-
dictus i secula. Agnosco, inquā, stetisse, agnosco & i
medio deū sponsum: de quo amicus eius qdam di-
Ioan. 1. cit, In medio aūt uestrū stat quē uos nescitis: Quip
pe de qbus paulopost in hoc psalmo dicit Nescie-
runt neq intellexerunt, in tenebris ambulāt. Testi-
Rom. 11 ficatur & Apostolus, Qm̄ cæcitas ex parte in Israel
facta est, ut plenitudo gentiū intraret. Stantem qp-
pe in medio sui uidebāt eum, sed non eū uidebant
Ioan. 14 deum, qualem se uolebat uideri dicens, Qui me ui-
det, uidet & patrem. Discernit aūt deos, non eorum
meritis, sed gratia sua: ex eadem conspersione faci-
Rom. 9. ens alia uasa in honorē, alia in cōtumeliā. Quis. n.
te discernit? Quid enim habes quod non accepisti?
1. Cor. 4. Si aūt accepisti, quid gloriaris quasi nō acceperis?
Audi & uocē dei discernentis, audi & uocem dñi di
Psal 28 uidentis flammam ignis. Vsquequo iudicatis ini-
quitatē, & facies peccantium sumitis?) Sicut alibi,

Vsquequo grauesc corde? Nunqd & usque ad aduē- D
tū eius q lumē est cordis? Dedi legē, duriter restiti- Psal. 4.
stis: misi ꝓphetas, iniurijs affecistis, aut interfecistis,
aut hæc agētibus cōhibuistis †. Sed ut illis nec loq †forte. cō
dignū sit q occiderunt seruos dei præmissos ad se, niuistis.
uos q cum hęc fierent, tacuistis: id est, uos qui eos q Matt. 21.
tunc taciter aūt uelut innocētes imitari uoluistis, us-
quequo iudicatis iniqtatem & facies peccantiū su-
mitis? Nunqd etiā nunc & ipse hæres ueniens occi-
dendus est? Nonne ipse pp uos sine patre esse uoluit
tanquam pupillus? Nonne pp uos esuriuit & sitiuit
ut egenus? Nonne ad uos clamauit, Discite à me qa Matt. 11.
mitis sum & humilis corde? Nonne pauper factus 2. Cor. 8.
est cū diues esset, ut ipsius paupertate ditaremini? Iu-
dicate, ergo pupillo & egeno, humilē & pauperē iu
stificate.) Nō illos pp se superbos & diuites, sed iu-
stum pp uos humilem & pauperem, iustum credi-
te, iustū prædicate. Sed inuidebūt ei, nec oino par-
cent, dicētes, Hic est hæres, uenite occidamus eū, & Matt. 21.
nostra erit hæreditas. Auferte, ergo, inopē, & pau-
perē de manu peccatoris eruite.) Hęc dicta sunt ut
sciret in eo populo in quo natus & occisus est xp̄s,
nec illos fuisse immunes à tāto scelere, q cum eent
tantæ multitudinis, ut eos sicut Euangeliū loqtur, Ibidem
timerāt Iudęi: & ꝓpterea in xp̄m manus mittere nō E
auderent, & postea cōhibuerunt †, eumq intenmi †forte, cō
à malignis & inuidis Iudæorum principibus permi niuerunt.
serunt, q si uoluissent timerentur semp, & nunquā
in eum sceleratorū præualerent manus. De his qp-
pe & alibi dicit, Canes multi nescierunt latrare: de Esa. 56.
his ēt illud, Ecce qūo iustus perijt, & nemo consy- & 57.
derat. Perijt quantum in ipsis est q eum perdere uo
luerunt. Nam qūo ille posset perire moriendo, qui
eo modo potius qd erat perditū reqrebat? Porro si
isti iuste increpātur, merito q arguūtur qui tm̄ sce-
lus fieri dissimulando siluerūt, qūo increpādi, aut
ne increpādi qdem, sed qua seueritate dānādi sunt,
q hoc consilio malitięq fecerunt? Verūtamen om-
nibus qd seqtur rectissime cōgruit, Nescierunt &
nō intellexerūt, in tenebris ambulāt.) Quia & illi 1. Cor. 2
si cognouissent, nunquam dñm gloriæ crucifixis-
sent: Et illi si cognouissent, nunquā Barrabā libe-
randum, & xp̄m crucifigendum petere consensis-
sent. Sed qm̄ supra memorata cæcitas ex parte Isra-
el facta est, donec plenitudo gentiū intraret, p hāc Rom. 11
utique illius populi cæcitatem crucifixo Christo. F
Mouebūtur oia fundamēta terræ.) Sic mota sunt
& mouebūtur, donec intret quæ p̄destinata est gen
tium plenitudo. Nam & in ipsa morte dñi terra mo Matt. 27.
ta est, & petrę scissæ sunt. Et si intelligamus fundamē
ta terræ terrenorū bonorū copia fœlices, recta prę
dictū est quod mouerentur, uel admirādo sic ama
ri, sic coli humilitatē, paupertatem, mortem, uelut
magnam secundū ipsos miseriam xp̄i, uel ipsi quo-
que huius mundi uana fœlicitate contēpta, illam
diligendo atq sectando. Ita mouentur omnia fun-
damenta terræ, cum partim mirantur, partim etiā
commutantur. Sicut. n. non absurde dicimus fun- 1. Pet 2.
damenta cœli, qbus regnum cœlorum superædifi
catur in sanctis & fidelibus, quos dicit scriptura la
pides uiuos, quorū fundamentum est primitus ip-
se xp̄s ex uirgine: de quo dicit Apostolus, Fundamē 1. Cor. 3
tum aliud nemo potest ponere, præter id quod po
situm est, quod est xp̄s Iesus. Deinde ipsi Aposto-
li & Prophetæ, quorum authoritate locus cœlestis

G eligit, ut eos sectãdo coædificemur: unde dicit ad
Ephe. 2 Ephesios, Iam nõ estis peregrini & inquilini, sed estis
ciues sanctorũ, & domestici dei, superædificati sup
fundamentũ Apostolorũ & Prophetarũ ipso sum-
mo angulari lapide existẽte xpo Iesu, i quo ois ędi-
ficatio compacta crescit in templũ sanctũ in dño.
Ita non inconuenienter fundamenta terræ intelli-
guntur, quorum terrenam fœlicitatem prępollen-
tem atq; potentem hoies inuidendo eorũ authori-
tati, ad huius mundi bona concupiscenda pertra-
huntur, & adipiscẽdo coędificant tanquã terra su-
per terrã, sicut in illo supno ædificio cœlum super
Gene. 3 cœlum, qa & peccatori dictũ est, Terra es & in ter-
Psal. 18 ram ibis. Et Cœli enarant gloriam dei, cum In om
nem terrã exijt sonus eorum, & in fines orbis terræ
uerba eorũ. Terrenæ aũt fœlicitatis regnum sup-
Ioan. 10. bia est, contra quã uenit humilitas xpi exprobrãs
eis, quos uult ex humilitate filios altissimi facere,
atq; increpãs, Ego dixi dij estis, & filij altissimi o-
mnes.) Vos autem sicut hoies moriemini, & sicut
un⁹ ex principib⁹ cadetis. Siue ad illos dixerit: Ego
dixi dij estis & filij altissimi oẽs: ad eos utique qui
H pdestinati sunt in uitã æternã: ad alios uero, Vos
aũt sicut hoies moriemini, & sicut unus ex princi-
pibus cadetis.) Hoc modo ẽt deus discernens, siue
oẽs simul increpat, ut obediẽtes correctosq; discer
nat: Ego, inqt, dixi dij estis, & filij altissimi oẽs: id ẽ,
oibus uobis promisi fœlicitatem cœlestẽ: Vos aũt
per infirmitatem carnis, sicut homines moriemini:
& per elationem animi, sicut unus ex principibus,
id est, diabolus, non extollemini, sed cadetis: uelut
si diceret, Cũ tã pauci sint dies uitę uestræ, ut cito
sicut hoies moriamini, nõ uobis prodest ad corre
ctionẽ, sed tanquã diabolus, cuius dies in hoc secu
lo multi sunt, qa carne nõ morit, extollimini ut ca
datis. Per diabolicam qppe superbiã factum est, ut
xpi gloriæ peruersi & cæci principes Iudęorum in
uidissent. Per hoc uitiũ factum est & fit, ut xpi usq;
ad mortẽ crucifixi humilitas uilescat eis, qui huius
seculi diligunt excellentiã: Proinde ut hoc uitium
sanetur, ex ipsius Prophetę persona dicitur, Surge
deus iudica terrã.) Timuit. n. terra cum te crucifi-
geret, surge à mortuis & iudica terram. Qm̃ tu dis
perdes in oibus gentibus.) Quid nisi terrã, hoc est,
I eos q terrena sapiunt? siue ipsum affectũ in creden
tibus terrenæ cupiditatis & electionem assumens,
siue non credentes terrã conterendam disperden-
damq; discernens. Sic p membra sua, quorum con
uersatio in cœlis est, iudicat terrã & disperdet in o-
mnibus gentibus. Nõ prætereũdũ est quod nõnul
li codices habent, Qm̃ tu hęreditabis in omnibus
gentibus, qa & hoc non inconuenienter accipitur,
neq; ut simul utrunque sit quicquam repugnat. Fit
ergo hæreditas eius p charitatem, quam suis præce
ptis & gratia misericorditer extollendo, terrenã di-
sperdit cupiditatem.

In Psalmum. LXXXII. Enaratio.

PSALMI titulus huius est, Canticũ Psal-
mi Asaph.) Iã sæpe diximus quid interpre-
tetur Asaph, id est, congregationem. Homo
ergo ille q uocabatur Asaph, in figura congregatio
nis populi dei in multorũ Psalmorum titulis poni-
tur. Græce aũt cõgregatio synagoga dicitur, quod
uelut propriũ nomen Iudæorũ populus detinuit,
ut synagoga appellaret, sicut populus Christianus
usitatius uocatur Ecclesia, cũ & ipse utiq; congre- K
get. Populus itaq; dei in isto Psalmo dicit, Deus qs
similis erit tibi?) Quod ego arbitror accommoda-
tius accipi in xpo, quia in similitudine hominum Philip. 2.
factus, putat⁹ est ab eis a qbus cõtemptus est cæte-
ris hoibus comparandus: nam & inter iniquos de-
putatus est, sed ad hoc ut iudicaretur: Cum aũt ue Luc. 22
niet iudicaturus, tunc fiet quod hic dicit, Deus qs
similis erit tibi? Si. n. Psalmi non solerent loqui ad
dominum xpm, non diceretur etiam illud quod ip
si dictũ esse nullus potest dubitare fidelium, Thro
nus tuus deus in seculũ seculi, uirga directiõis uir-
ga regni tui, Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatem, Psal. 44
propterea unxit te deus de⁹ tuus oleo exultationis
prę participib⁹ tuis. Huic ergo & nũc dicit, Deus qs
similis erit tibi? Multis. n. similis in humilitate esse
uoluisti, usqueadeo ut & latronib⁹, q tecũ sunt cru Luc. 22
cifixi. Sed in claritate cũ uenies, qs similis erit tibi?
Quid. n. magnũ dicitur, cum deo dicitur, quis simi
lis erit tibi, nisi illi dicatur, q simili esse in homini-
bus uoluit, formã serui accipiẽs, in similitudinem
hoium factus, & habitu inuent⁹ ut homo? Et ideo
nõ ait, Quis similis est tibi: quod utiq; recte dicere L
tur, si hoc ad diuinitatẽ referret. Quia uero ad for- Philip. 2.
mam serui relatum est, tunc eius a cæteris hoibus
dissimilitudo apparebit, qñ apparebit in gloria: iõ
sequtur, Ne taceas neq; cõpescaris deus.) Quia pri-
mo tacuit ut iudicaretur, qñ sicut agnus coram tõ Esa. 53.
dente se fuit sine uoce, sic non aperuit os suum, &
suam compescuit potestatem. Quam ut se compe-
scere ostenderet, ad illam eius uocẽ qua dixit, Ego Ioan. 18.
sum, hi q eum apprehendendum quærebant, redie
runt retro & ceciderunt. Qñ ergo teneretur atque
pateretur, nisi se ipse cohiberet atq; compesceret, &
quodãmodo mitigaret? Nam & sic qdam interpre-
tati sunt qd hic positum est, Neq; compescaris de⁹:
ut dicerent, neq; mitescas deus: Ipse alibi dicit, Ta-
cui, nunqd semper tacebo? Cui dicit hic, ne teceas:
de illo alibi dicitur, Deus manifest⁹ ueniet, de⁹ no- Psal. 49
ster & non silebit. Cui dicit hic, Ne taceas: tacuit n.
ut iudicaretur, qñ uenit occultus: non autem tace-
bit ut iudicet, qñ ueniet manifestus. Quoniam ec
ce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te extule-
runt caput.) Nouissimos dies significare mihi uide
tur, qñ hæc quæ nunc metu comprimuntur, in li- M
beram uocẽ erruptura sunt: sed planè irrationabilẽ,
ut sonitus magis q̃ locutio uel sermo dicendus sit.
Non itaq; tũc odisse incipient, sed q oderunt te, tũc
leuabunt caput. Nec capita, sed caput: qñ eò peruẽ-
turi sunt, ut ẽt illud caput habeant qd extollitur su
per omne qd dicitur deus, & quod colitur, ut in il- 2. Thes. 2
lo maxime impleatur, Qui se exaltat humiliabit, & Luc. 14.
cum eũ ille cui dicitur, Ne taceas neq; mitescas de⁹,
interficiet spiritu oris sui, & euacuabit illuminatio
ne præsentiæ suæ. Super populũ tuũ malignaue-
runt cõsiliũ.) Vel sicut alij codices habent, Astute
cogitauerunt cõsiliũ, & cogitauerunt aduersus san
ctos tuos.) Irridenter ista dicũtur. Qñ. n. ualerẽt no
cere populo uel plebi dei, uel sanctis ei⁹ q nouerũt
dicere, Si deus pro nobis qs cõtra nos? Dixerũt ue
nite, & disperdamus eos de gẽte.) Singularẽ nume Roma 8.
rũ posuit p plurali, sicut dicit, Cuius est hoc pecus,
etiã si de grege interroget, & intelliguntur pecora.
Deniq; alij codices de gentibus habent, ubi magis
interpretes intellectum q̃ uerbũ secuti sunt. Venite
& disperdamus

A & disperdam⁹ eos de gēte. Ipse est ille sonus quem
sonuerunt magis q̄ locuti sunt, quoniā inaniter in-
ania strepuerūt. Et nō memoret nominis Israel ul
tra.) Hoc alij planı⁹ dixerūt, Et nō sit memoria no
minis Israel adhuc, Quia memoret nominis, in lati
na lingua inusitata locutio est. Potius.n. dici solet,
memoretur nomē, sed eadē ipsa sententia est. Nā q
dixit, memoretur nominis, Græcā trāstulit locutio
nem. Israel aūt hic debet intelligi utiq; semen Abra
hæ, cui dicit Apostol⁹, Ergo Abrahæ semē estis se-
Roma. 8 cundū promissionē hæredes, nō Israel secundū car
nē: de quo dicit, Videte Israel secūdū carnē. Quo-
niā cogitauerūt unanimiter, aduersus te testamen-
tū disposuerūt.) Quasi possent esse fortiores. Testa
mentu sanè in scripturis non illud solū dicit, quod
nō ualet nisi testatoribus mortuis, sed omne pactū
Gene. 31. placitū testamentū uocabant. Nam Labā & Iacob
testamentū fecerunt, quod utiq; etiam inter uiuos
ualeret, & innumerabilia talia in diuinis leguntur
eloqis. Deinde incipit inimicos xp̄i commemorare
sub qbusdā uocabulis gentiū: quorū uocabulorū
interpretatio satis indicat qd uelit intelligi. Talib⁹
B enim nominib⁹ conuenientissime figurātur uerita-
Gene. 19 tis inimici. Idumæi qppe iterpretant, uel sanguinei,
uel terreni. Ismaelitę, obedientes sibi, utiq; nō deo,
sed sibi. Moab, ex patre. Qui in malo non intelligit
tal narrator. melı⁹, nisi cū ipsa historia cogitat†, q, pater Loth si
liæ suæ illicite se utēti permixtus eum genuit, qa ex
ipsa re tale nomē accepit. Bonus autem pater, sed si
1. Tim. 1 cut lex ait, si qs ea legitime utatur, non inceste & il-
licite. Agareni, ꝓselyti, id est, aduenę. Quo nomine
significat inter inimicos populi dei, nō illi q ciues
fiunt, sed q in animo alieno atque aduētitio perse-
uerāt, & nocendi occasione inuenta se ostēdūt. Ge
bal, uallis uana, id est, fallaciter humilis. Amō, ppl̄s
turbidus, uel populus mœroris. Amalech, ppl̄s lin-
Psal. 72 gens: unde alibi dictū est, Et inimici eius terrā lin-
gent. Alienigenæ quāuis & ipso nomine Latino se
indicēt alienos, & ob hoc cōsequēter inimicos, tñ
in Hebræo dicuntur Philistijm, qd interpretatur ca
dētes potione, uelut quos fecit ebrios luxuria secu
lari. Tyrus lingua Hebræa dicit sors: qd siue angu
stia siue tribulatio interpretet, secundū illud acci-
piendum est, in his inimicis populi dei, qd ait Apo
C stolus, Tribulatio & angustia in oēm animam ho-
Roma. 2 minis operantis malum. Oēs ergo hi sic enumerā-
tur in hoc Psalmo, Tabernaculū Idumæorum &
Ismaelitæ, Moab & Agareni, Gebal & Amō & A-
malech, & alienigenæ cū habitantib⁹ Tyrū.) Et tā-
quā indicās causam quare sint inimici populo dei,
adiūgit & dicit, Etenim Asur uenit cum illis.) As-
sur aūt pro ipso diabolo figurate intelligi solet, qui
Ephe. 2. operat in filijs diffidentiæ tanquā in uasis suis, ut
oppugnēt populū dei, Facti sunt, inqt, in adiuto-
riū filijs Loth.) Quia oēs inimici operāte in se prin
cipe suo diabolo, facti sunt in adiutoriū filijs Loth,
q interpretatur declinās. Angeli aūt apostatici be-
ne intelligūtur tāquā filij declinationis: a ueritate
Ephe. 6. qppe declinando, in satellitiū diaboli discesserunt.
Hi sunt de qbus dicit Apostolus, Nō est nobis col-
luctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus
principes & potestates & rectores mundi tenebra-
rū, aduersus spiritalia neqtiæ in cœlestib⁹. Qua-
ppi isti inuisibiles & spiritales inimici adiuuant ho-
mines infideles, in qbus operantur ad oppugnan-

dum populū dei. Iā nunc uideamus qd imprecetur D
propheticus spiritus, magis prædicēs q̄ maledicēs.
Fac illis sicut Madian & Sysare, sicut Iabin in tor-
rēte Cyson. Disperierūt in Endor, facti sunt ut ster-
cus terrę.) Hos oēs secundum historiam populus Iudic. 4
Israel, q tunc erat popul⁹ dei, debellauit & uicit, si-
cut etiā illos quos deinceps commemorat dicens,
Pone principes eorū sicut Oreb & Zeb, & Zebee
& Salmana.) Interpretationes aūt eorum nominū istę
sunt. Madiā interpretat declinās iudicium: Sysara,
gaudij exclusio: Iabin, sapiens. Sed in his inimicis a
ppl̄o dei superatis, ille intelligendus est sapiens, de
quo Apostolus dicit: Vbi sapiēs, ubi scriba, ubi cō 1. Cor. 1
qsitor hui⁹ seculi? Oreb siccitas, Zeb lupus, Zebee
uictima, sed lupi: habet.n. & ipse uictimas suas. Sal
mana umbra cōmotionis. Hæc oia cōgruūt malis,
quos in bono uincit ppl̄s dei. Porrò aūt Cyson, in
quo torrēte uicti sunt, interpretat duritia eorum. En-
dor ubi perierūt, interpretat fons generationis, sed
utiq; carnalis, cui dediti perierūt, nō curātes regene
rationē, q̄ perducit ad uitam, ubi non nubent, neq;
uxores ducent, non.n. incipient mori: merito ergo
de his dictū est, Facti sunt ut sterc⁹ terræ, de qbus E
nihil ꝓpagatū est, nisi terrena fœcūditas. Sicut er- Mat. 22
go illi oēs i figura superati sunt a ppl̄o dei, sic istos
inimicos precatur in ueritate superari. Oēs, inqt,
principes eorū, q dixerunt, hæreditate possideam⁹
sanctuarium dei.) Ipse est sonitus inanis, quo, ut su-
pra dictum est, inimici tui sonuerūt. Sanctuarium
aūt dei qd intelligendū est, nisi templū dei, de quo
Apostolus ait, Templum enim dei sanctum est, qd 1. Cor. 3
estis uos. Nam qd aliud inimici nisi populū dei pos
sidere, id est, subiugare moliūtur, ut cadat in eorū
impias uoluntates? Sed qd sequitur? Deus me⁹ po
ne illos ut rotā.) Conuenienter qdem accipitur, ut
nō sint in eo qd cogitāt stabiles. Veruntamen etiā
sic recte posse intelligi existimo, Pone illos ut rotā,
q, tota ex his quæ retro sunt extollitur, ex his q̄ an
sunt deijcitur, sic fiūt omnes inimici populi dei: nō
enim hæc optatio, sed prophetatio est. Adiūgit eti-
am, Sicut stipulam ante faciem uenti.) Faciē dicit F
præsentiā: nam quæ facies est uēti, cui nulla linea-
mēta sunt corporis, cū sit motus, id est, quasi fluct⁹
aeris? Ponitur aūt ꝓ tentatione qua leuia & inania
corde rapiūtur. Leuitatē porrò qua facile consenti-
tur ad mala, grauis seqtur cruciat⁹. Vnde deinceps
dicitur, Sicut ignis q cōbruit syluam, sicut flam-
ma cōburens montes. Ita persequeris illos in tēpe-
state tua, & in ira tua turbabis eos.) Syluā dixit ꝓ-
pter sterelitatē, mōtes pp elationē: tales enim sunt
inimici populi dei, inanes iustitiæ, pleni superbia.
Ignem uero & flāmā dicēs, hoc idem alio nomine
repetiuit, quod intelligi uoluit iudicātē atque pu-
nientē deum, quod aūt ait, tempestate tua: hoc idē
consequenter exposuit dicēs, In ira tua: & quod su-
pra dixit, Persequeris eos: hoc postea, conturbabis
eos. Meminerimus sanè, irā dei sine ullā affectione
turbulēta nos debere intelligere. Ira qppe eius dici
tur, ratio iustæ uindictæ, tanquā si lex dicat irasci,
cū ministri eius secundū eā commoti uindicant.
Imple, inqt, facies eorum ignominia, & quærent no
men tuum dñe.) Hoc sanè illis bonum & optabile
prophetatur: nec prophetaret, nisi essent i ea socie-
tate inimicorum populi dei etiam tales homines,
qbus hoc ante ultimum iudiciū præstaretur: quia

G & nunc idẽ ipsi sunt, & ipsum corpus est inimicorũ
scdm inuidentiã qua æmulantur pplm dei. Et nũc
ubi possunt, & sonant & leuant caput, sed particu-
latim, non uniuersaliter, sicut in fine seculi, nouissi
mo imminẽte iudicio, tñ ipsum corpus est & in his
q inde crediturí sunt, atq; in corpus aliud trãsituri.
Horum n. facies salubriter impletur ignominia, ut
q̄rant nomen dñi, & in illis q usq; in finem in eadẽ
malitia perseuerant, q ponuntur ut stipula ante fa-
ciem uenti, & syluę montibusq; infructuosis simi-
les cõburuntur. Ad quos denuo reuertitur dicens,
Erubescant & cõturbentur in seculũ seculi.) Non
enim in seculũ seculi conturbantur, q q̄runt nomẽ
dñi: sed respicientes ignominiam peccatorum suo
rum ad hoc conturbantur, ut quærant nomẽ dñi,
per qd non conturbentur. Rursusq; ad hos redit, q
in eadẽ societate inimicorum ad hoc cõfundendi
sunt, ne confundantur in æternũ: & ad hoc perdẽ-
di sunt, inquantũ mali sunt, ut boni facti inuenian
tur in æternũ: de his n. cum dixisset, Et confundã
tur & pereant.) Statim subiecit. Et cognoscant qa
H nomen tibi dñs, tu solus altissimus in omni terra.)
Ad hanc cognitionem uenientes sic confundãtur
ut placeant, sic pereant ut pmaneant. Cognoscãt,
inquit, qa nomen tibi dñs, tanquam nec uero, nec
suo nomine nuncupentur quicunq; alij dñi nomi-
nantur: qm̃ seruiliter dominantur, & uero dño cõ-
Exod. 3 parati, nec dñi sunt: sicut dictum est, Ego sum qui
sum, tanquam non sint ea quæ facta sunt, si cõpa-
rentur ei a quo facta sunt: quod uero adiunxit, Tu
solus altissimus in omni terra: uel sicut alij codices
habent, Super oẽm terram, utiq; & in omni cœlo,
uel super omne cœlum: sed hoc dicere maluit, quo
terrena supbia premeretur. Desinat. n. superbire ter
Gen. 3. ra, id est homo, cui dictũ est, Terra es. Et qd super-
Eccli. 10. bit terra & cinis, cũ cognoscit dñm esse altissimum
super oẽm terrã, id est, nullius hominis cogitatio-
nes ualere aduersus eos, q secundum propositũ uo
cati sunt sancti, & de qbus dicitur, Si deus pro no-
Roma. 8 bis, quis contra nos?

In Psalmum LXXXIII. Enarratio.

Psalmus iste pro torcularibus inscribit.) Et
I quantũ aduertit nobiscũ charitas uestra,
qa uos intẽtissime audire aduertebamus,
nihil in eius textu dictũ est, uel de prelo, uel de fisci
nis, uel de lacu, uel de instrumentis, aut ædificio
torcularis: oĩno nihil in ea tale audiuim⁹. Vnde qd
sibi uelit titulus eius, qd inscribitur pro torculari-
bus, non parua qõ est. Profecto. n. si post istum ti-
tulum aliqd de talibus rebus diceret, quales cõme
moraui, crederet à carnalib⁹ uere ista uisibilia tor
cularia uoluisse cantare. Quia uero titulũ imposuit
pro torcularibus, & nihil postea in omni uersu Psal
mi dixit de his torcularibus notissimis oculis nr̃is,
non dubitatur esse alia torcularia, q̃ nos hic q̄rere
& intelligere uoluit spũs dei. Quapropter qd agat
in his uisibilibus torcularibus recordemur: & hoc
uideamus, quemadmodũ spiritalr agatur in Eccle
sia. Vua certe pendet in uitibus, & oliua in arbori-
bus: his n. duobus pro fructib⁹ solẽt torcularia p̄-
parari. Et quãdiu pendẽt in frutetis suis, tanquã li-
bero aere pfruuntur, & nec uua uinũ est, nec oliua
oleũ ante pressurã. Sic sunt & hoies quos p̄destina-
ibid. uit deus ante secula cõformes fieri imaginis unige
niti filij sui, q p̄cipue in passione magnus botrus ex
pressus est. Hmõi ergo hoies antequam accedãt ad K
seruitutem dei, fruuntur in hoc seculo tanquã deli
tiosa libertate, uelut uuæ aut oliuæ pendentes: sed
qm̃ dictum est, Fili accedens ad seruitutẽ dei, sta in Eccle. 2
iustitia & timore, & præpara aiam tuam ad tenta-
tionem: accedens quisq; ad seruitutẽ dei, ad torcu-
laria se uenisse cognoscat, cõtribulabit, cõteretur,
cõprimetur, non ut in hoc seculo pereat, sed ut in
apothecas dei defluat. Exuitur carnaliũ desyderio
rum integumẽtis quasi tunicijs: hoc. n. ei contigit
in desyderijs carnalibus. Propter quę & Apl's dicit, Ephe. 4
Exuite uos ueterẽ hoiem & induite nouũ: hoc to-
tum non fit nisi de pressura. Propterea torcularia
nominantur Ecclesię dei huius tpis, sed in torcula
ribus positi q sumus filij Chore. Sic. n additũ est,
pro torcularib⁹. Filijs Chore.) Filios Chore inter
pretatos habemus filios calui, quantũ nobis q illã
linguã nouerunt, per ministeriũ qd deo debuerũt
interpretari potuerunt: & in hoc non diffugio ma-
gnum mysteriũ intueri, & adiuuante dño inuenire
uobiscũ. Non. n. tanquam a filijs pestilentię ois est
irridenda caluicies, ne cũ quisq; sacratã caluiciẽ ir- L
riserit, à dæmonijs dissipetur. Nã & Helisęus ibat, &
insensati pueri clamauerũt post eũ, Calue calue: & 4. Reg. 2.
pp sacrm̃ implendum conuersus ad dñm petiuit,
ut eos ursi de sylua exeuntes comederent. Arrepta
est qdem illorum infantia in exitiũ uitæ de hoc se-
culo. Mortui sunt pueri, senes qñq; morituri: uerum
tamẽ sacri terror datus est hominibus. Helisæus. n.
personam cuiusdam tũc gerebat, cuius filij sumus,
filij Chore, dñi. s. nostri Iesu Christi. Iam occurrit
charitati uestrę ex Euangelio quare caluus gerebat
personam Christi: recordamini quod in Caluariæ
loco crucifixus est. Siue ergo hoc interpretẽt filius Matt. 27.
Chore, sicut secuti priores diximus, siue aliud ali-
quid quod nos forsitan latet: interim quod occur-
rit, uidetis qa plenum est sacr̃o. Filij Chore, filij xp̃i.
Nam & filios suos dicit sponsus, cum ait, Non pos- Matth. 9.
sunt filij sponsi ieiunare, quãdiu cum illis est spon
sus: Christianorũ sunt ergo ista torcularia. In pressu
ris autem constituti ad hoc conterimur, ut amorẽ
nostrum quo ferebamur in ista mundana, secula-
ria, tpalia, fluxa atq; peritura, passi in eis in hac uita M
tormenta & tribulationes pressurarum, & abundã
tiam tentationũ, incipiamus q̄rere illam quietem,
q̃ non est de hac uita, nec de hac terra, & fit dñs, ut
scriptum est, Refugium pauperi. Quid est pauperi? Psal. 9.
Tãquã destituto, sine ope, sine auxilio, sine aliqua
re, de qua in terra p̄sumat. Talibus. n paupibus ad-
est deus, qa hoies etsi abundent pecunia in hac ter
ra, respiciũt qd ait Apostolus, Præcipe diuitib⁹ hu- 1. Tim. 6.
ius mundi nõ superbe sape, neq; sperare in incerto
diuitiarũ. Et consyderantes q̃ sit incertũ unde gau
debant, anteq̃ accederent ad seruitutẽ dei, anteq̃
intrarent in torcularia, uident ex ipsis diuitijs, uel
habere se pressuras cogitationum, qũo ea gubernẽ
tur, qũo custodiantur: uel si paululum inclinaue-
rint cupiditatẽ ut ea diligãt, plus eos impleri timo
ribus q̃ fructibus. Quid. n tã incertum q̃ res uolu-
bilis? Nec immerito ipsa pecunia rotũda signat, qa
non stat. Tales ergo etsi habeãt aliqd, paupes sunt.
Qui ergo nihil horũ hñt & habere desyderãt, inter
reprobandos diuites cõputantur: non n. attendit
deus facultatẽ, sed uoluntatẽ. Paupere igitur desti
tuti omni ope seculari, qa etsi ea circũfluant, intelli

A gunt q̃ incerta sint, & ingemiſcẽtes ad deum, nihil habentes in hoc ſeculo quo delectẽtur, quo teneã tur, in abundãtia tentationũ & preſſurarũ tanquã in torcularibus cõſtituti, defluunt uinũ, defluunt oleũ. Quæ ſunt iſta niſi bona deſyderia? Reſtat.n. illis deſyderãdus deus, iã nõ amãt terram: amãt.n. q̃ fecit cœlũ & terrã, amãt & nondũ cũ eo ſunt. De ſyderiũ eo℞ differt ut creſcat, creſcit ut capiat: non enim parũ aliqd datur⁹ eſt deus deſyderãti, aut parum exercẽdus eſt ad capacitatẽ tanti boni. Nõ aliquid deus quod fecit daturus eſt, ſed ſeipſum q̃ fecit oĩa. Ad capiendũ deum exercere, quod ſemp habitur⁹es diu deſydera. Reprobati ſunt i pplo Iſrael, q̃ feſtinauerũt aſsidue: affectus iſta reprehẽditur in ſcriptura feſtinãtiũ. Qui ſunt n q̃ feſtinãt? Qui cõuerſi ad deum cũ hic nõ inuenerint requiem quã quærebant, & gaudia q̃ promittebãtur, tanquã in itinere deficiẽtes, & longũ ſibi qdam donec hoc ſeculũ uel hæc uita finiatur, reſtare arbitrãtes, & q̃rẽtes hic aliquã requiem, quæ ſi habetur, falſa eſt: reſpiciũt retro & decidũt a propoſito, nec attendunt cũ

Luc.17. quãto terrore dictũ eſt, Memẽtote uxoris Loth. Vt

B qd.n. in ſtatuam ſalis uerſa eſt, ſi non hoies condit ut ſapiant? Ergo exẽplum illi⁹ malũ, tibi ſit bonũ ſi

Gene.19 caueris. Memẽtote, inqt, uxoris Loth. Reſpexit.n. retro unde liberata erat à Sodomis, & ibi remãſit unde reſpexit, ipſa in loco manſura, & tranſeũtes alios cõditura. Liberati ergo a Sodomis pteritę uitæ, nõ reſpiciam⁹ retro. Nã hoc feſtinare ẽ, nõ attẽdere qđ promiſit deus, qa longe eſt, & reſpicere ad id quod

2.Pet.2. proximũ eſt, unde iã liberatus es. De talib⁹ quid dicit Apl's Petrus? Contigit illis res ueri prouerbij, canis reuerſus ad ſuũ uomitũ. Premebat.n. pectus cõſcientia peccatorum, accepta indulgentia quaſi uomuiſſet, & reuelatũ eſt pctm̃ tuũ. Facta eſt bona cõſcientia ex mala cõſcientia. Quid rurſus cõuerteris ad uomitum tuũ? Si canis hoc faciẽs horret oculis tuis, tu quid eris oculis dei? Vnuſquiſq; aũt fratres chariſsimi, de loco itineris ſui ad quẽ ꝓficiendo peruenit, & quẽ uouit deo, inde reſpicit retro cũ ipm dimiſerit: uerbi gra, ſtatuit caſtitatẽ coniugalẽ ſeruare: inde.n. incipit iuſtitia, receſsit à fornicationibus, & ab illa illicita immũditia, q̃ñ ſe ad fornicationes conuerterit, retro reſpexit. Alius ex munere dei mai⁹ aliqd uouit, ſtatuit nec nuptias pati, q̃ non damnareĩ ſi duxiſſet uxorẽ, poſt uotũ qđ deo ꝓmiſit ſi duxerit, dãnab tur, cũ hoc faciat qđ ille q̃ nõ prom ſerat, tñ ille nõ damnatur, iſte dãnatur. Quare, niſi qa iſte reſpexit retro? Iã.n. ille ante erat, iſte aũt illuc nõdum puenerat. Sic uirgo q̃ ſi nuberet,

1.Cor.7 non peccaret: ſanctimonialis ſi nupſerit, xp̃i adultera reputabitur. Reſpexit enim retro de loco quõ acceſſerat. Sic qb⁹ placet relicta omni ſpe ſeculari, & omni actione terrene cõferre ſe in ſocietatẽ ſanctoꝝ, in cõem illam uitã ubi nõ dicit aliquis aliqd

Act.2.& 4. ꝓpriũ, ſed ſunt illis oĩa cõmunia, & eſt illis anima una & cor unũ in deũ: quiſq; enim recedere uoluerit, nõ talis habetur qualis ille q̃ nõ intrauit: ille.n. nondum acceſsit, iſte retro reſpexit. Quapp chariſ-

Pſal.76 ſimi, q̃uo quiſq; poteſt, uouete & reddite dño deo ueſtro quod quiſq; potuerit, nemo retro reſpiciat, nemo priſtinis ſuis delectetur, nemo auertatur ab eo qđ ante eſt ad id quod retro eſt, currat donec perueniat, nõ.n. pedibus, ſed deſyderio currimus. Nullus autẽ in hac uita peruẽpiſſe ſe dicat. Quis enim

poteſt tam perfectus eſſe quã Paulus? Et tñ ait, Fra- D

Philip.3 tres, ego me nõ arbitror apprehẽdiſſe. Vnum aũt q̃ retro oblitus, in ea q̃ ante ſunt extentus, ſcđm intentionem ſequor ad palmã ſupnæ uocationis dei in xp̃o Ieſu. Vides Paulũ adhuc currere, & te iam exiſtimas perueniſſe? Si ergo ſentis preſſuras hui⁹ mũdi, et cuius fœlix es, intellexiſti te eſſe in torculari. Putas enim fratres chariſsimi infœlicitatẽ ſeculi metuendam eſſe, & fœlicitatẽ nõ eſſe metuendã? Imò uero nulla infœlicitas frãgit, quem fœlicitas nulla corrũpit. Quo ergo cauẽda uel timẽda eſt ipſa corruptrix, ne te blandiẽdo ſeducat, ne incũbas in baculũ arũdinis? Nã & hoc ſcriptũ eſt, quoſdã incũbere in baculum arũdinis: Noli te credere, fragile eſt in quo niteris, frangit & interimit te. Si ergo fœlicitate tibi iſte mũdus arrideat, in pſſura te computa ut

4.Re.18

Pſal.114. dicas, Tribulationẽ & dolore inueni, & nomẽ dñi inuocaui. Non dixit, inueni tribulationẽ, niſi quãdam q̃ latet. Quædã.n. tribulatio & dolor quoſdã in hoc ſeculo latent, q̃ putant ſibi bene eſſe cũ peregrinant a dño. Quãdiu n. ſum⁹ in hoc corpore, in-

1.Cor.5. quit, peregrinamur à dño. Si à patre tuo hoie peregrinareris, miſer eſſes: a dño pegrinaris & fœlix es?

E Ergo ſunt qui putant ſibi bene eſſe. Qui aũt intelligunt in qualibet circũfluentia copiarum & uoluptatum, quãuis ad nutum cuncta deſeruiant, quãuis nihil moleſtum irrepat, nihil aduerſum terreat, tñ in malo ſe eſſe quãdiu peregrinãtur à dño, acutiſſimo oculo tribulationẽ & dolorẽ inuenerunt, & nomen dñi inuocauerunt. Talis eſt q̃ cantat in hoc Pſal. Quis eſt? Corpus xp̃i. Quis eſt iſte? Vos ſi uultis: nos omnes, ſi uolumus: omnes filij Chore, & omnes unus homo, quia unum Chriſti corpus. Quõ non eſt unus homo, qui unũ caput habet? Caput omnium ſanctorum Chriſtus eſt, corpus illius capitis omnes nos ſum⁹. Et omnes in hac uita in torcularibus ſumus, ſi bene ſapimus, ſi iam ad torcularia uenimus. Ergo in preſſuris tentationũ conſtituti, ædamus hanc uocẽ, & præmittamus deſyderiũ noſtrum. Quã amabilia ſunt, inqt, tabernacula tua dñe uirtutũ.) Erat i tabernaculis quibuſdã, id eſt, in torcularibus, ſed deſyderabat alia tabernacula, ubi nulla preſſura eſt. In his illuc ſuſpirabat, ab his in illa per deſyderium carnale quodãmodo

F defluebat. Et qd ſeqtur? Concupiſcit & deficit aia mea in atria dñi.) Parum eſt, concupiſcit & deficit. Sed quõ deficit? In atria dñi, deficit una preſſa. Sed quõ deficit? In uinũ & in lacum, & in apothecæ requie ſeruanda, in quiete magna. Hic deſyderatur, ibi capitur: hic ſuſpiraſ, ibi gaudetur: hic oraſ, ibi laudatur: hic gemitur, ibi exultatur. Ea q̃ dixi quaſi dura, hic nemo auerſetur, nemo quaſi nolit pati. Metuendum eſt, ne uua dũ torcular timet ab anib⁹ uel à feris comedaſ. In magna uidet triſtitia eſſe, cũ dicit, Cõcupiſcit & deficit aia mea in atria dñi: nõ enim habet quod deſyderat. Sed nunquid ſine gaudio eſt? Quo gaudio? Quod ait Apl's, Spe gaudẽtes.

Roma.12 Ibi iam re gaudebit, modo adhuc ſpe. Ideoq; q̃ ſpe gaudent, quia certi ſunt ſe accepturos, tolerant in torculari omnes preſſuras: propterea & ipſe Apoſtolus cum dixiſſet, Spe gaudentes: quaſi his loque-

Ibidem retur q̃ iam in torculari ſunt, addidit ſtatim, In tribulatione patientes: in tribulatione, inquit, patientes. Quid inde? In oratione tolerantes. Quid eſt, tolerãtes? Quia diſſerimini, oratus & diſſerimini, tole-

G rate q differimini. Toleretur quod differtur, quia
cũ uenerit non aufertur. Audisti gemitũ in torcula
ri: desyderat & deficit aĩa mea in atria dñi: audi un
de duret, Spe gaudẽtes. Cur meũ & caro mea exul
tauerunt in deũ uiuum.) Exultauerunt hic in illũ.
Vnde exultatio nisi de spe? quò exultauerũt? In deũ
uiuũ. Quid ibi exultauerũt? Cor meũ & caro mea:
unde exultauerunt. Nã & passer, inqt, inuenit sibi
domũ, & tur nidum sibi ubi ponat pullos suos.)
Quid est hoc? Duo dixerat, & duo reddidit, in simi-
tudinẽ auiũ. Dixerat exultasse cor suũ, & carnẽ suã,
& his duobus reddidit passerẽ & turturẽ: cor tanq̃
passer, caro tanq̃ turtur: Inuenit sibi domũ passer,
inuenit sibi domũ cor meũ. Exercet pennas in uir
tutib⁹ huius tp̃is, in ipsa fide, spe & charitate, quib⁹
uolet in domũ suam, & cum uenerit permanebit,
ẽt q̃rela uox passeris, q̃ hic est, nõ erit ibi. Nam ipse
Psal.101. est querulus passer, de quo in alio Psalmo dicit, Si-
cut passer singularis in tecto, de tecto uolat ad do
mũ. Iã sic sit in tecto, calcet domũ carnalẽ, habebit
quẽdam cœlestẽ locũ, perpetuã domũ. Passer iste
finiet q̃relas suas, Turturi aũt dedit & pullos, id ẽ,
H carni: inuenit nidũ turtur ubi ponat pullos suos.
Passer domũ, turtur nidũ: & nidũ utiq; ubi ponat
pullos suos. Domus tanquã ad sempiternũ eligitur,
nidus ad tp̃s congeritur, Corde cogitamus deũ tan
quã uolantem passerem ad suã domum, carne aũt
agimus opera bona: uidetis enim per carnem san-
ctos quanta bona fiãt. Per hanc.n. operamur quæ
iussi sumus operari, quib⁹ adiuuamur in hac uita.
Esa.58 Frange esurienti panẽ tuũ, & egenũ sine tecto induc
in domũ tuam: si uideris nudũ uesti, & cętera talia
quæ nobis præcepta sunt, nõ operamur nisi p car-
nem. Passer ergo ille q cogitando domum suã, non
recedit à turture q̃rente sibi nidũ, ut ponat pullos
suos: non.n. abijcit illos ubicunq;, sed inuenit sibi
nidum, ubi eos ponat. Dicimus aũt fratres qđ no-
2.ser. di. stis, quanti uidẽtur p̃ter Ecclesiã bona opari? Quã
41. His multi etiam pagani pascunt esurientẽ, uestiunt nu-
autem. dum, suscipiunt hospitem, uisitant ægrotũ, conso-
lantur inclusum? Quã multi hæc faciunt? quasi ui-
det parere tur, sed nõ sibi inuenit nidũ. Quã mul-
ta multi hæretici nõ ea in Ecclesia operant, non in
nido pullos ponunt, cõculcabunt & cõterentur, &
I nõ seruabuntur, non custodient: in huius.n. carnis
operatricis p̃sona posita est q̃dam mulier ab Ap̃lo
1.Tim.2. Paulo cum ait, Adam non est seductus, mulier au-
Gene.3. tem seducta est, postea.n. Adam consensit mulieri:
nam à serpente mulier seducta est. Nec modo põt
aliqua mala suasio, nisi carnis tuæ primo desyde-
riũ cõmouerit, cui postea si mẽte cõsenseris, cecidit
& passer. Si aũt uincunt desyderia carnis, tenentur
mẽbra ad opa bona, arma cõcupiscentię auferunt,
& incipit tur hr̃e pullos. Propterea qđ ibi ait Apo-
1.Tim.2. stolus? Salua aũt erit p filiorum generationẽ, Mulier
1.Cor.7 uidua sine filijs si p̃seuerauerit, nonne beatior erit?
Nunqd salua non erit, quia non parit filios? Virgo
dei nonne melior erit? Nunqd salua non erit, qa fi-
lios non habet, aut ad deũ non ptinet? Salua ergo
erit mulier, q̃ in typo carnis accipitur per filiorum
gñationem, id est, si faciat opa bona. Sed non ubi-
cunq; turtur inuenit nidum sibi, ubi ponat pullos
suos. In fide uera, in fide catholica, in societate uni
tatis Ecclesię pariat opa sua. Propterea & de illa cũ
loqueretur Ap̃ls, ita subiecit, Salua aũt erit per fi-
liorum generationem, si permãserit in fide & dilectio K
ne, & sanctificatione cum sobrietate. Permanendo
ergo in fide, ipsa fides nidus est pullorum tuorum.
Nam pp infirmitatem pullorum turturis tuæ, dignat⁹
est dñs præbere tibi unde nidum faceres: indutus
est.n fœno carnis, ut ad te ueniret. In ista fide pone
pullos tuos, in isto nido opare opa tua. Qui enim
sunt nidi, uel qs est nidus? Sequitur statim, Altaria
tua dñe deus uirtutum.) Cum dixisset, Et turtur in
uenit sibi nidum, ubi ponat pullos suos: q̃si q̃sisses
quem nidum? Altaria tua dñe uirtutum, Rex meus
& deus meus.) Quis est, Rex meus & deus me⁹? Qui
regis me, q creasti me. Sed hic nidus ẽ, & hic pere-
grinatio, & hic suspiriũ, & hic tritura, & hic pressu-
ra, qa & hic torcular. Quid est autẽ quod dederat?
qđ concupiscit? quò id? quò tendit desyderiũ nr̃m?
quò nos rapit? Hic positus illa meditat, positus in-
ter tentationes, positus inter p̃ssuras, positus in tor
cularib⁹, suspirãs i sup̃na p̃missa, quasi qđ ibi actu-
rus, iam pręmeditatur gaudia futura. Beati, inqt.
q habitant in domo tua.) Vnde beati? Quid habi-
turi? qđ acturi? Oẽs qui beati dicuntur in terra, ha
bent aliqd, & agũt aliqd. Beatus est homo ille, q tot L
prædijs, tanta familia, tanto auro & argento habẽ-
do beat⁹ dicit. Beatus est, ad illos honores puenit,
ad proconsulatũ, ad p̃fecturam agẽdam. Beatus er
go dicit, aut habẽdo, aut agendo. Vnde aũt ibi bea
ti? Quid habituri? qđ acturi? Quid habituri iam su-
pra dixi, Beati q habitant in domo tua. Domũ tuã
si habueris paup es, domũ dei si habueris diues es.
In domo tua timebis latrones, domui dei murus
ipse de⁹ est. Beati ergo q habitant in domo tua. Pos
sident Hierusalẽ cœlestẽ sine angustia, sine p̃ssura,
sine diuersitate & diuisiõe limitũ: oẽs hñt eã, & sin
guli hñt totam. Magnæ illæ diuitiæ, non angustat
frater fratrẽ, nulla ibi indigentia est. Quid ergo ibi
acturi? Omnium.n. actionũ humanarũ mater, ne-
cessitas. Iam frẽs breuiter dixi, Currite aio per quas
libet actiones, uidete si eas parit, nisi necessitas. Ip-
sæ memorabiles artes q̃ magnæ uidentur in subue
niendo, patrocinia linguæ & adiutoria medicinæ:
sunt.n. in hoc seculo excellentes actiones. Tolle li-
tigatores, qbus opitulatur aduocatus? Tolle uulne
ra & morbos, qđ curat medicus? Et oẽs istæ actio-
nes nrę ad quotidianã uitã, q̃ exigũtur & fiunt, ex M
necessitate ueniunt. Arare, seminare, nouellare, na-
uigare, talia oia opera q̃ parit nisi necessitas & indi
gentia? Tolle famẽ, sitim, nuditatem, cui opus sunt
ista oia? Hæc sunt quæ nobis iubẽtur bona opera:
nam ista quę cõmemoraui honesta sunt, sed oium
hoium, exceptis operib⁹ pessimis, loquor detesta-
bilib⁹ operibus, flagitijs & facinorib⁹, homicidijs
& effracturis, adulterijs, illa nec deputo inter actio
nes humanas. Hęc honesta loquor, nõ parit nisi ne
cessitas, necessitas fragilitatis carnalis. Hęc etiã q̃ di
xi iuberi nobis, Frãge esurienti panẽ tuũ. Cui frãgis Esa.58.
ubi nemo esurit? Egenũ sine tecto induc in domũ
tuã: Quẽ hospitem suscipis, ubi oẽs in patria sua ui
uunt? Quẽ uisitas ægrotum, ubi perpetua sanitate Mat.25
gaudẽt? Quẽ cõcordas litigiosum, ubi pax sempi-
terna est? Quẽ sepelis mortuum, ubi semp uiuitur?
Nihil ergo horũ acturus eris ex operibus honestis
illis oium hominũ, nihil actur⁹ es ex istis bonis o-
peribus, qa isti pulli turturis iam uolabãt de nido.
Quid ergo? Iam dixisti qđ habituri sumus, Qui ha
bitant in

A bitãt ĩ domo tua beati ſunt.Dic ẽt qd acturi ſunt,
quia nó uideo ibi aliquas necesſitates,q̃ me impel
lant ad agendũ.Ecce modo qd loquor & diſputo,
necesſitas parit.Nũquid.n.ibi talis diſputatio erit,
q̃ quaſi doceat ignaros quę quaſi cõmemoret obli
uioſos?Aut uero in illa patria Euãgeliũ recitabit,
ubi ipſum dei uerbũ cõtemplabitur.Ergo qa dixit
iſte deſyderãs & ſuſpirans ex uoce noſtra,qd habi-
turi ſumus in illa patria,cui ſuſpirat & ait Beati q
habitãt i domo tua:dicat,& qd acturi ſumus? In
ſecula ſeculorũ laudabunt te.) Hoc erit totũ nego
cium noſtrũ,ſine defectu,halleluia.Nõ uobis fi es
uideatur,quaſi faſtidiũ ibi futurũ:quia ſi mõ hoc
diu dicatis,nõ duratis ab illo gaudio, necesſitas
uos auertit.Et quia nõ tm̃ delectat qđ nõ uidetur,
ſi tãta alacritate i ipſa preſſura & fragilitate carnis
laudamus quod credimus,qũo laudabimus qđ ui
1.Cor.15. debimus?Cũ abſorpta fuerit mors in uictoria, cũ
mortale hoc iduerit immortalitatẽ,& corruptibile
hoc induerit incorruptionẽ:nemo dicet,diu ſteti:
nemo dicet,diu ieiunaui,diu uigilaui.Stabilitas e-
nim magna ibi,& ipſa immortalitas iã corporis nr̃i
B ſuſpẽditur in cõtẽplatione dei Et ſi modo uerbũ
hoc quod uobis erogamus tã diu fragilitatẽ car-
nis noſtrę ſtantẽ tenet,quid nobis faciet illud gau
1.Ioan.3. diũ? Qũo nos mutabit? Similes.n.ei erimus, quo-
niã uidebimus eũ ſicuti eſt.Iam ſimiles illi, quãdo
deficiem⁹?quò auertemur?Securi ergo ſimus fr̃es,
ñ nos ſatiabit niſi laus dei.Si deficias ab amore,de
ficies à laude:ſi aũt amor ſempiternus erit, qa illa
iſatiabilis pulchritudo erit,noli timere, ne nõ poſ-
ſis ſemp laudare,quem ſemp poteris amare . Ergo
beati q habitãt in domo tua,in ſecula ſeculoꝝ lau
dabũt te.Huic uitę ſuſpiremus.Sed qũo illuc uenie
mus? Beatus uir cuius eſt ſuſceptio eius abs te do
mine.) Intellexit ubi eſſet,quia p fragilitatẽ carnis
ſuę ad illã beatitudinẽ uolare non poſſet Circun-
Sapien.9 ſpexit pondera ſua,qa dicitur alio loco, Corpus.n.
quod corrumpitur aggrauat aĩam,& deprimit ter-
rena inhabitatio ſenſum multa cogitãtẽ . Spũs ſur
ſum uocat,pondus carnis deorſum reuocat . Inter
duos conatus ſuſpẽſionis & põderis colluctatio q̃-
dã eſt,& ipſa colluctatio ad pſſurã pertinet torcula
ris.Audi ipſam luctã de torculari ab Apoſtolo exp̃ſ
C ſam,qa & ipſe ibi conterebatur, ibi p̃mebatur : Cõ
Roma. 7. delector,inqt,legi dei ſcđm interiorem hoiem . Vi-
deo aũt aliã legem in membris meis repugnantem
legi mentis meæ ,& captiuum me ducentem in le-
ge peccati,quę eſt in membris meis. Magna lucta,
& euadẽdi magna deſperatio,niſi ſubueniat de cõ
ſequẽti.Infœlix ergo homo,qs me liberabit de cor
pore mortis huius?Gr̃a dei p Ieſum Chriſtũ dñm
Ibidem . noſtrum.Ergo & hic in iſto pſalmo uidit illa gau-
dia,cogitauit animo:Beati qui habitant in domo
tua dñe,in ſecula ſeculoꝝ laudabũt te.Sed qs illuc
aſcendet?Quid faciam de carnis pondere ? Beati q
habitãt in domo tua,in ſecula ſeculorũ laudabũt
te.Condelector enim legi dei ſecundum interiorẽ
hominem . Sed quid faciam ? Qũo uolabo ? Qũo
perueniam? Video enim aliã legem in mẽbris meis
repugnantem legi mentis meæ. Dixit ſe infœlicem
& dixit,Quis me liberabit de corpore mortis hu-
ius,ut inhabitem in domo domini,& in ſecula ſe-
culorũ laudẽ eum?Quis me liberabit ? Gratia dei
per Ieſum Chriſtum dñm noſtrum . Sicut ergo in

uerbis apoſtoli illi difficultati,& quaſi inextricabi D
li luctæ ſubuenit qđ ſubiecit,Gratia dei per Ieſum
Chriſtũ dñm noſtrũ:ſic & hic cum ſuſpiraret fla-
mãte deſyderio in domũ dei,& in illas laudes dei,
cõſiderata grauedine corporis ſui , & mole carnis
ſuæ,& deſperatione q̃dã ſuborta:rurſus in ſpe eui-
gilauit & ait,Beatus uir cui⁹ eſt ſuſceptio eius abs
te dñe. Quid ergo p̃ſtat deus in hac gratia ei quẽ
ſuſcipit perducendũ?Sequitur,& dicit, Aſcẽſus in
corde eius.) Facit illi gradus quibus aſcendat. Vbi
illi facit gradus? In corde. Quãto ergo plus amaue
ris,tãto plus aſcendens. Aſcenſus,inqt,in corde ei⁹
Diſpoſuit.) Quiſqs ſuſcipit eũ:Beatus.n.cuius eſt
ſuſceptio eius abs te domine,quia p ſe nõ põt, op⁹
eſt ut gratia tua ſuſcipiat.Et qd facit gratia tua?Diſ
ponit aſcenſus in corde. Vbi diſponit aſcenſus ? In
corde? In cõualle plorationis.) Ecce habetis tor
cular cõuallẽ plorationis:ipſe lachrymæ piæ cõtri
bulatorũ,muſtum ſunt amantiũ. Aſcenſus in cor-
de eius diſpoſuit. Vbi ergo diſpoſuit ? In conualle
plorationis.Hic.n.diſpoſuit aſcẽſus in cõualle plo
Pſal.125. rationis:hic.n.ploratur,ubi ſeminatur. Euntes, in-
E quit,ibant & flebant,mittentes ſemina ſua . Ergo
aſcenſus in corde tuo ſunt diſpoſiti à deo per gra-
tiã ipſi⁹ Amãdo aſcẽde:Inde cãtat cãticũ graduũ.
Et ubi tibi diſpoſuit hos aſcenſus?In corde, in cõ-
ualle ploratiõis.Dixit,ubi diſpoſuit, qđ diſpoſuit.
Quid diſpoſuit? Aſcenſus, Vbi? Im⁹ in corde.In qua
regione,& quo habitationis loco? In conualle plo
rationis.Et quò aſcendatur? In locũ quẽ diſpo-
ſuit.) Quid eſt hoc fratres in locũ quẽ diſpoſuit?
Quẽ locũ diceret,quẽ diſpoſuit ſi dici poſſet, dcm̃
tibi eſt,Aſcenſus diſpoſuit in corde,in cõualle plo
1. Cor .2. rationis. Quæris quò. Quid tibi ducturus ẽ? Quod
oculus nõ uidit,nec auris audiuit,nec in cor hois
aſcendit. Collis eſt,mons eſt,terra ẽ,pratũ eſt, ꝓpẽ
oia iſta dictus eſt loc⁹ ille,nõ ꝙ ſit per ꝓprietatem,
1.Cor.13. ſed per ſimilitudinẽ. Videmus enim nunc per ſpe-
culum in ænigmate quid ſit ille locus, tũc uidebi-
mus facie ad faciem. Quis explicet? Noli ergo quæ-
rere quo diſpoſuit locum quẽ diſpoſuit. Ipſe nouit
quo,ipſe nouit qui diſpoſuit quo te ducat,cuius a-
ſcenſus in corde diſpoſuit. Quid times aſcẽdere,ne
erret q te ducit? Ecce in cõualle plorationis diſpo-
ſuit aſcenſus,in locũ quẽ diſpoſuit. Ploramus mo-
F do unde? Vbi diſpoſiti ſunt noſtri aſcenſus. Vñ plo
Roma .7. ramus,niſi inde unde ſe miſerum exclamabat Apo
ſtolus,quia uidebat aliã legẽ in membris ſuis re-
pugnantem legi mentis ſuæ? Et uñ hoc nobis ? Ex
pœna peccati Et putabamus nos facilè iuſtos eſſe
poſſe quaſi uiribus noſtris , antequã acciperemus
mãdatũ. Aduenĩẽte aũt mãdato peccatũ reuixit,e-
Ibidem . go ãt mortuus ſum,hoc ait Apoſtolus: data ẽ enim
lex hominibus,non quæ ſaluaret eos iã,ſed p quã
cognoſcerent in qua ægritudine iacebãt. Audi uer
ba apoſtoli,Si enim data eſſet lex q̃ poſſet uiuifica
Gala 3. re,uere ex lege eſſet iuſtitia, ſed concluſit ſcriptura
omnia ſub peccato,ut promisſio ex fide Ieſu Xp̃i
daretur credentibus. Veniret gratia poſt legem,in-
ueniret hominẽ non ſolum iacentem, ſed iam etiã
confitentẽ & dicentẽ, Miſer ego homo , quis me li-
berabit de corpore mortis huius ? Vt opportune
ueniret medicus ad conuallẽ plorationis , & dice-
ret, Certe cognouiſti,quia cecidiſti,audi me ut ſur
Roma. 7. gas,qui me cotẽpſiſti ut caderes. Data eſt ergo lux

G ut ęgrū de morbo cōuinceret, q̄ sibi sanus uideba tur, ut peccata demōstrarentur, nō ut auferrentur. Demōstrato peccato p̄ datā legē, auctum est pecca
Rom.7. tum, q̄a peccatū est & cōtra legem, Occasione, inquit, accepta peccatū per mādatū operatum est in me, omnē concupiscentiā. Quid est, occasione accepta per mandatum? Acceptū mandatū quasi uiribus suis conati sunt facere hoies, uictı concupiscentia, mandati etiā ipsius trāsgressione rei facti
Roma.5. sunt. Sed q̄d ait Apostolus? Vbi aūt abūdauit peccatum, superabundauit grā: id est, auctus ē morb°, commendata est medicina. propterea frēs, quinq̄
Ioan.5. ille portic° Salomonis: nūq̄d curabāt ęgrotos, ubi
Super Io. erat piscina in medio eorū? Et iacebāt, inq̄t, ęgro-
tract.17. ti in quinq̄ porticibus, in Euāgelio lectū habem°.
Ioan.5. Quinque illæ porticus, lex est in qnq̄ libris Moysi. Ad hoc ꝑducebant ægroti de domib° suis, ut iacerēt in porticib°. Ergo lex ꝑducebat ægrotos, nō sanabat: sed benedictione dei turbabat aqua, tanq̄ angelo descēdēte. Visa aqua turbata, q̄ poterat un° descēdebat & sanabatur. Aqua illa cincta qnq̄ porticibus, populus Iudęorū erat lege cōclusus, huc p
H turbauit dominus p̄sentia sua, ut occideretur, nisi enim descensu suo dominus perturbaret populū Iudæorum, nunquā crucifigeretur. Itaq̄ perturbata aqua passionē domini significabat; q̄ facta est ꝑturbata gente Iudeorū. In hanc passionem credit languidus, tanq̄ in aquam turbatam descendens & sanabatur. Qui nō sanabatur lege, id est, porticibus, sanatur gratia p̄ passionis fidem dn̄i nostri Iesu Christi. Vnus, q̄a unitas. Ergo & hic quid ait? Ascensus in corde eius, disposuit in cōualle ploratio nis, in locū quem disposuit: iam in illo loco gaude bimus. Quare aūt in conualle plorationis? Et ex q̄ conualle plorationis ad illū locū gaudij uenıem°? Nā & benedictionem, inquit, dabit qui legē dedit.) Afflixit nos lege, p̄sīt nos lege, ostēdit nobis torcular, uidimus p̄ssurā, carnis nostrę tribulationē cognouimus, ingemuimus reuelāte peccato, ad uersus mentem nostrā clamauimus, Miser ego ho-
Roma.7. mo, sub lege gemuimus. Quid restat, nisi ut bn̄dictionē dei qui legē dedit? Adueniet gratia post legem, ipsa est benedictio Et quid nobis p̄stitit ista gratia & benedictio? Ambulabunt à uirtutibus i
I uirtutē.) Hic n. per gratiā multę uirtutes dantur.
1.Cor.12. Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundē spiritum, alij fides, alij donatio sanitatum, alij genera linguarū, alij interpretatio sermonū, alij ꝓphetatio. Multę uir tutes, sed hic necessarię, & ab his uirtutibus imus i
1.Cor.1. uirtutē. Quā uirtutē? Christū dei uirtutē & dei sapientiam Ipse dat diuersas uirtutes in loco hoc, q̄ pro omnibus uirtutibus necessarius, i cōualle plorationis & utilitatibus dabit unā uirtutē seipsum. Nā & uirtutes agēdę uitæ nostræ quatuor describuntur à multis, & in scriptura inueniunt. Prudentia dicitur, qua dinoscimus inter bonū & malum. Iustitia dicit, qua sua cuique tribuimus, nemini q̄c quam debentes, sed oēs diligentes. Temperantia dicitur, qua libidines refrenamus. Fortitudo dicit,
Roma.13. qua omnia molesta toleramus. Istę uirtutes nūc in conualle plorationis p̄ gratiam dei donant nobis. Ab his uirtutibus imus in illā uirtutē. Et quæ erit illa uirtus, nisi solius cōtēplationis dei? Necessaria ibi nō erit ista prudētia, ubi nulla mala occursura

sunt q̄ uitemus. Sed q̄d putamus frēs? Non ista iu- K
stitia ubi nulla erit cuiusquā indigētia, cui subuenire debeam°. Nō ista tēperātia, ubi nulla erit libido refrenāda: nō ista fortitudo, ubi nulla erūt mala toleranda Ergo ab his uirtutibus huius actiōis ibimus in uirtutem illius cōtēplationis, qua cōtēplemur deum, sicut scriptum est, Mane astabo tibi Psal.5.
& contemplabor. Et audi q̄a ab huius actionis uirtutibus, in illam contēplationem ibimus: sequitur ibi, Ibunt à uirtutibus in uirtutē. Quam uirtutē? Contemplandi. Quid est, contemplandi? Apparebit deus deorū in Sion.) Deus deorū, xp̄s xp̄ianorum. Quomodo deus deorum? Ego dixi, dij estis, & filij altissimi omnes. Dedit .n. eis Psal.81.
potestatem filios dei fieri ille in quem credimus, Ioan.1.
pulcher, spōsus, qui hic propter deformitatem no stram deformis apparuit: Quia uidimus eum, inquit, & non habebat speciem neq̄ decorem. Finita Esaia.53.
omni necessitate mortalitatis, sicuti est de° apud deū, uerbum apud patrē, per quod facta sunt oia, apparebit mūdis corde, Beati .n. mūdo corde q̄m Ioan.1.
ipsi deum uidebunt, Apparebit deus deorū in Siō. Math.5.
Et rursus iste à cogitatione illorum gaudiorū redit ad suspiria sua. Videt q̄d præuenerit spe, & ubi L
adhuc sit re. Apparebit tūc deus deorū i Sion, hoc est un̄ gaudebimus, ipsū in secula seculorū laudabimus. Sed adhuc mō tempus est orandi, tempus deprecandi, & si aliquantulū gaudendi, sed adhuc in spe in peregrinatione sumus, in cōualle ploratio nis sumus. Ad hui° ergo loci gemitū rediens dicit: Dn̄e deus uirtutū exaudi precē meā auribus ꝑcipe de° Iacob.) Quia & ipsum Iacob fecisti, & de Gene.32.
Iacob Isrl̄. Apparuit .n. illi deus & dict° ē Isrl̄ uidēs deū. Audi ergo me deus Iacob, & fac me Isrl̄. Quādo siliam Isrl̄? Cum apparebit deus deorū in Sion. Protector noster aspice deus.) Sub umbra alarū tuarū sperabunt, ideo protector nr̄ a'pice deus.
Et respice in faciem xp̄i tui.) Quando enim nō respexit in faciem xp̄i sui deus? Quid est respice in faciem xp̄i tui? Per faciem innotescimus. Quid est ergo, respice in faciem xp̄i tui? Fac innotescere omnibus xp̄m tuum. Respice in faciē xp̄i tui: notus fit omnibus christus tuus, ut possimus ire à uirtutibus in uirtutem, & possit superabundare grā, q̄m abūdauit peccatum. Quoniā melior est dies una Roma.5.
in atrijs tuis, super milia) Atria illa sunt in q̄ suspi M
rabat, in q̄ deficiebat. Desyderat & deficit aia mea in atria domini. Melior ibi est dies una super milia dierum. Milia dierum desyderāt homines, & multum uolunt hic uiuere: contēnant milia dierū, desyderent unum diem, qui non habet ortum & occasum. Vnum diē, diē sempiternū, cui nō cedit hesternus, quē nō urget crastinus. Ipse unus dies desyderet a nobis. Quid nobis est cū milibus dierū? Imus a milibus dierū ad unū diē. Ad unū diem se stinemus, sicut imus à uirtutibus in uirtutē. Elegi abiici in domo dn̄i magis, quā habitare in tabernaculis peccatorū.) Inuenit .n. iste cōuallem plorationis, inuenit iste humilitatē unde ascēdat. Scit q̄a si se extollere uoluerit cadet, si se humiliauerit erigef, elegit abiici ut subleuef. Quā multi ꝑter tabernaculum hoc torcularis dn̄ici, id est, ꝑter Ecclesiam catholicam uolentes subleuari & amātes ho nores suos, nolūt cognoscere ueritatē. Si esset illis in corde uersus iste Elegi abijci i domo dn̄i magis,

A q̃ habitare in tabernaculis peccatorum: nonne abijcerent honores, & currerent ad conuallem plorationis, & hinc inuenirēt ascensus in corde, & hinc irēt à uirtutibus in uirtutem, ponentes spē suam i Chri sto, non in nescio quo hoīe? Bona uox, gaudenda uox, eligenda uox, Elegi abijci in domo dñi magis, q̃ habitare in tabernaculis peccatorum. Ipse elegit abijci in domo dñi, sed ille qui inuitauit ad conuiuium eligentē inferiorem locum, uocat ad supiorē Luca. 14 & dicit illi, Ascende. Ipse tñ nō elegit nisi esse in domo dñi, in quocunq̃ loco, non tamen extra limen. Quare elegit abiectus esse in domo domini magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum? Quia misericordiā & ueritatē diligit deus.) Dñs misericordiā diligit, q̃ mihi primo subuenit: ueritatem diligit, ut credēti det qd promisit. Audi misericordiā & ueritatem in Aplo Paulo, prius Saulo psecutore, indige- 1. Tim. 1. bat misericordia, & dixit in se factam, Qui prius fui blasphemus & psecutor & iniuriosus, sed misericordiā cōsecutus sum, ut in me ostenderet Christus Iesus oēm longanimitatem, in eos q credituri sunt illi in uitam æternā, ut cum indulgētiam tantorum B scelerū acciperet Paulus, nemo desperare posset sibi donari quæcunq̃ peccata. Ecce habes misericordiā: noluit tūc deus exercere ueritatem, ut puniret peccantē. Etenim si puniret peccator, nōne ueritas esset? Aut auderet dicere, nō debeo puniri, q nō posset dicere nō peccaui? & si diceret, Non peccaui, cui diceret? Quē falleret? Ergo primo dñs misericordiā in eū progauit, post misericordiā, ueritatem. Audi illū iam exigentem ueritatem, Primo ergo, inqt, misericordiā consecutus sum, q prius fui blasphemus 1. Cor. 15. & persecutor & iniuriosus, sed gratia dei sum id qd 1. Timo. 6 sum. Postea dicit cū passioni ꝓpinquaret, Bonum agonē certaui, cursum cōsummaui, fidē seruaui, supereſt mihi corona iustitię: Ille q tribuit misericor- Ibidem. diā, seruat ueritatē. Vnde seruat ueritatē? Quā reddet mihi dñs in illo die iustus iudex. Indulgētiā donauit, coronā reddet: donator ēt indulgētiæ, debitor coronæ. Vnde debitor? accepit aliqd? cui debet aliqd deus? Ecce uidemus qa tenet eum debitorem Paulus. Cōsecutus est misericordiā, exigens ueritatē. Reddet mihi, inqt, dñs in illo die. Quid tibi reddet, nisi qd tibi debet? Vnde tibi debet? qd ei dedi- C sti? Quis prior dedit illi, & retribuet ei? Debitorem dñs ipse fecit se, nō accipiendo sed promittēdo: nō ei dicitur, Redde quod accepisti: sed, redde qd promisisti. Misericordiam mihi erogauit, inqt, ut face- 1. Tim. 1. ret me innocētem, nam prius fui blasphemus & iniuriosus, sed ex illius gratia factus sum innocēs. Ille aūt q prærogauit misericordiam, negare poterit debitū? Diligit misericordiā & ueritatem. Gratiam & gl'iam dabit.) Quā gratiam, nisi de qua ipse dixit, 1. Cor. 15. Gratia dei sum id qd sum? Quam gloriā, nisi de qua 2. Tim. 6. ipse dixit, Supest mihi corona iustitiæ? Ideo. Dñs, inqt, non priuabit bonis ambulantes in innocentia.) Quare ergo hoīes non uultis tenere innocentiam, nisi ut habeatis bona? Nō uultis tenere innocentiā, ut non reddat qd ille assignat? Aurū uult habere & pdit innocentiā. Quid lucratur? qd damnificatur? Habet lucrū auri, passus est damnum innocētiæ. Est aliqd pciosius innocentia? Sed si innocētiā retinebo, inqt, paup ero. Paruæ ne diuitię ipsa innocētia? Si arcā plenā auro habueris, diues eris: si cor habueris plenū innocētia, paup eris? Sed hęc bona

desyderans, modo in egestate, in tribulatione, in cō D ualle plorationis, in pressura, in tentatiōibus serua innocentiā. Erit.n. postea ēt bonum tuū qd desyderas, requies, æternitas, immortalitas, impassibilitas erit postea: ipsa sunt bona q̃ seruat deus iustis suis. Nā bona quæ modo desyderas pro magno, pp quę uis esse nocens & nō innocēs, attēde illa q habeāt, q talibus abundant. Vides diuitias apud latrones, apud ipsos, apud sceleratos, apud turpes, apud flagitiosos & facinorosos uides diuitias, dat illis de' ista pp cōionem generis humani, pp abundantē affluētiam bonitatis suæ, q etiam solem suum oriri facit Math. 5. sup bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Tāta dat & malis, & tibi nihil seruat? Falsum est qd tibi promisit? Seruat, securus esto. Qui misertus est tui cū esses impius, deserit te cū factus es pius? Qui peccatori donauit mortē filij sui, qd seruat saluato p mortem filij sui? Secur' ergo esto, Tene debitorē qa credidisti in promissorem. Dñs non priuabit bonis ambulantes in innocētia. Ergo quid nobis hic restat in torculari, in afflictione, in re dura, in præsentia uitæ periculosæ? Quid nobis restat ut illuc p ueniamus? Domine deus uirtutum, beatus ho- E mo qui sperat in te.

In Psalmum octuagesimumquartum, Enarratio.

Deprecati sumus dñm deum nostrū, ut ostē d dat nobis misericordiam suam, & salutare suum det nobis. Dictū est hoc qdem in prophetia, cum primum psalmi isti dicerētur & scriberentur, cæterum quod attinet ad hoc tps, iam ostendit dñs gentibus misericordiam suam, & dedit eis salutare suum. Ille quidem ostendit, sed multi sanari nolunt, ut uideant hoc qd ostendit. Sed quia ipse sanat oculos cordis ad uidendum se, propterea cū dixisset, Ostende nobis misericordiam tuam, tanq̃ Psal. 84. multis cæcis dicturis, q̃uo uidebimus, cum cęperit ostendere, adiunxit, Et salutare tuū da nobis. Dādo enim salutare tuū sanat in nobis unde possimus uidere qd ostendit, nō q̃uo medicus homo ipse curat ut lucē istā ostendat eis quos curauerit: & aliud est ista lux, quā demōstraturus est: aliud aūt ipse medicus, q curat oculos qbus ostendat lucem, quæ lux non est ipse medicus. Non ergo sic dñs deus noster. Ipse est.n. medicus qui curat unde nos uidere possu F mus, & ipse est lux quā uidere possimus. Totum tamen psalmū breuiter quantū possumus, quantum donat dñs, p angustia tpis attente curramus. Titulus eius est, In finē, filijs Chore psalmus.) Finem nō intelligimus, nisi quem dicit Apostolus, Finis.n. le- Rom. 10. gis Christus ad iustitiā omni credēti. Ergo cum primo in titulo psalmi posuit, in finē, direxit cor nrm in Christū. In illum si intendamus non errabimus, qa ipse est ueritas q̃uo festinamus, & ipse est uia p q̃ Ioan. 14. currimus. Quid est, filijs Chore? Interpretat Chore ex uerbo Hebręo in latinū caluū. Ergo filijs Chor, filijs calui. Quid est iste caluus? Nō ut irrideamus illū, sed ut ploremus ante illū. Nā & irriserunt illū q-dā, & a dęmonibus uastati sunt, q̃uo in Regnorum libro caluū Helisæum irriserunt pueri, dicebātq̃ post 4. Reg. 2. illū, calue calue, pcesserunt ursi de sylua & comederūt pueros male ridētes, & plangendos à pḃētibus suis. Significauit hoc factū ꝓphetia quādā futurū dñi nostrum Iesum Christum. Ille n. a Iudæis irridentibus uelut caluus irrisus est, qui in Caluariæ Matt. 27.

G loco crucifixus est Nos aũt si in illũ crediderim⁹,
filij ipsius sumus, Nobis ergo cãtaſ psalm⁹ iste, ubi
inscribitur filiis Chore. Sumus .n. filii spõsi. Ille qp
pe sponsus dãs arras spõsæ suę: sanguinem suum &
spiritũ suũ, quo locupletauit nos interim in ista pe
regrinatiõe, adhuc aũt seruat nobis occultas diui-
tias suas. Vñ enim tale pign⁹ dedit? Quid est qđ ser-
uat? Itaque cantat et ꝓpheta in futurum, & utitur
uerbis quasi iam præteriti temporis, tanq̃ facta di-
cit q̃ futura erant: quia apud deũ & quod futurum
est, iã factũ ẽ. Ibi ergo propheta uidebat futura no
bis iam uero facta in illis prouidentia & p̃destina-
tione certissima, quomodo dicit & in illo psalmo,
ubi omnes Xp̃m agnoscũt: sic .n. recitatus ẽ psal-
Psal. 21. mus tanquam Euangelium legatur. Foderunt ma
nus meas & pedes meos, dinumerauerũt omnia os
sa mea: ipsi uero consyderauerunt & conspexerunt
me, diuiserũt sibi uestimẽta mea, & sup ueste meã
miserunt sortem. Quis nõ legẽte lectore psalmum,
agnoscat euangeliũ? & tñ cũ diceret in psalmo, nõ
dictum est, Fossuri sunt manus meas & pedes: sed,
foderũt manus meas & pedes meos: nec dictũ est,
H Dinũmeraturi sunt ossa mea: sed, dinumerauerunt
ossa mea: nec dictum est, Diuisuri sunt uestimenta
mea: sed, diuiserunt sibi uestimẽta mea. Hęc oia q̃
futura uidebat Propheta, tãq̃ pręterita indicabat,
Sic & hic, Benedixisti dñe terrã tuã:) tãq̃ iam fece-
rit, Auertisti captiuitatẽ Iacob.) Populus eius an-
tiquus Iacob. Iacob popul⁹ Israel natus de semine
Abrahæ in repromissione, futurus aliqñ hæres dei
erat. Quidã ergo ille populus cui datũ est testm̃ ue
tus, figurabat testamentũ nouum. Illa figura erat,
hæc expressio ueritatis. In illa aũt figura secundũ
quãdã prænunciationem futurorũ, data est illi po
pulo terra q̃dam promissionis in quadã regione,
ubi habitauit populus Iudęorum, ubi est etiã Hie-
rusalem ciuitas cuius nomen omnes audiuimus.
Hanc ergo terrã cum accepisset ille populus, ab ho
stibus suis uicinis circũquaque inimicãtibus mul-
tas molestias patiebaſ, & cũ peccabat in deũ suũ,
dabatur in captiuitatẽ, nõ ad interitum, sed ad di-
sciplinam, nõ dãnante patre, sed flagellãte, & cum
obscessa esset, liberabatur, & aliquotiẽs captiuata
ẽ, & liberata ẽ illa gẽs: & mõ in captiuitate ẽ, & hoc
ꝓ peccato magno, q̓ dñm suũ crucifixit. Quid igiſ
scdm istos accipimus, qđ ait, Auertisti captiuitatẽ
Iacob? An forte intelligim⁹ hic aliã captiuitatẽ, de
qua oẽs nos uolumus liberari? Nã oẽs pertinemus
ad Iacob, si ptinemus ad semen Abrahæ: hoc .n. di
Roma. 9. cit Apostolus, In Isaac uocabitur tibi semẽ, id ẽ, nõ
hi q filij carnis hi filij dei, sed filij promissionis i se
mẽ deputãtur. Si filij promissiõis in semẽ deputanſ
offendendo dñm Iudęi degenerauerunt: nos ꝓme
rendo deum de genere Abrahæ facti sumus, nõ pti
nentes ad carnem, sed pertinentes ad fidẽ. Imitati
n. fidẽ, filii facti sumus: illi autem degenerando a fi
de exhæredari meruerũt. Nam, ut hoc noueritis, qa
perdiderunt illud qđ nati erant de Abraham, cum
se arrogãter iactarent audiẽre dño nostro Iesu xp̃o
gloriẽtes de sanguine, & nõ de uita, & dicerent do
Ioan. 8. mino, Nos patrem habemus Abrahã: & ait illis do
minus tanquam degenerãtibus, Si filij Abrahæ e-
stis, facta Abrahæ facite. Si ergo illi ꝓpterea iã non
filij, qa nõ faciebãt facta Abrahę: nos ꝓpterea filij,
qa facimus facta Abrahæ. Quę sunt facta Abrahæ
q̃ facimus? Credidit aũt Abrahã deo, & deputatũ ẽ Gene. 15.
illi ad iustitiã. Ergo oẽs ad Iacob ptinemus, imitã- K
tes Abrahę fidẽ qui credidit deo, & deputatũ est il Gal. 3.
li ad iustitiam. Quę est ergo illa captiuitas, uñ nos
uolumus liberari? Puto .n. neminem nostrum mõ
esse apud Barbaros, nec aliquã gentẽ irruisse arma
tã, & captiuos duxisse nos. Sed modo ostẽdo quã-
dã captiuitatem in qua gemimus, & unde nos libe
rari cupimus. Paulus apostolus ꝓcedat, & ipse illã
dicat, sit ipse speculũ nostrũ, ille loquaſ, & nos ibi
uideamus. Nemo est qui nõ se hic agnoscat: ait er-
go ille beatus Apostolus, Cõdelector .n. legi dei se Roma. 7.
cũdum interiorẽ hoiem. Intus me delectaſ lex dei.
Video aũt aliam legem in mẽbris meis, repugnãtẽ
legi mentis meæ. Iam audisti legẽ, audi pugnã, ca-
ptiuitatem nec dum audieras, audi quæ sequũtur,
Repugnantẽ, inquit, legi mentis meæ, & captiuum
me ducentem in lege peccati q̃ est in mẽbris meis,
agnouimus .n. captiuitatem Quis nostrũ est q no-
lit se de ipsa captiuitate liberari? Et unde liberabi-
mur? Qm̃ hoc cãtauit iste Psalmus futurũ, Auertisti
captiuitatẽ Iacob. Cui dixit? Christo, pp ĩ finẽ, pp L
filios Chore: ille .n. auertit captiuitatẽ Iacob. Audi
& ipsum Paulum confitentem, cũ diceret se trahi
captiuum a lege in mẽbris suis repugnante legi mẽ
tis suæ, exclamauit sub illa captiuitate, & ait, Infœ Ibidem.
lix ego homo, qs me liberabit de corpore mortis
huius? Quęsiuit qs esset, & statim illi occurrit, Grã
dei p Iesum Xp̃m dominũ nostrum. De hac gratia
dei propheta dicit huic dño nostro Iesu Christo.
Auertisti captiuitatẽ Iacob. Attẽdite captiuitatẽ Ia
cob, attẽdite, qa hoc ẽ, auertisti captiuitatẽ nostrã,
non liberando à Barbaris, in quos nõ incurrimus:
sed liberãdo nos ad operibus malis, à peccatis no
stris, per quę nobis satanas dominabatur. Si qs. n.
liberatus fuerit à peccatis suis, nõ habet uñ ei do-
minetur princeps peccatorũ. Quomodo .n. auertit
captiuitatẽ Iacob? Videte qa ista liberatio spirita-
lis est: uidete quia intus agitur. Remisisti, inquit,
iniquitatẽ plebis tuæ, operuisti oia peccata eoꝝ.)
Ecce uñ auertit captiuitatẽ, qa remisisti iniqtatẽ.
Iniquitas tenebat captiuũ, remissa iniquitate libe-
raris. Confitere ergo te esse in captiuitate, ut dign⁹ M
sis liberari. Nam qui hostẽ suũ nõ intelligit, quõ i-
uocat liberatorẽ? Operuisti oia peccata eoꝝ. Quid
est, operuisti? Vt non illa uideres. Quid est, ut nõ il
la uideres? Vt nõ in illa uindicares, Noluisti uidere
peccata nostra, & iõ nõ uidisti, quia ipsa uidere no
luisti. Operuisti oia peccata eorũ. Sedasti omnem
irã tuã, auertisti ab ira indignationis tuæ:) Et qm̃
de futuro ista dicunſ, quamuis uerba præterita so-
nẽt, sequitur & dicit, Conuerte nos dñe sanitatũ
nostrarũ.) Q̃uo narrat quasi factũ esset, & q̃uo o-
rat ut fiat, nisi qa uoluit ostẽdere p̃terita uerba se ĩ
prophetia dixisse, nõdum aũt factum esse qđ dice
bat iam factum? Hinc ostendit, qa orat ut fiat. Cõ-
uerte nos dñe sanitatũ nostrarũ. Et auerte iracun
diã tuã à nobis.) Nonne iam dudũ dicebat, Auer-
tisti captiuitatẽ Iacob, operuisti oia peccata eorũ,
sedasti oẽm irã tuã, auersus es ab ira indignationis
tuæ q̃uo & hic est, Auerte iracundiã tuã à nobis?
rñdet tibi Propheta, Illa dico quasi facta, qa uideo
futura: quia uero nondũ facta sunt, oro ut ueniãt
quę iam uidi. Auerte iracundiã tuã à nobis, Non
in æternũ irascaris nobis.) De ira enim dei morta-
les

A les sumus,& de ira dei in ista terra ĩ egestate & labo
Gene. 3. re uultus nostri manducamus panem, Hoc.n audi-
uit Adam quando peccauit,& Adã ille oẽs nos era-
mus,qa in Adam oẽs moriũtur. Quod ille audiuit,
secutum est & nos. Non.n.erauius iam nos,sed era-
mus in Adam:ideo qcqd euenit ipsi Adam, secutũ
est & nos,ut moreremur:omnes qppe in illo fuim⁹.
Ea n.peccata parentum nõ pertinent ad filios, quę
faciunt parentes iam natis filijs. Iam.n. nati filij ad
Cõcor. 2. sen. dist. 33. Sed ut ait. se ptinent,& parentes ad se pertinent. Itaq; illi q na-
ti sunt si tenuerint uias parentum suorũ malas, ne-
cesse est ut portẽt & merita ipsoꝝ. Si autem mutaue
rint se & nõ fuerint imitati parẽtes malos, incipiũt
hr̃e meritum suum,non meritũ parentum suorum.
Vsqueadeo aũt non tibi obest peccatũ patris tui si
te mutaueris,ut nec ipsi pr̃i tuo obsit si se mutaue-
rit,sed iã qd accepit ad mortalitatem, ista radix nr̃a
duxit de Adã. Quid duxit? Istã fragilitatem carnis,
hoc tormentũ doloꝝ,hanc domum paupertatis,hoc
uinculum mortis,& laqueos tentationũ. Portamus
oia ista in carne hac,& ira dei est ista,quia uindicta
dei est. Sed qa futurũ erat ut regeneraremur, & cre-
B dendo noui efficeremur,atq; in resurrectione ois il-
la mortalitas absumeref, & nouitas totius hois re-
1. Cor. 15. pararetur, Sicut.n in Adam omnes moriuntur, sic
& in Christo oẽs uiuificabũtur:hoc uidẽs Prophe-
ta ait, Nõ in æternũ irasceris nobis. Vel extendas
irã tuã a generatione in generationem.) Fuit prima
generatio mortalis de ira tua, erit altera generatio
immortalis de misericordia dei. Quid ergo? Hoc ti-
bi præstitisti tu ò homo, ut qa cõuersus es ad deũ,
merearis misericordiã ipsius? Qui aũt conuersi non
sunt,nõ sunt adepti misericordiã,sed inuenerũt irã.
Quid aũt? Vt cõuerteteris posses,nisi uocareris? Nõ
ne ille q te uocauit auersum, ipse præstitit ut cõuer
tereris? Noli ergo tibi arrogare nec ipsam conuersio
nem,qa nisi te ille uocaret fugientem,nõ posses cõ-
uerti. Propterea & ipsius conuersionis beneficium
deo tribuens Propheta orat,& dicit. Deus tu con
uertẽs uiuificabis nos.) Et nõ quasi nosipsi nr̃a spõ
te sine misericordia tua cõuertimur ad te,& tu uiui
ficabis nos:sed tu cõuertens uiuificabis nos, ut nõ
solũ uiuificatio nr̃a a te sit,sed ẽt ipsa cõuersio ut ui
uificemur. Deus tu cõuertens uiuificabis nos. Et
C plebs tua lætabif in te.) Malo suo lætabitur i se, bo
no suo lætabif in te. Quando n. uoluit hr̃e gaudia
de se,inuenit plãctũ in se. Nũc ergo qa totũ gaudiũ
nostrũ deus est,q uult securus gaudere,in illo gau-
deat q non põt perire. Quid.n. fratres mei gaudere
uultis in argẽto? Aut argentũ perit, aut tu, & nemo
scit qd prius: uerũtamen illud constat,quia utrunq;
periturum est,qd prius,icertũ est. Nã nec homo hic
põt manere semper, nec argentum hic põt manere
semp: sic aurũ, sic uestis, sic domus, sic pecunia, sic
lata pdia,sic postremo lux ista. Noli ergo uelle gau-
dere in istis,sed gaude in illa luce q nõ habet occa-
sum,gaude i illa luce quã nõ pcedit hesternus dies,
Ioan 8. nec sequif crastinus. Quid est ista lux? Ego sum, in-
quit,lux mũdi. Qui tibi dicit, Ego sum lux mundi:
uocat te ad se. Cũ uocat te,cõuertit te:cũ conuertit
te,sanat te:cũ sanauerit te,uidebis conuersorẽ tuũ,
cui dicif, Et plebs tua lætabif in te. Ostẽde nobis
dñe misericordiã tuã.) Hoc est qd cantauimus,& iã
hinc diximus, Ostẽde nobis dñe misericordiã tuã.
Et salutare tuũ da nobis.) Salutare tuũ, Christũ

tuũ. Fęlix est cui ostẽdit deus misericordiã suã. Ipse D
est q superbire non põt,cui deus ostendit misericor
diam suã. Ostendendo.n.illi misericordiam suã p-
suadet illi,qa quicquid boni habet ipse homo,non
habet nisi ab illo,quia omne bonũ nr̃m ipse est. Et
cũ uiderit homo qcqd boni habet, non se habere ã
se,sed ã deo suo, uidet quia totũ qd ĩ illo laudatur,
de misericordia dei est,non de meritis ipsius. Et ui
dendo ista nõ supbit,non superbiendo nõ extollif,
nõ se extollẽdo nõ cadit,non cadendo stat,stando
inhæret,inhærendo manet,manẽdo pfruif & lætaf
in domino deo suo. Erunt illi delitiæ ipse qui fecit
illum,& delitias ipsas nemo corrũpit,nemo itẽ pel
lat,nemo aufert. Quis potẽs minabif auferre? Quis
uicinus malus,qs latro,qs insidiator tibi tollit deũ.
Et põt tibi tollere totũ quod possides corpore,non
tibi tollit eũ quẽ possides corde. Ipsa est misericor-
dia quã utinã deus ostendat nobis. Ostẽde nobis
dñe misericordiã tuã,& salutare tuũ da nobis. Chr̃
stũ tuũ da nobis,in illo.n.est misericordia tua. Di-
camus illi & nos,da nobis Xp̃m tuũ. Iam qdem de-
dit nobis Christũ suum: adhuc tamẽ illi dicamus,
Da nobis Christũ tuũ,quia dicimus illi, Panem no E
strum quotidianũ da nobis hodie. Et qs est panis *Matt. 6.*
noster,nisi ipse q dixit, Ego sum panis uiuus,qui de
cœlo descẽdi? Dicamus illi, Da nobis Christũ tuũ. *Ioan. 6.*
Dedit.n.nobis Christum,sed hoiem quẽ nouimus
dedit hoiem,eum ipsum nobis daturus est deũ. Ho
minibus.n.hominem dedit,qa talem illum homi-
nibus dedit,qualis posset capi ab hoibus. Deum.n.
Xp̃m nullus hominũ capere poterat, Factus est ho-
minibus homo,seruauit se deũ dijs. An forte arro-
ganter dixi? Reuera arrogãter,nisi ipse dixisset, Ego
dixi dij estis,& filij altissimi omnes. Ad hanc ipsam *Psal. 81.*
adoptionẽ reuocamur,ut efficiamur filij dei. Iã q-
dẽ sumus,sed p fidem Sumus qdem,sed in spe, non
dum sumus in re. Spe.n.salui facti sumus,sicut dicit *Rom. 8.*
Apostolus. Spes aũt quæ uidetur nõ est spes: quod
enim uidet qs,quid sperat? Si autem quod nõ uide-
mus speramus,p patientiam expectamus. Quid.n.
expectamus p patiẽtiã,nisi uidere quod credimus?
Modo.n.credimus,quod non uidemus: permanen
do in eo quod credentes non uidemus,merebimur
uidere qd credimus. Propterea Ioannes in Ep̃la sua
qd ait? Dilectissimi,filij dei sumus,sed nondũ appa F
ruit quid erimus. Quis non exultet si subito nescio *1. Ioan. 3.*
cui peregrinãti & ignorãti genus suũ, patiẽti aliquã
egestatẽ & ærumnã,& in labore constituto diceref,
Filius senatoris es,pr̃ tuus amplo patrimonio gau-
det in re uera, † reuoco te ad patrem tuum? Quali *† al. ne. stra.*
gaudio exultaret,si hoc nõ fallax pmissor diceret?
Venit ergo non fallax Apl's Christi, & ait, Quid est
quod de uobis speratis? Quid est qd uos affligitis,
& mœrore cõteritis? Quid est quod cõcupiscentias
uestras sequendo in egestate istaꝝ uoluptatum con
teri uultis? Habetis patrẽ,habetis patriam, habetis
patrimoniũ. Quis eũ iste pr̃? Dilectissimi, filij dei su
mus. Quare ergo nondũ uidemus patrẽ nostrum?
Quia nondũ apparuit qd erimus. Iam sumus,sed in
spe:nã quod erimus, nondũ apparuit. Et quid eri-
mus? Scimus,inqt,qa cum apparuerit,similes ei eri- *Ibidem.*
mus,qm̃ uidebimus eum sicuti est. Sed hoc de pr̃e
dixit,de filio autem dño nostro Iesu Christo nõ di
xit:& forte uidẽdo patrem, non uidendo filium eri
mus beati? Ipsum audi Xp̃m, Qui me uidet, uidet & *Ioan. 14.*

G patrem. Cum enim unus deus uidetur, trinitas uĩ,
pr̃ & filius & spiritusſanctus. Audi expreſſius, qa ip
ſtus filij uiſio tribuet nobis beatitudinẽ, & nihil i-
tereſt inter uiſionẽ ipſius, & uiſionẽ pr̃is: ipſe ait in
Ibidem. Euãgelio, Qui diligit me, mandata mea cuſtodit, &
ego diligã illũ, & oſtendã meipſum illi: loq̃bat̃ illis
& dicebat, Oſtendã meipſum illi. Quare? Non erat
ipſe q loquebat̃? Sed carnẽ caro uidebat, diuinitatẽ
† al. cor. caro † nõ uidebat. Ad hoc aũt caro carnem, uidit,
ut per fidẽ cor mundaretur unde deus uideret: di-
Acto. 15. ctum eſt.n. de domino, Fide mundans corda eoꝝ:
Matt. 5. & dixit dñs, Beati mũdo corde, quoniã ipſi deum
uidebũt. Ergo ſi nobis ꝓmiſit oſtẽdere ſe nobis, q̃-
lis eſt pulchritudo ei⁹? Fratres, cogitate oĩa iſtã quę
uidetis pulchra, q̃ amatis ipſe fecit. Si hæc pulchra
ſunt, qd eſt ipſe? Si hæc magna ſunt, quãtus eſt ipſe?
Ergo ex iſtis q̃ hic amamus, illum magis deſyderemus:
& cõtemnentes iſta, illũ diligamus, ut ipſa di-
lectione p fidem cor mundemus, & mundatũ cor
noſtrũ inueniat aſpectus illius. Lux quę nobis oſtẽ
ditur ſanos nos debet inuenire: hoc agit mõ fides:
hoc ergo nsõ diximus, Et ſalutare tuũ da nobis, Da
H nobis xp̃m tuum, nouerimus Chriſtum tuum, ui-
deamus Chriſtũ tuum. non q̃uo illum uiderunt Iu
dæi & crucifixerunt, ſed q̃uo illum uident angeli &
gaudent. Audiam quid loquatur in me dominus
deus) propheta dixit, Loquebatur in illo deus in-
tus, & mundus faciebat illi ſtrepitũ foris. Cohibẽs
ergo aliquãtũ a ſtrepitu mũdi, & auertẽs ſe ad ſe, &
a ſe in illũ cuius uocẽ audiebat internus, q̃ſi obtu-
rãs aurẽ cõtra tumultuãtẽ uitæ huius ingetudinẽ,
Sapien. 9 & contra aĩam corpore quod corrũpitur aggrauatam,
& ſenſum terrena inhabitatione deprimẽtẽ
multa cogitantem, & ait, Audiam quid loquat̃ ĩ me
dñs deus: & audiuit, Quid? Quoniã loquetur pa-
cem in plebem ſuã. Et ſuper ſanctos ſuos.) Vox er
go chriſti, uox ergo dei pax eſt, ad pacẽ uocat. Eia
dicit quicunq; nondũ eſtis in pace, amate pacem.
Quid.n. uobis melius de me inuenire poteſtis quã
pacẽ? Pax quid eſt? Vbi nullũ bellum eſt. Quid eſt,
ubi nullum bellũ eſt? Vbi nulla ẽ cõtradictio, ubi
nihil reſiſtit, nihil aduerſũ eſt. Videte ſi iã ibi ſum⁹,
uidete ſi iam non eſt cõflictus cũ diabolo, uidete ſi
nõ oẽs ſancti & fideles cũ principe dæmoniorum
I luctantur. Et quo cum illo luctantur quẽ non ui-
dent? Luctantur cũ concupiſcẽtiis ſuis, q̃b⁹ ille ſug-
gerit peccata, & non cõſentiendo qd ſuggerit, & ſi
non uincunt tñ pugnant. Nondũ eſt ergo pax ubi
pugna eſt. Aut date mihi hominẽ qui nihil tẽtatio
nis patitur in carne ſua, & poſſit mihi dicere, qa iã
pax eſt. Nihil quidẽ tentationis forte patitur in illi
citis uoluptatibus, ſaltẽ ſuggeſtiões ipſas patit̃, uel
ſuggeritur illi qd reſpuit, uel delectat uñ cõtineat.
Sed ecce iam nihil delectat illicitũ, uel cõtra famẽ
& ſitim pugnat quotidie. Quis.n. iuſtus hinc alienus?
Pugnat ergo quotidie fames & ſitis, pugnat cõ
tra nos laſſitudo carnis, pugnat delectatio ſomni pu
gnat oppreſſio, Vigilare uolum⁹, dormitam⁹: ieiu-
nare uolumus, eſurimus & ſitim⁹: ſtare uolum⁹, de-
fatigamur quærim⁹ ſedere, ſi & hoc diu facimus, defi-
cim⁹. Quicqd nobis ꝓuiderim⁹ ad refectionẽ, illic
rurſus inueniem⁹ defectionẽ, Eſuris dicit tibi aliqs:
Rñdes, Eſurio. Poſuit ante te cibũ, ad refectionẽ po
ſuerat, pſeuera in eo quod poſuit. Certe reficere te
uolebas, hoc age ſemp: hoc agendo, in eo qd adhi-
bueras ad refectionẽ, ibi ĩuenies laſſitudinẽ. Mul- K
tũ ſedendo fatigatus eras, ſurgis, deãbulãdo refice-
ris. Perſeuera in eo quo reficeris, multũ deãbulãdo
laſſaris, ſedere itep̃ quæris: inueni aliqd mihi unde te
reficias, ubi ſi pſeuerauer̃is itep̃ nõ deficias? Qualis
eſt ergo iſta pax, quam hic hñt homines tãtis reſi-
ſtentibus moleſtijs, cupiditatib⁹, indigentijs, laſſitu
dinibus? Nõ eſt iſta uera, nõ eſt pfecta pax. Quę erit
pfecta pax? Oportet corruptibile hoc induere incor-
ruptionẽ, & mortale hoc induere imortalitatẽ: tũc
fiet ſermo q ſcriptus eſt, Abſorpta eſt mors ĩ uicto- 1. Cor. 15
ria. Vbi eſt mors aculeus tuus? Vbi ẽ mors cõtẽtio
tua? Vbi.n. adhuc mortalitas, q̃uo eſt plena pax?
Etenim de morte uenit laſſitudo iſta, quam inue-
nimus in oĩbus refectionibus nr̃is. De morte eſt,
quia corpus mortale portamus, qd qdẽ mortuum
dicit Apoſtolus & ante aĩæ reſolutionem. Corpus Rom. 8.
quidẽ, inquit, mortuũ eſt propter peccatũ. Nam ſi
pſeuerauer̃is in eo quo te reficis, ẽt morieris. Perſe-
uera in multũ manducando, ipſa res te interficiet.
Perſeuera in multũ ieiunãdo, inde morieris. Sede
ſemp ut nolis ſurgere, morieris inde. Ambula ſem-
per, ut nolis qeſcere, morieris inde. Vigila ſemp ut L
nolis dormire, morieris inde. Dormi ſemp ut nolis
uigilare, morieris inde. Quãdo aũt abſorpta fuerit 1. Cor. 15.
mors in uictoria, nõ erũt iſta, & erit pax plena & ę-
terna Erimus in quadã ciuitate fratres, qñ de illa
loquor, finire nolo, & maxime qñ ſcandala crebre-
ſcunt. Quis nõ deſyderet illã pacẽ, unde amic⁹ nõ
exit, quo inimicus nõ intrat, ubi null⁹ tẽtator ẽ, nul
lus ſeditioſus, nullus diuidẽs populũ dei, null⁹ fati
gans Eccleſiã in miniſterio diaboli, qñ ipſe prin
ceps ipſoꝝ mittitur in ignẽ æternum, & hi cum illo
quicunq; illi cõſentiunt, & recedere ab eo nolunt?
Erit ergo pax purgata in filijs dei omnib⁹ amãtib⁹,
& ſe uidentibus plenos deo, cũ erit deus oĩa ĩ om-
nibus. Cõem panẽ * ſpectaculũ † habebim⁹ deũ, * forte, cõe pariter.
cõmunẽ poſſeſſionẽ habebimus deũ, cõmunem † Cõmũe ſpectaculum.
pacẽ habebimus deũ. Quicqd.n. eſt quod modo
nobis dat, ipſe nobis erit ꝓ oĩbus quę dat: ipſe erit
pfecta & plena pax. Hanc loquit̃ in plebem ſuam,
hanc uolebat audire ille q ait, Audiã qd loquat̃ in
me dñs deus, qm̃ loquetur pacem in plebem ſuã,
& ſuper ſanctos ſuos. Et in eos q conuertunt cor ad
ipſum,) Eia fratres, uultis ut ad uos pertineat ipſa M
pax quã loquitur deus? Conuertite cor ad ipſũ, nõ
ad me aut ad illũ aut ad illũ, aut ad quẽquã homi
nem. Quiſquis.n homo uoluerit conuertere ad ſe
corda hoium, cadit cum ipſis. Quid eſt meli⁹, ut ca
das cũ illo ad quẽ cõuerteris, an ut ſtes cũ illo cũ
quo cõuerteris? Gaudium nr̃m, pax nr̃a, requies
nr̃a, finis oium moleſtiaꝝ, non eſt niſi deus. Beati
q conuertunt cor ad ipſum. Veruntñ prope timen-
tes eum ſalutare ipſius.) Erant quidã qui iam time
bant eum in gente Iudæoꝝ. Per omnem terrã ubi-
que idola colebant̃, dęmonia timebant̃ non deus.
In illa gente timebat̃ deus. Sed ꝓpter quid timeba-
tur? In ueteri teſtamẽto timebat̃ de⁹, ne daret illos
ĩ captiuitatẽ, ne tolleret illis terrã, ne grãdine cõtũ
deret uites ipſorũ, ne faceret ſteriles uxores eoꝝ, ne
auferret ab eis filios ipſoꝝ. Hæc.n. carnalia ꝓmiſſa
dei tenebãt adhuc paruæ aĩæ, & ꝓpter hæc time-
batur deus: ſed prope illis erat, q uel ꝓpter hęc ip-
ſum timebãt. Terrã petebat pagan⁹ a diabolo, terrã
petebat Iudęus a deo. Vnũ erat quod petebãt, ſed

A nō unus à quo petebāt. Petebat iste qd Pagan⁹ petebat, discernebaẽ tñ à Pagano, quia ab illo ista petebat qui omnia fecerat, & ꝓpe illis erat deus q gētibus longe erat: tñ respexit & eos qui longe erant, & eos q prope, erāt sicut dicit Apostolus, Et ueniēs euangelizauit pacē his qui erant longe, & pacē his qui prope. (Ephe.2.) Quos dixit q erāt prope? Iudeos q unū deū colebant. quos dixit q erant longe? Gētes qui dimiserant deū a quo facti erant, & colebant illa q̄ ipsi fecerant. Nō enim regionibus lōge est q̄sque a deo, sed affectibus. Amas deū, ꝓpe es: odisti deū, longe es: uno loco stans, & ꝓpe es, & longe es. Ergo fratres respexit iste Propheta, quãq̃ generalē uidit misericordiã dei sup omnes, tñ aliqd specialē & ꝓpriū uidit in gente Iudęa, & ait, Audiam quid loquatur in me dñs deus, quoniam loquetur pacē in plebē suã. Et ples ipsius non Iudæa sola erit, sed de oibus gētibus colliget, qa sup sanctos suos loquetur pacem, & in eos qui cōuertūt cor ad ipsum & omnes qui cōuersuri sunt cor ad ipsum de oi orbe terræ: uerumtamen ꝓpe timentes eum salutare ipsius: Vt inhabitet gloria in terra nr̃a:) id est, in

B ea terra, i. qua natus erat Propheta, ut īhabitet gloria maior, qa inde cœpit p̄dicare xp̄s, inde Apostoli, & illuc prius missi: inde Prophetæ, ibi primū tēplū, ibi sacrificabaẽ deo, ibi Patriarchæ, ibi ipse et uenit de semine Abrahæ, ibi manifestatus est Xp̄s, ibi apparuit Christus, inde. n. uirgo Maria quæ peperit Xp̄m. Ibi ambulauit pedibus suis, ibi mirabilia fecit: postremo tantū honorē illi genti detulit, ut cū eū interpellaret quædam mulier Chananæa salutē q̄rens filiæ suæ, dixerit ei, Non sum missus nisi ad oues q̄ perierant domus Israel: hoc ergo uidens (Matt.15.) Propheta, ait, Verumtñ prope timentes eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia & ueritas occurrerunt sibi.) Veritas in terra nostra ex psona Iudæorum, misericordia in terra gentium. Veritas n. ubi? Vbi erant eloqa dei. Misericordia ubi? In illis q dimiserant deū suum & conuerterant se ad dæmonia. Nunqd & ipsos despexit? Quō si diceret, Voca & istos longe fugitiuos, q multū a

C me recesserunt, uoca, inueniant me q̄rentē se, quia ipsi nolebant q̄rere me. Ergo misericordia & ueritas occurrerūt sibi. Iustitia & pax osculatæ sunt se.) Fac iustitiã & habebis pacē, ut osculenẽ se iustitia & pax. Si. n. nō amaueris iustitiã, pacē nō habebis. Amant. n. se duo ista, iustitia & pax, & osculanẽ se, ut q fecerit iustitiã, inueniat pacē osculantē iustitiã. Duæ amicę sunt, tu forte unã uis, & alterã nō facis. Nemo est. n. qui non uult pacem, sed non oēs uolūt operari iustitiã. Interroga oēs homines, Vultis pacē? Vno ore tibi respondet totū genus humanum, opto, cupio, uolo, amo. Ama & iustitiam, qa duæ amicæ sunt iustitia & pax. Iustitia & pax, ipsæ se osculanẽ. Si amicã pacis nō amaueris, nō te amabit ipsa pax, nec ueniet ad te. Quid. n. magnū est desiderare pacē? Quiuis malus desyderat pacē. Bona enim res est pax. Sed fac iustitiã, qa iustitia & pax se osculanẽ, non litigant. Tu quare litigas cū iustitia? Ecce iustitia dicit tibi, Ne fureris, & non audis. Ne (Exo.20.) adulteres, & nō uis audire: non facias alteri qd tu (Matt.7.) pati nō uis: nō dicas alteri qd & tibi dici non uis: Inimicus es amicæ meę, dicit tibi pax, qd me q̄ris? Amica sum iustitię, quęcunq; inuenero inimicum amicę meę, nō ad illum accedo. Vis ergo uenire ad

pacē? Fac iustitiã: ideo alius Psalmus dicit tibi, Declina à malo & fac bonū: hoc ē, ama iustitiã: & cū iã declinaueris à malo, & feceris bonū, q̄re pacē & psequere eã. Iã. n. nō diu illã q̄res, qa & ipsa occurret tibi, ut osculeẽ iustitiã. (D Psal.36.) Veritas de terra orta est & iustitia de cœlo ꝓspexit.) Veritas de terra orta ē, Xp̄s de fœmina natus est. Veritas de terra orta est, filius dei de carne ꝓcessit. Quid est ueritas? Filius dei. Quid est terra? Caro. Interroga unde natus sit Xp̄s, & uides qa ueritas de terra orta est. Sed hęc ueritas q̄ orta est de terra, erat ante terrã, & p ipsam facti est cœlū & terra. Sed ut iustitia de cœlo ꝓspiceret. i. ut iustificarenẽ hoies diuina gratia, ueritas nata est de Maria uirgine, ut posset pro illis iustificandis offerri sacrificiū, sacrificiū passionis, sacrificiū crucis: Et unde offerret sacrificiū pro peccatis nostris nisi moreretur? Vnde aūt moreretur, nisi à nobis acciperet ubi moreretur? Id est, nisi à nobis sumeret carnē mortalē, Xp̄s mori nō posset, qa uerbū non moritur, diuinitas nō moritur, uirtus & sapiētia dei nō moritur. Quō ergo offerret sacrificiū uictimã salutarē, si nō moreretur? Quō aūt moreretur nisi carnē indueret? Quō carnē indueret, nisi (E) ueritas de terra oriretur? Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo ꝓspexit.) Possumus hinc dicere alterū sensum, Veritas de terra orta est, cōfessio ab hoie. Homo. n. peccator eras. O terra, q qñ peccasti audisti, Terra es, & in terrã ibis. Oriatur de te ueritas, ut respiciat de cœlo iustitia. (De pa. di I Gratia de Gen. 3) Quō ergo orietur à te ueritas, cū tu peccator sis, cū tu iniquus sis? Cōfitere peccata tua, & orietur de te ueritas. Si. n. cum sis iniquus dicis te iustū, quō à te orietur ueritas? Si aūt cū sis iniquus, dicis te iniquū, ueritas de terra orta est. Intende illū publicanum longe à pharisæo in tēplo orantē, q neq; oculos ad cœlum audebat leuare, sed pcutiebat pectus suū, dicens, Dñe ꝓpicius esto mihi peccatori. (Luc.18.) Ecce ueritas de terra orta est, qa cōfessio peccatorum ab hoie facta est. Quid ergo sequitur? Amen dico uobis, qa descendit iustificatus publicanus ille magis q̃ ille Pharisęus: quia (Ibidem) omnis qui se exaltat humiliabitur, & q se humiliat exaltabitur. Orta est ueritas de terra in cōfessione peccatorum, & iustitia de cęlo ꝓspexit, ut descenderet iustificatus publicanus ille magis q̃ ille Pharisęus. Nã, ut noueritis, quia ueritas ꝑtinet ad cōfessionē (F) peccatorum, ait Ioānes Euāgelista, Si dixerimus, quia peccatū nō habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis nō est. (I Ioan.1.) Quō ergo ueritas de terra orietur, & iustitia de cœlo ꝓspiciet, audi illū sequētem & dicentē, Si confiteamur peccata nr̃a, fidelis est & iustus ut remittat nobis peccata, & purget nos ab oi iniqtate. (Ibidem.) Veritas ergo de terra orta est, & iustitia de cœlo ꝓspexit. Quæ iustitia de cęlo ꝓspexit? Tanquã dei dicentis, Parcamus huic hoi, quia ipse sibi nō pepercit: ignoscamus, qa ipse agnoscit. Conuersus est ad puniendū peccatū suum, cōuertar & ego ad eū liberãdū. Veritas de terra orta est, & iustitia de cęlo ꝓspexit. Etenim dñs dabit suauitatem, & terra nr̃a dabit fructū suū.) Vnus uersus restat peto ut sine tędio sit qd dicturus sum. Attēdite rē necessariã fratres mei, attendite, pcipite, ferte uobiscū & non sit inane semen dei in cordibus uestris. Veritas, inqt, de terra orta est, cōfessio peccatorum ab homine, & iustitia de cœlo prospexit. i. à dño deo data est iustificatio confitenti, ut ipse agnoscat ipius

G pium se fieri non posse, nisi ille fecerit cui cõfitef, credẽdo in eũ q iustificat impiũ. Tu ergo peccata potes habere, fructũ bonũ nõ potes habere, nisi il le dederit cui cõfiteris: ideo cũ dixisset, Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo ꝓspexit: tãquã diceretur ei, Quid est quod dixisti, Iustitia de cœlo ꝓspexit: etenim dominus, inqt, dabit suauitatẽ & terra nr̃a dabit fructũ suũ. Nos ergo respiciamus nos, & si nihil in nobis inuenerim᷒ nisi peccata, oderimus peccata, & desyderemus iustitiã. Cũ.n. cœperimus odisse peccata, iã ipsum odiũ peccator̃ similes nos incipit facere deo, quia hoc odimus q̃ odit & de᷒. Cũ ergo cœperis odisse peccata & confiteri deo, cũ te delectationes illicitæ rapiũt & ducũt te ad ea q̃ tibi non prosunt, ingemisce ad deũ, & confitens illi peccata tua, mereberis ab illo delectationẽ, & suauitatẽ iustitiæ faciẽdæ dabit tibi ut incipiat te delectare iustitia, quẽ primo delectabat iniqtas: ut q primo gaudebas in ebrietate, gaudeas in sobrietate: & q primo gaudebas de furtis ut tolle-

H res homini qđ nõ habebas, q̃ras donare non hñti qđ habebas. Et quem delectabat rapere, delectet donare: quẽ delectabat spectare, delectet orar̃: quẽ delectabãt cãtica nugatoria & adulterina, delectet hymnũ dicere deo, currere ad Eccl̃iã q primo currebat ad theatrũ. Vñ nata est ista suauitas, nisi q̃a dñs dabit suauitatẽ, & terra nr̃a dabit fructũ suũ? Ecce.n. uidete qđ dico. Ecce locuti sum᷒ uobis uerbũ dei, semẽ sparsimus deuotis cordib᷒, tãquã fulcata inuenientes pectora uestra aratro cõfessionis deuotione & intẽtione, suscepistis semẽ: cogitate de uerbo qđ audistis, tãquã glebas frãgẽtes, ne semẽ rapiãt uolatilia, ut possit ibi germinare q̃ seminatũ est. Et nisi deus pluerit, qđ ꝓdest qđ seminat? Hoc est dñs dabit suauitatẽ, & terra nostra dabit fructũ suum. Ille enim uisitationibus suis in ocio, in negocio, in domo, in lecto, i cõuiuio, in collocutione, in deambulatione uisitet uestra corda, ubi nos nõ sumus. Veniat imber dei, & fructificet qđ ibi seminatũ est: & ubi nõ sumus nos & securi quiesci-

I mus, aut aliud agimus, deus det incremẽtũ seminibus q̃ sparsim᷒, ut attẽdẽtes postea bonos mores uestros, ẽt de fructu gaudeam᷒. Q̃m dñs dabit suauitatẽ, & terra nostra dabit fructũ suũ. Iustitia añ eũ pibit, & ponet in uia gressus suos.) Iustitia illa ẽ quę ẽ in cõfessione peccatorũ: ueritas.n. ipsa est. Iustus.n. debes esse in te, ut punias te: ipsa prima ẽ hominis iustitia ut punias te malũ, & faciat te de᷒ bonũ: q̃a ergo ipsa ẽ prima hoĩs iustitia, ipa fit uia deo ut ueniat ad te deus ibi illi fac uiã in cõfessiõe peccator̃. Ideo & Ioãnes cũ baptizaret in aqua pœnitẽtię, & uellet ad se uenire pœnitẽtes d suis ꝓprioribus factis, dicebat hoc, Parate uiã dño, rectas facite semitas eius. Placebas tibi i peccatis tuis o hõ, displiceat tibi qđ eras, ut possis esse qđ nõ eras. Parate uiam dño: præcedat ista iustitia ut confitearis peccata: ueniet ille & uisitabit te, quia ponet in uia gressus suos, est.n. iã ubi ponat gressus suos, est ubi ad te ueniat. Ante autem q̃ cõfitereris peccata, intercluseras ad te uiã dei, nõ erat qua ad te ueniret. Cõfitere uitam, & aperis uiã, & ueniet Christus, & ponet in uia gressus suos, ut te informet uestigiis suis.{ conuersum ad dominum

In Psalmum octuagesimumquintum Enarratio

VLlum maius donũ præstare deus posset K
n hominibus, q̃ ut uerbum suum per qđ cõdidit oĩa faceret illis caput, & illos ei tanq̃ membra coaptaret, ut esset filius dei & filius hominis, & unus deus cum patre, unus homo cum hominibus: ut & quando loquimur ad deum deprecantes, nõ inde filium separemus, & quãdo precat corpus filij, nõ a se separet caput suũ, sitq̃ unus ipse saluator corporis sui domin᷒ noster Iesus xp̃s filius dei, q & oret ꝓ nobis, & oret in nobis, & oret a nobis, Orat pro nobis, ut sacerdos noster: orat in nobis, ut caput nr̃m. oratur a nobis, ut deus nr̃. Agnoscamus ergo & in illo uoces nostras, & uoces eius in nobis. Neq̃ cũ aliquid dicitur de domino nostro Iesu xp̃o, maxime in ꝓphetia, qđ pertineat uelut ad quãdã humilitatẽ indignã deo, dubitem᷒ illi eam tribuere, qui nõ dubitauit se nobis adiungere. Ei quippe seruit uniuersa creatura, q̃a per ipsum facta est uniuersa creatura. Et ꝓpterea cũ ei᷒ sublimitatẽ diuinitatemq̃ intuemur, quando audimus, In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ: hoc erat in principio apud deũ oĩa per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil: intuentes hãc excelsã & supereminentissimã & excedentẽ oĩa creaturarũ sublimia diuinitatẽ filij: dei audim᷒ ẽt in aliqua parte scripturar̃ uelut gementẽ orantẽ, confitẽtẽ, ut dubitem᷒ ei tribuere uerba hęc ex eo q̃ cogitatio nr̃a de recẽti ei᷒ cõtemplatione q̃ erat in diuinitate, pigrescit descẽdere ad eius humilitatẽ, & tãq̃ faciat illi iniuriã, si ei᷒ uerba i homine agnoscat ad quẽ uerba dirigebat, cũ deũ deprecaret, hęret plerunq̃ & conat mutare sententiã, & nõ ei occurrit in scriptura, nisi q̃ ad ipsum recurrat, & ab illo deuiare nõ sinat. Expgiscat ergo & uigilet in fide sua, & uideat q̃a ille quẽ cõtẽplabat pauloãte in forma dei formã, serui accepit, in similitudine hoĩum factus, & habitu inuẽt᷒ ut hõ, humiliauit se fact᷒ obediẽs usq̃ ad mortem. Et uerba Psalmi uoluit esse sua, in cruce pẽdẽs, & dicẽs, Deus meus, de᷒ me᷒, ut qđ me dereliq̃sti? Orat ergo in forma dei, orat in forma serui: ibi creator, hic creat᷒, creaturã mutãdã nõ mutatus assumẽs, & secũ nos faciẽs unũ hoiem, caput & corpus. Oramus ergo ad illũ, per illũ, in illo, & dicimus cũ illo & dicit nobiscũ. Cũ dicimus in illo, dicit in nobis Psalmi hui᷒ oroẽ, q̃ intitulat, Oĩo Dauid.) Quia dñs noster secũdũ carnẽ filius Dauid, secundũ uero diuinitatẽ dominus Dauid, & creator Dauid. Et nõ solũ ante Dauid, sed añ Abrahã, ex quo Dauid, sed & ante Adã, ex quo oẽs homines, sed & añ cœlũ & terrã, in quo ois creatura est. Nemo ergo cum audit hæc uerba, dicat, nõ xp̃s dicit, aut rursus dicat, nõ ego dico: imõ si se in xp̃i corpore agnoscit, utrunq̃ dicat, & xp̃s dicit, & ego dico. Nõ potes aliquid dicere sine illo, & dicit aliqđ sine te. Nonne habemus in Euãgelio, ubi certe scriptũ est, In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ, oĩa p ipsum facta sunt? Ibi certe habemus, Et cõtristat᷒ est Iesus, & fatigatus est Iesus, & dormiuit Iesus & esuriuit & sitiuit Iesus, & orauit, & pnoctauit in orãdo Iesus Pernoctabat, inqt, Ies᷒ & pstabat in orãdo, & globi sanguinis decurrebãt p corpus eius. Quid ostẽdebat q̃n per corpus orãtis globi sanguinis distillabãt, nisi quia corpus ei᷒ qđ est Ecclesia, martyrũ iam sanguine defluebat.

Marginal notes: Roma. 4. — Matth. 3. — Ioan. 1. — L — Philip. 2 — Psal. 21. — M — Ioan. 1. — Matt. 26 — Ioan. 4. — Matt. 8. — Luca. 22 — Luca. 22

A *Expositio Psalmi.*

Nclina dñe aurẽ tuã & exaudi me.) Ille ex
forma serui dicit, tu serue in forma dñi tui,
Inclina dñe aurẽ tuã. Inclinat aurẽ, si tu nõ
erigis ceruicem. Humiliato n. appropinquat, ab ex-
altato longe discedit, nisi quẽ ipse humiliatũ exalta
uerit. Inclinet ergo dñs aurẽ suam ad nos. Ille.n. sur-
sum est, nos deorsum. Ille.n. in altitudine, nos i hu-
militate, sed non relicti. Ostendit.n. dilectionẽ suã
deus in nobis: etenim cum adhuc peccatores esse-
Rom. 5. mus, Christus ꝓ nobis mortuus est: Vix.n. inquit,
pro iusto qs moritur, nam ꝓ bono forsitã quis an-
deat mori? Dñs autẽ noster pro impijs mortuus est.
Neq;.n. merita nostra præcesserãt, pro quibus filius
dei moreretur: sed magis quia nulla erant merita,
magna erat misericordia. Quàm certa ergo, q̃ firma
promissione seruat iustis uitam suam, q donauit in
iustis mortem suam? Inclina dñe aurem tuam & ex-
audi me. Quoniã egenus & inops ego sum.) Ergo
non inclinat aurem ad diuitem, sed ad inopẽ & ege
num inclinat aurem. i. ad humilem & ad confiten-
tem, ad indigentem misericordia, non ad saturatũ
B & extollentem se & iactãtem se, quasi nihil ei desit,
Luc. 18. & dicentem, Gratias tibi, qa non sum sicut publica
nus iste. Diues.n. pharisęus iactabat merita sua, in-
ops publicanus cõfitebatur peccata sua. Nec sic ac-
cipiatis fratres, qd dixi, ad diuitẽ non inclinat aurẽ
suã, tanq̃ non exaudiat deus eos, q habẽt aurum &
argentum, & familiã & fundos: si sic forte nati sunt
aut cũ lucrum rerum humanaꝝ tegent, tantum me
1. Tim. 6. minerint, qd ait Apostolus, pręcipe diuitibus huius
mundi non supbe sapere. Qui.n. non supbe sapiũt,
in deo pauperes sunt. Et pauperibus atq; inopibus
& egenis inclinat aurem suam. Norunt.n. spem suã
non esse in auro & argento, neq; in illis rebus qbus
ad tempus circumfluere uidentur. Sufficit ut diui-
tiæ non illos pdant, ut non obsint satis est, nam ꝓ-
desse nihil possunt. Planẽ ꝓdest opus misericordiæ
& in diuite & in paupe. in diuite ex uolũtate & ope,
in paupe ex sola uoluntate. Cum ergo talis est cõtẽ
nens in se quicquid est unde superbia solet inflare,
pauper dei est, inclinat illi aurẽ suam, nouit.n. cõtri
bulatũ cor eius. Certe fratres ille paup ante ianuã
C diuitis ulcerosus q iacebat, ab angelis sublatus est i
sinum Abrahę, sic legimus, sic credimus. Diues aũt
Luc. 16. ille q induebaẽ purpura & bysso, & epulabaẽ quoti
die splendide, ablatus est ad inferos ad tormenta.
Nunqd uere ille paup merito illius inopiæ ablatus
est ab angelis, diues aũt ille peccato diuitiaꝝ suarũ
ad tormẽta missus est? In illo paupe humilitas intel
ligiẽ honorificata, in illo diuite supbia dãnata. Bre-
uiter ꝓbo, qa non diuitiæ, sed superbia in illo diui-
Ibidem. te cruciabaẽ. Certe ille pauper i sinum Abrahę sub-
latus est. De ipso Abrahã dicit scriptura, quia hẽbat
hic plurimũ auri & argenti, & diues fuit in terra. Si
quis diues est, ad tormenta rapitur, quõ Abraham
præcesserat pauperẽ, ut ablatum in sinum suũ susci
Gen. 28. peret? Sed erat Abrahã in diuitijs paup, humilis, tre
mens omnia pręcepta & obaudiẽs. Vsqueadeo aũt
pro nihilo habebat illas diuitias, ut iussus á dño fi-
liũ suũ immolaret, cui seruabat diuitias. Discite er-
go esse inopes & paupes, siue q habetis aliqd in isto
seculo, siue q non habetis. Nam & hoiem mendicũ
inuenitis superbientem, & hominem superabũdan
tem diuitijs inuenitis cõfitentem. Resistit deus su-
perbis & holosericatis & pannosis, humilibus autẽ *Iacob. 4.*
dat gratiã: & habentibus aliquã substãtiã huius se- D
culi, & nõ habẽtibus interior inspector est deus. Ibi
appẽdit, ibi examinat: staterã dei nõ uides, cogita-
tio tua in illã leuaẽ. Videte qa meritũ exauditionis
suę. i. quo exaudireẽ in eo posuit, ut diceret. Quoniã
egenus & inops ego sum. Obserua ne nõ sis egenus
& inops: si nõ fueris, nõ exaudieris. Quicqd est cir-
ca te uel in te unde possis ꝓsumere, abijce á te, & to
ta ꝓsumptio tua deus sit: illius indigẽs esto, ut in ip
so implearis. Quicqd.n. aliud habueris sine ipso la-
tius, inanis eris. Custodi animam meam qm̃ san
ctus sum.) Hoc uero, qm̃ sanctus sum, nescio utrum
potuerit forte alius dicere nisi ille qui sine peccato
erat in hoc mundo, peccatoꝝ omnium non cõmis
sor, sed dimissor. Agnoscamus uocem dicentis, qm̃
sanctus sum, custodi animam meã, utiq; in illa for-
ma serui quã assumpserat. Ibi.n. caro, ibi & anima.
Neq;.n. ut nõnulli dixerunt, caro sola erat & uerbũ:
sed & caro & anima & uerbũ, & totũ hoc unus fili⁹
dei, unus Xp̃s, unus saluator, in forma dei æqualis
p̃ri, in forma serui caput Ecclesiæ. Ergo qm̃ sanctus E
sum cũ audio, uocẽ ei⁹ agnosco, & hic separo meã.
Certe inseparabiliter a corpore suo loquiẽ cũ sic lo
quiẽ. Et audebo ego dicere, qm̃ sanctus sum? Si san-
ctus tanq̃ sanctificans, & nullo sanctificante indi-
gens, supbus & mẽdax: si autem sanctus sanctifica-
tus, secundum id qd dictũ est, Sãcti estote, qm̃ ego *Leuit. 19.*
sanctus sum: audeat & corpus Xp̃i, audeat & unus *Psal. 60.*
ille homo clamans á finibus terræ, cum capite suo
& sub capite suo dicere, sanctus sum. Accepit.n. gra
tiam sanctitatis, gratiã baptismi & remissionis pec-
catoꝝ. Et hæc quidem fuistis, ait Apostolus, enume *1. Cor. 6.*
rans multa peccata, & leuia & grauia, & usitata &
horribilia: Et hæc qdem fuistis, sed abluti estis, sed
sanctificati estis. Si ergo sanctificatos dicit dicat &
unusqsq; fideliũ, sanctus sum. Nõ est ista supbia ela
ti, sed cõfessio nõ ingrati. Si.n dixeris te sanctũ esse
ex te, supbus es: rursus fidelis in Xp̃o, & membrum
Xp̃i, si te non dixeris esse sanctum, ingratus es. Ar-
guens.n. supbiã Apostolus, non ait, non habes: sed
ait, Quid.n. habes quod non accepisti? Non argue- *1. Cor. 4.*
baris, qa dicebas te hr̃e quod non habebas: sed qa
ex te tibi uolebas esse quod habebas. Imò & hr̃e te F
agnosce, & ex te nihil hr̃e, ut nec superbus sis, nec in
gratus. Dic deo tuo, Sanctus sum, quia sanctificasti
me: qa accepi, nõ quia habui: quia tu dedisti, nõ qa
ego merui. Etenim ex alio latere incipis iniuriã face
re ipsi dño nostro Iesu Christo. Si.n. Christiani oẽs
& fideles & baptizati in illo ipsum induerunt: sicut
Apostolus dicit, Quotquot in Xp̃o baptizati estis, *Gal. 3.*
Christum induistis: si membra sunt facti corporis
eius, & dicũt se sanctos nõ esse, capiti ipsi faciunt in
iuriã, cuius mẽbra sancta sunt. Iam uide ubi sis, &
de capite tuo dignitatẽ cape. Etenim eratis aliqñ te *Ephe. 5.*
nebræ, nunc aũt lux in dño: Fuistis aliqñ, inquit, te
nebræ, sed nunqd tenebræ remansistis? Ad hoc illu
minator uenit ut & tenebræ remaneretis, an ut in il
lo lux fieretis? Ergo dicat & unusqsq; Christianus,
imò dicat totum corpus Xp̃i, clamet ubiq; patiens
tribulationes, diuersas tentationes & scãdala innu-
merabilia, dicat, Custodi aiam meam, qm̃ sanctus
sum. Saluũ fac seruũ tuum deus meus sperantẽ in
te.) Ecce ille sanctus non est supbus, quia sperat in
dño. Miserere mihi domine, quoniam ad te cla-

G mavi tota die.) Non una die, tota die, omni tempore intellige: ex quo corpus xpi gemit in pressuris usq; in finem seculi quo transeunt pressurae, gemit iste homo & clamat ad deū, & unusquisque nostrū pro portione habet clamorē suū in toto isto corpore. Clamasti tu diebus tuis, & transierūt dies tui: successit tibi alius, & clamauit dieb' suis, & tu hic, ille alibi: corpus xpi tota die clamat, sibi decedētib' & succedētibus mēbris. Vnus homo usq; ad finē seculi extenditur. Eadē mēbra Christi clamāt, & quædā membra iam in illo requiescunt: quędam non† clamant, quędam uero cum ipsi nos requieuerim' clamabūt, & post illa alia clamabunt. Totius corporis xpi hic attēdit uocē, dicētis Ad te clamaui tota die, Caput aurē nostrū ad dex'e. a patris interpellat pro nobis. Alia membra recepit, alia flagellat, alia mūdat, alia consolatur, alia creat, alia uocat, alia reuocat, alia corrigit, alia redintegrat. Iocūda aiam serui tui, qm ad te domine aiam meam leuaui.) Iocūda eam, qa ad te leuaui eam. In terra enim erat, & in terra amaritudinē sentiebat: ne in amaritudine contabesceret, ne omnē tuæ gratiæ suauitatē amitteret, leuaui ad te, iocunda eam apud te. Solus. n. tu es iocunditas, amaritudine plenus est mūdus. Certe recte admonet mēbra sua ut sursum corda habeāt. Audiāt ergo & faciāt, leuent ad cœlū quod male est in terra. Ibi enim non putrescit cor, si leuet ad deū. Frumentū si haberes in inferioribus, ne putresceret leuares ad supiora: frumēto tuo quęris mutare locū, & cor pmittis in terra putrescere? Frumentū leuares in superiora, cor leua in cœlū. Et unde, inqs, possum? Qui funes, q̄ machinę, q̄ scalę opus sunt? Gradus affectus sunt, iter tuū uoluntas tua est. Amādo ascēdis, negligendo descēndis. Stās in terra, in cœlos es si diligas deum. Non. n. sic leuatur cor quō leuatur corpus. Corpus ut leuetur locū mutat, cor ut eleuetur uoluntatem mutat. Qm̄ ad te domine animā meā leuaui. Quia tu domine suauis es ac mitis.) Ideo iocūda. Tāquā tædio affectus ex amaritudine terrenorū indulcari uoluit, & quęsiuit fontem dulcedinis, & in terra non inuenit. Quacūq;. n. se uertebat, scandala, tribulatiōes, timores, tētationes inueniebat. In quo hoie securitas? De quo certū gaudiū? Nec de seipso utiq;, quanto magis de alio? Aut mali sunt, & necesse ē eos pati, sed sperare, qa mutari pñt. Aut boni sūt, & sic eos oportet diliger ut timeam', qa pñt mutari ne mali sint. Ibi malitia eorū facit amaritudinē aiæ, hic solicitudo & timor ne labatur qui bene ambulat. Quocūq; ergo cor se cōuerterit in terrenis rebus, amaritudinē inuenit: unde dulcescat non habet, nisi leuet se ad deum. Quoniā tu domine suauis & mitis. Quid est mitis? Portas me, donec pficias me. Vere. n. fratres mei dicam tanquā homo in hoibus, & ex hominibus: fe at quisq; cor suū, & inruecat se sine adulatione, & sine palpatione. Nihil est. n. stultius, q̄ si seipsum quisq; palpet atq; seducat. Attēdat ergo & uideat quāta aguntur in corde humano, quemadmodum ipsæ plerunq; orationes impediantur uanis cogitationibus, ita ut uix stet cor ad deū suū, & uult se tenere ut stet, & quodāmodo fugit a se, nec inuenit cancellos qbus se includat, aut obices quosdā qbus retineat auolatiōes suas, & uagos quosdā motus, sed stet iocūdari a deo suo. Vix ē ut occurrat talis oratio inter multas orones. Dicere unusqsque sibi côngere, & alteri nō contingere, nisi inuenirem' in scripturis dei Dauid orante quodā in loco, & dicentē, Quoniā inueni dñe cor meum ut orarē ad te. Inuenire se dixit cor suū, quasi soleret ab eo fugere, & ille sequi quasi fugitiuū, & nō posse comprehēdere & clamare ad dñm, Quoniā cor meum dereliquit me. Itaque fratres mei attendens qd hic ait, Suauis es tu: & mitis: uideor mihi uidere hic quod ait mitis: Iocunda aiam serui tui, quoniam ad te domine leuaui animā meā, qm̄ tu suauis & mitis es: uideor mihi uidere ad hoc dixisse mitē deū, quia patiē ista nostra, & expectat tamen a nobis orationē, ut perficiat nos: & quādo illi eam dederimus accipit grate & exaudit, nec meminit tantas qs incondite fundimus, & accipit unā quā uix inuenimus. Quis. n. est fratres mei homo cū quo si amicus eius cœpit colloq;, & noluerit ille rńdere collocutioni eius, & uiderit eum auerti a se, & aliud loq ad aliū, qs hoc ferat? Aut si forte interpellas iudicē, & cōstituas eū loco ut te audiat, & subito cū ad eū loqris, dimittas eū, & incipias fabulari cū amico tuo, qn te tolerat? Et tolerat deus tot corda precantium, & diuersas res cogitantiū, omitto dicere & noxias, omitto dicere aliqn puersas & inimicas deo, ipsas sup̄fluas cogitare iniuria est eius cum quo loq cœperas. Oratio tua locutio est ad deū. Quando legis, deus tibi loqtur: qn oras, cum deo loqueris. Sed quid? Desperandū est de genere humano, & dicendū iā ad dānationē pertinere oēm hoiem cui surrepserit aliqua cogitatio oranti, & interruperit orationem ipsius? Si hoc dixerimus fratres, quæ spes remaneat nō uideo. Porrò qa ē aliqua spes ad deū, qa magna est eius misericordia: dicamus ei, Iocunda aiam serui tui, quoniā ad te dñe aiam meam leuaui. Et quōmodo eam leuaui? Quomodo potui, quomodo tu uires dedisti. Quomodo eam fugientem apprehendere ualuit, & excidit tibi? Quia quotiescunq; añ me stetisti, puta deū dicere, tanta uana & sup̄flua cogitasti, & uix mihi fixam & stabilē orationem fudisti. Quia tu suauis es dñe ac mitis. Mitis es, tolerās me. Ex ægritudine defluo, cura & stabo: cōfirma, & firmus ero. Donec aūt facias, toleras me, qa tu suauis es dñe & mitis. Et multū misericors.) Non enim solum misericors, sed & multū misericors. Abūdat enim iniqtas nostra, abundat & tua misericordia. Et multū misericors es: Omnibus inuocātib' te.) Et quid est quod dicit multis locis scriptura, Quia inuocabunt, & nō exaudiam eos? Certe misericors oibus inuocantibus se, nisi quia quidā inuocātes, nō ipsum inuocāt: de qbus dicitur, Deū nō inuocauerunt, Inuocant, sed nō deū. Inuocas qcqd amas, inuocas qcqd in te uocas, inuocas qcqd uis ut ueniat ad te. Porrò si deū propterea inuocas ut ueniat ad te pecunia, ut ueniat ad te hæreditas, ut ueniat ad te secularis dignitas, illa inuocas q̄ uis ut ueniāt ad te: sed deū tibi adiutorē ponis cupiditatū, nō exauditorē desideriorū. Deus bonus si der qd uis: qd, si male uis? Nōne erit tibi magis nō dando misericors? Porro si nō dederit, iā nihil tibi de'ē: & dicis, Quātum rogaui, & sæpe rogaui, & non sum exauditus. Quid. n. petebas? Forte mortem inimici tui. Quid si & ille petebat tuam? Qui te creauit, ipse & illū, hō es, homo est et ille, deus autem iudex ē: audit ābos, sed ñ exaudit ambos. Tristis es, qa nō es exauditus cōtra illum, gaude qa nō est exaudit'

Marginal notes: †al. nō (beside "bra iam in illo"); Roma. 8. (beside "aurē nostrū"); H (beside "ret, ne omnē"); Iohel. 2. (beside "ritudine terrenorū"); I (beside "gaudiū?"); K (beside "gere, & alteri"); 2. Reg. 7 (beside "Quoniā inueni"); Psal. 30 (beside "& clamare ad dñm"); L (beside "tas eū, & incipias"); M (beside "es dñe & mitis"); Prouer. 1 (beside "inuocabunt"); Psal. 52. (beside "nō ipsum inuocāt"); Sapien. 4 (beside "audit ābos").

A contra te. Ego, inqs, nõ hoc petebã, nõ inimici mei
petebã mortẽ, sed uitã petebam filij mei. Quid ma-
li petebã? Nihil mali petebas, sicut tu sentiebas: nã
qd si ille raptus est, ne malitia mutaret intellectum
illius? Sed peccator, inqs, erat, & ideo uolebã eũ ui-
uere ut corrigeret. Tu uolebas eũ uiuere, ut melior
esset, qd si deus nouerat si uiueret peiorẽ futurum?
Vnde ergo nosti qd illi ꝓdesset, mori an uiuere? Si
ergo non nosti, redi ad cor tuũ, dimitte deo cõsiliũ
suũ. Quid ergo, inquis, faciã? Quid orẽ? Quid ores?
Quod te docuit dñs, quod te docuit cœlestis ma-
gister. Inuoca deũ tanquã deum, ama deũ tanquã
Psal. 26. deũ. Illo melius nihil est, ipsum desidera, ipsũ con-
cupisce. Vide inuocantẽ deũ in alio psalmo, Vnam
petij a dño hanc requiram. Quid est quod petit? Vt
inhabitẽ in domo dñi p omnes dies uitæ meæ. Vt
quid hoc? Vt contẽpler delectationem domini. Si
ergo amator dei eẽ uis, syncerissimis medullis ca-
stisq́ suspirijs ipm dilige, ipsum ama, illi flagra, illi
inhia quo iocudi⁹ nihil inuenis, quo meli⁹, quo læ-
B tius, quo diuturni⁹. Quid. n. tã diuturnũ, quam id
quod est sempiternũ? Non times ne aliqñ à te peat,
qui facit ne tu pereas. Si ergo tu inuocas deum tan
quam deũ, securus esto, exaudiris, ptines ad istum
uersum, Et multũ misericors oĩbus inuocantibus
te. Noli ergo dicere, Illud mihi ñ dedit. Redi ad cor
tuũ, & cõscientiã tuã libra, interroga, parcere illi no
li. Si uere deũ inuocasti, cert⁹ esto qa id forte quod
uolebas tẽporaliter, ideo non dedit, qa nõ tibi ꝓ-
Acto. 9. derat. Aedificetur in hoc cor uestrũ fratres, cor chri
stianũ, cor fidele, ne icipiatis tristes facti uelut fraus
dati desiderijs uestris, ire in indignationem cõtra
deũ, & nõ expediat aduersus stimulũ calcitrare. Re
currite ad scripturas. Exaudit diabolus, & nõ exau
Matt. 8. ditur Apostolus. Quid uobis uidetur, qũo exau-
Iob. 1. diunt dæmones? Petierunt se ire in porcos, & cõces
sum est eis. Qũo exauditus est diabolus? Petijt Iob
2. Cor. 12 tentandũ, & accepit. Quomodo non est exauditus
Apostol⁹? In magnitudine, inqt, reuelationũ ne ex-
tollar, datus est mihi stimulus carnis meæ angel⁹ sa
tanæ, q me colaphizet, ꝓpter quod ter dominũ ro-
C gaui ut auferret eũ à me, & dixit mihi, Sufficit tibi
grã mea, nã uirtus in ĩfirmitate pficitur. Exaudiuit
eũ quẽ disponebat dãnare, & nõ exaudiuit eũ quẽ
uolebat sanare. Nam æger petit multa à medico, nõ
dat medicus, non exaudit ad uoluntatẽ, ut exau-
diat ad sanitatẽ. Ergo medicũ tuũ pone deũ, pete
ab illo salutẽ, & salus tua ipse erit, Non quasi salutẽ
extrinsecus, sed ut salus ipse sit, Ne rursus ames aliã
Psal. 34. salutẽ pter ipsum, sed qũo habes in psalmo, Dic a-
nimæ meæ salus tua ego sum. Quid ad te, quid tibi
dicat, ut se tibi det? Vis ut det se tibi? Quid si qd uis
habere non uult ipse ut habeas, ut se tibi det? Impe
dimenta remouet, ut intret ad te. Bona cogitate &
cõsiderate fratres q̃ dat deus peccatorib⁹, & hic in-
telligite qd seruet seruis suis. Peccatorib⁹ blasphemã
tibus cũ quotidie dat cœlũ & terrã, dat fontes, fru-
ctus, salutẽ, filios, copias, ubertatẽ. Hæc omnia bo-
na nõ dat nisi deus. Qui talia peccatoribus dat, qd
eũ putas seruare fidelib⁹ suis? Hoc ne de illo sentien
dũ ẽ, qa q talia malis dat, nihil seruat bonis? Imo ue
ro seruat, nõ terrã, sed cœlũ. Vilius forte aliquid di
co cum dico cœlũ, sed seipsum qui fecit cœlũ. Pul-
chrũ est cœlũ, sed pulchrior ẽ fabricator cœli. Sed
uideo cœlũ, & illũ nõ uideo. Oculos enim habes
ad uidendũ cœlũ, cor nondum habes ad uidendũ D
fabricatorẽ cœli. Ideo uenit de cœlo in terram, ut
mundet cor quo uideatur, q fecit cœlũ & terrã. Sed
planẽ cum patientia salutẽ expecta: Quibus te me
dicamẽtis curet, ille nouit: qbus sectionibus, qbus
ustionibus, ille nouit. Tu tibi ægritudinẽ cõpara-
sti peccando, ille uenit nõ solũ fouere, sed & secare
& urere. Nõ uides quanta hoies patiant sub medi-
corũ manibus, spem incertã hominu promittẽtiũ?
Sanaberis dicit medic⁹, sanaberis si secuero. Et ho-
mo dicit, & homini dicit. Nec q dicit cert⁹ est, nec q
audit: q ille dicit homini, q nõ fecit hoiem, & non
pfecte scit qd agatur in homine: & tamen ad uerba
hominis plus nescientis qd agatur i homine credit
homo, subdit membra, ligari se patitur, aut plerun
que ẽt nõ ligatus secatur & urit: & accipit forte sa-
lutẽ paucoꝝ dierum, iam sanatus quãdo moriatur
ignorans, & fortasse dũ curatur moritur, & fortasse
curari nõ poterit. Cui aũt promisit deus aliquid,
& fefellit? Auribus infige dñe orationem meam.)
Magnus orantis affectus. Auribus infige dñe ora-
tionẽ meam: id est, nõ exeat de auribus tuis oratio E
mea, fige illã ibi in auribus tuis. Qũo parturiuit ut
figeret orationẽ suam in auribus dei? Respondeat
deus, & dicat nobis, Vis figã orationem tuã in auri
bus meis? Fige in corde tuo legem meã. Aurib⁹ infi-
ge dñe orationem meam. Et intende uoci oratio-
nis meæ. In die tribulationis meæ clamaui ad te qñ
exaudisti me.) Causa ut exaudires me, quia in die
tribulationis meæ clamaui ad te. Paulò antè dixe-
rat, Tota die clamaui, tota die tribulat⁹ sum. Nullus
ergo xpianus dicat esse diẽ, quo nõ sit tribulatus,
Totã diẽ, totũ tẽpus intelligimus. Tota die tribu-
latur. Quia ergo tribulatio est, & qñ bene est, utiq̃
tribulatio. Vñ tribulatio? Quia quãdiu in corpore
sumus, pegrinamur à dño. Quodlibet hic abũdet, 2. Cor. 5.
nondũ sumus in illa pria quo redire festinam⁹. Cui
peregrinatio dulcis est, nõ amat priam. Si dulcis est
patria, amara est pegrinatio: Si amara peregrinatio,
tota die tribulatio. Qñ non est tribulatio? Quan-
do in patria delectatio. Delectatiões in dextera tua
usq̃ in finẽ. Implebis me lætitia, ait, cũ uultu tuo, ut
contẽpler delectationẽ domini. Ibi transiet labor Esa. 35.
F & gemit⁹: ibi nõ oratio, sed laudatio. ibi hallelu ia,
amen, ibi uox cõsona cũ angelis, ibi uisio sine defe
ctu, & amor sine fastidio. Quandiu ergo nõ ibi, ui-
deris qa nõ in bono. Sed abundant oĩa. Abundent
oĩa, uide si securus es qa non pereunt oĩa. Sed ha-
beo quod non habebã, accessit pecunia quæ nõ e-
rat. Forte accessit & timor q nõ erat: Forte tanto se-
curior eras, quãto pauperior. Postremò sint copiæ,
redũdet affluentia huius seculi, det securitas qd nõ
pereat, Dicat deus desup, æternus in his eris, æterna
tecũ erunt ista, sed meã faciem non uidebis. Nemo
carnẽ cõsulat, spiritũ consulite, Respondeat uobis
cor uestrum, rñdeat, spes, fides, charitas, quæ in uo-
bis esse cœperunt. Ergò ne si acceperimus securita
tem nos i affluẽtia bonoꝝ secularũ semp futuros,
& diceret nobis deus, Faciẽ meã nõ uidebitis, gau-
derem⁹ i illis bonis? Eligeret forte aliqs gaudere &
dicere, Abũdãt mihi ista bene mihi ẽ, nihil ampli⁹
quæro nondũ cœpit esse amator dei, nondũ cœpit
suspirare tanq̃ peregrinus. Absit absit, Recedãt om
nia seductoria, recedãt blandimenta falsa, recedãt
ea q̃ nobis quotidie dicũt, Vbi est deus tuus? Effun Psal. 41.

G damus ſup nos animã noſtrã,cõfiteamur i lachry-
mis,gemamus in confeſsionibus,in miſeriis ſuſpi-
remus. Quicqd nobis adeſt ṕter deũ noſtrũ,nõ eſt
dulce,Nolumus oia q̃ dedit,ſi non dat ſeipſum q
omnia dedit. Auribus inſige domine orationem
meã,& intende uoci orationis meæ. In die tribula
tionis meæ clamaui ad te,quoniam exaudiſti me.
Non eſt ſimilis tibi in diis domine.) Et qd dixit?
Non eſt ſimilis tibi in dijs dñe. Fingant ſibi deos
quos uolunt Pagani,adducant ſabros argẽtarios,
aurifices,expolitores,ſculptores,faciãt deos. Qua-
les deos?Oculos hñtes & nõ uidẽtes:& cętera q̃ di
Pſal. 95. cit Pſalmus cõſequẽter.Sed iſta nõ colimus ait,nõ
colim⁹,hęc ſigna ſunt.Et qd colitis:Aliud aliqd pe
ius,quoniam dij gẽtiũ dęmonia.Et qd? Nec dęmo
nia,inqũt,colimus.Planè nihil aliud habetis i tẽ-
plis,nihil aliud implet uates ueſtros, q̃ demoniũ.
Sed quid dicitis?Angelos colim⁹,angelos habem⁹
deos.Non planè noſtris.Angelos Angeli .n.unum
Apoca 19 deũ colunt,nec fauent hoĩbus q uolũt colere an-
H gelos & nõ deum.Nã inuenimus honoratos ange-
Pſal. 81. los prohibentes hoies ne ſe adorarẽt,ſed uerũ deũ.
Sed angelos dicãt,hoĩs dicant,quia dictũ eſt, Ego
dixi dij eſtis,& filij altiſsimi oẽs:Nõ eſt ſimilis tibi
in dijs dñe.Quodlibet aliud cogitet homo, nõ eſt
ſimile qđ factũ eſt illi qui fecit.Excepto deo quic-
quid aliud eſt in uatura rerũ,factũ eſt à deo.Quã-
tum intereſt inter eũ,q fecit, & illud quod factum
eſt,qs digne cogitet?Iſte ergo dixit, Nõ eſt ſimilis
tibi in diis dñe.Quantum aũt ſit diſsimilis deus,
non dixit,qa dici non poteſt.Intendat charitas ue
ſtra,Deus ieffabilis eſt,Facilius dicimus qd nõ ſit,
q̃ quid ſit.Terram cogitas,non eſt hoc deus: mare
cogitas,nõ eſt hoc deus.Oia quę ſunt i terra hoies
& animalia,non eſt hoc deus.Omnia quæ ſunt in
mari,quę uolant per aerem,nõ eſt hoc deus. Quic
qd lucet in cœlo,ſtellæ,ſol & luna,nõ eſt hoc de⁹.
Ipſum cœlũ,nõ eſt hoc deus.Angelos cogita, uirtu
1. Cor. 2 tes,poteſtates,archangelos,thronos,ſedes, dñatio
nes,nõ eſt hoc deus Et quid eſt hoc?Solũ potui di
cere,quid nõ ſit.Quęris qd ſit?Quod oculus nõ ui
dit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit.
Quid quęris ut aſcẽdat in linguã,quod in cor nõ
aſcendit?Nõ eſt ſimilis tibi in diis domine. Et nõ
eſt ſecũdũ opera tua.Oẽs gentes quotquot feciſti
uenient & adorabunt corã te domine.) Anunciãt
Eccleſiam omnes gẽtes quotquot feciſti. Si eſt gẽs
quam non fecit deus,nõ adorabit eũ.Nulla eſt aũt
gens quam non fecit deus,qa fontem omnium gẽ
tium Adã & Euã fecit deus,inde ꝓpagatę ſunt om
nes gentes.Omnes ergo gẽtes fecit deus. Oẽs ergo
gentes quotquot feciſti uenięt & adorabũt corã te
domine.Quando dictũ eſt?Qñ coram eo non a-
dorabãt,niſi pauci ſancti i uno populo Hebręorũ,
tunc dictũ eſt hoc,& modo uidet quod dictũ eſt,
Oẽs gẽtes quotquot feciſti uenięt & adorabũt co
rã te domine.Quando dicebant hęc,nõ uideban-
tur & credebãtur.Quãdo uidẽtur, quare negãtur?
Omnes gẽtes quotquot feciſti uenięt & adorabũt
corã te domine. Et glorificabunt nomen tuum.
Quoniã magnus es tu,& faciẽs mirabilia,tu es de⁹
ſolus magn⁹.) Nemo ſe dicat magnũ.Futuri erãt q
ſe dicerent magnos.Cõtra hos dicit,Tu es deus ſo
lus magnus.Nam quid magnũ dicitur,deo qa ipſe
eſt ſolus deus magnus?Quis hoc neſcit, qa ipſe eſt

deus magnus?Sed qa futuri erãt qui ſe dicerẽt ma- K
gnos,& deum facerent paruũ,cõtra illos dicit, Tu
es ſolus deus magnus.Etenim qđ tu dicis implet,
nõ quod illi dicũt,q ſe dicũt magnos. Quid dixit
deus per ſpiritum ſuum?Oẽs gentes quotquot feci
ſti uenięt & adorabunt coram te dñe.Quid dicit,
neſcio quis,qui ſe dicit magnũ?Abſit Non adorat
deus in omnibus gẽtibus,Perierũt oẽs gẽtes, ſola
Aphrica remãſit.Hoc tu dicis qui te dicis magnũ,
aliud dicit q eſt ſolus deus magnus. Quid dicit,q
eſt ſolus deus magnus?Oẽs gẽtes quotquot feciſti
uenient & adorabũt coram te dñe. Video qđ dixit,
ſolus deus magn⁹,taceat homo falſo magnus.Ideo
fallaciter magnus,qa dedignatur eſſe paruus.Quis
paruus eſſe dedignatur?Iſte qui hoc dicit. Quicunq Matt. 20
uult inter uos maior eſſe,dixit dñs, erit ueſter ſer-
uus.Ille ſi ſeru⁹ uellet eſſe fratrũ ſuorũ, nõ eos ſe-
pararet à matre ipſorũ.Sed cũ uult eſſe magnus, &
nõ uult eſſe ſalubriter paruus,deus qui ſupbis reſi Iacob. 4.
ſtit,humilibus aũt dat gratiã,quia ſolus ẽ magn⁹,
implet omnia q̃ prædixit, & contradicit maledicẽ
tibus. xp̃o enim tales maledicunt qui dicunt, quia
perit Eccleſia de toto orbe terrarũ,& remãſit in ſo L
la Aphrica.Si diceres illi,perdes uillã tuã, forte nõ
à te temperaret manum,& dicis Chriſtũ perdidiſſe
hæreditatẽ ſuam redẽptã ſanguine ſuo? Quã aũt
faciat iniuriã uidete fratres:ſcriptura dicit, In lata Prouer. 14
gente gloria regis,in diminutione populi cõtritio
pricipis.Ergo hãc iniuriã facis xp̃o,ut dicas popu
lum eius ad iſtã exiguitatẽ diminutũ.Ideo natus
es,ideo Xp̃ianum te dicis,ut inuideas glę Chriſti,
cuius ſignum te in fronte portare aſſeris, & de cor
de perdidiſti?In lata gente gloria regis. Agnoſcere
regẽ tuũ,Da illi gloriã,da illi latã gentẽ. Quam la
tã gẽtẽ dabo,inquis?Noli ex tuo corde dare,& re-
cte dabis. Vnde do,inquies?Ecce hinc da, Oẽs gẽ
tes quotquot feciſti,uenięt & adorabũt corã te do
mine.Dic hoc,confitere hoc,& dediſti latam gẽtẽ,
quia omnes gẽtes in uno,una ipſa eſt unitas. Qũo
enim Eccleſia & Eccleſiæ,Illę Eccl'ie q̃ Eccleſia, ſic
illa gens quę gentes.Antea gentes, multę gentes,
modo una gẽs.Quare una gẽs?Quia una fides, qa
una ſpes,qa una charitas qa una expectatio.Poſtre
mo quare nõ una gẽs,ſi una patria?Patria cœleſtis M
eſt,patria Hieruſalẽ,eſt quiſquis inde ciuis nõ eſt,
ad iſtam gentẽ nõ pertinet.Quiſqs autem inde ci-
uis eſt,in una gente dei eſt,Et hęc gens ab Oriẽte i
Occidentẽ,ab aquilone & mari diſtenditur p qua
tuor partes totius orbis.Hoc deus dicit, Ab oriẽte
& Occidẽte,ab aquilone & mari date gloriã deo.
Hoc ṕdixit,hoc impleuit qui ſolus eſt magn⁹. Deſi
nat ergo,hoc dicere cõtra ſolũ magnũ, qui noluit
eſſe paruus,qa nõ poſſunt eſſe duo magni, deus &
Donatus. Deduc me dñe in uia tua,& ambulabo
ĩ ueritate tua.) Via tua,ueritas tua,uita tua,xp̃s, Er
go corpus ad illũ,& corpus de illo.Ego ſum uia & Ioan. 14.
ueritas & uita,Deduc me dñe i uia tua.In qua uia?
Et ambulabo i ueritate tua.Aliud eſt ut ducat ad
uiã,aliud ut deducat i uia.Vide hoies ubiq; paupe
res,ubiq; adiutorio egentes.Qui pręter uiam ſunt,
Xp̃iani non ſunt,aut catholici nodũ ſunt deducã-
tur ad uiã.Sed cum perducti fuerint ad uiam, & ca
tholici in Xp̃o facti fuerint, ab ipſo.deducantur in
ipſa uia ne cadant.Certe iã ambulãt in uia.Deduc
me dñe in uia tua. Certe iã in uia tua ſum, deduc
me

A me ibi,& ambulabo in ueritate tua. Deducente te,
nõ errabo,si dimiseris errabo. Ora ergo ut nõ te di
mittat,sed usq; in finẽ deducat. Quõ deducit? Sem
per monendo,semp dando tibi manũ suã. Et bra-
Esa. 53 chium dñi cui reuelatum est? Dãdo n. Xp̃m suum,
dat manum suam. Dando manum suam, Christũ
suum dat. Ad uiam ducit pducendo ad Christum
suũ. In uia deducit,deducendo in Christo suo. Xp̃s
autẽ ueritas. Deduc me ergo domine in uia tua, &
ambulabo in ueritate tua In illo utiq; qui ait, Ego
Ioan. 14 sum uia & ueritas & uita. Nã q in uia & ueritate de-
ducis,quo nisi ad uitã pducis? Deducis ergo i illo,
& ad illũ. Deduc me dñe in uia tua, & ambulabo
in ueritate tua. Iocundetur cor meũ ut timeat no-
men tuum.) Ergo timor in iocunditate est. Et quõ
iocunditas,si timor? Nõne timor amarus solet eẽ?
Erit ergo aliquando iocunditas sine timore,mõ io
cunditas cũ timore Nondum est .n. plena securi-
tas,nec perfecta iocunditas. Si nulla iocũditas,defi
cim⁹: Si plena securitas,male exultamus. Ergo & io
B cũditatẽ aspergat,& timorẽ incutiat,ut de dulcedi
ne iocũditatis pducat nos ad sedẽ securitatis. Dan-
do timorẽ non nos faciat male exultare & recede-
Psal. 2 re de uia. Ideo sic dicit Psalm⁹, Seruite dño in timo
re,& exultate ei cũ tremore. Sic & Apostolus Paul⁹
Psal. 2 dicit, Cum timore & tremore uestrã ipsorũ salutẽ
operamini. Deus.n. est qui opatur in uobis. Quic-
quid ergo prosperũ uenit fratres, magis metuendũ
est, Quæ putatis prospera,magis tentationes sunt.
Venit hæreditas,uenit copia rer̃,abũdat circũfluẽ
tia nescio cuius fœlicitatis,tentationes sunt istæ,ca
uete ne uos ista corrũpant. Quicquid ẽt prosper̃ ẽ
secundũ Christũ, & germana charitatem Christi,
Si forte lucratus es uxorem tuam quæ fuit in parte
Donati: si forte crediderunt filij tui q fuerunt Paga
ni: si forte lucratus es amicũ tuũ,q te uolebat sedu
cere ad theatrũ,& tu eũ deduxisti ad Ecclesiam. si
forte cõtradictor nescio quis inimicus tuus,& rabi
de sæuiens,deposita illa rabie factus est mitis,& a-
gnouit deũ,nec oblatrat aduersũ te,sed clamat te-
cũ aduersus malũ,ista iocũda sunt. Vñ.n. gaudem⁹,
si de his nõ gaudemus? Aut q̃ sunt alia gaudia nr̃a,
C nisi ista? Sed qa abundãt & tribulationes & tẽtatio
nes & dissensiones,& schismata & cetera mala, sine
qbus non põt esse hoc seculũ,donec trãseat iniqui
tas,exultatio illa nõ nos faciat securos,sed ita iocũ
det cor nostrũ ut timeat nomẽ dñi, ne aliũde iocũ
det,aliunde feriat. Securitatẽ nõ expectetis in pere
grinatione,qñ hic illã uoluerimus,uiscum erit cor
poris,non securitas hominis Iocundetur cor meũ
ut timeat nomen tuum. Confitebor tibi dñe deus
meus in toto corde meo,& glorificabo nomẽ tuũ
in æternum. Quoniã misericordia tua magna ẽ su-
per me,& eruisti animam meam ex inferno inferio
ri.) Quod dicimus fratres,hoc si non uobis tãquã
certus exposuero,ne succenseatis, Homo.n. sum, &
quantũ conceditur de scripturis sanctis, tm̃ audeo
dicere, nihil ex me. Infernũ nec ego expertus sum
adhuc,nec uos, Et fortassis alia uia erit, & nõ p in-
fernũ erit. Incerta sunt.n. hæc. Verũ quia dicit scri-
ptura cui contradici non põt. Eruisti animã meã
ex inferno inferiori. Intelligimus tanquã duo infer
na esse,superius & inferius. Nã unde infernum in-
ferius nisi qa est infernũ superius? Aliud non dice-
retur inferius nisi in comparatione illius supioris

partis. Videtur ergo fratres eẽ quædã habitatio cœ D
lestis angelor̃,ubi uita ineffabiliũ gaudiorum,ubi
imortalitas & incorruptio,ubi omnia scdm dei do
num ad gratiã permanentia, Illa pars rerũ superna
est. Si ergo illa superna est,hæc terrena ubi caro &
sanguis,ubi corruptibilitas,ubi natiuitas & morta
litas,ubi decessio atq; successio,ubi mutabilitas &
incõstãtia,ubi timores,cupiditates,errores †lætitiç †al. hor-
incertæ,spes fragilis,caduca substãtia, puto qa oĩs rores.
ista pars nõ põt cõparari illi cœlo, de quo loq̃bar
pauloante. Si ergo illi parti hæc pars comparat̃,illa
superna ẽ,hæc inferna. Et post mortẽ,quò hinc ni-
si sit infernũ inferius hoc inferno in quo sumus in
carne & in ista mortalitate: Corp⁹.n. mortuũ ẽ, ait Rom. 8.
Apostolus, ppter peccatũ Ergo & hic sunt mortui,
ut non mireris, qa infernũ dicitur si mortuis abũ-
dat. non n. corpus moriturũ,sed corpus mortuum
est. Adhuc habet uitã utiq; corpus nostrũ,& tamen
cõparatum corpori illi quod futurũ ẽ, qualia sunt
ãgelorũ corpora,inuenit corpus hominis mortuũ,
quãuis adhuc habẽs animã. Sed rursus ad hoc in- E
ferno,id est,ab hac pte inferni est aliud inferi⁹ quò
eũt mortui,unde uoluit deus eruere animas nr̃as,
etiã illuc mittendo filium suũ. Etenim fratres pro-
pter ista duo inferna missus est filius dei undiq; li-
berans. Ad hoc infernũ missus ẽ nascẽdo, ad illud
moriẽdo. Propterea uox eius est in illo Psalmo, nõ
quoquã hoĩe coijciẽte,sed Apostolo exponẽte,ubi Psal. 15
ait, Qm̃ non dereliquisti animã meam in inferno.
Ergo aut ipsius uox est hic, Et eruisti animã meam
ab inferno inferiori: Aut nostra uox p ipsum xp̃m Acto. 2.
dñm nostrum, quia ideo ille peruenit usq; ad infer-
num,ne nos remaneremus in inferno. Aliam etiam
opinionẽ dicam Fortassis.n. apud ipsos inferos est
aliqua pars inferior,quò trudũtur impij,q plurimũ 2. Retrac.
peccauerunt. Etenim apud inferos utrũ in locis q- cap. 24.
busdã fuisset iã Abraham,non satis possumus defi
nire. Nondũ enim dñs uenerat ad Infernũ,ut erue- Luc. 16.
ret inde omnium sanctorũ præcedentium animas,
& tamen Abrahã in requie ibi erat. Et quidã diues
cum torqueret̃ apud inferos,cum uideret Abrahã,
leuauit oculos. Non.n. posset leuatis oculis uidere,
nisi ille esset superius,ille inferius Et quid ei respon F
dit Abrahã cum diceret, Pater Abraham mitte La-
zarum ut intingat digitum suũ, & stillet in linguã
meã,quoniã crucior in hac flãma? Fili ait, memen-
to quia recepisti bona in uita tua, Lazarus aũt ma-
la: Nunc autẽ hic requiescit,tu uero torqueris. Et su
per hoc ait, Inter nos & uos magnum chaos firma
tũ est,ut nec nos possimus uenire ad uos,nec inde
aliqs uenire ad nos. Ergo inter ista fortasse duo in-
ferna quor̃ i uno qeuerunt aiæ iustor̃ i altero tor
quent̃ aĩę impior̃,attendens quidã orans hic iam
in corpore xpi positus,& orans in uoce Xp̃i,eruisse
deum aiam suã ab inferno inferiori dixit,qa libera
uit se a talibus peccatis, per quæ posset deduci ad
tormenta inferni inferioris. Quẽadmodũ si medi-
cus uideat tibi imminentẽ ægritudinẽ forte ex ali-
quo labore,& dicat,pcet tibi,sic te tracta, reqesce,
his cibis utere,nã si n feceris ægrotabis: tu aũt si fe
ceris,& salu⁹ eris: recte dicis medico,liberasti me ab
ægritudine,nõ in qua iã eras,sed in q̃ futuru⁹ eras.
Nescio qs hñs cãm molestã,mittendus erat in car-
cerem: Venit alius defendit eũ,gratias agens, quid
dicit? Eruisti animam meã de carcere. Suspẽdedus

G erat debitor, solutũ est pro eo, liberatus dicit de su spendio. In his oĩbus non erant, sed qa talibus meritis agebantur, ut nisi subuētũ eēt, ibi essent, inde se recte dicũt liberari, quõ p liberatores suos nõ sũt pmissi pduci. Ergo fſes siue illud siue istud, sit hic me scrutatorē uerbi dei, non temerariũ affirmatorem teneatis. Et eruisti aĩam meã ex inferno inferiori. Deus prætereuntes legē insurrexerunt sup me.) Quos dicit prætereuntes legem? Non Paganos, qui non acceperunt legem. Nemo enim præterit quod non accepit. Dicit Apostolus definite, Vbi enim lex non est, nec præuaricatio. Prætereuntes legem, præuaricatores legis dicit. Quos ergo intelligimus fſes? Si ab ipso dño accipiamus hanc uocem, prætereũtes legem Iudæi erant. Insurrexerunt super me pterẽuntes legē: non seruauerunt legem, & accusauerũt Christũ, quasi ipse pterıret legem. Prætereuntes legem insurrexerunt super me, & passus est dñs q nouimus. Putas nihil tale patit modo corpus eius? Vnde fieri põt? Si patrēfamilias Beelzebub uocauerũt, quãto magis domesticos eius? nõ ẽt discipulus sup magistrũ, nec seruus super dñm suum. Patitur & corpus prætereuntes legem, & insurgũt sup corpus xpi. Prætereuntes legem qui sunt? Nunqd forte Iudæi audent insurgere supe xpm? Non. Nam nec ipsi nobis ualde faciunt tribulationes. Nondum enim crediderunt, nondũ salutē cognouerunt. Insurgũt super corpus xpi mali christiani, de quibus quotidie tribulationem patitur corpus xpi. Omnia schismata, oẽs hæreses, omnes intus pessime uiuētes, & mores suos bene uiuentibus iponētes, & ad sua trahentes, & malis colloquijs bonos mores corrũpentes, ipsi prætereũtes legē insurrexerũt sup me. Dicat omnis aĩa pia, dicat omnis anima christiana, Quæ hoc non patit non dicat. Si aũt Christiana anima est, nouit, qa patitur. Si agnoscit in se passionē, suã, agnoscat hic uocē suã. Si aũt extra passionem est, & extra uocem sit, necesse est. Vt aũt nõ sit extra passionē, ambulet p uiam angustam, & incipiat pie uiuere in xpo, & necesse est ut hanc persecutionē patiatur. Omnes enim, inqt Apostolus, qui uolũt pie uiuere in xpo Iesu, persecutionem patiuntur. Deus prætereuntes legē insurrexerũt sup me. Et synagoga potentium inquisierũt animam meã.) Synagoga potētiũ, cõg ega io est supbo. Synagoga potentiũ insurrexit super caput, id est, super dominũ nostrũ Iesum xpm, clamantium & dicentium uno ore, Crucifige, crucifige: de quibus dictum est, Filij hoium dentes eorũ arma & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Non pcusserũt, sed clamauerũt. Clamando ferierũt, clamãdo crucifixerũt. Volũtas clamantiũ impleta est, qa dominus crucifixus est. Et synagoga potentiũ inquisierunt animam meam.

Margin: Roma.4. — Matt.10. — H — 1.Cor.15. — Matt.7 — 2.Tim.3. — I — Ioan.19. — Psal.56.

Et non proposuerunt te in conspectu suo.) Qũo non pposuerunt? Non intellexerũt deũ, ut homini parcerēt, ut qd uidebãt, ad hoc ambularēt. Puta qa deus nõ erat, homo erat. Iõ occidēdus erat, qa homo erat? Parce homini, & agnosce deũ. Et tu dñe de⁹ miserator & misericors lõganimis & multũ misericors & uerax.) Quare lõganimis & multũ misericors & miserator? Quia i cruce pēdēs ait, Pr ignosce illis, qa nesciunt qd faciũt. Quem petit? Pro quibus petit? Quis petit? Vbi petit? Ptem filius, p ipsis crucifixus, inter ipsas iniurias, nõ uerbor, sed mortis illatæ, pēdens in cruce tanq ad hoc extētas manus habuerit, ut sic pro illis oraret, ut dirigeret oratio eius tanquã incensum in cõspectu pr̃is, & eleuatio manũ eius sacrificiũ uespertinũ. Longanimis & multũ misericors & uerax. Si ergo tu uerax, Respice in me & miserere mei, da potestatē puero tuo.) Quia uerax, da ptãtem puero tuo. Transiet tempus patientiæ, ueniet tps iudicij. Quomodo? Da potestatē puero tuo, Pater non iudicat quē quã, sed omne iudiciũ dedit filio. Ille resurgens, & in terram ipse ueniens iudicaturus, ipse uidebit terribilis q uisus est contēptibilis. Demonstrabit potentiã, q demonstrauit patientiã. In cruce patiētia erat, in iudicio potentia erit. Apparebit.n. homo iudicãs, sed in claritate, qa sicut eũ uidistis ire, dixerunt angeli, sic ueniet. Forma ipsa ueniet ad iudiciũ, ideo uidebũt illum & impij, nã formã dei nõ uidebunt. Beati.n. mundo corde, qm ipsi deum uidebunt. Apparens in hominis forma, dicet, Ite in ignem æternũ, ut impleatur qd dixit Esaias, Tollat impius, ut non uideat claritatē dñi. Formã ergo uidebunt hominis. Qui cum in forma dei esset æqualis deo, hoc non uidebunt impij. In principio erat uerbũ & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ, hoc nõ uidebunt impij. Si.n. deus uerbũ, Et beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, Impij aũt immundi sunt corde, proculdubio deũ nõ uidebunt. Et ubi ē, Videbunt in quē pupugerunt, nisi quia appet formã hominis eos uisuros ut iudicentur, formã dei nõ uisuros, nisi eos qui ad dexterã separabũtur? Etenim cum separati fuerint ad dexterã, hoc eis dicetur, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ qd uobis paratum est ab origine mundi. Impijs uero ad sinistrã qd: Ite in ignē æternũ, quē parauit pater meus diabolo & angelis eius. Finito aũt iudicio quõ cõcludit? Sic ibunt impij in ambustionē æternã, iusti autem in uitã æternã. Iam ã uisione formæ hominis pergunt illi ad uisionē formæ dei. Hęc est.n. inquit, uita æterna, ut cognoscant te uniũ uerũ deũ, & quē misisti Iesum xpm: subaudis & Iesum Christum unũ uerum deum, qa pater & filius unus uerus deus: ut iste sit sensus, Te & quem misisti Iesum xpm, cognoscant unũ uerũ deum. Nõ enim illi ibũt ad uisionē patris, & nõ ibi uidebũt & filium? Si nõ esset & filius in patris sui uisione, non diceret ipse filius discipulis suis, qa filius in pr̃e est, & pater in filio. Dicunt illi discipuli, Ostēde nobis patrē & sufficit nobis. Ait illis, Tanto tpe uobiscũ sum, & non me nostis? Philippe, qui uidet me, uidet & patrē. Videtis, quia in uisione pr̃is & filij uisio est, & in uisione filij & pr̃is uisio est. Iõ consequenter subiecit & dixit, Nescitis, qa ego in patre, & pater i me est? Id ē & me uiso uidet & pater, & patre uiso uidetur & filius, Patris & filij separari nõ põt uisio. Vbi nõ uni⁹ separatur natura & substantia, uisio separari nõ potest. Nã ut noueritis illuc debere pparari cor ad uidendã diuinitatem patris & filij & spiritussancti, in quã non uisam credimus, & credendo cor uti uideri possit mũdamus, ipse dñs alio loco dicit, Qui audit mandata mea, & seruat ea, ille est q diligit me: q aũt diligit me: diliget ã pr̃e meo, & ego diligam eũ, & manifestabo ei meipsum. Nunquid non eũ uidebant cum quibus loquebat? Et uidebãt & nõ uidebant, Aliquid uidebãt, aliqd credebãt. Videbãt hominem, credebat deũ. In iudicio autē eundem dominũ nostrum Iesum christum uidebunt hominē

Margin: K — Psal.140 — Ioan.5. — Act.1. — 4.ser.di. 48.c.Sed cum. — Matt.5. — Matt.25. — Philip.2. — Ioan.1. — L — Matth.5. — Ioan.19. — Matt.25. — Ibid. — Ioan.17 — M — Ioan.14. — Ioan.14. — Ibid.

A cum impiis, post iudiciū uidebunt deum pter impios. Da potestatē puero tuo. Et saluum fac filiū ancillæ tuæ) Dñs filius ancillæ tuæ. Dominus filius ancillæ, cuius ancillæ? Cui nasciturus qñ nunciatus est, rñdit & ait, Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundum uerbum tuum. Saluum fecit filiū ancillæ suæ, & filiū suum. Filium suū, in forma dei, filiū ancillæ suę in forma serui. De ancilla dei natus ē ergo dñs in forma serui. & dixit, Saluum fac filiū ancillæ tuæ. Et saluatus est a morte sicut nostis, resuscitata carne sua q̄ mortua erat Sed ut uideatis qa deus ē, & nō a pře sic est suscitatus, ut a se ñ sit suscitat⁹, qa & ipse carnē suā suscitauit, habes in Euangelio dictum, Destruite tēplū hoc, & in tridūo suscitabo illud. Ne autē nos aliud suspicaremur, Euāgelista secut⁹ ait, Hoc aūt dicebat de tēplo corporis sui. Saluus ergo factus est filius ancillæ. Dicat & unusqsq; xpianus in corpore christi positus, Saluum fac filiū ancillæ tuæ. Forte non potes dicere, Da potestatē puero tuo, quia ille filius accepit potestatem. Sed quare non dicit & hoc? An nō seruis dictū est, Sede B bitis super duodecim sedes iudicātes duodecim tribus Israel? Et serui dicunt, Nescitis qa angelos iudicabimus? Accipit ergo & unusqsq; sanctorum potestatem, & est unusqsq; sanctoꝝ filius ancillæ eius. Quid si de Pagana natus est, & christianus fact⁹ ē? Filius Paganæ quō potest esse filius ancillæ ipsius? Est quide Paganæ filius carnalr, sed filius ancillæ † spiritaliter. Et saluum fac filiū ancillæ tuæ. Fac mecū signū in bono,) Quod signū nisi resurrectionis? Dñs dicit, Generatio hæc praua & amaricans signū qrit, & signū nō dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut. n. Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit & filius hominis in corde terræ. Fac mecum signū in bono: Ergo cū capite nostro iam factū est signū in bono. Dicat & unusqsq; nostrum, Fac mecum signum in bono: qa in nouissima tuba, in aduentu dñi, & mortui resurgent incorrupti, & nos imutabimur, erit hoc signū in bono. Fac mecū signū in bono. Vt uideant qui oderunt me & confundant.) In iudicio cōfundent perniciose, q modo nolunt cōfundi salubriter. Modo ergo cōfundant, accusēt uias suas malas, teneāt C uiam bonā, qa nemo nostrum uiuit sine confusione, nisi prius confusus reuiuiscat Prębet illis de⁹ mō aditū salubris cōfusionis, si non cōtenat medicinā confessionis. Si aūt mō nolunt confundi, tunc cōfundentur qñ deducent eos ex aduerso iniquitates eorum. Qñ confundentur? Quando dicent, Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum & in similitudinē improperij, Nos insensati uitā illorum æstimabam⁹ insaniam. Quō computati sunt inter filios dei? Quid nobis profuit superbia, tūc dicent, mō dicāt & salubriter dicant. Conuertat. n. unusqsq; humilis ad dñm, & modo dicat, Quid mihi profuit superbia, & audiat ab Apostolo, Quam enim gloriā habuistis in his, in qbus nūc erubescitis? Videtis eē & mō confessionē † salubrem in loco penitentię, tūc autē serem, inutilē, infructuosam, Quid nobis profuit supbia, aut quid diuitiaꝝ iactantia contulit nobis? Transierunt oīa tanquā umbra? Quid enim? Qñ hic uiuebas, non uidebas, qa trāsierunt ista oia tanquam umbra? Tū ne relinqueres umbram ut esses in luce? non postea diceres, trāsierunt oīa uelut umbra, qñ ab umbra ī tenebras iturus es? Fac mecum signū in bono, ut uideant q me oderūt & con D fundant. Qm tu domine adiuuisti me, & consolatus es me.) Adiuuisti me in certamine, & consolat⁹ es me in tristitia Nemo. n. consolationem quærit, nisi qui est in miseria. Non uultis cōsolari, dicite qa fœlices estis, & auditis populus meus. Iā rñdens, & audio murmur bene tenētiū scripturas. Deus q hoc scripsit in cordibus uestris, cōfirmet & in factis uestris. Videtis fratres, qa q uobis dicūt, Fœlices estis, seducunt uos. Populus meus q uos fœlices dicūt, in errorem uos mittunt, & turbant seminas pedū uiorū. Sicut & de Epistola Iaco. apostoli, Miseri estote, inquit, & lugete, risus uester in luctū conuertat. Videtis quæ audistis, qñ uobis hæc dicerentur in regione securitatis. Vtiqȝ regio ista scandaloꝝ est & tentationum & oium malorum, ut gemam⁹ hic, & mereamur gaudere ibi: hic tribulari, & cōsolari ibi & dicere, Qm ecce exemisti oculos meos à lachrymis, pedes meos à ruina, qm placebo domino in regione uiuoꝝ. Ista regio mortuorum est. Trāsit regio mortuoꝝ, uenit regio uiuoꝝ. In regiōe mortuo E rū, labor, dolor, timor, tribulatio, tentatio, gemit⁹, suspiriū. Hic falsi fœlices, ueri infœlices, qa falsa fœlicitas uera miseria est. Qui uero se agnoscit in uera esse miseria, erit ēt in uera fœlicitate. Et tñ nunc qa miser es, dñm audi dicentem, Beati lugentes. O beati lugentes. Nihil tam coniunctum miseriæ quā luctus: Nihil tam remotū & contrariū miseriæ quàm beatitudo. Tu dicis lugētes, & tu dicis beatos? Intellige quā qd dico, Beatos dico lugētes. Quaꝛ beati? In spe. Quare lugētes? In re. Etenim lugēt i morte ista, in tribulationibus istis, in pegrinatione sua. Et qa agnoscunt se esse in ista miseria, & gemunt, beati sunt. Quare lugent? Cōtristat⁹ est beatus Cyprian⁹ in passione mō consolatus est in corona. Mō & cōsolatus adhuc tristis est. Dñs enim noster Iesus christus adhuc interpellat pro nobis. Omnes martyres, qui cum illo sunt interpellant ꝓ nobis. Nō trāseunt interpellationes ipsoꝝ, nisi cū transierit gemitus noster. Cum aūt transierit gemitus noster, oēs nes una uoce, in uno pplo, ī una pria cōsolabimur milia miliū cōiuncta psallētibus angelis choris cœlestiū potestatū in una ciuitate uiuentiū. Quis ibi F gemit? Qui ibi suspirat? Quis ibi laborat? Quis ibi eget? Quis ibi morit? Quis ibi misericordiā præbet? Quis ibi frangit panē esurienti, ubi omnes pane iustitiæ saginantur? Nemo tibi dicet, Hospitē suscipe: Peregrinus ibi nemo erit, oēs in patria sua uiuunt. Nemo tibi dicit, Concorda amicos tuos litigātes: i pace sempiterna dei uultu pfruuntur. Nemo tibi dicit, Visita ægrotū: sanitas imortalitasqȝ permanet. Nemo tibi dicit, Sepeli mortuū: oēs in uita æterna erunt. Cessant opa misericordiæ, qa miseria ibi nō inuenit. Et qd ibi faciemus? Dormiemus fortasse. Si modo pugnamus cōtra nos, quis geramus domū somni carnē istam, & euigilamus i his luminarib⁹, & solēnitas ista dat nobis aium uigilandi, dies illa q̄les uigilias nobis dabit? Ergo uigilabim⁹, nō dormiem⁹. Quid agemus? Opa misericordię? Ista nō erunt, qa nulla miseria erit Forte opa necessitatis erunt ista quæ hic sunt mō, seminādi, arandi, coquēdi, molendi, texendi? Nihil hoꝝ, qa necessitas non erit. Sic non erunt opera misericordiæ, qa trāsit miseria. Vbi necessitas nō erit nec miseria, opa necessitatis & misericordię nō erūt. Quid ibi erit? Quod

Marginal references: Luca. 1; Philip. 2; Ioan. 2; Matt. 19; 1. Cor. 6; † al. Ecclesiæ.; Mat. 12; 1. Cor. 15.; Sapien 5.; Roma. 6.; † alias, cō fusionē.; Esa. 3.; Iacob. 4; Psal. 55.; Matth. 5.; Cyprianus.; Rom. 8.; Mat. 25

A ulterius nihil est? Quo putamus nisi quemadmodū apertè dicitur, sanctus sanctorū, sic figuratè fundamentum fundamentorum? Si ergo sacramēta cogites, Christus sanctus sanctorum: Si gregem subditū cogites, Xp̄s pastor pastorū: Si fabricā cogites, Xp̄s fundamentum fundamentorū. In ædificijs istis non potest idem lapis esse in imo, & in summo. Si fuerit in imo, in summo nō erit, Si in summo fuerit, in imo nō erit. Angustias.n. omnia penè corpora patiunt, nec ubiq; esse possunt nec semper. Diuinitas autem quæ ubiq; præsto est, undiq; ad eam potest duci similitudo, & totū potest esse in similitudinib^9, quia nihil eorum est in proprietatibus. Nūquid Xp̄s est ianua, quemadmodum uidemus ianuas factas a fabro? Non utiq;, Et tamen dixit, Ego sum ianua. Aut nunquid sic est pastor, quō uidemus pastores istos ꝓpositos pecor. Et tamen dixit, Ego sum pastor: Et uno loco ambas res dixit. In Euangelio dixit, qa pastor p ianuā intrat Et ibi dixit, Ego sum pastor bonus. & ibi dixit, Ego sum ianua. Pastor intrat p ianuam Et qs est pastor, q intrat p ianuā? Ego sum pa-

B stor bonus Quę est ergo ianua, qua intras tu pastor bonus. Ego sum ianua. Quō ergo tu omnia? Quō ergo per te omnia? Verbi grā, cū Paulus intrat per ianuam, nonn Xp̄s intrat per ianuam? Quare Non quia Paulus Xp̄s, sed quia in Paulo Xp̄s, & per Xp̄m Paulus. Ipse dixit, An experimentū eius uultis accipere qui in me loquitur Xp̄s? Cum sancti eius & fideles eius intrant per ianuam, nonne Xp̄s intrat p ianuam? Quo probamus? Quia ipsos sanctos eius persequebatur Saulus nondū Paulus, q̄n ei clamauit de cœlo, Saule Saule quid me persequeris? Ergo fundamentū, & lapis angularis ipse est ab imo surgens, si tamē ab imo. Etenim origo fundamenti hui^9 summitate tenet, Et quemadmodum fundamentum corporeæ fabricæ in imo est, sic fundamentum spiritalis fabricæ in summo est Si ad terrā ædificaremur, in imo nobis ponendū erat fundamentū Quia cœleštis fabrica est, ad cœlos pcessit fundamentū nostru. Ipse ergo angularis lapis, inótesq; Apl̄i, Prophetæ magni, portantes fabricā ciuitatis, faciunt muū, quoddā ædificiū. Hoc ædificium modo clamat de

C cordibus uestris, hoc agit artificiosa manus dei etiā p linguā nostrā, ut ad illius ædificij fabricā cōquadremini. Non n. frustra etiā de lignis quadratis ędificata est arca Noe, q nihilominus figurā gestabat Ecclesiæ. Quid est n. quadrari? Attēdite similitudinem quadrati lapidis. Sicut debet esse Xp̄ianus In omni tentatione sic Xp̄ianus no cadit, & si impellitur, & si quasi uertitur, nō cadit. Nā quadratū lapidē quacūq; uerteris stat. Ca lere mi i sunt mentes cū pcuterent. Sed quid dixit qdam uox cātica Cū ceciderit iustus, nō conturbabitur qm dn̄s confirmat manus eius. Sic ergo quadramini, ad omnes tentationes parati, quia quod impulerit no uos euertat, Stantē te inueniat omnis casus. Erigeris ergo i hanc fabricā aff ctu cogitatione syncera, fide, spe, charitate, & ipsi in ædificio ambulare est. In istis ciuitatib^9 alia est fabrica ædificior, alij sunt ciues inhabitātes in fabrica. Ciuitas ciuib^9 suis ædificatur, ipsi ibi sunt lapides q sunt ciues, lapides n. sunt uiui Et uos, inquit, tanq lapides uiui ædificamini in domū spūalē A. ut dicta uox est. Ergo quamuis de ista ... lapid. ... tus sum, ne pute-

tis alia esse fundamēta, alias portas. Quare sunt fun- D dameta Apl̄i & Prophetę? Quia eor authoritas portat infirmitatē nr̄am. Quare sunt portæ? Quia p ipsos intramus ad regnū dei, Prædicāt.n. nobis, Et cū p ipsos intramus, p Xp̄m intramus. Ipse est.n. ianua. Et cū dicuntur duodecim portæ Hierusalē, & una porta Xp̄s, & xij. portæ Xp̄s, quia in xij. portis Xp̄s, Et ideo duodenarius numerus Apl̄or. Sacramentū magnū huius duodenarij significatio est numeri. Sedebitis, inquit, super xij. sedes, iudicātes xij. tribus Israel. Si xij. sellę ibi sunt, nō est ubi sedeat tertiusdecimus Paulus Apl̄s, & non erit quō iudicet, & ipse se iudicaturū dixit, nō homines tantū, sed & angelos. Quos angelos nisi apostatas angelos? Nescitis, inqt, qa angelos iudicabimus? Responderet ergo turba, Quid te iactas iudicaturū? Vbi sedebis? Duodecim sedes dixit dn̄s xij. Apostolis, unus cecidit Iudas, in locū ipsius sanctus Matthias ordinatus est, implet^9 est duodenarius numerus sedium: primo locū inueni ubi sedeas sic te minare iudicaturū. Duodecim ergo sedes qd sibi uelint uideamus Sacramentū est E cuiusdā uniuersitatis, quia per totū orbē terrarum futura erat Ecclesia, unde uocat hoc ædificium ad Xp̄i cōpagem, Et ideo qa undiq; ueniūtur ad iudicādum, xij sedes sunt: sic qa undiq; intrat in illam ciuitatē duodecim portę sunt. Nō solū ergo illi duodecim, & Apl̄s Paul^9, sed quotquot iudicaturi sunt ꝓpter significationē uniuersitatis, ad sedes duodecim ptinent: quemadmodū quotquot intrabūt ad duodecim portas ptinent. Partes n. mūdi quatuor sunt, oriens, occidēs, aquilo, & meridies Istæ quatuor partes assidue nominant in scripturis, Ab omnibus istis quatuor uentis, sicut dicit dn̄s in Euangelio, à quatuor uentis se collecturū electos suos: ab omnibus ergo istis quatuor uētis uocatur Ecclesia Quō uocatur? Vndiq; in trinitate uocatur? Non uocatur nisi p baptismū in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quatuor ergo ter ducta, duodecim inueniūtur. Pulsate ergo ad has portas, & clamet in uobis Xp̄s, Aperite mihi portas iustitiæ Precessit.n. in capite, sequitur corpore Videte ergo quid dixit Apl̄s, quia in ipso Xp̄s patiebatur, Vt adimpleam, in quit, q desunt pressurarū Xp̄i in carne mea Vt adimpleam. Quid? Quæ desunt Cui desunt? pressurarū Xp̄i. Ecce ubi desunt? In carne mea. Nunquid aliq ad pressurarū deerat in illo homine quod factum est, uerbū dei natū ex Maria Virgine? Passus.n. est quic quid pati deberet ex sua uoluntate, non ex peccati necessitate, & ut ergo qa omnia. In cruce.n. positus accepit acetū in ultimo, & ait, Perfectū est, Et inclinato capite emisit spiritū. Quid est pfectū est? Iam de mensura passionū nihil deest qa omnia q de me dicta sunt, cōpleta sunt tanq ideo expectabāt, ut cōplerentur. Quis est qui sic proficiscatur, quō ille de corpore egressus est Sed quis est q hoc potuit? Qui primo dixerat, Potestatē habeo ponēdi aiam meā, & potestatē habeo iterū sumendi eam. Nemo tollet eam a me, sed ego pono eam a me, & iterū sumo eā. Posuit qn̄ uoluit, sumpsit qn̄ uoluit, Nemo abstulit, nemo extorsit. Ergo impletæ erāt oēs passiones, sed in capite, restabant adhuc Xp̄i passiones in corpore Vos aūt estis corpus Xp̄i & membra. In his ergo membris cum esset Apostolus dixit, Vt adimpleā, q desunt pressurarū Christi in carne mea Ergo illuc imus quo Christus pcessit, & adhuc Christus illuc

Ioan.10. | Ibidem. | 2.Cor.13. | Acto.9. | Ephe.2. | Gene.6. | Psal.36. | 1.Pet.2. | Ioan.10. | Apoc.21. | Matt.19. | 4.sen.d.f. 47. Non autem. | 1.Cor.6. | Acto.1. | Marci.13. | Psal.117. | Col.1. | Luc.1. | Ioan.19. | Ioan.10. | 1.Cor.12. | Col.1.

G pergit quo pcessit. Præcessit etenim Xps in capite, se
Act.9. quitur i corpore, Et adhuc Xps hic laborat. Et Xps
hic patiebat a Saulo, quando audiuit Saulus, Saule
Saule quid me persequeris? Quomodo solet lingua
dicere calcato pede, Calcas me. Linguā nullus teti-
git, compassione clamat, nō attritione. Adhuc Xps
hic eget, Xps hic peregrinatur, Xps hic ægrotat, Xps
hic in carcere includitur. Iniuriam ei facimus si nō
Matt.25. ipse dixit, Esuriui & dedistis mihi mādūcare, sitiui
& potastis me, hospes & collegistis me, nudus & ue
stistis, æger & uisitastis me. Et illi, Quando te uidi-
mus hæc patientem, & ministrauimus tibi? Et ille,
Cū uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ergo
Ephe.2. ædificemur in Xpo super fundamentū Aplorum &
Prophetarū, ipso summo angulari lapide existente,
qa diligit dñs portas Sion super oia tabernacula Ia
cob. Quasi uero & ipsa Siō nō sit inter tabernacula
Iacob. Et ubi erat Sion nisi in pplo Iacob? Iacob.n.
nepos Abrahę, unde populus natus Iudęorum dicitur
Gene.32. ppls Israel, quia ipse Iacob appellatus est Israel hic.
Hęc bene nouit sanctitas uestra Sed quia erant qdā
H tabernacula tēporalia & imaginaria, loquitur autē
iste de ciuitate quadā quā spiritaliter intelligit, cu-
ius umbra & figura erat illa terrena, ait, Diligit dñs
portas Siō super omnia tabernacula Iacob. Diligit
illam spiritalem ciuitatē super oia figurata, quibus
intimabatur illa ciuitas semper manens, & semper
cœlestis in pace. Gl'iosa dicta sunt de te, ciuitas dei.
Quasi intuebat ciuitatem illam Hierusalē in terra.
Nā uidete quā ciuitatē dicit de qua dicta sunt qdā
gloriosissima. Nā illa destructa est in terra, hostes
passa cecidit in terra, iam nō est quod erat, expressit
imaginē, transiuit umbra. Vnde igitur gloriosa dicta
4. sunt de te, ciuitas dei? Audi unā, Memor ero Raab
& Babylonis, scietib' me. In illa ciuitate, inquit iā
ex psona dei, memor ero Raab, & memor ero Baby
lonis. Raab nō ptinet ad populū Iudęorum. Babylon
nō pertinet ad populum Iudęorum. Nam sequitur:
Etenim alienigenæ & Tyrus & ppls Aethiopū hi
fuerunt ibi.) Merito gloriosa dicta sunt de te ciui-
tas dei, ubi nō solū est ille popul' Iudęorum natus ex
carne Abrahæ, sed ibi oēs gentes quarū qdam no-
I minatæ sunt, ut oēs intelligant. Memor ero, inquit
Iosue.2. Raab. Quæ ista est? Meretrix illa in Hiericho, Mere-
trix q suscepit nuncios, & alia uia eiecit, q plurimpsit
in pmissione, q timuit deum, cui dictū est, ut per fe
nestrā mitteret coccum .i. ut in frōte haberet signū
sanguinis Xpi, Saluata est ibi, & Ecclesiam gentium
significauit. Vñ dñs superbientibus pharisæis dixit,
Matt.21. Amen dico uobis, publicani & meretrices p[illegible]edunt
uos in regnū cœlorum. Præcedūnt, quia uim faciunt.
Impellunt credendo & ceditur fidei, nec o[illegible]ere
potest quisquā, quia qui uim faciunt diripiunt illud.
Ibi.n. positum est, Regnū cœlorum uim patitur, & qui
Matt.11. uim faciunt diripiunt illud. Hoc fecit ille latro for-
Luc.23. tior in cruce q in fauce. Memor ero Raab & Baby-
lonis. Babylon ciuitas dicitur secundum seculum.
Q[illegible]o una ciuitas sancta Hierusalē, una ciuitas ini-
qua Babylon. Omnes iniqui ad Babyloniam perti
nent, quō omnes sancti ad Hierusalem. Sed [illegible] elabi-
tur de Babylone in Hierusalem. Vnde nisi per eū, q
Roma.4. iustificat impium? Piorū ciuitas Hierusalē, impiorū
ciuitas Babylon. Sed uenit ille q iustificat impiū, qa
Psal.78. memor ero, inquit, no solū Raab, sed etiam Babylo
nis. Sed quō memor ero Raab & Babylonis? scien-
tibus me. Ideo quodā loco dicit scriptura, Effunde K
irā tuā in gētes, q te nō nouerunt. Et alibi, [illegible] ende Psal.35.
misericordiam tuā scientibus te. Et ut nouerit[illegible] qa
in Raab & Babylone gētes significauit, quasi di[illegible]
retur, qd est qd' dixisti, Memor ero Raab & [illegible]o
nis scientib' me: quare hoc dixisti: Etenim alienige
næ, inquit .i. ptinentes ad Raab, ptinentes ad Baby
lonē & Tyrū. Sed quousq; gētes? Vsq; in fines terræ.
Elegit eum populū qui in terrę fine est: Et populus,
inquit, Aethiopū, hi fuerunt ibi. Si ergo ibi Raab &
Babylon, qa ibi & alienigenæ, ibi Tyrus, ibi popu-
lus Aethiopū, merito gloriosissima dicta sunt de te
ciuitas dei. Iam attēdite sacramentū magnū. per eū
illic Raab, p quē illic Babylon, iam no Babylonia:
Caret.n. Babylone, & incipit esse Hierusalē [illegible] Matt.10.
ditur filia aduersus matrē suam, & [illegible] men[illegible]
reginæ illius cui dicitur, Obliuiscere populū tuū [illegible] Psal.44.
domū patris tui, concupiuit rex speciem tuam. Nam
unā Babylon aspiraret ad Hierusalē[illegible] uud[illegible] Raab
ad illa fundamēta perueniret, unde alienigenæ, [illegible]n
Tyrus, unde populus Aethiopū? Aud[illegible] unde, [illegible]a-
ter [illegible]ion dicet homo. Est quidā homo, q d[illegible] ma- L
ter Sion, & per hunc uenimus illi[illegible] Sed [illegible]o
quid est? Dicit, si audiamus, si capiamus, [illegible] Siō
dicet homo. Sequitur ibi quasi quæres p[illegible] q[illegible] ne
iit Raab, Babylon, alienigenæ, Tyrus, Ae[illegible]es.
Ecce per quem uenerunt, Mater Sion dicet [illegible]o.
Et homo factus est in ea, & ipse fundauit ea[illegible] altissi
mus. Quid apertius fratres? Vere g[illegible]lo[illegible] ma
dicta sunt de te ciuitas dei. Ecce m[illegible] on [illegible].
Quis hō. Q[illegible] homo factus est in ea. In ea ipse factus
est homo, & ipse eā fundauit. Q[illegible]o in ea factus est,
& ipse eā fundauit? Vt in ea fieret homo, [illegible] f[illegible]da
ta erat. Sic intellige si potes. Etenim mater S[illegible]n di-
cet, sed homo. Mater Siō dicet homo aūt factus est
in ea, Ipse autem fundauit ea[illegible], no homo sed altissi
mus. Sic fundauit ciuitatē in qua nasceret, q[illegible]o crea
uit matrē de qua nasceretur. Q[illegible]d est hoc fratres?
Quales pmissiones, quantā spe tenemus. Ecce pro-
pter nos altissimus, q fundauit ciuitatē, mater [illegible]it
ipsi ciuitati, & hō in ea factus est, & altissimu[illegible] eans
fundauit. Quasi diceret, unde ista scitis? Cantabimus
hæc omnes, [illegible] cantat homo in o[illegible] ui Christus. Ho- M
mo propter nos, deus ante nos. Sed qd magnū ante
nos? Ante te[illegible] & cœlum, ante sec[illegible]la. Hic ergo ho-
mo propter no[illegible] fact[illegible] est in ea [illegible] ipse altissim' fun-
dauit eam. Vnde ista scimus? Dns na[illegible]it i[illegible] scri-
pt[illegible]is populorum: Hoc.n. sequitur in Psalmo, Mater
Sion dicet homo, & homo factus e[illegible] ea, & ipse fun
dauit eam altissimus. Dns narrabit in scripturis po
pulorum. Et principum. Quorū in principum?
Hor[illegible] [illegible]acti sunt in ea. [illegible] facti sunt in
ea, in ea [illegible] sunt principes [illegible] ea fie- 1.Cor.1.
rent principes. abiecta mundi [illegible] de[illegible] ut c[illegible] Matt.4.
deret fortia. Nunquid [illegible] p[illegible]tor? Nunquid Luc.5.
princeps publicanus? [illegible] qa facti
sunt i ea. Quales isti principes uene[illegible]ylo-
ne? Principes credē[illegible] de seculo p[illegible] uenerūt
ad urbē Ro[illegible], q[illegible] ap[illegible] [illegible]nerunt
ad tēplum Imperatoris, [illegible] pi[illegible]o-
[illegible]. Vnde.n. isti principes [illegible] de', 1.Cor.1.
u[illegible] confundat fo[illegible]a & [illegible] ea q Psal.112.
non sunt tanq[illegible] ea quæ [illegible] en
tur. Hoc facit qui e[illegible]
exaltat pauperes. V[illegible] unū cū

A principibus, cū principibus ppli sui. Magna res magnū gaudiū, magna lætitia. Postea uenerūt in hanc ciuitatē & oratores, sed non uenirent, nisi pcederēt piscatores. Magna hæc: sed ubi hæc, nisi in illa ciuitate dei de qua gloriosissima dicta sunt? Ideo collatis oībus gaudijs atq; conflatis, qūo clausit? Tanquam iocundatorū habitatio oium in te.) Tanquā iocundatorū habitatio oium iocundatorū in hac ciuitate in peregrinatione ista contemnitur. Habitatio nr̄a, iocunditas sola. Peribit labor & gemitus, transeunt orōnes, succedunt laudationes: Ibi ergo habitatio iocundatorū non erit gemitus desyderātium, sed lętitia pfruentium. Aderit.n. cui modo suspiramus, similes ei erimus, qm̄ uidebimus eum sicuti est. Ibi totum negocium nr̄m non erit nisi laudare deū & frui deo. Et qd alium q̄remus, ubi solus sufficit, per quē facta sunt oīa? Habitabimur & habitabimus: subijcientur illi oīa, ut sit deus oīa in oībus. Beati ergo q habitant in domo tua. Vnde beati? Habendo aurū, habendo argentū, numerosam familiā, multiplicem prolem? unde beati? Beati q habitant in domo tua, in secula seculorū laudabūt

1. Ioan. 3.
Ioan. 1.
1. Cor. 15.
Psal. 83.

B te. Hoc uno beati ocioso negocio. Hoc ergo unum desideremus frēs, cum uenerimus ad hoc, nos paremus gaudere ad dn̄m, laudare deū. Opera bona q̄ modo nos perducunt, nō ibi erunt. Diximus & hesterno die quantū potuimus, nō ibi erūt opa misericordiæ, ubi nulla erit miseria. Egentē non inuenies, nudū non inuenies, nemo tibi occurret sitiens, nullus peregrinus erit, nullus ægrotus quē uisites, nullus mortuus quē sepelias, nullus litigātiū inter quos pace coponas. Quid facturus es. An forte pp necessitates nostri corporis nouellabimus, & arabimus, & negociabimur, & pegrinabimur? Magna ibi requies. Nā ibi oīa opera q̄ necessitas flagitat subtrahentur: mortua necessitate, peribunt opa necessitatis. Quid ergo erit? Qūo potuit dixit lingua humana, tanquā iocundatorū omniu habitatio in te. Quid est tanquā? Quare tanquā? Quia talis ibi erit iocunditas, qualē hic nō nouimus. Video hic multas iocūditates, & multi gaudēt in seculo, alij hinc, alij inde, & non est qd illi gaudio coparent, sed tanquam iocunditas erit. Nā si dicā iocūditas, incipit

Matt. 25.

C homini occurrere talis iocunditas, qualē solet hīc in poculis, in prandijs, in auaritia, in honorib' seculi. Extolluntur n. hoīes, & lętitia quadā insaniunt: sed nō est gaudere impijs, dicit dn̄s. Est n. iocunditas q̄dam, quā nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascēdit. Tanquā iocundatorū oium habitatio in te. Ad aliud gaudiū nos paremus, qa & hic tanquā aliquid inuenimus, & nō est hoc. Ne quasi paremus nos talibus illi pfrui, qualibus hīc gaudemus, alioqn continentia nr̄a auaritia erit. Sunt n. hoīes qui inuitandi ad cœnā opimā, ubi multa & preciosa ponenda sunt, nō prandent. Iam si q̄ras ab eis quare nō prandeāt, respondent, ieiunamus. Magnū opus, xp̄ianum opus ieiuniū: noli cito laudare, q̄re causam, negociū uentris agit, non religionis. Quare ieiunant? Ne uentrē pręoccupent uilia, & non possint admittere preciosa. Ergo negociū gutturis gerit in ieiunio. Magna res: utiq; ieiuniū contra uentrē & guttur pugnat, aliqn̄ illis militat. Itaq; frēs mei, si fœlicitatis aliqd tale habituros nos in illa patria ad quā nos exhortatur tuba cœlestis, & ppterea uos a pſentib' abstinetis, ut illic talia copiosius

1. Cor. 2.

recipiatis, sic estis qūo illi qui ieiunant pp epulas maiores, & continent se a minori ut maiori incōtinentia. Nolite ergo sic: ad aliqd uos ineffabile pparate, mundate cor ab oībus affectionibus uestris terrenis & secularib'. Visuri sumus qddam, quo ipso beati erimus, & hoc solū nobis sufficiat. Et qd? Non mādu-cabimus? Immò mādūcabimus, & ipse erit cib' noster, q & reficiat, & nō deficiat. Tanquā iocundatorum oium habitatio in te. Iam dictū est, unde iocūdabimur, Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorū laudabunt te. Laudemus & modo dn̄m, quantum possumus mixtis gemitibus, quia laudādo eum desyderamus eum, & nondum tenemus. Cū tenuerimus subtrahetur omnis gemitus, & remanebit sola & pura & æterna laudatio.

D

Psal. 83.

In Psalmum octogesimumseptimum Enarratio.

PSALMI huius octogesimi & septimi titulus, habet aliqd qd nouū negocium disputatori afferat. Nusquam n. aliorū psalmorū positum est qd hic legitur: Pro melech ad respondendum.) Nam de psalmo cantici, & cantico psalmi, alias qd nobis uideretur diximus: & filijs Chore usitatum in titulis psalmorū, sæpissimeq; tractatum est, & quid sit in finē. sed qd sequitur, Pro melech ad respondendū, hoc inusitatum hēt iste titulus. Pro melech aūt, Latine pro choro dici pōt: melech. n. uerbo Hebręo chorus significatur. Quid est ergo pro choro ad respondendū, nisi forte ut canēti chorus consonando respōdeat? Sicut non istum solū, sed alios quoq; psalmos credendū est esse cantatos, quāuis alios titulos acceperint, qd factū existimo causa uarietatis, qua fastidiū leuaretur. Non enim solus iste psalmus dignus est habitus ubi respōderet chorus cū utiq; nō sit solus de dn̄i passione cōscriptus. Aut si est alia cā cur tāta sit uarietas titulorū, quā possit ōndi ita psalmos oēs esse pnotatos, q sunt aliter atq; aliter pnotati, ut nullius titulus ualeat alicui alteri cōuenire, ego eā † fateor cū multum conatus essem, penetrare non potui. Et si qd de hac re legi ab eis dictū q ante nos ista tractauerūt, nō satisfecit expectationi sine tarditati meę. In quo igit mysterio dictū mihi uideat, Pro choro ad respondendū. i. ut canenti p chorū respondeat, exponā. Dn̄i hīc passio prophetatur. Dicit aūt Apl's Petrus, xp̄s pro nobis passus est, relinquens nobis exemplū ut sequamur uestigia eius: hoc est respondere. Dicit et Apl's Ioannes, Sicut xp̄s pro nobis animam suam posuit, ita & nos debemus aiam pro fratribus ponere, hoc est respondere. Chorus aūt concordiam significat, q in charitate consistit. Quisqs ergo quasi æmulator dn̄icę passionis tradiderit corpus suū ut ardeat, si charitatē nō habeat, nō respōdet in choro, & ideo nihil ei pdest. Proinde q̄ admodum dr̄ in arte musica, sicut ea edocti hoīes latine dicere potuerūt pcentor & succentor: præcentor. s. qui uocem præmittit in cantu: succentor autem, q subsequente canēdo respondet: ita in hoc cātico passionis pcedentem xp̄m subsequitur chorus martyrū in finem cœlestium coronarū. Hoc. n. canitur filijs Chore. i. imitatoribus passionis xp̄i, qm̄ in Caluariæ loco crucifixus est xp̄s, quæ illius Hebræi nominis interpretatione phibetur, id est, chore. Et hic est intellectus Eman Israelitæ. Quod in titulo huius ultimo positū est. Eman qppe interp̄tari dicitur fratres eius. Eos. n. frēs suos Christus facere

E

† al. tamen.

F
1. Pet. 2.
1. Ioan. 3.
1. Cor. 13.
Matt. 27.

G dignatus est, q sacramentum crucis eius intelligūt,
& non solū de illa nō erubescunt, uerumetiā in illa
fideliter gloriātur, nō se de suis meritis extollētes,
sed eius gratię nō ingrati, ut unicuiq; eorum dici pos-
Ioan. 1. sit, Ecce uere Israelita in quo dolus non est, sicut ipm
Israel scriptura sine dolo fuisse cōmendat. Iam itaq;
xpi uocem in prophetia pręcinentis audiamus, cui
suus chorus uel imitatione uel gratiarum actione re-
spondeat. Dn̄e deus salutis meę, in die clamaui &
nocte corā te. Intret in cōspectu tuo oratio mea,
inclina aurē tuam ad precē meam.) Orauit. n. dn̄s,
non secundum formam dei, sed secundum formā
serui: secundū hanc enim & passus est. Orauit aūt
& cum in lætis rebus ageret, quod diei nomine: &
cum in aduersis, qd noctis nomine significari arbi
tror. Ingressus orationis in cōspectu dei, acceptatio
eius est: inclinatio auris dei misericors exauditio est:
nā membra talia qualia nos habemus in corpore,
non habet deus. Est autē solita repetitio: nā qd est,
Intret in cōspectu tuo oratio mea: idipsum ē, Incli-
na aurem tuā ad precē meā. Qm̄ repleta est malis
aia mea, & uita mea in inferno appropinquauit.)
H Audemusne dicere animā xpi repletā malis, cū illa
passionis afflictio in carne ualuerit quicqd ualuit?
Vnde & ipse suos ad tolerātiā passionis accendēs,
& tanquā ad rn̄dendum exortans chorum suū, No
Matt. 10 lite, inqt, timere eos qui corpus occidunt, aiam au-
tem nō possunt occidere. An occidi aia a persecuto
3. sen. di. ribus non potest, malis aūt repleri potest? Quod si
15. Sed ita est, quærendum qbus: non. n. uitijs, pcti quæ ho
quia. mini dominatur iniqtas, aiam illam repletā possu-
mus dicere, sed forte doloribus, qbus aia sic carni
in eius passione compatitur: nō enim uel ipse q dicit
corporis dolor potest esse sine aia, quē ineuitabili-
ter [illegible] præcedit mœstitia, q solius aię dolor
est. Dolere enim aia et non dolente corpore potest,
dolere aūt corpus sine aia non potest. Cur itaq; nō
dicamus non hois peccatis, sed tn̄ humanis malis
Esa. 53. repletam fuisse animam xpi? De quo alius Prophe-
ta dicit qd pro nobis doluerit: & Euāgelista, Assum
ptis inqt, Petro & duobus filijs Hebedæi cœpit cō-
Matt. 26. tristari & mœstus esse. Et ipse dn̄s de seipso, Tristis
est aia mea usq; ad mortem. Hæc futura præuidens
I Propheta psalmi huius conscriptor, inducēs eū lo-
quentem, Qm repleta est, inquit, malis anima mea
& uita mea in inferno appropinquauit: nam ipsam
sententiam omnino uerbis alijs explicauit, qua dictum
Ibidem est, Tristis est aia mea usq; ad mortem. Quod. n. ait,
3. sen. di. tristis est aia mea: hoc dictum est, Repleta est ma-
15. Sed lis aia mea, Et quod sequitur, usq; ad mortē: hoc di
quia. ctū est, & uita mea in inferno appropinquauit. Hos
aūt humanæ infirmitatis affectus, sicut ipsam car-
nem infirmitatis humanæ, ac mortē carnis huma-
næ dominus, non cōditionis necessitate, sed miseratio-
tionis uoluntate suscepit, ut trāsfiguraret in se corpus
suū quod est Ecclesia, cui caput esse dignatus est, hoc
est, membra sua in sanctis & fidelibus suis: ut si cui eo-
rum inter humanas tētationes contristari & dolere
cōtingeret, nō ideo se ab eius grā putaret alienū, &
nō esse ista pcta, sed humanæ infirmitatis indicia,
tanquā uoci præmissæ concinens chorus, ita corpus
eius ex ipso suo capite addisceret. In hoc [illegible] pe cor-
pore [illegible] membrorum Aplo Paulo [illegible], &
Rom. 9. audimus [illegible] tente [illegible] bus malis repletā esse ani-
mam suā, cū dicit tristitia sibi esse magnā & conti-

nuū dolorē cordi suo pro fratribus suis scdm carnē, K
q sunt Israelitæ. Pro qbus si contristatū dicamus &
dn̄m cum eius passio ppinquaret, in qua illi se im-
manissimo scelere fuerant obligaturi, nō incōgrue
nos dicere existimo. Deniq; illud qd in cruce [illegible],
Pater ignosce illis qa nesciunt qd faciunt: et in isto Luc. 23.
psalmo deinceps dr, Deputatus sum cū descende-
tibus in lacū:) Vtiq; a nescientibus qd facerent, qui
eū sic mori putauerunt, ut moriuntur hoies cęteri,
tanquā necessitati subditū atq; illa necessitate de-
uictum. Lacū. n. dixit, uel miseriæ, uel inferni pfun-
ditatem. Factus sum, inqt, sicut homo sine adiuto
rio, inter mortuos liber. In his uerbis maxime psō
na dn̄i apparet. Quis. n. alius inter mortuos liber, ni
si in similitudine carnis peccati inter peccatores solus
sine peccato. Vnde illis q se insipienter liberos pu- Rom. 8.
tabant, Ois, ait, qui facit pctm̄, seruus est peccati. Et Ioan. 8.
qa per eū q non habebat pctm̄, oportebat liberari
à peccatis, Si uos, inqt, filius liberauerit, tūc uere li- Ioan. 10.
beri eritis. Hic ergo inter mortuos liber, q in pote-
state habebat ponere aiam suā, & iteru sumendi, a Ioan. 2.
quo eam nemo tollebat: sed eā ipse uoluntate pone
bat, q ēt carnem suam tanq̄ solutū ab eis templum L
resuscitare poterat cū uolebat: Quē passurum cum Ioan. 8.
oēs deseruissent, solus non remansit, qa pater eum & 16.
nō deseruit, sicut ipse testatur ab inimicis [illegible] qui
bus omnium nescientibus, qd faciebant & dicentibus,
Alios saluos fecit, seipsum nō potest: si filius dei est Matt. 27.
descendat nunc de cruce, & credimus ei: saluum fa
ciat eū si uult eum: factus est. i. existimatus est tanq̄
homo sine adiutorio. Tanqua uulnerati dormiē
tes in sepulchro.) Sed addidit, Quorum nō memini-
sti adhuc.) Vbi est dn̄i xpi à cæteris mortuis aad-
uertēda discretio Nā & ipse uulneratus est, & mor- Ibid.
tuus positus in sepulchro: sed illi q nesciebant qd
faciebant, qs esset uiuq; nesciētes, similem illū putaue-
runt alijs uulnere occisis, & dormientibus in sepul
chro, quorum deus adhuc nō meminit. i. quorū non-
dum tps resurgendi aduenit. Ideo nanq; mortuos
consueuit scriptura dicere dormientes, quia euigilatu
ros. i. resurrecturos uult intelligi. Sed hic uulneratus
& dormiens in sepulchro, die tertio euigilauit, & fa-
ctus est sicut passer singularis in tecto. i. ad dexterā Psal. 101.
dei patris in cœlo: nec iā morit, & mors ei ultra non M
dnabitur. Vnde loge distāt ab eis, quorum ad talē re- Rom. 6.
surrectionem deus non meminit adhuc. Quod. n.
pcedere oportebat in capite, corpori [illegible] in fi
nem. Tunc aūt dr deus meminisse qn facit, tūc ob-
liuisci qn nō facit: nā neq; obliuio cadit in deū, qa
nullo modo mutat: neq; recordatio qa non obliui
scitur. Factus sum ergo ab eis nescientibus qd facie-
bant tanquā hō sine adiutorio [illegible] inter mor
tuos liber: factus sum ab eis nescientibus [illegible] facie-
bant [illegible] uulnerati dormiētes i sepulchro. Et ip
si expulsi sunt de manu tua: Id est, cū [illegible] eis fa
ctus sum, ipsi expulsi sunt de manu tua [illegible] adiuto
rio manus tuę priuati sunt, q me sine adiutorio eē pu
tauerūt. Foderūt. n. sicut dicit in alio psalmo, ante Psal. 56
faciē meā foueā, & inciderunt in eam. Melius. n. sic in-
telligendū existimo, qm̄ ut id qd dictum est, Et ipsi ex-
pulsi sunt de manu tua, ad illos referatur dormientes
in sepulchro, quorum nō meminit adhuc, cū sint i eis
[illegible], quorum licet non meminerit [illegible] resurgant,
de his tn̄ dictū est, Iustorum aię i manu dei sūt, hoc ē, Sapi. 3.
habitāt i adiutorio altissimi, & i ptectione dei cœli Psal. 90.
commorantur.

A cōmorantur. Sed illi expulsi sunt de manu dei, qui dñm Iesum Xp̄m de manu eius expulsum esse crediderunt, quia eum inter iniquos deputatū occidere potuerunt. Posuerunt me, inquit, in lacu inferiori: uel potius, in lacu infimo:) Sic enim est in Græco. Quid est aūt lacus infimus, nisi ꝓfundissima miseria, qua nō sit profundior? Vñ alibi dr̄, Eduxisti me de lacu miseriæ. (Psal. 39.) In tenebrosis & i umbra mortis.) Posuerunt utiq. i. existimantes, quādo quod faciebant nesciebāt, & ignorabant eū quē nemo principū huius seculi cognouit. (1. Cor. 2) Vmbra. n. mortis, nescio utrū mors corporis hic intelligēda sit, an illa poti⁹ de qua scriptū est, Qui sedebant in tenebris & umbra mortis, lux orta est eis: (Esa. 9.) quia credēdo in lucē & in uitā, ex tenebris & morte impietatis educti sunt. Talem ergo illi q nesciebāt quod faciebant deū putauerunt, & inter tales nesciendo posuerunt, q̄libus ne hoc essent ipse subuenit. In me cōfirmata est indignatio tua:) Vel sicut alij codices habēt, ira tua: uel sicut alij, furor tuus. Quod. n. Græce positū est θυμὸς, diuerse interpretati sunt nostri: nā ubi Græci B codices habēt ὀργὴν, ibi irā latine dicere null⁹ ferè dubitauit interpres. Vbi aūt θυμὸς positū est, pleriq; nō putauerunt irā esse dicendā, cū magni authores Latinæ eloquentiæ de philosophorū Græcorū libris etiam hoc iræ nomine uerterint in Latinū: neq; de hac re diutius disputandū est, cui tñ si & nos aliud nomē adhibere debem⁹, tolerabilius indignationē dixerim q̄ furorem. Furor quippe sicut se Latinū habet eloquium, nō solet esse sanorū. Quid ergo est, in me cōfirmata est ira tua, nisi quēadmodū illi putauerunt, qui dñm glóriæ nō cognouerunt? (1. Cor. 2.) Apud eos enim sic erat, ꝙ ira dei nō solū cōmota, uerūetiam cōfirmata fuerit super eum, quem usq; ad mortem, nec quālibet mortem, sed quā execrabilius præ cæteris habebant. i. usq; ad mortem crucis perducere potuerunt: (Gal. 3.) unde dicit Apostolus, Xp̄s nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: scriptū est enim, Maledictus omnis homo q pendet in ligno. (Deut. 21.) Et ideo cū eius obedientiam usq; ad extremā humilitatē cōmendare uellet, humiliauit, inqt, (Philip. 2.) C semetipsum, factus obediens patri usq; ad mortem. Quod cū parū uideretur, adiecit: mortem autē crucis. Propter hoc quantū mihi uidet, etiā in isto Psalmo talis uersus sequitur: Et oēs suspēsiones tuas:) Vel sicut quidā sunt interpretati: Omnes fluctus tuos:) Aut sicut alij: Oēs elationes tuas super me induxisti.) Scriptum est n. & in alio psalmo, omnes suspēsiones tuæ, & fluctus tui sup me ingressi sunt: uel sicut quidā melius trāstulerunt, super me trāsierunt διῆλθον enim est in Græco, nō ἐπῆλθον. Vbi ergo utrunq; positū est, & suspensiones & fluctus, nō ibi potuerunt ꝓ suspēsionibus fluctus poni. Quæ duo sic exposuimus, ut suspēsiones diceremus cōminationes, fluctus aūt iam ipsas passiones: q̄ utraq; ueniunt de iudicio dei. Sed illic dictū est, Oēs sup me trāsierunt: hic uero, Super me oēs induxisti. Illic ergo & si q̄dam acciderunt, oia tñ mala q̄ illis uerbis intelligi uoluit, super me trāsierunt dixit: hic uero, super me induxisti. Transeunt. n. siue quæ nō attingunt sicut suspēsiones, siue q̄ attingunt sicut fluct⁹. Cū aūt nō ait, omnes suspēsiones super me transierunt, sed super me induxisti, omnia q̄ impendebant euenisse significat. Impendebant aūt quādiu in ꝓphetia futura iminebant omnia, q̄ de illi⁹ passione

ꝓdicta sunt. Lōge, inquit, fecisti notos meos à me.) D Si eos quos nouerat acceperimus dictū esse notos meos, oēs erunt: nam quē ille non nouerat? Sed eos dicit notos, quibus & ipse notus erat, quantū eum tunc nosse potuerunt, certe uel hactenus ꝙ sciebāt eū innocentē, etiam si hominem tantūmodo & nō deum putabant, quāuis & bonos quos ꝓbaret, hic notos dicere potuerit: sicut malos quos iprobaret ignotos, qbus in fine dicturus est, nō noui uos. (Matt. 7.) Qđ uero adiungit: Posuerūt me abominationē sibi:) Possunt & illi quidē intelligi quos notos sibi dixit, qa & ipsi gen⁹ illius mortis horrebāt: sed melius intelligitur de his, de qb⁹ suis ꝑsecutorib⁹ superius loquebatur: Traditus sum, inqt, & non egrediebar.) Vtrū quia foris erant discipuli eius qñ ipse intus iudicabat, (Matt. 26.) an potius, nō egrediebar, altius dictū debemus accipere. i. in interioribus meis latebā, nō ostēdebam, quis essem, nō ꝓpalabar, nō manifestabar? Et ideo sequitur, Oculi mei infirmati sunt ab inopia.) Nā quos eius oculos intellecturi sumus? Nā si exteriores in carne in qua patiebat positos, nō eos in eius passione legim⁹ infirmatos ab inopia. i. tanq̄ E fame, ut assolet, languisse. Post cœnā quippe suā traditus, & eodem die crucifixus est. Si interiores, quō infirmati sunt ab inopia, cū in eis esset lux indeficiens? Sed nimirū oculos suos dixit mēbra, q̄ in suo corpore cui caput est, ipse clariora & eminētiora & ꝑcipua diligebat. De quo corpore Ap̄ls loquens, & de nr̄o corpore similitudinē adhibens, ait, Si totū corp⁹ oculus, ubi auditus? (1. Cor. 12.) Si totū corp⁹ audit⁹, ubi odoratus? Si fuissent oia unū mēbrum, ubi corpus? Nunc aūt multa mēbra, unū aūt corpus. Nō potest dicere oculus manibus, opus uobis nō habeo. Et si dixerit manus, qa nō sum oculus, nō sum de corpore, nū ideo nō est de corpore? Quid autē his uerbis uellet intelligi, euidētius expressit dicens, Vos autē estis corpus Xp̄i & membra. (1. Cor. 12.) Quapropter & illi oculi. i. sancti Apostoli quibus non reuelauerat caro & sanguis, sed pater eius q in cœlis est, ut Petrus diceret, Tu es Xp̄s filius dei uiui, (Matt. 16.) uidētes eū tradi ac tanta perpeti mala, qm̄ nō eum uidebant qualem uolebant, quia nō egrediebatur. i. nō manifestabatur in F uirtute & potētia sua, sed in suis interioribus occultis oia quasi superatus atq; impotens sufferebat, infirmati sūt ab inopia uelut subtracto sibi cibo suo, lumine suo, Et exclamaui, inquit, ad te dñe.) Hoc qdem & apertissime fecit cū penderet in ligno. Sed qđ sequitur, Tota die expādi manus meas ad te.) quō oporteat accipi, merito q̄ritur. Si. n. in eo quod ait, expandi manus meas, crucis patibulū intellexerimus, quō intellecturi sumus, tota die? Nunquid tota die pependit in ligno, cū & nox ad totū diem pertineat? Si aūt hoc loco diem uoluit intelligi, qui ꝑter noctē dies appellari solet, etiam talis diei quādo crucifixus est, iam pars prima & nō parua transierat. Si autē diem pro tēpore positū uelimus accipere, maxime quia hoc nomē genere fœminino posuit, quod in Latino eloquio nō nisi tēpus significare solet: quāuis in Græco non ita sit, semper quippe in ea lingua dies fœminino genere dicitur, & ideo nostros sic interpretari puto, arctius q̄stio colligabitur. Quō. n. toto tēpore, si nec saltē uno toto die manus extēdit in cruce? Porrò si totū pro parte accipiendū esse dicam⁹, qa isto genere locutionis uti etiā sancta scriptura cōsueuit, nō mihi occurrit exē

G plum,totũ pro parte etiam tunc posse accipi,qñ ip-
sum uerbũ additur, & dicitur totum: nam & in eo
Matt.12. quod dixit dñs ĩ Euãgelio,Sic erit & filius hominis
in corde terræ trib⁹ dieb⁹ & tribus noctib⁹,ideo to
tũ pro parte nõ insolenter accipitur, qa nõ ait,totis
trib⁹ dieb⁹,& totis tribus noctib⁹. Vnus quippe me
dius fuit totus dies,duorũ aũt partes,primi ultima,
ultimi prima. Si aũt nõ crucẽ suam in hac ꝓphetia
Psalmi significauit his uerbis, sed orationẽ quã eũ
ex forma serui fudisse deo patri Euãgelio teste didi
cim⁹,ubi eũ & lõge ante passionẽ,& sub die passio
nis,& ĩ ipsa cruce orasse meminim⁹, nusquã hoc eũ
tota die fecisse legimus. Proinde cõuenienter ꝑ extẽ
tas manus tota die cõtinuationẽ bonorũ operũ in-
telligerẽ possumus, à quorũ nunq̃ intẽtione cessauit.
Sed qa solis p̃destinatis ad æternã salutẽ,nõ autem
oib⁹ hominib⁹, nec ipsis inter quos facta sunt eius
bona opa ꝓfuerũt,ideo cõsequenter adiecit: Nun
quid mortuis facies mirabilia?) Hoc.n.si de his di-
ctum putauerimus quorũ caro exanimis facta est,
magna mirabilia facta sunt mortuis, cũ quidã eorũ
Matth.27. etiam reuixerunt: Et q dñs penetrauit inferna,atq
H inde mortis uictor ascẽdit,magnũ mortuis miracu
lum factũ est. Significat ergo isto uerbo quo ait,Nũ
quid mortuis facies mirabilia,hoĩes corde ita mor-
tuos,ut eos ad uitã fidei tanta Christi mirabilia nõ
Ioan.6. mouerent. Neq.n.propterea dixit nõ eis fieri mira-
bilia,qa non ea uident, sed qa nõ eis prosunt: nam
Esa.56. sicut hic ait, Tota die expãdi manus meas ad te:qa
omnia opera sua nõ nisi ad uoluntatẽ patris refert,
sępissime se cõtestans ideo uenisse, ut uoluntatẽ pa
tris impleret; ita quia eadẽ opera etiam infidelis po
pulus uidit, alius Propheta dicit, Tota die expandi
manus meas ad pplm nõ credentẽ & contradicen-
tem: ipsi sunt mortui qbus nõ sunt facta mirabilia,
nõ q ea nõ uiderũt,sed q p ea nõ reuixerũt. Quod
autẽ sequitur: Aut medici exuscitabunt,& cõfite-
buntur tibi? Id est,qa nõ à medicis exuscitabuntur
homines,ut cõfiteantur tibi. In Hebræo qdẽ aliter
se habere firmatur: nõ enim medici,sed gigãtes esse
perhibent. Verũ Septuaginta interpretes quorũ au-
thoritas tãta est, ut nõ immerito ꝓpter mirabilem
I cõsonantiã diuino spiritu interpretati esse credant,
de uocis similitudine q̃ in Hebrea lingua gigãtes &
medici penè eodẽ modo sonãt, & exigua differẽtia
distinguunt, non errore sed potius occasione,quõ
isto loco accipiendi essent gigãtes significarẽ uolue-
runt. Si.n.superbos gigantũ nomine insinuatos in-
1.Cor.1. telligamus: de qbus dicis Apls,Vbi sapiens,ubi scri-
ba,ubi cõquisitor huius seculi, nõ fuit incongruũ
eosdẽ medicos nũcupari,uelut p artẽ sapientiæ suę
ꝓmittentes animarũ salutẽ. Cõtra quos dicitur,do
Psal. 3. mini est salus. Si n aũt in bono acceperimus gigan-
Psal. 18. tes,quia & de ipso dño dictũ est, Exultauit ut gigas
ad currendã uiam: q ita sit gigas gigantũ magnorũ
scilicet & fortissimorũ, qui in eius Ecclesia spiritali
robore excellunt,sicuti est mons montium: qa de
Esa.2. illo scriptũ est, Erit in nouissimis tẽporibus manife
stus mons domini paratus in cacumine montium,
Danie.2. sicut etiã sanctus sanctorũ: nõ est absurdum ut idẽ
ipsi magni & fortes etiã medici uocent: unde dicit
Rom.11. Apostolus Paulus, Si quõ æmulari potero carnem
meam,ut saluos faciã aliquos ex illis. Sed etiam ta-
les medici quãuis non de suo curent,qa nec medici
corporis curant de suo,tamen quantulibet p fidele

ministeriũ opitulent saluti; uiuẽtes curare possunt, K
nõ mortuos excitare: de quibus dictũ est,Nunquid
mortuis facies mirabilia? Nimis.n.occulta dei gra-
tia est,qua hominũ mẽtes quodãmodo reuiuiscũt;
ut possint à qbuslibet eius ministris p̃cepta sanita-
tis audire. Quã gratiam cõmendat in Euãgelio dñs
dicens,Nemo potest uenire ad me,nisi pater q misit Ioan.6.
me traxerit eũ. Et paulopost apertius hoc ipsum re-
petens ait, Verba q ego locutus sum uobis,spiritus
& uita sunt,sed sunt quidã ex uobis qui nõ credũt:
deinde interponit Euangelista, Sciebat.n.ab initio Ibidem.
Iesus q essent credituri,& quis traditurus esset eum.
Et secutus atq ipsius dñi uerba cõiungens ait,Et di
cebat, Propterea dixi uobis qa nemo põt uenire ad vbi supra.
me nisi fuerit ei datũ à p̃re meo: supra dixerat,Sed
sunt quidã ex uobis qui nõ credunt: & tanq̃ huius
rei causam exponens, Propterea,inquit,dixi uobis,
qa nemo potest uenire ad me,nisi fuerit ei datum à
p̃re meo,ut ostenderet eam ipsam fidẽ qua credit,&
ex morte sui cordis aĩa reuiuiscit, dari nobis à deo. 4.ser. di-
Quantulibet ergo ex ipsa excellentes uerbi p̃dica- sti.18.hic
tores & ueritatis, etiam p miracula sua fortes,tanq̃ quæritur
magni medici agant cũ hoib⁹,si mortui sunt,& tua in fine.
gr̃a nõ reuixerint, nunqd mortuis facies mirabilia, L
aut medici exuscitabũt,& hi quos exuscitabunt cõ
fitebunt tibi? Hęc.n cõfessio indicat uiuos,nõ sicut
alibi scriptũ est, A mortuo uelut qui nõ sit perit cõ Eccli. 17.
fessio. Nũquid enarrabit quis in sepulchro miseri
cordiam tuã,& ueritatẽ tuam in perditione?) Sub-
auditur quod supra dictũ est, ut etiã iste uersus ita
se habeat ac si dictũ sit, Nunquid enarrabit qs ueri
tatẽ tuam in pditione? Misericordiã quippe & ueri-
tatẽ amat scriptura cõiungere, maxime in Psalmis.
Quod uero ait,in pditione,alio uerbo repetiuit qđ
supra dixerat,in sepulchro: sic.n. dictũ est,in sepul-
chro: ut intelligant ij q sunt in sepulchro,qui & su-
perius significati sunt noĩe mortuorũ,ubi ait, Nun-
quid mortuis facies mirabilia? Animę nãq mortuę
corpus sepulchrũ est: unde dñs in Euangelio talib⁹ Matt.23.
dicit,Similes estis sepulchris dealbatis,q foris appa
rent hoibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus
mortuorũ & omni spurcitia: sic & uos à foris quidẽ
apparetis hominibus iusti, intus aũt pleni estis hy- M
pocrisi & iniquitate. Nunquid cognoscent in tene
bris mirabilia tua, & iustitia tua in terra oblita?)
Quod est in tenebris, hoc est in terra oblita. Infi-
deles n.significant nomine tenebrarũ. Hinc dicit
Apostolus, Fuistis.n.aliquando tenebrę. Sic & terra Ephe.5.
oblita,homo est qui oblitus est deum. Potest nanq
anima infidelis usq ad tantas tenebras peruenire,
ut dicat stultus in corde suo,nõ est deus. Tot⁹ ergo Psal.13.
iste sensus ita continuatur atq cõtexitur, Clamaui
ad te dñe inter passiones meas,tota die expãdi ma-
nus meas ad te.i.nõ destiti ad te glorificandũ extẽ
dere opera mea. Cur ergo impij in me sæuiunt,nisi
qa mortuis nõ facies mirabilia? id est,nõ eis cõmo
uentur ad fidẽ,nec medici eos exuscitabũt ut cõfi-
teant tibi, in quibus occulta gratia tua non operat
qua trahunt ut credant,qa nemo uenit ad te, † nisi † ali' me.
quẽ tu attraxeris: nã qs enarrabit in sepulchro mise Ioan. 6.
ricordiam tuam.i. animę mortuę,cuius mors iacet
sub corporis põdere: & ueritatẽ tuã ĩ pditione,hoc
est,in tali morte nihil bonũ ualẽti credere atq sen-
tire? Nunquid.n in tenebris huius mortis,hoc est,ĩ
homine q te obliuiscẽdo uitę lumẽ amisit,tua mi-

A rabilia iustitia cognoscent? Occurrebat autē quæstio quisnā sit usus istorū mortuorū, qd ex his agat deus ad utilitatem corporis xpi qd est Ecclesia, ut in eis demõstretur, quę sit dei gratia in pdestinatis, q secūdū ppositū uocati sunt: unde ipsum corpus in alio psalmo dicit, Deus me⁹ misericordia eius pueniet me. De⁹ meus demõstrauit mihi in inimicis meis. Ergo & hic sequtur ac dicit, Et ego ad te dñe clamaui.) In qbus uerbis iam intelligendus est do min⁹ xps ex uoce corporis sui loqui, id est, Ecclesię.

Psal. 38.

Ephe. 2. Quid est. n. & ego, nisi qa fuimus, & nos aliqñ natura filij iræ, sicut & cęteri? Sed ad te clamaui ut salu⁹ essem. Quis. n. me discernit ab alijs filijs iræ, cū Apostolum audiam ingratos terribiliter increpantem ac dicentem, Quis. n. te discernit? Quid autē habes

1. Cor. 4 qd nō accepisti? Si aūt accepisti, qd gloriaris quasi

Psal 3. non acceperis? Dñi est salus, Grgas autem in multi-

Ge. 32. tudine uirtutis suæ nō erit saluus, sed sicut scriptū est, Qui inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Quō

Rom. 10 aūt inuocabunt, in quem nō crediderūt? Aut quō credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Aut quō prædicabunt si

B non mittant? Sicut scriptū est, Quā speciosi pedes

Ibidem eorū q annunciant pacem, q annūciant bona. Ipsi

Luc. 10. sunt medici curātes à latronibus sauciatū, sed dñs pduxit eum ad stabulū: qa ipsi sunt etiā operantes

1. Cor. 4 in agro dñico, nec tamen q plātat est aliquid, aut q rigat, sed qui incrementū dat deus. Ideo & ego ad dnm clamaui, hoc est, dominū ut saluus essem inuocaui. Quō autē inuocarem, nisi crederem? Quō crederem, nisi audirem? Sed ut audita crederem ipse me attraxit, quia in occulto à morte cordis non quilibet medicus, sed ipse excitauit. Nāq multi audierunt, qa in oēm terram exiuit sonus eorū & in fines orbis terrę uerba eorū. Sed nō oium est fides, & nouit dñs q sunt eius: ac per hoc nec credere potuissem, nisi me dei misericordia præuenisset: & qa mortuos suscitat, & uocat ea q nō sunt, tanquā ea q sunt, me in occultis uocādo & suscitādo, & trahendo à tenebris eduxisset, & ad lumē fidei pduxisset. Ideo sequtur, Et mane oratio mea pueniet te.) Iam mane posteaq nox infidelitatis & tenebrę transierunt. Quod mane ut mihi esset, misericordia qdem tua puenit me. Sed qa restat illa clarificatio, ubi illu

C minabunt occulta tenebrar, & manifestabunt cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuiq à deo: nūc aūt in ista uita, in ista pegrinatione, in hac luce fidei, q in cōparatione tenebrar infideliū iā dies est, sed i cōparatione diei, ubi uidebim⁹ facie ad faciē, adhuc nox ē, adhuc oro mea pueniet te. Vt aūt ista feruescat & exerceatur oro, quod nobis quantum expediat nullis, ut opinor, uerbis explicari pōt differtur bonū qd in æternū dabitur, & mala transi-

Psal 21 toria crebrescunt. Ideo sequit, Vt qd dñe repulisti oronem meā?) Hoc & illis uerbis dictum est, Deus deus me⁹ respice in me, ut qd me dereliquisti? Causa cognoscēda pposita est, nō tanq sine causa hoc faceret deo occulta sapiētia: ita & hic, Vt qd dñe repulisti orationem meam? Huius tñ rei causa si diligenter aduertat, iā superius indicata est. Ad hoc. n. oratio sanctorum dilatione tanti beneficij, & tribulationū aduersitate quasi repellit ut tanq ignis flatu repcussus inflāmetur ardenti⁹. Exeqtur itaq breuiter etiam tribulationes corporis Christi. Neq. n.

Acto. 9. in solo capite factę sunt, cū & Saulo dictū sit, Quid me psequeris? Et ipse iam Paulus tanq electū mē-

D brum in eodem corpore positus dicat, ut suppleā, q desunt pressurarum xpi in carne mea. Vt qd ergo dñe repulisti orationem meam? Auertisti faciem tuā à me. Inops sum ego & in laborib⁹ à iuuentute mea, exaltatus aūt humiliat⁹ sum, & cōturbatus. In me transierūt iræ tuæ, & terrores tui cōturbauerūt me. Circūdederunt me sicut aqua tota die, circūdederūt me simul. Elōgasti à me amicū & proximū & notos meos à miseria.) Contigerūt & cōtingunt oia hęc in membris corporis xpi, & auertit deus ab orantib⁹ faciē, nō exaudiēdo ad id qd uolūt, qñ sibi nesciūt nō expedire qd petunt. Et inops est Ecclesia cū esurit & sitit, pegrina unde satiet in patria, & in laborib⁹ est à iuuētute sua. Ipm. n. corpus xpi & in alio Psalmo dicit, Sæpe expugnauerūt me à iu-

Psal. 128. uentute mea. Et ad hoc exaltant etiā in seculo isto qdam membra eius, ut in eis sit maior humilitas, & super ipm corpus, id est, unitatē sanctorum atq fidelium cui caput est xps, transeunt iræ dei, non autem manent: qa non de fideli, sed de infideli dictū est, Ira dei manet super eum. Et terrores dei contur bant infirmitatē fideliū, qa oē qd accidere pōt, et

E si non accidat, prudenter timetur. Et aliqñ terrores

Ioan. 3. ipsi ita conturbant animum cogitantis circūpendentib⁹ malis, ut sicut aqua undiq circūfluere uideat, & simul circūdare metuentē. Et qa Ecclæ in hoc mūdo peregrināti ista nō desunt, dū modo in his, mō in illis mēbris ei⁹ usquequaq cōtingunt, iō dixit, tota die, cōtinuatione significans tpis, donec finiatur hoc seculum. Et sæpe amici & noti periclitantes scd'm seculum, sanctos fortitudine deserūt, de quibus dicit Apls, Omnes me dereliquerunt, nō

2. Tim. 4 illis imputetur: sed ut quid hæc oia, nisi ut oratio hui⁹ sancti corporis mane, id est, post noctē infidelitatis in luce fidei pueniat deū, donec ueniat salus illa, in cui⁹ nondū re, sed iam spe salui facti sumus,

Rom. 8. eamq cū patiētia fideliter expectam⁹, ubi nec repellet dns orationem nostram, qm tunc nihil erit petendum, sed quicqd recte petitum est obtinēdum? Nec faciē suam auertet à nobis, qm uidebim⁹ eū sicuti est. Nec inopes erimus, quia copia nostra ipse deus erit, oia in omnib⁹: nec laborabimus, qa nulla remanebit ifirmitas. Nec exaltati humiliabimur & conturbabimur, qa nulla ibi erat aduersitas: nec

F iram dei uel transeuntē sustinebimus, qa in eius benignitate manentes manebim⁹: nec terrores eī nos cōturbabunt, qa pmissa reddita nobis obuiabūt: nec territus lōge fiet à nobis not⁹ & amic⁹, ubi nullus erit qui timeatur inimicus.

In Psalmum octuagesimumoctauum Enarratio.

Psalmus istū de quo loq proposuim⁹ charitati uestrę, donāte dño, accipite de spe, quā habem⁹ in xpo Iesu dño nro, & erigite animos, qa ille qui promisit ita cætera cōpleturus est, ut multa cōpleuit. Dat. n. nobis ad eum fiduciā, nō meritū nostrū, sed illi⁹ misericordia. Et ipse est quātū arbitror, Intellect⁹ Ethan Israelitę.) Vñ iste psalmus titulū accepit. Audieras. n. quis homo fuerit q uocabatur Ethan: interpretatio tñ nominis huius robustū indicat. Et nemo i hoc seculo robust⁹ est, nisi in spe promissionis dei. Quantū. n. attinet ad merita nra, infirmi sumus: quantū ad eius misericordiā, robusti sumus. Itaq iste infirmus in se, robustus in misericordia dei, unde cœpit:

G *Concio prima de prima parte Psalmi.*

Isericordias tuas dñe in ęternum cantabo.
m In generatione & generationem annũcia-
bo ueritatẽ tuam in ore meo.) Obſequantᷓ
membra, inquit, mea, dño meo loquor, ſed tua lo-
quorᷓ, annũciabo ueritatẽ tuã i ore meo. Si nõ ob-
ſequor, ſeruus nõ ſum: ſi à me loquor, mẽdax ſum.
Ergo ut & abs te dicã, & ego dicã, duo quædã ſunt:
Vnum tuũ, unũ meum: ueritas tua, os meum. Quã
ergo ueritatẽ annunciet, quas miſericordias cãtet,
audiamus. Qm̃ dixiſti, in æternum miſericordia
ędificabitur.) Hoc cãto, hęc eſt ueritas tua, huic an
nunciandæ ſeruit os meum: qm̃ dixiſti, in æternũ
miſericordia ædificabitur. Sic, inquis, ædifico ut
non deſtruam: qm̃ quoſdã ſic deſtrues, ut nõ ædi-
fices: quoſdam uero ſic deſtrues, ut ędifices. Niſi e-
nim qdam deſtruerentur, ut ædificarentur, non di
Hiere. 1 ceretur Hieremiæ, ecce poſui te ad deſtructionẽ, &
ad ædificationem. Et utiq; oẽs q idola colebant &
lapidibus ſeruiebant, in xp̃o non ædificarẽtur, ni-
ſi in priſtino errore deſtruerentur. Rurſus niſi qdã
H ita deſtruerentur ut nõ ædificarẽtur, nõ diceretur,
Pſal. 27 Deſtrues eos & nõ ędificabis illos. Propter eos er-
go q deſtruunᷓ & ædificãtur, ne putarẽt ędificatio
nẽ qua ædificanᷓ, eſſe temporalẽ, ſicut temporalis
fuit ruina in qua deſtruunᷓ, tenuit ſe iſte cuiꝰ os ſer
uit ueritati dei, ad ipſam ueritatẽ dei. Ideo annũcia
bo, ideo dico, Qm̃ dixiſti, ſecurus homo dico, qm̃
tu deus dixiſti, qa & ſi ego i uerbo meo fluctuarẽ,
uerbo tuo cõfirmarer, qm̃ dixiſti. Quid dixiſti? In
æternum miſericordia ædificabitur. In cœlis pręparabitur ueritas tua.) Qũo ſuperius, ita in conſe-
quentibus, Miſericordias tuas dñe, inquit, in æter-
nũ cãtabo, in generatione & generationẽ annũcia
bo ueritatẽ tuã in ore meo. Dixit miſericordias, di
xit ueritatem, ita rurſus utrumq; coniunxit: qm̃ di-
xiſti, in æternũ ædificabiᷓ miſericordia, in cœlis p̃
parabiᷓ ueritas tua. Et hic repetiuit miſericordiã &
Pſal. 24. ueritatem, Vniuerſæ.n. uiæ dñi miſericordia & ue-
ritas. Neq; enim exhiberetur ueritas impletiõe pro
miſſorũ, niſi pręcederet miſericordia in remiſſione
peccatorum. Deinde qm̃ populo Iſrael etiam ſecun
dũ carnem uenienti de ſemine Abrahæ promiſſa e-
rant multa prophetice, & ita ille populus ꝓpagatus
I eſt in quo implerenᷓ promiſſa dei, non aut clauſit
deus fontẽ bonitatis ſuæ ẽt in alienigenas gentes,
quas ſub angulis cõſtituerat, portionẽ ſibi faciens
populũ Iſrael: In hęc duo & Apoſtolus diſtincte di
ſtribuit miſericordiam dñi & ueritatem. Ait enim
Roma. 15. xp̃m miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter ueri-
tatẽ dei ad cõfirmandas promiſſiones patrum. Ec-
ce qa non fefellit deus, quia nõ repulit deus plebẽ
ſuam quam præſciuit. Etenim cum de caſu Iudæo
rũ ageretur, ne qs putaret ſic illos ĩprobatos, ut ni-
hil frumẽti ex illa uẽtilatione in horreum mittere-
Rom. 11. tur: ait Apoſtolus, Nõ repulit deus plebem ſuã quã
p̃ſciuit: nam & ego Iſraelita ſum. Si totũ illud ſpinę
fuerũt, unde hoc granũ uobis loquor? Ergo imple-
Ibidem ta eſt ueritas dei in iis, q ex Iſraelitis crediderũt, &
Ephe. 2. uenit unus paries ex circũciſiõe applicãs ſed ad la
pidẽ angularẽ. Sed ille lapis angulũ non faceret, ni
ſi aliũ parietẽ ex gentibꝰ ſuſciperet. Ille itaq; paries tã-
quã proprie ptinet ad ueritatẽ, iſte aũt alius ad mi
Rom. 15 ſericordiã. Dico enim, inquit, Ieſum xp̃m miniſtrũ
fuiſſe circunciſioninis propter ueritatem dei ad cõ
firmandas promiſſiones patrũ, gentes aũt ſup miſe K
ricordia glorificare deũ. Merito in cœlis p̃parabi-
tur ueritas tua. Etenim oẽs illi Iſraelitæ uocati Apo
ſtoli, cœli facti ſunt q enarrãt gloriã dei. De his cœ-
lis dicitur, Cœli enarrãt gloriã dei, & opera manuũ Pſal. 18.
eius annũciat firmamentũ: ut noueritis de his cœ-
lis dici, certe de his in cõſequẽti expreſſiꝰ dictũ eſt,
Nõ ſunt loquelę neq; ſermones quoꝝ non audiantᷓ
uoces eoꝝ. quęre quorum, non inuenis niſi cœloꝝ.
Si ergo Apoſtoli ſunt, quorũ in oibus loquelis uox
audita eſt, ipſi ſunt de qbus dictum eſt, In oẽm ter Rom. 10.
ram exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba
eorũ: qa etſi aſſumpti hinc ſunt anteq̃ Eccleſia im-
pleret orbem terrarum, tñ uerba eorum peruene-
runt uſq; ad terminos orbis terrarum. Bene accipi-
mus in his impletũ quod nũc legimus, In cœlis p̃-
parabitur ueritas tua. Diſpoſui teſtamentũ electis
meis:) Dixiſti, intellexiſti, hoc totũ dixiſti, Diſpoſui
teſtamentũ electis meis. Quod teſtamentũ, niſi no
uum teſtm̃? Quod teſtamentum, niſi in quo reno-
uatur ad nouam hęreditatem? Quod teſtm̃, niſi cu
ius hæreditatis deſiderio & amore cãtemus canti-
cum nouum? Diſpoſui, inquit, teſtm̃ electis meis: L
Iuraui Dauid ſeruo meo.) Quàm ſecurus loquitur
iſte qui intelligit, cuius os ſeruit ueritati? Qm̃ dixi-
ſti, ſecurus loquor. Si ſecurũ me facis qa dixiſti quã
to ſecuriorẽ quia iuraſti? Dei qppe iuratio, promiſ- Matt. 5.
ſionis eſt cõfirmatio Bene ꝓhibeᷓ homo iurare, ne
conſuetudine iurandi, qa poteſt homo falli, etiã in
periurium prolabatur. Deus ſolus ſecurus iurat, qa
falli non põt. Videamus ergo qd iurauerit deus. Iu-
raui, inqt, Dauid ſeruo meo: Vſq; in æternũ prępa
rabo ſemẽ tuũ.) Semen Dauid quod eſt niſi ſemen
Abrahæ? Quod aũt ſemen Abrahæ, Et ſemini tuo, Gala. 3.
inquit, qd eſt xp̃s. Sed forte ille Chriſtus caput Ec- Ephe. 5.
cleſię, ſaluator corporis, ſemen eſt Abrahę, & iõ Da
uid: nos aũt non ſumus ſemẽ Abrahæ. Imò uero ſu
mus, ſicut Apoſtolus ait, Si aũt uos xp̃i, ergo Abra- Gala. 3.
hę ſemen eſtis, ſecundũ promiſſionẽ hęredes. Sic er
go hic accipiamꝰ fratres, uſq; in æternũ pręparabo
ſemen tuũ, non tantũ illam carnẽ xp̃i natã ex Ma-
ria uirgine, ſed etiam nos oẽs credentes in xp̃o. Il-
lius.n. capitis mẽbra ſumus, nõ poteſt hoc corpus
decollari. Si in ęternum caput, in ęternũ glorianᷓ &
membra, ut ſit ille xp̃s integer in æternum. Vſq; in M
æternum præparabo ſemen tuũ: Et ędificabo in
generationẽ & generationem ſedẽ tuã.) Putamus
hoc dixit, in ęternũ, qd in generationẽ & generatio
nem, qm̃ & ſupra dixerat, in generationem & gene-
rationem annunciabo ueritatẽ tuam in ore meo.
Quid eſt, in generationem & generationẽ? In oẽm
generationẽ. Nõ.n. totiens repetendũ erat uerbũ,
quotiẽs gñatio uenit & trãſit. Ergo multiplicatio
generationũ in repetitione ſignificata & cõmenda
ta eſt. An forte duæ generationes ſunt intelligẽdę ſi
cutᷓ noſtris, ſicut iam inſinuatũ ueſtræ charitati re-
tinetis? Eſt.n. generatio nunc carnis & ſanguinis,
erit generatio futura in reſurrectione mortuoꝝ. Prę
dicatur hic xp̃s, prædicabitur ibi: ſed hic prædica-
tur ut credatur, ibi prædicabitur ut uideaᷓ. Aedifi-
cabo in generationẽ & generationem ſedem tuam.
Nunc aũt xp̃s habet in nobis ſedem ſuã, ędificata
eſt ſedes eius in nobis: niſi.n. ſederet in nobis, non
nos regeret: ſi ab illo aũt nõ regeremur, à nobiſip-
ſis p̃cipitaremur. Sedet ergo in nobis, regnãs in no-

A bis: sedet iam in illa gñatione quæ fuerit ex resurre ctione mortuoꝝ. In æternum xp̃s regnabit in sanctis suis: hoc promisit deus, hoc dixit deus: si parũ est, hoc iurauit deus. Quia ergo non scd̃m merita nostra, sed scd̃m illius misericordiã firma est ꝓmissio, nemo debet cum trepidatione prædicare, unde non potest dubitare. Fiat ergo in cordibus nr̃is robur illud, unde Ethan nomẽ accepit robustus cor de: ꝑdicemus ueritatẽ dei, eloquium dei, promissa dei, iurationem dei, & his modis omni ex parte firmati ꝑdicemus, & portando deũ cœli simus. Confitebuntur cœli mirabilia tua dñe.)Nõ merita sua cõfitebuntur cœli, sed cõfitebuntur mirabilia tua dñe. In omni. n. misericordia perditoꝝ, in iustificatione impioꝝ, qd laudamus nisi mirabilia dei? Laudas qa resurrexerunt mortui, plus lauda quia redẽpti sunt perditi. Quæ gratia, q̃ misericordia dei? Vides hoiem heri uoraginẽ ebriositatis, hodie ornamentum sobrietatis: uides hominem heri cœnũ luxuriæ, hodie decus tẽperantiæ. Vides hominẽ heri blasphematorem dei, hodie laudatorem dei: uides hoiem heri seruum creaturæ, hodie cultorẽ creato

B ris. Ab istis oibus desperationibus ita hoies cõuertuntur: non respiciant ad merita sua, fiant cœli. Cõfiteãtur cœli mirabilia eius, à quo facti sunt cœli. *Psal. 8.* Qm̃ uidebo, inqt, cœlos opera digitorum tuorum. Confitebuntur cœli mirabilia tua dñe. Et ut noueritis, qa cœli confitebuntur, uidete ubi confitebũtur: sequitur. n. Et ueritatẽ tuam in Ecclesia sanctorum.)De cœlis ergo nulla dubitatio est, ꝙ intelligantur ꝑdicatores uerbi ueritatis. Et ubi confitebuntur cœli mirabilia tua & ueritatẽ tuã? In Ecclesia sanctoꝝ. Excipiat Ecclesia rorem cœloꝝ, sitienti terræ pluant cœli, & germinet excipiens pluuiam germina bona, opa bona, ne pro bona pluuia det spinas, & pro horreo expectet ignẽ. Cõfitebuntur cœli mirabilia tua dñe, & ueritatẽ tuam in Eccl̃ia sanctoꝝ. Cœli ergo cõfitebuntur mirabilia tua, & ueritatẽ tuam. Totũ quicqd ꝑdicant cœli, ex te est, & de te est, & ideo securi ꝑdicant. Norunt n. quem ꝑdicant, qa non possunt de prædicato erubescere. Quid ꝑdicant cœli? Quid confitebuntur in Eccl̃ia sanctorum? Qm̃ qs in nubibus æquabitur dño?)

C Hoc me cœli confitebunt, hoc cœli pluent? Quid? Qm̃ quis in nubibus æquabitur dño? Inde securi ꝑdicatores, qm̃ nemo in nubibus æquabitur dño. Magna laus uobis uidetur frẽs, non æquari nubes creatori. Si intelligatur sine misterio ad literã, non magna laus est, dño non æquari nubes. Quid. n? Stellæ quæ sunt supra nubes æquantur dño? Quid enim? Sol & luna, angeli, cœli comparari poterunt domino? Quid est quod pro magno ait, Qm̃ quis in nubibus æquabit dño? Intelligimus fratres nubes istas sicut cœlos, ꝑdicatores esse ueritatis, Prophetas, Ap̃los, annunciatores uerbi dei. Nã ista oĩa genera prædictorum nubes esse dictas ex illa prophetia itelligimus, ubi deus iratus uineæ suæ dixit, *Esa. 5.* Mandabo nubibus meis ne pluant sup eã imbrẽ. Quã uineã explicat & designat apertissime dicens, Vinea dñi sabaoth, domus Israel est. Ne tu aliter intelligas uineam, & relictis omnibus significatis terram scruteris: Vinea, inquit, dñi sabaoth, domus Israel est. Nõ intelligat aliud, sed intelligat domus Israel se esse uineã meã: se intelligat mihi non dedisse uuã, sed spinas: se intelligat ingratã extitisse plantatori atq; cultori, ingratã extitisse irrigatori. Ergo si

D uinea dñi sabaoth domus Israel est, qd dixit irat⁹? Mandabo nubibus meis ne pluãt sup eã imbrem. Et reuera ita fecit: missi sunt Ap̃li tanquam nubes, ut pluerent Iudæis, & illi uerbũ dei repellẽtes, quia pro uuis spinas dederunt, dixerũt Apostoli, Ad uos *Act. 13.* missi eramus, sed qa repulistis uerbũ dei, imus ad gentes. Ex illo cœperunt nubes non pluere pluuiã sup uineã illam. Si igitur nubes ꝑdicatores sunt ueritatis, quãmus primo quare sint nubes: Iidẽ qppe cœli, iidem nubes: cœli ꝑp fulgorem ueritatis, nubes ꝑp occulta carnis: nubes. n. oẽs nebulosæ sunt propter mortalitatem, & ueniunt & transeunt ꝑp ipsa occulta carnis, id est, occulta nubium: ait Apostolus, Nolite ante tp̃s quicquam iudicare, donec *1. Cor. 4.* ueniat dñs & illuminet abscondita tenebrarũ. Nũc ergo quid loquatur homo uides, quid gestet in corde non uides. Quod exprimitur de nube uides, qd seruatur in nube nõ uides. Cuius n. oculi nubẽ penetrant? Ergo nubes in carne prædicatores ueritatis. Venit & ipse oium creator in carne. Sed quis in nubibus æquabitur dño? Et quis similis erit dño in filijs dei?)Ergo nemo in filijs dei similis erit fi

E lio dei. Et ipse dictus est filius dei, & nos dicti sum⁹ filij dei. Sed quis erit similis dño in filijs dei? Ille unicus, nos multi. Ille unus, nos in illo unum. Ille natus, nos adoptati: ille ab ęterno filius unigenitus ꝑ naturam, nos à tp̃e facti per gratiam: ille sine ullo peccato, nos per illũ liberati à peccato. Quis ergo in nubibus æquabitur dño, aut qs similis erit dño in filijs dei? Dicimur nubes ꝑp carnẽ, & sumus prædicatores ueritatis ꝑp imbrem nubium. Sed caro nr̃a aliter uenit, caro illi⁹ aliter. Dicimur & filij dei, sed ille aliter filius dei. Illius nubes ex uirgine, ille filius ex æternitate æqualis patri. Quis ergo in nubibus æquabitur dño, aut qs similis erit dño in filijs dei? Dicat ipse dñs utrum similem inueniat, Quem *Matt. 16.* me dñt homines esse filium hominis? Ecce. n. quia uideor, qa conspicior, quia inter uos ambulo, & fortasse ꝑsentia uilui, dicite quem me dñt homines esse filium hois? Certe quem filium hominis uident, nubẽ uident: dicant uel dicite, quem me dñt homines esse? Et responderunt dicta hominum, Alij dñt

F Hieremiam, alij Heliam, alij Ioannem Bap. aut unũ ex prophetis. Nominatæ sunt multæ nubes & filij dei. Etenim quia iusti & sancti, utiq; & ipsi filij dei: Hieremias, Helias, Ioannes, filij dei & nubes, qa præ *Ibidem* dicatores dei. Dixistis quas nubes me hoies esse putent, & in qbus filijs dei me hoĩes numerẽt, dicite, & uos, quem me dicitis esse? Respondẽs Petrus pro omnibus, pro unitate unus, Tu es, inquit, xp̃s filius dei uiui. Qm̃ quis in nubibus æquabitur dño, aut quis similis erit dño inter filios dei? Tu es xp̃s filius dei uiui, non quomodo filij dei, qui tibi non æqnãtur. Venisti in carne, sed non quomodo nubes, quę tibi non æquantur. Quis. n. tu cui respondetur, Tu es xp̃s filius dei uiui, quẽ putauerunt alij hoies nõ sancti, non iusti, unum ex Prophetis, aut Heliã, aut Hieremiam, aut Ioannem Baptistam? Quis ergo es tu? Audi quod sequitur, Deus glorificandus in cõsilio iustorum.)Quis ergo in nubibus æquabitur dño, aut quis similis erit dño in filijs dei, quando ille deus est glorificandus in consilio iustorum? Qm̃ non possunt æquales illi esse, cõsilium ipsorum sit credere in illum. Qm̃ non possunt æquales illi es-

G ſe nubes & filij dei, reſtat conſilium fragilitatis aiæ
1.Cor. 1 humanæ, ut q glonatur in dño glorietur. Deus glo
rificandus in conſilio iuſtorum. Magnus & terri-
bilis in oēs qui in circuitu eius ſunt.)Vbiq; deus.
Qui ergo in circuitu eius ſunt, qui ubiq; eſt? Si.n. ha
bet aliquos in circuitu, quaſi undiq; finitus intelli-
gitur. Porro ſi uerū dictum eſt à deo & de deo, Ma-
gnitudinis eius nō eſt finis: q remanent, qui ſunt in
circuitu eius, niſi qa ille qui ubiq; eſt, uoluit per car
Luc. 2. nem in uno loco naſci, in una gente conuerſari, in
& .23. uno loco crucifigi, ex uno loco reſurgere, ex uno lo
co in cœlū aſcendere? Vbi hoc fecit, in circuitu eius
gētes ſunt. Si ibi remaneret ubi iſta fecit, non eſſet
magnus & terribilis in oēs q in circuitu eius ſunt.
Quia uero ibi ſic p̄dicauit, ut inde ſui nominis mit
teret p̄dicatores per oēs gentes toto orbe terrar, fa
ciendo miracula p ſeruos ſuos factus eſt magnus &
terribilis in oēs q in circuitu eius ſunt. Dñe deus
uirtutum quis ſimilis tibi? Potens es dñe & ueritas
tua in circuitu tuo.)Magna potentia tua, Tu feciſti
cœlum & terrā & oia q̄ in eis ſunt, ſed plus eſt miſe
ricordia tua, q̄ exhibuit ueritatē tuam in circuitu
H tuo. Si.n. ibi ſolum prædicareris ubi naſci, ubi pa-
Matt. 27. ti, ubi reſurgere, unde aſcēdere uoluiſti, impleta eſ-
& . 28. ſet illa ueritas ꝓmiſsionis dei ad cōfirmandas pro
Rom. 15. miſsiones patrū: ſed non impleretur, Gentes aūt ſu
per miſericordia glorificate deum, niſi illa ueritas
expanderetur, & ab illo loco ubi apparere uoluiſti
in circuitu diffunderet. Tu qdē in illo loco de nu-
be ꝓpria intonuiſti, ſed ad rigandū in circuitu gen
Matt. 24 tium alias nubes miſiſti. Vere potēs impleſti qd di
xiſti, Amodo uidebitis filiū hoīs uenientē in nubi
bus cœli. Potēs es dñe, & ueritas tua ī circuitu tuo:
Sed cū cœperit ueritas in circuitu p̄dicari, utiq; fre-
Pſal. 2. muerunt gentes, & ppl̄i meditati ſunt inania. Aſtite
runt reges terræ, & principes cōuenerunt in unum
aduerſus dñm, & aduerſus xp̄m eius. Vtiq; cum cœ
piſſet ueritas tua p̄dicari in circuitu tuo, tanquam
uenires ad ducendā coniugē ex alienigenis, occur-
Iudic. 14 rit leo fremens & ſuffocatus eſt à te. Hoc.n. p̄figura
tum eſt in Sampſon. Et illius uerbis, meis ſine noīe
illius dictis non acclamaretis, niſi agnoſceretis: au
diſtis.n. ut illi q ſoletis cōplui à nubibus dei. Ergo
I ueritas tua in circuitu tuo: ſed qū ſine perſecutioni
bus, qū ſine contradictionibus, cū dictum ſit eum
Luc. 2. natum in ſignū cui contradicetur? Quia ergo illa
gens ubi naſci, ubi cōuerſari uoluiſti, tanquā terra
erat ſeparata à fluctibus gentiū, ut appareret arida
cōpluenda, reliquæ autē gentes mare erant in ama
ritudine ſterilitatis ſuæ, qd facient p̄dicatores tui
ſpargentes ueritatē tuā in circuitu tuo, qm̄ fremūt
fluctus maris? quid facient? Tu dñaris poteſtati
maris.)Nā qd facit mare ſæuiēdo, niſi diem quem
hodie celebramus? Martyres occidit, ſemina ſangui
nis ſparſit, ſeges Eccl̄ię pullulauit. Secure ergo pgāt
nubes, diffundant ueritatē tuā in circuitu tuo, nō
timeāt rabidos fluctus, Tu dñaris poteſtati maris.
Mouetur qdem mare, & contradicit mare, perſtre-
pit mare, ſed fidelis deus q non uos ſinet tentari ſu
1.Cor. 10 pra id qd poteſtis. Quia ergo fidelis eſt q nō uos ſi-
nit tentari ſupra id qd poteſtis. Motū aūt fluctum
eius tu mitigas.)Deniq; ut placaretur mare, imò ut
eneruaretur rabies maris, quid in ipſo mari feciſti?
Tu humiliaſti ſicut uulneratū ſuperbū.)Eſt qui-
Amos. 9. dem ſupbus draco in mari, de quo alia ſcriptura di

cit, Mandabo draconi ibi ut mordeat eū: eſt draco K
de quo dr̄, Draco hic quē finxiſti ad illudēdū ei, cu Pſal. 103
ius caput contundit ſuper aquā. Tu, inqt, humilia-
ſti ſicut uulneratū ſuperbum. Humiliaſti te, & hu-
miliatus eſt ſupbus. Superbus.n. per ſuperbiam ſu-
perbos tenebat, humiliatus eſt magnus, credēs aūt
in eū factus eſt paruus. Dum nutritur paruus exem
plo magnificati parui, qd tenebat diabolus perdi-
dit, qa ſuperbus nō niſi ſuperbos tenebat. Dato tā-
to humilitatis exēplo didicerunt hoīes dānare ſu-
perbiam ſuā, imitari humilitatē xp̄i. Ita ergo ille p-
dendo quos tenebat, ēt ipſe humiliatus eſt, nō cor
rectus ſed ꝓſtratus. Tu humiliaſti ſicut uulneratū
ſuperbū. Humiliatus es & humiliaſti, uulneratus es
& uulneraſti: neq;.n. eū nō uulneraret ſanguis tuus Col. 2.
q effuſus eſt, ut deleret chirographū peccatorū. Vn
de.n. ſuperbiebat, niſi qa cautionē contra nos tene
bat? Hāc tu cautionē, hoc chirographū tuo ſangui
ne deleuiſti: illū ergo uulneraſti, cui tot abſtuliſti.
Vulneratum.n. intelligas diabolū, non penetrata
carne quā non hēt, ſed pcuſſo corde ubi ſuperbus
eſt. Et in brachio uirtutis tuę diſperſiſti inimicos
tuos. Tui ſunt cœli & tua eſt terra.)A te pluāt, ſup L
terram pluant. Tui ſunt cœli, p quos p̄dicata eſt ue
ritas in circuitu tuo: tua eſt terra, q̄ excipit ueritatē
in circuitu tuo: deniq; qd de illa pluuia factum eſt?
Orbem terrarū & plenitudinē eius tu fundaſti,
Aquilonē & maria tu creaſti.)Non.n. aliqd contra
te ualet, contra creatorē ſuū. Et malitia qdem per
ſuæ uoluntatis peruerſitatem ſæuire pōt mundus,
nunquam tn̄ excedit modū poſitum à creatore q
fecit oia. Quid ergo timeo Aqlonem, qd timeo ma
ria? Eſt quidem in Aquilone diabolus, q dixit, Po- Eſa. 14.
nam ſedē meam in Aqlonem, & ero ſimilis altiſsi-
mo: ſed humiliaſti ſicut uulneratum ſuperbum. Er
go qd in illis tu feciſti, plus ualet ad dñationē tuā,
q̄ illorum uoluntas ad malitiam ſuā. Aquilonē &
maria tu creaſti. Thabor & Hermō in noīe tuo ex
ultabunt.)Montes iſti intelliguntur, ſed aliqd ſigni
ficant. Thabor & Hermō in noīe tuo exultabunt.
Thabor interpretari dr̄ ueniens lumē. Sed unde ue
nit lumen de quo dictum eſt, Vos eſtis lumen mū- Matth. 5.
di, niſi ab illo de quo dictū eſt, Erat lumē uerū qd Ioan. 1.
illuminat oēm hoiem uenientem in hūc mundū? M
Illud ergo lumen qd eſt lumen mundi, ab illo lumi
ne uenit quod nō aliunde accenditur, ut timendū
ſit ne extinguatur. Ergo uenit lumen ab illo, lucer-
na illa q̄ non ponitur ſub modio, ſed ſuper cande-
labrum, ueniens lumē Thabor. Hermon aūt inter-
pretaē anathema eius. Merito uenit lumen, & factū
eſt anathema eius, cuius niſi diaboli uulnerati ſup
bi? Vt ergo illuminaremur abs te, datū eſt ut ana-
thema nobis eſſet, q nos in ſuo errore & ſupbia de-
tinebat, à te nobis eſt. Ergo Thabor & Hermon in
noīe tuo exultabūt, non in meritis ſuis, ſed in noīe
tuo: dicēt.n. iſti, Non nobis dñe non nobis, ſed no Pſal. 113.
mini tuo da gloriam, pp mare ſæuiens, ne forte di-
cant gentes, ubi eſt deus eorum. Tuum brachiū
cum potentia.)Nemo ſibi aliqd arroget, Tuū bra-
chium cū potentia: à te facti ſumus, à te defenſi ſu- Pſal. 9.
mus. Tuū brachiū cū potentia. Confirmetur ma
nus tua & exalteē dextera tua, iuſtitia & iudicium
p̄paratio ſedis tuæ.)Apparebit i fine iuſtitia tua &
iudiciū tuū, nūc occulta sūt iſta. Et de iudicio tuo
dr̄ i alio Pſalmo, Pro occultis filij erit manifeſtatio Pſal. 9.

A iudicij tui & iustitiæ tuę. Ponentur qdam ad dexte
Matt. 25. ram,& qdam ad sinistrā,& expauescēt infideles cū
uiderint qd modo irridentes nō credūt, Gaudebūt
iusti cū uiderint qd modo non uidentes credunt.
Iustitia & iudicium pparatio sedis tuæ: utiq; in die
iudicij. Nunc ergo qd? Misericordia & ueritas præ
eunt faciem tuam.) Præparationē sedis tuæ, iusti-
tiam tuā & iudiciū tuum uenturum timerem, nisi
antecederet te misericordia & ueritas tua. Quid ti-
meam in fine iudicia tua, qn præcedente misericor
dia tua deles peccata mea, & exhibēdo ueritatem,
imples pmissa tua? Misericordia & ueritas tua præ-
Psal. 24 eunt faciē tuam. Vniuersæ, inqt, uiæ dñi misericor-
dia & ueritas. In his oibus nō exultabimus, aut qd
exultamus capiem⁹, aut uerba sufficiēt lętitię nrę,
aut lingua idonea erit explicare gaudiū nostrū? Si
ergo nulla uerba sufficiunt, Beatus ppls sciens iu-
bilationem.) O beate popule putas intelligis iubi
lationem? Nullo modo beatus es, nisi intelligas iu-
bilationē. Quid est, intelligas iubilationem? Scias
unde gaudeas, qd uerbis explicare non possis. Gau
2. Cor. 2 dium. n. tuum non de te, ut q gloriātur, in dño glo-
B rientur: noli ergo exultare in supbia tua, sed in gra
tia dei. Vides ipsam grām tātam esse, cui lingua ex-
plicandæ nō sit idonea, & intellexisti iubilationē:
deniq; si intellexisti in gratia iubilationē, ipsius grę
audi commendationē. Beatus certe ppls sciens iu-
bilationem. Quā iubilationē? Vide si nō de gratia,
uide si non de deo, & oino non de te. Dñe in lumi
ne uultus tui ambulabunt.) Thabor ille ueniēs lu
men, nisi in lumine uultus tui ambulet, uento sup
biæ lucerna extinguit. Dñe in lumine uult⁹ tui am-
bulabunt. Et in noie tuo exultabunt tota die.)
Thabor ille & Hermō in noie tuo exultabūt. Si uo
lunt, tota die in noie tuo: sin aūt exultabunt in no
mine suo, nō tota die exultabūt. Non. n. in gaudio
pseuerabunt, qn de seipsis gaudebunt, & per super-
biam cadent. Ergo ut tota die exultēt, in noie tuo
exultabunt. Et in iustitia tua exaltabuntur) Non
Rom. 10. in sua iustitia, sed in tua, ne sint zelū dei hñtes, sed
non scdm sciam. Quidam. n. notantur ab Aplo q
zelum dei habeant, sed non scdm sciam. Ignorātes
C dei iustitiam, & suam uolentes constituere, & nō in
Ibidē lumine tuo exultantes, iustitiæ dei non sunt subie
cti. Sed unde? Quia zelū dei hñt, sed non scdm sciē
tiam. Populus aūt sciens iubilationem, illi. n. nō se-
cundum sciam: beatus autē populus non nesciens,
sed sciens iubilationem, unde debet iubilare, unde
debet exultare, nisi in nomine tuo ambulans in lu
mine uultus tui? Et exaltari qdem merebitur, sed in
tua iustitia. Auferat de medio iustitiā suā, & humi-
lietur: ueniet dei iustitia, & exaltabit. Et in iustitia
tua exaltabuntur. Qm gloria uirtutis eorū tu es,
& in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrū.)
Quia tibi beneplacuit, non quia nos digni sumus.
Psal. 88. Qm dñi est susceptio.) Nam ego ut cumulus are-
næ impulsus sum ut caderē, & cecidissem nisi dñs
suscepisset me: qm dñs est susceptio. Et sancti Israel
regis nostri.) Ipse susceptio, ipse te illuminat: in eius
lumine tutus es, in eius lumine ambulas, iustitia
eius exaltaris. Ipse te suscipit, infirmitatē tuā ipse cu
stodit, ipse te facit robustū de se, non de te. Tunc
locutus es in aspectu filijs tuis & dixisti.) Locutus
es in aspectu tuo, reuelasti hoc Prophetis tuis. Ideo
locutus es eis in aspectu. i. in reuelatione, unde Pro
phetæ uidentes dicebantur: uiderūt quiddā intus D
qd dicerent foris, & in occulto audierūt qd palam
pdicauerunt. Tunc locutus es in aspectu filijs tuis,
& dixisti, Posui adiutoriū super potentē.) Intelle-
xistis quē potentē? Exaltaui electū de pplo meo.)
Intelligitis quē electum, quem iam gaudetis exalta
tum. Inueni Dauid seruū meū.) Iustum Dauid, ex
semine Dauid. In oleo sancto meo unxi eū.) De il Psal. 44.
lo. n. dr̃, Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis
præ participibus tuis. Manus. n. mea auxiliabitur
ei, & brachium meū cōfortabit eum.) Scdm quod 1. Reg. 16
susceptio hois facta est, scdm qd caro in utero uir- Psal. 44.
ginis assumpta est, scdm quod ab illo qui in forma Luc. 1.
dei æqualis est patri, forma serui suscepta est, & fa- Philip. 2.
ctus est obediens usq; ad mortē, mortem autē cru-
cis. Non pficiet inimicus in eo.) Sæuit qdem ini-
micus, sed non pficiet in eo: solet qdem nocere, sed
non nocebit. Quid est ergo qd affliget? Exercebit,
nō nocebit. Proderit sæuiēdo, qa in quos sæuit co
ronabuntur uincendo. Quid. n. uincit, si nihil con
tra nos sæuit? Aut ubi adiutor nr̃ deus, si nos nō di
micamus? Inimicus ergo faciat qd suū est, sed non
pficiet inimicus in eo. Et filius iniqtatis nō appo E
net nocere ei. Et cōcidā inimicos eius a facie illi⁹.)
Conciduntur à conspiratione sua, & q credunt cō
ciduntur. Paulatim. n. credunt, tanquā cōminuto
capite uituli uenient in potum ppli dei. Cōminuit
enim caput uituli Moyses, sparsit in aqua, & dedit Exod. 32.
bibere filijs Israel. Cōminuuntur oēs infideles, cre-
dunt paulatim, & à pplo dei bibunt; in corpus xpi
traijciuntur. Et concidā inimicos eius a facie illius.
Et eos q oderunt eū fugabo.) Fugabo ne noceāt.
Sed fugator istorum forte aliq dicunt, Quò ibo à Psal. 138.
spiritu tuo, & à facie tua quò fugiā? Et uidentes nō
se habere quò fugiāt ab omnipotente, conuersi fu-
giunt ad oipotentem. Et eos q oderunt eū fugabo.
Et ueritas mea & misericordia mea cū ipso est.)
Vniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas. Memēto-
te quantum potestis, q sæpe nobis commendētur
duo hæc, ut reddam⁹ illa deo. Sicut. n. ipse exhibuit
nobis misericordiā, ut deleret peccata nostra: & ue-
ritatem, ut impleret pmissa sua: sic & nos ambulā-
tes in uia eius debemus ei reddere misericordiā &
ueritatē: misericordiā, ut miserorum misereamur: ueri F
tatem, ut non inique iudicemus: nō tibi tollat ueri-
tas misericordiā, nec misericordia impediat uerita-
tem. Si. n. per misericordiā iudicaueris contra ueri-
tatem, aut quasi rigida ueritate oblitus fueris mise-
ricordiā, nō ambulabis in uia dei, ubi misericordia
& ueritas occurrerunt sibi. Et in noie meo exalta-
bitur cornu ei⁹.) Quid opus est ut immoremur? xpia-
ni estis, xpm agnoscite. Et ponā in mari manum
eius.) Hoc est, dñabitur gentibus. Et in fluminib⁹ Psal. 84.
dexterā eius.) Flumina currunt in mare, cupidi ho
mines in amaritudinem huius seculi prolabuntur,
omnia tñ genera ista xpo subdita erunt. Ipse inuo-
cabit me, pater meus es tu, de⁹ meus & susceptor sa-
lutis meæ. Et ego primogenitū ponā eū, excelsum
apud reges terræ.) Martyres nostri quorum natalitia
celebramus, sanguinē suum pp hæc credita & non-
dum uisa fuderūt: quāto fortiores nos esse debem⁹
uidendo, per qd illi crediderūt? Excelsum. n. apud
reges terræ illi nondum uiderunt xpm, adhuc prin-
cipes conueniebant in unum aduersus dñm & ad-
uersus Christum eius. Nondum impletū erat quod

G in ipso Psalmo sequit, Et nūc reges intelligite, eru-
Psal. 2. dimini oēs qui iudicatis terrā, Iam ergo factus est
xp̄s excelsus apud reges terræ. In æternum serua-
bo illi misericordiam meam, & testm̄ meum fidele
ipsi.) Propter ipsum fidele testm̄, in ipso mediatum
est testm̄, ipse mediator testamēti, ipse signator te-
stamenti, ipse fideiussor testamenti, ipse testis testa-
menti, ipse hæreditas testamenti, ipse cohæres testa
menti. Et ponam in seculum seculi semen ei⁹. Non
tm̄ in hoc seculo, sed in seculum seculi, quò transi-
bit utiq; semen eius. Quæ est hæreditas eius? Semē
Galat. 3 Abrahę quod ē xp̄s: si autē uos Christi, ergo Abra
hæ semen estis. Et si in æternum accepturi hęredi-
tatem, ponet in seculum seculi semen eius. Et thro
num eius sicut dies cœli.) Throni regum terreno-
rū, sicut dies terræ. Alij sunt dies cœli, alij sunt dies
terrę. Dies cœli anni sunt illi, de quibus dicitur, Tu
Psal. 101 autē idemipse es, & anni tui non deficient Dies ter
ræ succedentibus urgentur, præcedentes excludun
tur: nec qui succedunt manent, sed ueniūt ut eant,
& penè anteq̃ ueniant eunt. Isti sunt dies terrę. Dies
aūt cœli quæ? Et unus dies cœli, & illi anni nō de-
H ficientes, nec initiū habent nec terminū, nec ullus
dies ibi angustatur inter hesternū & crastinum. Ne
mo ibi expectat futurum, nemo ibi perdit p̄teritū,
sed dies cœli semp præsentes sunt, ubi erit thron⁹
eius in æternū. Quod restat, si placet, seruemus, qm̄
longus est psalmus, & adhuc uobiscum aliquid in
nomine xp̄i acturi sumus. Reficite ergo uires, non
dico animi uestri: nam uideo ꝙ animo infatigabi-
les estis, sed pp̄ seruos animæ ut durent in ministe-
rio corpora uestra, aliquantulum reficiemini, & re-
fecti ad cibos redite.

Concio secunda de secunda parte eiusdem Psalmi.

D reliqua psalmi de quo in matutino locu
a ti sumus aium intēdite, & piū debitū exigi
te eo reddituro p nos, qui fecit nos & uos.
Dn̄s xp̄s in superiorib⁹ psalmi ex promisso dei an-
nunciabatur, & adhuc in his uerbis etiam quæ tra
ctaturi sumus, ipse annunciatur de illo.n. inter cæ-
tera paulò superius dictū erat, Et ego primogenitū
ponam eum, excelsum apud reges terræ. In æternū
seruabo illi misericordiam meam, & testm̄ meū fi-
dele ipsi. Et ponam in seculum seculi semen eius, &
I thronum eius sicut dies cœli. De his & de oibus su
pra ab ipso exordio q̃ potuimus diximus: sequitur
autem, Si dereliquerint filij eius legem meā, & in
iudicijs meis non ambulauerint. Si iustificationes
meas prophanauerint, & mandata mea non custo
dierint, Visitabo in uirga iniquitates eoꝝ, & in fla-
gellis delicta eoꝝ. Misericordiā uero meā nō disper
gā ab eo, neq; nocebo eos in ueritate mea. Neq; pro
1. Reg. 7. phanabo testm̄ meum, & quæ procedunt de labijs
meis non reprobabo.) Magnum firmamentum, fir
mamentū promissionis dei. Filij huius Dauid, filij
sunt sponsi: oēs ergo xp̄iani, filij eius dicuntur. Mul
tum est autem quod promittit deus, quia si xp̄iani,
hoc est, filij eius dereliquerint, inqt, legem meam, &
in iudicijs meis nō ambulauerint, si iustificationes
meas prophanauerint, & mandata mea non custo-
dierint, nō contēnam eos, neq; in pditione dimittā
eos Sed qd faciā? Visitabo in uirga iniqtates eoꝝ, &
in flagellis delicta eoꝝ. Non ergo tm̄ misericordia
uocātis est, sed & uerberantis & flagellātis. Sit itaq;
manus paterna sup te, & si fili⁹ bonus es, noli repel-
lere disciplinam patris tui. Quis est enim filius cui K
nō dat disciplinam pater eius? Det disciplinā, dum
non auferat misericordiam. Cædat contumacem,
dum tñ reddat hæreditatem. Tu si promissa patris
bene agnouisti, nō timeas flagellari, sed exhæreda-
ri. Quem enim diligit deus, corripit, flagellat autē Heb. 12
omnem filium quem recipit. Peccator filius dedi-
gnatur flagellari, cum sine peccato uideat unicum
flagellatum? Visitabo ergo, ait, in uirga iniquitates
eorum: sic & Apostolus comminatur. Quid uultis?
In uirga ueniam ad uos? Absit ut dicerent pij filij, si 1. Cor. 4.
cū uirga uenturus es, noli uenire. Melius est.n. eru-
diri in uirga patris, q̃ in blandimento perire prędo
nis. Visitabo, inquit, in uirga iniquitates eoꝝ, & in
flagellis delicta eorum. Misericordiam uero meam
non dispergā ab eo. A quo? Ab illo.s. Dauid, cui ta-
lia promisi, quē unxi in oleo sancto meo præ parti
cipibus suis. Agnoscitis eū à quo nō disperget deus
misericordiam suā, ne quis forte solicitus dicat, qn̄-
quidem xp̄m dicit, à quo se misericordiam suā non
dispersurū esse cōfirmat, qd ergo peccator? nunqd
enim hoc dixit, Misericordiam aūt meam non di-
spergam ab eis? Visitabo, inqt, in uirga iniquitates L
eoꝝ, & in flagellis delicta eorum. Expectabas ad se
curitatem tuam, misericordiam uero meā non disp
gam ab eis. Et qdē hoc nōnulli codices habēt, sed
emendatiores non habent: tñ & q hoc habent, ni-
hil ab re habēt. Q̄uo enim à Christo misericordiā
suam non dispergit? Nunquid ipse saluator corpo-
ris, uel in terra, uel in cœlo peccauit, q sedet ad de-
xteram eius, & interpellat pro nobis? A Christo tñ, Roma. 8.
sed à mēbris eius, à corpore eius qd est Ecclesia. Sic
enim pro magno dicit, ꝙ ab illo nō dispergat mise
ricordiā suā, quasi nō agnoscamus unigenitū filiū
q est in sinu patris: non.n. pro persona sua ibi com
paratur homo, sed una persona est deus & hō. Ergo
ab eo nō dispergit misericordiam suam, cū à mem-
bris eius, cum ab eius corpore nō dispergit miseri-
cordiā suā, in quo & ipse in terra psecutiones patie-
baf, cū iā sederet in cœlo, & nō de cœlo clamabat,
Saule Saule, qd psequeris seruos meos: nec, qd pseq Act. 9.
ris sāctos meos: nec, qd psequeris discipulos meos
sed, qd me psequeris? Sicut ergo cū eum sedentē in
cœlo nemo persequeretur clamauit, quid me perse
queris, cū caput mēbra sua cognosceret, & à cōpa- M
ge corporis sui caput charitas nōn separaret: sic cū
misericordiā suā nō dispgit ab eo, à nobis utiq; nō
dispergit, q sum⁹ mēbra eius & corpus ei⁹: nec ideo
tñ debemus securi peccare, & peruerse nobis polli-
ceri, qm̄ quicquid fecerimus non perimus. Sunt.n.
quædam peccata & quædam iniquitates, de quib⁹
quidem differere atq; definire, aut impossibile no-
bis est, aut si iam eēt possibile, certe tpi longū eēt.
Nemo.n. potest se dicere eē sine peccato, quia si di-
xerit mentietur. Si.n dixerimus, quia pctm̄ non ha 1. Ioan. 1.
bemus, nosipsos decipimus, & ueritas in nobis nō
est. Ergo unusquisq; pro peccatis suis necessario fla
gellaf, sed ab eo si xp̄ianus est dei misericordia nō
dispergitur. Planè si in tantas ieris iniquitates, ut re
pellas a te uirgā uerberātis, si repellas manū flagel-
lātis, & de disciplina dei idigneris, & fugias à pr̄e cę
dēte, & nolis eū uerberantē patrē pati, qa nō parcit
peccāti, tu te alienasti ab hęreditate, ipse te nō abie
cit: nā si maneres flagellat⁹, nō remaneres exhęre-
datus. Misericordiā uero, inqt, meā non dispergam
ab eo,

A ab eo, neq; nocebo in ueritate mea. Ad hoc.n.non
dispergeť misericordia liberantis,ut nõ noceat ue-
ritas uindicantis. Neq; prophanabo testm̃ meum,
& quæ ꝓcedunt de labijs meis non reprobabo.Nõ
qa filij eius peccãt,ideo ego mendax inueniar:pro-
misi,facio. Pone qa uolũt illi ẽt cum desperatione
peccare, & stare oĩno in peccato, ut offendant ocu
los patris,& exhæredari mereanť:nonne ipse ẽ de⁹,
de quo dictũ est, de lapidibus istis suscitabit filios
Matth. 3. Abrahæ?Itaq; dico uobis fratres,multi xp̃iani tole
rabiliter peccãt,multi flagello à peccato corriguntur,
& emẽdantur,& sanantur: multi oĩno auersi,dura
ceruice obnitẽtes aduersus disciplinã patris, & ip-
sam oĩno dei hæreditatem recusantes ,habentes tñ
signum xp̃i,eunt in tales iniquitates, ut nõ possint
Gal. 5. nisi recitari inter eos,qm̃ qui talia agunt regnũ dei
non possidebunt. Non tñ propter hos remanebit
Matth. 3. xp̃s sine hæreditate,non propter paleam etiam fru
& 13. menta interibunt,non pp pisces malos nihil ex illa
2. Tim. 2 sagena mittetur in uascula. Nouit dñs q sunt eius:
Roma. 8. securus.n.promisit, q nos antequam essentus p̃de-
stinauit:quos autẽ prædestinauit, illos & uocauit:
B quos aũt uocauit,illos & iustificauit: quos aũt iu-
stificauit,illos & glorificauit. Peccent quantũ uo-
lunt desperati,respondeãt membra xp̃i,Si deus pro
nobis qs contra nos? Non ergo nocebit deus in ue
ritate sua,nõ erit fallax, nec ꝓphanabit testm̃ suũ.
Manet immobile testm̃ eius, quia ipse sibi p̃sciens
prædestinauit hæredes. Et quæ procedut de labijs
eius non reprobabit. Audisti iam confirmationem
tuam:audi securitatem tuam, si te in membris xp̃i
esse cognoscis. Semel iuraui in sancto meo, si Da-
uid mentiar.)Expectas ut iterũ iuret deus:quoties
iuraturus est,si semel iurando mentitur? Vnam iu-
rationem pro uita nr̃a habuit, q pro nobis ad mor
tem unicũ suũ misit. Semel iuraui in sancto meo si
Dauid mentiar. Semen eius in æternũ manebit.)
In æternũ manet semen eius,qa nouit dñs qui sunt
eius. Et sedes eius sicut sol in conspectu meo,& si
cut luna pfecte in æternũ,& testis in cœlo fidelis.)
Sedes eius,qbus dñatur,in quibus sedet,in qbus re
gnat.Si sedes eius,& mẽbra eius:qa et membra nr̃a
sedes sunt capitis nr̃i. Videte queadmodum cætera
C oĩa membra nr̃a caput portent: caput autẽ ipsum
super se non portat aliqd,sed ipsum portatur à cæ-
teris membris nr̃is,quasi totũ corpus hoĩs sedes sit
capitis. Sedes ergo eius oẽs,in quibus regnat deus.
Matt. 13. Sic erunt,inqt,oẽs in conspectu meo sicut sol:quia
iusti fulgebũt in regno patris mei sicut sol. Sed sol
spiritalr̃,nõ corporalr̃: sicut lucet iste de cœlo quẽ
facit oriri super bonos & malos, & pluit sup iustos
Matth. 5. & iniustos. Deniq; iste sol in conspectu est, non so-
lum hoĩum, uerumetiã pecoꝝ, minutissimarumq;
muscarum. Quod.n. quorũlibet uilissimorum aĩa
lium non uidet solem istum? At uero de isto sole qd
ait ꝓprie? Sicut sol in conspectu meo, non in cõspe
ctu hoĩum,non in conspectu carnis, non in cõspe-
ctu mortaliũ aĩalium,sed in conspectu meo. Et si-
cut luna,sed q̃ luna? Perfecta in ęternũ. Etenim etsi
pficitur luna ista quã nouimus, alio die incipit mi
nui posteaquam perfecta fuerit. Sicut luna,inqt,p-
fecta in æternũ, sic perficietur sedes eius tanquam
luna:sed luna in æternũ perfecta. Si sol,quare & lu
na? Per lunã solent significare scripturæ mortalita-
tẽ carnis huius,pp augmenta & detrimẽta, pp tran

sitoriam speciẽ. Deniq; & Hiericho luna interpreta D
tur. Et utiq; quidam q descendebat ab Hierusalẽ in Luc. 10.
Hiericho,incidit in latrones:descendebat.n.ab im
mortalitate ad mortalitatẽ. Silis est ergo caro ista
lunæ, quæ omni tp̃e & omni mense patitur augmẽ
ta & detrimenta: sed erit caro ista nostra in resurre
ctione perfecta,& testis in cœlo fidelis. Itaq; si in so
lo aĩo perficeremur, tm̃modo soli nos compara-
ret. Rursus si in solo corpore perficeremur, tm̃mo-
do lunę nos cõpararet. Sed qa perficiet nos deus &
in aĩo & in corpore, scd̃m animũ dictum est, sicut
sol in conspectu meo,quia animum non uidet nisi
deus:& sicut luna iã caro perfecte in æternũ,in re-
surrectione mortuoꝝ,& testis i cœlo fidelis. Quia
uera dicebãtur oĩa de resurrectione mortuorum,
obsecro uos attendite hoc iterũ planius, & memento
te. Scio.n.quosdam intellexisse, alios uero fortasse
qd dixerim adhuc inquirere. In nulla re sic contra-
dicitur fidei xp̃ianę,q̃ in resurrectione carnis. Deni Luc. 2.
que ille q natus est in signum,cui contradiciť,& ip
se carnẽ suam resuscitauit, ut obuiã iret contradi-
ctori:& q posset mẽbra sua sic sanare, ut ea uulne-
rata fuisse non appareret,cicatrices seruauit in cor- E
pore, ut uulnus dubitationis sanaret in corde. In
nulla ergo re tã uehemẽter, tã pertinaciter,tã obni-
xe & contentiose contradiciť fidei xp̃ianæ, sicut de
carnis resurrectione. Nam de animi immortalitate
multi ẽt Philosophi gentiũ multa disputauerũt, &
immortalẽ esse aĩum humanum pluribus & mul-
tiplicibus libris conscriptũ memoriæ reliquerunt.
Cum uentũ fuerit ad resurrectionẽ carnis,nõ titu-
bant,sed apertissime cõtradicũt, & cõtradictio eoꝝ
talis est,ut dicãt fieri nõ posse, ut caro ista terrena
possit in cœlũ ascendere. Ideo luna ista perfecta in
æternũ,& aduersus oẽs cõtradictores testis in cœ-
lo fidelis. Hæc de xp̃o ꝓmissa sunt, q̃ certa,q̃ firma,
quã aperta,q̃ indubitata. Nã etsi q̃dam sunt tecta
mysterijs,q̃dam tñ sic manifesta, ut ex ipsis facilli-
me aperiantur obscura. Hæc cũ ita sint, uidete qd
sequitur. Tu uero repulisti & ad nihilũ deduxisti,
distulisti xp̃m tuum. Auertisti testm̃ serui tui,ꝓpha
nasti in terra sanctitatem eius. Destruxisti oẽs ma-
cerias eius,posuisti munitiones eius formidinẽ. Di
ripuerant eum oẽs transeuntes uiam, factus est op F
probrium uicinis suis. Exaltasti dexteram inimico
rũ eius,iocũdasti oẽs inimicos eius. Auertisti adiu
torium gladij eius,& non es opitulatus ei in bello.
Dissoluisti eũ ab emundatione,& sedẽ eius in terra
collisisti. Minuisti dies sedis eius,pfudisti eũ confu
sione:)Quid est hoc? Illa oĩa ꝓmisisti, tu uero ista
contraria fecisti. Vbi sunt ꝓmissiones ad quas pau
lo ante gaudebamus,de qbus tam alacriter plaude
bamus, de qbus securi gratulabamur, quasi alius
ꝓmiserit,alius euerterit? Quod mirandum est:non
alius,sed tu. Tu uero q promittebas,tu q confirma
bas,tu q pp dubitationẽ humanam ẽt iurabas,illa
ꝓmisisti,ista fecisti. Vbi tenebo iusiurãdũ tuũ, ubi
inueniã ꝓmissum tuum? hæc ꝓmisisti, hæc fecisti.
Quid est hoc? Ita uero falsum ꝓmitteret de⁹,aut fal-
sum iuraret? Quare ergo illa promisit, & ista fecit?
Ego dico qa ista fecit,ut ꝓmissa firmaret. Sed quis
ego q ista dico? Videam⁹ si hoc ueritas dicit,tũc nõ
erit inane qd dico. Dauid posit⁹ erat, cui ꝓmitterenť
hæc oĩa in semine eius qd est xp̃s implẽda. Propter
promissa ergo q̃ dicta sunt ad Dauid, expectabantur

G hoíes impleri in Dauid. Proinde ne qſquam Chri-
ſtianus cũ diceret de xp̃o dixit: alius diceret, non,
ſed de illo Dauid dixit, & erraret cũ diceret, cum ui
deret impleta oĩa eſſe in Dauid: deſtruxit ea in Da-
uid, ut cũ uideas ea in illo nõ impleta q̃ neceſſe eſt
impleri quæras alterũ in quo oſtẽdatur impleri. Ita
etiã dictũ eſt de Eſau & Iacob, Maior ſeruiet mino-
ri: & inueniemus maiorẽ adoratũ à minore, cũ ſcri
Gene.25. ptum ſit, Maior ſeruiet minori. Et cum in illis duo
bus p̃cedẽtibus uideris nõ impletũ, expectes duos
populos, in qbus impleatur qđ non mendax deus
polliceri dignatur. Ecce ex ſemine tuo dixit Dauid,
ponã ſup ſedem tuã. Promiſit ex ſemine eius i ęter-
num aliqd, & natus eſt Salomon. Factus eſt aũt tã-
tæ ſapiẽtiæ tãtæq; prudẽtiæ, ut promiſſio dei de ſe
mine Dauid in illo putareĩ impleta. Sed cecidit Sa-
3 Reg.11 lomon, & dedit locum ſperandi xp̃m, ut quoniam
de⁹ nec falli poſſet nec fallere, quem ſciebat caſurũ,
nõ in eo poneret p̃miſſum ſuũ, ſed poſt caſum eius
reſpiceres tu deũ, & flagitares promiſſum tuũ. Ergo
dñe mentitus es? Non imples quod promiſiſti? nõ
exhibes qđ iuraſti? Forte hic dictur⁹ tibi erat deus,
H Iuraui qdem & promiſi, ſed iſte noluit perſeuerare.
Quid ergo tu dñe deus, non præſciebas iuſtũ non
perſeueraturũ? Vtiq; ſciebas. Quare ergo in nõ per-
ſeueraturo mihi qđ ęternũ eſſet promittebas? nõne
tu dixiſti? Si dereliquerint legẽ meã, & iudicijs
meis nõ ambulauerint, & mandata mea nõ cuſto-
dierint, & teſtm̃ meum p̃phanauerint, manebit tñ
promiſſio mea, implebitur iuratio mea. Semel iu-
raui in ſancto meo, intus in ſecreto quodã, in ipſo
fonte, unde Prophetæ biberũt q̃ nobis hæc eructa
uerũt. Semel iuraui, inqt, ſi Dauid mentiar. Exhibe
ergo qđ iuraſti, redde qđ p̃miſiſti. Sublatũ eſt de
iſto Dauid, ne expectareſ in illo Dauid. Expecta er
go qđ promiſi, nouit illud & ipſe Dauid: unde. n. qđ
dicat, Tu uero repuliſti & ad nihilũ deduxiſti. Er-
go ubi eſt qđ p̃miſiſti? Diſtuliſti xp̃m tuũ. quãuis
triſtia qdam enumeret, in hoc tñ uerbo reficit nos.
Manet oĩno deus quod promiſiſti, nam & xp̃m tuũ
nõ abſtuliſti, ſed diſtuliſti. Huic ergo Dauid i quo
ſperabant ignari promiſſa ſua deũ completurũ, ui-
dete qđ accidit, ut promiſſa dei firmius in alio ſpe-
rata cõpleantur. Diſtuliſti xp̃m tuũ, euertiſti teſtm̃
ſerui tui. Vbi eſt. n. teſtm̃ uetus Iudæorum? ubi eſt
terra illa promiſſionis, in qua habitantes peccaue-
runt, qua deleta migrauerunt? Regnum Iudæorum
quæris, non eſt: altare Iudæorum quæris, non eſt: ſacri
ficium Iudæorũ qris, non eſt: ſacerdotium Iudæorũ
quæris, non eſt. Euertiſti teſtm̃ ſerui tui, prophana-
ſti in terra ſanctitatem eius. Sanctã illa q̃ habebat,
terrena eſſe oñdiſti. Deſtruxiſti oẽs macerias eius q
bus eum muniebas. Qñ enim diriperetur, niſi mace
riæ dirutæ fuiſſent? Poſuiſti munitiones eius formi
dinem. Quid eſt formidinem? ut dicatur peccanti-
Roma.11 bus, Si deus naturalib⁹ ramis non pepercit, neq; ti-
bi parcet. Diripuerunt eum oẽs tranſeuntes uiã, o-
mnes ſcilicet gentes p̃ uiam, hoc eſt, per uitam iſtã
tranſeuntes diripuerunt Iſrael, diripuerunt Dauid.
Primum uidete frustra eius in oĩbus gentibus: de
Pſal.62 ipſis. n. dictũ eſt, Partes uulpiũ erũt. Reges quippe
impios uulpes appellauit ſcriptura, doloſos & timi
dos, quos terret uirtus aliena. Ideo ipſe dñs cum de
Luc.13 Herode cõminante loqueretur, Dicite, inqt, uulpi
illi. Rex q̃ neminẽ hominum timet, ipſe uulpes nõ

eſt, leo ille de tribu Iuda, cui dicitur, Aſcẽdiſti recũ- K
bens, dormiſti ſicut leo. Poteſtate aſcendiſti, p̃tate Gene.49
dormiſti: qa uoluiſti dormiſti, qa uoluiſti aſcendi-
ſti: io in alio Pſalmo dicit, Ego dormiui. Nõnne pla Pſal.3
na erat ſententia, Dormiui & ſomnum cepi, & exur
rexi, qm̃ dñs ſuſcepit me? Quare additum eſt ego?
Et cũ magno pondere pronunciatũ eſt, ego dormi
ui. Ego dormiui, illi ſæuierũt, illi pſecuti ſunt: ſed ſi
noluiſſem, nõ dormiſſem. Ego dormiui: ergo de q-
bus dictũ erat, Partes uulpiũ erunt: de his dictũ eſt
nunc, Diripuerunt eũ oẽs tranſeũtes uiam, factus ẽ
opprobriũ uicinis ſuis. Exaltaſti dexterã inimicorũ
ei⁹, iocũdaſti oẽs inimicos eius. Aduertite Iudęos,
& uidete omnia impleta q̃ prædicta ſunt. Auertiſti
adiutorium gladij eius: Qũo ſolebãt pauci dimica
re, multos proſternere? Auertiſti adiutorium gladij
ei⁹, & nõ es opitulat⁹ ei in bello. Merito uictus, me-
rito captus, merito à regno ſuo alienat⁹, merito di-
ſperſus. Eam. n. terram perdidit, pro qua dñm occi
dit. Auertiſti adiutoriũ gladij eius, & non es opitu-
lat⁹ ei i bello. Diſſoluiſti eũ ab emũdatione. Quid
eſt hoc? Inter oĩa mala magnus hic terror. Quãtũ-
L cunq;. n. cædat deus, quantũlibet iraſcatur, quan-
tũlibet uerberet, flagellet ligatum, tñ flagellet quẽ
mundet, nõ diſſoluat ab emundatione. Si. n. diſſol
uit ab emũdatione, iam non habet mũdandũ, ſed
proijciendũ. A qua ergo emũdatione diſſoluitur Iu
dæus? A fide. Ex fide. n. uiuim⁹, & de fide dictũ eſt,
Fide mundans corda eorũ. Et qa ſola fides xp̃i mun Act.15
dat, non credentes in xp̃m ſoluti ſunt ab emunda-
tione. Diſſoluiſti eũ ab emũdatione, & ſedem eius in
terra colliſiſti, merito & fregiſti, minuiſti dies ſedis
eius. Putabãt ſe in ęternũ regnaturos: minuiſti dies
ſedis eius, perfudiſti eũ cõfuſione. Hæc oĩa uenerũt
Iudæis, nõ tñ ablato xp̃o, ſed dilato. Videam⁹ ergo
utrũ impleat deus promiſſa ſua. Poſt hæc dura quę
cõmemorauit eueniſſe illi populo & illi regno, ne
ibi putaretur deus impleuiſſe quod promiſeret, &
non daret alterum regnum in xp̃o, cuius regni nõ
erit finis, alloquitur eũ Propheta & dicit, Quouſ-
que dñe auerteris in finẽ? Forte enim non in finẽ
& ab ipſis, qa cæcitas ex parte Iſrael facta eſt, ut ple Roma.11
nitudo gentium intraret, & ſic oĩs Iſrael ſaluus fie-
ret. Interea tñ Exardeſcet ſicut ignis ira tua. Memẽ
to q̃ eſt ſubſtãtia mea. Dauid iſte dicit poſitus in M
carne in Iudæis, poſitus in ſpe in xp̃o. Memẽto quæ
eſt ſubſtãtia mea. Non enim quia Iudæi defecerũt,
defecit ſubſtantia mea. Ex illo enim de illo populo uir-
go Maria, de uirgine Maria caro xp̃i, & caro illa nõ
peccatrix, ſed peccatorũ mundatrix. Ibi eſt enim, in
quit, ſubſtantia mea. Memẽto q̃ eſt ſubſtãtia mea.
Nõ enim oĩno interijt radix, ueniet ſemen cui pro- Gala.3.
miſſum eſt, diſpoſitũ p̃ angelos in manu mediato-
ris. Memẽto q̃ eſt ſubſtantia mea. Non. n. uane cõ
ſtituiſti oẽs filios hominum. Ecce oẽs filij hominum
ierunt in uanitatem, tu tñ non uane illos conſtitui
ſti. Cum ergo ierunt omnes filij hominum in uani
taté, quos tu non uane conſtituiſti, unde eos mun
dares à uanitate? ... illud qđ
tibi ſeruaſti unde mundares hoĩes à uanitate, ſan-
ctus ille tuus, in eo ſubſtantia mea. Ex illo. n. mun-
dentur oẽs, quos non fruſtra ... propria
uanitate, quib⁹ dicitur, Filij hominum q̃uſq; gra- Pſal.4
ues corde, ut quid diligitis uanitatem ... mẽ
dacium? Forte ſolicitu facti couerterentur à uanitate,

A inuenirent se uanitate ingnatos, quærent unde mun-
Ibidem darentur. Succurre, fac securos. Et scitote quoniam admi-
rabilem fecit dñs sanctum suum, Sanctum suũ ad-
mirabilem fecit, inde oẽs uanitates mundauit. Ibi
est, inquit, substantia mea, meméto eius. Non n. uane
constituisti oẽs filios hoium. Ergo seruasti aliquid
unde mundarentur. Quis est iste quem seruasti?

Quis est homo q uiuet & non uidebit mortem?)
Ergo ille homo q uiuet & non uidebit morté, ipse
mundat a uanitate non n. in uanitate cõstituit o-
mnes filios hoium. Aut potest illos contemnere q fe-
cit illos, non eos cõuerteret, & nõ mundaret? Quis
Roma. 6. est homo q uiuet, & nõ uidebit morté? Surgens n.
à mortuis iã non moritur, & mors ei ultra non do-
minabitur: denique cũ in alio Psalmo scriptum lega-
Psal 15. tur, Nõ derelinques aiam meam in inferno, nec da-
bis sctm tuum uidere corruptioné: assumit hoc te-
stimonium aplica disciplina, & ita in Actibus Apo
Act 2 & stolorum contra infideles disputat, dicens, Viri fra
.25 tres, scimus qa Dauid Patriarcha mortuus est, & ca
ro eius uidit corruptioné: non ergo de illo dictum
est, Nec dabis sctm tuum uidere corruptione. Si er-
B go non de illo dictũ est, de quo dictũ est, Quis est
homo q uiuet & non uidebit morté? Sed forte nul-
lus est imo q est ut quæras dictũ est, ut non desperes.
Sed forte est aliquis hõ q uiuet & nõ uidebit mor-
tem, non tñ dixit de xpo q mortuus est. Nullus oi-
no homo est qui uiuet, & nõ uidebit mortem, nisi
qui ... mortalibus mortuus est. Nã ut scias qa
de illo dixit, unde ... sequitur, Quis est hõ q uiuet
& non uidebit morté? ergo nunquã fuit in morte?
Fuit. Quõ ergo uiuet, & non uidebit morté? Eruet
animam suam de manibus inferni. Ecce uere so-
lus oio, singulariter solus uiuit, & nõ uidebit mor-
tem, & eruet aiam suam de manibus inferni. Qa et-
si cæteri fideles eius resurgent a mortuis, & uiuent
& ipsi in æternũ, & non uidebunt mortem, non tñ
aiam suã ipsi eruent de manibus inferni. Ille q eruit
aiam suam de manibus inferni, ipse eruet aias fide-
lium suorũ, ipsi se eruere non possunt: pbat, quia ip
Ioan. 10. se aiam suã eruit. Potestaté hẽo ponẽdi aiam meã,
& potestatem habeo iterũ sumendi eam. Nemo tol
lit eã a me, qa ego dormiui: sed ipse eã pono a me,
C & iterũ sumo eã, quia ipse est qui eruit aiam sua de
manib⁹ inferni. Sed & in ipsa fide xpi laboratũ est
aliquantu, & diu dixerunt gẽtes frementes, qñ mo-
Psal. 40. rietur & peribit nomen eius? Propter hoc ergo iam
in xpm credentes, sed aliquandiu laboraturos, seq
tur & dicit, Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ
dñe?) Iam agnouimus xpm mundatorem, iam tene-
mus in quo comples pmissa. Exhibe in illo quod
promisisti, ipse est qui uiuet & nõ uidebit morté. Ipse
est qui eruit aiam suam de manibus inferni, & nos
tñ adhuc laboramus. Dixerũt ista martyres, quorũ
natalia celebramus, ipse uiuet & non uidebit mor-
tem, ipse eruet aiam suã de manibus inferni, & nos
Psal. 43. pp te mortificamur tota die, deputati sumus uelut
oues occisionis. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ
dñe? Quas iurasti Dauid in ueritate tua? Memeto
opprobrij seruorum tuorũ. Iam in illo uiuente, iã in
illo cœlo ad dexterã pris sedente, opprobria obie-
cta sunt xpianis: nomen de xpo. Christiani diu ha-
Esa. 54. buerunt ... es, & hñ filios abundãtio
res q illa quæ ..., audiuit ignominias, audi
Gal. 4. uit opprobria ... Ecclia multiplicata extẽdens in

dexterã atq; sinistrã ignominiam uiduitatis suę, iã D
nõ est memor. Memẽto dñe apud quẽ est abundã-
tia suauitatis memoriæ tuæ: memento, noli obliui
sci. Quid memento? Memẽto opprobrij seruorũ tuo
rum, Quod cõtinui in sinu meo multarũ gentiũ.)
Ibam, inqt, prædicare, & opprobria audiebã, & in
sinu meo continebã, qa implebã. Blasphemamur,
rogamus, quasi purgamenta mundi facti sumus, o-
mnium peripsema. Diu continuerunt xpiani oppro- 1. Cor. 4.
bria in sinu suo, in corde suo, nec audebat resistere
conuiciãtibus, anteq crimẽ uideretur respõdere pa
gano. Nunc iã crimẽ est remanere paganũ. Gratias
dño memor fuit opprobriorũ nostrorum, exaltauit
cornu xpi sui, fecit admirabilé apud reges terræ. Iã
modo nemo insultat xpianis, aut si insultat, nõ pu
blice insultat: ... mala, ut plus timeat audi-
ri, q uelit credi. Quod cõtinui in sinu meo multarũ
gentiũ. Quod exprobrauerũt inimici tui dñe.) Et
Iudæi & Pagani, Quod exprobrauerũt?) Quid ex
probrauerunt? Cõmutatione xpi tui. Hoc expro-
brauerunt, cõmutatioẽ xpi tui. Hoc n. obiecerũt,
quia mortuus est xps, quia crucifixus est xps. Quid
obijcitis insani? Quamuis iã nemo est qui obijciat, E
tñ si qui reliqui remãserũt, quid obijcitis, qa mortu⁹
est xps? Ille non pimebatur, sed cõmutabatur. Mor
tuus dicitur ... triduũ. Ecce quid exprobrauerunt
inimici tui, nõ amissione, non pditione, sed planè
commutationem xpi tui. Mutatus est ille a tpali uita
ad æterna, mutatus est a Iudæis ad gentes, mutatus
est et a terra in cœlũ. Eant nũc uani inimici tui, &
adhuc exprobrent cõmutationé xpi tui. Vtinam &
ipsi mutẽtur, & cõmutationẽ xpi tui nõ exprobra-
bunt: sed ... xpi mutatio qa ipsi mutari no-
lunt. Neq; n. est illis commutatio, & nõ timuerunt Psal. 54.
deũ. qd exprobrauerũt inimici tui cõmutationem
xpi tui. Et exprobrauerũt illi cõmutationé. tu aũt
quid? Benedictioné autẽ dñi in æternũ, fiat fiat.)
Gratias misericordiæ ipsius. Quid dicã aliud, q gra
tias gr̃e ipsius? Nos n. gratias agimus, non damus,
nec reddimus, nec referimus, nec repẽdimus gratiã
sed tm̃ uerbis agimus, retribuimus. Ipse nos gratis
saluos fecit, ipse impietates nostras attẽdit, ipse nos
non eũ quærentes quæsiuit, inuenit, redemit, liberauit à
dñatu diaboli & potestate dęmoniorum. Alligauit F
nos fide mũdandos, unde soluit illos inimicos qui
nõ credũt & iõ mũdari nõ pñt. Dicant q remanse-
runt quicquid uolũt, quotidie in dies singulos min⁹
minus p remanebũt: obijciãt, irrideãt, exprobrent,
nõ interitũ, sed cõmutationem xpi tui, non uidentes
qa cũ ista dñt, deficiũt aut nõ credendo, aut morie-
do. Illorũ n. maledictio tpalis est, benedictio autẽ
dñi in æternũ: & ad cõfirmandã bñdictioné ne qs
timeat, fiat fiat, ista subscriptio est cautionis dñi. Se
curi ergo de pmissionibus eius, pterita credamus,
psentia cognoscamus, futura speremus, ne nos auer-
tat inimic⁹ a uia, ut q colligit nos tanq pullos suos
sub alis suis, foueat nos: ne aberremus ab alis ei⁹, ne
accipiter æthere⁹ rapiat implumes adhuc pullos. Non
enim de se debet xpian⁹ sperare, si uult eẽ firm⁹: uapo
re materno nutriat. Ille e. n. gallina colligẽs pullos
suos, de qua impropat illi ciuitati infideli Hierusalẽ,
Quoties uolui colligere filios tuos, tanq gallina pul Luc. 13.
los suos sub alis suis, & noluisti? Ecce relinquetur uob Matt. 23.
dom⁹ uřa deserta: hic dictũ est, Posuisti munitiões
eius formidiné. Quia ergo illi noluerũt cõtegi sub

G alis gallinę hui⁹, & tale exēplū dederūt quo timere
debeamus à uolaticis ſpritib⁹ imūdis, q̄rentib⁹ quo
tidie qđ rapiāt, intremus ſub alas gallinæ hui⁹ diui
næ ſapientiæ, qm̄ pp pullos ſuos infirmata eſt uſq;
ad mortē, Amemus dnm deū noſtrum, amemus ec
cleſiā ei⁹: illū ſicut patrē, iſtā ſicut matrē: illū ſicut
dn̄m, hāc ſicut ancillā eius, q̄a filij ancillæ ipſius ſu
mus. Sed matrimoniū hoc magna charitate cōpa-
ginaſ. Nemo offendit unū, & ꝓmereſ alterū: nemo
dicat, ad idola quidē uado, arreptitios quidē & ſor
tilegos cōſulo, ſed tñ dei Eccleſiā nō relinquo, ca-
tholicus ſum: tenēs matrē offendis patrē. alius itē
dicit, Abſit à me, nō cōſulo ſortilegum, nō q̄ro arre
ptitiū, nō quæro diuinationes ſacrilegas, nec eo ad
adorāda dæmonia, nō ſeruio lapidib⁹, ſed tñ in par
te Donati ſum. Quid tibi ꝓdeſt non offenſus pr̄, q
offenſam uindicat matrē? Quid ꝓdeſt ſi dn̄m cōfi
teris, deū honoras, ipſum p̄dicas, filium eius agno-
ſcis, ſedentē ad dexterā patris confiteris, & blaſphe
mas Eccleſiam eius? Nõ te corrigunt exēpla huma-
ni cōiugij? Si haberes aliquē patronū, cui quotidie
obſequereris, cuius limina ſeruiedo cōtereres, quē
H quotidie non dico ſalutares, ſed & adorares, cui im
penderes fidelia obſeq̄a, ſi unū crimen de eius cōiu
ge diceres, nunq̄d domū eius intrares? Attendite er
go chariſſimi, tenete oēs unanimiter deū patrē &
matrē Eccl'iā. Natalitia ſanctoꝝ cū ſobrietate cele-
brate, ut imitemur eos q̄ præceſſerunt, & gaudeant
de uobis, qui orant pro uobis, ut benedictio domi
ni in æternum maneat ſuper uos, fiat fiat.

In Pſalmum octuageſimumnonum Enarratio.

Ratio Moyſi hominis dei,) Prænotaſ Pſal-
O mus iſte, per quem hoiem ſuum deus legē
dedit pplo ſuo, quem per eundem hominē
ſuum de domo ſeruitutis liberans, quadraginta an
nis per eremū duxit. Fuit ergo Moyſes miniſter ue-
teris teſtamēti, & Propheta noui teſtamēti: oīa q̄p-
pe illa in figura contingebāt in illis: ſicut ait Apl's,
1. Cor. 10 Scripta ſunt aūt ad correptionem nr̄am, in quos fi-
nis ſeculoꝝ obuenit. Scd'm hanc ergo diſpenſatio-
nem, q̄ facta eſt per Moyſen, inſpiciendus eſt Pſal-
mus iſte q̄ ex eius oꝛone titulum accepit. Dñe, in-
q̄t, refugium tu factus es nobis in generatione & ge
I neratione.) Siue in omni ḡnatione, ſiue in duab⁹,
uetere & noua, q̄a ſicut dixi, miniſter fuit ille teſta-
menti ptinentis ad ḡnationem ueterē, & Propheta
teſtamenti pertinentis ad ḡnationem nouā. Cuius
teſtamenti ſponſor, ſponſusq; cōiugi, qđ de illa ge-
Ioan. 5. neratione fortu⁹ eſt, ait ipſe Ieſus, Si crederetis Moy-
ſi, crederetis & mihi: de me n. ille ſcripſit, Non. n.
credendū eſt ab ipſo uiro Moyſe iſtum Pſalmum
fuiſſe conſcriptū, q̄ ullis eius literis inditus non eſt,
in q̄bus eius cantica ſcripta ſunt, ſed alicuius ſigni-
ficationis grā tam magni meriti ſerui dei nomē ad
hibitū eſt, ex quo dirigeret legētis uel audiētis in-
tentio. Factus es, inq̄t, nobis dn̄e refugium in gene-
ratione & ḡnationem. Quale aūt refugiū factus ſit,
qm̄. ſ. nobis cœpit eſſe qđ nō erat, id eſt, refugium:
non aut ipſe non erat antequā nobis eſſet refugiū,
ſecutus adiunxit, Priuſquā montes fierent, & for-
maretur terra & orbis terrę, & a ſeculo uſq; in ſecu-
lum tu es. Tu ergo q̄ ſemper es, & antequā eſſemus,
& antequā mundus eſſet, refugiū ex quo ad te con
uerſi ſumus factus es nobis: non mihi aūt uidetur
utcunq; intelligendū qđ ait, Priuſquā mōtes fierēt

& formaretur terra: uel ſicut alij codices hn̄t, qđ de K
uno uerbo Græco expreſſum eſt, fingereſ terra. Mō
tes q̄ppe partes terræ ſunt altiores. & utiq; ſi anteq̄
formareſ terra deus eſt à quo terra formata eſt, qđ
magnū de montibus uel q̄buſlibet alijs eius parti-
bus dr̄, cum ſit deus non ſolū ante terrā, ſed & an-
te cœlū & terrā, & ante oēm corporalem & ſpirita-
lē creaturā? Sed nimirū uniuerſa creatura rationa-
bilis hac differētia fortaſſe diſtincta eſt, ut montiū
noie ſignificarentur celſitudines angeloꝝ, & terræ
noie humilitas hoīum. Et ideo quanuis oīa q̄ crea
ta ſunt, non incongrue uel facta uel formata dicā-
tur, tñ ſi uerboꝝ iſtorū eſt ulla ꝓprietas, facti ſunt
angeli, q̄ cum in eiſdē cœleſtibus enumerareñ ope
ribus, ita enumeratio ipſa cōcluſa eſt, Ipſe dixit & fa Gen. 1.
cta ſunt, ipſe mādauit & creata ſunt. Vnde antē ho Pſal. 32.
mo ſcd'm corpus fieret, terra formata eſt: nam hoc
uerbo ſcriptura utiſ, ubi legimus, uel finxit de⁹, uel
formauit deus hominē de limo terræ. Ergo priuſq̄
fierēt ea q̄ in creatura tua ſumma atq; magna ſunt:
qđ. n. maius rationali cœleſtiq; creatura: & priuſq̄
fingereſ terra ut eſſet q̄ te agnoſceret & laudaret in
terra: & hoc parū eſt, q̄a iſta cœperunt, ſiue in tpe ſi L
ue cū tpe, ſed a ſeculo & uſq; in ſeculū tu es. Quod
conuenientius diceretſ ab æterno in æternū. Non. n.
a ſeculo deus, q̄a eſt ante ſecula: aut uſq; in ſeculū,
cuius eſt finis, cū ſit ille ſine fine: ſed ex ambiguo
uerbo Græco fit plerunq; in ſcripturis, ut uel ſecu-
lum pro æterno, uel æternū pro ſeculo ponat La-
tinus interpres. Optime aūt non ait a ſeculo tu fui-
ſti, & uſq; in ſeculū tu eris: ſed p̄ſentis ſignificatio-
nis uerbū poſuit, inſinuās dei ſubſtantiā oīmodo
incōmutabilē, ubi non eſt, fuit & erit, ſed tm̄modo
eſt: unde dictū eſt, Ego ſum q̄ ſum: &, Qui eſt, miſit Exo. 3
me ad uos: Et, mutabis ea & mutabunſ, tu autē idē
ipſe es, & anni tui nō deficient. Ecce q̄ æternitas fa-
cta eſt nobis refugiū, ut in illa manſuri, ad eā de hac
tpis mutabilitate fugiamus. Sed qm̄ cū hic ſumus,
in magnis & multis tentationibus uiuimus, q̄bus
ne auertamur ab iſto refugio metuendū eſt, intuea
mur qđ conſequēter oꝛo poſcat hois dei. Ne auer
tas hoiem in humilitatem.) Id eſt, ne a tuis æternis
atq; ſublimibus homo auerſus, tpalia concupiſcat,
ſapiat q; terrena. Et hoc a deo petit qđ deus ipſe p̄ce M
pit, ſicut omnino ſnia qua in oꝛone dicimus, Ne nos inſe Matt. 6
ras in tentatione. denicq; & hic adiūgit, Et dixiſti,
conuertimini filij hominum. Tanquā diceret, hoc à
te peto qđ ipſe iuſſiſti, dans eius grām gloriā, ut q̄ glo
riatur, in dño glorietur, q̄ ne [illegible] adiutorio, per ar
bitriū uoluntatis tentationes huius uitæ ſuperare
non poſſumus. Ne auertas inq̄t, hoiem in humilita
tem: & tñ tu dixiſti. Conuertimini filij hoium. Sed
da qđ iuſſiſti, preſtare petentis ex [illegible], & adiuuā
do uolētis fidē. Qm̄ mille anni ante oculos tuos,
tanquā dies heſterna eſt q̄ pteriit.) Ideo debemus
ad refugium tuū, [illegible] ſtabilitate tua es, ab
his prætereuntibus labentibusq; conuerti: qm̄ quā
tumlibet huic uitę longū tps ꝓmittitur, mille aūt an
ni ante oculos tuos tanqua dies heſternus eſt q̄ præ-
terijt: non ſaltē tāq iam dies craſtinus q̄ uenturus
eſt, ita oīa q̄ tempore [illegible] finē claudūtur, præterita
hn̄da ſunt. Vnde & ea [illegible] Pauli [illegible] n Philip. 3
tentio, q̄ retro ſunt o[illegible]ncta
oportet intelligi, [illegible] in ea q̄ ante [illegible], quæ
appetitio eſt æternorum. Ne putet [illegible] quis
mille

A q mille annos ſic cōputari apud deū ꝓ una die, q̄ſi
tam longos dies deus habeat, cū hoc ad cōtēnēdā
tēporis longitudinē dictū ſit, ideo addidit, Et ſi-
cut uigilia in nocte,) Cū uigiliæ ſpatiū nō habeat
amplius quā tres horas, attamen auſi ſunt hoies p̄-
ſumere ſcientiā temporū, quod ſcire cupientibus
Acto. 1. diſcipulis dominus ait, Non eſt ueſtrū ſcire tēpo-
ra q̄ pater poſuit in ſua poteſtate: & definierūt hoc
ſeculum ſex annorū milibus tāquā ſex diebus poſ
ſe finiri, nec attenderunt qd dictū eſt tanquā dies
unus qui præterit. Non enim q̄n dictū eſt, ſoli mil
le anni præterierāt, & quod eos maxime debuit ad
† alias, lu- monere ne temporū clauderētur † incerto, qd eſt
derētur. ſicut uigilia in nocte. Neque. n. ſicut de ſex diebus
aliquid uerifimile uidentur opinati, pp ſex dies pri
mos, quibus deus perfecit opera ſua: ſic ēt ſex uigi
Gene. 1. lias, id eſt, horas decē & octo poſſunt illi opinatio
ni coaptare. Deinde iſte hō dei, uel potius Prophe-
ticus ſpiritus, uelut dei legē in ſecreta eius ſapiētia
conſcriptam, ubi uitę mortaliū peccatrici cōſtituit
procurrēdi modū, & mortalitatis ęrumnā uidetur
quodāmodo recitare, cū dicit. Quę pro nihilo ha
B bentur, anni erūt eorū, Mane ſicut herba trāſeat, ma
ne floreat & pertrāſeat ueſpere decidat, indureſcat &
areſcat.) Fœlicitas ergo hęredū ueteris teſtamēti q̄
ꝓ magno bono expetierūt a domino deo ſuo, hāc
legem accipere meruit in occulta eius ꝓuidētia, q̄
uidetur recitare Moyſes, q̄ pro nihilo habētur, erūt
anni eorū. Pro nihilo. n. habentur, quę antequā ue-
niant adhuc nō ſunt, cū uenerit iā non erūt: nō. n.
ut aſsint ueniunt, ſed ut nō ſint. Mane, id eſt, prius
ſicut herba tranſeat, mane floreat, & ptrāſeat, ueſpe
re, id ē, poſtea decidat, dureſcat & areſcat. Decidat
utique in mortē, dureſcat in cadauere, areſcat i pul
uere Quę niſi caro, ubi ē cōcupiſcētia dānata car-
Eſa. 40. naliū? Oīs. n. caro fœnum, & charitas hominis ut
flos fœni, Fœnū aruit, flos decidit, uerbū autē dn̄i
manet in æternū. Hāc autē pœnā de peccato uenir
ſe nō tacēs, continuo ſubiecit, Quoniā defecimus
in ira tua, & indignatione tua cōturbati ſum⁹.) De-
fecimus i infirmitate, cōturbati ſum⁹ mortis timo
C re, Infirmi. n. facti ſumus, & infirmitatē finire trepi
Joan. 21. dam⁹. Alter te inquit, cinget, & feret quō tu nō uis,
Matt. 26 q̄uis martyrio nō puniēdo, ſed coronādo. Et ipſi⁹
Pſal. 67. dn̄i aīa nos in ſe transfigurans, triſtis erat uſq; ad
mortem, q̄m & domini exitus nō niſi mortis. Po-
ſuiſti iniqtates noſtras i cōſpectu tuo.) Id ē, nō ab
eis diſsimulaſti. Seculū noſtrū in illuminatione
uultus tui,) Subaudit poſuiſti. In illuminatiōe aūt
uult⁹ tui dixit, qd ſuperius, i cōſpectu tuo: & ſeculū
noſtrum, quod ſuperius, iniquitates noſtras. Q̄m
omnes dies noſtri defecerūt, & i ira tua defecim⁹.)
Satis in his uerbis oſtēdit pœnalis eſſe iſta morta-
litas. Defeciſſe dies dicit, ſiue qd' i eis deficiunt ho
mines amāilo q̄ trāſeunt, ſiue q̄ ad paucitatē reda
cti ſunt. Quod uidet in cōſequentibus aperire cū
dicit, Anni noſtri ſicut aranea meditabūt, dies an
Gene. 6. norū noſtrorū, in ipſis ſeptuaginta anni. Si autē in
Eccleſia- potētatibus octaginta anni, & amplius, eorū labor
ſtici. 18. & dolor.) Hęc quidē uerba uidētur exprimere bre
uitatē miſeriāq; uitæ huius, qa longæui appellātur
hoc tēpore etiā q ſeptuaginta annos uixerūt: uſq;
ad octuaginta aūt uidēt aliquas uires habere. His
uero amplius ſi uixerint multiplicatis laboribus
& doloribus uiuūt. Sed multi & intra ſeptuaginta
annos gerūt infirmiſsimā & ærūnoſiſsimā ſenectu D
tē: & ſæpe ultra octoginta annos ſenes mirabiliter
uigere probati ſunt. Melius eſt ergo in his numeris
ſpiritale aliqd perſcrutari. Neq;. n. ſup filios Adā, p
quē unū hominē peccatū intrauit in mundū, & p Roma. 5.
peccatū mors, & in ita in omnes hoies mors pertrā
ſiit, maior ira eſt dei, quia multo breuius uiuunt
quā uixerunt antiqui, cū & uitæ ipſorū irriſa ſit lō-
gitudo, ubi mille anni cōparati ſunt diei heſterno
atque pręterito, & horis trib⁹. Et utiq; tūc multū ui
uebant, quando irā dei ꝓuocauerūt uſq; ad diluui
um quo perirēt. Septuaginta porrò anni & octogi-
ta fiūt cētū quinquaginta: quē ſacratū eſſe numerū
ſatis inſinuat liber iſte Pſalmorū: hūc enim habent
in ſignificatione rationē centū quinquaginta, quā
quindecim. Qui numerus fit ſeptē & octo cōiūctis
quorū prius inſinuat, ꝓpter ſabbati obſeruationē
teſtamentū uetus, ſecundus teſtamentū nouū pro
pter domini reſurrectionē: Hinc ſunt in tēplo quin Pſal. 119.
decim gradus, hinc ſunt i Pſalmis qndecim cātica
graduū hinc quindecim cubitis ſummos mōtes a- Gene. 7.
qua diluuij ſupauit, & ſi qbus aliis locis ſacrat⁹ cō li.
mēdat hic numerus. Ergo anni nr̄i, inqt, ſicut ara
nea meditabūt. In reb⁹ corruptibilib⁹ laboram⁹,
corruptibilia opa texebam⁹, q̄ nos, ſecūdū Eſaiam
Prophetā, minime cōtegebāt. Dies annorū noſtro
rum in ipſis ſeptuaginta anni, ſi aūt in potētatib⁹
octoginta anni. Aliud eſt i ipſis, aliud i potētatib⁹:
in ipſis hoc eſt, in annis uel diebus ipſis, qd datitel
ligi in tēporalibus rebus. Ideo ſeptuaginta, qa tem-
poralia ꝓmitti uidētur in ueteri teſtamento. Si aūt
nō in ipſis annis, ſed in potētatibus, id eſt, nō in re
bus tpalibus, ſed in æternis, octoginta anni quod
nouū teſtamentū in ſpe eſt renouationis & reſurre
ctionis in æternū. Et amplius, eorū labor, & dolor
id eſt, quiſquis hāc fidā trāſgredit, & amplius ali-
quid quærit, labores inueniet & dolores. Pōt & ſic
intelligi. Quia licet in nouo teſtamēto cōſtituti ſu
m⁹, qd octogenarius ſignificat numerus, ampli⁹ ha
bet hæc uita noſtra laborē & dolorē, dū in nobiſ-
metipſis ingemiſcim⁹, adoptionē expectātes redē- Rom. 8.
ptionē corporis noſtri. Spe. n. ſalui facti ſum⁹, & q
nondū uidemus, p patientiā expectamus, Et hoc F
ad miſericordiā dei pertinet: unde ſequit, & dicit,
Quoniā ſuperuenit manſuetudo, & corripiemur.)
Quem n. diligit deus, corripit, flagellat aūt omnē Heb. 12.
filium quē recipit, et dat etiam magnis quibuſdā
ſtimulum carnis à quo colaphizentur, ne extollan 2. Cor. 12
tur in magnitudine reuelationū ſuarum ut uirtus
in infirmitate perficiatur. Quidā ſane codices non
habent, corripiemur, ſed erudiemur, qd ad eundē
manſuetudinem reuocatur: non. n. poteſt erudiri
quiſquā ſine labore et dolore, qa uirtus in infirmi
tate perficitur. Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, et
præ timore tuo irā tuā dinumerare?) Valde pauco
rū hominū eſt, inquit, noſſe iræ tuæ ptātem, quia
pleriſq; ita magis cū parcis iraſceris, ut nō ad iram,
ſed potius ad māſuetudinē tuam ptinere intelliga
tur labor et dolor, quo corripis erudiſq; quos dili-
gis, ne pœnis excrucientur æternis: ſic. n. legitur in
alio Pſalmo, Irritabit dn̄m peccator, pro magnitudi
ne iræ ſuæ nō exquiret. Quis ergo nouit? Id eſt, quo
tuſquiſque reperitur q nouerit poteſtatem irę tuæ, et
præ timore tuo irā tuā dinumerare? Etiā hic ſub-
audit, qs nouit. Quā difficile inuenitur qui noue-

G rit ita prę timore tuo dinumerate irā tuā, ut etiam hoc addat,& ad eā intelligat ptinere, quod nónullis qbus plus irasceris parcere uidearis, ut prosperet peccator in uia sua,& maiora recipiat i nouissimo. Potestas qppe humanę irę cū corpus occiderit, am- *Matt.10* plius nō habet qd faciat: deus uero habet ptātē & hic punire,& post corporis mortē mittere in gehēnā. Et à paucis eruditis maior ei⁹ ira intelligi, uana *Psal.72.* & seductoria fœlicitas impioꝝ. Hāc ille nō nouerat cui⁹ penè cōmoti sunt pedes, quia zelauit i peccatoribus pacē peccatorū intuēs, sed didicit eā cū intraret in sanctuariū, dei itelligeret in nouissimis, quo pauci intrāt ut discant p̄ timore dei dinumerare irā eius, & ꝓsperitatē hominū malorꝝ numero applicare pœnarū. Dexterā tuā sic notā fac.) Hoc enim magis habent & codices Græci, nō sicut qdā Latini. Dexterā tuā sic notā fac mihi.) Quid est ergo, dexterā suā sic notam fac, nisi Christum tuum, *Esa.53.* de quo dictū est, Et brachium dñi cui reuelatū est: sic notū fac, ut in eo discāt fideles tui ea magis à te poscere,& sperare p̄mia fidei q̄ nō apparēt in ueteri testamēto, sed reuelant in nouo ne arbitrētur ꝓ H magno habendā & cupiendā uel adamādā esse terrenorū ac tēporalium bonorū fœlicitatē,& cōmo *Psal.72.* ueantur pedes eorū cum eam uiderint & in eis q te non colunt,& gressus eoꝝ effundant in lapsum, dū nesciunt dinumerare irā tuā? Deniq; secundū orationē hanc hominis sui sic notū fecit Christū suū, ut suis passionib⁹ demōstraret, nō ea munera quę uidētur sonare i ueteri testamēto, ubi sunt umbræ futurorū, sed æterna esse cōcupiscenda. Pōt in isto *Matt.25.* sensu etiā dei dextera intelligi, in q̄ iustos suos ab *Heb.12.* impiis segregabit, qa & ipse bn̄ sic innotescit cū flagellat omnem filiū quē recipit, neq; in peccatis suis ꝓsperari sinit plus irascēdo, sed i māsuetudine sinistrā flagellat ut emēdatam ad dexterā ponat:& illud quod pleriq; codices habēt, Dexterā tuā sic notam fac mihi: ad utrunq; referri pōt, siue ad xp̄m, siue ad æternā fœlicitatē. Nā deus ita nō habet corporalis formę dexterā, sicut nec irā cōmotionibus turbulētā. Quod uero adiungit, Et cōpeditos corde in sapientia.) Alii codices nō habēt cōpeditos, I sed eruditos. Verbū n. Græcū ita in utraq; significatione similiter sonat, ut una syllaba paululū differat. Sed cū illi erudiātur in sapiētia q iniciūt, sicut *Ecclesiastici.6.* scriptū ē, pedē in cōpedes ei⁹, nō utiq; pedē corporis, sed pedē cordis & eius uelut aureis uinculis alligati à uia dei nō exorbitant, nec fiunt ab illo fugitiui, qdlibet hoꝝ legat, salua ē snīa ueritatis Et ipsos .n. cōpeditos uel eruditos corde in sapia, sic notos deus fecit in nouo testamēto, ut ꝓ fide quā Iudæorum & gētium detestabat impietas, omnia contēnerēt,& eis se priuare paterētur, q̄ magna putāt promissa in ueteri testamēto, qm carnaliter iudicāt. Et quoniā cum sic noti fierent, ut illa contēnerent, & desyderandis æternis p suas passiones testimoniū perhiberent. unde & testes dicti sunt, sic. n. Græce martyres appellant, multa & multū mala & acerba tēporalia pertulerūt: hoc attendit iste homo dei,& Propheticus spiritus p Moysi uocabulū figurat⁹,& ait, Conuertere dñe quousq;,& depræcabilis esto super seruos tuos.) Vox est eorū uel ꝓ eis, q̄ multa persequēte isto seculo mala tolerantes innotescūt, cōpediti corde in sapia, ut nec tātis malis coacti refugiant a dño ad huius seculi bona, secundum autem illud qd alibi scriptū est, Quousq; auertas fa- K ciem tuā a me, etiam hoc dictū est, Conuertere dñe *Psal.12* quousq;. Et ut sciāt q multū carnaliter sapiētes deo tribuūt humani corporis formā, auersionē uult⁹ eius,& conuersionē nō fieri motu simili motibusq; corporis nři, in hoc eodē Psalmo recolant supiora, Posuisti iniqtates nostras i cōspectu tuo seculū nostrū in illuminatione uultus tui. Qūo ergo hic dicit, conuertere, ut sit ꝓpicius, quasi faciē auertisset iratus, cū ibi se sic insinuet iratū, ut nō auerterit faciē ab iniqtatibus,& seculo eoꝝ qbus irasceret sed ea poti⁹ i cōspectu suo & in illūinatione uultus sui posuerit? Quod aūt dr̄, quousq;, uerbū orōnis † est *† al. orātis. & mox, indignātis* iustitiæ, nō indignationis, † impatiētię. Sanè q̄ hic positum est deprecabilis esto, alii uerbū ex uerbo deprecare iterpretati sunt. Sed q ait, deprecabilis esto, uitauit ambiguū: qa deprecari cōmune uerbū est: nā & ille deprecat q deprecationē fundit, & ille cui fūdit, dicimus. n. Deprecor te,& deprecor a te. Deinde illa bona q̄ futura sunt spe, anticipās, & uelut iam facta deputans, Repleti sumus, inqt, mane L misericordia tua.) Ergo in his uelut nocturnis doloribus & laborib⁹ prophetia nobis accēsa, est sicut *2.Pet.1.* lucerna in caliginoso & obscuro loco, donec lucescat dies & lucifer oriat in cordib⁹ nřis. Beati. n. mūdo corde, qm̄ ipsi deū uidebūt. Tūc replebūtur eo *Matth.5* bono iusti, qd nūc esuriunt & sitiūt, cū p fidē ambulātes peregrinātur a dño: uñ & illud alio loco di- *2.Cor.2.* cit, Replebis me lętitia cū uultu tuo, mane astabūt *Psal.15.* et cōtéplabūtur: et sicut alij dixerūt interpretes, Satiati sumus mane misericordia tua, tūc satiabūt: *Psal.5.* sicut. n. alibi ait, Satiabor dum manifestabitur gl'ia *Psal.65.* tua. unde dicitur, Ostēde nobis patrē et sufficit no- *Ioan.14.* bis: atq; ipse dñs ait, Ostendā meipsum illi. Quod donec fiat, nihil boni nobis sufficit, nec sufficere debet, ne desyderiū nostrū in uia remaneat qd donec ꝑueniat extēdēdū ē. Repleti sumus mane misericordia tua. Et exultauim⁹, et iocūdati sumus in oibus diebus nostris.) Dies ille, dies est sine fine. Simul sunt illi oēs dies, ideo satiant. Non. n. succedētibus cedunt, ubi nō est aliqd qd nō ueniēdo nōdum sit, et ueniendo iam non sit. Oēs simul sunt. M qa unus est q stat et nō transit, ipsa est æternitas, hi sunt dies de qbus dicitur, Quis est homo q uult ui- *Psal.33.* tam, et diligit dies uidere bonos? Hi dies et in alio loco anni appellātur, ubi deo dr̄, Tu aūt idemipse *Psal.101* es, et anni tui non deficiēt. Non. n. anni sunt q pro nihilo habentur, aut dies sunt q sicut umbra declinauerūt, sed dies sunt q sunt, quoꝝ numeꝝ notū sibi fieri precabatur, q dicebat, Notū fac mihi dñe fi- *Psal.38.* nem meū, quo perueniendo maneam, ut nihil ulterius iam requirā, et numerū dieꝝ meoꝝ quis est? utiq; qui est, non q non est: qa dies isti de quibus et illic consequenter dicit, Ecce ueteres posuisti dies meos non sunt: qa non stāt, non manēt, celerrima mutabilitate transcurrūt, nec una hora in eis iuenitur i qua ita sim⁹: ut non alia pars eius trāsierit alia uētura sit, nulla stet ut sit. Illi aūt anni et dies non deficiūt in qb⁹ nec nos deficiem⁹, sed sine defectu reficiemur. Exęstuet. n. anima nostra illorum dieꝝ desyderio, sitiat ardenter atque uehementer ut illic repleamur, ibi satiemur, ibi dicamus qd hic prædicimus, Satiati sum⁹ mane misericordia tua, et exultauimus et iocūdati sumus in omnibus dieb⁹ nřis.

Lætati sumus ꝓ diebus qbus nos humiliasti, an-

A nis qbus uidimus mala) Nūc aūt in diebus adhuc
malignis dicamus, qd sequitur. Et respice in ser-
uos tuos & in opera tua.)Ipsi.n.serui tui opera tua
sunt,nō solū ut hoies sint,sed ēt ut sint serui tui.i.
Ephe.2. obedientes iussis tuis.Ipsius.n.sumus figmentum,
non solū in Adam,sed ēt creati in Christo Iesu , in
operibus bonis,quæ præparauit deus ut i illis am
Philip.2. bulemus.Deus est.n.qui operatur in nobis, & uel-
le & pficere pro bona uoluntate. Et dirige filios
Psal.72. eorū.)Vt sint recti corde,qbus bonus est deus. Bo
nus est.n.deus Israel,sed rectis corde, non sicut illi
cui cōmoti sunt pedes , qa pacē peccatorum intuenti
displicere cœperat deus, quasi ista nesciens , quasi
ista nō curās,& ab humani gñis gubernatione dis
simulans. Et sit splendor dñi dei nostri sup nos.)
unde dicitur,Signatū est sup nos lumen uultus tui
Psal.4. dñe. Et opera manuū nostrarum dirige super nos.)
Vt non ea pro rerū terrenarum mercede faciamus:
tunc.n nō directa,sed curua sunt. Hucusq; Psalmū
istū multi codices habent,sed in nonnullis legitur
alius ultimus uersus. Et opus manuū nostrarum
B dirige.)Cui uersui diligētes & docti pnotant stel-
lam,quā asteriscū uocāt,quo significant ea quę in
Hebræo uel in alijs interpretibus Græcis reperiun
tur,in Septuaginta uero interpretatione non sunt.
Quē uersum si uelimus exponere , id mihi uidetur
hic sniæ,q oia bona operā nīa,unū opus est chari
Rom.13. tatis.Plenitudo n.legis,est charitas: nā in superio-
re uersu,cū dixisset,Et opera manuū nostrarum diri-
ge sup nos,isto ultimo nō opera,sed opus dixit ma
nuū nostrarū dirige;tanq̄ ultimo uersu uolēs ostē
dere ipsa opera unum opus esse.i.ad unū opus diri
gi.Tunc.n.recta sunt opera , cū ad hunc unū finē
Rom.10. dirigunt.Finis.n.præcepti charitas est,de corde pu
ro,& cōscientia bona,& fide non ficta. Opus ergo
Gala.5. unū est in quo sunt oia, fides q̄ per dilectionē ope-
ratur:unde ēt dñs in Euangelio dicit,Hoc est opus
Ioan.6. dei ut credatis in eū quē ille misit . Cū ergo in isto
Psalmo,& uita uetus,& uita noua,& uita mortalis,
& uita uitalis,& anni q pro nihilo habentur, & di-
es habentes plenitudinē misericordiæ uereq; læti-
C tię.i.& pœna primi hois,& regnū secundi, satis ap-
teq; distincta sint:ad hoc.n. existimo hominis dei
Moysi nomen titulo eius inscriptum, ut eis qui pie
recteq; scrutantur scripturas,eo modo intimaretur
ētlegē dei,q̄ per Moysen ministrata est,ubi pro bo
nis operibus sola uel penè sola prępia terrenorum
bonorum deus polliceri uidetur , sine dubio habere
sub uelamento tale aliqd,quale iste Psalmus osten
2.Cor.3. dit.Sed cū quisq; transierit ad Xp̄m, auferetur uela
men,& reuelabuntur oculi eius ut cōsyderet mira
Psal.118. bilia de lege dei,donante illo,cui dicimus, Reuela
oculos meos,& cōsyderabo mirabilia de lege tua.

In Psalmum nonagesimum

Enarratio.

P Salmus iste est de quo dñm nostrū Iesum
Christū diabolus tentare ausus est,Audia-
mus ergo ut possimus instructi resistere tē
tatori,non psumentes in nobis, sed in ipso q prior
tentatus est,ne nos in tētatione uinceremur:illi n.
tentatio nō erat necessaria.Tētatio Christi , nostra
doctrina est . Si aūt attendamus quid respōderit
diabolo,ut hoc & nos respondeamus, qñ similiter
tentat,intremus p ianuā , sicut audistis lectionem
Euāgelij.Quid est.n.itrare p ianuā?Intrare p Xp̄m:
ipse.n.dixit,Ego sum ianua.Quid est aūt intrare p Ioan.10.
Christum?Imitari uias Christi.In quo imitaturi su D
mus uias Christi?Nunqd in ea magnificētia , i qua
deus erat in carne?Aut ad hoc nos exhortatur , aut
hoc à nobis exigit,ut talia miracula qualia fecit ip
se,faciamus?Aut uero dñs noster Iesus Xp̄s nōnne
& modo semp cū patre totum mūdū gubernat? Et
nunqd uel ad hoc uocat hoiem faciens eum imita
torem suum,ut cū illo gubernet cœlum & terrā,&
oia quæ in eis sunt?Aut ut sit & ipse creator, p quē
fiāt oia,sicut per Christum facta sunt oia ? Neq; ad
ista opera te inuitat deus saluator dñs noster Iesus
Christus quæ fecit ab initio,de quibus scriptū est,
Omnia p ipsum facta sunt:neq; ad illa quæ fecit in Ioan.1.
terra:nō hoc tibi dicit,Non eris discipulus meus nisi Matt.4.
ambulaueris super mare,aut nisi suscitaueris mor-
tuū quatriduanū,aut nisi oculos cæci nati aperue- Ioan.11.
ris:nec hoc.Quid est ergo intrare p ianuā?Discite à & 9.
me,qa mitis sum & humilis corde.Quod factus est Matt.11.
pp te,hoc in eo debes attēdere ut imiteris.Miracu-
la.n.& nondū natus de Maria fecit. Quis.n. usq; fe-
cit,nisi ipse de quo dictum est, Qui facit mirabilia E
magna solus?In ipsius.n.uirtute,& antea q fecerūt, Psal.71.
potuerunt aliquid facere . In uirtute Christi Helias 3.Reg.17
mortuū suscitauit . Nisi forte maior est Petrus quā
Xp̄s,qa Christus uoce suscitauit ægrotantē: Petrus Ioan.11.
aut cum pertransiret,umbra ipsius tangendi pro- Acto.15.
ferebantur ægroti . Potentior ergo Petrus q̄ Chri-
stus?Quis hoc dementissimus dixerit? Quare ergo
tāta potētia in Petro?Quia Christus in Petro: ideo Ioan.19.
dixit,Oēs q uenerūt,fures sunt & latrones.i.q uene,
runt sua spōte:nō sunt à me missi , q uenerunt sine,
me:a me nō sunt missi,in quibus ego nō fui , quos
ego nō introduxi . Quotquot ergo miracula facta
sunt,siue à præcedentibus , siue a subsequentibus,
idē ipse dñs fecit q fecit & præsentia sua. Nec ad ip-
sa ergo miracula hortatur,q̄ ipse fecit & anteq̄ esset
homo:sed qd te hortat ut imiteris? Quod non pos
set,nisi factus homo. Tolerare.n.passiones nunqd
posset nisi homo?Mori & crucifigi & humiliari pos
set nisi hō?Si ergo & tu cum molestias huius seculi
pateris quas fecit diabolus,siue aperte p hoies,siue F
occulte sicut Iob,sis fortis,sis tolerans , habitās in
adiutorio altissimi,sicut dicit iste Psalmus, quia si
recedas ab adiutorio altissimi,te ipsum nō ualens
adiuuare,cades.Multi.n.fortes sunt, qñ ab hoibus
patiunt persecutionē,& uident eos aperte sæuire i
se,& putant qa tunc imitantur passiones Christi, si
aperte eos hoies psequantur:si autem occulta dia-
boli psecutione feriātur, putant se non coronari à
Christo.Noli timere qñ imitaris Xp̄m , nam & quā
do tētauit diabolus dñm,nullus homo fuit in ere Matt.4.
mo:occulte illum tētauit,sed superatus est, & aper
te sæuiens superatus est.Sic & tu fac si uis intrare p
ianuam quando occulte tentat inimicus,qñ postu
lat hoiem,ut aliqd ei noceat per corporales mole-
stias,per febres,per ægritudines, per aliquos labo-
res corporis,sicut laborauit Iob.Diabolum nō ui-
debat,sed ptātem dei intelligebat:nouerat qa dia-
bolus in eo nihil posset , nisi ab illo cuius summa
ptās est,permitteretur : totam gloriam deo dabat,
potentiā diabolo non dabat . Nam & qñ abstulit
diabolus omnia,hoc dixit , Dñs dedit, dñs abstu- Iob.1.
lit.Non dixit,dñs dedit,diabolus abstulit, quia ni
hil abstulisset diabolus, nisi permisisset dominus.

G Ideo aũt permisit dñs ut homo probaretur, diabolus uinceretur. Et qñ eum plaga percussit, ille permisit: quia cum à capite usq; ad pedes in putredine uermium flueret, nec tunc tribuit diabolo aliquã potentiam Iob: sed cum ei suggessisset & uxor eius, quã solã reliquerat diabolus, non consolatricẽ mariti, sed adiutricẽ sui, & dixisset ei, Dic aliquod uerbum in deum, & morere: dixit ei, Locuta es tanquã una ex insipientibus mulieribus: Si bona suscepimus de manu dñi, mala quare non sustinebimus? Ergo qui sic imitatur Christum, ut tolleret omnes molestias huius seculi, spes eius in deo sit, ut nec illecebra capiatur, nec timore frangatur, ipse est.

Iob.2.

Expositio primæ partis.

Qui habitat in adiutorio altissimi, & in protectione dei cœli cõmorabitur.) Sicut audistis Psalmũ, & cantastis: nã inde incipit Psalmus, quibus aũt uerbis tentauerit dñm diabolus, cũ ad ipsa uenerimus agnoscetis: nota sunt.n. Dicet dño susceptor meus es tu, & refugium meum deus meus.) Quis hoc dicit dño? Qui habitat in

H adiutorio altissimi. Quis est qui habitat in adiutorio altissimi? Qui non habitat in adiutorio suo. Quis est q habitat in adiutorio altissimi? Qui non est superbus, quõo illi qui manducauerunt ut essent quasi dij, & perdiderunt quod erant facti homines immortales. In adiutorio.n. suo habitare uoluerũt nõ in adiutorio altissimi: ideo suggestionẽ serpentis audierunt, præceptũ dei contempserunt, & inuenerunt hoc euenisse in se qđ minatus est deus, non qđ promisit diabolus: ergo sic & tu dic, Sperabo in eũ, qm̃ ipse eruet me:) non ego me. Vide si aliud aliquid docet, nisi ut tota spes nostra non sit in nobis, non sit in homine. Vnde eruet te? De muscipula uenãtiũ, & à uerbo aspero.) De muscipula uenãtium, magnũ aliquid est: à uerbo aspero: quid magnũ? Multi in muscipulã uenantiũ per uerbũ asperũ deciderunt. Quid est qđ dico? Tendit diabolus & angeli eius, tanq̃ uenãtes tendũt muscipulas, & lõge ab ipsis muscipulis ambulãt hoies q in Christo ambulant. Non audet.n. in Christo tẽdere muscipulas, circa uiã ponit, in uia non ponit. Via autẽ

Gene.3.

I tua Xps sit, & tu non cades in muscipulam diaboli. Aberrantẽ à uia iam ibi est muscipula. Hinc atq; hinc ponit laqueos, hinc atq; inde ponit muscipulas, iter laqueos ambulas. Sed si uis securus ambulare, noli declinare in dexterã aut sinistrã, & sit tibi uia ille q tibi pro te factus est uia, ut perducat te ad se p se, & nõ timebis laqueos uenantiũ. Sed qđ est à uerbo aspero? Multos p uerbũ asperum misit in muscipulã diabolus, uerbi grã, q uoluerint esse Christiani inter paganos, insultatores patiunt paganos: erubescũt inter insultatores, & à uerbo aspero recedẽtes de uia, incidũt in laqueos uenantiũ: & qđ tibi facturũ est uerbũ asperũ? Nihil. Nunqđ nihil tibi facturus est laqueus, quo te cõpellit inimicus p uerbũ asperũ? Quõo retia plerunq; tenduntur ad caput sepis, tendunt auibus, & lapides mittũtur in sepẽ, lapides illi nihil sunt facturi auibus: qñ.n. ferit auem, q lapidẽ mittit in sepẽ? Timens aũt auis inanẽ sonũ, cadit in retia: sic homines timentes insultatoꝝ uerba uana & inania, & erubescentes conuitijs superfluis, cadunt in laqueos uenantiũ, & captiuant a diabolo. Sed cur nõ dico fratres qđ non est tacendũ, qđ me cogit deus dicere? Quomodolibet hoc accipiatis, cogit me deus dicere: & si nõ dixero, ego cado in laqueos uenantiũ. Si.n. detractiones hoium timeo ut non dicam, ego ipse à uerbo aspero cado in laqueos uenantiũ, q uos moneo ut nõ timeatis uerba hoium. Quid est ergo qđ dicturus sum? Quõo inter paganos q fuerit Christianus, à paganis audit uerba aspera, quibus si erubuerit, cadit in muscipulã uenantiũ: sic inter Christianos q uoluerint eẽ diligẽtiores & meliores, ab ipsis Xpianis audituri sunt insultationes. Et qđ prodest frater q aliqñ inuenis ciuitatem, ubi nullus est paganus? Nemo ibi insultat Christiano q Xpianus est, qa non ibi inuenitur paganus. Sed sunt multi male uiuẽtes Christiani, inter quos q uoluerit bene uiuere, & inter ebriosos sobrius esse, & inter fornicarios castus esse, & inter cõsultatores mathematicorũ deũ syncerister colere, & nihil tale requirere, & inter spectatores nugaciũ theatroꝝ noluerit ire nisi ad Ecclesiã, patitur insultatores ipsos Christianos, & patitur uerba aspera, & dicũt, Tu magnus, tu iustus, tu es Helias, tu es Petrus, tu de cœlo uenisti: insultant, quocunq; se uerterit, audit hinc atq; inde uerbũ asperũ. Quod si timet, recedit à uia Xpi dei, cadit in laqueos uenantiũ. Quõo aũt cũ audiuntur hæc uerba, nõ recedit à uia? Quid est nõ recedere à uia? Qñ audit uerba aspera, unde sibi habet facere solatiũ, ut nõ curet uerba aspera, nec recedat à uia, & intret p ianuã? Dicat, Qualia uerba audio, seruus peccator? Dñs meus audiuit, dæmoniũ habes. Modo audistis uerbũ asperũ qđ dictũ est in dñm: non opus erat ut Iesus hoc audiret, sed te monuit aduersus uerba aspera, ne incidas in laqueos uenantiũ. Inter scapulas suas obumbrabit tibi, & sub alis eius sperabis) Hoc dicit, ne tua protectio à te tibi sit, ne putes qa tu te potes protegere: ille te proteget ut eruat, & eruet de muscipula uenantiũ & à uerbo aspero. Inter scapulas suas obũbrabit tibi, & a tergo potes intelligere, & à pectore. Scapulæ.n. circa caput sunt sed qa dicit sub alis eius sperabis, manifestũ est, qa protectio alarũ pansaꝝ facit te esse inter scapulas dei, ut hinc atq; hinc alæ dei te ponãt in medio, & nõ timebis ne qs tibi noceat, tantũ tu noli inde recedere, quo nullus inimicus audet accedere. Si gallina protegit pullos suos sub alis suis: quanto magis tu sub alis dei tutus eris, & aduersus diabolum & angelos eius, q aereę ptãtes tanq̃ accipitres circumuolitãt, ut infirmũ pullũ auferãt? Neq;.n. sine causa cõparata est gallina ipsi sapiẽtię dei: nã Xps ipse dñs nr̃ & saluator tanq̃ gallinã se dixit, Hierusalem Hierusalẽ quotiẽs uolui colligere filios tuos, tanq̃ gallina pullos suos, & noluisti. Noluit illa Hierusalẽ, uelimus nos. Illa rapta est ab aerijs potestatibus fugiens alas gallinæ, præsumens de uiribus suis cũ esset infirma: nos confitentes infirmitatẽ nostram sub alas dei fugiamus. Erit nobis.n. tanq̃ gallina protegens pullos suos. Non est.n. iniuriosum nomen gallinæ. Attendite cæteras aues frẽs. Multę aues ante nos fœtãt, calefaciũt pullos suos, nulla sic auis infirmatur cum pullis suis quõo gallina. Attẽdat charitas uestra hirundines, passeres, & ciconias, uidemus extra nidos suos, nec cognoscimus utrũ fętus habeant. At uero gallinã cognoscimus in infirmitate uocis, & in relaxatione plumaꝝ, tota mutat affectu pulloꝝ: quia illi infirmi sunt, infirmam se facit. Quia ergo & nos infirmi eramus, infirmam se fecit

K

L

Ioan.8.

M

Ephe.2.

Matt.23.

sapientia

A sapientia dei: quia uerbū caro factū est, & habita-
uit i nobis, ut sub alis eius speremus. Scuto circū-
dabit te ueritas eius.) Quę sunt alę, hoc ē scutū qa
nec alę sunt nec scutū. Si aliquid horū proprie es-
set, nunqd alę scutū esse possent, uel scutū alę? Sed
quia figurate p similitudines dici oia ista possunt
ideo & alę & scutū esse potuerūt. Si uero lapis esset
Apoca. 5. Christus, leo non esset: si leo esset agnus nō esset: iō
& leo & agn⁹ & lapis & uitulus, & si qd huiusmodi:
Ioan. 1. qa nec lapis, nec leo, nec agnus, nec uitul⁹, sed salua
Danie. 2. tor omnium Iesus Christus. Istæ .n. similitudines
sunt, nō proprietates Veritas eius, inqt, circūdabit
te. Tanquā scutū ueritas eius est, ut nō misceat eos
qui in seipsis sperant cū eis qui in deo sperant. Pec-
cator est, & peccator, sed da peccatorē de se præsu-
mentē, contēnentem, peccata sua nō confitentem,
& dicet. Si deo displicerent peccata mea, nō pmit-
teret me uiuere. Alius aūt nō audebat oculos leua-
Luc. 18. re, sed percutiebat pectus suū, dicens, Domine, ꝓpi
tius esto mihi peccatori. Et ille peccator, & ille, sed
ille irridēs, iste plāgens, ille cōteptor, hic confessor
B peccatorū suorum. Veritas autē dei quę nō perso-
nas accipit, discernit pœnitentē à defēdēte, discer-
nit humilē a superbo, discernit prę sumentē de se-
ipso à præsumente de deo. Ergo ueritas eius tāquā
scuto circūdabit te. Nō timebis a timore noctur-
no: A sagitta uolante per diem, à negocio pambulā
te i tenebris, à ruina & dęmonio meridiano.) Duo
bus q̄ supra dixit, reddunt duo q̄ infra dixit, nō ti
mebis a timore nocturno, a sagitta uolāte p diē, &
propter timorē nocturnum a negocio perābulāte
in tenebris, & ꝓpter sagittā uolantē per diem a rui
na & dæmonio meridiano. Quid est timēdū in no
cte, & qd in die: Cum qsque ignorās peccat tāquā i
nocte peccat, cum aūt sciens peccat, tanquā in die
peccat. Duo ergo illa leuiora, ipsa sunt grauiora, q̄
repetita sunt. Intendite ut diligenter hoc si dn̄s an-
nuerit, exponatur uobis, obscurū est enim, & erit
magnus fructus si itellexeritis. Tentationē quæ fit
in ignorantibus leuis timorē nocturnū appellauit
& tentationē quę fit leuis in scientibus, sagittā uo-
lātē per diē appellauit. Quę sunt leues tētationes?
C Quę nō sic instāt, nō sic urgent ut cogant, sed pos
sunt cito declinata trāsire. Eadē rursus fac grauia,
si psecutor istet, & uehemēter terreat ignorātes, id
est, nondū firmos in fide nec scientes q ad hoc sūt
xp̄iani ut futurā uitam sperent, cum cœperint ter-
reri de malis tēporalibus, putāt quot deseruit illos
Christus, & sine causa sint xp̄iani. Non norunt .n.
ut dixi, quia ad hoc sunt Christiani, ut pręsentia su
perent, & futura sperent, inuenit illos negocium p-
ambulans in tenebris, & capit eos. Sunt autē qdā
qui nouerunt se ad futuram spem uocatos quia qd
nobis ꝓmisit deus, non est de ista terra, nō de ista
uita, qa istæ omnes tentationes tolerādæ sunt ut il
lud accipiamus, illud acqramus, qd nobis ꝓmisit
deus in æternū. Norunt ista, sed quādo cœpit pse-
cutor instare uehemētius, agitare minis, pœnis, tor
mentis, aliquando cedūt, & scientes tāquā in diem
cadūt. Quare aūt in meridie? Quia multum feruet
psecutio. Maiores ęstus dixit meridiē. Attēdat hoc
charitas uestra de scripturis me probantem. Qn̄ de
seminante dicebat dominus, qa exiit seminās semi
nare, & aliud cecidit i uia, aliud i petrosa, aliud iter
spinas, dignat⁹ ē ipse exponere similitudinē. Et cū

uenisset ad petrosam, hoc ait. Hi sunt q audiūt uer Matt. 13.
bum, & ad horā gaudent & uerbū, & in tribulatio D
ne quæ fit pp uerbum, continuo scandalizantur.
Quid .n. dixerat de his qui exierant in petrosis? Ex-
orto sole, inqt, aruerunt, quia non habebant aliam
radicē. Hi sunt ergo q ad horā gaudent ad uerbū,
& cum psecutio facta fuerit propter uerbū arescūt.
Quare arescunt? Quia nō habebant firmā radicē.
Quæ est radix? Charitas Hoc .n. dicit Apostolus, ut Ephe. 3.
in charitate radicati & fundati. Quō enim radix 1. Tim. 6.
omniū malorū est cupiditas, sic & radix omnium
bonorū est charitas. Nostis hoc, & sępe dictū ē: sed
quare hoc uolui cōmemorare? Vt itelligeretis psal
mum, qa dæmoniū meridianū propter æstum ue-
hementis persecutionis positū est: sic .n. dominus
dicit, Ortus est sol, & aruit herba, quia radicē non
habebat: & exponens nobis qd est a sole arescere Matt. 13.
herbā, dixit, qa psecutione facta nō maneāt illi i fi
de, qa altā radicē non habebant. Recte hic intelli-
gimus dæmoniū meridianū psecutionē uehemen
tem. Qualis fuit illa psecutio aliqn̄ fratres commē-
morem, unde dn̄s liberauit Ecclesiā suam, digetur E
attendere charitas uestra. Primo q imperatores et
reges seculi putauerunt se persequendo tollere pos
se de terra nomen christi & nomen christianorum,
iusserunt ut quisquis se confiteretur Christianum,
feriretur. Quicunque noluit feriri, negauit se Chri-
stianū, sciens quod malū faceret, peruenit ad illum
sagitta uolans per diem. Quicunq autem non cu-
rauit pn̄tem uitam, sed certus sperauit futuram, de
clinauit sagittā uolantē per diem, confessus est se
Christianū, percussus carne, liberatus ē spiritu, ex-
pectare cœpit positus apud deū in quiete, ēt redē-
ptionē corporis sui in resurrectione mortuorum.
Euasit autē tentationē illā a sagitta uolante p diē.
Ergo quicunq se cōfessus fuerit christianum, feria-
tur. Quō sagitta uolans per diem fuit? Nondū erat
dæmonium meridianū flagrans uehementi perse-
cutione, & faciens magnos æstus ēt fortibus. Audi
te .n. quid secutū sit, Cum uidissent inimici q mul
ti festinarent ad martyrium, & tanto plures crede-
rent in christū, quanto plures patiebantur, dixerūt
apud se, Nos occisuri sumus genus humanū, tot mi F
lia qui credunt in hoc noie? Si occideremus oēs, ꝓ
pè nullus in terra remanebit. Cœpit feruere sol, cœ
pit ferue scere æstus. Audite .n. qd iusserint. Quō au
tem iusserant? Quicunq confessus se fuerit Christia
num, feriatur. Iusserunt postea, quicunq se confes-
sus fuerit christianū torqueat, & tādiu torqueatur,
donec neget se esse christianum. comparate sagit-
tam uolātem p diem, & dęmonium meridianum.
Sagitta uolans p diem, quid erat? Qui se confessus
fuerit christianum, feriatur. Quis fidelis eā mortis
celeritatem non declinaret? Illud autem, qui se
cōfitet christianū, nō occidatur, sed torqueat do-
nec neget: si se negauerit, dimittat: dæmonium me
ridianum erat. Multi ergo non negantes, in tormē-
tis deficiebāt: tādiu enim torquebant donec nega
rent. Perseuerantibus aūt in non negādo xp̄m, qd
facturus erat gladius? Vno ictu occidendo corpus,
animam ad deū mittendo, hoc faciebāt diuturna
tormenta Sed quis tandē inueniretur qui duraret
aduersus tātos & tā longos cruciatus? Multi defece
tunt. Et credo illi defecerunt q de se pręsumpserūt
q nō habitāt in adiutorio altissimi, & in ꝓtectio-

G ne dei cœli:qui non dixerunt dño susceptor meus es tu,q non sub umbra alarũ eius sperauerunt, sed uiribus suis multũ dederunt. Deiecti sunt à deo,ut ostenderet illis qa ipse protegit, ipse tẽperat tentationes,ipse tantum uenire pmittit,quantum potest ferre cui uenit. Multi ergo ceciderũt à dęmonio meridiano. Quã multi,uultis nosse?sequitur & dicit. Cadẽt à lateř tuo mille,& dena milia à dextris tuis ad te aũt nõ appropinquabit.) Cui dicit hoc frẽs? Cui,nisi dño nostro Iesu Xpo?Dñs.n.Iesus nõ solũ

Acto.9. in se,sed & nobis:recordamini uerba illa,Saule Saule,quid me persequeris. Quando ipsum nemo tangebat & dicebat,quid me persequeris : nunqd non

Matt 25. in nobis seipsum cõputabat?quando dicebat,Qui fecit uni ex minimis meis,mihi fecit: nõnne in nobis seipsum computabat?Non.n. diuisa sunt adinuicem membra,caput & corpus. Quid est caput & corpus?Saluator & Ecclesia. Qũo ergo dictum est, Cadent à latere tuo mille, & dena milia à dextris tuis?Cadent.n.à dæmonio meridiano. Magnᵘˢ terror frẽs à latere Christi cadere,à dextris Christi ca

H dere. Qũo cadent à latere? Quare illi à latere, illi à dextris?Quare mille à lateř,& dena milia à dextris? Quid est à latere mille?Quia pauciores sunt mille, q̃ dena milia q̃ à dextris cadẽt. Qui sunt isti? Modo planũ erit in nomine Christi, modo apertum erit. Quibusdam promisit Xps, qa cum illo iudicabũt, Apostolis.s.& q dimiserunt omnia,& secuti sunt eũ.

Matt 19. Nam Petrus ait illi, Ecce nos dimisimus oia,& secuti sumus te:& hoc illis promisit, Sedebitis sup duodecim sedes,iudicantes duodecim tribus Israel.No

4. sent. lite putare,qa ipsis solis promisit dñs : ubi.n. sede-

dist.47. bit Paulus Apostolus qui plus illis omnibus labo

Non aut. rauit,si non ibi sedebunt nisi duodecim? Ille enim

1. Cor.15. tertiusdecimus est:nã ex duodecim cecidit Iudas: in locum autem Iudæ traditoris Matthias ordina-

Acto.1. tus est,ut in Actibus Apostolorũ legimus . Impletæ sunt duodecim sedes:non ibi sedebit q plus omnibus illis laborauit?An duodecim sedes perfectio ẽ tribunalis?Nam milia sedebunt in duodecim sedibus.Sed unde mihi probas, ait aliqs, qa & Paulus

1. Cor. 6. inter iudices erit?Audi illũ dicentẽ,Nescitis qa an-

I gelos iudicabimus?Iudicabimus,inqt.Et ipse non dubitauit in psumptione,qa credidit computari se inter illos q iudicabunt cũ Xpo. Qui ergo iudicabunt cũ Xpo,pncipes Ecclesiæ sunt , pfecti sunt:

Matt.19. talibus dixit,Si uis esse pfectus,uade uende omnia tua,& da pauperibus. Quid est, Si uis esse perfectᵘˢ? Vis mecũ iudicare & nõ iudicari. Ille.n. cõtristatus abscessit.Sed multi hoc fecerũt,& multi hoc faciũt ergo isti cũ illo iudicabunt. Sed multi promittunt sibi quia iudicabunt cũ Xpo, quia dimittunt omnia sua & sequunť Xpm:sed habent præsumptionẽ de se,habent quendã typhũ & supbiam , quã deus solus põt nosse,& non possunt euitare dæmonium meridianum.i.castum feruentis ca'oris nimiæ persecutionis. Tales multi cũ essent illo tpe qui distribuerunt omnia sua pauperibus,& sibi iam promittebant quia sessuri erant cum Xpo & iudicaturi gẽtes,feruente calore persecutionis tanq̃ à dæmonio meridiano defecerunt in tormentis,& negauerunt Christum:ipsi sunt qui à latere ceciderunt, tanquã sessuri cum Xpo ad mundum iudicandum ceciderunt. A dextris aũt dicam qui cadunt. Nostis qa cũ apparuerit ipsum tribunal,ubi cum Christo domi

-no iudicabunt, qui uoluerunt esse & uere fuerũt p K
fecti,radicati & fundati in charitate,ut non arescerent de sole & dæmonio meridiano:hoc n.ait do- Ephe. 3.
minus,Congregabuntur ante eum oẽs gẽtes,& diuidet illos abinuicẽ , sicut pastor diuidit oues ab Matt. 13.
hædis,& oues ponet à dextris, hædos autem à sinistris & iudicabuntur.Multi erũt q iudicabunt , sed Matt.25.
pauciores erunt q̃ illi qui ante tribunal stabunt:qa illi tanq̃ mille, illi tanq̃ dena milia . A dextris pósitis qd dicturus est?Esuriui & dedistis mihi manducare,hospes fui & suscepistis me . Manifestũ est , qa his dicet q habent substantiam huius seculi, unde ista humana faciant:tñ & ipsi cũ illis regnabũt, qa illi tanq̃ milites,illi tanq̃ annonam præbentes prouinciales:sub uno tamen imperatore, & miles & prouincialis in regno est:miles fortis, prouincialis deuotus:miles fortis orationibus pugnat aduersus diabolũ,deuotus prouincialis annonam tribuit militibus:intelligat charitas uestra,& audiũt in fine ad dexterã positi,Venite benedicti patris mei, pcipite Ibidem.
regnum qd uobis paratum est ab origine mundi.
Erãt ergo illo tpe multi qñ grauiter inferbuerat sol L
persecutionis,& dæmonium meridianũ, erant qui sibi promittebant quia iudicaturi erant cum Christo,non potuerunt ferre æstum persecutionis,& ceciderunt à latere ipsius. Erant ibi aliq qui non sibi promittebant sedes iudicantium , sed p eleemosynas promittebant sibi , qa ad dexterã futuri erant, qbus dicturus erat Christus, Venite benedicti pris mei pcipite regnũ,quod uobis paratũ est ab origine mundi. Et qa multi de spe illa iudicandi ceciderunt,multi aũt & multo plures de spe illa dexteræ ceciderunt:adeo dictũ est Christo, Cadent à latere tuo mille, & dena milia à dextris tuis . Et qa multi erunt cũ illo q oia illa non curarunt, cũ qbus tanq̃ membris unus est Christus:ad te aũt , inquit, non appropinquabit. Nunqd ad solum caput dixit , nõ appropinquabit?Non utiq̃,sed nec ad Petrum,nec ad Paulũ,nec ad oẽs Apostolos,nec ad oẽs martyres,qui in tormentis non defecerunt. Qũo ergo nõ appropinquabit?Cur sic torti sunt ? Propinquauit carni tormentum , sed non peruenit ad locũ fidei. Itaq; longe erat fides ipsorum à terrore torquẽtiũ. M
Torquebãtur,nec appropinquauit terror : torquebant,sed irridebant tormentum,præsumentes in illo qui prior uicit,ut cæteri uincerẽt. Et q uincunt, nisi q de se non præsumpserunt?Intẽdat charitas uestra:ad hoc.n. dixit oia superiora, Dicet dño susceptor meus es tu & refugium meũ, & sperabo in eũ quoniam ipse eruet me de muscipula uenantium: Ipse eruat me non ego me. Inter scapulas suas obũbrabit tibi. Sed qñ?Quando sub alis eius sperabis, scuto circũdabit te ueritas eius . Quia ergo in illo præsumpsisti , & totam spem tuam in illo posuistir sequiť,Quid?Nõ timebis à timore nocturno , à sagitta uolate p diem,à negocio pambulante in tenebris,à ruina & dæmonio meridiano. Quis nõ timebit?Qui in Xpo psumit:qui aũt de se psumunt,& si iam sibi sperabant latus Christi tanq̃ iudicaturi,& si futuros se iam sperabant à dextris Xpi, quasi diceret illis, Venite benedicti patris mei, percipite re- Ibidem.
gnum qd uobis paratum est ab origine mundi: uenit dæmonium meridianum.i. feruens æstus persecutionis uehementer terrens,& ceciderunt multi à spe sedis iudiciariæ:de qbus dictũ est , Cadẽt à la-

A. ltere tuo mille:& multi à spe remunerationis obsequiorum suorum: de quibus dictum est, Et dena milia à dextris tuis:ad te autem, id est,ad caput & corpus non appropinquabit ruina & dæmonium meridianum, quoniam nouit dominus qui sunt eius. Verumtamen oculis tuis consyderabis,& retributionem peccatorum uidebis.) Quid est hoc? Quare uerumtamen? Quia licuit impiis superbire in seruos tuos, licuit impiis persequi seruos tuos. Impune ergo erit impiis, quia persecuti sunt seruos tuos? Non erit impune. Quamuis .n. tu permiseris,& magis inde tui coronati sint, ueruntamen oculis tuis consyderabis,& retributionem peccatorum uidebis. Malum ergo quod uoluerunt, non bonum quod per nescientes actum est, eis retribuetur. Modo opus est ut oculos fidei habeamus & uideamus, quia & exaltantur ad tempus & plangent in æternum,& quibus datur

Matt. 25. potestas in seruos dei temporaliter, dicetur eis, Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Sed si habeat quisque oculos sicut dixit, Oculis tuis consyderabis: non est leue uidere impium florentem in hoc seculo, & habere ad illum oculos & consyderes

B. fide quod ille passurus est in fine si se non correxerit, quia qui modo tonare uolunt, postea fulminantur. Veruntamen oculis tuis consyderabis,& retributionem pec-

Matth. 4 catorum uidebis. Quoniam tu es domine spes mea.)

Luc. 4. Ecce uenit ad illud, quare non cadat a ruina & demonio meridiano. Quoniam tu es domine spes mea, Altissimum posuisti refugium tuum) Quid est hoc quod in alto est refugium tuum? Multi .n. sic sibi faciunt refugium dei, quo fugiant a temporalibus æstibus. In alto est enim refugium dei, ualde in occulto est quo fugias ab ira uentura. Intus altissimum posuisti refugium tuum. Non accedet ad te mala,& flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uiis tuis. In manibus tollent te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum.) Ista sunt uerba quæ dixit diabolus domino Iesu Christo, quando illum tentauit. Sed quia diligentius consyderanda sunt, ne uos fatigemus, differamus in crastinum, quia & crastino si dominus uoluerit, inde uobis erit sermo, ut ab isto loco psalmi rursus in-

C cipiamus propter tædium uestrum, ne cum uolumus finire res obscuras, præcipitemus, & non perueniat ad intelligentiam uestram.

Concio secunda de secunda parte eiusdem Psalmi.

Sicut non dubito meminisse charitatem uestram qui hesterno die sermoni affuistis, psalmum quem cœperamus exponere, ne ad terminum perueniret, angustia temporis impediuit,& dilata est pars eius in hodiernum diem: hoc qui heri affuistis recordamini, qui non affuistis agnoscite. Propterea fecimus ipsam lectionem Euangelii recitari, ubi dominus tentatus est

Matth. 4 per ea uerba psalmi quæ hic audistis. Ideo tentatus est Christus, ne uincatur a tentatore christianus. Ille quippe magister in omnibus tentari uoluit, quia tentamur: sicut mori uoluit, quia morimur, sicut resurgere uoluit, quia resurrecturi sumus. Illa .n. quæ ostendit in homine quod factus est propter nos homo cum esset deus per quem facti sumus, propter nos ostendit. Et sæpe commendauimus charitati uestræ, quod nos sæpe iterare non piget, ut quia forte multi uestrum legere non possunt, quia non eis uacat legere, aut literas non norunt, saltem assidue audiendo non obliuiscantur salubrem fidem suam. Certe eam repetendo quibusdam

molesti uideamur, dum tamen quosdam ædificemus: D

Nouimus .n. multos esse & memoria præualentes, & lectionis diuinæ studiosos, qui ea quæ dicturi sumus nouerunt,& forte nos ea uolumus dicere quæ non nouerunt. Sed si celeriores sunt, intueantur, quia cum tardioribus ambulant uiam. Quando autem duo comites unam uiam ambulant, quorum est unus celerior, alter tardior in potestate celerioris est, ut cum illo ambulet tardior, non in potestate tardioris quia si uelit celerior tantum facere quantum potest, tardior illum non sequitur. Opus est ergo ut celerior refrenet celeritatem suam,& non relinquat comitem tardiorem. Hoc est ergo quod dixi me sæpe dixisse,& nunc iterum dico, sicut dicit Apostolus, Eadem scribere uobis mihi qui- Philip. 3.

dem non pigrum, uobis autem tutum. Dominus autem noster Iesus christus, tanquam totus perfectus uir & caput Gal. 3.

& corpus, caput in illo homine agnoscimus, qui natus est de Maria uirgine, passus sub Pontio Pilato, Lu. 2.&

sepultus, resurrexit, ascendit in cœlum, sedet ad dexte 23.

ram patris, inde illum expectamus iudicem uiuorum atque Marc. 16.

mortuorum, hoc est, caput Ecclesiæ. Corpus huius capitis Ecclesia est, non quæ hoc loco est, sed quæ hoc loco E

& per totum orbem terrarum, nec illa quæ hoc tempore, sed ab ipso Abel usque ad eos qui nascituri sunt Gene. 4.

usque ad finem,& credituri in christum, totus populus sanctorum, ad unam ciuitatem pertinentium, quæ ciuitas corpus est christi, cui caput est Christus. Ibi sunt & angeli ciues nostri, sed quia nos peregrinamur, laboramus illi autem in ciuitate expectant aduentum nostrum. Et hæ de illa ciuitate unde peregrinamur, literæ nobis uenerunt, ipsæ sunt scripturæ, quæ nos hortantur ut bene uiuamus. Quid dicam uenisse litteras? Ipse rex descendit & factus est nobis uia in peregrinatione, ut in illo ambulantes, nec erremus, nec deficiamus, nec in latrocinantes incidamus, nec in laqueos irruamus qui ponuntur iuxta uiam. Talem ergo scimus christum totum atque uniuersum simul cum Ecclesia, ipsum autem solum natum de uirgine. caput Ecclesiæ, mediatorem scilicet inter deum & homines christum Iesum, ad hoc media- Luc. 2.

tor est, ut eos qui recesserunt, per se recociliet, medius 1. Tim. 2.

enim non est, nisi inter duos, Recesseramus a maiestate dei [,]& peccato nostro offenderamus eum, missus est filius mediator, qui sanguine suo solueret pecca- F

ta nostra, quibus separabamur a deo, & interpositus redderet nos ei,& recociliaret a quo auersi in peccatis nostris & delictis tenebamur. Ipse est caput nostrum ipse est deus æqualis patri, uerbum dei per quod facta sunt Ioan. 1.

omnia, sed deus ut crearet, homo ut recrearet, deus ut faceret, homo ut reficeret, hunc intuentes, sic audiamus Psalmum, intendat charitas uestra disciplina est ista & doctrina scholæ huius, quæ uobis ualeat non ad unum Psalmum intelligendum, sed ad multos si teneatis hanc regulam. Aliquando Psalmus non solum Psalmus, sed & omnis prophetia, aliquando sic loquitur de christo ut caput solum commendet,& aliquando a capite it ad corpus, id est, ad Ecclesiam,& non uidetur mutasse personam: quia non separatur caput a corpore, sed tanquam de uno loquitur, uideat enim charitas uestra quod dico. Manifestus est certe Psalmus omnibus, ubi de passione domini dicitur, Foderunt manus Psal. 21.

meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, diuiserunt sibi uestimenta mea,& super uestem meam miserunt sortem. Hoc & Iudæi quando audiunt erubescunt. Euidentissime enim prophetia de passione domini nostri Iesu christi prolata est. Delicta autem non

G habebat dominus noster Iesus Christus,& tñ in capite ipsius Psalmi dicit, Deus de⁹ meus,ut quid me dereliquisti,lõge à salute mea uerba delictoꝝ meorum. Videtis ergo qd dicatur ex persona capitis,qd ex persona corporis, Delicta ad nos ptinẽt, passio pro nobis ad caput pertinet:sed pp passionem illi⁹ pro nobis,& quod ad nos pertinet delictoꝝ debitũ solut. Sic & in isto Psalmo iã istos uersus hesterna die tractauim⁹ & breuiter illos cõmemoremus.

Commemoratio uersuum prius tractatorum cum expositione sequentium.

Qui habitat in adiutorio altissimi,í ꝓtectione dei cœli cõmorabitur.) Hoc commẽdauimus charitati uestræ in istis uersibus, ne quisquam in se spem ponat, sed totam spem suã in illo ponat,in quo sunt uires nostræ, Ex adiutorio enim eius uincimus,non ex nostra pręsumptione. Protegit ergo nos deus cœli, si dicamus domino quod sequit, Dicet dominus susceptor me⁹ es tu,& refugium meũ,de⁹ meus sperabo in eũ. Qm̃ ipse eruet me de muscipula uenantium, & à uerbo

H aspero.) Diximus quia multi timentes uerbũ asperum incidunt in muscipulã uenantium. Insultatur homini quia Christianus est,pœnitet illũ qa xpianus fact⁹ est,& ab aspero uerbo incidit in muscipulam diaboli. Insultatur etiam homini q inter multos xpianos melius uiuit,& timẽs aspera uerba insultatorũ,incidit in laqueos diaboli,ut nõ sit triticum in area,sed paleã sequatur. Qui autẽ in domino sperat,eruitur à muscipula uenantiũ & à uerbo aspero. Quomodo autẽ te protegit deus? Inter scapulas suas obũbrabit tibi:) id est,ante pect⁹ suũ te ponet,ut alis suis te protegat, si mõ agnoscas infirmitatẽ tuã,ut quasi pull⁹ infirmus fugias sub alas

Ephe. 2. matris ne à miluo rapiaris. Milui sunt.n. aereæ potestates,diabolus & angeli eius rapere uoliit ifirmitatem nostrã. Fugiamus sub alas matris sapientiæ, quia & ipsa sapientia infirmata est propter nos, qa

Ioan. 1. uerbum caro factũ est. Sicut infirmal gallina cum pullis suis ut protegat eos alis suis:sicut dñs noster

Matt. 23. Iesus Christus qui cum in forma dei esset, non ra-

Philip. 2 pinam arbitratus est esse se æqualem deo, ut infirmaretur nobiscũ,& alis suis ꝓtegeret nos,semetip-

I sum exinaniuit formã serui accipiens,in similitudinẽ hoium factus,& habitu inuẽtus ut hõ. Et sub alis eius sperabis Scuto circũdabit te ueritas eius, non timebis a timore nocturno,)Tẽtationes ignorãtię timor nocturn⁹,peccati scientiæ sagitta uolãs per diẽ In nocte.n.ignorãtia intelligitur in die manifestatio. Sunt qui ignorãtes peccãt,sunt qui sciẽtes peccant,qui ignorãtes peccãt,a timore nocturno supplãtãtur,qui scientes peccãt,a sagitta uolãte per diẽ percussi sunt. Hæc autem cum in grauioribus persecutionibus fiunt quousq; perueniatur tãquã ad meridiẽ.quicunque illo calore ceciderit,tãquã à demonio meridiano cadet. Et multi a calore isto ceciderunt,sicut iam hesterno die exposuimus charitati uestræ,qa feruẽte pſecutione dictũ ẽ, torqueantur xpiani,donec negẽt qd Christiani sunt: cum antea solerent confessi percuti, ad hoc postea torquebantur ut negarent. Et cum omnis reus tãdiu torqueatur quãdiu neget, Christianorũ confessio torquebatur, negatio dimittebat. Erat ergõ tũc magnus æstus pſequentium. Quicunq; in illa tentatione ceciderũt,tanquã a dęmonio meridiano ceciderunt. Et quanti ceciderũt? Multi q se sperab it K sessuros cum dño & iudicaturos,illi a latere ceciderunt. Item multi qui se sperabant ad dexteram futuros,in plebe sancta stipediaria tanquã ꝓuinciales, qui annonam militibus præbent,qbus dici habet,

Matt. 25. Esuriui.n.& dedistis mihi mãducare:ad dexteram n.erunt multi,& de ipsa spe ceciderunt, & plures inde,quia plures ibi. Pauciores enim qui cũ dño iudicabunt,& plures qui stabunt añ illũ,sed nõ una conditio eorũ,alii ad sinistrã,alij ad dexteiam, alii ut regnẽt,alii ut puniãtur: alij ut audiãt. Venite benedicti patris mei percipite regnũ:alij ut audiãt. Ite in ignẽ æternũ,qui paratus est diabolo & angelis ei⁹. Ergo, A ruina & dęmonio meridiano: Cadẽt mille a latere tuo,& dena milia à dextris, ad te aũt non appropinquabit.) Quid? Dæmoniũ meridianũ te non deiicit. Quid mirum si caput nõ deiicit? Sed nõ deiicit,& illos qui sic hærent capiti,qũo ait

2. Tim. 2 Apostolus, Nouit dominus q sunt eius. Sunt enim quidam ita pdestinati,ut nouerit dñs qui pertineant ad corpus ipsius. Cum ergo ad hos nõ accedet illa tentatio ut deiiciat eos isti intelliguntur in eo, L quod scriptũ est, Ad te autem nõ appropinquabit. Sed ne illi peccatores,quibus tãta licuit exercere i Christianos,attẽdant a quibusdã infirmis,& dicatur. Ecce quid noluit deus ut tãtũ impiis & sceleratis liceat i seruos dei:modicũ cõsydera oculis tuis oculis fidei,& uidebis retributionem peccatorũ i finem,quibus modo tanta permittuntur ut exercearis:hoc enim sequitur, Verũtñ oculis tuis cõsyderabis,& retributionẽ peccatorum uidebis. Qm̃ tu es domine spes mea, altissimum posuisti refugiũ tuum. Non accedent ad te mala.) Domino dicit, Quoniã tu es domine spes mea, altissimũ posuisti refugium tuum,non accedent ad te mala. Et flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo.) Et deinde uerba, quæ audistis iã dicta a diabolo. Qm̃

Matth. 4 angelis suis mandauit de te,ut custodiant te in oibus uiis tuis. In manibus tollent te,ne qñ offendas ad lapidem pedem tuũ.) Cui hoc dicit? cui illud dixit.qm̃ tu es domine spes mea. Iam puto nõ esse exponendum xpianis quis sit dominus. Si deũ patrem intelligunt:quomodo illum tollent angeli in M manibus,ne offendat ad lapidẽ pedẽ suũ? Videtis ergo quia & xps dominus dum loqueretur de corpore, subito cœpit loq de capite caput nostrũ appellatum est modo,cum diceretur, qm̃ tu es domine spes mea, altissimum posuisti, refugium tuum. Ideo posuisti altissimum refugiũ tuũ, quoniam tu es domine spes mea. Quid sibi hoc uult? Attendat charitas uestra,qm̃ tu es dñe spes mea, altissimum posuisti refugium tuũ,iam non est mirandum,propterea.n. sequitur,Non accedent ad te mala, quia altissimum posuisti refugiũ tuũ: Et flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo, qm̃ altissimum posuisti refugium tuum. Non aũt legimus in Euangelio,quia alicubi angeli portauerunt dñm, ne offenderet ad lapidẽ,& tñ intelligimus. Hinc enim,iã facta sunt,& non sine causa prophetata sunt, nisi quia futura erant,& non possumus dicere, Postea uenturus est xps,ut nõ offendat ad lapidem pedẽ suum: iudicaturus enim ueniet. Vbi ergo completum est? Intẽdat charitas uestra: primo hos uersus audite,Qm̃ tu es domine spes mea, altissimũ posuisti refugiũ tuum. Genus humanum mori homi-

A nem nouerat,resurgere non nouerat, ideo qd time
ret habebat,qd speraret non habebat. Vt ergo ille
q propter disciplinam fecit timorem mortis, ꝓpter
pmium futurę uitæ æternæ daret spem resurrectio
Marci. 16 nis,prior resurrexit dn̄s noster Iesus Christus: mor
tuus est post multos,resurrexit ante omnes. Hoc
passus est moriendo,qd iam multi passi erant: hoc
iā fecit resurgendo,qd nullus ante illū. Quādo.n.
hoc accipiet Ecclesia nisi in fine? Præcessit in capi-
te quod membra sperent: nouit.n.charitas uestra,
quomodo inter se dicant. Dicat ergo Ecclesia dn̄o
suo Iesu Christo,dicat corpus capiti suo,Quoniam
tu es domine spes mea,altissimum posuisti refugi-
um tuum.i.ideo resurrexisti à mortuis & in cęlum
ascendisti,ut altum poneres refugium tuum,ascen
dens ut fieres spes mea,q in terra desperabā, & me
resurrecturū esse nó credebam: modo iam credo,
qa ascendit in cœlū caput meum, quò caput præ-
cessit & mēbra secutura sunt. Puto iam manifestū
esse quod dictum est,qm̄ tu es dn̄e spes mea,altissi
mum posuisti refugium tuum. Hoc planius dixe-
B rim, Vt ergo haberem spem resurrectionis quā nó
habebā,ideo prior resurrexisti,ut quò p̄cessisti, il-
luc me secuturū sperarē. Vox.n.est Ecclesiæ ad do-
minum suum,uox est corporis ad caput suum. No
li ergo mirari, Nó accedent ad te mala, & flagellū
nó appropinquabit tabernaculo tuo. Tabernacu-
Ioan.1. lū dei,caro est. In carne inhabitauit uerbū, & caro
factū est tabernaculū deo. In ipso tabernaculo im
perator militauit pro nobis,i ipso tabernaculo ab
hoste tentatus est, ne miles deficeret. Et qa ipsam
carnē ostēdit oculis n̄ris,qa oculi n̄ri ista luce gau
dent, & uisibili lumine isto delectanł,qa in manife
statione posuit carnem suam, ut omnes uiderent,
Psal.18. ideo Psalmus dicit,In sole posuit tabernaculū suū.
Quid est in sole? In aperto,in manifesto, in luce ter
rena.i.in luce quæ terras de cœlo perfundit,ibi po
suit tabernaculū suum. Sed quomodo ibi poneret
tabernaculum suum,si non tanq̄ sponsus procede
ret de thalamo suo? Hoc.n sequitur, In sole posuit
tabernaculum suum. Et quasi diceretur ei, qūo? &
ipse inquit, Tanq̄ sponsus procedens de thalamo
C suo,exultauit ut gigas ad currendam uiam. Quod
est tabernaculū? Ipsa est sponsa: uerbū spōsus, caro
sponsa,& thalamus uterus uirginis: & qd dicit Apo
Ephe.5. stolus,Et erunt duo in carne una. Sacramentū hoc
magnū est,ego autem dico in Christo & in Eccle-
Matt.10. sia,& qd ipse dn̄s in Euangelio,Igitur iam nó sunt
duo,sed una caro. Ex duobus unū, ex uerbo & car
ne unus homo,unus deus. Hoc aūt tabernaculum
Matt.27. eius sensit flagella in terra manifestū est,qa flagella
tus est dn̄s. Nunqd in cęlo sensit flagella? Nequaq̄.
Quare? Quia altissimum posuit refugium suum,ut
esset spes nostra,& nó ad eum accedant mala, nec
flagellū propinquabit tabernaculo eius. Longe est
sup oēs cęlos,sed pedes habet in terra. Caput in cę
lo est,corpus in terra. Cum aūt pedes ipsius flagel-
Acto.9. larenł & calcarenł a Saulo, clamauit caput: Saule
Saule,qd me p̄sequeris? Ecce nemo caput p̄sequił,
& ecce caput in cœlo: qa Christus resurgēs à mor-
Rom.5. tuis,iā nó moritur & mors illi ultrá nó dominabi
tur,nó accedēt ad te mala,& flagellū nó appropin
quabit tabernaculo tuo. Sed ne putemus, qa sepa-
ratū est caput à corpore,discretū est n locis, sed iū
ctū est affectu,ipsa affectus cóiunctio clamauit de

cœlo: Saule Saule,qd me persequeris? Prostrauit.n. D
eū uoce obiurgāte,& leuauit dextera miserāte. Qui
corpus Xp̄i p̄sequebatur,factus est membrum Xp̄i,
ut qd faciebat ipse ibi pateretur. Quid ergo ibi fra-
tres,de capite nostro qd dictum est? Quoniā tu es
dn̄e spes mea,altissimū posuisti refugiū tuum. Nó
accedent ad te mala,& flagellum nó appropinqua
bit tabernaculo tuo: dicta sunt hæc, qm̄ āgelis suis Matt.4.
mādauit de te, ut custodiant te in oībus uijs tuis.
Audistis modo cū Euāgelium recitareł, attendite,
Baptizatus est dn̄s,ieiunauit. Quare baptizatus? Vt
nó aspernaremur baptizari: nā cū ipse Ioannes di-
ceret dn̄o,tu ad me uenis baptizari,ego à te debeo Matth.3.
baptizari: & dn̄s,Sine modò,sic.n. oportet nos im
plere oēm iustitiam. Voluit impleri humilitatem,
ut ablueretur q sordes non habebat. Vt quid hoc?
Propter sup̄biā futuroꝝ. Existit.n.aliquis catechu-
menus,q forte doctrina & moribus uincit multos
fideles,attendit iā baptizatos multos impitos, [&
multos]non sic uiuentes qūo ipse uiuit, [nó in tan
ta cótinentia,]nó in tanta castitate: iā ille nec uxo
rē quęrit,& uidet aliqn̄ fidelem si non fornicantē, E
tamen uxore intemperantius utentem, potest eri-
gere ceruicē superbię & dicere, Quid mihi iā opus
est baptizari,ut hoc accipiā quod iste habet,quem
iā & uita & doctrina præcedo? Huic dn̄s, Quid præ
cessisti? Quantū præcessisti? Tantúm ne quantum
ego te? Nó est seruus super dn̄m suū,neq̄ discipulus Matt.4.
sup magistrū suū: sufficit seruo ut sit sicut dn̄s eius
& discipulo ut sit sicut magister eius. Noli extolli,
ut nó quęras baptismū. Baptismum q̄res domini,
ego serui quæsiui. Baptizatus est ergo dn̄s, & post
baptismū tētatus est, ieiunauit quadraginta dieb⁹
in mysterio, qd sæpe uobis cómemoraui. Non oīa
uno tp̄e dici possunt, ne occupent necessaria tp̄a.
Post quadraginta dies esuriuit, q poterat & nunq̄
esurire. Sed quomodo tētaretur? Aut si ille nó uin-
ceret tētatorem,quomodo disceres tu cū tentato-
re pugnare? Esuriuit,ēt tentatus audiuit, Dic lapi- Matt.4.
dibus istis ut panes fiant,si filius dei es. Quid ma-
gnū erat dn̄o Iesu Christo de lapidibus panē face-
re,q de quinq̄ panibus tot milia satiauit? De nihi-
lo fecit panē. Tanta.n.fuerat multitudo escæ,q̄ sa- F
turaret tot milia? Vnde p̄cessit? Fōtes * panes erāt *forte, panis.
in manibus dn̄i: non est mirum, nam ipse fecit de
qnq̄ panibus multos panes unde saturaret tot mi-
lia,q facit quotidie in terra de paucis granis messes Matt.14.
ingentes. Ipsa n.sunt miracula dn̄i, sed assiduitate
uiluerunt. Quid ergo fratres? Impossibile erat dn̄o
de lapidibus panes facere? Homines fecit de lapidi
bus,dicēte ipso Ioāne baptista, Potens est deus de Matth.3.
lapidibus istis suscitare filios Abrahæ, Quare ergo
nó fecit? Vt te doceret respódere tentatori, ut si for
te in aliqua angustia positus fueris, & suggesserit ti
bi tentator,si Christianus esses & ad Xp̄m pertine-
res,& desereret te modo ut nó misisset tibi auxiliū.
Et forte adhuc medic⁹ secat,& ideo deserit: sed nó
deserit. Qūo Paulum ipsum ideo nó exaudiuit. Nā
dicit Paulus non se exauditum de stimulo carnis
suæ angelo satanæ,à quo colaphizari se dixit: Pro- 2.Cor.12
pter quod dominum ter rogaui ut auferret eum à
me,& dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam uir-
tus in infirmitate perficitur. Tanq̄ medico dicereł
posito forte epithemate, molestum est mihi hoc
emplastrum, rogo te tolle illud: & medicus,Non

G opus eſt,diu ibi ſit,non.n.alr ſanare poterit. Aegro
tum nõ exaudiuit medicus ad uoluntatẽ,qa exau-
diuit ad ſalutẽ. Ideoq; fortes eſtote fratres,& qñ ali-
qua inopia tentamini deo flagellante & erudiente
uos,qbus & parat & ſeruat æternã hęreditatẽ, non
3.Re.17. uobis ſuggerat diabolus. Si iuſtus eſſes,nonne tibi
Pſal. 36. per coruũ mitteret panem,qũo miſit Helię? Vbi eſt
qd legiſti,Nũquam uidi iuſtum derelictum nec ſe-
men eius q̃rens panem? Tu rñde diabolo,uerũ di-
cit ſcriptura,nunq̃ uidi iuſtum derelictũ, nec ſemẽ
eius q̃rens panem: habeo.n panem meum,quẽ tu
Matth. 4 non noſti. Quem panem? Audi dñm,Nõ in ſolo pa
ne uiuit homo,ſed i omni uerbo dei. Putás ne uer
bum dei non ſit panis? Si non eſſet panis,non dice
Ioan. 6. ret uerbũ dei per qd facta ſunt oia, Ego ſum panis
uiuus qui de cœlo deſcendi. Didiciſti ergo quid re
ſpondeas tẽtatori in anguſtia famis. Quid ſi te ſic
tentat ut dicat tibi,ſi chriſtianus eſſes,faceres mira
cula qũo fecerunt multi chriſtiani? Tu iam ſugge-
ſtione mala deceptus,tẽtares dñm deum tuum, &
diceres dño deo noſtro,Si chriſtianus ſum, & ſum
ante oculos tuos,& in aliquo numero tuoꝝ me cõ
H putas,faciam & ego aliqd qualia multa fecerũt ſan
cti tui, tẽtaſti deum quaſi nõ ſis chriſtianus ſi hoc
Acto.8. facias. Multi talia deſyderãtes ceciderunt: Nam Si-
mon ille magus talia deſyderauit ab apoſtolis,qui
ſpiritum ſctm̃ per pecuniam uoluit cõparare. Ama
uit potentiam miraculoꝝ, & non amauit imitatio
nem humilitatis. Ideo qdam diſcipulus,uel qdam
de turba,cum uellet ſequi dñm: attendens miracu
la quę faciebat,uidit illum dñs ſuperbum non q̃re
Matth. 8 re uiam humilitatis,ſed typhũ potentiæ,& ait,Vul
pes foueas hñt,& uolucres cœli nidos, filiꝰ aũt ho-
minis nõ habet ubi caput reclinet. Vulpes in te fo-
ueas hñt,uolucres cœli in te nidos hñt. Vulpes do
lus eſt, uolucres cœli ſupbia eſt. Sicut.n.uolucres
alta ꝑetũt,ſic ſupbi:& ut uulpes cauernas doloſas,
ita oẽs inſidiatores. Quid ergo rñdit dñs? Poteſt in
te habitare ſuperbia & dolus, Chriſtus non habet
ubi in te habiter,ubi reclinet caput ſuum:qa recli-
natio capitis, humilitas Chriſti eſt: niſi reclinaret
caput non iuſtificareris. Talia deſyderãtes & diſci-
puli, & uolẽtes iam appetere ſedem regni antequã
I uiam humilitatis caperent, qñ illi ſuggeſtum eſt à
Matt.20 matre diſcipuloꝝ,Dic ut unus ſedeat ad dexterã,&
alius ad ſiniſtram tuam,potẽtiam q̃rebant,ſed per
paſsioneui humilitatis uenitur ad potẽtiam regni:
ait dñs, Poteſtis bibere calicem quem ego bibitu-
rus ſum? Quid cogitatis altitudinem regni,& non
imitamini humilitatẽ meam: Ergo qd ſi ſic te ten-
tet,fac miracula? Ne tu tẽtes deum,qd debes rñde-
re? Quod rñdit dñs: ait illi diabolus,Mitte te deor-
Matth. 4 ſum,quia ſcriptum eſt, Angelis ſuis mãdauit de te,
ut in manibus tollant te,ne ſorte offendas ad lapi-
dem pedem tuum. Si te miſeris,angeli te ſuſcipiẽt.
Et poſſet qdem fieri fratres,ut ſi ſe miſiſſet dñs, ob
ſequia angeloꝝ ſuſciperent carnem domini: ſed qd
Deutr. 6. illi ait? Iterum ſcriptum eſt,Non tentabis dñm deũ
tuum. Hominem me putas. Ad hoc.n.acceſsit dia-
bolus ut tentaret utrum filius dei eſſet: Ipſe ui-
debat carnem, ſed maieſtas in operibus appare-
bat: angeli teſtimonium dixerũt, ille uidebat mor
talem ut tentaret,ut Chriſto tentato doceret chri-
ſtianus. Quid ergo ſcriptum eſt? Non tẽtabis dñm
deum tuum. Itaq; non tentemus dñm ut dicamus,

ſi ad te pertinemus,miracula faciamus. Redeamus K
ergo ꝓpter uerba Pſalmi. Angelis ſuis,inquit,man
dauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uijs tuis.
In manibus tollent te, ne qñ offendas ad lapidem
pedem tuũ. Sublatus eſt Chriſtus in manibus an- Marci.16
geloꝝ,qñ aſſumptus eſt in cœlum, non quia ſi nõ
portarent angeli ruiturus erat,ſed qa obſequeban- Acto.1.
tur regi: ne forte dicatis, meliores ſunt qui porta-
bant q̃ ille q portabat. Ergo meliora ſunt iumenta
quam homines? Sed qa infirmitatem hominũ por-
tant iumenta. Nec hoc debemus dicere: etenim iu-
menta ſi ſe ſubtrahant,cadunt qui ſedent. Sed qũo
debemus dicere? Nam de deo dictum eſt, Cœlum
mihi ſedes eſt. Quia ergo cœlum portat,& deus ſe- Eſa 66.
det, ideo melius eſt cœlum? Sic ergo & de obſeqo Acto.7.
angeloꝝ in hoc pſalmo intelligere potuerimus: nã
non ad infirmitatem domini pertinet,ſed ad illius
honorificentiam,ad illoꝝ ſeruitutẽ. Reſurrexit aũt
dñs noſter Ieſus Chriſtus. Propter quid? Apl̃m audi Roma.4.
te: Mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit
propter iuſtificationem noſtrã. Item de ſpiritu ſan
cto euangelium,Spiritus qdem,inqtit,nondũ erat Ioan.7.
datus,quia Ieſus nõdum erat clarificatus. Quę eſt L
clarificatio Ieſu? Reſurrexit & aſcendit in cœlum.
A deo clarificatus aſcenſione in cœlum,miſit ſpiri Acto.2.
tum ſuum ſanctum die pentecoſtes. In lege autem
in libro Moyſi Exodo, a die agni occiſi & mandu- Exod.12.
cati quinquaginta dies numerantur, & data eſt lex & 19.
in tabulis lapideis ſcripta digito dei. Quid ſit digi- Exod.31.
tus dei,Euangelium nobis exponit, qa digitus dei
ſpũs ſanctus eſt. Qũo ꝓbamus? Dñs rñdens eis qui
illum dicebant in nomine Beelzebub eiicere dæ- Matt.12.
monia ait,Si ego in ſpiritu dei eiicio dęmonia. Alrꝰ Luc.11.
euangeliſta cum hoc narraret, Si ego,inquit,in di-
gito dei eiicio dęmonia. Quod ergo poſitum eſt in
uno aperte,poſitũ eſt in altero obſcure. Neſciebas
quid ſit digitus dei,exponit alius euãgeliſta, dicẽs
eum eſſe ſpiritũ dei. Digito ergo dei ſcripta lex data
eſt die quinquageſimo ab occiſione agni, & ſpũs Acto.2.
ſanctus uenit die qnquageſimo à paſsione domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti. Occiſus eſt agnus,factum eſt
paſcha,impleti ſunt qnquaginta dies, data eſt lex: Exod 12.
ſed data eſt illa lex ad timorem,nõ ad amorem: ut & 19.
autem timor cõuerteretur in amorem, occiſus eſt M
iuſtus iam in ueritate, cuius typus erat ille agnus
quẽ occidebãt Iudęi. Reſurrexit,& à die paſchę dñi
ſicut à die paſchæ agni occiſi numerantur qnqua-
ginta dies,& uenit ſpũs ſanctus iam in plenitudine
amoris,non in pœna timoris. Quare hoc dixi? Ad
hoc ergo reſurrexit dñs & glorificatus eſt, ut mitte
ret ſpm̃ ſanctum. Et dixeram iam dudũ, qa caput Acto.2.
in cœlo eſt,pedes in terra. Si caput i cœlo, pedes in
terra, qd eſt pedes dñi in terra, niſi ſancti domini
in terra? Qui ſunt pedes dñi? Apoſtoli miſsi per to-
tum orbem terræ. Qui ſunt pedes dñi? Oẽs euan-
geliſtæ in qbus peragrat dñs uniuerſas gentes. Me-
tuendum erat ne euangeliſtæ offenderent in lapi-
dem. Illo.n.in cœlo poſito capite,pedes qui in ter-
ra laborabãt poſſent offendere in lapidem. In quẽ
lapidẽ? In legem in tabulis lapideis datam. Ne ergo
legis rei fierent,non accepta gratia,& in lege rei te- Exod 3.
nerentur: ipſa eſt enim offenſio reatus quos lex te-
nebat reos,abſoluit dominus, ut iam in legem nõ
offenderent. Ne pedes huius capitis incurrerent in
legis reatũ miſſus eſt ſpiritus ſanctus, ut amorem

A faceret,& solueret à timore. Timor legē non iple-
bat,amor impleuit. Timuerunt hoies & non imple
uerunt,amauerunt & impleuerunt. Quo timuerūt
& non impleuerunt, amauerunt & impleuerunt?
Timebant hoies,& rapiebāt res alienas:amauerūt,
& donauerunt suas. Ergo non est mirandū, qa iō
in manibus angelorū assumptus est dominus i cœ
lum,ne offenderet ad lapidē pes eius,ne illi qui in
terra laborabant in corpore eius,peragrantes totū
orbē terrarū fierent res legis,subtraxit ab eis timo
Matt. 26 rem,& impleuit eos amore. Timore Petrus ter ne
gauit,nondū.n. acceperat spiritum sanctum. Acce-
pto postea spiritu sancto,cū fiducia cœpit pdicarē.
Qui ad uocē ancillæ ter negauit, accepto spū san-
Acto. 5. cto inter flagella principium confessus est quē ne-
gauerat. Non mi, qa dñs ipsum trinum timorem
trino amore dissoluit. Resurgens.n. à mortuis ait
Ioan. 21. Petro, Petre amas me? Non dixit times me. Nam si
adhuc timeret,offenderet ad lapidē pedem suum,
Amas me,inqt? Et ille, Amo. Sufficiebat semel. For
te mihi sufficeret,q cor nō uideo:quāto magis suf-
B ficeret dño,q uidebat,qbus medullis uiscerū suorū
dicebat Petrus,amo? Non sufficit domino respon-
dere semel:interrogat iterū,& ille respondet, amo.
Interrogauit tertio,& iā tædio affectus Petrus,qua
si dubitaret dñs noster de amore ipsius, Domine
tu,inquit,scis omnia,tu scis quia amo te. Sed domi
nus cū illo sic egit,& tanquā diceret, Ter me nega-
sti,timendo,ter me confitere amando. Isto amore
& ista charitate repleuit discipulos suos. Quare?
Acto. 2. Quia altissimū posuit refugiū suū,qa clarificatus mi
sit spiritum sanctū. Soluit credētes a reatu legis, ne
iā lapidē offenderent pedes eius. Iā cætera manife-
sta sunt fratres,qa sæpe tractata sunt. Sup aspidē
& basiliscū ambulabis,& cōculcabis leonē & dra-
conē.) Quid sit serpens nostis,quō super illum cal
cet Ecclesia quæ non uincitur,qa cauet astutias ip
sius. Quemadmodum aūt sit leo & draco, puto &
hoc nosse charitatē uestrā. Leo sæuit aperte,draco oc
culte insidiaẽ. Vtrāq; uim & ptātem habet diabo
lus:qñ martyres occidebant,leo erat sæuiens: quā
do hæretici insidiantur,draco est surrepens. Vicis-
C sti leonē,uince & draconē:nō te fregit leo, non te
decipiat draco. Probemus qa leo erat qñ aperte sæ
1. Petr. 5. uiebat. Exhortans martyres Petrus ait, Nescitis qa
aduersarius uester diabolus tanquā leo rugiēs cir-
cuit qrens quē deuoret? Aperte sæuiens leo quære-
bat quē deuoraret. Draco quō insidiatur? Per hæ-
reticos. Tales timens Paulus ne ab illis corrūpere-
tur Ecclesia à uirginitate fidei, quā gestabat i cor-
2. Cor. 11 de,ait, Despōsaui.n. uos uni uiro uirginē castā ex-
hibere xpo:& timeo ne sicut serpens Euam sedu-
xit astutia sua,ita & mentes uestræ corrumpanẽ a
† alias, charitate castitate † quæ est in Christo. Virginitatē corporis
paucæ fœminæ hñt in Ecclesia,sed uirginitatē cor
dis oēs fideles hñt. In ipsa fide uirginitatem cordis
timebat corrūpi a diabolo,quā q perdiderint, sine
causa sunt uirgines corpore. Corrupta corde quid
seruat in corpore? Ideo mulier catholica pcedit uir
ginē hæreticā. Illa.n. non est uirgo in corpore, ista
mulier facta ē in corde,& mulier nō a marito deo,
sed à serpente. Quid aūt Ecclesia? Super aspidem &
basiliscū ambulabis. Rex est serpentiū basiliscus si-
cut & diabolus rex est dæmoniorū. Et cōculcabis
leonē & draconem. Iam uerba dei ad Ecclesiam.

Quoniā in me sperauit,eruam eū.) Non solum er D
go caput est,quod mō sedet i cœlo,quia altissimū
posuit refugiū suū,ad quod non accedūt mala, &
flagellū nō appropinquabit tabernaculo eius: sed
& nos q laboramus in terra,& adhuc in tētationi-
bus uiuimus,quorū gressus timentur ne in laqueos
incidant audiamus uocē dñi dei nri cōsolātis nos
& dicentis nobis, Qm in me sperauit, eruam eum,
Protegā eū quoniā cognouit nomen meum. Inuo
cauit me & ego exaudiā eū,cum ipso sum in tribu-
latione.) Noli timere qñ tribularis, ne quasi non
sit tecū deus, Fides sit tecū, & tecū est deus in tri-
bulatione. Fluctus sunt maris,turbaris in nauigio, Matt. 8.
qa dormit xps. Dormiebat in naui xps, perierant
hoies. Si fides tua dormit in corde tuo, tanquā in Super Io
naui tua dormit xps,qa christus per fidem in te ha annem
bitat. Cum turbari cœperis,excita xpm dormien- Tract.
tem,erige fidē tuā,& noueris quia te non deserit. 49
Sed ideo putas te deseri,quia non qñ uis eripit. Eri
puit tres pueros de igne. Quis eripuit tres pueros, Dani. 3.
deseruit Machabæos? Absit. Et illos eripuit,& illos. 2. Mac. 7.
Illos corporalr,ut infideles cōfunderenẽ,istos spiri E
taliter,ut fideles imitarenẽ. Cū ipso sum in tribula-
tione: Et eximā eū & glorificabo eū. Longitudine
dierū replebo eū.) Quæ est longitudo dierū? Vita
æterna est. Fratres,nolite putare longitudine dierū
dici,sicut sunt hyeme dies minores,æstate dies ma
iores. Tales dies nobis habet dare? Lōgitudo illa
est q non habet finē,æterna uita,q nobis promitti
tur in diebus longis. Et uere qa sufficit. nō sine cā
dixit,replebo eū. Non nobis sufficit qcquid longū
est in tpe si habet finem,& iō nec longum dicēdū
est. Et si auari sumus,uitæ æternæ debemus esse a-
uari,talē uitā desyderate q non habet finem. Ecce
ubi extendaẽ auaritia uestra. Argentū uis sine fine?
Vitam æternā desydera sine fine. Non uis ut hēat
finē possessio tua? Vitā æternā desydera. Quæ est?
Longitudine dierū replebo eum: Et ostendam illi
salutare meū.) Nec hoc fratres breuiter prætereun
dum est,ostendā illi salutare meū. Hoc dixit, Ostē
dam illi ipsum xpm. Quare? Non est uisus in terra?
Quid nobis magnū habet ostendere? Sed non est
uisus tali uisu quali uidebimus. Tali uisu uisus est, F
quali uiderūt q crucifixerūt. Ecce q uiderunt cru-
cifixerunt,nos non uidemus & credimus. Illi oculos
habebāt,& nos nō hēmus? Immo & nos cordis o-
culos habemus,sed p fidē adhuc uidemus, nō per
spēm. Qñ erit species? Qñ uidebimus eum facie ad
faciem,quod dicit Apostolus,quod nobis promit 1. Cor. 13.
tit deus in magno præmio oium laborum nostro
rum. Quicquid laboras,ad hoc laboras ut uideas.
Nescio quid magnū est quod uisuri sumus, quādo
tota merces nostra uisio est,& ipsum magnū uisū,
hoc est,dñs noster Iesus christus? Ipse qui humilis
uisus est,ipse uidebitur magnus,& lætificabit nos
quō uidetur modo ab angelis, In pricipio erat uer Ioan 1.
bum,& uerbum erat apud deū,& deus erat uerbū.
Attendite q hoc promisit,ipsum dominum in Euā
gelio dicētem, Qui diligit me,diligetur a pre meo, Ioan. 14.
& ego diligam eū. Et quasi diceretur ei, & quid ei
dabis q diligit te? Ostendam,inquit, meipsum illi.
Desyderemus & amemus:flagremus si spōsa sumus:
Sponsus absens est,sustineamus,ueniet quē desyde-
ramus. Tm̄ pignus dedit,nō timeat sponsa ne de-
seraẽ à spōso,nō dimittit pignus suū. Quod pignus

G dedit? Sanguinē suū fudit. Quod pignus dedit? Spiritū sanctū misit. Talia pignora dimittet ille sponsus? Si nō amaret, talia pignora non daret. Iā amat.
Ioan. 15. O si sic amaremus. Maiore dilectionem nemo hēt, q̄ ut aiam suam ponat pro amicis suis. Et nos quomodo ponimus aias nostras ꝓ illo? Quid illi prodest, quādo iam altissimū posuit refugium suum, & flagellum non appropinquat tabernaculo ei⁹?
1. Ioan. 3. Sed qd dicit Ioānes? Sicut xp̄s pro nobis aiam suā posuit sic, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Vnusquisq; ponens ꝓ fratre animam, pro xp̄o ponit. Qui modo pascit fratrem, christum pa-
Matt. 25. scit. Cū uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Amemus & imitemur, curramus post unguēta ei⁹,
Canti. 1. quō dicitur in canticiscāticorū, Post odorem unguentorū tuorū currimus. Venit.n. & oleuit, & odor ipsius impleuit totū mundum. Vnde odor? De cœlo sequere ergo ad cœlum, si non falsum rn̄des quod dr̄, Sursum cor, sursum cogitationē, sursum amorem, sursum spem. Ne putrescat in terra triticū, nō audes ponere in humida terra ne putrescat,
H qa laborasti & messuisti, triturasti & uātilasti. Quæris locū tritico tuo, & non q̄ris locum cordi tuo? & non q̄ris locū thesauro tuo? Fac, qcquid poteris in terra, eroga, non perdes, sed recondes. Et qs seruat? xp̄s q & te saluat. Te nouit saluare, thesau. tuū nō nouit seruare? Quare aūt n̄ locū mutes thesauro tuo, nisi ut locū mutes cordi tuo: Nemo.n. cogitat nisi de thesauro suo. Quā multi hic sunt q me modo audiunt, & nō est cor eo. nisi in sacellis suis. In terra estis, quia in terra est quod amatis: mittat
Matt. 6. in cœlum, & ibi erit cor uestrū. Vbi.n. fuerit thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.

In psalmum nonagesimumprimum.

Enarratio.

Attendite ad Psamum, det nobis dominus
a aperire mysteria quę hic cōtinentur, quia propter fastidiū animorum eadem diuerse narieq; tractantur. Nam nullū aliud canticum nos docet deus, nisi fidei, spei & charitatis: ut fides nr̄a firma sit in ipso, quādiu illum non uidemus, credētes in eū quē non uidemus, aut gaudeamus cū ui-
I derimus, & fidei nr̄æ succedat species lucis ei⁹, ubi iam non nobis dicetur, crede qd nō uides, sed gaude qa uides. Spes ēt nostra incōmutabilis sit, & figatur in illo, & nō nutet & fluctuet: nō agitet, sicut ipse deus in quo figitur nō pōt agitari: spes.n. quæ modo uocatur, tunc nō spes sed res erit. Tamdiu enim uocatur spes, quādiu non uidetur qd spe-
Rom. 8. ratur, dicente Apostolo, Spes aūt quæ uidetur non est spes: quod.n. uidet qs, qd sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiā expectamus. Modo ergo patientia necessaria est, quamdiu ueniat quod promissum est. Nemo aūt patiens est in bonis. Quando exigitur de homine patientia, i malis agit, qn̄ dicit, patiens esto, tolera, sustine, molestia est, sub qua te deus uult esse fortem tolerātem, longanimem, patiētem. Sed nunq̄d decipit q promisit? Medicus exerit ferrū ad secanda uulnera, & dicit ei quē secturus est, Patiēs esto, sustine, tolera: i doloribus exigit patientiā, sed post dolores ꝓmittit salutē. Et ipse q tolerat dolores in ferro medici, nisi sibi ꝓponat sanitatem quā nondū habet deficit in dolore quē patit. Multa ergo mala sunt i isto seculo, int⁹, foris, ꝓfsus nō cessant: abūdāt scādala, nemo illa sentit, nisi qui graditur uiā dei. Et dicit K
in omnibus diuinis paginis ut toleret pn̄tia speret futura, amet q̄ non uidet, ut amplectat cū uide-
rit. Charitas.n. quæ tertia nobis adiungit ad fidem 1. Cor. 13.
& ad spem, maior est supra fidē & spem: qa fides est rerū q̄ non uident, erunt autē species cum uisæ fuerint: & spes rei est quæ non tenetur, adueniente ipsa re, non erit iam spes, qa tenebimus, non sperabimus. Charitas aūt nō nouit crescere nisi magis magisq;. Si.n. amamus quē non uidemus, qūo amaturi sumus cū uiderimus? Desyderiū ergo nostrū crescat, christiani non simus nisi propter futurum seculum. Nemo pn̄tia bona speret, nemo sibi promittat fœlicitatem mundi quia christianus est, sed utatur fœlicitate pn̄ti ut potest, quomodo potest, qn̄ potest, quantum potest. Cum adest, consolationi dei gratias agat: cū deest, iustitiæ dei gr̄as agat. Vbiq; sit gratus, nusquā sit ingratus: & patri consolanti & blandienti gratus sit, & patri emendanti & flagellanti & disciplinā danti gratus sit: amat.n. ille semper, siue blandiatur siue minetur, & dicat qd
audistis in psalmo, Bonū est cōfiteri dn̄o, & psallere L
nomini tuo altissime. Titulus psalmi habet: Psalmus cātici in die sabbati.) Ecce & hodiernus dies sabbati est, hūc in pn̄ti tp̄e ocio quodam corporaliter lāguido & fluxo & luxurioso celebrāt Iudæi.
Vacant enim ad nugas: & cū deus præceperit ob- Exod. 20.
seruari sabbatū, illi in his quæ deus prohibet exercent sabbatum, Vacatio nostra a malis operib⁹, uacatio illorū à bonis operibus est. Melius est enim arare q̄ saltare. Illi à bono opere uacant, ab opere nugatorio non uacant. Nobis sabbatū idicit de⁹. Quare? Primo ubi sit uidete. Intus est, in corde est sabbatū nostrū: multi.n. uacant mēbris, & tumultuantur conscientia. Omnis homo malus sabbatū habere non pōt: nusquā.n. illius conquiescit conscientia, & necesse est ut in pturbationibus uiuat. Cui aūt bona est conscientia, tranquillus est, & ipsa tranquillitas sabbatū est cordis. Attendit.n. pro missore dn̄m, & si laborat in præsenti, extenditur spe futuri, & serenatur omne nubilum tristitiæ, si-
cut dicit Apostolus, Spe gaudentes. Ipsum aūt gau- Rom. 12.
dium in tranquillitate spei nostræ, sabbatum nr̄m M
est. Hoc cōmendatur, hoc cantatur in isto psalmo, quō sit homo christianus in sabbato cordis sui, id est, in uacatione & tranquillitate & serenitate conscientiæ suæ imperturbatus, Inde dicit hic un̄ solēt pturbari hoies, & docet te agere sabbatum in corde tuo. Primum est ut tuipse si aliqd ꝓfecisti, deo confitearis ex eo qd profecisti, quia munera ipsius
sunt, non merita tua. Hinc incipe sabbatū, non tibi 1. Cor. 4.
tribuēdo q̄si nō accepis quod accepisti, neq; excusando te ab eo quod facis mali, qa ipsa sunt tua. Peruersi.n. homines & pturbati q non agunt sabbatum, mala sua deo tribuūt, bona sua sibi. Si qd boni fecerit, ego feci dicit: si qd mali fecerit, q̄rit quē accuset, ne cōfiteat deo. Et qd ē, q̄rit quem accuset? Si non est ualde impius, ad manū satanā hēt quē accuset. Satanas fecit dicit, ipse mihi psuasit, q̄si satanas habeat potestatē cogendi. Astutiam suadēdi habet, sed si satanas loqueretur & taceret de⁹, haberes unde te excusares: Modo aures tuæ positæ sunt inter monentē deū & suggerentem serpentē, quare huc flectūtur, hic auertūtur? Nō cessat satanas suadere malū, sed nec de⁹ cessat admonere bonū. Sata-
nas

A nas aũt non cogit inuitum:in tua poteſtate eſt cõ-
ſentire aut nõ cõſentire. Si aliqd pſuadente ſatana
mali feceris, dimitte ſatanã, accuſa te, ut accuſatiõe
tua dei miſericordiã merearis. Expetis illum accu-
ſare q non habet ueniam? Te accuſa, & accipis in-
dulgentiã. Deinde multi nõ accuſant ſatanam, ſed
accuſant fatum. Fatũ meũ me duxit dicit. Cum di-
xeris illi, quare feciſti, quare peccaſti? Et ille, Fato
meo malo, ne dicat ego feci, ia man' ad deũ tendit,
lingua blaſphemat. Nondũ quidẽ hoc aperte dicit
ſed tñ attende & uide quia hoc dicit. Quæris ab il-
lo qd ſit fatũ, & dicit, ſtellæ malæ. Quæris ab illo
qs fecit ſtellas, qs ordinauit ſtellas, non habet quid
tibi rñdeat niſi deus. Reſtat ergo ut ſiue p tranſen-
nã, ſiue p cannã longã, ſiue p proximũ, deum accu-
ſet, & cũ deus puniat peccata, deũ faciat authorem
peccatorũ ſuorũ. Non põt. n. fieri ut puniat qd fecit:
Punit quod facis, ut liberet quod fecit. Aliquando
aũt miſſis omnibus omnino directe eunt in deũ,
& qñ peccãt dicunt, deus hoc uoluit, & ſi nollet de-
B us, non peccarẽ. Ergo ne ad hoc monet deus, ut nõ
audiat ut nõ pecces, ſed accuſetur qa peccas? Quid
ergo nos docet Pſalmus iſte? Bonũ eſt confiteri
dño.) Quid eſt confiteri dño? In utraq; re, & in pec-
cato tuo, quia tu feciſti: & in bono facto confiteri
dño, quia ipſe fecit. Tunc pſalles nomini domini
altiſſime.) Quærens gloriã dei, non tuam, nomen
ipſius, non tuum. Si. n. tu quæris nomen dei, quæ-
rit & ipſe nomen tuũ: ſi autem tu neglexeris nomẽ
dei, delet & ipſe nomen tuum: quõ autem dixi quę-
ret & ipſe nomen tuũ? Quõ dixit diſcipulis uenien-
tibus poſteaq̃ miſit eos euangelizare. Cũ feciſſent
multa miracula, & in nomine Chriſti dęmonia eie-
Luc. 10. ciſſent, redeuntes dixerunt, Dñe, ecce nobis dæmo-
nia ſubiecta ſunt. Dixerũt quidem in noĩe tuo, ſed
ille uidit in eis, quia ipſa gloriatione gaudebant &
extollebant ſe, & ibant inde in ſupbiam qa licuit il-
lis expellere dæmonia, uidit illos quærere gloriam
ſuã, & ait illis q̃rens ipſe, immo conſeruans noĩa eo-
rum apud ſe, Nolite gaudere in hoc, gaudete autẽ
q; nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlo. Ecce ubi ha-
C bes nomẽ, ſi tu nomẽ dei non negligas. Pſalle ergo
nomini dei, ut fixũ ſit apud deũ nomen tuũ. Pſal-
lere aũt deo quid eſt fratres? Pſalterium organi ge-
nus eſt, chordas habet. Opus noſtrum, pſalterium
nřm eſt. Quicunq; manibus operatur opera bona,
pſallit deo. Quicunq; ore confitetur, cantat deo. Cã-
ta ore, pſalle operibus. Ad quã rem? Ad annũcian-
dum mane miſericordiã tuam, & ueritatem tuam
p noctẽ.) Quid ſibi uult qa mane annunciãda eſt
miſericordia dei, & per noctẽ ueritas dei? Mane di-
citur, qñ nobis bene eſt. Nox dicitur, qñ triſtitia tri-
bulatiõis eſt. Quid ergo dixit breuiter? Qñ tibi be-
ne eſt, gaude deo, quia miſericordia ipſius eſt. Iam
tu forte diceres, Si ergo gaudeo deo qñ mihi bene
eſt, qa miſericordia ipſius eſt: qñ in triſtitia, in tri-
bulatione ſum, quid facio? Miſericordia ipſius eſt
qñ mihi bene eſt, crudelitas ergo ipſius qñ male
eſt? Si laudo miſericordiã quando bene eſt, repre-
hendo ego crudelitatem qñ male eſt? Non. Sed qñ
bene eſt, lauda miſericordiam: qñ male eſt, lauda
ueritatem, quia peccata flagellat, non eſt iniquus.
Danie 6. Iam in nocte erat Daniel qñ orabat. Erat. n. in ca-
14. & 3. ptiuitate Hieruſalem, erat in poteſtate hoſtiũ. Tũc
multa mala ſancti patiebantur, tunc ipſe in lacum
leonum miſſus eſt, tunc tres pueri in ignem præci- D
pitati ſunt. Hæc patiebatur in captiuitate populus
Iſrael, nox erat. Per noctem confitebať Daniel ueri- Dani. 3.
tatẽ dei, dicebat in oratiõe, Peccauimus, impie egi- & 9.
mus, iniquitatem fecimus, Tibi dñe gloria: nobis
confuſio: ueritatẽ dei annunciabat p noctẽ. Quid
eſt, ueritatẽ dei annunciabat per noctẽ? Non accu-
ſare deũ quia pateris aliqd mali, ſed tribuere illud
peccatis tuis, emẽdationi ipſius, ad annunciandũ
mane miſericordiã ipſius, & ueritatẽ per noctẽ. Cũ
miſericordiã annuncias mane, & ueritatem per no-
ctem, ſemp laudas deum, ſemper confiteris deo, &
pſallis nomini eius. In decachordo pſalterio, cum
cantico in cithara.) Decachordũ pſalteriũ nõ mo-
do audiſtis. Decachordũ pſalterium ſignificat de-
cẽ pcepta legis. Sed cantare in illo opus eſt, nõ por-
tare pſalteriũ. Nã & Iudæi habent legẽ, portant &
nõ pſallunt. Qui ſunt q pſallunt? Qui operanť. Pa-
rũ eſt: qui operantur cum triſtitia, nondum pſallunt.
Qui ſunt q pſallunt? Qui cũ hilaritate faciũt bene.
In pſallendo. n. hilaritas eſt. Et quid dicit Apoſto- E
lus: Hilarẽ. n. datorem diligit deus. Quicquid facis 2. Cor. 9.
cum hilaritate fac bonũ, tunc & bene facis. Si autẽ
cũ triſtitia facis, fit de te, non facis, & portas magis
pſalteriũ, non cãtas. In pſalterio decachordo cum
cantico in cithara: hoc eſt, in uerbo & opere. Cum
cantico in uerbo, in cithara in opere. Si uerba ſola
dicis, quaſi canticũ ſolũ habes, citharã non habes.
Si operaris & non loqueris, quaſi ſolã citharam ha-
bes. Propter hoc & loquere bene, & fac bene, ſi uis
hře canticũ cũ cithara. Quia iocundaſti me dñe
in factura tua, & in operibus manuũ tuarũ exulta-
bo.) Videtis quid dicat, Tu me feciſti bene uiuen-
tẽ, tu me formaſti. Si qd forte boni facio, in factu-
ra manuũ tuarũ exultabo: quõ dicit Apľs, Ipſius. n. Ephe. 2.
ſumus figmentũ, creati in operibus bonis. Niſi. n.
te formaret ad opera bona, non noſſes niſi opera
tua mala: qui. n. loquitur mendaciũ, de ſuo loquiť:
hoc Euangeliũ dicit, Omne peccatum mẽdacium Ioan. 8.
eſt. Contra legẽ. n. & contra ueritatem quicqd eſt,
mendaciũ dicitur. Ergo quid ait? Qui loquiť men-
dacium de ſuo loquitur. i. q peccat de ſuo peccat: F
Attendant ergo ſententiam contra, ſi. n. qui loqui-
tur mendacium de ſuo loquitur, reſtat ut qui loq-
tur ueritatem de deo loquatur. Ideo dicitur alio lo-
co, Deus uerax ſolus, oĩs autem homo mẽdax. Nõ Pſal. 115.
tibi dicitur in hac ſententia uade ſecurus mentire,
qa homo es, immo uide te hominem, qa mendax
es: & ut ſis uerax, bibe ueritatẽ ut de deo ructes, ut
ſis uerax: qa de tuo illã non potes bibere, reſtat ut
inde illã bibas unde fluit. Quõ ſi à luce receſſeris ĩ
tenebris es, quõ lapis non de ſe feruet, ſed uel a ſo-
le, uel ab igne, ſi eum calori ſubtraxeris frigeſcit, ibi
apparet qa qd feruebat nõ erat ipſius, ſed feruebat
uel a ſole uel ab igne: ſic & tu ſi a deo receſſeris fri-
geſces, ſi ad deũ acceſſeris ferueſces, ſicut dicit Apo- Rom. 12.
ſtolus: Spũ ferueñtes. Itẽ de luce qd dicit? Si ad eum
acceſſeris, in lumine eris: ideo pſalmus dicit, Acce- Pſal. 33.
dite ad eũ & illuminamini, & uultus ueſtri nõ eru-
beſcẽt. Quia ergo boni nihil poteris opari niſi illu-
minat' & a lumine dei, & ferueſactus a ſpũ dei, qñ
uideris te bene operantem, confitere deo: & dic qd
ait Apoſtolus, dic tibi ne extollaris, Quid. n. habes 1. Cor. 4.
quod nõ accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloria-
ris quaſi non acceperis? Hic ergo confitebať domi

G no,& docet nos bonā confessionē,quia dicit:locũ
dasti me dñe in factura tua,& in opibus manuum
tuar. exultabo.Quid agimus de illis q male uiuũt
& florent?Hi.n.perdiui batũ aiumi habent,& perdunt
sabbatũ.Et perdit sabbatũ q uidet se quotidie in
bonis opibus uersantē & laborantem in angustia
rerũ,forte in inopia rei familiaris,forte i fame & si-
ti & nuditate,forte se in carcere bona facientē,& il
lum à quo in carcerē missus est mala faciētē & ex-
ultātem,& subintrat in cor pessima cogitatio ad-
uersus deũ & dicit,Deus quare tibi seruio,quare o-
Exod.20 bedio uerbis tuis?Nõ rapui aliena,nõ furtũ feci,nõ
hoiem occidi,nõ cuiusquā rē concupiui, nõ falsũ
testimoniũ aduersus aliquē dixi,nõ pri uel mri in-
iuriā feci,non ad idola inclinat⁹ sum,nõ accepi no
men dñi dei in uanũ:seruaui me à peccato.Enume
rat decē chordas,id est decē pcepta legis,& interro
gat se scdm singula,& uidet se n̄ peccasse nec i uno,
& cõtristat qa talia mala patitur. & illi q non dico
aliquas chordas tangunt,sed nec tangunt ipsũ psal
teriũ,& nihil boni operant,consulunt idola:& for
te tunc uident xp̄iai,quando nihil mali patiuntur
H domus eorũ:qñ autē aliqua ibi tribulatio est,cur-
rũt ad phythonē,aut sortilegũ,aut mathematicũ:
Dicitur illi nomen xp̄i,subsannat,torquet os suũ:
dicitur illi,Fidelis cur consulis mathematicũ? Et il
†al. ipse mihi pro didit res meas, nā pdidisse, & in planctu &c. le,Recede à me, † ipse mihi pdidit res meas, utinā
non pdidissem,& in planctu remansissem, Hõ bo-
nē,nõne signas te signo sanctę crucis xp̄i?& lex oia
ista phibet?Gaudes qa res tuas inuenisti,nõ es tri-
stis qa tu peristi?Quāto melius tunica tua periret
q̄ anima tua?Subsannat in his oibus, contumelio-
sus est parētibus,odit inimicũ,isectat usq ad mor-
tem,furatur ubi occasionē iuenerit,a falso testimo
nio non cessat,insidiatur mrimonio alieno, cõcu-
piscit rem pximi sui Facit hæc oia,& floret in diui
tijs,in honoribus,in excellentia mũdi huius.Videt
eũ ille miser bene operans & mala patiens, pturba
tur & dicit,Deus puto mali tibi placent, & bonos
odistis,amas eos q faciũt iniqtatē.Si cõmot⁹ fuerit,
& illi cogitationi consenserit,pdet sabbatũ de cor
de.Iā incipit ad psalteriũ hoc non attendere, deuia
I uit inde,sinę causa cantat,Bonũ est cõfiteri dño,&
psallere nomini tuo altissime.Iā pdito sabbato ab
interiore hoie,& exclusa qete cordis,& bona cogi-
tatione repulsa,incipit iā imitari illũ quē uidet in
malis florentē,& conuertit se ipse ad faciēda mala.
Deus aũt patiens est,qa æternus est,nouit diē iudi
cij sui ubi.oia exāminat.Hoc nos docens quid ait?
Psal. 103 Quàm magnificata sunt opa tua dñe,nimis pro-
fundæ factæ sunt cogitationes tuę.)Reuera fratres
mei nullũ mare tam pfundũ est, q̄ est ista cogita-
tio dei,ut mali floreāt,& boni laborent. Nihil tam
profundũ,nihil tam altũ,ubi naufragat oīs infide
lis in isto alto,in isto profundo'. Vis transire pro-
fundũ hoc?A ligno xp̄i noli resilire,ne mergaris, te
ne te ad xp̄m.Quid est quod dico,tene te ad Chri-
Esaia 50 stum?ideo uoluit ipse in terra laborare . Audistis
cum propheta legeretur,non auertisse eũ scapulas
a flagellis,non auertisse eũ faciē a sputis hominũ.
non auertisse maxillas a palmis eor.Quare omnia
ista pati uoluit,nisi ut consolaretur patiētes ? Nam
poterat & ipse in fine resuscitare carnē suā,sed tu q
non uideras,non esset qd sperares,nõ distulit resur
rectionē suā,ne tu adhuc dubitares . Eo ergo fine
patere,& tolera tribulationes in mũdo quēadmo- K
dum attendisti in xp̄o,et nõ te moueanr q faciunt
mala,et in isto seculo florent.Nimis profundæ fa-
ctæ sunt cogitationes dei.Vbi est cogitatio dei?Ad
pñs habenas laxat,sed postea astriget. Noli gauderē
ad piscē q in esca sua exultat,nondu traxit hamum
piscator : nā iā ille hamũ habet in faucibus, et qd
tibi uidetur longũ,breue est:omnia ista cito trans
eunt.Quid est longa uita hois ad ęternitatem dei?
Vis esse longanimis? Vide æternitatē dei:nā atten-
dis ad dies tuos paucos,et dieb⁹ tuis paucis uis im
pleri oia:q̄ omnia? Vt dānentur oēs impij,et coro-
nentur oēs boni.Istis diebus tuis uis hæc omnia
impleri?Implet ea deus in tpe suo.Quid tu tędium
pateris et facis?Aeternus est,tardat,longanimis est
tu aũt dicis,Ideo ego non sum longanimis,qa tem
poralis sum:sed in potestate habes. Iũge cor tuum
æternitati dei,et cum illo æternus eris. Quid enim
dictũ est de temporalibus? Omnis caro fœnum, Esa. 40.
et ois claritas carnis ut flos fœni . Fœnum aruit et
flos decidit.Omnia ergo arescunt et decidunt , nõ
uerbum illud:uerbum n.dñi manet in æternum.
Transit fœnũ,transit claritas fœni:sed habes quo L
te teneas,uerbũ dñi manet in æternũ.Dic ergo il-
li,Nimis profundæ factę sunt cogitationes tuæ.Te
nuisti lignũ,transis per istam profunditatem . Vi-
des ibi aliqd?Intelligis ibi aliquid? Intelligo dicis.
Si iam xp̄ianus es,et bene eruditus,dicis,Deus iudi
cio suo reseruet omnia.Boni laborant,qa flagellan
tur ut filij:mali exultant , qa damnantur ut alieni.
Duos filios habet homo,alterũ castigat, alterũ di-
mittit.Facit unus male et non corripitur a patre:al
ter mox ut se mouerit,colaphis cæditur, flagellat.
Vnde ille dimittitur,et ille cæditur,nisi qa huic cę-
so hæreditas seruatur,ille aũt dimissus exhæreda-
tus est?Videt eum nõ habere spem, et dimittit eũ,
ut faciat quod uult. Puer autē q flagellatur si cor
non habuerit et imprudens fuerit et stultus,gratu-
lat fratri suo qui non uapulat,et gemit de se, et di-
cit in corde suo,tanta mala facit frater meus, qcqd
uult facit contra pcepta pris mei,et nemo facit illi
durũ uerbum,ego mox ut me mouero,cædor.Stul
tus est,iprudens est,attendit qd patit, et non atten M
dit qd illi seruetur.Ideo cũ dixisset, nimis profun-
dæ factæ sunt cogitatiões tuæ,subiecit statim. Vir
imprudens nõ cognoscet et stult⁹ nõ intelliget ea.)
Quæ sunt quæ non intelligit stultus,et q̄ non co-
gnoscet imprudens? Cũ exoriuntur peccatores si
cut fœnũ,)Quid est sicut fœnũ?Virent cũ hyems
est,sed æstate arescent.Attendis florē fœni quid ci-
tius transit?Quid lucidius?qd uiridi⁹?Non te dele-
ctet uiriditas ipsius,sed time ariditatē ipsius. Audi
sti peccatores sicut fœnũ,audi et iustos.Quo?Ecce
interim, uidete peccatores sicut fœnũ,florent bñ.
Sed qui sunt qui non cognoscunt?Stulti et iprudē
tes.Cum exoriuntur peccatores sicut fœnũ: Et p-
spexerint oēs qui operantur iniquitatem.) Omnes
qui in corde suo non recta sentiũt de deo, pspexe-
runt peccatores orientes sicut fœnũ,id est, floren-
tes ad tempus.Quare illos prospiciunt ? Vt inter-
eant in seculum seculi.)Attendunt.n.florem ipso-
rum temporalē,et imitantur illos,et uolentes cum
illis florere ad tps,intereunt in æternum:hoc est,
ut intereant in seculũ seculi. Tu autem altissimus
in æternũ es domine.)Expectans desup ex æter-

A nitate tua qn̄ transeat tempus iniquorum, & ueniat tempus iustoꝝ. Quoniā ecce.) Intendite fratres, iam & ipse loqtur. Loquitur n. ex persona nostra, loquit ex psona corporis Christi. xp̄s enim loquitur in corpore suo, id est, in ecclesia sua Iam iūxit se æternitati dei: sicut uobis pauloan dicebam, longanimis est deus & patiens, oia ista mala q̄ uidet a malis fieri, tolerat. Quare? Quia ætern⁹ ē, & uidet qd illis seruet. Vis & tu eē lōganimis & patiēs? Iunge te æternitati dei, cū illo expecta illa q̄ infra te sunt. Cū. n. adhæsērit cor tuū altissimo, infra te erunt oia mortalia, & dic quod sequtur: Quoniam ecce inimici tui peribunt.) Qui florent mō, postea peribunt Qui sunt inimici dei? Fres forte illos solos putatis inimicos dei á qbus blasphemāt? Sūt qdē & ipsi, & atroces isti q nec lingua, nec cogitationibus malis parcunt iniurijs Deo. Et qd faciūt deo excelso, & æterno? Si pugnū in colūna ferias tu læderis, & putas qa blasphemia deū percutias? Nō, tu dirūperis, nā nihil facis deo. Sed inimici dei aperte blasphematores sūt, & quotidie occululti inueniūt. Caue tales inimicitias dei: quosdā. n. occultos inimicos dei scriptura apit, ut qa nō illos potes nosse in corde tuo, noueris illos in scriptura dei, & caueas inueniri cū illis. Apte dicit Iacobus Apls in epistola sua, Nescitis qa amicus huius mūdi inimic⁹ dei cōstituit? Audisti, Non uis esse inimic⁹ dei? Noli esse amicus hui⁹ mundi: nā si amicus fueris huius mundi, inimicus eris deo. Quō. n. non potest fieri adultera cōiunx, nisi inimica sit uiro suo: sic aia adultera amore rerū secularium, non pōt nisi inimica eē deo. Timet, sed non amat. Pœnas timet, iustitia non delectat Ergo inimici dei. oēs amatores hui⁹ mundi, oēs inqsitores nugarū, oēs consultores sortilegorū, mathematicoꝝ, phythonū intrant Ecclesias: non intrent Ecclesias, inimici dei sunt. Ad tps possunt florere sicut fœnū, peribunt autē cum ille inspicere cœperit, & iudiciū suū in oēm carnem adduxerit. Iunge te scripturæ dei, & dic illud cum isto psalmo, Qm̄ ecce inimici tui peribunt. Non ibi inueniaris ubi peribunt. Et dispergentur omnes

B (margin)

Iacobi. 4. (margin)

C qui operantur iniqtatē.) Quid tu q̄ laboras mō, si inimici dei peribunt, & dispergent oēs qui operantur iniqtatem? Tu qui inter ista scandala, inter iniquitates humanas gemis, qui tribularis i carne, sed gaudes in corde, qd tu? Quę tibi spes ó corpus xp̄i? O christe q in cœlis sedes ad dexterā patris, sed pedibus tuis & mēbris tuis laboras in terra, & dicis, Saule Saule qd me psequeris: tu quā spem habebis si inimici dei peribunt, & dispergentur oēs qui operantur iniqtatem? Quid tibi erit? Et exaltabit sicut unicornis cornu meū.) Quare dicis sicut unicornis? Aliqn̄ unicornis significat supbiam, aliquādo unicornis exaltationē unitatis significat: quia unitas exaltatur, oēs hæreses cum inimicis dei peribunt. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meū. Et qn̄ erit? Et senectus mea in misericordia pigui.) Quid dixit senectus mea? Nouissima mea. Quomodo in ætatibus nr̄is nouisima senectus est, sic totū hoc quod modo patitur xp̄i corpus in laborib⁹, in erūnis, in uigilijs, in fame, in siti, in scandalis, in iniquitatibus, in pressuris, iuuentus ipsius est. Senect⁹ ipsius, id ē, nouissima ipsius, in lætitia erūt. Et iten dat charitas ur̄a, qa dixi senectutem, ne putetis & mortē: homo. n. in carne iō senescit, ut moria. Se-

Acto. 9. (margin)

necta Ecclesiæ candida erit recte factis, morte aūt D non corrūmpetur. Quod est caput senis, hoc erunt opa nostra. Videtis queadmodū canescat caput & inalbescat, quātūcūq; senectus accedit. Qui bn̄ senescit ordine suo, qn̄s illi aliquādo in capite capillum nigrū, & non inuenis: sic cū fuerit uita nostra talis, ut qratur nigritudo peccatoꝝ & non inueniatur, senectus tua iuuenilis est, senectus ista uiridis est, semp uirebit. Audistis de fœno peccatoꝝ, audite de senecta iustoꝝ. Senectus mea in misericordia pingui: Et respexit oculus meus inimicos meos.) Quos dicit inimicos suos? Oēs q operantur iniquitatem. Noli attendere, qa iniquus est tibi amicus: incurrat negociū, & ibi illum probas. Incipis ueni re cōtra iniqtatē ipsius, & ibi uidebis: quia quādo tibi blandiebatur, inimicus erat: sed nondū pulsaueras, non ut instituereš in corde qd non erat, sed ut erūperet quod erat. Et respexit oculus meus inimicos meos. Et in eis q insurgunt in me malignātibus, audiet auris mea.) Qn̄? In senecta. Quid est, in senecta? In nouissimo. Et quid audiet auris nostra? Stātes ad dexterā, audiemus quod dicitur eis E qui sunt ad sinistram, Ite in ignem ęternum, qui paratus est diabolo & angelis ei⁹. Ab isto auditu malo iustus non timebit. Scitis qa dictū est in quodā psalmo, In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Quo auditu malo? Ite in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis ei⁹. Et in eis q insurgunt in me malignantibus, audiet auris mea. Transit fœnū, transit flos peccatoꝝ. Quid de iustis? Iustus ut palma florebit.) Illi exoriunt sicut fœnum, iustus ut palma florebit. In palma altitudinem signauit: forte & hoc significauit in palma, qa in nouissimis suis pulchra est, ut initiū eius á terra ducas. Finē ipsius in cacumine, ubi habet totā pulchritudinē: aspera radix uī in terra, pulchra coma sub cœlo est. Erit ergo & tua pulchritudo i fine. Radix tua fixa sit, sed sursum uersus habeamus radicē nr̄am: radix. n. nostra xp̄s est, q ascendit in cœlum: humiliatus exaltatus: Velut cedrus quæ in Libano est multiplicabit.) Videte quas arbores dixit: Iustus ut palma florebit, ut cedrus Libani multiplicabit. Nūqd cū sol exierit arescit palma? Nunqd arescit cedrus? Cū aūt sol cadens aliquando fuerit, arescit fœnū. Veniet ergo iudiciū, ut arescant peccatores, ut uirescāt fideles. Velut cedrus in Libano multiplicabit. Plantati in domo dn̄i, in atrijs domus dei nr̄i florebunt. Adhuc multiplicabūtur in senecta uberi, & tranqlli erunt ut annūcient.) Hoc est sabbatū quod uobis pauloante cōmēdaui, qn̄ habet titulū psalmus. Trāquilli fiunt, ut annūciēt: Quare trāquilli ut annuncient? Nō illos mouet fœnum peccatorū. Cedrus & palma nec in tēpestatibus curuantur. Ergo tranqlli fint ut annunciēt: & uere qa modo annunciandum est, & subsannantibus hominibus. O miseri hoies amatores mundi annunciant nobis qui plantati sunt in domo dn̄i, q confitentur dn̄o in cantico, & in cithara, in uerbo & opere, annunciāt uobis, & dicunt uobis, Noli te seduci fœlicitate iniquorū, nolite attendere florem fœni, nolite attendere ad tēpus beatos, in æternū miseros. Nec ista beatitudo quæ foris modo uidet uera est: nec in corde beati sunt, quia torquētur mala conscientia. Tu aūt tranquillus esto, sperans de pmissis domini dei tui. Quid. n. annūcia-

Matt. 25. (margin)

Psal. 111. (margin)

F (margin)

G bis in tranquillitate? Quoniã rectus dominus, & non est iniqtas in eo.) Attendite fratres, si plãtati estis i domo dñi, si uultis florẽ sicut palma, & multiplicari sicut cedrus Libãi, & nõ arescere sicut fœnum sole cadente, sicut hi q uidenĩ florere sole absẽte. Si ergo nõ uultis eẽ fœnũ, sed palma, & cedrus, qd annũciabitis? Qm̃ rectus dñs: & non est iniquitas in illo. Qũo non est iniquitas? Tanta mala facit quis, sanus est, filiosq; habet, plenã domũ, abundat gloria, exaltatur honoribus, de inimicis uindicatur, & oĩa mala cõmittit. Alius innocẽs sui negocij, nõ rapiẽs aliena, nõ cõtra quẽquã faciens, laborat in uinculis, in carceribus, in inopia ęstuat & suspirat. Qũo non est iniqtas in eo? Esto tranqllus & intelliges: nam pturbatus, & in cubiculo tuo obscuras tibi lucẽ. Radiare tibi uult æternus deus, noli tibi facere nubilũ de pturbatione. Esto tranqllus in te, & uide qd tibi dicat. Quia deus æternus est, quia modo parcit malis, adducens illos ad pniam: flagellat bonos, erudiens illos ad regnũ cœlorum, non

H est iniqtas i eo: noli timere. Ecce ego flagellatus sum tm̃, manifestũ est, cõfiteor, peccaui: non n. dico me iustũ. Hoc. n. dicũt plerıq;. Qñ est forte quisquã in aliqua miseria, in doloribus, intras cõsolari illum. Et ille, Peccaui fateor, multa sũt peccata mea, agnosco illa: sed nunqd tanta peccaui quanta ille? Ego noui quanta fecit ille, ego noui quanta commisit. Peccata mea sunt, fateor illa deo, sed minora sunt q̃ illius, & ecce ille nihil mali patiĩ. Noli turbari, trãquillus esto, ut scias qm̃ rectus dñs, & nõ est iniqtas in eo. Quid si te ꝑpterea flagellat modo, qa nõ tibi seruat ignẽ sempiternũ? Quid si illũ propterea dimittit mo, qa auditurus est, Ite in ignem ęternũ?

Matt. 25 Sed qñ? Cum tu positus fueris ad dexterã, tunc dicetur positis ad sinistrã: Ite in ignem æternũ, q paratus est diabolo & angelis eius. Nõ te ergo ista moueant, trãquillus esto, sabbatiza & annũcia, qm̃ rectus dñs deus noster, & non est iniquitas in eo.

In Psalmum nonagesimumsecundum,

Enarratio.

I PSalmi huius titulum cũ pronũciaretur audiuimus, & quid sibi uelit, de scriptura dei, hoc est, ex libro Genesis, nõ est difficile cognoscere. In titulo. n. tanquã admonemur in limine, quid intus q̃ramus. Inscriptus ergo ẽ ita: Laus cantici ipsius Dauid in die ante sabbatum, quãdo fundata est terra.) Recordantes ergo ꝑ oẽs dies qd fecerit deus qñ creauit & ordinauit uniuersa a prima die usq; ad sextũ diem: septimum. n. sanctificauit, quia in illo requieuit post omnia opa quæ fecit ualde bona, & iuenimus eũ sexto die fecisse, q dies hic cõmemoratur, qa dicit, ante sabbatum, omnia aĩalia in terra: deinde ipso die fecit hoĩem ad imaginẽ & similitudinẽ suã. Nõ aũt sine causa illi dies sic sunt ordinati, nisi qa & secula sic cursura erant antequã requiescamus in deo. Tunc aũt requiescimus si facimus opa oĩa bona. Ad hoc exemplum

Gene. 2. dictũ est de deo, Reqeuit deus septimo die cum fecisset oĩa opera bona ualde. Non. n. fatigatus est ut reqesceret, aut modo non operaĩ, cum apte domi-

Ioan. 5. nus xp̃s dicat, Pater meus usq; nunc operatur. Dic enim illud Iudæis qui carnaliter sentiebãt de deo, nec intelligebant quia deus cum quiete operatur, & semp operatur, & semper quietus est. Ergo & nos quos in se uoluit deus tunc figurare, post oĩa opa bona habebimus reqem. Et quidẽ opera nr̃a bo- K na fratres quæ hic opamur in seculo añ requiem, quasi cũ labore sunt, & reqes illa in spe est, nondũ tenetur in re: Etenim nisi esset in spe, deficeremus in labore: sed transeunt opa laboriosa & bona. Quid enim tam bonum q̃ porrigere panem esurienti? Et Matt. 25. quod audiebamus modo cũ Euangeliũ legeretur: quid n. tam bonum, q̃ id quod admonebat generaliter, Omnis q habet duas tunicas, det non habẽti: & q habet escas, pascat esurientẽ? Nudum uestire bonũ opus est: Nũquid semp erit hoc opus bonũ? Habet aliquantulũ laborẽ, sed habet solatiũ in spe futuræ quietis. Quãtum aũt laborẽ habet q̃ uestis nudum? Bonũ opus non multum laborat, malum opus habet laborẽ. Qui. n. uestit nudum si habet unde faciat, non laborat: si non habet unde faciat, gloria in excelsis deo, & in terra pax hoibus bone uolũtatis. Qui aũt uult spoliare uestitũ, quantũ laborat qs enumerat? Et tñ & ista transitura sunt, cum uenerimus ad illam reqẽ, ubi nemo esurit q pascaĩ, nemo nudus est q uestiatur. Ideo qa & ista transitura sunt opera bona, & sextus iste dies qñ perficiuntur opa bona ualde, habet uesperũ: In sabbato aũt non inueniemus esse uesperã, quia requies nostra non habebit finem. Vespera. n. ꝑ fine ponitur. Sicut ergo sexto die fecit deus hoiem ad imaginẽ & Gene. 1. similitudinẽ suã, sic inuenimus sexto seculo uenisse dñm Iesum christũ, ut reformaretur homo ad imaginem dei. Primum. n. tempus tanquam primus dies, ab Adã usq; ad Noe: secundum tẽpus tanquã secundus dies, a Noe usq; ad Abraham: tertiũ tempus tanquã tertius dies, ab Abrahã usq; ad Dauid: quartũ tempus tanq̃ quartus dies, a Dauid usque ad transmigrationẽ Babyloniæ: quintum tp̃s tanquam quintus dies, a trãsmigratione in Babyloniã usq; ad prædicationẽ Ioãnis. Sextus dies iam a prædicatione Ioannis agitur usq; ad finẽ, & post finem sexti diei puenimus ad requiem: Modo ergo sextus dies agitur. Si sextus dies agitur, uidete qd hẽat titulus: In diem añ sabbatum qñ fundata est terra, Iam audiamus ipsum psalmũ, ipsum interrogemus M qũo fundata est terra, ne forte tunc facta est terra. Nec in Genesi sic legimus. Qñ ergo fundata est terra? Quãdo, nisi cum fit quod lectũ est modo i Apostolo, Si tñ statis in fide ut stabiles & immobiles? 1. Cor. 15. Cum oẽs qui credunt per uniuersam terrã imobiles sunt in fide, fundata est terra, tunc fit homo ad imaginẽ dei. Quod significat sextus ille dies i Genesi. Sed qũo fecit illud deus? Qũo fundata ẽ terra? Christus uenit ut fundaret terram. Fundamentum. n. aliud nemo potest ponere præter id quod 1. Cor. 3. positum est, quod est xp̃s Iesus. De illo ergo cantat Psalmus: Dñs regnauit, decorẽ induit, induit dominus fortitudinem & præcinctus est.) Videmus qa duas res induit, decorẽ & fortitudinẽ: ut qd autem? Vt fundaret terram. Sequitur enim: Etenim confirmauit orbẽ terræ, qui non cõmouebiĩ.) Vñ confirmauit? Quia decorẽ iduit. Non confirmaret si solũ decorem indueret & non fortitudinẽ. Quare ergo decorẽ? Quare fortitudinẽ? Vtrũque. n. dixit, Dñs regnauit, decorẽ induit, induit dominus fortitudinẽ & præcinctus est. Nostis fratres qa dominus noster cũ uenisset in carne, his qbus pdicabat Euangeliũ, alijs placebat, alijs displicebat: Nã diuisæ sũt aduersus se linguę Iudæorum: alij dicebãt, Ioan. 7 quia

A quia bonus eſt, alij dicebant nõ, ſed ſeducit turbas. Alij ergo loquebanť bene, alij detrahebant, lacerabant, latrabãt, mordebãt, cõuinciabanť. Ad eos ergo q̃bus placebat, decorẽ induit: ad eos q̃bus diſplicebat, fortitudinem induit. Imitare ergo & tu dñm tuũ, ut poſsis eſſe ueſtis ipſius. Adeſto cũ decore ad eos q̃bus placẽt bona opa tua, eſto fortis aduerſus detractores. Audi Paulum apl̃m, imitantem dominũ ſuũ, q̃uo & ipſe habuit decorẽ, habuit & fortitudinẽ, Chriſti bonus odor ſumus, inquit, in omni loco, & in his qui ſalui fiunt, & in his q pereunt. (2. Cor. 2.) Quibus enim placet bonũ, ſalui fiunt: qui detrahũt bono, pereunt. Quod ſuũ erat ille odorẽ habebat bonum, imo bonus odor erat: ſed uę miſeris qui & bono odore moriuntur. Nõ.n. ait illis, Bonus odor ſumus, illis malus odor ſumus: ſed Xp̃i bonus odor ſumus, ait, in omni loco, & in his q ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Subiecit ſtatim: alijs quidẽ ſumus odor uitæ in uitã, alijs odor mortis in mortẽ: (Ibidem.) Quibus.n. erat odor uitæ in uitam, decorem induerat: q̃bus erat odor mortis in mortẽ, fortitudinẽ induerat.

B Si autẽ tunc gaudes, q̃n te laudant homines, & placent illis bona opera tua: cũ autem uituperauerint, deficis in bonis operib⁹, & quaſi fructũ bonorũ operũ te p̃didiſſe arbitraris, q̃a inuenis reprehenſores, nõ ſteuiſti imobilis, nõ pertines ad orbẽ terrarum qui non cõmouebitur. Induit dñs fortitudinẽ & p̃cinctus eſt. De ipſo decore & fortitudine habet alio loco apoſtolus Paulus, Per arma iuſtitiæ dextera & ſiniſtra. (2. Cor. 6.) Vide ubi decorẽ, ubi fortitudinẽ, Per gloriam & ignobilitatẽ. In gloria decorus, in ignobilitate fortis. Apud alios glorioſus p̃dicabať, apud alios ignobilis contẽnebatur. Decorẽ afferebat eis quibus placebat, fortitudinẽ aduerſus eos quibus diſplicebat. (Ibidem.) Et ſic enumerat omnia uſq; in finẽ, ubi dicit, quaſi nihil habẽtes, & omnia poſsidẽtes. Cũ omnia poſsidet, decorus eſt: cum nihil habet, fortis eſt. Non ergo mirũ eſt ſi ſequitur, Etenim firmauit orbẽ terræ qui nõ cõmouebitur. Q̃uo enim nõ cõmouebitur orbis terrarum? Cũ credunt in Chriſtũ omnes fideles, & parati ſunt ad utrunq;, gaudere cũ laudantibus, fortes eſſe aduerſus uituperantes: non molleſcere linguis laudantiũ, nec frangi linguis uituperantium. Forte q̃ramus & de hoc uerbo, quare dixit p̃cinctus eſt? Cinctio opera ſignificat. Tũc.n. ſe quiſq; cingit, cũ operaturus eſt. Sed quare nõ dixit, cinctus eſt, ſed p̃cinctus eſt? Dicit enim in alio Pſalmo, Accingere gladium tuũ circa femur potentiſsime: populi ſub te cadent. (Pſal. 44.) Nec ibi dixit cingere, neq; p̃cingere, ſed accingere. Accingeris.n. quando aliquam adiunxeris lateri tuo pręcinctionem. Ideo accingere gladium tuũ. Gladius domini unde debellauit orbẽ terrarũ, occidendo ſpiritus neq̃uitię, ſpiritus dei eſt in ueritate ſermonis dei. Quare circa femur accingere dicitur gladium? Aliud quidem ex alio de alio Pſalmo ad cinctionẽ diximꝰ. Sed tamẽ quia cõmemoratũ eſt, non eſt p̃termittendũ. Quid eſt accinctio gladij circa femur? Per femur carnem ſignificat. Non enim aliter debellaret dñs orbẽ terrarũ, niſi in carnẽ ueniret gladius ueritatis. Hic ergo quare p̃cinctus eſt? Qui ſe p̃cingit, ante ſe ponit aliquid quo p̃cingitur. (Ioan. 13.) Vnde dictũ eſt, Præcinctus eſt linteo, & lauit pedes diſcipulorũ ſuorũ. Quia.n. tunc humilis fuit quando linteo p̃cinctus eſt, lauit pedes diſcipulorum ſuorum. Omnis aũt fortitudo in humilitate, quia fragilis eſt omnis ſuperbia.

D Ideo cũ de fortitudine diceret, addidit pręcinctus eſt, ut recolas deum pręcinctum humilem, q̃n pedes diſcipulorũ lauit. Et exhorruit Petrus dñm ſuũ magiſtrũ ſuũ, minus dixi magiſtrum ſuũ, cum dixiſſem dñm ſuum: curuantem ſe ante pedes ſuos, & lauantẽ ſibi pedes, expauit & dixit, Dñe, nõ lauabis mihi pedes. Et ille, Quod ego facio tu neſcis modo, ſcies autem poſtea. Et ille, Non lauabis mihi pedes in æternũ. Et ille, Si non lauero te, nõ habebis partẽ mecum. (Ioan. 13.) Petrus qui primo expauerat dominum lauantẽ ſibi pedes, plus expauit, non habebis partem mecũ, & credidit non ſine cauſa hoc facere dñm, niſi quia erat aliquod illud forte ſacramentum, & ait, Dñe, non pedes tantum, ſed & caput totum. Et ille, Qui lotus eſt ſemel, non habet neceſsitatem iterũ lauandi, ſed eſt mundus totus. Nõ ergo ad ſacramentum tantum mundationis pertinebat quod lauit pedes eis, ſed ad exẽplum humilitatis. Hoc enim dixerat, Quod enim ego facio neſcis, ſcies poſtea. Videamꝰ ſi ſcierunt poſtea, uideamus ſi aperuit illis quod faciebat, ut uideamus dñm p̃cinctum fortitudine, q̃a in humilitate eſt tota fortitudo.

E Cũ lauiſſet eis pedes rurſus diſcubuit, & ait illis, Dicitis me magiſtrũ, & uerũ dicitis, Sum etenim: Dicitis me dñm & uerũ dicitis, ſum etenim. Si ergo ego magiſter & dominus ueſter laui uobis pedes, q̃uo oportet ut hoc uobis inuicem nõ faciatis? Si ergo in humilitate eſt fortitudo, nolite timere ſuperbos. Humiles tanquã petra ſunt. Petra deorſum uidetur, ſed ſolida eſt. Superbi quid? Quaſi fumus, Etſi alti ſunt, euaneſcunt. Ergo ad humilitatẽ domini referre debemus quod p̃cinctus eſt, ſecundum cõmemorationem euãgelij ꝙ pręcinctus eſt, ut lauaret pedes diſcipulis ſuis. Eſt & aliud quod in hoc uerbo poſſumus intelligere. Diximus, quia qui ſe præcingit, ante ſe ponit quod ſibi adiungit ut ſe cingat. Quia ergo illi qui detrahunt nobis, aliquando nobis abſentibus faciunt, tanquã poſt dorſum ſuũ ſunt: aliquando corã in faciem, ſicut dño faciebant pẽdenti in cruce, Si filius dei eſt deſcẽdat de cruce: (Matt. 27.)

F non opus habes fortitudine quando tibi aliquis detrahit abſenti, quia non audis, nec ſentis: Si autem in faciem tibi dicat, opus eſt ut fortis ſis. Quid eſt, fortis ſis? Vt feras, ne forte ideo te putes fortem cũ audieris, quia percuſſis pugno uictus conuitio. Non eſt iſta fortitudo ſi conuinatus percutias, q̃m ab ira uictus es. Et ualde ſtultum eſt hominẽ uictum fortem dicere, cũ dicat ſcriptura Melior eſt qui uincit iram, q̃ qui capit ciuitatem. (Prou. 16.) Meliorem dixit iræ uictorem, q̃ ciuitatis captiuatorẽ. Habes ergo aduerſarium magnũ in teipſo. Cũ audito conuitio ira cœperit ſurgere ut reddas malum pro malo, recordare uerba Apoſtoli, Non reddentes malum pro malo, neq; maledictum pro maledicto. (1 Pet. 3.) His uerbis recordatis frangis iram, tenes fortitudinem, & quia corã te ille tibi maledixit, nõ poſt dorſum tuum p̃cinctus es illa. Iam cætera audiamus, Breuis eſt Pſalmus Etenim confirmauit orbem terræ, qui non cõmouebitur. Videtis fratres, multi credunt in Xp̃m, magna turba eſt, & tamẽ in hac magna turba audiſtis modo cum Euangelium legeretur, quia ueniet dominus ferens palã in manu ſua, & mundabit aream ſuam, frumentũ recondet in horreo, paleas comburet igne inextinguibili. Sunt ergo per totam terram & boni & mali. Boni

G grana sunt, mali palea. In areã intrat tribula, paleã
Matth.3. concidit, triticũ purgat. Quid est ergo orbis terrarũ
qui non cõmouebitur. Quod utiq; non diceret, nisi
esset & orbis terrarum qui cõmouebitur. Est orbis
terrarum qui non cõmouebitur, est orbis terrarum
qui cõmouebitur, quia & boni qui stabiles sunt in
fide, orbis terrarũ est, ne qs diceret, in parte sunt: &
mali qui nõ stant in fide cũ senserint aliquã tribula
tionẽ, per orbẽ terrarum sunt. Est ergo orbis terra-
rum mobilis, est orbis terrarũ imobilis, de quo di-
cit Apostolus, Videte orbem terrarum imobilem.
2.Tim 2. Rogo te de quibus dicebat Apostolus? Ex qbus est
Hymeneus & Phiietus, qui circa ueritatem aberra-
uerunt, dicentes resurrectionẽ iam factã esse, & fidẽ
quorundã subuerterunt. Nunquid isti ad orbẽ ter-
Matth.3. rarum pertinebant, qui nõ cõmouebitur? Non, sed
palea erant: Et fidem, inquit, quorundam subuerte
runt. Non dixit omnium, & si omnium diceret, oẽs
intelligere deberemus pertinentes ad ciuitatem Ba
byloniam, quæ habet damnari cũ diabolo. Tamen
fidem quorundam dixit, & quasi diceretur ei, & qs
eis potest resistere? subiecit statim, Firmũ autẽ fun-
H damentum dei stat. Ecce habes orbem terrarũ qui
2.Tim.2. non cõmouebitur, habens signaculum hoc. Quod
Ibidem. signaculum habet firmum fundamentũ, Nouit do
minus qui sunt eius. Iste est orbis terrarum qui nõ
cõmouebitur, nouit dominus qui sunt eius. Et qd'
signaculum habet? Et recedet ab iniustitia omnis
ubi supra qui nominat nomen dñi. Modo ab iniquitate rece-
dit: Ab iniquis.n. non potest recedere, quia mixta
est palea tritico usq; dum uentiletur. Quid dicimus
fratres? Et in ipsa area, mira res est de tritico: Rece-
dit à palea cũ expoliatur, & nõ recedit ab area cum
Matth.3 trituratur. Quando aũt omnino separabitur? Cum
uenerit uentilator. Ergo modo area in orbe terrarũ
est, necesse est ut si proficis, inter iniquos uiuas, Ab
iniquis recedere nõ potes, ab iniquitate recede. Re-
cedat ab iniquitate omnis qui nominat nomẽ dñi,
& erit in orbem terrarũ qui non cõmouebitur. Pa
rata est sedes tua deus ex illo.) Sedes tua deus ex il-
lo. Ex illo, quid est? Ex tunc, Tanquã si diceret, Quę
est sedes dei? Vbi sedet deus? In sanctis suis. Vis esse
sedes dei? Para locũ in corde tuo ubi sedeat. Quę est
I sedes dei, nisi ubi habitat deus? Vbi habitat deus,
nisi in tẽplo suo? Quid est templum eius? Nunquid
parietibus instruitur? Absit. Mũdus iste est forte tẽ-
plum ipsius, qa ualde magnus est, & digna res quæ
capiat dñm? Nec capit eum à quo factus est. Et ubi
capitur? In anima quieta, in anima iusta, Ipsa illum
portat. Magna res fratres. Certe magn⁹ est deus. For
tibus grauis est, at infirmis leuis est. Quos dixi for
tes: Superbos, q quasi habẽt p̃sumptionẽ uiriũ sua-
rũ. Nam infirmitas illa in humilitate, maior fortitu
2.Cor 12. do est. Audi Apostolum dicentẽ, Quãdo infirmor,
tunc potens sum. Hoc est quod cõmendauit Euan
gelium, quia dñs p̃cinctus est fortitudine quando
humilitatem docebat. Ergo ipsa est sedes dei, quæ
Esa.66. aperte alio loco in propheta dicitur, Super quẽ re-
quiescet spiritus meus? Id est, ubi requiescet spiritus
dei, nisi in sede dei? Audi q̃uo describat ipsam sedẽ.
Forte auditurus eras marmoratam domũ, amplã,
spatiosam, atriorum magnitudine, & fulgore tecto-
rum. Audi quid sibi paret deus, Super quẽ requie-
scet spiritus meus? Super humilem & quietũ, & tre-
mentem uerba mea. Ecce humilis esto & quietus,
ut & in te habitet deus. Altus est deus, nõ in te habi K
tat si altus esse uolueris. Certe altus uis esse, ut habi
tet in te deus, humilis esto & tremens uerba eius, &
ibi habitat. Nõ timet trementẽ domũ, qa ipse illam
firmat. Parata est sedes tua deus ex illo. Ex illo.i. ex
tunc.i. quasi quoddam tẽpus significat ex tunc: Ex
quo? Forte ex die ante sabbatum: Ex illo, quia titu-
lus Psalmi p̃scribit nobis ex quo. Sexto.n. die.i. tem
pore huius mundi sexto uenit dñs in carne. Ex illo
ergo? Planè ex illo secundum hominẽ, ex illo ex ute
ro. Quid.n. dicit alius Psalmus? In splendore sancto Psal.109.
rũ ex utero. In splendore sanctorum.i. ut illuminen
tur sancti, ut uideant deum in carne, & purgẽt cor,
unde uideatur in diuinitate. In splendore sanctorũ
ex utero. Sed quid ibi sequitur? Ne forte ex utero in-
de incipere putares esse Xp̃m, Ante luciferũ, inquit,
genui te. Cum dixisset, In splendore sanctorũ ex ute Ibidem.
ro: subiecit statim ne putares Christum à tempore
esse cœpisse, ex quo natus est, sicut cœpit Adã, sicut
Abraham, sicut Dauid, Ante luciferũ genui te, ante
omne quod illuminatur. Per luciferũ.n. aut stellas
omnes significat, & per stellas tempora, quia fecit
deus stellas in signo temporũ, ut ante tẽpora inue- L
nias natum esse Xp̃m: & utiq; qui natus est ante tem Gene.1.
pora nõ potest uideri natus ex tẽpore, quia & tem-
pora creatura dei sunt: Et utiq; si omnia per ipsum Ioan.1.
facta sunt, & tempora per ipsum facta sunt: Aut cer-
te ante omnes spiritus qui illuminantur de sapien-
tia dixit, Ante luciferum genui te. Intendat charitas
uestra. Quomodo ergo cũ dixisset, Ex utero ueluti
prędicamus fidei nostræ, ne inde putaremus cœpisse
Xp̃m, ex quo ex utero uirginis natus est: subiecit sta
tim, Ante luciferũ genui te: sic & hic cũ dixisset, Ex
illo.i. ex quodã tẽpore, ex die ante sabbatũ, ex illa
sexta ætate mundi, quando uenit dñs Xp̃s & in car
ne natus est: Et quia dignatus est homo fieri p̃pter
nos deus, non solum ante Abrahã, sed ante cœlum
& terram: qui dixit, Ante Abraham ego sum: Nõ so Ioan.8.
lum autẽ ante Abraham, sed ante Adam: nõ solum
ante Adam, sed ante omnes angelos, ante cœlum &
terrã, quia omnia per ipsum facta sunt: subiecit ne Ioan.1.
tu intẽdens diem natiuitatis domini ex quo natus
est, putares ex illo esse cœpisse, Parata est sedes tua
deus. Sed qd de⁹? A seculo tu es.) Ab æterno dixit, M
ἀπὸ αἰῶνος, sic habet Græcus. αἰὼν aliqñ seculum po
nitur, aliquando æternũ ponitur. Ergo ò tu qui ex
illo uideris natus, ex æterno es. Non autẽ natiuitas
humana cogitetur, sed cogitetur æternitas diuina.
Ergo cœpit ex quo natus est, creuit: audisti Euange
lium, Elegit discipulos, impleuit illos, cœperũt p̃di
care discipuli. Forte hoc est qd' consequenter dicit,
Eleuauerũt flumina dñe, eleuauerunt flumina uo
cẽ suã. Eleuauerunt flumina uoces suas.) Quæ sunt
ista flumina q̃ eleuauerunt uoces suas? Non audiui
mus: Neq; quando natus est dñs audiuimus locuta
flumina, neq; quando baptizatus est, neq; qñ passus
est audiuimus flumina locuta. Legite Euangeliũ, &
nõ inuenitis quia locuta sunt flumina. Parũ est qa
locuta sunt, eleuauerũt uoces suas. Non solũ locuta
sunt, sed fortiter, magnè, excelsè. Quæ sunt ista flu-
mina q̃ locuta sunt? Diximus q; in Euãgelio nõ legi
mus, tamẽ ibi q̃ramus. Nam si ibi non inuenimus,
ubi inueniemus? Ego uobis fingerẽ potero, & subito
ero nõ certus dispensator, sed ineptus fabulator. In
Euãgelio q̃ramus, simul q̃ram⁹, q̃ sunt ista flumina

A quæ eleuauerunt uoces suas. Stabat Iesus & clamabat, dictũ est in Euangelio. Quid clamabat? Ecce iam ipsum caput fluminũ clamat, ipse fons uitę unde sunt flumina cursura, leuauit prior uocẽ suã. Et

Ioan. 7. qd stãs Iesus clamabat? Qui credit in me, sicut scriptura dicit Flumina aquæ uiuę de uẽtre eius fluẽt. Euangelista sequtur statim, Hoc aũt dicebat de spiritu que accepturi erant hi q in eũ erãt credituri. Spi

Ibidem ritus aũt nondum erat datus, qa Iesus nõdum erat glorificatus. Cum aũt glorificatus est Iesus in resurrectione, & ascẽsione in cœlos, sicut nostis frẽs, impletis ibi decem diebus ꝑ quoddam sacrũ, misit

Act. 2. spm̃ suum sanctum, impleuit discipulos. Ipse spiritus magnum flumen, unde impleta sunt multa flu

Psal. 45. mina. De ipso flumine dicit Psalmus alio loco, Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Ergo facta sunt flumina currẽtia de uẽtre discipulorũ, cũ acceperunt spm̃ sanctum? Ipsa flumina accepto spiritu sancto, unde eleuauerunt uoces suas? Quare eleuauerunt? Quia primo timuerũt: Petrus nondũ erat flumen qñ interrogatione ancillæ ter xp̃m negauit

Matt. 26. dicens, Nescio hoiem. Hic timens mentitur, nondũ

B eleuat uocẽ, nondum est flumen. Vbi autẽ impleti sunt spiritu sancto, accersierunt eos Iudæi, & ꝓcepe runt eis ne oĩno loquerentur, neq; docerent in no

Act. 4 mine Iesu. Petrus aũt & Ioannes dixerunt ad eos, Si iustũ est coram deo, ut uobis obediamus magis q̃ deo, iudicate: Non. n possumus q̃ uidimus & audiuimus non loqui. Eleuauerũt ergo flumina uoces

firmos, q primo uoluntatẽ ſuam ſequi tentarẽt: ſed
cũ uident uoluntatẽ dei aliã eſſe, dirigunt ſe & cor
ſuũ ad ſuſcipiendam, & ſequẽdam uoluntatẽ dei.
Ne uoluntatẽ dei uelis torquere ad uoluntatẽ tuã,
ſed tuã corrige ad uoluntatẽ dei. Volũtas dei ſic eſt
qũo regula. Ecce puta torſiſti regulam, unde habes
corrigi? Illa aũt integra manet: regula eſt. n. incõmu L
tabilis. Quãdiu integra eſt regula, habes quò te cõ
uertas, & corrigas prauitatem tuã, habes unde cor-
rigas qđ in te tortũ eſt. Quid autem uolunt hoies?
Paruum eſt quia uoluntatem ſuam tortuoſam hñt,
etiam uolũt uoluntatẽ dei tortuoſam facere ſcđm
cor ſuũ, ut hoc faciat deus quod ipſi uolunt, cum
ipſi hoc debeant facere quod deus uult. Qũo autẽ
complexus eſt dñs ex duabus uoluntatibus unam
factam in homine quem portabat? Præfigurans in
corpore ſuo, id eſt, in Eccleſia ſua futuros quoſdã,
qui uoluntatem ſuam uellent facere, ſed ſequeren-
tur poſtea dei: infirmos quoſdam oñdit, ꝙ ad ipm
pertineant, & eos præfigurauit in ſe. Nam ideo & to
to corpore ſanguinẽ ſudauit, quia in corpore ſuo, Luc. 22
id eſt, in Eccleſia ſua martyrũ ſanguinẽ oñdit. To-
to corpe ſanguis exibat, ita Eccleſia ei⁹ habet mar-
tyres, p totũ corpus eius fuſus eſt ſanguis. Quoſdã
enim infirmos in ſe pfigurãs, id eſt, in corpore ſuo,
ex pſona infirmoꝝ compatiẽs illis, ait, Pater ſi fieri Mat. 26
poteſt tranſeat à me calix iſte. Oñdit hois uolunta
tem, & ſi in ipſa uoluntate pmaneret, iã prauũ cor
uideretur oſtendere. Sed ſi compaſſus eſt tibi, & te M
liberat in ſe imitare qđ ſequitur dicens, Verum nõ Ibidem
qđ ego uolo, ſed quod tu uis pr̃. Si cœperit tibi ſub-
repere uoluntas humana dicens, O ſi occidat deus
inimicũ iſtum meũ, ut non me pſequatur, ô ſi poſ-
ſet fieri, ut non ab illo paterer tãta: iã ſi perſeueraue
ris, & hoc tibi placuerit, & uides quia hoc nõ uult
deus, prauus corde es. nõ habes iuſtitiã q conuerta
tur in iudiciũ: q enim illam hñt, omnes recto ſunt
corde. Et qui ſunt recti corde? Qui ſic inueniuntur
qũo inuentus eſt Iob, qui ait, Dñs dedit dñs abſtu- Iob 1.
lit, ſicut dño placuit ita factum eſt, ſit nomen dñi
benedictum. Ecce rectum cor. Iterum in graui uul
nere quid dixit uxori, quã propterea reliquerat dia
bolus & nõ occiderat, ut ipſe haberet adiutricem,
non ut maritus conſolatricẽ? Meminerat. n. quia p
illam Euam deceptus erat Adam, & neceſſariam ſi- Gene. 3
bi putabat hãc Euã. Acceſsit ad Iob illa tanq̃ Eua:
ſed Iob melior ſuit in ſtercore uictor, q̃ Adam ui-
ctus in paradiſo. Quid enim illic rñdit mulieri? Vi-
de cor paratum, uide correctũ. Nunquid nõ patien-

A batur persecutiones & graues? Et oēs xp̄iani patiū
tur:& si non sæuiunt homines,sęuit diabolus.Et si
xp̄iani facti sunt Imperatores, nunqd diabolus fa-
ctus est xp̄ianus? Intendat ergo sanctitas uestra qd
Iob.2. sit rectū cor.Accessit ad eū,& ait, Dic aliqd in deū,
& morere: & enumerauit oēs erūnas ipsi⁹ uel suas,
dic aliquid in deum & morere Et ille illam iam co
gnoscens Euam, redire uolens unde lapsus est fixo
corde in deo tanquā luminare in firmamēto, habi
Iob.2. tans corde in libro dei,Locuta es,inqt,tanquā una
ex insipientibus mulierib⁹: si bona suscepimus de
manu dn̄i, & mala non tolerabimus? Quia fixum
cor in dn̄o, ideo rectū. Quia.n.rectus est deus,qn̄
in illo figis cor,forma tibi fit ut sit tibi cor rectū.Fi
ge ergo cor tuū in illo,& rectum cor erit. Sed si sur
repebat uoluntas humana, nescio qd de carnis in-
firmitate lactabat mentē tuā,noli iā desperare,Præ
signauit dn̄s in sua infirmitate te, non se:non.n.ti-
mebat dn̄s pati,tertio die resurrecturus. Si prorsus
qūo homo pateretur, & nō qūo deus pati ueniret,
& si sciret se post triduum resurrecturū, nullo mo-
do formidaret moriturus,qd non formidauit Apo
B stolus Paulus,in fine seculi resurrecturus:ait.n.Cō
Philip. 1. pellor autem ex duobus,concupiscentiam habens
dissolui & esse cum Christo: multo.n.magis opti-
mum, manere in carne necessarium propter uos:tę
dium.n.illi erat manere in carne:ex duobus patie-
batur ardorem,dissolui & esse cum xp̄o,multo ma
gis dicebat optimum: at cum appropinquaret ipsa
2.Tim. 4 passio,qūo exultabat?qūo gloriabatur? Bonū cer-
tamen certaui,cursum cōsummaui, fidem seruaui,
de cætero supest mihi corona iustitiæ, quā reddet
mihi dn̄s in illa die iustus iudex. Iste gaudet coro-
nādus,& tristis est ille coronatus? Gaudet sic Apo-
Matt.26. stolus,& dicit xp̄s dn̄s noster,Pater, si fieri pōt trā-
seat hic calix? Sed tristitiam sic assumpsit, qūo car-
nem.Nolite.n putare quia hoc dicimus, non fuisse
tristem dn̄m Si enim hoc dixerimus,quia non erat
tristis,cum Euangeliū dicat, Tristis est anima mea
usq; ad mortem, ergo & quando dicit Euāgelium,
Matth.8. Dormiuit Iesus,non dormiuit Iesus: & qn̄ Euange-
lium dicit,Manducauit Iesus, non manducauit Ie-
sus,surrepit uermiculus putredinis, & nihil sanum
C relinquet,ut dicatur,quia & corpus non erat uerū,
& carnem ueram non habuit. Quicquid ergo de il
lo scriptum est fratres,factum est,uerum est. Ergo
tristis fuit?prorsus tristis,sed uoluntate suscipiēs tri
stitiam,qūo uoluntate suscipiens carnem:qūo uo-
luntate carnem ueram, sic uoluntate tristitiā uerā.
Sic tristitiā ergo uoluntate ostendit in se,ut si forte
surrepserit tibi humana infirmitas, & cœpit aliud
uelle q̄ deus uult, uideas prauitatē cordis tui extra
rectam,figas illud ad regulam,& dirigatur in deū cor
tuum, qd in hoie cœperat esse prauū: sic ergo dn̄s
te ostendens dixit, Tristis est aīa mea usq; ad mor-
Matt.26. tem,& dixit, Pater si fieri potest transeat a me calix
iste.Sed statim fac,quod ideo fecit ut te doceret,Ve
rum nō quod ego uolo, sed quod tu uis pater:si n.
hoc feceritis, iustitiam habebitis:si iustitiā habebi
tis,rectū est cor:si rectum est cor, iustitia illa q̄ mo
do tolerat conuertetur in iudiciū, & postea iudicā
te dn̄o tuo,non solū non expauesces mala, sed etiā
gloriaberis de corona. Tunc uides qūo profecerit
patientia dei,uel ad illorū pœnam,uel ad tuā coro-
nam.Modo nondū uides,crede qd nōdū uides,ne
erubescas cū uideris. Quoadusq; iustitia conuerta- D
tur in iudiciū,& qui hn̄t eam oēs recto sunt corde.
Quis exurget mihi aduersus malignantes, aut qs
consistet mihi aduersus operantes iniquitatem?)
Persuadent multi multa mala, susurrare serpens nō
desinit ut facias iniquitatē. Quacunq; te conuerte-
ris,forte si pfecisti, qris cum aliquo bene uiuere,&
uix inuenis: multi mali te circūdant,qa pauca gra-
na multam paleā hn̄t.Hæc area hēt grana sua pau- Matth.3.
ca, sed adhuc laborant. Separata ergo a palea tota
massa,grandis erit:Pauca grana sunt,sed in cōpara
tione palearū,multa aūt in se. Ergo cū undiq; mali
perstrepant & dicant,quare sic uiuis,tu solus xp̄ia-
nus es? quare non facis qd faciunt & alij? quare nō
spectas quemadmodū & alij? quare nō remedia &
ligaturas adhibes, quare nō mathematicos & aru-
spices consulis sicut & alij? Et tu signas te & dicis,
xp̄ian⁹ sum,ut repellas istos nescio quos:sed aduer-
sarius premit, urget,qd peius est, exēplo xp̄ianorū
suffocat xp̄ianos Sudatur,ęstuat,tribulatur anima
xp̄iana, uincere hēt tn̄: sed nunqd de se? Ideo uide
qd dicat,Respondet.n Quid mihi pdest, quia mo
do mihi facio remedia,& lucror paucos dies? Exeo E
hinc de isto seculo,& uado ad dn̄m meū, & mittet
me in ignē;qa pposui paucos dies uitæ futurę,mit-
tet me in gehennas. Quas gehēnas? Aeterni iudicij
dei. Vere,nisi putas qa deus curat qūo uiuāt hoies?
Et hoc forte nō in platea tibi dicit amicus,sed i do
mo uxor,aut forte maritus uxori fideli bonę & san
ctæ deceptor ipsius. Si mulier marito,Eua est illi:si
uir uxori,diabolus est illi. Aut ipsa tibi Eua est,aut
tu illi serpēs es. Aliqn̄ uult conuertere pē cogitatio- Gene. 3
nē suā uel ad filiū,inuenit & ipsum malum neqssi-
mum,æstuat,fluctuat,q̄rit qūo uincat, ppè forbe-
tur,propè cōsentit,sed assit deus. Audite ergo Psal-
mum,Quis exurget mihi, inqt, aduersus malignan
tes? Tā multi sunt,quocunq; respicio ipsi occurrūt:
Quis occurrit principi iniqtatis diabolo & angelis
eius,& hoibus seductis ab eo? Nisi qa dn̄s,inquit,
adiuuit me, paulominus inhabitauerat in inferno
aīa mea.)Propè ruerā i illā fossam q̄ paraī peccato
ribus, hoc est,paulominus habitauerat in inferno
aīa mea:qa iā nutabat,iā ppè cōsentiebat, respexit
ad dn̄m,utputa uerbi gr̄a, Insultabaī illi ut faceret F
iniqtatem. Aliqā n.congregant se mali, & insultāt
bonis,maxime si fuerint illi plures, & ceperint illū
unum, qūo aliqn̄ multa palea est circa unum gra-
num,tunc non erunt simul cum fuerit massa uentī
lata:capiī inter multos iniquos ille,insultaī illi,cir-
cunuenitur,supponere se uolunt illi, exagitāt quā-
si iustū,& insultāt quasi de ipsa iustitia, magn⁹,in-
quiunt Apl̄s,in cœlum uolabit,qūo Helias. Faciunt
hoies ista,ita ut aliqn̄ attēdens ad linguam huma-
nā,erubescat esse bonus inter malos. Resistat ergo
malis,sed non de uiribus suis,ne efficiaī supbus cū
uult euadere supbos, & augeat numerū supborū.
Sed qd dicat? Quis exurget mihi aduersus malignā
tes,aut qs consistet mihi aduersus operantes iniq-
tatem? Nisi quia dn̄s adiuuit me, paulominus habi
tauerat in inferno anima mea. Si dicebam,motus
est pes meus,misericordia tua dn̄e adiuuabat me.)
Vide qūo cōfessionē amat deus. Mouetur pes tuus,
& nō dicis,mouetur pes meus, sed stare te dicis,cū
iam ruas.Imò si iam cœpisti moueri,si iam cœpisti
fluctuare,confitere motum ne plāgas ruinā, ut ad-

G iuuet te ille, ne in inferno sit aīa tua. Confessionem
uult deus, humilitatē uult. Motus es ut homo, ad-
iuuat te ille ut deus: sed dic tñ, motus est pes meus.
Quare iā moueris, & dicis isto? Si dicebā, motus est
pes meꝰ, misericordia tua dñe adiuuabit me. Qūo
præsupmsit Petrus, nō in uiribus suis? Videbat dñs
ambulare super mare, calcans capite oīm superbo-
rum in isto seculo. Ipsum iter suū calcantis capita
superborum, significauit ambulans sup tumidos
fluctus. Calcat & Ecclesia, nā ipsa est Petrus. Nā tñ
ausus est Petrus per se ipsum ambulare sup aquas:
Matt. 14. sed quid ait? Dñe, si tu es, iube me uenire ad te sup
aquas. Ille potestate sua, Petrus in iussu illius: Iube,
inqt, tu uenire me ad te sup aquas. Respondit ille,
Veni. Calcat. n. & Ecclesia capita superborum. Sed
qa Ecclesia est, & habet infirmitatē humanā, ut cō
pleretur, si dicebā motus est pes meꝰ, titubauit Pe-
Ibidem trus in mari & exclamauit, Dñe, pereo. Quod ergo
hic positū est, si dicebā, motus est pes meꝰ: hoc ibi
positum est, dñe pereo. Et quod hic positū est, mi-
sericordia tua dñe adiuuabat me: hoc ibi politum
est, porrexit manū Iesus dicēs, Modicæ fidei, ut qd
H dubitasti? Mirū est qd modo probat deus hoīes, ip
sa pericula nostra dulciorē nobis faciunt liberan-
tem: nā uidete quod sequitur, qa dixit, Si dicebam
motus est pes meus, misericordia tua dñe adiuua-
bat me: dulcis illi utiq factus est dñs, eripiens illū
á periculis: & ideo exponens ipsam dulcedinē dñi,
exclamat dicens, Dñe secundum multitudinē do
lorum meorum in corde meo, exhortationes tuæ
iocundauerunt animā meam,) Multi dolores, sed
multæ cōsolationes: amara uulnera, sed suauia me
dicamenta. Nunquid adhęret tibi sedes iniqtatis,
qui fingis dolorem in præcepto?) Hoc dixit, nemo
sedet tecū iniquus, nec tu sedē iniquitatis habebis.
Et unde hoc intelligit, reddit rationem, Qui fingis,
inqt, dolorē in pręcepto. Ex hoc. n intelligo quod
nō tibi adhæret sedes iniqtatis, qa nec nobis peper
1. Pet. 4. cisti: habes hoc in Epistola Aplī Petri, & ad hoc te-
stimoniū posuit de scriptura. Tps est, ait, inchoatio
nis iudicij ex domo dñi, id est, tempus est ut modo
iudicentur, qui pertinent ad domū dñi. Si flagellā
I tur filij, qd debēt sperare serui nequissimi? Ideoque
Ibidem addidit, Si autem initium á nobis, quis finis eorū q
nō credūt dei Euangelio? Deinde adiungit illud te
Prouer. 11. stimoniū, Et si iustꝰ uix saluabitur, peccator & im-
pius ubi parebunt? Qūo ergo erunt tecum iniqui,
qm̄ nec tuis fidelibus parces, ut exerceas & erudias
eos? Sed quia propter hoc nō parcit ut erudiat eos,
ideo dixit, Qui fingis dolorē in pręcepto. Fingis. n.
est facis, formas, plasmas, unde & figuli dicūtur: &
uas fictile dicitur non fictū illud qd mendaciū est,
sed qd formatur ut sit, & habeat aliq̄ formam, sicut
Psal. 93 iā dudū dixit, Qui finxit oculum non uidebit? Nū
quid finxit oculū mendaciū est? Sed intelligit, plas-
mauit oculū, fecit oculū. Nonne figulus est cū fra-
giles, īfirmos & terrenos facit? audi Apostolū dicē-
2. Cor. 4. tem, Habemus thesaurū istū in uasis fictilibus: sed
forte aliꝰ fecit nobis hęc uasa: ipsum audi dicentē,
Rom. 9. O homo tu qs es q respondeas deo? Nunqd dicit fi-
gmentū ei q te finxit quare me sic finxisti? An non
habet potestatē figulꝰ luti ex eadē massa facere, ali-
ud uas in honorē, aliud in contumeliā? Vide & ip-
Gene. 2. sum dñm nostrum Iesum xp̄m, quia ostendit se fi-
gulum: nam qa de limo hominem fecerat, de limo
inūxit cui minus in utero oculos fecerat. Ergo qd K
dixit, nunqd adhęret tibi sedes iniquitatis, q fingis Ioan. 9.
dolorē in pręcepto: sic dicamus, Nunqd adhęret ti
bi sedes iniqtatis, qui formas dolorē in pręcepto?
Formas, inqt dolorē in pręcepto, id est, de dolore p̄
ceptū nobis facis, ut ipse dolor pręceptū sit nobis.
Qūo nobis dolor est præceptum? Quando te fla-
gellat q ꝓ te mortuus est, & non tibi permittit bea
titudinē in ista uita, & fallere nō potest, & hic non
dat qd quęris. Qui dabit? ubi dabit? quantū dabit
qui hic no dat? q hic erudit, qui fingit dolorē in p̄-
cepto? Labor est hic tuus, & requies tibi ꝓmittit. At
tendis te hic habere laborē, sed attende qualē ille
requiem pollicet. Nunqd cogitare poteris? Si illam
posses cogitare, uideres te nihil laborare ad cōpen
satione. Audi eū q illud ex parte cernebat, q dixit,
Nunc scio ex parte. Quid ait Apls? Etenim quod est 1. Cor. 13.
ad præsens temporale & leue tribulationis nostrę,
iuxta incredibilē modum, & in incredibilē modū
ęternū glorię pōdus operatur nobis. Quid est, ęter
nū gloriæ pōdus operatur nobis? Quibus operat?
Non respicientibus q̄ uidentur, sed quæ nō uiden-
tur. Quæ n. uidentur, temporalia sunt: quę aūt nō L
uidētur, æterna. Noli esse piger in labore breuiter, 2. Cor. 13.
& gaudebis incessabiliter. Aeternā uitā tibi daturꝰ
ē deꝰ, cogita quāto labore emēda sit. Intēdite frēs,
uenale est. Venale est qd habeo dicit tibi deus, eme
illud. Quid habet uenale? Requiē uenalem habet,
eme illā. De labore intēdite, ut simꝰ in nomine xp̄i
fortes xp̄iani. Iam modicum est quod restat in psal
mo, non fatigemur. Qūo enim fortis poterit esse in
faciendo, qui deficit in audiendo? Aderit dñs ut uo
bis quod reliquum est, explicemus: attendite, quē-
dāmodo deus proposuit uenale regnū cœloꝝ. Di-
cis illi, Quantū ualet? Preciū ipsius labor est, qūo si
diceret, preciū illius aurū est Non sufficeret hoc so-
lum dicere, sed quæreres quantum aurum Nam si
solidus aurū est, & semiūcia, & libra, & tale aliqd:
ideo dixit preciū, ne laborares quærere quādiu hu
ius rei preciū labor est. Quātus labor est? Iā quære
tu, quātum laborandū sit: nondū dicitur tibi quā-
tus futurus sit labor iste, uel quantū laboris de te
exigat, illud tibi dicit deꝰ, Ego ostēdo quāta sit illa
reqes, tu iudica quāto labore emēda sit. Dicat ergo M
deus, quāta futura sit ipsa requies. Beati q habitāt Psal. 83
in domo tua, in secula seculoꝝ laudabunt te. Hæc
est reqes sempiterna, sine fine erit reqes ista, sine fi-
ne erit gaudiū hoc, sine fine erit icorruptio. Vitā ę-
ternā habebis, requiē q̄ nō habet finē. Quāto labo
re digna est reqes q̄ nō habet finē? Si uerū uis cōpa
rare, & uerū iudicare, ęterna reqes ęterno labore re
cte emit. Verum hoc est, sed noli timere, misericors
est deꝰ. Si. n. haberes ęternū laborē, nunq̄ puenires
ad ęternam qetem. Semp laborās qn̄ peruenturus
eras ad illud, qd digne quidē potest emi sempiter-
no labore? Quia sempiterna reqes est, æqua preciū:
ęterno certe labore digna ē ęterna reqes cōparari.
Sed si semp laborares, nunq̄ ad requiem perueni-
res. Ergo ut aliquādo puenias ad id quod emis, nō
in æternū laborandū est, non quia non ualet tāti,
sed ut possideatur qd emitur. Digna est quidē emi
labore perpetuo, sed necesse est, ut labore tēporali
ematur. Certe tātus debuit esse, id est, sempiternus
labor ꝓ reqe sempiterna. Decies cētena milia anno
rum in labore qd ualēt? Decies cētena milia annoꝝ
habent

A habent finem,quod tibi dabo dicit dñs non habe
bit finẽ. Qualis misericordia dei? Nec dicit, decies
centena milia annoꝝ labora,nõ dicit, uel mille an
nos labora,nõ dicit, qngentos annos labora,cũ ui
uis labora in paucis annis, Inde iã reges erit,& finẽ
non habebit.Et adhuc audi consonãtia.Dñe secũ-
dum multitudinem dolorũ meorũ in corde meo,
exhortationes tuæ iocundauerunt aĩam meam Et
paucos annos laboras, & in ipsis laborib⁹ nõ deest
cõsolatio,non desunt gaudia quotidiana: sed noli
gaudere in sclo,gaude in xp̃o,gaude in uerbo eius,
gaude in lege eius.Ad ipsa gaudia ptinet,qđ loqui-
mur & qđ auditis.Quantæ ergo sunt istę cõsolatio
nes in tantis laboribus?Verũ est ergo qđ dixit Apo
2.Cor 4. stolus,Etenim qđ ad pręsens est,tpale est & leue tri
bulationis nostræ, iuxta incredibilem modum,&
in incredibilẽ modum æternũ gloriæ pondus ope
ratur in nobis.Ecce quantũ precium damus,quo-
dammodo unã siliquam ad accipiẽdos thesauros
sempiternos Siliquã laboris ad reqem incredibilẽ,
scdm quod dictum est iuxta incredibilem modũ,
& in incredibilẽ modũ æternę gloriæ pondus ope
B ratur.Gaudes ad tp̃s,noli ibi cõfidere: tristis es ad
tp̃s,noli desperare.Non te corrũpat fœlicitas,& nõ
frangat aduersitas,ne forte dicas in aio tuo, Nõ po
test fieri oino,ut deus admittat ad se iniquos,q iu-
stos ipsos emendat,ut saluet,q ideo emẽdat, ut eru
1.Petr.4. diat.Si iustus uix saluus fiet , peccator & impi⁹ ubi
Prouer.11. parebunt? Nunqd adhęret tibi sedes iniquitatis?Id
est,nunqd adhęret tibi sedes impioꝝ,qui fingis do
lorum in p̃cepto.Qui & istos filios sic uoluisti exer
cere & erudire,sic uoluisti eis p̃cepta dare,ut nõ es-
sent sine timore,ne amarent aliqđ aliud, & obliui-
scerẽtur te uerbũ uerũ bonũ suũ? Bonus est deus.
Si cessaret deus, & non misceret amaritudines,fœli
citatibus seculi,obliuisceremur eum.Sed ubi ango
res molestiaꝝ faciũt fluctus aiæ,fides illa q̃ ibi dor
miebat,excitatur. Tranquillum n.erat qñ dormi-
uit xp̃s in mari : illo dormiente tempestas orta est,
& cœperũt periclitari.Ergo in corde xp̃iano & trã-
quillitas erit & pax,sed quãdiu uigilat fides nostra:
si aũt dormit fides nostra,piclitamur. Hoc.n.signi
ficat dormiens xp̃s,quia quidam obliuiscuntur fi-
C dem suam,& periclitãtur . Sed qũo illa nauis cum
fluctuaret,excitatus est xp̃s à fluctuantibus, & di-
Matt. 8 centibus,Dñe,perimus,surrexit ille,imperauit tẽpe
statibus,imperauit fluctibus,cessauit periculũ, fa-
cta est tranqllitas:sic & te cũ turbant cõcupiscẽtiæ
malæ,psuasiones malæ,fluctus sunt,tranqllabun-
tur.Iam desperas , & putas te nõ pertinere ad dñm,
euigilet fides tua,excita xp̃m in corde tuo,surgente
fide,iam agnoscis ubi sis. Et si forte tentãt fluctus
cõcupiscentiæ,intueris qd ꝓmisit deus,& dulcedo
ꝓmissorum faciet te contemptorẽ dulcedinũ secu-
li.Et si forte multæ urgent minæ potentiũ maloꝝ,
& ipsæ te expellunt de iustitia,attẽdis quod minat
Matt.25. deus.Ite in ignẽ æternum; q paratus est diabolo &
angelis eius,& nõ dimittis iustitiam. Timens ergo
ignẽ sempiternũ contẽnis dolores tpales:& pro eo
quod promisit deus,contemnis tpalem fœlicitatẽ.
Promisit reqem, patere molestiam:minatur ignem
æternũ,contemne dolores tpales,& euigilante xp̃o
tranquilletur cor tuum; ut ad portum quoq perue
nias.Non.n.non præparat portum,qui parauit na-
uim.Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, q fin
gis dolorem in pręcepto?De hoibus quidem malis D
exercet nos , & de illorum insecutionibus nos eru-
dit.De malitia mali flagellat̃ bon⁹, & de seruo emẽ
datur filius:ita fingit̃ dolor in p̃cepto . Quod illos
deus posse pmittit,hoc faciunt mali hoies qbus ad
tp̃s parcit. Quid.n.sequitur? Captabunt aiam iu-
sti.)Quare captabunt? Quia uerum crimen non in Matt.27.
ueniunt qđ obiiciant. Quid.n.captauerũt in dño?
Concinauerunt falsa crimina, quia uera inuenire
non potuerunt. Et sanguinem innocentem con-
dẽnabunt.)Quare hoc totũ fit,in consequentibus
declarabit, Et factus est mihi,inquit,dns in refu-
gium.)Non q̃reres tale refugium si non periclitare
ris:sed ideo periclitatus es ut q̃reres,quia ille fingit
dolorem in præcepto.Facit mihi de malitia malo-
rum tribulationẽ,punctus tribulatione cœpi q̃rè-
re refugium , qđ in illa fœlicitate seculari desieram
q̃rere.Quis.n facile recordatur deũ, qui semper fœ
lix est,& spe p̃senti gaudet ? Recedat spes seculi, &
accedat spes dei,ut posit dicere , Et factus est mihi
dñs in refugium.Ad hoc doleã , ut fiat mihi dñs in
refugium. Et deus meus in auxilium spei meæ.)
Modo.n.dñs spes.Quandiu.n.hic sumus,in spe su- E
mus,nondum in re.Sed ne in spe deficiamus, adest
promissor erigens nos, & tẽperans ipsa mala q̃ pati
mur.Non.n.frustra dictum est,Fidelis deus , q non 1.Cor.10.
sinit uos tentari supra q̃ potestis ferre, sed faciet cũ
tentatione etiam exitũ,ut positis sustinere. Sic in-
trat † in fornacem tribulationis , ut coquatur uas, †al.mit-
non ut frangatur.Et factus est mihi dñs in refugiũ, tat.
& deus meus in auxilium spei meæ. Cum ergo q ti
bi uidebatur quasi iniustus esse qa parcit malis, ui
de qũo iam corrigatur Psalmus , & tu cum Psalmo
corrigere.Ideo.n.uoces tuas habebat Psalm⁹.Quæ
sunt uoces?Quousq peccatores dñe,usquequo pec
catores gloriabunt̃?Psalmus uoces tuas hẽt,modo
ergo tu habeto uoces Psalmi.Quę sunt uoces Psal-
mi?Et factus est mihi dñs in refugiũ, & deus meus
in auxiliũ spei meæ. Et reddet illis dñs scđm ope-
ra eorum,& scđm malitiam eorum disperdet eos.)
Non uacat, ꝙ ait secundum malitiam eorum mihi
de illis præstatur,& tñ malitia eorum dicitur, non
beneficia eorum. Certe.n.de malis exercet nos,fla-
gellat nos . Ad quam rem flagellat? Vtiq ad regnũ F
cœloꝝ.Flagellat.n.oẽm filium,quem recipit. Et qs Heb.12
est filius cui non det disciplinam pater eius? Quod Prouer.3.
cum facit deus, ad hæreditatẽ sempiternã nos eru-
dit,& hoc nobis p̃stat sæpe de malis hoibus,in qui
bus exercet & perficit dilectionẽ nostram, quam
uult extendi usq ad inimicos:neque n.est perfecta
dilectio xp̃iani,nisi cũ implet quod Christus præ-
cepit, Diligite inimicos uestros , benefacite his qui Matth.5.
uos oderũt,& orate pro eis q uos psequũtur. Hinc
ipse diabolus uincitur,hinc uictoriæ corona pcipi
tur.Ecce quanta nobis p̃stat deus de malis hoibus:
nec tñ secũdum id quod de illis nobis præstat, sed
scđm malitiam eorum retribuet eis. Videte.n.quã
ta nobis præstitit de ipso immanissimo scelere Iu- Matt.26.
dæ traditoris: Iudas quippe tradidit ad passionem
filium dei , & per passionẽ filii dei oẽs gentes redẽ-
ptæ sunt ad salutem, nec tñ pro salute gentiũ mer- Concor.3
ces reddita est Iudæ , sed pro eius malitia debitum feri. dist.
supplicium ei retributũ est. Nam si traditio xp̃i ; & 20.xp̃s
non tradentis aius consyderandus est, hoc fecit Iu ergo est.
das qđ fecit deus pater, de quo scriptũ est, qa filio Rom.8.

G proprio nō pepercit, sed pro nobis oībus tradidit illum. Hoc fecit Iudas qd fecit ipse dñs Christus, de quo scriptum est, Qui seipsum tradidit pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis: & iterum, Sic xps, inqt, dilexit Ecclesiam suã, & seipsum tradidit pro ea. Et tñ gratias agimus deo patri, qui unico filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit eũ. Grās agimus ipsi filio, q seipsum tradidit pro nobis, & in eo uoluntatē patris impleuit. Et detestamur Iudam, de cuius facto nobis tm̄ beneficium pstitit deus, & recte dicimus, Reddidit ei dñs scdm iniquitatem eius, & secundum malitiam eius disperdidit eũ. Non. n. ille pro nobis tradidit xpm, sed pro argento quo uendidit eum: quanuis traditio xpi sit nostra redemptio, & Christi uenditio sit nostra redemptio. Sic & illi qui martyres persecuti sunt, persequendo in terra, in cœlum mittebant: & scientes qdem psentis uitæ damnũ inferebant, nescientes autē futuræ uitæ lucrum conferebãt. Quicunq; tñ perseuerauerunt in odio iniusto iustorũ, reddidit eis dñs scdm iniquitates eorum, & secundum malitiam eorum disperdidit eos. Sicut. n. ma-

Ephe.5.

H lis obest bonitas iustorum, sic bonis prodest iniquitas impiorum: nam & dñs dicit, Ego ueni, ut q non uident uideant, & q uidēt cæci fiant: & Apostolus, Alijs quidem, inquit, sumus odor uitæ in uitã: alijs aũt odor mortis in mortem. Malitia uero iniquorũ, sinistra sunt arma iustorũ, sicut idem dicit Apls, Per arma iustitiæ a dextera & sinistra, per gloriam & ignobilitatem, atq; ita deincept cętera exeqtur, dextera arma demonstrans gloriã dei, famam ueritatis qua cognoscebantur qd uiuebant, & quod non mortificabantur, quod gaudebant, qd multos ditabant, quod oia possidebant. In sinistra uero qd' ignobiles & malæ famæ habebant, qd seductores putabantur, qd ignorabantur, occidebãtur, coercebantur, contristabantur, egere ac nihil hr̃e uidebãtur. Et qd mirũ si milites xpi & dextris, & sinistris armis diabolũ expugnãt? Sicut aũt pax hoibus bonæ uoluntatis, & qñ sunt alijs odor mortis in mortem: sic & interitus hoibus malæ uoluntatis, & qñ iustis arma sunt sinistra ad salutē. Itaq; reddet illis non scdm nostram utilitatem, quæ de ipsis fit, sed

Ioan.9.
2.Cor.2.
2.Cor.6.
Luc 8.
2.Cor.2.

I scdm ipsorũ iniquitatem, quam diligendo oderunt animas suas, & non scdm beneficium, quod nobis de ipsis præstat, honorat eos, q etiã malis bene utitur. Scdm malitiam eorũ disperdet eos. Dñs deus noster.) Toleret ergo iustus iniustum, toleret temporalem impunitatem iniusti temporalis labor iusti, sed iustus ex fide uiuit. Nō est n. alia iustitia hominis in hac uita, nisi ex fide uiuere, q per dilectionem operatur. Si. n. ex fide uiuit, credat & sibi futuram requiem post præsentem laborem, & illis sempiternos cruciatus post psentem exultationem. Et si fides per dilectionē operatur, diligat ēt inimicos, & quantũ in ipso est, pdesse illis uelit: sed n. faciet, ne sibi obsint illi cum hoc uelint, & qñ forte potestatem acceperint, quasi nocendi & dominãdi, sursum cor habeat ubi ei nemo nocet, doctus & eruditus ex lege dei ut mitiget à diebus malignis, donec fodiatur peccatori fouea. Si. n in lege dñi uoluntas eius est, & in lege eī meditabit die ac nocte, cuius conuersatio in cœlis est, de firmamēto lucet super terrã. Vnde iste Psalmus titulum de quarta sabbati accepit, qñ facta sunt luminaria, ut oia faciat sine

Roma.1.
Gala.5.
Matth.5.
Psal.1.
Philip.3.
Gene.1.

murmuratione, uerbũ uitæ habens in natione tortuosa & peruersa. Sicut. n. stellas in cœlo nō extinguit nox, sic mētes fideliũ inhærentes firmamento scripturæ nō uincit iniqtas. Et hocipsum qd & nr̄a terrena dantur aliqñ in potestate malorũ, non solum ad nostram ptinet eruditionē, ut fiat nobis dñs in refugium, & deus in auxilium spei nostræ: sed ēt ad ipsius peccatoris foueam proficit, de quo in alio Psalmo dr̄, Inclinabitur & cadet cum dominabitur pauperum. Forte onerosa fuit uobis longitudo sermonis, quanquã in ista alacritate studij uestri non hoc appareat. Sed & si ita est, ignoscite, primo, qa iussus feci: nam & dñs deus noster per eos mihi frēs iussit in quibus habitat. Nō. n. iubet deus, nisi de sede sua. Deinde qa tm̄ audi fuistis nostri, confitemur, & nos audi fuimus uestri. Consoletur ergo deus noster istũ laborē, ut sudor iste noster sit uobis in pfectum salutis, nō in testimoniũ accusationis. Hoc dico frēs, ut ex eo qd audistis, pficiatis & ruminetis uobiscũ. Non uos permittatis obliuisci, nō solũ ista recogitãdo & colloquēdo, sed ēt ita uiuendo. Bona uita. n. ex pręceptis dei q agitur, tanquã stylus est, qd auditur scribēs in corde: si in cæra scriberetur, facile deleretur: scribite illud in cordibus uestris, moribus uestris, & nũquã delebitur.

K
Psal.2.
Psal.9.
L

In Psalmum 94 Enarratio.

Go uellē fratres, ut patrē nostrum potius audirem': sed & hoc bonũ est, ut patri obediamus. Quia ergo iussit nobis q dignatur orare pro nobis, de psenti Psalmo quod dñs deus oium nostrum donare dignabitur, loquar charitati uestræ. Est autē Psalmi titulus: Laus cantici ipsi Dauid.) Laus cãtici & hilaritatē significat, qa cantus est: & deuotionē, qa laus est. Quid. n magis homo debet laudare, q id quod sic sibi placet ut non possit displicere? Securitas ergo laudis, in laude dei est. Ibi laudator securus est, ubi nō timet ne de laudato erubescat. Et laudem' ergo & cãtem', hoc est, cũ hilaritate & cũ lætitia laudemus. Quid aũt laudaturi sumus, ipse psalmus sequētibus uersibus indicat nobis: Venite exultem' dño.) Inuitat ad magnas epulas exultãdi, non seculo, sed dño. Nisi. n. esset in hoc seculo exultatio mala, q distinguēda esset ab exultatione bonã, sufficeret dicere, Venite exultemus. Sed breuiter distinxit. Quid est bene exultare? Dño exultare. Ergo exultatio mala est, exultare seculo. Exultatio bona est, exultare deo. Pie debes dño exultare, si uis secur' mũdo insultare. Quid est aũt, uenite? Vnde uocat ut ueniãt, cũ qbus uult exultare dño, nisi qa longe sunt, ut ueniendo propinquent, ppinquando accedãt, accedendo exultent? Vnde aũt longe sunt? Nunqd locis longe pōt hō esse ab eo, q ubiq; est? Vis esse ab eo lõge? Quò ibis ut longe sis? Nam qdam peccator quidem, sed tñ cum spe salutis pœnitēs, & dolens de peccatis, & metuēs irã dei, & uolens placare deũ, sic in alio psalmo loquitur, Quò ibo a spiritu tuo, & quò à facie tua fugiã? Si ascēdero i cœlũ, tu ibi es. Quid ergo restat? Quia si ascēderit in cœlũ, ibi inueniet deũ. Vt longe fugiat à deo, quò iturus est? vide qd dicat, Si descēdero ad infernũ ades. Si ergo ascendendo in cœlũ, ibi inuenit deũ, descendendo in infernũ, nō fugit deũ, quò iturus est, quò fugitur' est ab illo irato, nisi ad ipsum placatum? Et tñ cum oino nemo possit fugere ab illo qui ubique est, nisi quidam lõge essent à

M
Psal.138.

A deo, nō diceret, Popul⁹ iste labijs me honorat,cor aūt eorū longe est à me. Non ergo loco quisq̄ longe est à deo, sed dissimilitudine. Quid est, dissimilitudine? Mala uita, malis moribus. Si.n. bonis moribus propinquat deo, malis morib⁹ recedit à deo, unus ergo idemq̄ homo corpore stās uno loco, & amādo deū accedit ad deū, & amādo iniquitatem recedit à deo nusquā pedes mouet, & tñ potest accedere & recedere. Pedes.n. nostri in hoc itinere, affectus nostri sunt. Prout quisq̄ affectū habuerit, ꝓut quisque amorem habuerit, ita accedit uel recedit à deo. Nonne plerunq̄ dicimus, qñ inuenim⁹ aliqua dissimilia, hoc longe est ab illo? Qñ aliquos duos forte hoies cōparamus, duos equos, duas uestes, & dixerit aliqs simile, Hæc uestis talis est qualis illa, aut iste homo talis est qualis ille: qd al⁹ dicit, q cōtradicit? Absit, lōge est ab illo. Quid est, lōge est ab illo? Dissimilis est illi. Et iusta stant, & tñ iste longe est ab illo. Duo uero iniq pares uita & moribus, si unus sit in Oriēte, alter in Occidente, iuxta inuicē sunt. Et duo iusti similiter, alter sit i Oriēte, alter in Occidēte, secū sunt, qa in deo sunt. Cōtra unus iustus, alter iniqu⁹, ēt si una catena ligenī, multum à se separati sunt. Ergo si dissimilitudine recedim⁹ à deo, similitudine accedimus ad deū. Qua similitudine? Ad quā facti sumus, quam in nobis peccādo corruperam⁹, quā peccatorū remissione recepim⁹: quæ in nobis renouaī intus in mente, ut tanquā resculpatur in nūmo, id ē, in aīa nostra imago dei nostri, & tedeam⁹ ad thesauros eius. Nam & inde fratres de nummo noluit dñs noster Iesus xps ostendere tentatoribus suis quid quærat deus. Qñ enim de tributo Cæsaris quęrentes causam calumnię cōsilere magistrū ueritatis uoluerūt, & cōsulendo tētare, utrū liceret tributū dari Cæsari, quid ille ait, Quid me tētatis hypocritę: Petit afferri sibi nūmū, & allatus est. Cuius habet, inqt, imaginē? Respōderūt, Cęsaris. Et ille, Reddite ergo Cæsari q̄ Cæsaris sunt, & deo q̄ dei sunt. Tanquā diceret, Si Cæsar q̄rit in nūmo imaginem suā, deus non quærit in homine imaginē suā? Ad hanc similitudinē nos dñs noster Iesus xps inuitās, imperat nobis, ut nostros etiam inimicos diligamus, & dat exemplum de ipso deo. Sicut pater uester, ait, q in cœlis est, q solem suū oriri facit sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, Estote ergo sicut pr̄ uester perfecti. Cum dicit, estote sicut ille pfecti, ad sīlitudinē nos inuitat. Si ergo ad similitudinē nos inuitat, cōstat qa dissiles existēdo recesseram⁹ a deo, & facti eram⁹ longe p dissimilitudinē, & efficimur prope p similitudinem, ut iam fiat in nobis qd scriptū est, Accedite ad eum, & illuminamini. Ergo quibusdā lōge positis, & male uiuētib⁹ psalm⁹ iste dicit, Venite exultemus dño. Quò itis, quò receditis? quò disceditis? quò fugitis, exultādo mūdo? Venite exultemus dño. Quò itis exultare ubi deficitis? Venite exultemus in illo à quo facti sum⁹. Venite exultem⁹ dño, Iubilemus deo salutari nr̄o.) Quid est iubilare? Gaudium uerbis non posse explicare, & tñ uoce testari quod corde cōceptū ē, & uerbis explicari nō potest, hoc ē, iubilare. Nā cōsideret charitas uestra, q iubilant in cantilenis quibusq̄, & quasi in certamine quodā lętitiæ secularis, & uidetis quasi inter cantica uerbis expſſa exūdantes lætitia, cui lingua dicēdo nō sufficit, queādmodū iubilēt, ut p illam

Esa.19.
Mat.25.
Matt.22.
Mat.5
Psal.33

uocē indicetur animi affectus, uerbis explicare nō ualentis, qd corde cōspicitur. Si ergo illi de gaudio terreno iubilāt, nos de gaudio cœlesti iubilare nō debemus, qd uere uerbis explicare non possumus? D

Præueniamus faciē eius in confessione.) Cōfessio quidē duobus modis accipitur in scripturis. Est cōfessio laudātis, & est cōfessio gemētis. Cōfessio laudantis, ad honorē pertinet eius qui laudatur. Confessio gementis, ad pniam pertinet eius qui confitetur. Confitentur enim homines cum laudāt deū, cōfitentur cū accusant se, & nihil dignius facit lingua. Vere puto quod ipsa sint uota, de qb⁹ dicit in alio Psalmo, Reddam tibi uota mea, q̄ distinxerūt labia mea. Nihil ista distinctione sublimi⁹, nihil tā necessariū, & ad intelligendū & ad faciēdum. Quō ergo distinguis uota q̄ reddis deo? Vt illū laudes, te accuses: quia illius est misericordia, ut peccata nr̄a dimittat. Nam si uellet pro meritis agere, nō inueniret nisi quos dānaret. Venit ergo docēs, ut recedamus iam à peccatis nr̄is, & non nobiscum deducat ratione de pteritis, sed tanq̄ tabulæ nouæ fiāt, incēsis omnib⁹ chirographis debitor. nostrorum. Quāta ergo illi⁹ laus, quāta misericordia? Confiteamur itaq̄ laudantes. Nam si semp confessio pœnitētis esset, non diceretur in Euangelio de ipso dño, In illa hora exultauit Iesus in spūsancto, & ait, Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ, qui abscondisti hæc à sapientib⁹ & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Nunqd qa xps cōfitebatur, pœnitens erat? Illum nihil pœnitere poterat, qa nihil culpabiliter fecerat, sed confitebaī in laude patris: ergo qa & hic exultationis loc⁹ est, forte illam debemus intelligere confessionē, q̄ est in laude dei: unde & laus cantici, ut non hic intelligamus cōfessionem pniam, sed laudantium. Et quid est qd cōtinuo nos admonet de quadam confessione cum ait, Præueniamus faciem eius in confessione? Quid est, ꝓueniam⁹ faciē eius in confessione? Venturus est, ꝓueniam⁹ faciem eius in confessione prius anteq̄ ueniat. Nos confitēdo damnemus qd fecimus, ut ille quod coronet non qd damnet, inueniat. Nunquid aūt & hoc nō pertinet ad laudem dei, qñ confiteris peccata tua? Imò uero maxime ptinet ad laudē dei. Quare maxime pertinet ad laudem dei, qñ confiteris peccata tua? Quia tanto amplius laudatur medicus, quāto plus desperabaī ęgrot⁹. Cōfitere itaq̄ peccata tua, quo magis desperabas de te pp iniqtates tuas. Tanto enim maior laus est ignoscentis, quanto maior exaggeratio est peccata confitentis. Nō ergo putemus nos recessisse à laude cātici, si iā hic cōfessionē intelligimus, qua cōfitemur peccata nr̄a. Et hoc ad laudē cātici ptinet, qa cū peccata nr̄a cognoscimus, dei gloriam commendamus. Pręueniamus faciem eius in confessione, Et in Psalmis iubilemus illi.) Iam dixim⁹ qd sit iubilare, repetitū est, ut confirmeī in faciendo. Ipsa repetitio exhortatio est. Nō enim iā obliti sumus, ut iā moueri nos uelimus, q̄ dicta sunt superi⁹ ut iubilemus: sed plerūq̄ in affectu animi repetiī uerbū qd notum erat, non ut noscat, sed ut ipsa repetitio faciat cōfirmationem: repetitur.n. ad intelligendum affectū dicentis. Inde est qd dicit dñs, Amē amen dico uobis. Sufficiebat amen unum. Quare amen amen, nisi quia ipsa repetitio confirmatio est? In Psalmis ergo, inquit, iubilemus ei. Et q̄ dicimus in Psalmis? Quæ dicimus uel

Psal.65
E
Luc.10
Mat.11.
F

G potius sentimus in iubilatione. Quæ sunt q̃ ptinēt
ad laudē cantici huius? Iam audite. Q̄m deus ma-
gnus est dn̄s, & rex magnus sup oēs deos.) Propte-
rea ergo iubilemus illi. Q̄m nō repellet dn̄s plebē
suam.) Iubilemus illi. Q̄m in manu eius oēs fines
terrę, & altitudines mōtiū ipsi⁹ sunt.) In his oibus
iubilemus illi. Q̄m ipsius est mare, & ipse fecit il-
lud, & aridā terrā manus eius finxerunt.) Iubilem⁹
illi. Sed hęc oīa qd sibi uelint, si congruenter discu
tiantur, tps forte non sufficit: sed rursus si penitus
negligātur, debitores remanebimus. Breuiter itaq;
pro tpe quantū perstringere poterimus accipite: qa
& pauca semina uberrimā messem referūt, si sit ter
ra fructifera. Primū quare iubilemus, quare laude-
mus hoc posuit, Q̄m de⁹ magnus est dn̄s, & rex ma
gnus super oēs deos. Sunt ergo dij super quos ma-
gnus est deus noster, cui iubilamus, cui exultam⁹,
cui laudes cātici dicimus. Sunt, sed nō sunt nobis:
1. Cor. 8 Apl̄s enim ait, Nam & si sunt, qui dicunt dij, siue in
cœlo siue in terra, qtēadmodū sunt dij multi & do
mini multi, nobis tñ unus deus, ex quo oīa, & nos
per ipsum, & unus dn̄s noster Iesus Christus, p quē
H oīa, & nos in ipso Si ergo non nobis, quibus? Audi
Psal. 95 ex alio Psalmo, Q̄m dij gentium dæmonia, domi-
nus autem cœlos fecit. Magnificentius, & breuius
tibi commendare nō potuit spiritussanctus p pro-
phetam deum, & dn̄m tuum. Parum enim erat, qa
terribilis super oīa dæmonia deus. Quid magnum
esset super oīa dæmonia? Quia dij gentium dęmo-
nia. Vbi est autem deus tuus? Dn̄s autem cœlos fe-
cit. Illud fecit dn̄s tuus, ubi nō possent habitare dę
monia: de cœlis.n. deiecta sunt dæmonia. Cœli p-
ponunt dęmonijs, dn̄s tuus & cœlis, quia dn̄s tuus
& cœlos fecit. Quanto ergo altior à dæmonijs dijs
gentium qui altior est cœlis, unde ceciderunt ange
li ut fierent dæmonia? Et tñ gentes omnes sub dæ-
monibus erant: dæmonibus aūt templa fabricata
sunt, dæmonibus aræ cōstructæ, dęmonib⁹ sacer-
dotes instituti, dæmonibus oblata sacrificia, dæ-
monibus arreptitij tanq̄ uates instituti. Hęc oīa dæ
monibus gētes exhiberūt, hęc oīa uera nō nisi uni
magno deo debent. Templū fecerūt gentes dæmo-
nibus, habet deus templū. Sacerdotes fecerūt gētes
dæmonibus, habet deus sacerdotes Sacrificiū exhi
buerūt gētes dæmonib⁹, habet deus sacrificiū. Et-
enim illi dęmones uolētes uideri dij, nō sibi ista ex
egerūt ut fallerent, nisi qa sciūt ea deberi uero deo.
Hoc n mos est deberi uero deo, qd sibi exigit fal-
sus deus. Ergo uerū templū dei agnoscimus. Tem-
1. Cor. 3 plum.n dei sanctū est, inqt, quod estis uos. Si ergo
nos sumus templū dei, ara dei aia nostra est Sacri-
Psal. 49 ficium dei qd est? Forte hoc facimus modo. Impo-
nimus in ara sacrificiū, quando deū laudamus: do
cet.n. nos Psalmus, dicēs, Sacrificium laudis hono-
rificabit me, & ibi uia est ubi ostēdam illi salutare
Roma. 8 dei. At uero sacerdotē si reqras, sup cœlos est, inter
pellat p te q in terra mortuus est pro te. Ergo deus
magnus est dn̄s, & rex magnus super omnes deos.
Hic accipe homines deos, non enim rex dn̄s super
dæmonia: & hic habem⁹ scripturæ testimoniū, De⁹
Psal. 81 stetit in synagoga deorū, in medio autē deos discer
nit. Deos dixit participatione, non natura, sed gra-
tia, qua uoluit facere deos. Quātus deus est q facit
deos? Aut quales dij sunt, quos facit homo? Quām
ille magn⁹ deos faciēdo, tā isti nihil q ab hoīe facti
sunt. Deus uer⁹ facit deos credētes in se, qbus dedit K
potestatē filios dei fieri. Et ideo ipse uerus deus, qa Ioan. 1
deus nō factus est, nos aūt facti, nō ueri dij, melio-
res tñ illis quos homo facit, Q̄m simulachra gentiū Psal. 113
argentū & aurum, opus manuū hoium, os habēt &
non loquent, oculos habent & nō uidebūt. Nobis
aūt deus noster oculos uidētes fecit: neq; in eo ta-
men nos deos fecit, qa uidētes oculos nobis fecit,
nam fecit & hoc pecoribus: sed ideo nos deos fecit,
qa interiores oculos nr̄os illuminauit. Ergo sit laus
illi, cōfessio illi, sit iubilatio illi, qa magn⁹ est dn̄s,
& rex magnus super oēs deos: qa non repellet dn̄s
plebem suam: laus illi, iubilatio illi. Quam plebem
non repellet? Hic nobis interpretari aliquid non li
cet, prę scriptū habem⁹ ab Apostolo, exposuit hoc
Apostolus unde sit dictū: Erat enim plebs Iudæa, Roma. 11.
plebs ubi fuerūt prophetæ, plebs ubi fuerūt Patri-
archæ, plebs etiam secundū carnem propagata de
semine Abrahæ, plebs in qua præcesserūt oia sacra-
menta saluatorē nostrū promittentia, plebs ubi in
stitutum est templū, unctio, sacerdos ad figurā, ut
cum oēs ipsæ umbræ pterirent, ipsa lux aduenirer.
Erat ergo ista plebs dei, ad eā Prophetæ missi, in il- L
la nati q missi, cui & tradita & credita eloquia dei.
Quid ergo? Totū illud damnatū est? Absit. Arbor
oliuę ipsa dicta ē ab Apostolo. Cœpit.n. ista arbor
à Patriarchis, sed fuerūt ibi rami aridi, qa nimis alti
per supbiā: præcisi ergo pp sterilitatem, insertus est
oleaster pp humilitatem. Veruntamen charissimi,
ne supbiret oleaster insert⁹, qd ait Apostolus? Si tu
ex naturali incisus oleastro, & cōtra naturā insert⁹
es in bonā oliuam, quanto magis q secundum na-
turam sunt inserentur suæ oliuæ? Vt quō tu non p-
manens in infidelitate meruisti inseri in oliuā cum
esses oleaster, sic isti correcti facilius suę oliuę natu
raliter inserentur: hoc de illis Apl̄s. Ergo ipsa est ar-
bor, ēt & si aliq ex ramis fracti sunt, non oēs. Nam
si oēs rami frangerent, unde Petrus? unde Ioannes? 1. Cor. 15.
unde oēs illi Apostoli? Vnde ipse Paulus Aposto- Acto. 2.
lus qui loquebat, & suo fructu oliuę testabat? Nōn
ne isti oēs inde? Vnde ēt quingenti illi fratres, qbus
dominus post resurrectionem apparuit? Vnde tot
milia ad uocem Petri, qn̄ spiritusancto repleti Apo Act. 4
stoli omniū gentiū linguis locuti sunt? Tāta audi-
tate dei laudis & suę accusationis cōuersi sunt, ut q M
primo sanguinē dn̄i fuderūt sęuiētes, bibere disce-
rent iā credētes. Sic aūt oīa illa conuersa sunt milia
hoium, ut res suas uēderēt, & precia rerum suarum
ante pedes Apostolorū ponerēt: quod diues unus Mat. 19
non fecit, quando ore dn̄i audiuit, & à domino tri
stis abscessit: hoc fecerūt subito tot milia eorū ho-
minum, in quorū manibus xp̄s fuerat crucifixus.
Quanto maius uulnus erat in corde ipsorū, tāto aui
dius medicū quæsierūt. Cum ergo inde illi oēs fue
runt, de ipsis dicit modo Psalmus, Q̄m non repel-
let dn̄s plebem suam. Nam hoc testimonio Psalmi
cum hinc loqueretur usus est Apl̄s, & dixit, Quid Roma. 11
ergo dicemus fratres? Nunquid deus repulit plebē
suam, quā præsciuit? Absit: nā & ego Israelita sum
ex semine Abrahæ, de tribu Beniamin: Non repulit
deus plebē suā, quā pręsciuit. Vtiq; si repelleret do-
minus plebem suam, non esset unde esset ipse Apl̄s:
unde autem ipse, inde & alij. In his plebs dn̄i, non Esa 10.
in oibus: sed quemadmodum scriptum est, Reliqæ Roma. 9
saluę erūt. Non in oibus, sed in area uentilata mas- Mat. 3
sa intro-

A ∫a intromissa est, palea iacet. Totū quicq̄d uides Iudæorū reproborū, paleā uides. Unde uides istā paleā? Iā ide exiit massa iam in horreo recondita est. Ambas res uideamus, ambas discernamus, qd Psalmus adiungit? Qm̄ in manu eius oēs fines terrę. Agnoscimus lapidē angularem, lapis angularis, xp̄s. Nō pōt esse angulus, nisi duos in se copulauerit parietes: ad angulū de diuerso ueniunt, sed in angulo sibi nō aduersantur. Uenit ex una parte circūcisio, uenit ex alia parte preputiū. In xp̄o ambo populi cōcordauerūt, qa ille fact᷒ est lapis, de quo scriptū
Psal. 117 est, Lapidē quē reprobauerūt ędificātes, hic fact᷒ ē
Matt 12. in caput anguli. Si ergo xp̄s in caput anguli, nō attendam᷒ diuersitatē de longe uenientiū, sed ꝓpinquitatē in Christo cohærentiū. Ibi igitur, ibi indeamus, qm̄ nō repellet dominus plebem suam. Ecce unus paries, in quo iā, ut diximus, non repulit dn̄s plebem suam. Inde Apostoli, inde Israelitę oēs qui crediderunt, ac uenditarū rerū suarū precia an̄ pe-
Acto 4. des Apostolorum posuerūt, uolūtate pauperes, de deo diuites. Agnoscimus unū parietē, impletū ē ibi
B quod diximus, quia nō repellet dn̄s plebem suam. Videamus & aliū parietē Qm̄ in manu eius oēs fines terræ. Ecce alius paries in oibus gentibus, i manu eius fines terræ. Venerunt etiam oēs gentes ad lapidem angularem ibi, osculum pacis agnouerūt in illum unum, qui de duobus fecit unū, non quēadmodū hæretici, qui de uno fecerūt duo hoc enī
Ephe. 2. idē ait Apostolus de domino xp̄o, ipse est. n. inquit pax nostra, qui fecit utraque unū. Ergo iubilemus illi. Quare? Quia nō repellet dn̄s plebē suam. Iterū quare? Quoniā in manu eius omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt. Altitudines montium sublimitates terrarū. Aliquando istę sublimitates, id est, ipsæ, terrenæ p̄tātes aduersatæ sunt. Ecclesiæ, leges cōtra Eccl'iam ꝓmulgauerūt, nomen xp̄ianū de terra delere conati sunt, sed posteaq̄ im-
Psal. 71. pletum est qd prophetatum est, Adorabunt eū omnes reges terræ, factū est quod hic dictū est, Altitudines mōtiū ipsius sunt. Sed forte tu de tentationibus satagis, ut cōstitutus in tanta gratia promissio-
C nū dei, pp̄ scandala mundi turberis, nec ipsa scandala aliq̄d tibi faciūt, qm̄ mensurā a domino acceperunt, Qm̄ ipsius est mare. Est. n. mare mūdus iste sed & mare deus fecit. Nec sęuire fluctus possunt, nisi usq̄ ad litus, ubi ipse terminum posuit. Nulla ergo tentatio, nisi acceperit mēsurā a dn̄o. Sint ergo tentationes, sint tribulationes, cōsummatis eis non cōsumeris. Vide utrū ipsæ tētatiōes nō ꝓsint:
1. Cor. 10 attende Apostolū, Fidelis deus q̄ nō uos sinet tētari supra q̄ potestis ferre, sed faciet cū tētatione ēt exitum, ut possitis sustinere: nō ait, nō uos sinet tētari oino. Si enim recusares tentationem, recusares refectionē Ergo reficeris, & si reficeris, in manibus artificis es. Aliq̄d tibi tollit, aliq̄d corrigit, aliq̄d cōplanat, aliquid mūdat, agit qbusdā ferramētis suis. Ipsa sunt scandala huius seculi, tu tm̄ de manu artificis noli cadere. Nihil tentationis accidet ultra uires tuas Hoc p̄mittit deus ad utilitatē tuā, un̄ tu possis proficere, denicq̄ ipsum Apostolū audi hoc cōiungentē, Sed faciet cū tentatione ēt exitum, ut possitis sustinere. Ergo mare forte metuēdū tibi erat: noli timere, qm̄ ipsius ē mare, & ipse fecit illud. A gētibus times scādala, & ipsas gētes ipse fecit, nō permittet illas ultra sęuire, q̄ nouit ille mensuram

ex qua proficias: nōne dicit alius Psalm᷒, Oēs gen-
Psal. 85. tes quotquot fecisti ueniēt, & adorabūt corā te do-
D mine? Si omnes gentes quotquot fecisti, manifestū est quia & gentes ipse fecit Ideo ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridā terrā man᷒ eius fundauerūt. Esto tu arida terra, siti gratiam dei ut ueniat sup te imber dulcis, inueniat in te fructū. Nō p̄mittit fluctus operire quod seruit, Et aridā terrā manus eius finxerunt: ergo & hinc iubilemus illi Nam quoniā hæc ita sunt, qm̄ tanta explicauimus ad laudē dei pertinentia, redite ad illud unde cœperat: Venite adoremus & procidamus ei, & ploremus ante dominum qui fecit nos.) Ideo. n. exultemus, qa fecit illud & illud: & cōmemorauit multa, & nūc repetit exhortationē. Venite adoremus & procidam᷒ ei, & ploremus ante dn̄m, qui fecit nos Iam cōmemoratis a me laudibus dei, nolite pigri esse & longe uita & moribus stare. Venite adoremus & ꝓcidam᷒ ei. Sed forte de peccatis uestris quę uos lōge fecerāt à deo, soliciti estis: faciamus sequentia, & ploremus corā dn̄o qui fecit nos Ardes forte conscientia deli-
E ctī lachrymis extingue flammā peccati: Plora an̄ dn̄m, securus plora ante deū q te fecit, non. n. opus manuū suarū contemnet in te. Noli putare qa potes à te refici: a te deficere potes, tu teipsum reficere non potes: ille reficit q te fecit. Ploremus an̄ dn̄m qui nos fecit: lachrymare ante illum, confitere illi, præueni faciē eius in confessione. Quis. n. es tu q̄ illi ploras, & illi confiteris, nisi quē fecit? Nō paruę fiducię est ad factorem res facta, & nō quocunq̄ facta, sed ad imaginē & similitudinē ipsius. Venite adoremus & ꝓcidamus ei, & ploremus an̄ dn̄m q fecit nos. Quoniam ipse est dn̄s deus noster.) Vt autem securi ante illum procidamus & ploremus, nos quid sumus? Nos autē populus pascuæ ei᷒, & oues manuum eius.) Vide q̄ eleganter uerborū ordinem commutauit, & tanquam non ꝓpria reddidit, ut ipsas intelligamus oues q sunt & populi. Nō dixit, oues pascuę eius, & popul᷒ manuū ei᷒ qd magis putabat posse congruere, qa oues ad pascua pertinent: sed ait, populus pascuę. Ergo populus oues sunt, qa dicit populus pascuę ei᷒. Ipse populus oues
F sunt. Sed rursus, qa nos habemus oues q̄s emim᷒, non quas fecim᷒, dixerat aūt superius, ꝓcidamus ei qui fecit nos: rectè dictū est, oues manuū eius. Nullus hominū sibi faciet oues, emere pōt, donari possunt, inuenire pōt, aggregare pōt, postremo furari potest, facere oues non potest. At uero dn̄s noster fecit nos, ideo populus pascuę eius, & oues manuū eius ipsi sunt, quas sibi ipse facere dignatus est gr̄a sua. Has etenim oues laudat & in Canticāticorū, ꝑfectos quosdā dicens, tanquā dētes Eccl'ię sanctę
Cā. 4. & 6. spōsę suę. Dētes tui sicut grex detonsarū ascēdētiū de lauacro, quæ geminos pariunt, & sterilis nō est in illis. Quid est, dētes tui? Per quos loqueris. Dētes enim Ecclesiæ, p quos loquit̄ Ecclesia. Quales dentes tui? Tanquā grex detonsarū. Quare detonsarū? Quia sarcinas seculi deposuerūt. Nōne detonsæ erant oues illæ, de qbus pauloante dicebā, quos p̄ceptum dei totonderat dicētis, Vade uēde oia tua,
Matt. 19. & da pauperibus, & ħabebis thesaur̄ in cœlis: & ueni sequere me? Fecerūt hoc præceptū, detonsi uenerunt. Et quia baptizati sunt credentes in Christū,
Cā. 4 & 6. quid ibi dicitur? Ascēdētiū de lauacro, id est, ascendentiū de mundatione, & omnes geminos creant.
G

G Quos geminos? Duo illa pcepta, in quibus tota lex
pēdet & pphetæ. Nos ergo populus pascuæ eius, &
oues manuū ei⁹. Ergo hodie si uocē ei⁹ audieritis.)
Matt. 22. O plebs mea, ó plebs dei. Alloquitur plebē suā, deus,
quis potest hoc intelligere? Et recesserunt ab eo, &
amplius cū eo nō ambulauerunt. Durū illis uisum Ibidem.
est qd' ait, Nisi quis mādūcauerit carnē meam, non

G habebit uitā æternā: ac eceperunt illud stulte,carnaliter illud cogitauerūt,& putauerūt quod præcisurus esset dñs particulas quasdā de corpore suo, & daturus illis,& dixerunt, Durus est hic sermo. Ipsi erant duri,nō sermo.Etenim si duri non essent,sed,mites essent,dicerent sibi,Nō sine causa dicit hoc,nisi qa est ibi aliquod sacramentū latens : manerent,cū eo lenes,nō duri,& discerent ab illo, qđ illis discedētibus q remanserunt didicerunt.Nā cum remāsissent cū illo discipuli duodecim,illis recedentib⁹,suggesserunt illi tanquā dolentes illorū mortem, φ scādalizati sunt in uerbo eius,& recesserunt. Ille autē in-

Ioan 6. struxit eos,& ait illis, Spirit⁹ est q uiuificat,caro aūt nihil ,pdest Verba q̄ locutus sum uobis,spiritus est & uita. Spiritaliter intelligite qđ locutus sum. Non hoc corpus qđ uidetis mãducaturi estis,& bibituri illum sanguinē,quē fusuri sunt,qui me crucifigent. Sacramentū aliquod uobis cōmendaui,spiritaliter intellectū uiuificabit uos:Et si necesse est illud uisibiliter celebrari, oportet tñ inuisibiliter intelligi. Exaltate dñm deum nřm,& adorate scabellū pedū

H eius,qm̄ sanctū est. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius,& Samuel in his qui inuocant nomē eius, Inuocabant dñm,& ipse exaudiebat eos, in colūna nubis loquebaı̄ ad eos.) Isti antiqui Moyses,& Aaron, & Samuel serui dei magni apud antiquos. Nostis quia Moyses eduxit in uirtute dei pplm Israel ex Aegypto per rubrū mare,& duxit in eremo,& quāta mirabilia fecerit in illo tēpore deus per manum

Exo.14. Moysi, nouerunt oēs qui istas scripturas libēter audiunt in Ecclesia,uel apud se legūt,uel quoquo mo

Exo.28. do didicerūt. Aaron frater ipsius fuit quē ordinauit etiam sacerdotē:& ibi quidē non uidetur sacerdos esse,nisi Aaron. Aperte.n.in illis literis Aaron nominatur sacerdos dei:de Moyse nō ibi dicitur φ sacerdos erat:sed si hoc nō erat,qđ erat?Nunquid maior sacerdote esse poterat? Exprimat Psalmus iste, qa & ipse sacerdos erat,Moyses & Aarō in sacerdotib⁹ eius. Ergo erant illi dñi sacerdotes. Postea Samuel

1.Reg.16. iam in libro Regnoꝝ legitur. Iste est Samuel temporibus Dauid:nā & ipse unxit sanctū Dauid.Samuel ab initio ætatis suę in tēplo creuit. Mater ei⁹ sterilis

I fuit, uolens habere filiū, orauit ad dñm cū gemitu magno,& petens ut daret ei deus filiū: ostendit qa non carnaliter habere uoluit quē natum illi dedit, qui eū esse uoluit : uouit enim eum dño deo,& ait, Si mihi masculus natus fuerit, tēplo tuo seruiet : & ita fecit, Natus sanctus Samuel fuit apud matrē tēpore lactis, mox ut eū ablactauit, dedit in tēplum, ut ibi cresceret,ibi roboraret in spiritu,ibi deo seruiret.Factus est Samuel sacerdos magnus,sacerdos sanctus illo tēpore, Cōmemorat istos,& p istos oēs sanctos nos uult intelligere. Quare aūt hic illos nominauit? Qm̄ diximus Xpm hic nos debere intelligere:aduertat sanctitas uestra : dixit superius,Exaltate dñm deum nřm, & adorate scabellum pedum eius,qm̄ sanctū est,cōmendans quendā.i dnm nostrum Iesum Xpm,cuius scabellum pedum,adorandum est,quia carnē assumpsit,in qua appareret generi humano,& uolens nobis ostēdere & antiquos patres ipsum pdicasse, quia ipse est uerus sacerdos dñs noster Iesus Xps,cōmemorauit istos : qa in columna nubis loquebatur ad eos deus. Quid est in columna nubis?Loquebatur per figuras.Si enim in quadam nubecula loquebatur, obscura illa dicta nescio quē manifestum psignabant. Ille aūt nescio K quis,iam non est nescio quis, qa scitur a nobis,dñs noster Iesus Xps. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius,& Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant dñm & ipse exaudiebat eos, in colūna nubis loquebaı̄ ad eos.Qui primo loquebaı̄ in columna nubis,ipse nobis locutus est in scabello pedum suorū.i.in terra assumpta carne, unde adoramus scabellum pedū eius,qm̄ sanctū est. Ipse de nube loquebaı̄, quod tunc nō intelligebatur:locutus est in scabello pedum suoꝝ,& intellecta sunt uerba nubis eius. In columna nubis eius loquebatur ad eos.Attendamus ergo fratres,uidete quos & quales sanctos noiauerit. Custodiebant testimonia eius, & pcepta eius q̄ dedit eis.) Custodiebant certe,Intendite. Custodiebant testimonia eius,& præcepta eius q̄ dedit eis. Hoc dicit,& negari nō potest Nihil ne habebant peccati? Quo?Qn̄ custodiebant præcepta eius,custodiebant testimonia eius. Videte q̄les nos uelit formari,ne quasi de perfecta iustitia psumamus Ecce Moyses & Aaron ı̄ sacerdotib⁹ eius,

& Samuel in his qui inuocant nomē eius, ad quos L de columna nubis loquebaı̄ Iam aperte illos exaudiebat,qui custodiebant testimonia eius,& pcepta eius q̄ dedit eis. Dñe,inquit,deus noster tu exaudisti eos,deus tu propitius fuisti illis.)Propitius nō dicitur deus,nisi peccatis: qñ dat ueniam tunc dicitur propitius.Et quid habebat in istis quod uindicaret ut esset propitius?Ignoscēdo propitius fuerat, propitius erat donando peccata,propitius fuerat & uindicando. Quid.n sequitur? Tu propitius fuisti illis. Et uindicans in omnes affectiones eorum.) Etiam uindicans psopitius fuisti:non solū donans peccata,sed etiam uindicans propitius fuisti. Videte fratres mei, quid hic cōmendauit aduertite : illi deus irascitur,quē peccantē non flagellant. Nā cui uere ,ppitius est,nō solū donat peccata ne noceant ad futurū seculum,sed etiā castigat,ne semper peccare delectet. Agite fratres,quo in illis uindicatū est si qramus, aderit dñs ut dicam. Quæramus.n.tres istas personas,Moysen, Aaron, & Samuelem,& quo in eis uindicatū sit,quia dixit,Vindicans in omnes affectiones eorū. Vtiq eas affectiones dicens eorū, M quas dñs nouerat in cordibus eorū, quas homines nō nouerant. Etenim sine querela hominum uersabantur in medio plebis dei.Sed quid dicimus,quia Moyses habuit primā uitam fortasse peccatricem?

Nam & percusso homine,fugit de Aegypto. Habuit Exod.2. & Aaron primam uitam q̄ displiceret deo:nam ipse insanienti populo & qtenti idolum, permisit ut fieret, & factū est populo dei idolum quod adoraret. Exo 32. Samuel quid fecit infans ad tēplum datus? Omnes 1.Reg.1. ætates suas inter sancta sacramenta dei peregit, ab & 3. ineunte ætate famulus dei.Nihil unquā dictum est de Samuele,nihil ab hominibus. Nouerat illi forte deus aliquid quod purgaret:quia & quod perfectū iam uidetur hominibus, illius perfectioni adhuc imperfectum est. Pleraq faciunt artifices, & ostendunt imperitis, & cū iam iudicauerint imperiti esse pfecta,expoliunt illa artifices qui nouerunt adhuc qđ illis desit,ut mirentur homines tantā expolitionē rebus accidisse,quas iam perfectas pronunciauerunt. Fit hoc & in ædificiis,& in picturis,& in uestibus,& propè in omni genere artiū. Primo iudicant illud iam quasi perfectū esse, ut oculi eoꝝ amplius

A nihil desiderent. Sed aliud iudicat oculus impitus, aliud iudicat artificis ars. Sic & illi sancti uersabantur ante oculos dei, tanquam sine culpa, tanquam perfecti, tanquam angeli: nouerat autem quod illis deesset, quod uindicabat in omnes affectiones eorum. Vindicabat autem non irascens, sed propitius, ad hoc uindicabat ut perficeret coeptum, non ut damnaret eiectum. Vindicans ergo in omnes affectiones eorum erat deus. Quomodo uindicauit in Samuele? ubi est uindicta ipsa? Hoc dico, ut nouerint christiani qui iam hinc cognouerunt christum, ad quos uenit in scabello pedum suorum, quos ita dilexit, pro quibus sanguinem fudit, nouerint quomodo uapulent, cum multum profecerint. Quærimus uindictam in Moyse, propè nullam habet, nisi quod ad extremum ait illi deus, Ascende in montem & morere:
Deut. 32. ait seni, morere. Iam peregerat ætates suas, nunquid nunquam erat moriturus? Qualis illa uindicta? Ostendit ibi uindictam suam, ut diceret, Non intrabis in terram promissionis, quam intraturus erat populus. Quandam figuram quorundam gerebat Moyses. Nam qui in regnum coelorum intrauit, magna illi poena erat ad terram illam non uenire, quæ ad tempus erat promis-
B sa, ut umbram ostenderet & transiret? Nonne multi perfidi intrauerunt in illam terram? Nonne in illa terra uiuentes multa mala fecerunt, & deum offenderunt? nonne & idololatriam secuti sunt in illa terra? Magnum erat non dedisse terram istam Moysi? Sed Moyses uoluit gestare figuram eorum qui sub lege erant, quia per Moysen data est lex, & ondit eos qui sub lege esse uellent, & sub gratia esse nollent, non intraturos in terram promissionis. Ergo illud quod dictum est Moysi figura erat, non poena. Seni mors quæ poena? Non intrare in illam terram quæ poena, quo intrauerunt indigni? De Aaron autem quod dictum est, Mor-
Num. 20 tuus est & ipse senex, filii sui successerunt ei in sacerdotio: filius eius postea sacerdotium administrauit.
1. Reg. 8. Quomodo & in istum uindicauit? Samuel & ipse sanctus
& 25. senex mortuus est, relictis filiis successoribus suis. Quid est quod in illis uindicatum est quæro, & secundum homines non inuenio: secundum autem quod scio pati seruos dei, quotidie in illos uindicabatur. Legite & uidete uindictas, sed qui proficitis: forte uindictas quotidie patiebantur, populos contradicentes, quotidie patiebantur inique uiuentes, & inter illos uiue-
C re cogebantur, quorum uitam quotidie reprehendebant. Hæc erat uindicta: Nondum proficit cui parua est. Tamen te. n. torquet iniustitia aliena, quantum recesseris a tua. Cum. n. fueris frumentum. i. herba bona de semine bono, semine filius regni, cum coeperis fructum dare, tunc tibi apparebunt zizania: cum. n. creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania. Cum coepint apparere zizania, uidebis te inter malos. Velle habes quasi separari a te malos, & separare ab Ecclesia omnes malos, respondebit tibi dominus
Matt. 13. suus, Sinite utraque crescere usque ad messem, ne forte cum uultis eradicare zizania, eradicetis simul & triticum: ex sententia domini necesse erit parcere zizaniis, ex conditione serui necesse erit uiuere inter zizania. Separare ea non potes, tolerare tibi necesse est. Vide quantas plagas in corde patiaris, qui corpore & corde integro inter malos uersaris. Probabitis quicunque profeceritis, probabitis quicunque iam proficitis. Toleranda sunt ergo ista, & forte hoc pertinet ad illud:
Luc. 12. Seruus qui nouit uoluntatem domini sui, & non facit digna, plagis uapulabit multis. In multis. n. quantum

nobis innotescit uoluntas dei, et reatus noster innotescit nobis: & quanto ille nobis innotescit, tanto plus imus in fletus & lachrymas. Videmus. n. quam sit iustum quod de nobis exigat deus, in quanta adhuc imperfectione iaceamus, & fit in nobis quod dictum est, Qui apponit sciam, apponit dolorem. Ecce abundet in te charitas, & plus dolebis peccante. Quanto in te maior charitas est, tanto amplius te torquebit, quem toleras, non torquebit tanquam irascentem illi, sed tanquam dolentem pro illo. Vide Paulum Apostolum quod patiebatur. Vidit quis quid patiebatur, præter illa, inquit, quæ extrinsecus sunt. Dixit. n. multa quæ patiebatur, & coepit dicere interiora præter illa quæ extrinsecus erant, quæ patiebatur a malis persecutoribus christi, incursus in me quotidianus, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Et uide qualis sollicitudo, quam paterna, quam materna. Videte quomodo cædebatur, ut uindicaretur in omnes affectiones eius. Dicemus affectiones eius in quas uindicabat deus, Quis infirmatur, inquit, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Quanto maior charitas, tanto maiores plage de peccatis alienis. Acceperat quidem ille & stimulum carnis angelum satanæ, a quo colaphizaretur. Ecce quomodo propitius erat deus uindicans in omnes affectiones eius. Quæ sunt affectiones in quas sic uindicat? Ipse exposuit, ipse dixit: In magnitudine, inquit, reuelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizet. Tam perfectus erat, ut tamen timendum esset ne extolleretur: nam non poneret deus medicamentum, ubi uulnus non esset. Et rogauit ut tolleret, æger ille rogauit ut auferretur medicamen. Propter quod ter dominum rogaui, inquit, ut auferret eum a me. i. stimulum carnis a quo colaphizabatur, aliquem forte dolorem corporis. Rogaui, inquit, ut auferret eum a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Ego noui quem curo, non mihi det quis ægrotat consilium: Tanquam emplastrum mordax urit te, sed sanat te. Rogat medicum, ut tollat emplastrum, & non tollit nisi cum fuerit sanatum quo posuerat. Virtus in infirmitate perficitur. Ergo fratres quicunque in christo proficimus, non nos putemus sine flagello profecturos: † quia quantumlibet proficiamus, nouit ipse peccata nostra, aliquando & nobis ondit illa, & uidemus & nos peccata nostra. Et cum inter tales homines uersari coeperimus, ut iam homines quod in nobis reprehendant non inueniant, reprehendit ille adhuc qui nouit omnia, & uindicat in omnes affectiones, quia propitius est nobis. Nam si non uindicet & deserat, perimus. Deus tu propitius fuisti illis, & uindicans in omnes affectiones eorum. Exaltate dominum deum nostrum.) Iterum exaltemus illum, quia bonus est: & cum fuerit, quomodo laudandus est, quomodo exaltandus est: Tu potes hoc exhibere filio tuo, & deus non potest? Non. n. bonus es quando blandiris filio tuo, & malus cum cædis filium tuum? Et cum blandiris, pater es: & cum cædis, pater es. Ideo blandiris, ne deficiat: ideo cædis, ne pereat. Exaltate dominum deum nostrum. Et adorate in monte sancto eius, quoniam sanctus dominus deus noster.) Quomodo superius dixit, exaltate dominum deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius, quoniam sanctum est: intelleximus quid sit adorare scabellum pedum eius: sic & modo post exaltationem domini nostri Iesu Christi, ne quis illum præter montem eius exaltet, commendauit & montem ipsius. Mons ipsius quis est? Legimus alibi de

Right margin: D; Eccl. 1.; 2. Cor. 11.; E; 2. Cor. 12.; Ibidem; † al. futuros.; F

G hoc mõte, quia lapis fuit pręcisus de mõte sine manibus, & cõfregit oia regna terræ, & creuit lapis ipse. Dan. 2. Danielis uisio est ista quã narro. Creuit lapis iste qui pręcisus est de mõte sine manib⁹, & factus est, inqt, mons magn⁹, ita ut impleret uniuersam faciẽ terrę. In ipso mõte magno adorem⁹, si exaudiri uolumus. Hęretici nõ adorant in isto mõte, quia mõs iste impleuit uniuersam faciẽ terrę: hæserũt in parte, & totũ amiserũt. Si agnoscant Ecclesiam catholicam adorabunt in isto mõte nobiscũ. Etenim lapis ille q pręcisus est de mõte sine manibus iam uidem⁹ quantũ creuerit, & quantas regiones terræ occupauerit, & usq; ad quas gẽtes puenerit. Quid est mons unde pręcisus est lapis sine manibus? Regnũ Iudæorũ. Primo quòd colebant unũ deum, inde p̃cisus est lapis ille dñs noster Iesus Christus: Psal. 117 ipse dictus est lapis quẽ reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Lapis iste p̃cisus de mõte sine manibus, confregit oia regna terrarum. Videmus confracta ab illo lapide oia regna terræ. Quæ erant oia regna terræ? Regna idolorum, regna dæmoniorũ fracta sunt. Regnabat Saturnus in multis

H hominibus. Vbi est regnũ eius? Regnabat Mercuri⁹ in multis hoibus: ubi est regnum ei⁹? Fractum est, redacti sunt illi in regnum xpi, in quibus ille regnabat. Regnũ Veneris quale erat Carthagini, ubi nũc est regnũ cœleste? Lapis ille fregit omnia regna terrarũ, lapis præcisus de monte sine manibus. Quid est pręcisus de monte sine manibus? Natus de gẽte Iudæorum sine opere hominũ. Omnes enim qui nascuntur, de opere maritali nascuntur, ille de uirgine natus, sine manibus natus est: per manus.n. opus humanũ significatur, quò manus humanę nõ accesserũt, ubi maritalis amplexus nõ fuit, fœtus tñ fuit. Nat⁹ est ergo de mõte sine manibus lapis ille, creuit, & crescendo fregit oia regna terrarũ. Factus est autem mons magnus, & impleuit uniuersam faciem terræ. Hæc est Ecclesia catholica, cui uos cõmunicare gaudete. Illi aũt qui non cõmunicant ei, quia præter ipsum montẽ adorant & laudant deũ, non exaudiũtur ad uitam æternã, & si ad quędam temporalia exaudiãtur. Nõ sibi ergo blandiantur, quia eos in qbusdã exaudit deus: nam & paganos exaudit in quibusdã. Nonne clamãt pagani ad de-

I um, & pluit? Quare? qa facit solem suum oriri super Math. 5. bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Noli ergo gloriari pagane, qa te clamãte ad deum, pluit de⁹, q super iustos & iniustos pluit. Audiuit te ad tẽporalia, nõ te audit ad æterna, nisi in mõte sancto eius adoraueris. Adorate dñm in mõte sancto eius, qm̃ sanctus est dominus deus noster. Hæc de psalmo sufficiant charitati uestræ, quantum dñs donauit locuti sum⁹. Ecce qnicqd loquimur in nomine dei, qm̃ dei est loquentis per nos, imber dei est, uidete uos qualis terra sitis. Nam qñ pluuia uenit sup terrã, si bona terra est, fructus bonos parit: nam si mala terra est spinas parit: pluuia tñ dulcis est, & sup fruct⁹ & super spinas. Qui istis uerbis auditis, peior factus fuerit, & spinas de pluuia generauerit, ignem speret, pluuiã non accuset. Qui autẽ melior fact⁹ fuerit, & fruges de bona terra generauerit, horreũ speret, pluuiam laudet. Aut qd sunt nubes, aut quid est pluuia, nisi dei misericordia oia facientis circa eos quos diligit, & quibus donauit ut ab eis diligatur.

In Psalmum XCIX. Enarratio.

K P Salmum fratres cum cantaretur audistis, breuis est, nec obscures: quasi securitatẽ dederim ne laborem timeatis. Videamus tñ attẽtius, & quãto liberius, tanto diligentius qd sibi uelint eaipsa quæ aperte sonant, ut quantum dñs donare dignat, spiritaliter intelligat. Vox dei quolibet organo sonans, tamẽ uox dei: neq; enim delectat aures eius, nisi uox eius. Nã & nos cũ loqmur, tunc eũ delectamus, cũ ipse deus nobis loqtur. Psalmus in cõfessione sic inscribitur. Hic ẽ titulus ei⁹, Psalmus in confessione.) Pauci uersus sunt magna, rerũ grauidi: pariant semina in cordibus uestris, ut paretur horreũ messis dominicæ. Psalmus iste i cõfessione hoc nobis iubet, ad hoc nos hortatur, ut iubilem⁹ deo. Nec hortaẽ uelut aliquẽ unũ angulũ terrę, aut unã aliq̃ habitationẽ, cõgregationẽ ue hominũ, sed qa ubiq; nouit se seminasse benedictionẽ, undiq; exigit iubilationẽ. Iubilate ergo deo uniuersa terra. Nunqd modo uocẽ meã audiuit uniuersa terra? Et tñ hãc uocẽ audiuit uniuersa terra. Iã iubilat dño uniuersa terra, & qd adhuc

L nõ iubilat, iubilabit. Pertendẽs.n. benedictio incipiẽte Ecclesia ab Hierusalẽ per oẽs gẽtes, impietatẽ Luc. 24 ubiq; p̃sternit, pietatẽ ubiq; cõstruit: & mixti sunt boni malis, & mali per oẽm terrã, & boni per oẽm terram. In malis murmurat ois terra, in bonis iubilat ois terra. Quid est ergo iubilare? Multum enim nos attẽtos facit hoc uerbũ, & p̃sentis psalmi titulus, qa inscribitur in confessione. Quid est, in cõfessione iubilare? Et alteri⁹ cuiusdã psalmi sentẽtia est dicẽtis, Beatus popul⁹ q intelligit iubilationẽ. Psal. 88 Profecto magnũ aliquid est hoc, qd intellectũ nos beatos facit. Dñs ergo de⁹ noster beatificator hoium, det mihi intelligere quod dicam, det uobis intelligere quod auditis, Beatus ppl̃s qui intelligit iubilationẽ. Curramus ergo ad hanc beatitudinẽ, intelligamus iubilationẽ, nõ eã sine intellectu fundam⁹. Quid opus est iubilare, & nõ obtẽperare huic psal-

M mo dicẽti, Iubilate deo ois terra, & non intelligere iubilationẽ, ut uox nostra sola iubilet, & cor no iubilet? Sonus.n. cordis, intellectus est. Quod nostis, dictur⁹ sum. Qui iubilat nõ uerba dicit, sed sonus qdam est lętitię sine uerbis. Vox est.n. animi diffusi lętitia; quantũ potest exprimentis affectũ, nõ sensum cõprehendentis. Gaudens homo in exultatione sua, ex uerbis qbusdã quæ nõ possunt dici & intelligi, erũpit in uocẽ quandã exultationis sine uerbis, ita ut appareat cũ ipsa uoce gaudere qdem, sed quasi repletu nimio gaudio nõ posse uerbis explicare qd gaudet. Animaduertite hoc in eis q cantãt etiã nõ honeste. Non.n. talis erit iubilatio nostra, qualis illorum est: nos enim in iustificatione iubilare debemus, illi aũt iubilant in iniqtate. Itaq; nos in confessione, illi in confusione. Tamẽ ut hoc qd dico intelligatis, imò recordemini rem cognitam, maxime iubilant qui aliqd in agris operantur. Copia fructuũ iocundati, uel messores, uel uindemiatores, uel aliquos fructus merẽtes, & in ipsa fœcunditate terrę & feracitate gaudẽtes exultãdo cantãt, & inter cãtica quæ uerbis enunciãt, inserunt uoces quasdam sine uerbis in elatione exultãtis animi, & hæc uocaẽ iubilatio. Si qs forte ppea nõ recognoscit quia nunquã aduertit, aduertat de cætero. Atq; utinam non inueniat quod aduertat, ne deus inueniat

A uenit quos euertat. Sed tamen qa nō quiescunt na
sci spinę, in male exultātib9 aduertam9 iubilationē
improbandā, & offeram9 deo iubilationē coronan
dam. Qñ ergo nos iubilamus? qñ laudamus quod
dici nō potest. Attendimus.n.uniuersam creaturā,
terrā, mare, & cœlum, & omnia q̃ in eis sunt. Attēdi
mus singula habere origines & causas suas, seminū
uim, nascēdi ordinē, permanēdi modū, intereundi
decessum, currere uolumina seculorū, sine ulla per
turbatione stellas uolui quodāmodo ab oriente in
occidentē, peragere cursus annorū, uidemus dimen
siones mēsium, distensiones horarū, inq; his oibus
nescio quid inuisibile quod spiritus uel anima dici
tur, inesse oibus animantib9 ad appetendā uolupta
tem fugiendamq; molestiam, ad cōseruandā incolu
mitatē suam uestigiū quoddā unitatis, inesse etiam
homini cōmune quiddā cū angelis dei, nō cū peco
ribus, sicut esse, uiuere, audire, uidere & cætera, sed
quod intelligat deum quod ad mentē proprie perti
neat, qd' sicut oculus albū & nigrū, ita ęquitatē in-
æquitatemq; discernat. In hac tota consyderatione
B creaturæ quā noiare utcūq; & pcurrere potuimus,
interroget se aīa, qs fecit hæc oīa? qs creauit hæc? qs
teipsam? Quid sunt ista q̃ cōsyderas? quid tu qui cō
syderas? Quis ille qui fecit cōsyderanda & cōsyderā
tem? qs est iste? Dic illū, ut dicas illum, cogita illū.
Potes.n.aliquid cogitare, & forte non potes dicere:
nullo modo aūt poteris dicere, qd' nō potueris co-
gitare. Ergo cogita illum prius q̃ dicas illum: ut co-
gites illū, accede ad illum. Quod.n.uis bene uidere
ut habeas qd loquaris, accedis ut inspicias, ne forte
uidēdo lōgè fallaris. Sed ut oculis ista corpora, sic
ille mēte cōspicitur, corde attēditur & uidet. Et ubi
Matth.5. est cor unde ille uideat? Beati, ait, mūdi corde, qm̄
ipsi deum uidebunt. Audio, credo, ut possum intel-
ligo corde uideri deum, nec posse nisi mūdo corde
Prouer.25. cōspici: sed audio aliam scripturā, Quis gloriabitur
castū se habere cor? Aut qs gloriabitur mundum se
esse à peccato? Attēdi ergo uniuersam creaturā quā
tum potui, corporalē animaduerti in cœlo & in ter
ra, spūalem aūt in meipso qui loquor, qui mēbra
C uegeto, qui uocē intēdo, qui linguā moueo, qui uer
ba pnuncio, sensusq; discerno. Et qñ cōprehendo
me in me? Vnde ergo possum qd' supra me promitti
tur? Tamē cordi humano uisio dei, & inde dicitur
q̃dam operatio mūdandi cordis, hoc dicitur à scri-
ptura, Para unde uideas qd' amas, antequā uideas.
Audito.n.deo & nomine eius, cui non dulce est qd
audit, nisi impio multū remoto, multū lōge facto?
Qm̄ ecce, inquit, qui longe faciunt se à te, peribunt:
Psal.72. sequitur, Perdidisti oēm qui fornicat abs te. Nobis
autē quid? Quia illi longe, & ideo in tenebris, & ita
sauciatis oculis in tenebris, ut lumē nō solū nō de-
syderent, sed etiā perhorrescant, nobis in lōginquo
Psal.33 inuētis qd dicitur? Accedite ad deum & illumina-
mini. Vt aūt accedas & illumineris, displiceant tibi
tenebrę tuę: damna quod es, ut merearis esse qd nō
es. Es iniquus, esse debes iustus. Nunquā iustitiā p-
cepturus es, si adhuc tibi placet iniquitas. Contere
illā in corde tuo & mūda, expelle illā de corde tuo,
ubi uult habitare quē uis uidere. Accedit ergo ut-
cūq; anima humana interior hō recreatus ad ima-
Gene.1. ginē dei, q creatus est ad imaginē dei, q tāto erat lō-
ge factus, quāto ierat in dissimilitudinē. Non.n.lo-
corū interuallis acceditur ad deum, aut receditur à

deo. Dissimilis factus, lōge recessisti: similis factus, D
pxime accedis. Vide qūo nos uult accedere dñs, fa-
ciens primo similes ut accedamus. Estote, ait, sicut *Matth.5.*
pater uester qui in cęlis est, qui solem suū oriri facit
super bonos & malos, & pluit super iustos & iniu-
stos, Disce diligere inimicū, si uis cauere inimicum.
Inquantū autē in te charitas crescit, efficiens te & re
uocans te ad similitudinē dei, pertendit usq; ad ini
micos, ut sis ei similis q facit solem suū oriri nō sup
bonos tantū, sed super bonos & malos, & pluit nō
super iustos tantū, sed super iustos & iniustos. Quā
tum accedis ad similitudinē, tantū proficis in cha-
ritate, & tāto incipis sentire deum. Et quem sentis?
qui uenit ad te, an ad quē tu redis? Nā ille nunquā
discessit à te. Recedit à te deus, cū tu recedis à deo.
Præsentia sunt cęcis oia sicut uidentibus, uno loco
stans cæcus & uidens, hisdem formis rerum uterq;
circūfunditur. Ille est præsens rebus, ille absens. Ex
duobus uno loco stantib9, unus est pſens, alius ab-
sens, nō reb9 ipsis ad alterū accedentib9, & ab alte-
ro recedētibus, sed pter dissimilitudinē oculorū
suorū. Ille qui cæcus dicitur, quia extinctum est ibi E
quod contēplari solet luce cuncta uestiens, frustra
est pſens rebus quas nō uidet, imò rectius absens q̃
pſens dicitur. Vbi.n.nō est sensus eius, recte dicitur
absens: hoc est.n.absentem esse, sensu abesse. Sic &
deus præsens est, ubiq; totus est. Sapientia eius attin *Sapien.8.*
git à fine usq; ad finem fortiter, & disponit oia sua-
uiter. Quod autē deus pater, hoc uerbum eius, & sa
pientia eius: lux de luce, deus de deo. Quid ergo
optas uidere? Non est à te longè quod uis uidere,
Apls dicit equidē nō longè positum ab unoquoq;
nostrum: in ipso.n.uiuimus & mouemur & sumus.
Quanta ergo miseria est longe esse ab eo qui ubiq; *Acto.17.*
est? Esto ergo similis pietate, & diligēs cogitatione,
qm̄ inuisibilia eius per ea q̃ facta sunt intellecta cō
spiciuntur. Ea quæ facta sunt intuere, mirare, quęre *Rom.1.*
authorē. Si dissimilis sis repelleris: si similis, exulta
bis: & cū accedere cœperis similis, & pſentem dice-
re deum, quantum in te charitas crescit, qa & chari
tas deus est, senties quiddam quod dicebas & non
dicebas. Ante enim q̃ sentires, dicere te putas deum, F
incipis sentire, & ibi sentis dici non posse qd' sentis.
Cum autem ibi didiceris dici non posse qd' sentis,
tacebis, non laudabis? Ergo mutus eris in laudib9
dei, & gratiarum actiones non reddes ei qui uoluit
se notum tibi facere? Laudabas cum q̃reres, silebis
cū inueneris? nullo pacto, non eris ingratus. Debe-
tur honor, debetur reuerentia, debetur magna lau-
datio. Attende te qui sis, terra & cinis, uide quis me
ruerit quid uidere. Vide quis quid, homo deum.
Agnosco nō meritum hominis, sed misericordiam
dei: lauda ergo miserantem. Qūo, inquis, laudabo?
Modicum ipsum quod sentire possum ex parte in
ęgnigmate per speculum? iam explicare nō possum. *1.Cor.13.*
Audi ergo Psalmum.

Expositio Psalmi.

Iubilate deo ois terra.) Intellexisti iubilatio
nē ois terræ? Si iubilas, dño iubila, noli in-
bilationē tuā in alias atq; alias res diuider.
Postremo cætera dici possunt utcunq;, ille solus est
ineffabilis, q dixit, & facta sunt oia, dixit & facti su-
mus, sed nos eū dicere nō possum9. Verbū eius quo *Psal.32.*
dicti sumus, filius eius est: ut à nobis utcūq; infirmis
diceretur, infirmus factus est. Iubilationē pūerbo

G possumus dicere, uerbũ p uerbo nõ possum⁹. Iubilate ergo deo oĩs terra, Seruite dño in iocũditate.) Omnis seruitus amaritudine plena est, oẽs cõditione seruili obligati, & seruiunt & murmurãt. Nolite timere illius dñi seruitutẽ, nõ erit tibi gemitus, non

† al. petit. murmur, nõ indignatio. Nemo se putet † inde uenalẽ, q̃a dulce est quod redẽpti omnes sumus. Magna fœlicitas est fiẽs, esse i ista domo magna seruũ & si cũ cõpedibus. Noli timere serue cõpedite, cõfitere dño. Meritis tuis attribue cõpedes tuas: cõfitere in cõpedibus tuis, & tis ut in ornamẽta uertant.

Psal. 78. Nõ frustra, nec sine exauditione dictũ est, Intret in cõspectu tuo gemitus cõpeditorũ. Seruite dño in iocunditate. Libera seruitus est apud dñm, libera seruitus, ubi nõ necessitas, sed charitas seruit. Vos, inquit,

Gal. 5. in libertatẽ uocati estis fratres, tantũ ne libertatẽ in occasionẽ carnis detis, sed p charitatẽ spiritus seruite inuicẽ. Seruũ te charitas faciat, q̃a liberũ

Ioan. 8. te ueritas fecit. Si mãseritis, inquit, in uerbo meo, uere discipuli mei estis, & cognoscetis ueritatẽ, & ueri

H tas liberabit uos. Simul es & seruus & liber: seru⁹ q̃a factus es, liber q̃a amaris à deo à quo factus es, imo etiã inde liber, q̃a amas eũ à quo factus es, Noli seruire cũ murmure: nõ. n. id agunt murmura tua, ut nõ seruias, sed ut malus seruus seruias. Seruus es domini, libertus es dñi, nõ te sic q̃ras manumitti, ut recedas de domo manumissoris tui. Seruite dño in io

1. Cor. 15. cunditate. Plena erit illa & pfecta iocũditas, cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit imortalitatem. Tunc erit pfecta iocũditas, tũc illa pfecta iubilatio, tũc laus sine defectu, tũc amor sine scãdalo, tunc fructus sine timore, tũc uita sine morte. Quid hic? Nullũm ne gaudiũ? Si nullum gaudiũ, nulla iubilatio. Q̃uo iubilate deo uniuersa terra? Est planè & hic gaudiũ de spe futuræ uitę: gustatur hic unde ibi satiemur: sed necesse est, ut

Matth. 3. & 13. multa pferant frumẽta inter zizania Sunt grana inter paleã, est liliũ inter spinas. Quid. n. audit Eccle-

Canti. 2. sia: Sicut liliũ in medio spinarũ, ita proxima mea in medio filiarũ. Nõ dictũ est in medio alienarũ, sed i medio filiarũ. O dñe q̃uo cõsolaris, q̃uo cõfortas?

I Q̃uo terres? Quid est quod dicis, Sicut lilium in medio spinarũ, ita pxima mea in medio filiarũ? Quas dicis spinas? Ipsas filias, rñdet. Spinæ sunt propter mores suos, filiæ propter sacramẽta mea. Vtinã ergo inter gemitus alienarũ gemeretur, minus gemeretur.

Psal. 45. Ille est maior gemitus, q̃m si inimicus meus exprobrasset mihi, sustinuissem utiq;: & si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, absconderẽ me utiq; ab eo, Psalmi uoces sunt. Qui literas nr̃as nouit sequitur, q nõ nouit discat ut sequat. Si is qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscõderẽ me utiq; ab eo: tu uero homo unanimis dux me⁹ & notus me⁹, q simul mecũ dulces capiebas cibos. Quos dulces cibos nobiscũ capiunt, q nobiscũ semper futuri non sunt? Quos dulces cibos, nisi gustate

Psal. 33. & uidete q̃ dulcis est dñs? Inter illos necesse est ut gemamus. Sed quò se separaturus est Xp̃ianus, ut non gemat inter falsos fratres? Quò iturus est? Quid facturus? Solitudines petat? Sequunt scãdala Separaturus est se qui bene pficit, ut nullũ oĩno hominẽ patiatur? Quid si & ipsum antequã pficeret nemo uellet pati? Si ergo q̃a proficit nullum hominẽ uult pati, eo ipso quo nõ uult aliquẽ hominẽ pati, cõuincitur q̃ nõ profecerit. Intendat charitas uestra, Sustinentes inuicẽ, ait Ap̃s, in dilectione, satagẽtes ser K

Ephe. 4. uare unitatẽ spiritus in uinculo pacis. Sustinentes inuicẽ, Non habes quod in te alius sustineat? Miror si nõ est, Sed ecce nõ sit: eo robustior es ad cæteros sustinendos, quod iam nõ habes quod in te alij sustineant. Nõ sustineris, sustine cæteros, Nõ possum, inquis. Ergo habes quod in te alij sustineant, Sustinẽtes inuicẽ in dilectione. Tu deseris res humanas, & segregas te, ut nemo te uideat. Cui pderis? Tu ad hoc puenisses, si null⁹ tibi profuisset? An q̃a ueloces pedes tibi uideris habuisse ad transeundũ, p̃cisurus es pontem? Exhortos omnes, uox dei oẽs hortatur, sustinentes inuicẽ in dilectione. Separabo me, inq̃t aliquis, cũ paucis bonis, cũ illis mihi bene erit. Nã nulli prodesse impiũ & crudele est, Nonne hoc docuit dñs meus? Nõ. n. dãnauit seruũ qui interuertit quod accepit, sed qui nõ erogauit. Intelligatur pęna

Matt. 25. interuersoris ex pœna pigri. Serue nequã & piger ait dñs damnans, Nõ ait, interuertisti pecuniã meam: non ait, Dedi tibi, & nõ mihi quod dedi integrum reddidisti: quia non creuit, quia non erogasti, inde inquit, te puniam. Auarus est deus salutis nr̃æ. Ergo L separabo me, inquit, cum paucis bonis. Quid mihi est rationẽ habere cũ turbis? Bene, Pauci ipsi boni, de q̃bus turbis sunt eliquati: Si tamẽ iam ipsi pauci homines boni, tñ bona cogitatio humana laudabilis, esse cũ talib⁹ qui elegerunt uitã quietam, remoti à strepitu populari, a turbis inquietis, à magnis fluctib⁹ seculi, tanq̃ in portu sunt. Iã ergo ibi gaudium illud? Iam ibi iubilatio illa q̃ promittitur? Nondũ, sed adhuc gemitus, adhuc sollicitudo tentationũ. Habet. n. aliunde & portus aditũ. Si nulla ex parte haberet, nulla in eũ nauis intraret. Oportet ergo ut ex aliqua parte pateat. Aliq̃n aũt per eam partẽ qua patet, uẽtus irruit, & ubi scopuli non sunt, naues se inuicẽ collisæ cõfringunt. Vbi ergo securitas, si nec in portu? Et tamẽ utcunq; fœliciores in portu q̃ in pelago, fatendũ est, concedendũ est, uerũ est: tamẽ si naues in portu bene sibi applicent, nõ sibi colliduntur. Seruetur ibi parilitas æquabilitatis, cõstantia charitatis, & q̃n forte uẽtus ex illa parte qua patet irruerit, sit ibi cauta gubernatio. Nã quid dictu- M rus est mihi q̃squis talibus locis forte pręest, imò seruit fratrib⁹ in his q̃ monasteria dicuntur? q̃d dicturus est? Cautus ero, nullum malum admittã. Q̃uo nullum malũ admittes? Nullum hominẽ malum, nullum fratrẽ malum intrantẽ admissurus sum, cũ paucis bonis bene mihi erit. Vbi cognoscis, quẽ forte uis excludere? Vt cognoscatur malus intus probandus est. Q̃uo ergo excludis intraturũ, q postea probandus est, & probari nisi intrauerit nõ potest? Repelles omnes malos? Dicis. n. & nosti inspicere, Oẽs nudis cordib⁹ ad te ueniunt, q intraturi sunt? Ipsi se nõ nouerunt, quanto minus tu? Multi. n sibi promiserunt quod impleturi essent illam uitam sanctam, in cõmune habentem omnia, ubi nemo dicit

Act. 2. & 14. aliquid suũ, quibus est una anima, & cor unum in deum, missi sunt in fornacem, & crepuerunt. Q̃uo ergo cognoscis eum qui sibi adhuc ignotus est? Excludes malos fratres a conuentu bonorũ. De corde tuo quisquis ista dicis, omnes malas cogitationes si potes à te exclude, Nõ intret in cor tuum uel mala suggestio. Nõ cõsentio, inquis, sed intrauit tamẽ ut suggereretur. Nã omnes munita corda habere uolumus, ut nihil intret quod male suggerat. Vnde autẽ

A intret qs nouit? Et pugnamus quotidie in uno corde nr̄o, Vnus homo in corde suo cum turba luctatur. Suggerit auaritia, suggerit libido, suggerit uoracitas, suggerit lætitia ista popularis, oĩa suggerunt, ab oĩbus se continet, oĩbus respondet, & ab omnibus auersatur, difficile est ut non ab aliqua feriat. Vbi ergo securitas? Hic nusquã, in ista uita nusquã, nisi in sola spe promissoꝝ dei. Ibi autem cum illuc peruenerimus, perfecta securitas, cũ claudunt portæ, & confirmātur uectes portarũ Hierusalẽ, ibi ue re plena iubilatio & magnũ gaudium. Modo autẽ
Eccli.11. ne securus laudes quamlibet uitã, ante mortem ne laudes hoiem quẽquam. Hinc aũt falluntur hoies, ut uel non suscipiant meliorem uitã, uel temere aggrediantur, qa & cum laudare uolunt, sic laudant, ut non ibi dicant mala q̃ mixta sunt: ut & q uitupe rare uolunt tã inuido aio & peruerso uituperãt, ut claudant oculos aduersus bona, & sola mala q̃ ibi uel sunt uel putant exaggerent. Inde fit ut unaquæque ꝓfessio male laudata .i. nõ caute laudata, cum inuitauerit hoies laude sua, inueniant illi qui illuc ueniunt aliquos quales ibi esse nõ credebant, & of
B fensi à malis, resiliant a bonis. Fratres disciplinam istam ad uitã uestram cõferte, & sic audite ut uiuatis. Laudatur, ut gñaliter dicã, Ecclesia dei magni hoies Christiani, soli xp̄iani, magna Ecclesia catholica, diligunt se oẽs, impendunt sibi quisq̃ qđ possunt, oĩonibus, ieiuniis, hymnis uacatur per totum orbem terrarum, una confessione † pacis laudatur
† al. consensione. deus: Audit forte q nescit tacitum esse de cõmixtis malis, uenit laude inuitatus, inuenit cõmixtos malos, q non illi ꝑdicti sunt, anteq̃ ueniret, offenditur à falsis xp̄ianis, refugit à ueris xp̄ianis. Rursus odio si maledici, irruunt in uituperationẽ. Quales xp̄iani? Qui Christiani? Auari, fœneratores. Nonne ipsi sunt q theatra & amphitheatra implent p ludos & per alia spectacula, q implent Ecclesias per dies festos? Ebriosi, uoraces, iuidi, infectatores alterutrũ: Sunt tales, sed nõ sunt soli tales. Et iste uituperator cæco aio tacet bonos, & ille laudator incauto aio tacet malos. Si aũt sic laudamus in hoc tpe Ecclesiam dei, quõ laudant scripturæ dei: ecce quomodo nunc dixi, Sicut lilium in medio spinarum, sic
Canti.2. C ꝓxima mea in medio filiarum: audit homo, considerat, placet illi liliũ, intrat, adhæret lilio, tolerat spinas, merebitur esse in laude & in oculis sponsi, qui dicit, Sicut liliũ in medio spinarum, sic ꝓxima mea in medio filiarũ. Ita & in clericis. Laudatores clericorum intendunt ibi bonos ministros, fideles dispensatores, oĩum toleratores, uiscera sua impendẽ
Philip.2. tes his quos uolunt ꝓficere, nõ q̃rentes q̃ sua sunt, sed quæ Iesu xp̄i: Laudant hæc, obliuiscuntur, quia mixti sunt malis. Rursus q reprehendũt auaritiam clericoꝝ, improbitates clericorum, lites clericorũ, appetentes res alienas, ebriosos, uoraces, iactantes, & tu inuide uituperas, & tu incaute laudas. Tu qui landas, dic mixtos malos: tu q uituperas, uide ibi & bonos. Sic & in illa uita cõi fratrum quæ est in monasterio, magni uiri sancti, quotidie in hymnis, in oĩonibus, in laudibus dei, inde uiuunt. Cũ lectione illis res est. Laborãt manibus suis, inde se transigunt, nõ auare aliqđ petunt, Quicqđ eis infertur à piis fratribus, cũ sufficientia & cũ charitate utunt, Nemo sibi usurpat aliqđ qđ alter non habeat. Oẽs se diligunt, oẽs inuicem se sustinent. Laudat qui ne

scit qđ interius agat, q nescit quõ illo uento intran- D
te etiam naues in portu colliduntur. Intrat quasi securitatem sperans, neminem quem toleret habiturus, inuenit ibi fratres malos, q mali inueniri non possent, nisi admitterentur, Et necesse est, ut primo tolerentur, ne forte [non] corrigantur, Nec excludi facile possunt, nisi prius fuerint tolerati, & fit ipse intolerandæ patientię. Quis me hic q̃rebat? Ego putabã qa charitas esset hic. Et paucoꝝ hoium molestia irritatus, dum non pseuerauerit implere quod uouit, fit desertor tam sancti propositi, & reus uoti non redditi Iam uero cũ inde exierit, fit & ipse uituperator & maledicus, & dicit ea sola q̃ quasi se pati non potuisse asseuerat, & aliqñ uera, Sed uera mala maloꝝ tolerãda sunt pp societatem bonorum, Dicit illi scriptura, Væ his q perdiderunt sustinentiã, *Eccli.2.*
Et quod est amplius, ructat indignationes maloꝝ odorem, unde absterreat intraturos, qa ipse cũ intrasset, perdurare non potuit. Quales illi? Inuidi, litigatores, neminẽ sustinentes, auari, Ille illud ibi fecit, & ille illud ibi fecit. O male, quare taces bonos? Quos tolerare non potuisti, iactas: q te malum tolerauerũt, taces. Merito illud frẽs charissimi magni E
ficum in dñi Euãgelio ex ore dñi, Duo in agro, unus assumet, & unus relinquetur. Duæ in molendino, una assumet, & una relinquetur. Duo in lecto, unus assumetur, & unus relinquet. Qui sunt duo in *Mat. 24.*
agro? Quod dicit Apl's, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deꝰ incrementũ dedit. Dei agricultura estis, *1.Cor. 3.*
In agro laboramus. Duo in agro, clerici sunt, Vnus assumetur & unus relinquet. Assumetur bonus, relinquetur malus. In molẽdino duæ, ad plebes retulit. Quare in molendino? Quia deuinctę in seculo circuitu rerum tpalium, tanquã mola detinentur, Et inde una assumetur, & una relinquetur. Quę inde assumetur? Faciẽs opa bona, attendens indigentiam seruoꝝ dei, indigentiã pauperũ, in confessione fidelis, in lętitia spei certa, uigilans ad deũ, nulli imprecans mala, diligens quantũ potest, nõ solum amicos, sed et inimicos, ꝓter uxorẽ suam non sciẽs aliquã, præter maritum suum non sciens aliquem. *Mat. 24. In expositione psa. 36. Tra. 1*
Assumetur & de molẽdino, Quæ autẽ aliter fuerit, relinquetur Alii aũt dñt, Quietem uolumus, neminem uolumus pati, remouemus nos à turbis, bene F
erit nobis in quadã securitate. Si qetem q̃ris, quasi lectũ q̃ris, ut sine aliqua solicitudine reqescas, Et inde unus assumetur, & unus relinquetur. Nemo nos fallat frẽs, si nõ uultis falli, & uultis amare frẽs, scitote oẽm ꝓfessionem in Ecclesia habere fictos. Nõ dixi oẽm hominem esse fictum, sed oẽm professionem habere fictas personas. Sunt xp̄iani mali, sed sunt & boni. Quasi plures malos uides, quia palea sunt, & te ad grana peruenire non permittunt. Sũt *Matth.3.*
ibi & grana, accede, tenta, excute, adhibe oris iudicium. Inuenis sanctimoniales indisciplinatas, Nun quid ideo sanctimoniũ reprehendendũ est? Multæ *1.Timo.5*
non stant in domibꝰ suis, circũeunt domos alienas curiose agentes, loquẽtes q̃ non oportet, superbæ, linguatæ, ebriosæ. Et si uirgines sunt, qđ ꝓdest integra caro, mente corrupta? Melius est humile coniugium, q̃ superba uirginitas. Si.n. nuberet, nõ haberet nomen unde extolleretur, & haberet frenũ quo regeretur Sed nunqđ propter uirgines malas damnaturi sumus & sanctas & corpore & spiritu? Aut *Supra psal.75.*
propter istas laudabiles, etiã illas improbãdas lau *1.Cor. 7.*

G dare cogemur? Vndiq; unus assumet, & unus relinquetur. Ergo frẽs finiamus Psalmum, quia planus est. Seruite dño in iocunditate. Vos alloquutur, qui cunq; in charitate oia toleratis, & spe gaudetis. Seruite dño, non in amaritudine murmurationis, sed in iocũditate dilectionis. Intrate in cõspectu eius, in exultatione.) Facile est exultare foris, in conspectu dei exulta, Nõ ualde lingua exultet, sed conscia exultet. Intrate in cõspectu eius in exultatione. Scitote q̃m dominus ipse est deus.) Quis nescit Quoniam dñs ipse est deus? Sed de domino dicit, quem non putabant homines deũ. Scitote q̃m dominus ipse est deus. Dominus ille non uobis uilescat, quẽ crucifixistis, flagellastis, sputis illinistis, spinis coronastis, ueste ignominiosa uestistis, in ligno suspendistis, clauis confixistis, lancea percussistis, custodes ad sepulchrum posuistis, Ipse est deus. Scitote q̃m dominus ipse est deus. Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos.) Ipse fecit nos, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quid est quod exultatis? Quid est quod superbitis? Alius uos fecit. Et q uos fecit, ipse à uobis patitur. Sed uos sic uos iactatis & H gloriamini & extollitis, quasi à uobismetipsis facti sitis. Bonũ est uobis ut q fecit uos, pficiat uos. Ipse fecit nos, & nõ ipsi nos. Non debemus supbire, Totum bonũ qd habemus, ab artifice nr̃o habemus: Quod in nobis nos fecimus inde dãnamur: quod in nobis ille fecit, inde coronamur, Ipse fecit uos & non ipsi nos. Nos autem ppls eius, & oues pascuæ eius.) Oues & ouis, ipsæ oues una ouis est. Quàm amantissimũ nr̃i pastorẽ habemus? Dimisit nonagintanouem, descendit q̃rere unam, reportat in humeris suis redemptã sanguine suo. Securus mortuus est pastor pro oue, q resurgens possidet ouem. Nos autem ppls eius, & oues pascuæ eius. Intrate portas eius in cõfessione.) In portis initiũ est, A confessione incipite, Inde Psalmũ in confessione ibi iubilate. Confitemini uos non factos à uobis, laudate eũ à quo facti estis. Ab illo sit bonũ tuũ, à quo recedens fecisti malũ tuũ. Intrate in portas eius in cõfessione. Intret grex in portas, non foris remaneat ad lupos. Et quo intret? In confessione. Porta. i. initiũ, I confessio tibi sit. Vnde in alio Psalmo dr̃, Incipite dño in confessione. Quod illic dicit, incipite, hoc appellauit hic portas. Intrate portas eius in confessione. Et qd? Cũ iam intrauerimus, non confitebimur? Semp confitere, semp habes quod cõfitearis. Difficile est in hac uita, ut sic homo mutet, ut nihil inueniat in eo qd reprehẽdat. Opus ẽ ut tu te reprehendas, ne ille reprehẽdat q dãnaturus ẽ. Ergo cũ intraueris in atria confitere. Qñ non erit confessio peccator? In illa requie, in illa æqualitate angelorum. Sed uidete qd dixerim, Non erit confessio peccatorum. Non dixi, non erit confessio, erit. n. confessio laudis. Semper confiteberis illum deum, te creaturam: Illum ,ptectorem, te protectum. In illo quodammodo absconditus eris, sicut dictũ est, Abscõdes eos in abscondito uultus tui. In atria eius in hymnis confessionũ confitemini ei.) In portis cõfitemini, & in atria cũ intraueritis cõfitemini in hymnis. Hymni laudes sunt. Qñ intras te reprehẽde, cũ intraueris illũ lauda. Aperite mihi portas iustitiæ, dicit in alio Psalmo, ingrediẽs in eas cõfitear dño. Nunqd dixit, cum ingressus fuero iam non confitebor? Etiam ingressus confitebitur. Quæ. n. peccata confitebatur dñs noster Iesus Christus quãdo ait, K Confitebor tibi pater dñe cœli & terræ. Illum laudans confitebatur, non se accusans. Laudate nomen eius, q̃m suauis est dñs.) Nolite putare qa deficitis in laudando. Laudatio uestra quasi manducatio erit. Quantum laudatis, tm̃ uires acqritis, & tm̃ dulcescit quem laudatis. Laudate nomen eius q̃m suauis est dominus. In ęternũ misericordia eius.) Non. n. cum te liberauerit desinet esse misericors, Et ut protegat semper in ęternam uitam, misericordiæ eius est. In ęternum ergo misericordia eius. Et usq; in generationem & generationẽ ueritas eius.) Aut omnem generationem accipe quod dictũ est in generationem & generationẽ, aut in duabus generationibus, unam terrenam, alteram cœlestem. Hæc est gñatio una quæ parit mortales, altera quæ parit æternos. Veritas eius & hic est & ibi. Noli putare qa hic non est ueritas eius. Si non hic esset ueritas eius, nõ diceret in alio Psalmo, Veritas de terra orta est: Nec ipsa ueritas diceret, Ecce ego uobiscũ sum usque in consummationem seculi.

Matt. 27. | Matt. 27. | Ioan. 1. | Luc. 15. | Psal. 146. | Psal. 30. | Psal. 117. | Matt. 11. | Psal. 84 | Matt. 28.

In Psalmum centesimum Enarratio.

L P Salmus iste centesimus quod habet in primo uersũ, hoc in toto corpore eius quęrere debemus. Misericordiam & iudicium cãtabo tibi dñe.) Nemo sibi ad impunitatem blãdiatur de misericordia dei, qa est iudicium, Et nemo in melius commutatus exhorreat iudicium dei, qa præcedit misericordia dei. Homines. n. quando iudicant aliqñ uicti misericordia faciunt contra iustitiam, & uidetur in eis esse misericordia, & non esse iudicium, aliqñ uero rigidum uolentes tenere iudicium, perdunt misericordiam. Deus aũt nec in bonitate misericordiæ perdit iudicij seueritatem, nec in iudicando cum seueritate amittit misericordiæ bonitatem. Ecce si temporibus distinguamus hæc duo, misericordiam & iudicium: forte. n. non sine causa ipso ordine posita sunt, ut non diceret iudicium & misericordiam, sed misericordiam & iudicium. Si ergo per tpa distinguamus hęc duo, forte inuenimus modo tempus esse misericordiæ, futurum autem tempus iudicij. Quõ est primo tempus misericordię? Primo in deo consydera, ut & tu quã M tum ipse tibi donauerit imiteris patrem. Neq; n arroganter dicimus patrem nostrum nos debere imitari, qñquidem dominus ipse unicus dei filius ad hoc nos hortatur dicens, Estote sicut pater uester cœlestis, Cũ diceret, Diligite inimicos uestros, orate pro eis qui uos persequuntur, ut sitis, inquit, filij patris uestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Ecce misericordia. Qñ uides iustos & iniquos eundem solem intueri, eãdem lucem capere, eosdem fontes bibere, eadẽ pluuia saginari, ijsdem fructibus terræ repleri, sic aerem istum ducere, habere æqualiter bona mundi, noli putare iniustũ esse deum q dat ista æqualiter iustis & iniustis. Misericordiæ tps est, nõdum iudicij. Nisi. n. primo deus per misericordiam parceret, nõ inueniret quos per iudicium coronaret. Est ergo misericordiæ tps, q̃n patientia dei ad pœnitentiam adducit peccantes. Audi Apostolum dicentem utrunq; tẽpus, & distingue & tu. Existimas autem, inquit, ò homo q iudicas eos qui faciunt ea & eadem agis, q̃m tu effugies iudiciũ dei? Intendite, Videbat enim se, Sed cui hoc

Matt. 5. | Rom. 2.

A dicit? Non.n.uni homini dicit, sed gñi humano: talia dicebat se cõmittere multa mala quotidie, & tñ uiuer, nihil mali sibi cõtingere, & putabat aut dormire deum, aut res humanas non attendere, aut amare facta hoium mala, Tollit istã cogitationẽ de corde, sed bñ intelligentibus. Quid ergo ait? Existimas ô homo q iudicas eos q talia agunt & facis ea, qm tu effugies iudiciũ dei? Et quasi diceret, quare facio tanta mala quotidie, & nihil mali mihi cõtingit? secutus ostendit illi tps misericordiæ. An diuitias benignitatis & patiẽtiæ & lõganimitatis ei⁹ cõtemnis? Et uere quia hoc contẽnebat, sed fecit illũ solicitum, Ignoras, inqt, qm benignitas dei ad pœnitẽtiam te adducit? Ecce tps misericordiæ. Ne aũt hoc ille semper putaret futurum, qũo secutus eum terruit? Tu autem, iam tps iudicij audisti, audi tps misericordię. Propter misericordiam & iudiciũ cãtabo tibi dñe. Tu autem, inquit, secundum duritiã cordis tui & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, q reddet unicuiq; secundum opera sua. Ecce misericordiam & iudicium cãtabo tibi dñe. Sed minatus est de iu-

Rom. 2.

Ibidem

B dicio. Nunqd ideo iudiciũ dei tantũmodo formidandum est, & nõ amandũ? Formidandũ malis pp pœnam, amandum bonis pp coronam, Quia ergo terruit malos Apls in hoc testimonio qd' commemoraui, audi ubi spem dat bonis de iudicio, Seipm ponit, & dicit & ondit & ipse in se tps misericordię, qa nisi & ipse inueniret tps misericordiæ, qualẽ illum inueniret in iudicio? Blasphemũ, persecutorem, iniuriosum. Sic enim dicit & commendat tps misericordiæ in quo modò sumus. Qui prius fui, inquit, blasphemus & psecutor & iniuriosus, sed misericordiam cõsecutus sum. Sed forte ipse solus consecut⁹ est misericordiam? Audi qũo nos erigat. Vt in me, inquit, oñderet xps Iesus oẽm longanimitatem ad informationem eoꝝ qui credituri sunt illi in uitam æternam. Quid est, ut in me oñderet oẽm longanimitatẽ? Vt unusquisq; peccator & sceleratus uideret, quia Paulus accepit ueniam, & nõ de se desperaret. Ecce oñdit se, erexit & alios. Vbi? In tpe misericordiæ. Audi in tpe iudicij qd dicat de bonis, Iterũ dicens de se & de alijs, primo misericordiam consecutus est. Quare? Quia fuit blasphemus & psecutor

1. Tim. 1.

Ibid.

C & iniuriosus. Venit dñs ut donaret Paulo, non ut redderet. Nã si reddere uellet, qd inueniret qd' redderet peccatori, nisi pœnã & suppliciũ? Noluit reddere pœnã, sed donauit grãm. Audi quia ille cui donauit, tenet dñm etiã debitorem. Inuenit eum donatorem tpe misericordiæ, tenet debitorẽ tpe iudicij. Qũo hoc dicit, uidete. Ego enim iam immolor dixit, & tps resolutionis meæ proximum est. Bonũ certamen certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui. Hoc tpe misericordiæ, audi de iudicio, De cætero superest mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Nõ dixit donat, sed reddet. Qñ donabat misericors erat, qñ reddet iudex erit, quia misericordiã & iudiciũ cãtabo tibi dñe. Sed donãdo delicta fecit se debitorem coronæ, ibi misericordiam cõsecutus sum. Misericors ergo dñs primo, hic aũt reddet mihi coronã iustitiæ. Vnde reddet? Quia iust⁹ iudex ẽ. Quare iust⁹ iudex? Quia bonũ certamẽ certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui. Ideo iustus nõ põt nisi coronare ista, Inuenit enim ista q̃ coronaret. Antea uero quid inuenerat,

2. Tim. 4.

qui prius fui blasphemus & psecutor? Ista donauit, illa coronauit. Donauit hęc tpe misericordiæ, coronauit illa tpe iudicij, quia misericordiam & iudiciũ cantabo tibi dñe. Sed nunqd solus Paulus hoc meruit? Hoc.n. dixerã qũo in illo testimonio terruit, sic in isto erexit. Cum dixisset, Reddet mihi in illo die iustus iudex, non solum mihi, inqt, sed omnib⁹ qui diligunt manifestationem & regnũ eius. Ergo fratres qm habemus tps misericordiæ, non nobis blandiamur, nõ nos dimittamus, nõ dicamus, sem per parcit de⁹, Ecce feci heri, & pepcit deus facio & hodie, & parcit de⁹: faciã & cras, qa parcit deus. Attendis ad misericordiã, & non times iudiciũ. Si uis cantare misericordiã, & iudiciũ intellige, qa iõ parcit ut corrigaris, non ut in malignitate permaneas. Noli tibi thesaurizare irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qa tps misericordiæ in alio Psalmo dicit. Peccatori aũt dicit de⁹, Vt qd tu enarras iustificatiões meas, & assumis testm meum per os tuũ? Tu uero odisti disciplinã meam, & abiecisti sermones meos post te. Si uidebas furẽ, currebas cũ eo, & cũ mœchis portionẽ tuã ponebas. Sedẽs aduersus

D

1. Tim. 3.

2. Tim. 4.

Rom. 2.

Psal. 49.

E fratrẽ tuũ detrahebas, & aduersus filiũ matris tui ponebas scandalũ. Hęc fecisti & tacui. Vide tps misericordiæ. Quid est tacui? Nunqd nõ corripui? Sed nõ iudicaui. Qũo enim tacet qui quotidie clamat in scripturis, in Euãgelio, in pdicatorib⁹ suis? Tacui à supplicio, nõ à uerbo. Hęc fecisti & tacui. Et quia tacuit de⁹. i. nõ uindicauit, quid sibi dixit in corde suo pctõr? Audi. Suspicat⁹ es, inqt, iniquitatẽ q. ero tibi similis: id est, parũ est quia tu talis eras, & me talem putabas. Et cum oñdisset illi tps misericordiæ, terruit dẽ tpe iudicij. Arguã te & statuam te ante faciẽ tuã. Tu te ponis post te, ego te ponam ante te. Ois enim qui non uult uidere peccata sua, post dorsum se ponit, & alioꝝ peccata acute attẽdit, nõ p diligẽtiã, sed p inuidentiã, nõ uolens sanare sed accusare, se aũt obliuiscit. Vnde talib⁹ dñs dicit, Stipulam in oculo fratris tui uides, & trabem in oculo tuo non cõsyderas? Quia ergo misericordia & iudiciũ cãtatur nobis, & nos faciẽtes misericordiã securi expectemus iudiciũ, & simus in corpore ipsi⁹, & nos cãtemus eam. Cantat.n. hoc xps, id est, si solũ caput cantat, à dño est canticũ hoc, ad nos non pertinet. Si aũt totus xps, id est, caput & corpus eius, esto in mẽbris eius, adhære illi p fidẽ & per spem & p charitatẽ, & in illo cãta, in illo exulta, qa & ipse in te laborat, in te sitit, in te esurit & tribulat. Ille in te adhuc morit, & tu in illo iã resurrexisti. Nã si in te nõ moreret, nollet in te sibi parci à psecutore, cũ diceret, Saule Saule qd me psequeris? Ergo frẽs mei xps cantat. Sed qũo nostis? xpm assidue commendauimus uobis, & scio quia rudia uobis non sunt, Dñs xps uerbũ est dei per quod facta sunt omnia. Hoc uerbum ut redimeret nos, caro factum est, & habitauit in nobis, factus est homo deus super oia, fili⁹ dei æqualis patri. Ad hoc homo factus est, ut deus homo mediator esset inter hoies & deum, & recõciliaret lõge positos, & cõiungeret separatos, & reuocaret alienatos, & reduceret peregrinos, ad hoc factus ẽ homo. Factus est ergo caput Ecclię, habet corp⁹ & mẽbra. Quęre mẽbra ipsius. Modo gemũt p uniuersum orbem terrarum, tunc lętabunt in fine in corona iustitiæ, de qua dicit Paulus, Quã reddet mihi dñs in illo die iust⁹ iudex. Et modo ergo

Supra psal. 93.

Mat. 7.

F

Act. 9.

Ioan. 1.

2. Tim. 4.

G cantemus in spe, oēs in unum collecti. Xpm enim induti xps sumus cum capite nřo, quia utiq; Abrahæ semen sumus. Apls hoc dicit: Quia dixi xps sumus. Apostolus ait, ergo Abrahæ semen estis secundum promissionem hæredes, Abrahæ semen estis.

Gal 3.

Gene.12. Videamus si semen Abrahæ est xps, In semine tuo bñdicentur oēs gentes. Non dixit in seminib' tanquā in multis, sed tanquā in uno, & semini tuo, qd' est xps. Et nobis dicit, Ergo semen Abrahę estis. Manifestum est quia ad xpm pertinemus. Et qa membra eius & corpus eius sumus, cum capite nřo un' homo sumus. Cantemus ergo, misericordiam & iudicium cātabo tibi dñe. Psallam & intelligam in uia immaculata qñ uenies ad me.) Nisi in uia immaculata non potes psallere nec intelligere. Si uis intelligere in uia immaculata psalle, id est, operare in hilaritate deo tuo. Quę est uia immaculata? Audi sequentia, Deambulabam in innocētia cordis mei, in medio domus meæ.) Hæc uia immaculata ab innocentia cœpit, in ipsa etiam pueritur. Quid quæris multa uerba? Innocens esto, & perfecisti iustitiam. Sed quid est esse innocentem? Duob' enim

H modis nocet homo quantum in ipso est, aut faciendo miserum, aut deserendo miserum: quia & tu nō uis ab alio fieri miser, & nō uis deseri ab alio si miser fueris. Qui est ille q facit miseros? Qui infert uiolentias uel insidias, rapit res alienas, opprimit pauperes, furaf, coniugia aliena solicitat, cōtumeliosus est, & calūniosos est, uult inferre dñs unde doleant studio maleuolentiæ. Quis est qui deserit miseros? Qui uidet inopē aliquo auxilio egentē, & cum habeat qūo præstet, contemnit, despicit, alienat cor suum. Quòd si iam oi no talis esset, ut nō opus haberet aliqua misericordia, supbus esset si desereret miserū. Adhuc in tribulatione carnis cōstitutus ē, nesciēs quid sibi posit cras accidere, & despicit lachrymas miseros, non est innocēs. Sed qs est innocēs? Qui cū alijs nō nocet, nec sibi nocet. Qui n. & sibi nocet, nō est innocēs. Ait aliqs, Ecce nō tuli alicui, nec psi aliquē, de re mea, de iusto labore meo bñ mihi faciā, cōuiuium apparatum habere uolo, erogare uolo quantū me delectat, bibere cū qb'uolo, quātū me delectat. Cui aliqd tuli? Quem pressi? Quis de me questus est? Innocēs uidet. Sed si seipm

I corrūpit, si templum dei in se euertit, qd expectas, ut in alio faciat misericordiā, & parcat miseris? Qui in seipm crudelis est, esse in alio misericors pōt? Tota ergo iustitia ad unum uerbū innocētiæ redigit.

Psal.10 Qui autē diligit iniquitatem, odit animam suam, Qñ amabat iniquitatem, putabat q alijs nocebat. Sed uide si alijs nocet: q diligit iniquitatē, odit animam suam. Sibi ergo prius nocet qui uult alijs nocere: nec deambulat, qa non est ubi angustias non patitur, Arta ois malitia, sola innocētia lata est. Vbi deambulabat? Deambulabam in innocētia cordis mei, in medio domus meæ. Mediū dom' suæ, aut ipsam Ecclesiā dicit, xps enim i ea deambulabat, aut cor suum: domus enim nřa interior, cor nřm est, ut hoc exposuerit quod superius dixit, In innocentia cordis mei. Quæ est innocētia cordis sui? Medium domus suæ Hanc domū quisquis habet malā, pellitur ab illa foris. Quisquis. n. in corde premif mala conscientia, qūo quisqs ab stillicidio exit de domo sua, aut a fumo, nō ibi se patitur habitare: sic q non habet quietū cor, habitare in corde suo libenter nō pōt. Tales foras exeūt à seipsis animi intētione, & de his q foris sunt circa corpus delectantur, quietem in nugis, in spectaculis, in luxurijs, in oib' malis qrunt. Quare foris uolurunt sibi bene esse? Quia nō est illis intus bñ, unde gaudeant in cōsciē- K

Mar.2 tia sua. Ideo dñs cum sanasset paralyticum, ait, Tolle grabatum tuum & uade in domū tuam. Faciat illud aia q quasi paralysi dissoluta est, in membris bonæ opationis constringaf, ut bene operef. Tollat grabatum suum, regat cor suum: sic eat in domū suā, intret in conscientiā suam, iam latam inueniet ubi deambulet, & psallat & intelligat. Nō proponebā ante oculos meos rē malā.) Qujd est, Nō proponebā ante oculos meos rē malā? Nō diligebā. Solet. n. dici quod nostis de homine qui ab aliquo diligitur, Ante oculos illū habet: & ille qui contemnitur sic solet qri, Nō me habet ante oculos. Quid ergo est, ante oculos habere? Diligere. Quid est nō diligere? Nō ibi corde habitare. Dixit ergo, nō ppone bā ante oculos meos rē malam, non diligebam rē malam. Et exponit ipsam rē malam. Facientes pręuaricationes odio habui.) Intēdite frēs mei, Si deambuletis cum xpo in medio domus eius, id est, si

L uel in corde uestro bene requiescitis, uel in ipsa Ecclesia bonū iter carpitis i uia imaculata, nō eos tm̄ qui foris sunt debetis odisse præuaricatores, sed & quoscūq; intus inueneritis. Qui sunt p̄uaricatores? Qui oderūt legē dei, q audiunt illam & nō faciūt, præuaricatores dicuntur. Facientes pręuaricationē odio habe, repelle illos à te. Sed odire debes p̄uaricatores, non hoies. Vnus homo p̄uaricator, uidete quia duo noia habet, homo & p̄uaricator. Hominē deus fecit præuaricatorem ipse homo se fecit. Ama in illo qd' deus fecit, psequere in illo quod ipse sibi fecit. Cum. n. persecutus fueris præuaricatorem ei' occidis quod hō fecit, & liberatur quod deus fecit. Facientes præuaricationē odio habui. Non adhæsit mihi cor prauū. Quid est cor prauū? Cor tortū. Quod est cor tortū? Cor non rectū. Quod est cor non rectum? Vide qd' est cor rectum, & ibi inuenis quod est cor non rectū. Rectum cor dicitur hois, quia omnia q uult deus ipse uult Intēdite, Orat aliquis, ut nescio quid nō eueniat, orat, & nō prohibetur. Petat quantū potest, sed cōtra uoluntatē ipsi' euenit aliqd, subiungat se uoluntati dei, nō resistat uolūtati magnæ: quia & ipse dñs sic illud exponit, ostendens infirmitatē nřam in se qñ passurus erat, ait, Tristis est anima mea usq; ad mortem. Non. n. uere ille timebat mortem, q in potestate habebat ponendi animam suam, & in potestate habebat iterum sumēdi eam. Et Paulus Apostolus miles ipsi', seruus ipsi' clamat, Bonū certamē certaui, cursum cōsummaui, fidē seruaui, de cætero reposita ē mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dñs in illo die iustus iudex. Exultat quia moriturus est, & dñs ei' & imperator eius tristis est quia moriturus est? Ergo melior seruus q dñs? Et ubi est quod ait ipse dominus, Sufficit seruo, ut sit sicut dñs eius, sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius? Ecce fortior est Paulus uentura morte, & dominus tristis est? Optabam, inquit, dissolui, & esse cum Christo. Gaudet quia dissoluitur, ut sit cum Christo: & ipse Christ' tristis est, cum quo iste futurum se esse lætatur? Sed quid erat illa uox, nisi sonus infirmitatis nostræ? Multi adhuc infirmi cōtristantur futura morte, sed

23. q. 4. c. Duo.

M

Mat.26

Ioan.10.

2. Tim.4

Mat.10

Philip.1.

A habeant rectũ cor, uitent mortẽ quantũ possunt:
sed si non possunt dicant quod ipse dñs non pp se,
Matt.26. sed pp nos dixit. Quid enim dixit? Pater si fieri po-
test transeat a me calix iste. Ecce habes uoluntatem
humanã expressam: uide iam rectũ cor, Verum nõ
qd ego uolo, sed qd tu uis pater. Si ergo cor rectum
sequitur deũ, prauũ cor resistit deo. Aliquid illi cõ-
tingat aduersum, clamat, Deus qd tibi feci? Quid cõ-
misi? Quid peccaui? Se iustũ uult uideri, deum iniu
stum. Quid tam prauũ? Prauũ est quia tortus est, &
tortã regulã portat. Corrige te, & inuenies rectum,
à quo te deprauasti. Ille iustus, tu iniustus: & ideo p-
uersus es, quia hoiem iustum dicis, & deũ iniustũ.
Quem hoiem iustum dicis? Teipsum. Qñ enim di-
cis, quid tibi feci, iustũ te putas. Sed respõdeat tibi
deus, Verum dicis, mihi nihil fecisti, oia enim tibi
fecisti. Si.n. mihi aliqd fecisses, bonũ fecisses. Quic-
quid enim bene fit, mihi fit, quia ex præcepto meo
fit. Quicquid aũt mali fit, tibi fit, nõ mihi fit: quia
nõ facit malus aliqd nisi sibi, qa hoc nõ ego iubeo.
Tales qñ uideritis fratres corripite, arguite, corrigi-
te. Et si non potestis corripere aut corrigere, nolite
B consentire, ut possitis dicere, Nõ adhæsit mihi cor
prauũ. Cum declinaret à me malignus nõ cogno
scebã.) Quid est, non cognoscebã? Nõ approbabã,
non laudabã, nõ mihi placebat. Cognoscere enim
inuenimus in scripturis aliqñ dici pro eo quod est
placere nobis. Quid n. latet deum fratres? Nunqd
nouit iustos, & nõ nouit iniustos? Quid cogitas qd
ille nesciat? Nõ dico qd facis, sed quid cogitas qd il
le nesciat? Non dico qd cogitas, sed qd cogitaturus
es quod ille antè nõ uiderit? Oia ergo nouit deus: &
tñ in fine, id est, in iudicio post misericordiam de q
busdam dicit, In illa die multi uẽturi sunt & dicẽt,
Mat. 7. Domine dñe in nomine tuo dæmonia eiecimus, in
nomine tuo uirtutes multas fecimus, in nomine tuo
manducauimus & bibimus, & dicã illis, Discedite
à me operarij iniqtatis, nõ noui uos. Ille non nouit
aliquẽ? Sed quid est, nõ noui uos? In regula mea nõ
uos agnosco. Noui.n. regulam iustitiæ meæ, Nõ illi
congruitis, declinastis ab illa, distorti estis. Ideo &
hic dixit, nõ cognoscebã. Cũ declinaret à me mali
gnus, nõ cognoscebã. Quid est, nõ cognoscebã? Nũ
quid forte qa malignus qñ obuiã fit iusto in uico
C angusto dicit sibi qd est scriptum in Sapientia Salo
Sap. 1. monis, Grauis est nobis ẽt ad uidẽdũ, & mutat ui-
am ne uideat quẽ non uult? Sed q̃ multi sunt mali-
gni quos uidemus, & q nos uidẽt, & non solum nõ
a nobis declinãt, sed currunt ad nos, & aliqñ iniq-
tates suas per nos impleri cupiũt, plerunq; se nobis
cõiungunt? Plerunq; nobis contingit. Qũo ergo de
clinant? Declinat a te, qui dissimilis est tibi. Quid
est declinat à te? Nõ te sequitur. Quid est nõ te seq-
tur? Nõ te imitatur. Ergo cũ declinaret à me mali-
gnus, id est, cum mihi dissimilis esset malignus, &
uias meas nollet imitari, nollet sic uiuere malignus
qũo me illi pposui ad imitationẽ, nõ cognoscebã.
Quid est, non cognoscebã? Non qa nesciebam, sed
quia non approbabã. Detrahentem proximo suo
occulte, hunc psequebar.) Ecce persecutor bonus,
non hois, sed peccati. Supbo oculo & insatiabili
corde, huic nõ cõuescebar.) Quid est, nõ cõuesce-
bar? Nõ cũ illo manducabã. Attendat charitas ue-
stra, qa mirũ aliqd audituri estis. Si nõ cõuesceba-
tur cũ illo, non manducabat; uesci.n. manducare
D est. Cur ergo primo ipsum dñm inuenimus mandu
casse cũ superbis, & non cũ publicanis illis & pec-
catoribus? Nã ipsi humiles erant oẽs, cognoscebãt
enim languorẽ suum, & medicũ requirebãt. Cum
ipsis supbis Pharisæis inuenimus illũ manducasse.
Nam supbus quidã inuitauerat illũ, Ipse est cui di-
splicuit qa mulier peccatrix, quæ erat in ciuitate fa
mosa, accessit ad pedes dñi, & ait in corde suo, Hic
Luc. 7. si esset Propheta, sciret q̃ mulier illi accessit ad pe-
des. Quia talis erat mũditia Phariseorũ, ut nemo eos
iniquus tãgeret, Si qs eos immũdus uel modice teti
gisset exhorrebãt, ne quasi immũdos eos faceret ta
ctus immũdus. At ubi peccatrix illa, q̃ erat in ciuita
te famosa, accessit flere ad pedes dñi, ille cum uide-
ret eã dixit in corde suo: Hic si esset Propheta, sciret
quę mulier illi accessit ad pedes. Vnde sciebat quia
xps nesciuit, nisi inde suspicatus est eũ nescisse, quia
eam nõ à se repulit? Quia si ipse esset, repelleret à se.
Dñs autem non solum mulierem illam peccatricẽ
nouerat, sed & illius superbi uulnera medicus insa-
nabilia uidebat. Ait.n. cum audisset cogitantem, ut
ostenderet illum supbum, Simon habeo aliqd tibi
E dicere, Duo debitores erãt cuidã fœneratori, unus ei
debebat quinquaginta denarios, alius quingẽtos,
Cũ nõ haberẽt unde redderẽt, dimisit ambobus.
Quis eũ plus dilexit? Et ille cõtra se dixit sentẽtiã,
extorquẽte sibi cõfessionẽ ueritate: Credo dñe, qa
cui plus donauit. Et cõuersus ad mulierẽ dixit Si-
moni, Vides istã mulierẽ? Intraui in domũ tuam, a-
quã mihi ad pedes non dedisti, ista aũt lachrymis
suis rigauit pedes meos: & cętera q̃ nostis. Nõ opus
est in alijs pp quę ad testimoniũ adhibuimus diu-
tius immorari. Iste Pharisęus supbus erat, conuesce
batur cum illo dñs. Quid est ergo quod ait, Supbo
oculo & insatiabili corde huic non conuescebar?
Quid est, nõ conuescebar? Nõ cũ illo manducabã.
Qũo nobis proponit hęc, qñ ipse non fecit? Ad imi
tationem suam nos hortatur. Videmus eum conui
uatum esse cum superbis, qũo nos prohibet ne cõ-
uiuemur cum eis? Nos quidem fratres pp correptio
nem aliq̃ tenemus nos etiam à fratribus nostris, &
non cum eis conuiuamur ut corrigantur. Cum ex-
traneis potius conuiuamur & cum Paganis, q̃ cum
his q nobiscũ erant & nobis adhærẽt, si uiderimus
eos male uiuere ut erubescãt, & corrigãtur, sicut di
1.Cor.5. cit Apostolus, Si qs non obaudit uerbo nostro, per
Epistolã hunc notate, & nolite cõmisceri cũ eo, &
non ut inimicũ eũ existimetis, sed corripite ut fra-
trem. Facimus hoc plerunq; pp medicinam, & tamẽ
cum extraneis multis & cum impijs sępe uescimur.
Quid est hoc quod ait, Superbo oculo & insatiabi
li corde, huic nõ cõuescebar? Habet epulas suas cor
pium, habet epulas suas cor superbum. Nam pp ci-
bos ipsos cordis supbi, ideo dixit, insatiabili corde.
Cor superbũ unde pascit? Si supbus est, inuidus est,
aliter esse nõ potest. Supbia mater inuidẽtię est, nõ
potest nisi generare hanc, & cũ illa semper esse. Ois
ergo supbus, inuidus est: & si inuidus est, malis alie
Gala. 5. nis pascitur. Vnde dicit Apls, Si mordetis & come-
ditis inuicem, uidete ne ab inuicem consumamini.
Videtis ergo comedẽtes, nolite his conuesci, fugite
tale conuiuium. Neq.n. se satiant gaudendo de ma
lis alienis, qa insatiabili corde sunt. Caue ne capia-
ris in epulis eorũ laqueo diaboli. Cibis talibus pasce
bantur Iudęi quando crucifixerunt dñm. Sed quia

G pascebantur tanquam de pœna dñi, nam & nos de
cruce dñi pascimur, quia corpus ipsius mãducam⁹,
Dicebant.n.cum uiderent eum pendentẽ in cruce
Mat.27 insultãtes, qa insatiabiles corde erãt, Dicebãt ergo,
Si filius dei est, descẽdat de cruce, alios saluauit, se
saluare nõ potest Pascebãtur cibo crudelitatis suę,
Luc.23. & ille pascebat cibo misericordię suę. Pater, inquit,
ignosce illis, qa nesciũt qd faciũt. Illi ergo habebãt
alias epulas, ille alias. Sed qd dictũ sit de mẽsa sup-
Psal.69 borũ, audite, Fiat mẽsa eorũ corã ipsis in muscipu-
lam, & in retributionẽ & in scãdalũ. Pasti sunt, ca-
pti sunt. Qũo.n. aues ad muscipulam, aut pisces ad
hamũ nõ pascuntur, sed capiũtur, sic & ipsi. Habẽt
ergo impij epulas suas, habet & pij epulas suas. Au-
Mat.5 di epulas pio℞, Beati q esuriũt & sitiũt iustitiã, qm̃
ipsi saturabuntur. Si ergo pius pascitur cibo iusti-
tiæ, & impius supbiæ, nõ mirũ si insatiabilis corde
pascit cibo iniqtatis. Noli pasci cibo iniquitatis, &
nõ tibi cõuescitur supbus oculo, & insatiabilis cor
de. Et unde tu pascebaris? Et qd te delectabat, ubi
ille tibi nõ cõuescebat? Oculi mei ad fideles ter-
ræ, inqt, ut consyderent hi mecũ.) Dñs dicit, Oculi
H mei sup fideles terræ, ut cõsyderent hi mecũ: id est,
Mat.19 ut mecum sedeant. Qũo sederent? Sedebitis, inquit,
super duodecim thronos, iudicantes duodecim tri
bus Israel. Iudicãt fideles terræ, de qbus dicit, Nesci
1.Cor.6 tis qa angelos iudicabimus? Oculi mei sup fideles
terræ, ut cõsyderent hi mecum. Ambulans in uia
immaculata, hic mihi ministrabat.) Mihi ait, nõ si
bi. Multi.n. ministrãt Euãgeliũ, sed sibi ministrãt,
quia sua quęrũt, nõ quę Iesu xpi. Quid est xpo mi-
Philip.2. nistrare? Ea quę xpi sunt quęrere. Equidẽ quando
mali annũciãt Euãgeliũ, alij saluant, illi puniũtur.
Matt.23. Dictum est.n. Quæ dicunt, facite: quæ aũt faciunt,
facere nolite. Nõ timeas ergo qñ a malis audis Euã
gelium, Væ illi qui sibi ministrat: id est, qui sua ibi
quærit: Tu xpi accipe. Ambulãs in uia immacula-
ta, hic mihi ministrabat. Nõ habitauit in medio
domus meę faciẽs superbiã.) Reuertere ad domũ il
lã, id est, ad cor. Nõ habitabit in corde meo faciens
supbiam, Nullus talis habitabat in corde meo, resi
liebat.n. inde. Nemo habitabit in corde meo, nisi
mitis & quietus, supbus nõ illic habitabit. Nõ.n. ha
bitat in corde iusti iniust⁹. Sit à te iustus remot⁹, ne
I scio quot milibus & mãsionibus, simul habitatis,
si unũ cor habetis. Nõ habitauit in medio domus
meę faciẽs supbiam. Loquẽs iniqua nõ direxit in
cõspectu oculo℞ meorũ.) Hęc est uia immaculata,
ubi intelligimus quãdo ad nos ueniat dñs. In ma
tutinis interficiebã oẽs peccatores terrę.) Hoc ob-
scurũ est, dignamini aduertere, iã finis Psalmi est,
In matutinis interficiebam oẽs peccatores terræ.
Quare? Vt disperdam de ciuitate dñi omnes ope-
rantes iniquitatem.) Sunt enim in ciuitate dñi ope
rantes iniquitatem, quasi parcitur eis modo. Qua-
re? Quia misericordię dñi tempus est, sed ueniet &
iudicij, qa sic cœpit Psalmus, Misericordiã & iudi-
ciũ cãtabo tibi dñe. Iam enumerauit superius, qa
illi non adhæserunt nisi boni. Malis non adhæsit,
nec delectabatur epulis iniqtatis eo℞, q sibi mi-
nistrabant non dño, id est, sua quęrebant. Et quasi
diceret illi, & ut qd tales in ciuitate tua tãto tẽpo-
re tolerasti? Tps misericordię est, ait. Quid est tem-
pus misericordię? Adhuc nondũ reuelatũ est iudi-
ciũ. Nox ẽ, Apparebit dies, apparebit iudiciũ. Audi
Apostolũ, itaq nolite ante tempus quicquam iudi K
care. Quid est ante tps? Ante diem. Audi quia ante *1.Cor.4.*
diem dixerit, Donec ueniat dñs, q & illuminet ab-
scondita tenebrarũ, & manifestet cogitationes cor
dis, & tunc laus erit unicuiq à deo. Nã modo quan
diu nõ uides cor meũ, & nõ uideo cor tuũ, nox est.
Nescio qd ab hõie petisti, non accepisti, contemni
te putas, & forte non cõtemneris. Cor enim non ui
des, & cito blasphemas, in nocte, dãda ẽ tibi uenia
errãti. Diligit te homo nescio qs, & putas quia odit
te: aut odit te, & putas qa diligit te. Sed qdlibet sit,
nox est, Noli timere, Pręsume in xpo, in illo habeto
diẽ. Nõ est quid mali de illo sentias, qa securi sum⁹,
& certi sum⁹, qa falli nõ potest, amat nos, de nobis
aũt inuicẽ nondum tã certi sumus. Deus enim no-
uit dilectionẽ nostram inuicẽ. Nos aũt & si diligi-
mus nos inuicẽ, quis uidet qua dispensatione à no
bis fiãt ista? Quare nemo uidet cor? Quia nox ẽ. In
ista nocte tẽtationes abundãt, Quasi de ipsa nocte
dixit Psalmus, Posuisti tenebras, & facta est nox, in *Psal.103.*
ea pertrãsibũt oẽs bestię syluę. Catuli leonũ rugi-
entes ut rapiant, & qrant à deo escam sibi. In nocte
quærũt escã catuli leonum. Qui sunt catuli leonũ? L
Principũ & potestatũ aeris huius dæmones & an- *Ephe.2*
geli diaboli. Qũo quærunt sibi escam? Qñ tentat.
Sed quia non accedunt, nisi eis deus dederit pote-
statem, ideo dictũ est, Quærẽtes à deo escam sibi.
Petijt Iob tentãdum. Qualẽ escam? Opulentã, pin-
guem, iustũ dei, cui ipse deus testimoniũ phibuit,
& ait, Homo sine querela, uerus dei cultor fuit. Peti *Iob 1.*
uit illum tentãdum, qrens à deo escam sibi, & acce
pit tentandũ, sed nõ opprimẽdum, purgandũ uero
non euertẽdum: aut forte nec purgãdum, sed pro-
bandum. Tñ & qui tentãtur aliquando traduntur
occulto merito suo in manus tentatoris, qa traditi
sunt forte in cõcupiscentias suas. Nã diabol⁹ nulli
nocet, nisi acceperit potestatẽ à deo. Sed qñ? In no
cte. Quid est in nocte? In isto tpe. Cum autẽ trans-
ierit nox, & uenerit dies, mittũtur mali cum illo in
ignẽ æternũ, iusti uero in uitã æternam. Nullus il- *Matt.25.*
lic erit tentator, quia non sunt illic catuli leonũ, qa
trãsacta est nox. Ideo dñs discipulis suis ait, Hac no *Luc.22.*
cte postulauit satanas uexare uos sicut triticũ, &
ego rogaui p te Petre ne deficiat fides tua. Quid ẽ,
uexare sicut triticũ? Qũo ab hõie triticum non mã M
ducatur, nisi primo attritum ut panẽ faciat, sic ne-
minẽ manducat diabolus, nisi primo p tribulatio
nem euerterit, cõterit ut manducet. Tu autẽ qñ tri-
bularis, si maneas granũ, non conturberis, nihil ti
bi contigit. Qũo quando boues triturant, nũquid
in solum triticũ intrant? Simul mittuntur cum tri-
bula in area. Sed nunquid timendũ est tritico? Ab-
sit, Nõ cõciditur, nisi palea à trico spoliatur, super-
fluit, & ueniet uẽtilatio, & in ueniet purã massam. *Mat.3.*
Quem inuenit granũ, mittit in horreũ suũ, & acer-
uum paleæ cõburet igni inextinguibili. Vnde di-
xit hoc? Quia diẽ in spe habem⁹, Dies nobis in xpo
debet esse, Nã quãdiu inter tentationes sumus, nox
est. In ista nocte parcit deus peccatoribus, ut nõ il-
los tollat. Flagellat illos tẽtationibus ut corrigan-
tur, tolleret illos in ciuitate sua. Putamus semp to-
lerabit? Si semp misericors est, non est iudicium? Si
autem misericordiã & iudicium cantabo tibi dñe,
modo parcit, tunc iudicabit. Sed qñ iudicabit? Cũ
transierit nox. Ideo dixit, In matutinis interficiebã
omnes

A omnes peccatores terrę. Quid est, in matutinis? Cū
iam dies uenerit, nocte transacta. In matutinis in-
terficiebam omnes peccatores terræ. Quare eis par
cit usq; ad matutinū? Quia nox erat. Quid est, nox
erat? Quia tempus erat parcendi. Parcebat cum cor
da hominum essent occulta. Vidas aliquē male ui-
uere, toleras illum, Nescis enim qualis erit, qa nox
est. Vtrum qui hodie male uiuit, cras bene uiuat: &
utrum q hodie bene uiuit, cras malus sit? Nox est
enim, & omnes tolerat deus, quia longanimis est.
Tolerat ut conuertantur ad illum peccatores. Sed
qui nō se correxerint in isto tempore misericordię,
interficientur. Et quare interficientur? Vt dispergā-
tur de ciuitate domini, de societate Hierusalem, de
societate sanctorum, de societate Ecclesiæ. Quādo
autem interficientur? In matutinis. Quid est, in ma
tutinis. Cum nox trāsacta fuerit. Quare modo par
cit? Quia tempus misericordiæ est. Quare non sem
per parcit? Quia misericordiam & iudicium canta-
bo tibi domine. Fratres, nemo sibi blandiatur, In-
terficientur oēs operantes iniquitatem. Interficiet
eos xp̄s in matutinis, & dispdet eos de ciuitate sua.
B Sed modo cum tempus misericordiæ est, audiant
eum. Vbiq; clamat per legem, per Prophetas, p Psal
mos, per Epistolas, per Euangelia. Videte quia nūc
tacet, quia parcit, quia erogat misericordiā, sed ca-
uete, quia uenturum est iudicium.

Finis Secundæ Quinquagenæ.

DIVI AVRELII AVGVSTI-NI, HIPPONENSIS Episcopi, de Psalmo Centesimoprimo tractatus incipit.

Sermo primus de prima parte Psalmi.

ECCE unus pauper orat, & non
orat in silentio. Licet ergo audi-
re eum, & uidere quis nam sit.
2. Cor. 8. Ne forte ille sit, de quo dicit A-
postolus, qui propter uos pau-
per factus est cum diues esset, ut
illius paupertate uos ditaremi-
C ni. Si ergo ipse est, quomodo pauper? Nam quomo-
do diues, quis nō uidet? Vnde enim homines sunt
diuites? Puto auro, argēto, familia, terra, sed omnia
per ipsum facta sunt. Quid ergo illo ditius, per quē
factæ sunt diuitiæ, illæ etiam quę non sunt uerę di
uitiæ? Per illum enim & illæ diuitiæ, ingenium, me
moria, mores, uita, ipsius corporis sanitas, sensus,
confirmatioq; membrorum. Etenim cum hæc sal-
ua sunt, & pauperes diuites sunt. Per illū & illæ ma
iores diuitię, fides, pietas, iustitia, charitas, castitas,
Roma. 4. mores boni. Nemo. n. & has habet, nisi per eum q
iustificat impium. Ecce quàm diues, Quis n. magis
diues, qui habet quod uult alio faciente, an qui fa-
cit quod uult & alio habente? Puto quia ditior ille,
qui fecit quod habes. Quia quod ille habet, tu nō
habes. Ecce q̄ diues. In hoc tam diuite unde agnitu
Psal. 101. ri sumus hæc uerba; Cinerem sicut panem mandu
caui, & potum meum cum fletu miscebā. Vnde il-
le? Huccine illæ tantæ diuitiæ peruenerunt? Multū
illud excelsum, multum hoc abiectum, Quid facie-
mus? Quemadmodum ista ima illis summis contē
perabimus? Nimis abinuicem lōge sunt. Nondum
agnosco istum pauperem. Alius est fortasse, Sed ad- D
huc q̄ramus. Vnde. n. nobis non uidetur ipse? Mirū
si interrogas, & non expauescis diuitias. In princi-
pio erat uerbum, & uerbum erat apud deū, & deus
erat uerbum, Hoc erat in principio apud deū, Oia
per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.
Qui ista dixit, cum diceret, diues erat, quanto ma-
gis ille de quo dicebat, In principio erat uerbū. Et Ioan. 1.
non qualecunq; uerbū, sed uerbū deus, Et nō ubi-
cunq;, sed apud deum, Et non uacans, sed oia per ip-
sum facta sunt Cinerem sicut panē manducauit, &
potum suum cum fletu commiscuit. Metuendū est
ne tantis diuitijs nostra paupertas faciat iniuriam,
Quęre adhuc tn̄ ne ipse sit pauper iste, qm̄ uerbum
caro factum est, & habitauit in nobis Respice & il-
lam uocē, Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuę. At- Psal. 115.
tende ancillam istam castam, & uirginē, & matrē:
Ibi. n. accepit paupertatem nostram, ubi serui for-
mam indutus est, semetipsum exinaniens, ne diui-
tias eius expauesceres, & ad eum accedere cum tua
mendicitate non auderes. Ibi accepit, inquam, for-
mam serui. ibi nostram indutus est paupertatē. Ibi
sa pauperauit. Ibi nos ditauit. Iam ergo propinqua E
mus de illo hæc intelligere. Veruntamē adhuc te-
mere non est pronunciandum. Partus uirginis est
lapis sine manibus de monte præcisus, ubi nullus Danie. 2.
hoium operatus est, nulla transfusa concupiscētia,
sed sola fides accēsa, & uerbi caro accepta. Deinde
processit ex utero. Locuti sunt coeli. Angeli pastori Luc. 2.
bus nunciauerunt. Stella ad adorandū regem Ma- Matt. 2.
gos traxit. Symeon impletus spiritu sancto infantē Luc 2.
deū in matris manibus agnouit. Accessit ętas, non
diuinitati sed carni. Horrent, miranturq; sapientiā
dei pueri duodenis, imperiti senes. Aut ēt si periti se
nes, quid illoꝝ peritia ad uerbum dei? Quid illorū
peritia ad sapientiam dei? Nōne & periti †, nisi illo †al. Nōnne & perituri.
subueniente, utiq; perituri? Crescit adhuc ętate cor
poris, uenit ad fluuiū baptizandus. Baptizator deū
agnoscit, indignum se soluendæ calciamenti corri Marci. 1.
giæ confitetur. Iā inde, Cęci illuminant, Surdis ape Matt. 11.
ritur auditus, Loquuntur muti, Mundātur leprosi,
Stringuntur paralytici, Conualescūt lāguidi, Resur
gunt mortui. Iam qdem in uerbi illius per qd facta Ioan. 1.
sunt omnia comparatione, diuitiarū agnosco pau F
pertatem, sed q̄ longe adhuc à cinere & fletu cū po
tu. Adhuc timeo dicere ipse est, & tn̄ uolo. Sunt. n.
hic quæ me cogant uelle, & rursus quædam q̄ me
cogant timere. Ipse est, & non est. Ipse iam in forma
serui est, iam mortalem fragilemq; carnem portat,
iam moriturus aduenit, & tamen nondum intelli-
gitur in hac egestate. Cinerem sicut panem mandu Psal. 101.
caui, & potum meum cum fletu miscebam. Addat Philip. 3.
ergo paupertatem paupertati, & transfiguret in se
corpus humilitatis nostræ. Sit caput nostrū, simus
membra eius, sint duo in carne una. Iam. n. ut pri-
mitus pauper esset, formam serui accipiens, diuisit Philip. 2.
patrem. Qui autem de uirgine natus est, dimittat & Luc. 2.
matrem, & adhæreat uxori suę, & sint duo in carne Ephe. 5.
una. Ita. n. erūt duo & in uoce una; & in illa una uo
ce iam non mirabimur nostram uocem. Cinerem
sicut panē manducaui; & potū meū cum fletu mi-
scebam. Dignatus est. n. habere nos mēbra. Sunt &
poenitētes in mēbris eius. Non. n. exclusi & separa-
ti sunt ab Ecclesia eius. Nec oino sibi adiūgeret cō
iugem, nisi illa uoce, Agite poenitentiam; appropin Matt. 4.

G quabit.n.regnum cœlorũ. Iam ergo audiamus qđ
oret caput & corpus, ſponſus & ſponſa, xp̃s & Eccle
Ioan.1. ſia utrunq; unus. Sed uerbum & caro non utrunq;
Ephe.4 unum. Pater & uerbũ utrunq; unum, xp̃s & Eccle-
ſia utrunq; unus. Vnus qdem uir pfectus in forma
plenitudinis ſuæ, donec occurramus oẽs in unita-
tem fidei, in agnitionem filij dei in uirũ pfectum,
in menſurã ætatis plenitudinis xp̃i. Sed donec oc-
curramus, agitur hic pauptas nr̃a, agitur hic adhuc
labor & gemitus. Gr̃as miſericordiæ ipſius. Vnde il
Ioan.1. li labor, unde illi gemitus uerbo, per qđ facta ſunt
oia? Si dignatus eſt habere mortem nr̃am, non no-
bis dabit uitã ſuam? In magnã ſpem erexit, cũ ma-
gna ſpe gemimus. Gemitus hẽt triſtitiã. Sed eſt ge-
mitus q habet & gaudium. Ego puto Sarã ſterilem
Eſa.26. lætam genuiſſe, cũ pareret, Et nos dicamus, A timo
re tuo cõcepimus & parturiuimus ſpm̃ ſalutis. Au-
diamus ergo xp̃m pauperem in nobis, & nobiſcũ,
& pp nos. Titulus.n.ipſe indicat pauperem. Poſtre-
mo putate me ſuſpicatũ, quis nam ſit iſte pauper.
Or̃onem audiamus, & perſonam agnoſcamus, nec
ubi erres, qñ audieris aliquid qđ coaptari capiti il-
H lius nõ poſsit. Ideo prælocutus ſum, ut ſi qd tale au
dieris, ex ĩfirmitate corporis aduertas ſonare, & uo
cem membrorũ agnoſcas in capite. Or̃o inopis,
hoc hẽt titulus, cũ angeretur, & in conſpectu dñi ef
fudit precẽ ſuam.) Ipſe ille pauper eſt q alibi dicit,
Pſal. 60. A finibus terræ ad te clamaui, cũ angereſ cor meũ.
Iſte ipſe pauper eſt, qa idemipſe xp̃s eſt, qui ſe apud
Eſa.61. Prophetã, & ſponſum dixit, & ſponſam Sicut ſpon
ſo alligauit mihi mitrã, & ſicut ſponſam induit me
ornamẽto. Se dixit ſponſum, ſe dixit ſpõſam. Vnde
hoc, niſi qa ſponſum pp caput, ſpõſam pp corpus?
Ephe 5. Vox ergo una, quia caro una. Audiamus, & potius
in his uocibus nos quoq; agnoſcamus. Et ſi nos ex
tra eſſe uiderimus, ibi eſſe laboremus.

Pſal. 142 EXAVDI dñe orationem meã,
& clamor meus ad te pueniat.)
hoc eſt, exaudi dñe orationem
meã, quod eſt, clamor meus ad
te perueniat. In geminatione af-
fectus petẽtis eſt. Ne auertas fa
I ciem tuã à me.) Qñ deus à filio
faciem auertit? Qñ pater à Chriſto? Sed propter mẽ
brorum paupertatem, ne auertas faciem tuã à me.
In quacunq; die tribulor inclina aurem tuam ad
me.) Tribulor.n. deorſum, tu autem es ſurſum. Si
enim me extollo, longe ſis: ſi me humilio, inclinas
aurem tuam ad me. Sed qđ eſt, in quacunq; die tri-
bulor? Nunc.n non tribulatur? Aut iſta diceret, ni-
ſi tribularetur? Sufficeret ergo, inclina aurem tuã
ad me qm̃ tribulor. In quacunq; die tribulor incli-
1.Cor.12. na aurem tuam ad me. Tanquam unitas corporis,
ſi patitur unum membrũ, compatiuntur oia mem
bra. Tribularis tu hodie, ego tribulor: tribulaſ ali9
craſtino, ego tribulor. Poſt iſtã gñationem alij po-
ſteri, q ſuccedunt poſteris tribulãtur, ego tribulor
uſq; in finẽ ſeculi. Quicunq; in meo corpore tribu-
lantur, ego tribulor. In quacunq; ergo die tribulor
Pſal.13. inclina aurem tuam ad me. In quacunq; die inuo
cauero te, cito exaudi me.) Hoc idẽ eſt. Iam nũc in-
uoco, ſed in quacunq; die inuocauero te, cito exau-
di me Orauit Petrus, orauit Paulus, orauerũt & cæ
teri Apl̃i, orauerunt fideles tpibus illis, orauerũt fi-
deles conſequentibus tpibus, orauerũt fideles mar K
tyrum tpibus, orant fideles noſtris temporibus, o-
rabunt fideles poſterorum tpibus. In quacunq; die
inuocauero te, cito exaudi me. Cito exaudi, iam.n.
hoc rogo qđ dare uis, Non terrena quaſi terrenus,
ſed ex prima captiuitate iã redemptus regnũ cœlo
rum deſydero. Cito exaudi me, non.n.niſi tali de-
ſyderio dixiſti, Adhuc te loquẽte dicã, ecce aſſum.
In quacunq; die inuocauero te, cito exaudi me. Vn Eſa.58.
de inuocas? De qua tribulatione? De qua egeſtate?
O paup ante ianuã diuitis dei, quo deſyderio mendicas?
Qua inopia reqris? Qua egeſtate pulſas ut a-
periaſ tibi? Dic, audiamus iſtã ipſam egeſtatẽ, in il-
la & noſipſos inueniam9, & tecũ rogemus: audi &
agnoſce ſi potes, Quia defecerũt ſicut fumus dies
mei.) O dies, ſi dies: ubi.n. dies audiſ, lux intelligiſ.
Sed defecerunt ſicut fumus dies mei. Dies mei, ipa
mea. Vnde ſicut fumus, niſi pp elationẽ ſupbię? Ta
les dies dignus fuit accipe ſupbus Adam, unde car
nem xp̃s accepit. Ergo in Adã xp̃s, & Adam in xp̃o.
Liberauit pfecto & a diebus fumi, qui dignatus eſt
hr̃e uocem dierũ fumi. Quia defecerũt ſicut fumus
dies mei. Videte fumũ ſupbiæ ſilem, aſcendentem, L
tumeſcentem, uaneſcentem: merito ergo deficien-
tem, non utiq; permanentẽ. Quia defecerũt ſicut fu
mus dies mei. Et oſſa mea ſicut in frixorio confri
xa ſunt.) Et ipſa oſſa mea, & ipſa fortitudo mea nõ
ſine tribulatiõe, nõ ſine uſtione Oſſa corporis xp̃i,
fortitudo corporis xp̃i, ubi maior q̃ in ſanctis Apo
ſtolis? Et tñ uide oſſa frigi, Quis ſcandalizaſ, & ego 1.Cor.11.
non uror? Fortes ſunt fideles boni, intellectores & 7.q 1. ca.
pdicatores uerbi, uiuentes ut loquunſ, loquẽtes ut Aduerſi-
audiũt. Fortes planè ſunt, ſed oẽs q ſcandala patiũ tas. §.
tur, frixorium ipſoꝶ ſunt. Eſt.n.ibi charitas & ma- Hinc Au
gis in oſsibus. Interiora ſunt oſſa oibus carnib9 & guſtinus.
portant oẽs carnes. Verũ ſi quiſquã patiatur aliqđ
ſcandalũ & in aia periclitetur, tm̃ os frigitur, quan-
tum amat. Deſit amor, nemo frigitur: abſit charitas
& ſi membrũ cõpatitur, patiente uno mẽbro, qũo 2.Cor.13.
friguntur qui portant uniuerſa membra? Oſſa mea
ſicut in frixorio cõfrixa ſunt. Percuſſum eſt ſicut
fœnũ & aruit cor meum.) Reſpice ad Adam, unde
genus humanũ. Vnde.n.niſi ab illo propagata mi-
ſeria eſt? Vnde.n.niſi ab illo hęreditaria iſta paup- M
tas? Dicat ergo cũ ſpe iam in corpore xp̃i poſitus, il
le aliqñ in ſuo corpore deſperatus, Percuſſum eſt ſi
cut fœnum & aruit cor meum: merito, quia omnis
caro fœnum. Sed tñ unde tibi hoc contingit? Qm̃ Eſa. 40.
oblitus ſum mãducare panem meum.) Dederat.n.
deus panem præcepti. Nam panis animæ quid ni-
ſi uerbum dei? Suggerente ſerpente, præuaricante Gene. 3
muliere, tetigit uetitum, oblitus eſt pceptũ. Merito
percuſſum eſt ſicut fœnũ, & aruit cor eius, qm̃ obli
tus eſt manducare panem ſuũ. Oblitus manduca-
re panẽ, bibit uenenũ: Percuſſum eſt cor eius, & a-
ruit ſicut fœnũ. Ipſe eſt ille pcuſſus in Eſaia, de quo
dicitur, & cui dicitur, Non in æternum tp̃s iraſcar Eſa.57.
uobis: ſpũs.n.à me procedit, & oẽm flatum ego fe-
ci: pp pctm̃ modicum quid contriſtaui illum, & p-
cuſsi illũ, & auerti faciem meã ab illo: merito hic,
Ne auertas faciẽ tuã a me, hoc eſt, à pcuſſo, de quo
dixiſti, Percuſsi illũ: de quo dixiſti, Vias eius uidi, &
ſanaui eũ. Percuſsũ eſt ſicut fœnũ, & aruit cor meũ,
qa oblitus ſum mãducare panẽ meũ. Modo mãdu
ca. Oblitus erat, ſed uenit & ipſe panis, i cui9 corpo-

A re tibi licet recordari uocē obliuionis tuę,& clama
re ex pauptate ut sumas diuitias.Modo māduca:in
Ioan. 6 eius.n.corpore es,qui ait,Ego sum panis uiuus qui
de cœlo descēdi Oblitus eras māducare panē tuū:
Psal 21 sed iā illo crucifixo,cōmemorabuntur & cōuerten
tur ad dñm uniuersi fines terræ.Post obliuionē ue
Ioan. 6. niat cōmemoratio,māducetur panis de cœlo ut ui
uat,non manna,sicut illi manducauerīt & mortui
Matt.5. sunt:panis de quo dicit,Beati q esuriūt & sitiūt iu-
stitiā. A uoce gemitus mei adhęserūt ossa mea car
ni meæ.) A uoce quā intelligo,à uoce quā noui ꝓ-
babilr,à uoce gemitꝰ mei,nō à uoce gemitus illoꝝ,
quibꝰ cōpatior.Multi.n.gemūt,gemo & ego,& hoc
gemo,quia male gemunt. Amisit nūmum,gemit:
amisit fidē,non gemit.Ego appendo nūmum & fi-
dem,& inuenio maiorē gemitū de mala gemente,
non gemente.Facit fraudem & gaudet.Quo lucro?
Quo damno?Acqsiuit pecuniam,pdidit iustitiam.
Gemit hinc q gemere nouit.Qui capiti ꝓpinquat,
q recte hæret corpori xp̄i,gemit inde.Carnales aūt
non inde gemūt,& gemendos se faciūt,qa non in-
de gemūt:Nec eos possumus,uel non gemētes,uel
B male gementes contēnere:uolumus.n.eos corrige
re,uolumus emēdare,uolumus reparare,& qn̄ non
possumus gemimus,& cū gemimus non ab ipsis se
paramur.A uoce.n.gemitus mei adhæserunt ossa
mea carni meę.Adhęserūt fortes iualidis,adhęserūt
firmi infirmis. Vn̄ adhæserūt?A uoce gemitus mei,
nō à uoce gemitus illoꝝ.Qua lege adhęserunt,nisi
Rom.15 qua dictū est,Debemus.n.nos firmi infirmitatē i-
firmorum portare?Adhęserūt ossa mea carni meæ.
Siılis factus sum pellicano qui habitat in solitudi-
ne,factꝰ sum sicut nycticorax q habitat i parietinis.
Vigilaui & factꝰ sum sicut passer singularis i tecto.)
Ecce tres aues,& tria loca,qd sibi uelint donet dn̄s
ut dicamus,& ut audiatis utilr qd' dicitur salubri-
ter.Quid sibi uolūt tres aues,& tria loca?Quæ tres
aues?Pellicanꝰ,nycticorax,& passer:& tria loca,soli
tudo,parietina,& tectū.Pellicanꝰ in solitudine,ny-
cticorax in parietinis,passer in tecto. Primo qd sit
pellicanꝰ dicēdū est.In ea qppe regione nascitur,ut
nobis ignota hęc auis sit.Nascit i solitudinibꝰ,ma-
xime Nili fluminis in Aegypto. Quælibet hæc auis
sit,qd de illa Psalmꝰ dicere uoluit hoc ītueamur.Ha
bitat,inqt,in solitudine.Quid q̄ris formā eius,mē-
C bra eius,mores eius,uocem eius?Quantū tibi Psal-
mus dicit,auis ē in solitudine habitās.Nycticorax,
auis est amans noctē.Parietinę dn̄r,quas uulgo di-
cimꝰ ruinas,ubi parietes stant sine tecto,sine habi-
tantibꝰ,ibi habitat nycticorax. Iā uero passer & te-
ctū quid sit nostis.Inuenio ergo aliquē de corpore
xp̄i,prædicatorē uerbi,cōpatientē infirmis,q̄rentē
lucra xp̄i,reminiscentem dn̄i sui uenturi,ne dicat,
Matt. 25 Serue nequā & piger,dare debueras pecuniā meam
nūmularijs. Ex huius dispēsatoris officio uideamꝰ
hęc tria,Venerit inter aliquos ubi xp̄iani non sunt,
pellicanꝰ est in solitudine.Venerit ad eos q fuerunt
& ceciderunt,nycticorax est in parietinis.Non.n.
deserit tenebras eoꝝ qui habitant in nocte,& ipsos
lucrari uult. Veniet ad eos q xp̄iani sunt quidē ha-
bitantes in domo,non quasi qui non crediderint,
aut qd crediderint dimiserunt,sed in eo qd credūt
tepide ambulantes,clamat ad eos passer. Non in so
litudine,qa xp̄iani sunt:nec in parietinis,quia non
ceciderūt:sed tn̄ in tecto sunt;sub tecto potius,qa

sub carne sunt.Ille sup carnē clamat passer qui p̄ce D
pta dei non tacet,uec fit carnalis ut subiiciatur te-
cto.Qui.n in tecto est,nō descēdat tollere aliquid Matt. 24
de domo:& quod in aure auditis,p̄dicate super te-
cta Istæ tres aues & tria loca:& unus homo pōt ha
bere psonam trium auiū,& tres hoies pn̄t habere p
sonam trium auium:& tria gn̄a locoꝝ,tria genera
sunt hominum:tn̄ solitudo,parietinæ,& tectū,nō
nisi tria gn̄a sunt hominum.Sed quid de his pluri-
mum?Ipsum dn̄m uideamus,ne forte ipse sit:& me
lius ipse agnoscatur,& pellicanus in solitudine,&
nycticorax in parietinis,& passer singularis in te-
cto.Dicat nobis paup iste caput nr̄m,pauper uolū
tate,loquatur pauperibꝰ in necessitate.Quid.n.di-
citur,uel ēt legitur de hac aue.i.pellicano non ta-
ceamus:non aliquid affirmantes temere,sed tn̄ nō
tacentes,quod qui scripserunt & legi & dici uolue-
runt.Vos hic audite,ut si uerum est congruat,si fal
sum est non teneatur.Dicuntur hæ aues tanq̄ cola
phis rostroꝝ occidere paruulos filios suos,eosdēq;
in nido occisos a se lugere p triduū.Postremo dn̄t
matrē seipsam grauiter uulnerare,& sanguinē suū
sup filios fundere,quo illi supfusi reuiuiscūt Fortas E
se hoc uerū,fortasse falsum sit:tn̄ si uerum est quē-
admodum illi cōgruat q nos uiuificauit sanguine
suo,uidete.Cōgruit illi qd matris caro uiuificat sā
guine suo filios suos,satis cōgruit.Nā & ipse gallinā
se dicit sup pullos suos,Hierusalē Hierusalem quo- Matt.23.
tiēs uolui cōgregare filios tuos,tāq̄ gallina pullos
suos sub alas suas,& noluisti Habet.n.paternā au-
thoritatē,habet maternā affectū,sicut & Paulus &
pr̄ est & mater est,nō p seip̄m,sed p Euangeliū:Pa-
ter ubi dicit,Etsi habeatis multos pædagogos in
xp̄o,sed non multos patres:in xp̄o.n.Iesu p Euāge- 1. Cor.4.
lium ego uos genui:Mater autē ubi ait,Filioli mei Galat.4.
quos iterū parturio,donec xp̄s formetur in uobis.
Habet ergo hæc auis,si uere ita est,magnam simili-
tudinē carnis xp̄i,cuius sanguine uiuificati sumus.
Sed quō cōgruat xp̄o,q ipsa occidit filios suos?an
& illi non congruit,Ego occidā,& ego uiuificabo: Deut.32.
ego percutiam,& ego sanabo?An uero Saulus per-
secutor moreretur,nisi de cœlo pcuteretur?Aut p̄- Acto.9.
dicator excitaretur,nisi illius sanguine uiuificaret?
Sed hoc uiderint qui scripserunt,nō in incerto in-
tellectum nr̄m constituere nos debemus. Hanc au
tem potius in solitudine cognoscamꝰ:hoc.n.inde F
Psalmus uoluit ponere,pellicanꝰ in solitudine. Pu-
to.n.ego hic itelligi xp̄m natum de uirgine.Solus Luc. 2.
enim sic,iō solitudo.In solitudine natus est,qa so-
lus ita natus Post natiuitatē uentū est ad passionē.
A quibꝰ crucifigebatur?Nunqd à stantibꝰ?Nunqd à
lugentibꝰ?Ergo tanq̄ in nocte ignorantiæ ipsoꝝ,&
tanq̄ in parietinis ruinis ipsoꝝ. Ecce nycticorax &
in parietinis amat & noctem:nam nisi amaret,un-
de diceret,Pr̄ ignosce illis,quia nesciunt qd faciunt?
Deinde natus in solitudine,qa solus ita natus:pas- Luc.23.
sus in tenebris Iudæoꝝ,tanquā in nocte,in p̄uarica
tione tanquā in ruinis.Quid postea?Vigilaui:ergo
dormieras in parietinis,& dixeras,Ego dormiui. Psal. 3.
Quid est,ego dormiui?Quia uolui dormiui,noctē
amando dormiui:sed ibi sequitur,Exurrexi,quia
hic uigilaui Sed posteaq̄ uigilauit qd egit?Ascēdit
in cœlū,factus est sicut passer uolando,id est,ascē Mar.16.
dendo singularis in tecto,id est,in cœlo.Ergo pel-
licanus nascēdo,nycticorax moriēdo,passer resur-

G gēdo. Ibi in ſolitudine uelut ſolus, hic in parietinis
uelut ab eis occiſus, q ſtare nō potuerūt i ædificio:
hic uero iā uigilans & uolās ſingularis in tecto, ibi
Roma. 8 interpellat pro nobis, Caput.n. nr̄m paſſer eſt, cor-
pus illi⁹ turtur. Etenim paſſer inuenit ſibi domum.
Pſal. 83 Quā domū? In cœlo eſt, interpellat ꝓ nobis. Et tur
tur nidū ſibi. Ecce Eccl̄ia dei nidū de ligno crucis
ipſi⁹ ubi ponat pullos ſuos, paruulos ſuos. Vigilaui
& factus ſum ſicut paſſer ſingularis in tecto. Tota
die exprobrabāt mihi inimici mei, & q laudabant
me, aduerſum me iurabāt.) Ore laudabāt, corde i-
Mat. 22 ſidias pparabāt: audi laudē ipſoꝝ, Magiſter, ſcimus
qa uiā dei i ueritate doces, & pſonā nō accipis: licet
tributū dare Cęſari? Quē laudas, ſupplātas. Quare,
niſi qa qui laudabāt me, aduerſum me iurabāt? Vñ
aūt hoc opprobriū, niſi qa ueni facere mēbra mea
pctōres, ut agēdo pniam ſint in corpore meo? Inde
totum opprobrium, inde perſecutio, Quare magi-
ſter ueſter cū peccatorib⁹ & publicanis manducat?
Mat. 9 Non eſt opus ſanis medic⁹, ſed ægrotātib⁹. Vtinam
uos ægrotare noſſetis ut medicum q̄reretis, non oc
cideretis, & p ſuperbā dementiā falſa ſanitate peri-
H retis. Mihi aūt unde tota die exprobrabant inimici
mei? Vnde q laudabant me, aduerſum me iurabāt?
Qm̄ cinerem ſicut panem manducaui, & potum
meum cum fletu miſcebam.) Quia hęc gn̄a hoīum
habere in ſuis membris ſananda uoluit & liberan-
da, inde opprobriū. Hodieq; Paganoꝝ opprobriū,
quale in nos eſt? Quid putatis frēs, qd eos putatis
dicere nobis? Vos corrūpitis diſciplinā, moresq; ge
neris humani puertitis. Quid inueheris? Dic quam-
obrem? Quid fecimus? Dando, inquit, hoibus pœ-
nitentiæ locū, promittēdo impunitatem oīum de-
lictorum: ideo homines mala faciunt ſecuri, ꝙ eis
cū conuerſi fuerint, omnia dimittuntur. Hinc ergo
opprobrium, qm̄ cinerem ſicut panem manduca-
ui, & potū meum cum fletu miſcebam. O qui inſul
tas, inuito te ad iſtū panē. Nō.n. audes te dicere nō
eſſe peccatorem, Diſcute conſcientiam tuā, aſcende
tribunal mētis tuę, noli tibi parcere, examina te: lo
quaſ tibi medulla cordis, uide utrū audeas innocē
tiam profiteri. Hic planè ſi ſe reſpexerit cōturbabiſ,
ſi ſe non palpauerit cōfitebitur. Et qd agis miſer, ſi
nō erit portus ipunitatis? Si ſola fuit peccādi licen-
I tia, & nulla peccatoꝝ eſt indulgētia, ubi eris? Quò
ibis? Certe & pro te factū eſt, ut pauper iſte cinerē
ſicut panē manducaret, & potū ſuū cum fletu mi-
ſceret. Non te iam delectat tale conuiuium? Sed tñ,
inquit, augēt hoies peccata ſpe ueniæ, imò augerēt
peccata deſperatione ueniæ. Nonne attendis q̄ licē
tioſa crudelitate uiuāt gladiatores? Vnde hoc, niſi
iam tanquā ad ferrū & uictimam deſtinati, explere
uolunt libidinē antequā fundant ſanguinē? Nōne
hoc & tu tibi diceres, Iā peccator ſum, iā iniquus, iā
damnandus, nulla ueniæ ſpes eſt. Cur iā non faciā
quicqd libet, & ſi nō licet? Cur non impleam quan
tum poſſum quæcūq; deſydero, ſi poſt hæc non re
ſtant niſi ſola tormenta? Nōnne hoc tibi diceres, &
deſperatione ipſa peior fieres? Poti⁹ ergo te corrigit,
Eſa. 46 q indulgentiā promittit, & dicit, Redite p̄uaricato-
Ezec. 18 res ad cor. Nolo mortem impij, tm̄ ut reuertatur &
& 33. uiuat. Hoc ꝓculdubio portu ꝓpoſito, deponis ue-
la iniqtatis, conuertis proram, uelificas ad iuſtitiā,
& ſperas uitam, nō negligis medicinam. Nec in hoc
tibi diſpliceat deus, tanquā p aſtā indulgētiæ pro-
miſſionē ſecuros fecerit pctōres. Etenim ne deſpe- K
ratione homines peius uiuerent, promiſit indulgē
tiæ portū. Rurſus ne de ſpe ueniæ peius uiuerēt, fe-
cit diem mortis incertū, prouidentiſſime utrūq; cō
ſtituēs & reuertentes quo recipiātur, & differentes
unde terreanſ. Manduca cinerē uelut panem, & po
tum tuum cum fletu miſce: p hoc conuiuiū uenies
ad menſam dei. Noli deſperare, ꝓmiſſa eſt indulgē
tia tibi. Deo grās, inquit, qa promiſſa eſt, teneo pro
miſſum dei. Ergo iā bñ uiue. Cras, inqs, bene uiuā:
Indulgentiā tibi deus promiſit, craſtinum diē tibi
nemo ꝓmiſit, Si male uixiſti, bñ uiue iā hodie. Stul
te, hac nocte auferetur a te anima tua. Non dico q̄ Luc. 12
pparaſti cuius erūt, ſed ſecūdum quod uixiſti, ubi
eris? Corrige ergo te ut poſſis i corpore xpi habere
uocem iſtam, quā, niſi fallor, libēter agnoſcis: Qm̄
cinerem ſicut panem manducaui, & potū meū cū
fletu miſcebam. A facie iræ & indignationis tuæ,
qm̄ leuaſti, eliſiſti me.) Ipſa eſt illa ira tua dn̄e in A-
dam, ira cum qua oēs nati ſumus, cui naſcendo co
hæſimus, ira de propagine iniquitatis, ira de maſſa
peccati: ſecundū quam dicit Apoſtolus, Fuimus & Eph. 2
nos aliqñ natura filij iræ, ſicut & cæteri: & unde di L
cit dn̄s, Ira dei manet ſuper eum, quia non credidit
in unigenitū filiū dei. Non.n. ait, Ira dei ueniet ſup Ioan. 3.
eum: ſed, manet ſuper eum: qa non tollitur in qua
natus eſt. Quare ergo? Et qd ſibi uult uox iſta, qm̄
leuaſti, eliſiſti me? Non enim ait, Quoniam leuaſti
& eliſiſti me: ſed, qm̄ leuaſti, eliſiſti me. Ideo eliſiſti,
quia leuaſti. Vnde hoc? Homo in honore poſitus,
factus eſt ad imaginē dei. Leuatus in hūc honorē, Gene. 1.
erect⁹ à puluere, erectus à terra, accepit aiam ratio-
nalem, ppoſitus eſt rationis ipſius uiuacitate oīb⁹
beſtijs, pecoribus, uolatilib⁹, piſcibus. Quid.n. ho-
rum habet intelligentiæ rationem? Quia nullū ho
rum factum eſt ad imaginem dei. Qūo nullum ho
rū habet hunc honorē, ſic nullū horū habet hanc
miſeriā. Quid enim pecus plangit de peccato? Quæ
auis timet gehennā ignis æterni? Quia nulla ei par
ticipatio beatæ uitæ, nulli ſtimuli miſeriarum. Ho
mo aūt quia factus eſt q ſit in beata uita ſi bene ui
xerit, ideo erit in miſera uita, quia male uixit: ergo
quia leuaſti, eliſiſti me: ideo ſeqtur me pœna, qa de
rit uerbũ eius: quia nihil uẽtis uelocius. Noſtis oẽs
quantũ illa facilitas cõmendabatur in pelle : nihil
enim facilius ab homine q̃ pellis extenditur. Sic &
hic inſinuans deum p uerbũ eius ubiq; p̃ſentem, ue
locitate motus nihil deſerere, qa tu nõ noueras ali-
quid uẽto uelocius, Ambulat, inquit, ſuper pennas
uentoꝝ .i. uelocitas eius ſuperat uelocitatẽ uentoꝝ,
ut p pennas uentoꝝ intelligas uelocitatẽ uentorũ.
Et uerbũ dei intelligas uelocius omnibus uẽtis : &
ſic in prima facie cõſiderationis pulſemus ad aliqd
interius & figurate aliquid nobis indicent iſtæ lite
ræ. uẽtos quidẽ intelligimus in figura nõ abſurde
animas: nõ qa uẽtus eſt anima, ſed qa inuiſibilis eſt
uentus quamuis res corporea corpora impellens, rñ
qa humani oculi aciem fugit. Eſt aũt anima inuiſi-

bilis, p̃pterea bene intelligimus animas uẽtos. Inde K
eſt q̃ & deus inſufflaſſe dicitur ſpiritũ unç formato Gene.2.
homini, Et factus eſt homo in animã uiuentẽ. Ergo
uenti, animæ in allegoria nõ abſurde accipiunt. Vi
dete aũt ne putetis nominata allegoria, pantomimi
aliquid me dixiſſe. Nã q̃dam uerba q̃m uerba ſunt,
& ex lingua procedunt, cõmunia nobis ſunt etiam
cũ rebus ludicris, & nõ honeſtis. Tamen locũ ſuũ
habent iſta uerba in Eccleſia, & locũ in ſcena. Non
enim ego dixi, quod Paulus Apl̃s nõ dixit, cum de
duobus filijs Abrahæ diceret, Quæ ſunt, inquit, in Galat.4.
allegoria. Allegoria dicitur, cũ aliquid aliud uidet
ſonare in uerbis, & aliud in intellectu ſignificare.
Q̃uo dicitur agnus Xp̃s: nunquid pecus? Leo Xp̃s: Ioan.1.
nunquid beſtia? Petra Xp̃s: nunquid duritia? Mons Apoca 5.
Xp̃s: nunquid tumor terræ? Et ſic multa aliud uidẽ 1.Cor.10.
tur ſonare aliud ſignificare, & uocat allegoria. Nã
qui putat me de theatro dixiſſe allegoriam, putet &
dñm de amphiteatro dixiſſe parabolam. Videtis qđ
faciat ciuitas, ubi abundant ſpectacula. In agro ſe-
curius loquerer : quid ſit.n. allegoria, non ibi forte
didiciſſent homines, niſi in ſcripturis dei. Ergo qđ L
dicimus allegoriam figurã eſſe, ſacramentũ figura-
tum allegoria eſt. Et qđ hic accipimus, Aſcẽdit ſup
pennas uentoꝝ? Diximus bene accipi figurate uen-
tos animas. Pẽnæ uentoꝝ, [uirtutes animarũ:] pen-
nç animarũ q̃ ſunt, niſi a q̃bus ſurſum attolluntur?
Pennæ ergo animarũ uirtutes, bona, opera, recta fa Matt.22.
cta: In duobus alis habent oẽs pẽnas, omnia enim
p̃cepta in duobus p̃ceptis ſunt. Quiſquis dilexerit
deũ & p̃ximũ animã habet pennatã liberis alis, ſan
cto amore uolantẽ ad dñm. Quicũq; implicat amo
re carnali, uiſcũ habet in pennis. Nã ſi anima nõ ha
bet alas & pẽnas, unde illi gemens in tribulationi-
bus dicit, Quis dabit mihi pẽnas ſicut colũbæ? Et Pſal.54.
ſequit, Et uolabo & requieſcã. Itẽ in alio loco, Quò Pſal.138.
ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiã? Si aſcẽde-
ro in cœlũ, tu ibi es : ſi deſcẽdero ad infernũ, ades.
Si accepero pẽnas meas, ſicut colũba, & uolabo in
extrema maris: tanq̃ diceret, Sic poſſum fugere à fa-
cie iræ tuæ, ſi accepero pẽnas ut colũba, & uolaue-
ro i extrema maris. In extrema maris uolare, eſt ſpẽ
iam p̃tendere ĩ finẽ ſeculi : q̃uo ille q ait, Hoc labor Pſal.72.
eſt ante me, donec introeam in ſanctuariũ dei, & in M
telligã in nouiſſima. Et q̃uo uenit i extrema maris,
etiã acceptis pẽnis? Etenim illuc, inquit, manus tua Pſal. 138.
deducet me, & p̃ducet me dextera tua: nã & cũ pen-
nis meis caſura ſum niſi tu deducas. Ergo alas h̃nt
bonas & liberas, & nullo uiſco obligatas aiæ, bene
operãtes p̃cepta dei, habẽtes charitatẽ de cõſciẽtia 1.Tim.1.
pura, & fide nõ ficta. Sed quantũuis ſint p̃ditæ uir-
tutib⁹ charitatis, qđ ad illam dilectionẽ dei, q̃. ſunt
dilectæ, etiam cũ uiſco eſſent implicatę? Maior ergo
in nos dilectio dei, q̃ noſtra in illũ. Noſtra dilectio
pẽnæ noſtrę ſunt, ſed ille ambulat ſuper pẽnas uen
toꝝ. Iam dicebat quibuſdã Apl̃s, Flecto genua mea Ephe.3.
pro uobis ad patrẽ, ut det uobis ſecundũ interiorẽ
hominẽ habitare Xp̃m per fidẽ in cordib⁹ ueſtris,
ut in charitate radicati & fundati, Iam dat illis cha- Ibidem.
ritatem deus, iam dat illis alas & pennas, ut poſſitis
inquit, cõprehendere q̃ ſit latitudo, longitudo, alti
tudo & p̃fundum. Fortaſſis crucẽ domini ſignifi- Sup Ioã.
cat. Erat.n. latitudo in qua porrectę ſunt manus lõ Trac.118.
gitudo à terra ſurgẽs in qua erat corp⁹ infixũ: altitu
do ab illo diuexo ligno ſurſum qđ eminet: p̃fundũ

A ubi fixa erat crux,& ibi omnis ſpes uitæ nrē. Latitu
do.n.eſt in bonis operibus,longitudo in pſeuerā-
do uſq; in finem:altitudo pp ſurſum cor, ut omnia
ſint bona opera noſtra in quibus pſeueramus uſq;
in finem hn̄tes latitudinem qua bene operamur,&
longitudinem qua perſeueramus uſq; in finem:nō
faciamus aliqd niſi ſpe cœleſtiū præmioꝝ. Ipſa eſt
enim altitudo,non hic q̄rere mercedē, ſed ſurſum,
Matt.6. ne dicatur nobis,Amen dico uobis,pceperūt mer-
cedem ſuam. Profundum aūt qd dixi, ubi fixa erat
pars crucis & non uidebat̃,inde reſurgebant q̄ non
uidebantur. Quid eſt qd occultū eſt,& non publi-
cū in Eccleſia? Sacr̄m baptiſmi, ſacr̄m euchariſtiæ.
Opera autem noſtra bona uident & pagani, ſacr̄a
uero occultantur illis: ſed ab his q̄ uident ſurgunt
ad illa quę non uident,ſicut à profundo crucis qd
in terra figitur,ſurgit tota crux quæ apparet & cer-
Ephe.3. nitur. Et quid poſtea? Cum hoc dixiſſet, Apoſtolus
adiecit,ſcire ēt ſupereminentem ſcientiam charita-
tis xp̄i: Cum iam dictum fuiſſet, in charitate radi-
cati & fundati. Amatis.n.xp̄m,& ideo in cruce ope
ramini Sed nunquid amatis quātum uos ille ama-
B uit? Amando autem quantuncunq; amatis,uolatis
ad ipſum,ut cognoſcatis quemadmodum ipſe uos
amauerit: hoc eſt,ut ſciatis ſupereminentiā charita
tis xp̄i. Amatis.n.uos quantum poteſtis, & uolatis
quantū poteſtis. ſed ille ambulat ſuper pennas uē-
torum. Qui ambulat ſup pennas uentoꝝ? Qui fa-
cit angelos ſuos ſpūs & miniſtros ſuos ignē flagrā-
tem.) Et hoc quanuis nō uideamus apparitionem
angeloꝝ: abſcondita eſt.n.ab oculis noſtris, & eſt
in quadam republica magna impatoris dei: tn̄ eſſe
Heb. 1. angelos nouimus ex fide, & multis apparuiſſe ſcri-
2.ſen.diſ. ptum legimus & tenem⁹,nec inde dubitare fas no-
10.hic o- bis eſt. Spūs autē angeli ſunt,& cum ſpūs ſunt non
ritur ſunt angeli,cū uerò mittuntur fiunt angeli. Ange-
queſtio. lus.n.officij nomen eſt,non naturæ. Quęris nomē
eius naturæ,ſpūs eſt: q̄ris officium,angelus eſt. Ex
eo quod eſt,ſpūs eſt: ex eo qd agit, angelus eſt. Vide
illud in hoīe. Nomen naturæ homo, officij miles.
Nomen naturę uir, officij p̄co: homo.n.fit pręco.i.
qui homo erat fit p̄co, non q erat præco fit homo.
Sic ergo q erant iam ſpūs condiri à creatore deo,fa
C. cit eos angelos, mittendo eos nunciare qd iuſſerit,
Exo. 3. & ignem flgrantē facit miniſtros ſuos. Legimus ap
paruiſſe ignē in rubo, legimus ēt miſſum ignē de-
ſuper,& impleſſe qd p̄ceptum eſt. Miniſtrauit ergo
cum impleret,cū eſſet in natura ſua,erat: cū egit qd
iuſſum eſt,miniſterium impleuit. Sic ſcdm literam
uidemus in creatura. Quid eſt aūt in Eccleſia ſign-
rate? Qūo accipimus, qui facit angelos ſuos ſpūs,&
miniſtros ſuos ignem flagrantē? Spūs ſpiritales di
cit, Bene facit angelos ſuos ſpiritales.i.nuncios uer
1.Cor.2 bi ſui. Spiritalis.n omnia iudicat, ipſe autem à ne-
mine diiudicatur. Vide ſpiritalē factū angelū dei,
1.Cor.3 Non potui, inqt, uobis loqui quaſi ſpiritalibus,ſed
quaſi carnalibus. De ſpiritali quadā affectione miſ
ſus eſt ad carnales,tanquā angelus de cœlo ad ter-
ram. Qūo dicit,& miniſtros ſuos ignem flagrantē,
Rom.12 niſi qūo dicit, ſpiritu feruentes? Sic.n.feruens ſpiri-
tu,ignis ardens eſt omnis miniſter dei. Nōne arde-
Actu.7. bat Stephanus? Quo igne ardebat? Et qs ille ignis
erat,qn̄ lapidabatur, & pro eis à quibus lapidaba-
tur rogabat? Cū audis,ignis eſt miniſter dei,incēſu
rum illū putas? Incendat licet,ſed fœnū tuum.i.car
nalia oīa deſideria tua: currat miniſter dei, p̄dicās D
uerbum dei. Audi illū, Sic nos exiſtimet homo,ut 1.Cor. 4.
miniſtros xp̄i, & diſpenſatores miniſteriorum dei.
Qūo aūt ardebat cum diceret, Os noſtrū patet ad 2.Cor. 6.
nos ô Corinthij,cor noſtrum dilatatum eſt? Arde-
bat & flagrabat charitate, & ibat in eos ut incende
ret. Hunc ignē ſe miſſurum dn̄s in terrā dicebat cū
ait, Ignem ueni mittere in terram. Qūo gladiū, ſic Luc.12.
ignem. Gladius diuidit affectum carnalem, ignis Matt.10.
abſumit. Totum in uerbo dei intellige,totū in ſpi-
ritu dei cognoſce. Incipe feruere charitate p uerbū
qd audis, & uide qd in te fecerit ignis miniſter dei.
Qui facit angelos ſuos ſpūs, & miniſtros ſuos ignē
flagrātem. Fundauit terram ſuper firmitatē eius,
nō inclinabitur in ſeculū ſeculi.) De terra iſta hoc
accipere neſcio utrū habeat ullum exitum, utrum
recte dicat̃; non inclinabitur in ſeculum ſeculi, de
qua dictū eſt,Cœlum & terra tranſient. Laboratur Mat. 24.
hic ſi ad lr̄am q̄ras accipere: nam q̄ ait, Fūdauit ter
ram ſuper firmitatem eius: fortaſſe q̄dam eſt firmi-
tas occulta nobis,q̄ continet terrā,& hoc dixit, fun
dauit. Super qd firmauit? Super firmitatem ipſius
terræ,quā ei ſupponit ut contineretur, q̄ latet forte E
oculis tuis: ſint iſta occulta in creatura, nō de ob-
ſcuritate creaturæ creator latebit. Quę poſſum⁹ ui-
deamus,ex his q̄ uidemus illum laudemus & ame-
mus. Conuertamus nos ad q̄rendam aliqd hic in
figura poſitū. Firmauit terrā, intelligo Eccleſiam. Pſal. 24.
Dn̄i eſt terra & plenitudo eius: intelligo Eccleſiam
terrā. Ipſa eſt terra ſitiens, ipſa eſt q̄ dicit in Pſalmis, Pſal.142.
una.n.dicit ex oībus, Aīa mea ſicut terra ſine aqua
tibi. Sicut terra ſine aqua tibi, qd eſt? Sitiens ſitiuit
aīa mea ad te tanquā terra ſine aqua: niſi.n.ſitiat,
non recte irrigabitur. Animę crebra †pluuia dilu- † alias,
uium eſt,ſitiat oportet, Beati.n.q eſuriunt & ſitiūt ebrie.
iuſtitiā: & dicat anima mea tanquā terra ſine aqua Mat.5.
tibi,qa dicit alibi, Sitiuit aīa mea ad deū uiuum. Pſal.62
Terram ergo intelligo Eccleſiam. Quæ eſt firmitas
eius ſup quā fundata eſt,niſi fundamentū eius? An
incongrue intelligimus firmitatē ſup quam funda
ta eſt terra, fundamentū ubi cōſtituta eſt Eccleſia?
Quod eſt illud fundamentū? Fundamentū, inqt, ne 1.Cor.3
mo poteſt ponere præter q̄ qd poſitū eſt, qd' eſt xp̄s
Ieſus. Ibi ergo firmati ſumus: merito ibi firmati, nō F
inclinabimur in ſeculū ſeculi. Nihil.n.firmius iſto
fundamento. Infirmus tu eras, ſed firmum funda-
mentum te portat. In te firmus eſſe non poteras: fir
mus eris ſemp, ſi ab illo firmo fundamēto nō rece
das. Non inclinabitur in ſeculū ſeculi. Ipſa eſt præ-
deſtinata columna,& firmamentū ueritatis. Abyſ
ſus ſicut ueſtimentū amictus ipſius, ſup mōtes ſta-
bunt aquæ. Ab increpatione tua fugient, à uoce to
nitrui tui formidabūt. Aſcendūt montes & deſcen
dunt cāpi, in locū quem fundaſti eis. Terminū po-
ſuiſti eis quē nō tranſgredientur, neq; reuertent te-
gere terrā. Qui emittis fontes in conuallibus inter
mediū montiū ptranſibunt aquæ. Potabūt oēs be
ſtię agri, ſuſcipient onagri in ſitum ſuā. Sup illos uo
latilia cœli inhabitabūt, de medio petrarū dabūt
uocē ſuā. Rigās mōtes de ſupioribus ſuis, de fructu
opeꝝ tuoꝝ ſatiabit̃ terra. Producēs fœnū iumētis,
& herbā ſeruituti hoium. Vt educas panē de terra,
& uinū lętificet cor hois. Vt exhilaret faciē i oleo,&
panis cor hois cōfirmet, Satiabūt̃ oia ligna cāpi,&
cedri Libani q̄s plātauit, illic paſſeres nidificabūt.

G Fulicæ domus dux est eo℞.) Animaduertistis extē tum cœlū, uultis intellectu ascendere, & ego uideo quantū altum sit. Puto, ꝙ mecum cōsideret charitas uestra. Nā ideo multos uersus uolui ꝓnunciare, ut uideatis quā alta sint posita sacra dei, ne fastidiamus oblata, ne prompta ppea uilescant, ut semper q̄sita etsi cum difficultate, cum maiori iocunditate inueniantur. Inter cætera tñ frēs, quæ possunt accipi ad literam: nunqd & hoc quod dictum est, Illic passeres nidificabunt, fulicæ domus dux est eorū? Nunqd domus fulicæ dux est passerū? Aut domus fulicæ, dux est cedro℞? Et hoc.n. ibi est, Et cedri Libani quas plantauit, illic passeres nidificabūt, fulicæ domus dux est eo℞. Et qdem latina locutione, eo℞ cedro℞ non possumus intelligere, cedri.n. fœminini generis est. Fulicę itaq; domus, qūo est dux passerū? Hoc.n. in ista creatura, q̄ oculis nostris adiacet, intelligi nullo pacto potest. Fulicas.n. aues esse marinas uel stagnenses nouimus. Domus fulicæ, sit nidus fulicæ. Qūo ergo dom⁹ fulicæ dux est passerum? Quare qdam in rebus uisibilibus quasi absurda miscet spūs sanctus, nisi ut ex eo qd non possumus accipere ad lrām, cogat nos ista spiritalr qrere? Ergo si ad cœlū intellectu, ut dixi, ad extentam pellē uultis ascendere, & nubes fecit ascensionem eius: nubes ista q̄ uobis loqtur, inualida est hodie ad oia ista exponēda. Date ueniā, & si non uestræ, meæ certe infirmitati. Auditatē qdem uestram tātam uideo, ut semp parati sitis audire. Sed duæ res sunt, quarū ratio non contēnenda est: nā & infirmitas corporis nři cōsideranda est, & ipsarū rerum q̄ exponunt memoria: interim quę audistis, cogitate. Quid dixi? Quæ mādūcastis ruminate. Sic.n. eritis mūda aialia, & apta epulis dei. Fructū autē uestrū in operibus uestris aduertite. Valde.n. male digerit is q̄ bene audit, & nō bene operał, qa dñs deus noster nō deest pascere. Notum est oibus, qa de pane quem accipimus & quē erogamus, reddituri sum⁹ rationem. Optime nouit charitas uestra, non.n. tacet nobis pagina diuina, aut adulał nobis deus. De isto loco q̄ liberi simus ad uos, potestis aduertere: & si forte ego minus liber sum, uel oēs q in hoc loco uobis loquunł si minus liberi sumus, certe ipse

I sermo dei neminē timet. Nos aūt siue timeamus, siue liberi simus, eū cogimur annunciare q neminē timet: hoc uobis non hoies: sed deus pstitit, ut & p timidos liberū audiatis. Excusationem in iudicio dei nō habebitis, nisi uos in bonis opibus exercueritis, & eo℞ q̄ audistis tanquā pluuiæ fructum congruum dederitis. Fructus cōgruus opera bona: fructus bonus syncera dilectio, non solū fratris, sed & inimici. Supplicē nullū spernas, & cui dare non potes qd petierit, non eū spernas. Si potes stare, da: si

† al: uolūtatem. nō potes, affabilē te psta. Coronat de⁹ intus bonitatem, † ubi nō inuenit facultatē. Nemo dicat, non habeo. Charitas non de sacello erogał, qa quicqd dicimus & quicqd diximus, & quicqd dicere potuerimus, uel nos, uel post nos, uel q ante nos, finē nō hñt nisi charitatē, qa finis pcepti charitas est de

Rom. 10. corde puro & cōscīa bona, & fide nō ficta. Interrogate qn̄ rogatis deū corda uestra, uidete qūo trās

Matt. 6. mittatis uersum istū, Dimitte nobis debita nřa, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nō eris orās, nisi ista dicas: si alia dicas, nō te exaudit ille, qa non ipsam tibi dictauit iurisperitus quē misit.

Necesse est ergo, ut & qn̄ uerba nostra dicimus in K oratione, scdm ipsam dicamus: & qn̄ ipsa uerba dicimus, bene intelligamus qd dicimus, quia manifestam illam deus esse uoluit. Si ergo nō oraueritis, spem non habebitis: si aliter q̄ magr̄ docuit oraueritis, nō exaudiemini: aut si in oratione mentiti fueritis, nō impetrabitis. Ergo & orandū & uerū dicēdum est: & sic dimitti orādum est, qūo ille docuit. Velis nobis quotidie dicturus es, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Vis securus dicere, fac quod dicis.

Concio secunda, de eadem parte Psalmi.

Cio quia debitores nos tenetis, nō necessitate, sed qd est uehemētius charitate. Debemus aūt hoc primo dño deo nostro, q habitans in uobis & exigit ista de nobis: deinde dño & patri psenti, & iubēti & oranti pro me: deinde uestræ uiolētiæ, qa extorquetis et infirmis uinb⁹ nostris, Tñ quantum dñs donat, qui & ipsas uires uobis orantibus donare digneł, qm psalmi huius primas partes die iā nuper pcedente tractauimus, etiā sequētia suscipienda sunt, & illo adiuuāte in cuius noie cœpimus terminanda sunt. Commendauera L mus aūt charitati uestræ q affuistis, totū istum psalmum figuratis mysterijs esse contextum. Vnde qd difficilius qritur, solet dulcius inueniri. Nec putetis ista uobis dīscuntate subtracta, sed difficultate cōdita & credita: ad hoc qd sępe iā diximus, ut detur petētibus, inueniał a q̄rentibus, intretur a pulsantibus. Sed opus est nobis aliquāto maiore & silētio Matt. 7 uestro, & patientia uestra, ut pauca q̄ dicturi sum⁹, non p strepitū tpis amplius occupent. Pauca.n. nos dicere tpis cogit angustia, qd nouit & charitas ura debere nos exequijs fidelis corporis solenne obsequium. Et ēt q̄ dicta sunt repetere, & rursus exponere nō cogamur: sed si defuerint aliq qui non audierunt, qui utinā non deessent: ꝓdest aut illis fortasse qui non audiūt modo qd audierunt qui affuerūt, ut & ipsi discant adesse. Legamus ergo cursim, Benedic aia mea dñm.) Omnium nostrum anima dicat una facta in Christo. Dñe deus meus magnificatus es nimis.) Vnde magnificatus es nimis? Cōfessionem & decorem induisti.) Cōfitemini ut decoremini, ut induat uos. Circumamictus lucem M sicut uestimentū.) Circumamictus Ecclesiam suā, quia ipsa facta est lux in illo, q̄ prius erat tenebræ in se, dicente Apostolo, Fuistis aliqn̄ tenebre, nunc Ephe. 5. autem lux in dño. Extendēs cœlum sicut pellē.) Vel tam facile quàm tu pellem, si tam facile sit tanquam ad literam accipias, uel ut authoritatem scripturarum intelligamus distentā p totum mūdum: noie pellis, quia mortalitas in pelle significatur. Dispensata est aūt nobis ois authoritas scripturarum diuinarum p hoies mortales, quorū iam mortuo℞ fama distenditur. Qui protegit in aquis superiora eius.) Cuius superiora? Cœli. Quid est cœlum? Figurate dūtaxat diximus scripturam diuinā. Quę superiora scripturæ diuinæ? Præceptū, quo nihil est 1. Cor. 13 eminentius, charitatis. Quare aūt aquis comparata est charitas? Quia charitas dei diffusa est in cordi- Rom. 5. bus nřis per spiritum sanctū, q datus est nobis. Vnde aqua ipse spūs? Quia stabat Iesus & clamabat, Si Ioan. 7. qs sitit, ueniat ad me & bibat: Qui credit in me, flumina aquæ uiuę fluēt de uētre eius. Vnde ꝓbam⁹, qa de spiritu dictum est? Dicat ipse euangelista qd sequitur.

A sequitur, & ait, Hoc aűt dicebat de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eum. Qui ambulat super pennas uentorum.) Id est super uirtutes animarũ. Quę est uirtus animæ? Ipsa charitas. Quo autẽ ille super illam ambulat? Quia maior est charitas dei in nos, q̃ nostra in deum. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignẽ flagrantem.) Id est, eos q iam spiritus sunt, q͠ui spiritales nõ carnales sunt, facit angelos suos mittendo ut p̃dicent eius Euangelium. Et ministros suos ignem flagrantem. Nisi n. ardeat minister prædicans, nõ accendit eum cui prædicat.

Fundauit terrã super firmamentũ eius.) Firmauit Ecclesiam super firmamentũ Ecclesiæ. Quid est firmamentum Ecclesiæ, nisi fundamentũ Ecclesiæ? Quid est fundamentum Ecclesiæ, nisi de quo dicit

1.Cor.3. Apls, Fundamentũ aliud nemo potest ponere p̃ter q̃ quod positum est, quod est Xps Iesus? Et ideo tali fundamento suffulta, quid meruit audire? Nõ inclinabitur in seculũ seculi. Firmauit terrã super firmamentũ eius. i. firmauit Ecclesiam super firmamẽtum Xp̃m. Nutabit Ecclesia, si nutauerit fundamen

B tum. Sed unde nutabit Xps, qui antequã ueniret ad

Ioan.1. nos & carnẽ susciperet, omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil: qui omnia cõtinet maiestate, & nos in bonitate? Non nutante Xp̃o, nõ inclinabitur in seculum seculi. Vbi sunt qui dicunt perisse de mundo Ecclesiam, q͠n nec inclinari potest? Sed unde cœpit dñs asserere istam Ecclesiam, reuelare, incipere, ostendere, diffundere? Vnde cœpit hoc? Quid erat primo? Quia firmauit terrã super firmamentum eius, non inclinabitur in seculum seculi.

Abyssus sicut uestimentũ amictus ipsius.) Cuius? Nunquid forte dei? Sed iam de amictu eius dixerat, Circumamictus lucem sicut uestimentum. Audio deum luce uestitum, & lux ipsa si uolumus nos sumus. Quid est, si uolumus? Si iam tenebrę nõ sum⁹. Ergo si deus luce uestitus est, cuius rursus uestimentũ est abyssus? Abyssus. n. dicitur imensa aquarũ copia. Omnis aqua, omnis humida natura atq; substãtia circũquaq; diffusa per maria & flumina & antra occulta, simul uno noie abyssus uocatur: ergo terrã

C intelligim⁹, de qua dixit, Firmauit terrã super firmamentũ eius, nõ inclinabitur in seculũ seculi: de illo dictũ credo, Abyssus sicut uestimentũ amictus ipsius. Terræ. n. quasi uestimentũ est aqua circũdans

Gene.7. eam & cõtegens eam. Sed aliqñ in diluuio ita creuit hæc uestis terræ, ut omnia omnino cooperierit, & tã ascenderet altissimos mõtes sicut scriptura testatur, cubitis ferme q̃ndecim. Fortasse ipsum tẽpus significauit iste Psalm⁹ cũ diceret, Abyssus sicut uestimentũ amictus ipsius. Super mõtes stabũt aquę.) Id est, uestimentũ terræ, quod est abyssus, ita creuit, ut etiam sup montes aquæ starent. Legimus hoc, ut

Ibidem. dixi, factũ in diluuio. Inde loquebat̃ nobis Propheta, narrabat nobis prętérita, an p̃nunciabat futura? Sed si narraret p̃terita, nõ nobis diceret, Super montes stabũt aquæ: sed, sup mõtes steterũt aquæ. Prçteritũ n. tẽpus pro futuro solere poni in scripturis, ita prouidente spiritu q̃ uentura sunt, quasi iam facta sint solemus legere. Inde est quod illud in alio Psalmo

Psal.21. nouimus oẽs, ubi tanq̃ euangelium recitatur, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt oĩa ossa mea: super uestimentũ meum miserunt sortem: omnia quasi iam facta cõmemorantur, q̃ tũc adhuc uentura cernebant̃. Sed quantũ potest no-

stra intelligentia? quantũ autẽ potest tanta occupatio? aut q͠n sic uacat, ut possimus pro certe dicere, ita est? Animaduertimus sępe prophetas p̃terito tẽpore uerborũ dicere q̃ uẽtura sunt, in figura autem futuri dicere prætérita, non facile occurrit legenti. Non audeo dicere nõ est, sed certe studiosis earum literarũ indixerim quid q̃rant. Si inuenerint, & ad nos attulerint, gratulabimur adolescẽtium studijs ociosorũ occupati senes, & ex eorũ ministerio & nos aliquid discimus. Non n. dedignabimur q͠n Xps de omnibus docet: hoc ergo dicit, Super montes stabunt aquæ. Propheta curans futura p̃dicere, nõ narrare p̃terita, propterea dixit, quia Ecclesiam futurã in diluuio p̃secutionũ uolebat intelligi. Fuit enim tempus aliquãdo, quo terrã dei Ecclesiam dei cooperuerunt aquæ p̃sequentium, & ita cooperuerunt ut nõ apparerent nec ipsi magni q sunt mõtes. Q͠n enim ubiq; fugiebant, q͠uo nõ minus apparebant?

Et fortasse de illis aquis est uox illa, Saluum me fac Psal.6.

deus, q͠m intrauerunt aquæ usq; ad animã meam. Maximæ aquæ q̃ mare faciunt, p̃cellosæ, infructuosæ. Non. n. quãcunq; terrã cooperuerit aqua marina, fœcundabit eam potius q̃ ad sterilitatẽ p̃ducet. E

Erant. n. montes sub aquis, q̃a super mõtes stabunt aquæ: populi resistẽtes superauerunt authoritatem omnium ubiq; fortiter euãgelizantium uerbũ, dei cooperuerãt eos aquæ, & super illos stabãt aquæ: & dicebãt, Preme, p̃me, & p̃mebant: extingue & nõ appareant. Dicebãt ista, & p̃ualebant super martyres, & fugiebant ubiq; Xp̃iani, & fuga quadam occultabant̃ Apostoli. Vnde fuga occultabantur apostoli? Quia super mõtes stabãt aquę. Erat potestas aquarũ magna. Sed quãdiu? audi qđ sequitur, Ab increpatione tua fugient.) Et hoc factũ est fratres, ab increpatione dei fugerũt aquæ: hoc est, à p̃ssura montiũ recesserunt. Iam mõtes ipsi extant Petrus & Paulus, q͠uo eminent? Qui antẽ à p̃secutorib⁹ p̃mebantur, Prou.25.

nunc ab imperatorib⁹ uenerant̃. Fugerunt. n. aquæ ab increpatione dei, q̃a cor regum in manu dei, deflexit quo uoluit, iussit p eos pacẽ dari Xp̃ianis, eminuit & eminuit authoritas apostolica. Nunquid q͠n supra erant aquæ, montium defecerat magnitudo? F

Sed tñ fratres mei ut omnes, uiderent eminentiam montiũ, p quos montes salus esset generi humano, q̃a leuaui oculos meos in mõtes, unde ueniet auxiliũ mihi: Ab increpatione dei fugerũt aquæ. A uo Psal.120.

ce tonitrui tui formidabũt.) Iam quis nõ terreatur à uoce dei p Aplos, uoce dei per scripturas, p nubes eius? Conquieuit mare, formidauerũt aquæ, nudati sunt montes, iussit imperator. Sed qd iussisset, nisi deus tonuisset? Quia uoluit deus, illi iusserunt & factũ est. Ergo nullus sibi hominũ arroget aliqd, formidauerũt aquæ, sed à uoce tonitrui tui. Nã ecce cũ uoluit deus fugerũt aquæ, ne p̃merent mõtes anteq̃ id fieret, & sub aquis firmi erant mõtes. Ascẽdunt montes & descendunt cãpi, in locũ quem fundasti eis.) Adhuc de aquis loquitur. Non hic mõtes accipiamus quasi terrenos, neq; campos quasi terrenos, sed fluctus tam magnos, ut montibus cõparentur. Fluctuauit aliquãdo mare, & fluctus eius tanq̃ mõtes fuerunt, q montes illos Apostolos operirẽt. Sed quãdiu ascẽdunt mõtes & descẽdunt cãpi? Sæuierunt & placati sunt. Cũ sęuiebant, montes erant: cũ placati sunt, cãpi facti sunt: fundauit. n. eis locũ. Est quidã meatus, quasi profundus locus, quo recepta

G sunt quodãmõdo omnia sæuiẽtia corda mortaliũ. Quam multi modo, & salsi, & amari sunt, & tñ quieti? Quàm multi sunt q dulcescere nolũt? Qui sunt q dulcescere nolunt? Qui in Xp̃m adhuc credere nolunt. Et quãuis multi sunt qui nondũ crediderunt, qd faciunt Ecclesiæ? Montes erant aliquãdo, modo campi sunt: tamen fratres mei & malitia mare est. Quare.n. non sçuiunt modo quare non insaniunt? quare nõ dant operam? Siquidẽ si nõ possunt euertere terrã nostram, certe contegere possunt. Quare non? audi, Terminum posuisti eis quem nõ transgredientur, neq; reuertentur tegere terram.) Quid ergo quia iam fluctus amarissimi modũ acceperũt, ut liceat nobis talia etiã libere p̃dicare? quia terminum acceperunt debitũ, qa transgredi non possunt impositum finem, neq; reuertentur tegere terram. Quid fit in ipsa terra, q̃ operationes ibi sunt, q̃ iam mare nudauit? Etsi adhuc eius oram tenues fluctus pstrepunt, & si adhuc murmurant pagani, sonitum littoꝝ audio, diluuiũ non perhorresco. Quid ergo? Quid fit in terra? Qui emittit fontes in cõuallib⁹.)

H Emittit, inquit, fontes in cõuallib⁹. Cõualles nostis qd sint, depressa loca terrarũ. Nã collib⁹ & montib⁹ cõtraria figura opponunt ualles uel cõualles: Colles & montes, tumores terrarũ sunt: ualles autẽ uel conualles, humilitates terrarũ. Noli contẽnere humilitates, inde fluũt fontes, emitit fontes i conual-
1.Cor.15. libus. Audi montẽ, dicit Apl's, Plus illis oĩbus laboraui. Magnitudo q̃dam cõmendatur, statim tamen ut profluant aquæ, conuallem se fecit. Nõ ego aũt, sed gratia dei mecũ. Nõ repugnat ut qui sunt montes sint & conualles Sicut.n. montes dicuntur propter spiritalem magnitudinẽ, ita & conualles ꝓpter sui spiritus humilitatẽ. Non ego, inquit, sed gr̃a dei mecũ. Ergo conuallis est, & gratia dei fons est. Qui emittit fontes in conuallibus: de spiritu dicebatur
Ioan. 7. quod modo cõmemoraui, Si quis sitit ueniat & bibat, qui credit in me, flumina aquæ uiuæ fluent de uẽtre eius: hoc autẽ dicebat de spiritu quẽ accepturi erant hi qui in eum erant credituri. Videamus si conualles sunt, ut emittant fontes in cõuallibus: audi Prophetã, Super quẽ requiescit spiritus meus, nisi
Esa.66. I super humilem & quietum & trementẽ uerba mea? Quid est, super quẽ requiescit spiritus meus? Super humilẽ & quietũ. Quis habebit fontẽ meum? Conuallis. Inter mediũ montiũ pertransibunt aquæ.) Hucusq; à lectore ꝓnunciatus est Psalmus, hucusq; charitati uestræ sufficiat. Hoc dicemus, & i nomine dei sermonẽ terminabimus. Quid est, inter mediũ montiũ ptransibunt aquæ? Audiuimus quid sint mõtes, magni p̃dicatores uerbi, sublimes ãgeli dei, q̃uis adhuc in carne mortali, excelsi nõ sua uirtute, sed illius gr̃a. Quantũ aũt ad ipsos attinet, cõualles sunt, humiliter emittũt fontes: Et inter mediũ montiũ, inquit, ptrãsibunt aquę. Putemus hoc ita dictũ, inter apl'oꝝ medium pertransibunt p̃dicatores uerbi ueritatis. Quid est, inter mediũ montium ptransibunt aquæ? Quid est, inter medium apl'oꝝ? Quod medium dicitur, cõmune est. Res communis, unde omnes æqualiter uiuũt, media est, nec attinet ad te, nec ad me. Propterea loquimur & sic de aliqb⁹ hominib⁹: habent inter se pacem, habent inter se fidẽ, habent inter se charitatẽ, sic certe dicim⁹. Quid est, inter se? In medio sui. Quid est, in medio sui? Cõmune est illis. Audi aquas inter medium montiũ, Quia

K cõmunis illis fidei erat, nec quisq; aquas quasi proprias & suas habebat. Si.n. nõ sunt in medio, quasi priuatæ sunt, nõ publice fluunt: & ego habeo meã, & ille habet suã, nõ est in medio qđ & ego & ipse habeat, sed & talis nõ est pacifica p̃dicatio. At uero ut inter mediũ montiũ fluant aquæ: audi uocẽ montis, Deus, inquit, pacis det uobis idipsum sapere in inuicẽ: & iterũ, Vt idipsum sapiatis oẽs, & non sint
Roma.15. 1.Cor.1. i uobis schismata. Quod sentio sentis, i medio fluit aqua, nõ habeo quasi priuatũ meum, nec tu priuatum tuũ, Veritas nec mea sit ꝓpria, nec tua, ut & tua sit & mea, inter medium montiũ ptransibũt aquæ. Audi ipsum montẽ, ut dixi, qa inter medium mon-
1.Cor.15. tium ptransibunt aquæ. Siue autẽ ego, siue illi, sic p̃dicamus, & sic credidistis. Securus dixit, siue ego siue illi sic p̃dicamus, & sic credidistis: Inter mediũ enim montiũ fluebant aquæ. Nulla.n. de aquis discordia montiũ, sed pax cõsensionis, & societas charitatis. Si quis autẽ uellet aliud p̃dicare, iam de suo p̃dicaret, nõ de medio. Et audi quid de illo dicatur
Ioan. 8. ab ipso qui emisit fontes in conuallib⁹, Qui loqui-
L tur mendaciũ, de suo loquitur: itaq; ne acciperetur aliquis mons nõ de medio, sed de medio manans,
Galat.1. ait Apl's, Quisquis uobis euangelizauerit p̃ter q̃ qđ accepistis, anathema sit. Et uide quemadmodum noluerit de monte p̃sumi, ne forte mons discedat ab aquis p medium currẽtibus, & aliquid ꝓprium uelit influere, Licet si nos: & quãtus mons dixit hoc, q̃ uberrimę aquæ fluebant de cõualle eius, tamẽ hoc uolebat ut medius inter mõtes curreret, & ibi esset fides recta ppl'oꝝ, quod inter se medium atq; cõmune apostoli retinebãt: licet si nos, inquit: Et tu Paule potes aliquid aliter p̃dicare? De Paulo q̃stio: audi
Ibidem. qđ sequitur, Licet si nos aut angelus de cęlo annunciauerit uobis præter q̃ quod accepistis, anathema sit. Si ueniat mons aliud euãgelizans, anathematizetur: si ueniat angelus aliud euãgelizans, anathematizet. Vnde hoc? Quia de priuato uult fluere, nõ de medio. Et hoc forte homo carnali nebula p̃pedit⁹, & à fonte cõmuni ad ꝓpriam suã falsitatẽ redactus posit hoc facere, nunqđ & angelus? Vere nunquã & angelus. Si angelus de proprio fluens i paradiso nõ
Gene.3. M esset auditus, nõ p̃cipitaremur i mortẽ. Media aqua posita erat hoibus p̃ceptũ dei: aqua media, aq̃ quodãmodo publica sine fraude ualebat, qđ diximus charitati uestræ, sine labe, sine cœno fluebat, si ipsa aqua semper biberet, semper uiueret. Venit angelus lapsus de cęlo, factus serpens, qa insidiose iam uenena spargere cupiebat: emisit uenenũ de ꝓprio, locu-
Ioan.8. tus est de suo: qa q loquitur mendaciũ, de suo loquitur: & miseri audiendo dimiserũt qđ cõmune erat, unde beati erãt, & ad suũ propriũ redacti, cũ uolũt
Gene.3. puerse esse similes deo: hoc.n. eis dixerat, Gustate, & eritis sicut dii, appetẽtes quod nõ erant, qđ acceperãt amiserunt. Ergo fratres ad hoc ualeat qđ diximus charitati uestræ, pp fontes, ut fluant de uobis, cõualles estote, & cũ oĩbus cõferte qđ de deo habetis. Inter mediũ fluant aquæ, nulli inuideatis, bibi-
† al. manate saturate. te, saturamini, manate, saturate. † Vbiq; cõmunis aq̃ dei habeat gloriam, nõ hominũ priuata mẽdacia.

Concio tertia, de secunda parte eiusdem Psalmi.

Eliquarũ partiũ psalmi huius ptractandarũ debitores nos esse meminit charitas uestra. Nõ ergo opus est ut intentionẽ uestrã aliquo procœmio moueam. Video.n. uos ad intelli-

A genda facra prophetica omni alacritate suspensos:
nec opus est ut intẽtos faciat sermo meus, quos iã
fecit spũs dei. Hoc potius agamus qđ urget. De fon
tibus emissis in conuallibus, & de aquis inter me-
dium montiũ ptranseuntibus iam dictum est. Sed
ad hucusq; dictũ est, hinc deinceps ordiamur: seq-
tur.n. Potabunt oẽs bestię syluę.) Quid potabũt?
Aquas pertrãseuntes inter medium montiũ. Quid
potabunt? Fontes emissos in cõuallibus. Et qui po
tabunt? Bestiæ syluę. Videmus quidem hoc etiã in
ista creatura bestias syluę bibere de fontibus, & de
riuis inter mõtes currentibus. Sed iam qm̃ deo pla-
cuit talibus rerum figuris abscondere sapientiam
suã, non auferre studiosis, sed claudere negligenti-
bus, apire pulsantibus: Placuit ẽt ipsi dño deo no-
stro ad hoc hortari uos p nos, ut in his oĩbus q̃ ue-
lut de corporali & de uisibili creatura dñr, quæra-
mus aliqđ spiritaliter absconditum, quo inuento
gaudeamus. Bestias syluæ, gentes intelligimus: &
multis hoc locis scriptura testatur. Sed tñ euidentis
sima duo maxima occurrunt documẽta, q in arca
Gene.7. Noe, qua nemo nostrũ dubitat Ecclesiam esse pręfi
B guratam, non includerentur oia gña animalium,
nisi in illa unitate compaginis oẽs gentes significa
rentur: nisi forte putamus, si oia talia penitus dilu-
uio delerentur, de futurã fuisse deo potestatẽ inbẽ
di ut terra ea pduceret, sicut primo uerbo eius p-
duxerat. Non ergo frustra, non temere, non aliqua
indigentia dei uel inopia potestatis iussa sunt aia-
lia illa in arca includi. Nã posteaquã uenit tps: iam
enim debemus & alterum euidentissimum adiun-
gere testimoniũ: cum ergo uenit tps ut illud, qđ in
arca erat pfiguratum, iã in Ecclesia cõpleretur: Pe-
trus apls dubitans dare sacrm̃ euangelicũ gẽtibus
incircuncisis, imò non dubitans, sed oino dandũ
esse non putans, quodam die esuriens cum prande
re uellet ascendit ut oraret. Hoc in Actibus aposto
lorum oĩbus bene legentibus, & bene audientibus
notum est. Illo igiť orante facta est illi mẽtis aliena
tio, quam Grçcι ecstasin dñt: id est, auersa est mens
eius a consuetudine corporali ad uisum quendam
contemplandũ alienata a præsentibus. Tunc uidit
uas quoddã ueluti linteũ quatuor lineis submitti
C de cœlo, ubi erant aialia, omnis generis bestiæ, &
Acto.10. sonuit ei uox: Petre macta & manduca. Ille aũt qui
in lege erat eruditus, & in cõsuetudine Iudaica cre-
uerat, pceptumq; per Moysen dei famulum retine-
bat, totamq; uitam suã fideliter custodierat: Respõ
dit, Absit à me dñe, nunquam cõe aliquid intrauit
in os meũ. Cõe autem immundum dici à Iudęis &
à lege bene nouerunt, q ecclesiasticas literas didice-
runt: & uox ad illũ, Quæ deus mundauit, tu immũ
da ne dixeris. Hoc aũt factum est ter, & ablatus est
ille discus, q demonstrabať ter de cœlo submissus.
Discus qui quatuor lineis cõtinebatur, orbis terra
rum erat in quatuor partibus. Has quatuor partes
sæpe scriptura cõmemorat, Orientẽ & Occidentẽ,
Aqlonem & Meridiẽ. Ideo quia totus orbis terrarũ
p Euangeliũ uocabatur, quatuor Euãgelia conscri
pta sunt. Ter aũt submissum uas de cœlo hoc signi
Matt.28. ficat qa dictum est aplis, Ite baptizate oẽs gẽtes in
noie patris, & filij, & spiritussancti. Inde colligiť si-
cut iã nostis duodenarius ẽt numerus discipulorũ.
Non n. frustra duodecim dñs hr̃e uoluit. Et ita nu-
merus ille sacrat' est, ut in locũ unius q ceciderat,

non posset nisi alter ordinari. Quare duodecim a- D
postoli? Quia.n. quatuor sunt orbis partes, & totus
orbis in Euangelio uocabať, unde quatuor Euãge
lia conscripta sunt, & totus orbis in noie trinitatis
uocať, ut cogregetur Eccl̃ia: quatuor ter ducta, duo
decim fiunt. Ergo nõ miremur si de illis aquis in-
ter mediũ montiũ ptranseuntibus, in illa doctrina
aplica fluente in medio pp concordiã cõionis, oẽs
bestiæ syluæ bibunt. Omnes.n. erãt in arca, oẽs in Gene.7.
disco, oẽs mactat & manducat Petrus, quia Petrus Acto.10.
petra, petra Ecclesia. Quid est.n. mactare & mãdu-
care? Occidere in eis qđ erant, & in sua uiscera assu
mere Dissuasisti pagano sacrilegia, occidisti quod
erat: dato sacro xp̃i incorporasti Ecclesiæ, mãduca
sti. Ipsæ ergo bestiæ potant istas aquas ptranseun-
tes, tñ non manẽtes, sed ptranseuntes Omnis n. do
ctrina q̃ toto isto tpe dispensatur, transit: inde dicit
Apls, Et scientia destruetur, & prophetia euacua- 1.Cor.13.
bitur. Quare ista euacuabũtur? Ex parte.n scimus,
& ex parte prophetamus: Cum aũt uenerit qđ per-
fectum est, qđ ex parte est euacuabiť: nisi forte pu-
tat charitas uestra, quia in illa ciuitate, cui dr̃, Col- Psal.147.
lauda Hierusalem dñm, lauda deum tuum. Sion, E
qm̃ confortauit uectes portarum tuarum: iam con
firmatis uectibus & clausa ciuitate, inde ut iã pri-
dem diximus nemo exit amicus, & quò nemo in-
trat inimicus. Quis codex ibi nos legendus est, aut
tractãdus sermo, quẽadmodũ uobis modo tracta
tur? Ideo modo tractatur, ut ibi teneatur. Ideo mo
do p syllabas diuidiť, ut ibi totus atq; integer con-
tẽpletur. Nõ tibi deerit uerbũ dei, sed tñ non p lite-
ras, non p sonos, nõ per codices, non p lectorẽ, nõ
per tractorẽ. Qũo ergo? Sicut in principio erat uer- Ioan 1.
bum, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat uerbum.
Non.n. sic ad nos uenit, ut inde discederet, quia in
hoc mundo erat, & mũdus p eum factus est. Tale
uerbũ contẽplaturi sumus, Apparebit.n. deus deo-
rum in Sion. Sed hoc qñ? Post peregrinationem fi- Psal.83.
nita uia, si tñ post finitã uiã non iudici trademur,
ut iudex mittat in carcerem. Sed si finita uia, sicut Matth.5.
speramus, & optamus & studemus, ad patriã uene-
rimus, ibi contẽplabimur qđ semp laudabim': nec
illud deficiet qđ nobis pstō est, nec nos q fruemur:
nec fastidiet q mãducabit, nec deficiet qđ mãduca
bitur. Magna illa & mira contẽplatio erit. Et qs de F
illa digne dicet isto tpe, cũ inter mõtes fluũt aquę?
Interim ergo fluẽt aq inter mõtes & ptranseant: cũ
ptranseũt aquę, bibiť in pegrinatione, ne sitι in uia
deficiam'. Potabũt omnes bestię syluæ. Inde ueni
stis, de sylua collecti estis. Et qualis sylua? Null' ho-
minũ ibi ptrãnsibat, qa nullus pphēta illuc missus
erat. Sed ad arcã construendã cõcisa sunt ligna de Gene.6.
syluis, inde ligna, inde bestię, inde uenistis: ergo bi
bite. Potabũt oẽs bestię syluę: Suscipiẽt onagri in
sitim suã.) Onagros magnas quasdã bestias dicit:
Quis.n. nesciat onagros dici agrestes asinos? Ma-
gnos ergo quosdã dicit ĩdomitos Nullũ.n. hẽbant
gẽtes iugũ legis: uiuebãt multę gentes moribꝰ suis,
supba iactãtia uagantes tanq̃ in deserto Et oẽs qui
dẽ bestię istę ita, sed onagri positi sunt ad significa
tionẽ magnitudinis. Potabunt & ipsi in sitim suã:
Fluũt.n. & illæ aquę, inde bibit lepus, inde onager:
Lepus paruus, & onager magnus: lepus timidus, &
onager ferus: uterq; inde bibit, sed q'q; in sitim suã.
Nõ dicit aq̃, lepori sufficio, & repellit onagrũ: neq

G hoc dicit onager, accedat lepus, si accesserit rapietur, tā fideliter & tēperate fluit ut sic onagrū satiet, ne leporem terreat. Sonat strepitus uocis Tullianę, Cicero legitur, aliqs liber est, dialogus eius est, siue ipsius, siue Platonis, seu cuiuscunq; taliū: audiunt imperiti, infirmi minoris cordis, qs audet illuc aspirare? Strepitus ibi aquæ & forte turbatę, certe tñ tam rapaciter fluentis, ut aial timidum nō audeat acce-
Gene. 1. dere & bibere. Cui sonuit, In principio fecit de⁹ cœlum & terrā, & nō ausus est bibere? Cui sonat psalmus, & dicat, Multū est ad me? Et ecce modo qd sonat psalmus, certe occulta sunt mysteria, tñ ita sonat, ut & pueros audire delectet, & impiti accedant ad bibendū, & satiati ructent in psallēdo. Bibūt ergo minores bestię & maiores, sed capacius maiores, qa suscipiunt onagri in sitim suā. Bibant minores qd dictum est, Viri diligite uxores uras, sicut &
Ephe. 5. xps dilexit Ecclesiam: Mulieres uiris suis subditæ
Matt. 19. sint. Bibant minores: dictum est autem dño, Licet dimittere uxorem ex omni causa? Prohibuit dñs, & dixit non licere: Nō scitis, inqt, quia deus ab initio
H masculum & fœminam fecit? Quos deus coniunxit,
34. q. 1. homo non separet: deinde addidit, Qui dimiserit
Cum per uxorem suam excepta causa fornicationis, facit eā
bellicam. mœchari: & si aliā duxerit, mœchatur. Cōfirmauit
1. Cor. 7. compedē, hoc expedit colligato, prius ageret ne ligaretur. Alligatus es uxori, ne q̄sieris solutionē: solutus es ab uxore, ne q̄sieris uxorem. Si nondum es onager, & solut⁹ ab uxore, habes ibi qd & lepus bibas: & si acceperis uxorem, non peccasti. Discipuli aūt cum audirent dictū à dño non licere ullo modo prçter causam fornicationis disiungi coniugia:
Matt. 19. Si talis est, inquiunt, causa cū uxore, non expedit ducere: & dñs, Non oēs capiunt uerbum hoc. Nam uerum dicitis, qa si talis est causa cū uxore, non expedit ducere. Sed nunquid soli onagri bibituri sunt? Non oēs capiunt uerbum hoc, multi non capiunt. Et q sunt q capiunt? Suscipient onagri in sitim suā. Quid est, suscipient onagri in sitim suam? Qui pōt capere capiat: deinde sequitur in contextione sua psalmus, Super illos uolatilia cœli inhabitabūt. Super quos? Super onagros, an potius sup montes?
I Huc .n. sensus iste dirigit, Inter medium montium ptransibunt aquæ, potabunt oēs bestiæ syluæ, suscipient onagri in sitim suā, sup illos uolatilia cœli inhabitabunt. Congruētius intelligimus sup montes, quia hoc est ēt huic silē creaturę. Super montes possunt habitare uolatilia, non sup onagros. Non hoc intelligeremus si non necessitas cogeret. Super montes ergo uolatilia cœli inhabitabūt. Videmus aues istas habitare sup montes, sed multæ earū habitant in cāpis, multę in conuallibus, multę in nemoribus, multę in hortis, non oēs sup montes. Sūt q̄dam uolatilia q̄ non habitant nisi sup mōtes. Spiritales quasdā aias significat hoc nomen. Volatilia spiritalia corda sunt, q aere libero pfruuntur. Gaudent serenitate cœli aues istæ, sed tñ pastus earū in montibus, illic inhabitabūt. Nostis montes, iā tractati sunt. Montes pphetę; montes apli, montes oēs pdicatores ueritatis. Quicunq; uult esse spiritalis, ibi inhabitet, nō in corde suo aberret, habitet, pseue-
Psal. 102 rat uolādo. Habemus aues significantes aliqd spiri
Gene. 15. tale: nō frustra dictū est, Renouabitur iuuētus tua si
De spe- cut aquilæ: nō frustra dictum est de Abrahā, Aues
ctu 14. aūt non diuisit. Abrahā in illo sacrificio satis mystico accepit tria aialia, arietē trimum, uaccam tri- K
mam, caprā trimam, & turturem, & columbā. Diuisus est aries, & aduersus se inuicē partes cōstitutæ. Diuisa capra, nihilominus aduersus se partes cōstitutę. Diuisa uacca, sic ēt de ipsius carne factū est: & subiecit scriptura, Aues aūt non diuisit. Deinde dr, Trimus aries, trima uacca, trima capra: de auiū ætate tacetur. Vnde rogo uos, nisi quia significātur in auibus quidā spiritales, quorū ætas tpalis ppea tacetur, quia æterna meditantur, & transgrediuntur, desyderio & intellectu oia tpalia? Spiritales uiri q de 1. Cor. 2.
omnibus iudicant & à nemine iudicantur, itaq; ipsi soli non diuidunt in hæreses & schismata. In arie Gene. 15
te intelliguntur præpositi, ducunt .n. greges. In uacca plebs intelligitur Iudęorū, habuit .n. iugum legis sub quo laborabat. In capra intelligit Ecclesia de gentibus, in quibusdam .n. liberis saltibus insultabat & amaro pascebat oleastro. Trima sunt dicta hæc animalia, quia tertio tpe gratia reuelata est. Nā primum fuit ante legem, scdm ex quo lex data est, tertium quod nunc est; ex quo regnum cœlorū pręDicatur. Quid ergo dicimus, q aries nō diuidatur? Matt. 4.
L Nonne epi fuerunt authores schismatum & hæresum? Porrò autem si plebs ipsa non diuideretur .i. si uacca non diuideretur, si capra non diuideret, erubuissent fortasse illi in diuisionibus suis, & ad cōpagem remeassent. Diuiduntur duces, diuiduntur Matt. 15
& plebes, ut cæcus cæcum sequatur, & simul in fouеam cadant. Ponuntur aduersus se inuicem. Aues aūt non diuisit. Spiritales non hñt diuisiones, non cogitant schismata. Pax est in eis, custodiūt eā in cęteris quantū pñt, ubi in alijs deficiunt, in se tenent,
Si erit ibi, inqt, filius pacis, requiescet sup eū pax uo Luc. 10
stra: si quo minus, ad uos reuertetur. Non est filius pacis q diuidi uoluit, reuertetur ad te pax tua, quia aues non diuisit. Veniet & caminus, nā cōsedit ibi Abrahā usq; ad uesperā, & uenit magnus terror diei iudicij. Vespera aūt illa finis est seculi, & caminus ille ueniēs dies iudicij: diuisit inter media illa q̄ diuisa erant ēt caminus. Si inter media trāsijt caminus, Gene. 15.
alia in dexteram, alia in sinistram separauit. Sūt er- 2. Retra.
go quidam carnales & tñ Ecclesię gremio continē- cap. 43.
tur, uiuentes scdm quendammodum suum, qbus
M timemus ne seducantur ab hæreticis. Quamdiu .n. carnales sunt diuisibiles sunt. Aues quippe non di-
uisit: carnales diuiduntur, Non potui loqui uobis 1. Cor.
quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Et ūo probatur, quia carnales diuidūtur? Adiungit, Cum .n. dicit unusquisq; nestrum, Ego sum Pauli, ego autē Apollo, ego uero Cephæ, nōnne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Rogo uos frēs audite & proficite, excutite uos de loco carnali, pergi-
te in turturem & columbam. Aues .n. non diuisit, Gene. 15.
sed quicunq; talis permanserit, & scdm quendā modum uitę aptum carnalibus, & de gremio Ecclesię non recesserit, & non fuerit seductus ab hæreticis,
ut ex contraria parte diuidatur, ueniet caminus & 1. Cor. 3.
ad dexterā ponetur, sine camino nō poterit. Sed si li. 21. de
caminum pati non uult, pga in turturem & colū- Ciui. dei.
bam. Qui potest capere capiat. Si aūt non sic erit, & ca. 21. &
ædificauerit sup fundamentum, ligna, fœnū, stipu 26.
lam .i. amores seculares fundamento fidei suæ sup- Cōcor. 4.
ædificauerit, tñ si in fundamento sit xps, ut primū sen. dis.
locum ipse habeat in corde, & ei nihil omnino an- 21. cap.
teponatur, portantur tales, tolerant & tales, ueniet in illo.

A caminus, incēdet ligna, fœnum, stipulam: ipse aūt,
inquit, saluus erit, sic tñ quasi p ignē. Hoc aget caminus,
alios in sinistram separabit, alios in dexterā
quodammodo eliquabit. Aues aūt nō diuisit. Sed
aues uideāt, si aues tales sunt q̄ sup mōtes illos inhabitent,
non debēt sequi altitudinē cordis sui, de
Psal. 72 quib⁹ dicitur, Posuerūt in cœlū os suum. Ne a uentis
tollantur, in montibus requiescant. Habeant.n.
authoritatem sanctoꝝ, requiescāt in montibus, in
Apl'is, in Prophetis: illic inhabitent tales aues: quia
in montibus petras inueniunt, firmamēta q̄dā pręceptoꝝ.
Sicut.n. una illa petra xp̄s uerbum dei, sic
multa uerba dei, multæ petræ, & istę petræ in montibus.
Vide aues ibi habitantes: Sup illos uolatilia
cœli inhabitabūt. Sed noli putare, qa ista uolatilia
cœli authoritatē suam sequant: uide qd dicat Psalmus,
De medio petrarū dabunt uocē suam.) Modo
si dicā uobis credite, hoc.n. dixit Cicero, hoc dixit
Plato, hoc dixit Pythagoras, quis uestrū non irridebit
me? Ero.n. auis q̄ non de petra emitto uocē
meam. Quid mihi unusquisq; uestrum debet dicere?
Galat. 1. Hoc debet dicere ille q sic instructus est, Si quis
B uobis euāgelizauerit præter q̄ quod accepistis anathema
sit. Quid mihi dicis de Platone, & de Cicerone,
& de Virgillo? Habes ante te petras montium,
de medio petrarū mihi da uocē tuā. De medio petrarū
dabūt uocē suā. Audiātur qa petræ audiunt,
audiant qa & i illis multis petris petra audit, Petra
1. Cor. 10 enim erat xp̄s. Audiantur ergo libēter, de medio petrarū
dantes uōcē suā. Nihil suaui⁹ tali uoce alitu.
Illæ sonant, & petræ resonant, sonant illi, disputant
spiritales. Resonant petræ testimonia, respondent
scripturæ. Ecce unde uolatilia de medio petrarum
dant uocē suā, habitāt.n. in montib⁹. Ipsi montes,
& illæ petræ inde hn̄t uocē. Vt.n. rigemur scripturis,
confugimus ad Apl'm Paulum. Ille unde habet?
Confugimus ad Esaiam. Esaias unde? Audi unde,
Rigās mōtes de superiorib⁹ suis.) Modo si ad nos
uenerit homo gētilis incircūcisus, crediturus xp̄o,
damus ei baptismū, nec reuocamus ad illa opa legis.
Et si nos interroget Iudęus quare ita faciam⁹, sonamus
de petra, dicimus, Hoc fecit Petrus, hoc fecit
Paulus: de medio petrarū dam⁹ uōcē nr̄am. Illa autem
petra; ipse Petrus mons magnus, qn̄ orabat &
C illum uisum uidebat, de superiorib⁹ rigabat. Paulus
Gal. 5. Apl's dicit gētib⁹, Si circūcidamini, xp̄s uobis nihil
proderit. Dicit hoc Paulus tanq̄ mons: inde nos dicimus,
sonantes de petra, Riget dn̄s ipsam petram
de superioribus suis. Nam cum ista petra adhuc esset
in infidelitate aspera, uolēs eā rigare de superiorib⁹
suis ut flueret aqua in conualle, clamauit, Saule
Act. 9. Saule, quid me psequeris? Non ei legit Prophetā,
non ei legit alterum Apostolum: Omnia enim ista
cōtemneret mons magnus, rigauit illum de supioribus
suis: statim rigatus & manare iā uolens, Dn̄e,
ait, quid me iubes facere? Accipe illum mōtem uel
petram unde possis dare uocē tuam, accipe illū &
inde rigari de superiorib⁹, & effluere de inferiorib⁹:
2. Cor. 5 audi hoc & in uno loco; Siue, inquit, mente excessimus:
deo: siue tēperātes sum⁹, uobis: qđ ait, Mente
excessim⁹, uos capere nō potestis. Excessim⁹.n. oia
ista carnalia, uos adhuc carnales estis. Deo ergo mēte
2. Cor. 12 excessimus, & qđ.n. uidemus cūm mente excedimus,
effari non possumus. Ibi.n. audiuit ineffabilia
uerba q̄ non licet homini loq. Quid ergo, inquiūt,
illi carnales, illi lepores? Nos non irrigabimur? Ad D
nos nihil pueniet? Et q̄uo emittet fontes in conuallibus?
Et q̄uo in medio montiū pertrāsibūt aquæ?
Ad hoc ergo pertinet, siue temperantes sumus uobis.
Vnde hoc? Quē imitemur? Charitas xp̄i, inqt, 2. Cor. 5
cōpellit nos. Tu particeps uerbi, & si hodie spiritalis,
heri carnalis, ad carnales dedignaris descēdere,
cū ipm uerbū caro factū sit, ut habitaret in nobis? Ioan. 1.
Bn̄dicamus ergo deū, & laudemus eū qui rigat mōtes
de supiorib⁹ suis. Inde ueniet irrigatio ad terrā,
inde & humilia saturabunt: sequitur enim, De fructu
operum tuoꝝ satiabitur terra.) Quid est, de fructu
operū tuoꝝ? Nemo glorietur in operibus suis: 1. Cor. 4.
sed qui gloriatur, in dn̄o glorietur: gr̄a tua satiatur
cum satiatur, non dicat meritis suis datam gratiam
fuisse. Si gr̄a dicitur, gratis datur: si opib⁹ redditur,
merces redditur. Gratis ergo accipe, qa impius iu- Rom. 4.
stificaris. De fructu operū tuorum satiabitur terra.
Producēs fœnū iumentis, & herbam seruituti ho- Psal. 46.
minū.) Verū est uideo, agnosco creaturā, producit
terra fœnum iumentis, & herbam seruituti hoium.
Sed uideo & alia iumenta dei q̄ significantur, cum
dicitur, Boui trituranti os nō infrenabis: dicit.n. ip- 1. Cor. 9
sum iumentū. Nūquid de bobus pertinet ad deū? E
Propter nos scriptura ergo dicit, Q̄uo ergo producit
terra fœnum iumentis? Quia dn̄s constituit, ut
qui Euangeliū annunciāt, de Euangelio uiuāt. Misit
prædicatores, & ait illis, Oia quæ ab ipsis appo- Luc. 10
nuntur uobis, manducate: dignus est.n. operarius
mercede sua. Cum.n. dixisset, quæ apponutur uobis
māducate: ne illi dicerēt, Improbi erim⁹, ad mēsas
alienas indigebimus: uis nos esse ita frontosos?
Nō, inqt, nō est illa donatio eoꝝ, sed uestra merces.
Sed cuius rei merces? Quid dāt? Quid accipiūt? Dāt
spiritalia, accipiūt carnalia: dant auꝝ, accipiunt fœnum,
Ois enim caro fœnū, & claritas carnis ut flos Esa. 40
fœni, oia temporalia quæ tibi superfluūt & redundant,
fœnū iumentoꝝ sunt. Quare? Quia carnalia
sunt. Audi quoꝝ iumentorū sit fœnum. Si nos uobis
spiritalia seminauim⁹, magnū est si carnalia ue- 1. Cor. 9
stra metamus? Hoc Apl's dixit, talis annunciator, tā
laboriosus, tā impiger, tā exercitatus, ut ipsum fœnum
donaret terræ, Ego, inqt, nullius horum usus Ibidem
sum. Ostendit sibi deberi, & nō accepit, nec condēnauit
eos q acceperūt quod debebatur. Condēnā- F
di.n. erant exigentes indebita, non accipentes mercedem
suam, ille tñ & ipsam mercedem suam donauit.
Non qa alius tibi donauit nō debes alteri, alioquin
non eris irrigata terra q̄ producit fœnum iumentis.
De fructu operum tuoꝝ, inquit, satiabit terra,
pducens fœnū iumentis. Tu noli esse sterilis, pduc
fœnū iumentis. Si nolunt iumenta fœnū tuū,
non te tñ sterilē inueniant, Accipis spiritalia; redde
carnalia: debita sunt militi, militi reddes, puincialis
xp̄i es. Quis militat suis stipendijs unq̄ā? Quis Vb supra
plātat uineā, & de fructu eius nō edit? Quis pascit
gregē, & de lacte eius nō percipit? Nō ideo dico, ut
ista fiant in me. Fuit qdam miles qui etiam prouinciali
donaret annonam; sed tñ reddat prouincialis
annonam. Vt aūt hinc dicam; potius quia iumenta
sunt, Boui triturāti os nō infrenabis. Producēs, in- Deut. 25.
quit, fœnū iumentis: & quasi hoc exponēs, adiecit,
Et herbā seruituti hoium: ne nō intelligeres quod
dictū est, Producēs fœnū iumentis: repetitione exposuit
qđ pmisit. Quod enim dixit supra fœnum,

G postea herbā nominauit:quod aūt dixerat iumen-
tis,hoc seruituti hoium dixit , ergo seruituti & non
Gal 5. libertati:ubi ergo est, Vos in libertatē uocati estis?
1. Cor.9 sed audi eundē ipsum , Cū enim liber sim ex oib⁹,
oium seruum me feci,ut plures lucrifacerem Et qui
bus dixit , in libertatē uocati estis? & qd adiunxit?
Gal.5. Tantū ne libertatem in occasionē carnis detis, sed
per charitatē seruite inuicem.Quos liberos fecerat,
seruos fecit, nō conditione seruili,sed tamen xp̄i re
demptione,nō necessitate,sed charitate.Per chari-
tatem,inquit, seruite inuitē.Sed xp̄o seruimus inui
cem ait,nō pp̄lis carnalibus,nō infirmis. Bene xp̄o
seruis, si seruis qbus xp̄s seruiuit. Nonne de illo di-
ctum est,Bene seruientem plurimis? In Propheta le
gitur,de nullo nisi de xp̄o accipi solet. Audiam⁹ tn̄
proprie & in Euangelio uocem eius,Quicūq; inqt,
Mat. 20. in uobis uult maior esse erit uester seruus . Seruum
suū te fecit , qui te suo sanguine liberū fecit. Dicite
hoc nobis, qa uerū dicitis:audi illum in alio loco,
2. Cor.4. Nos aūt seruos uestros per Iesum. Bene diligite ser-
uos uestros,sed in dn̄o uestro.Præstet nobis de⁹ ut
bene seruiamus:nā uelimus,nolimus,serui sum⁹,&
H tn̄ si uolentes sumus, non necessitate, sed charitate
seruimus.Quodammodo.n.quasi superbia seruos
Mat. 20 stomachata uidebatur,cum diceret dn̄s,Erit uester
seruus qui uoluerit inter uos maior esse . Iam.n.filij
Zebedæi sedes altissimas quærebāt, unus uolebat
sedere ad dexteram,& alter ad sinistrā , dicētes per
Psal. 83 matrem quod ipsi cupiebāt.Dn̄s non illis sedes in-
uidit, sed conuallē prius plorationis ostēdit, quasi
diceret,Illuc uultis uenire ubi sum ego, uenite quà
ego . Quid est uenire quà ego?Per humilitatē Ego
de sublimitate descēdi , & humiliatus ascēdo . Vos
in terra inueni,& antè uultis uolare quā pasci⁹: pri⁹
nutrimini,educamini, ferte nidū Quid.n.ait?Qūo
illos reuocauit ad humilitatē, iam qrentes altitudi
Mat. 20 nem ? Potestis bibere calicē quē ego bibitur⁹ sum?
Mat.26 Et illi,etiam in hoc superbi possumus Qūo Petrus
tecū usq; ad mortem fortis uir donec fœmina dice
Mat. 20 ret,Et iste cū illis erat : sic & isti, Possum⁹,Potestis?
Ioan. 13. Possum⁹:& ille, Calicē qdem meū bibetis,etsi mo-
do non potestis, tn̄ bibetis:qūo ait Petro,Non po-
tes me modo sequi sequeris aūt postea. Calicem q-
dem meum bibetis, sedere aūt ad dexteram uel ad
I sinistrā meā,nō est meum dare uobis. Quid est,nō
est meum dare uobis ? Non est meū dare superbis.
Modo quibus loquor supbi estis, ideo dixi, Nō est
meū dare uobis.Sed forte dicerēt,Erimus humiles.
Non ergo eritis uos:ego uobis dixi,Nō dixi,nō da-
bo humilibus,sed nō dabo superbis.Qui aūt ex su
perbo fit humilis,non erit q erat . Ergo p̄dicatores
uerbi,& iumēta & serui sunt. Producat terra si irri-
gata est, fœnū iumētis,& herbā seruituti hoium.Ip
se est.n.fructus ut possit fieri qd dictū est in Euāge
Luc.16. lio, Vt & ipsi recipiāt uos in tabernacula ęterna. Vi
de de fœno qd facias,uide de re uili qd emas . Vt re
cipiāt uos,inqt,in tabernacula ęterna.Vbi erūt ip-
Matt. 10 si,illuc uos recipiant. Quare hoc?Quia q recipit iu-
stū in nomine iusti,mercedē iusti accipiet : & q su-
scipit Prophetā in nomine Prophetę, mercedē Pro-
phetę accipiet: & q dederit calicē aquę frigidæ uni
ex his minimis,tantū in nomine discipuli, amē di-
co uobis nō pdet mercedē suā . Quā mercedē non
Luc.16. pdet?Recipiet uos in tabernacula ęterna. Quis nō
festinet? Quis nō alacri⁹ currat?Si terra estis,regami

ni de fructu operū dei, ne dicatis, nō sunt cū qbus K
faciamus.Prędicatores nostri iumēta triturātia,ho
mines seruientes nō indigēt nostri.Quære tn̄ ne qs
indigeat postremo , & qui non indiget,inueniat in
te quod uelit accipere. Accipit.n bonam uolunta-
tem,cum tu accipias pacem. Et si.n.nō quærit da-
tum,sed requiret fructū, quęre tn̄ ne quis indigeat,
& noli dicere,Si petient,dabo.Expectas ergo ut pe
tat. Si pascis bouem dei ,qūo transeuntem mendi-
cum? Illi petenti das,qa scriptū est,Omni petenti te. Luc.6
da. De isto qd scriptū est? Beatus qui intelligit sup
egenum & pauperē . Quære cui des,Beatus enim q Psal. 40
intelligit super egenum & pauperem,qui præoccu-
pat uocem petituri . Si sic inter uos indigēt milites
xp̄i,ut etiam petāt,uidete ne uos iudicent anteq̄ pe-
tant.Qūo,inquis,quæro?Esto curiosus,esto proui
dus:prospice,attēde unde quisq; uiuat,unde se trā-
sigat,unde habeat:nō reprehēdetur ista curiositas
tua,terra eris producēs fœnū iumētis , & herbā ser-
uituti hoium . Curiosus esto,& intellige sup egenū
& pauperē. Alius ad te uenit ut petat,aliū tu pręue
ni ne petat. Sicut.n. de illo qui te quærit dictū est, Luc 6
Omni petenti te da:sic. de illo quē iuberis q̄rere di L.
ctū est,Sudet eleemosyna in manu tua,donec inue Eccl sia-
nias iustū cui eā tradas . Cum.n.dandū sit, & istis stici 24.
pauperibus petentib⁹ patet. Non.n.ab eis inhibuit
deus eleemosynas,cum xp̄s de ipsis dicat , Qn̄ facis Luc. 14
epulū,conuoca cæcos, claudos,debiles,non habē-
tes unde tibi reddant:retribuetur aūt tibi in resur-
rectione iustoꝝ,uoca & ipsos pasce & ipsos,epulare
cum illi epulātur, delectare cū illi saginātur:illi tuo
pane tuo, tu iustitia dei. Nemo uobis dicat,Præce-
ptum est à xp̄o,ut seruo dei detur,mēdico non de-
tur. Absit prorsus, impi⁹ ista loqtur,da illi,sed mul-
to magis illi.Ille.n.petit, & in uoce petētis agnosce
cui des.Ille aūt quāto min⁹ petit, tāto magis tibi ui
gilādum est ut præoccupes petiturū, aut forte mo-
do nō petiturū, & aliqn̄ donaturum uel damnatu
rum.Itaq; curiosi estote ad ista fratres mei,& inue-
nietis multoꝝ dei seruoꝝ indigentiā, tātum ut ueli
tis inuenire. Sed qa delectat uos excusatio qua uul
tis dicere,nesciebamus, ppea nō inuenitis Ipse dn̄s
loculos habebat quò mittebant necessaria,& possi
debantur numini pp usus eorum qui cum illo erāt
& eius:non.n.cum dicitur , Esuriuit Iesus, Euange- M
lista mentitur . Voluit esurire pp te, ne tu esurias in
illo quia paup factus est cū diues esset, ut illi⁹ pau-
pertate nos ditaremur.Habuit.n. loculos , & dictū
est de qbusdā fœminis religiosis,quòd ambulabāt Ioan. 13
quà ibāt pedes eius euangelizātes,& ministrabant
et de substātia sua. Nominant illæ mulieres in Euā
gelio,ubi erat q̄dam ēt uxor cuiusdam Chuzę pro 1. Cor. 9 A
curatoris Herodis. Vide q̄ fiebant,Futurus erat Pau
lus nihil tale aliqn̄ quærens,& oia prouincialibus
donās.Sed quia multi infirmi ista quæsituri erant,
magis infirmorum personā suscepit xp̄s, sublimius
Paulus:Nunquid & xp̄o sublimius?Sublimius xp̄s,
quia misericordius. Cum enim uideret & Paulum
ista non esse quæsiturum, præuidit ne damnaret q̄
siturum,& præbuit exemplum infirmo : qūo cum
uideret multos pronos & gaudentes ituros ad mar
tyriū passionis , exultaturos in ipsa passione forte
cētenarios maturos ad horreū, quorūdam tn̄ infir
mos, quos uidebat posse cōturbari uētura passio-
nis pssura,ne deficerēt tn̄, sed potius uoluntatē bo

A manam uoluntati creatoris coniungerent, ipsorum pso
Mat.26 nam noluit suscipere in passione xps, dicens, Tristis est anima mea usque ad mortem: & iterum, Pater si fieri potest transeat a me calix iste. Docuit quid esset dicturus in infirmus, sed secutus ondit quid facere deberet infirmus. Veruntamen non sicut ego uolo, sed quo tu uis pater. Quomodo ergo in passione infirmorum personam sustinuit, in pfigurata illa in corpore suo, quia & illa
Psal. 138. membra eius: neque enim frustra dictum est, Impfectum
† al. tui. meum uiderunt oculi mei, † & in libro tuo omnes scribent: Sic & in loculis habendis, & in exigenda quodammodo annona, non petendo sed pbendo indigentiam suscepit. Suscepit enim Zacchæus & gaudet.
Luc.19. Cui hoc bonum? Xpo an Zacchæo? Vere si non suscipere & Zaccheus, non erat ubi maneret mundi
Matt.14. fabricator? Aut si nō pasceret Zacchæus, indigeret is qui de quinque panib' tot milia hoium saturauit? Cum ergo quisque sanctū suscipit, non suscepto, sed susceptori pstatur. Numquid in illa fame non pasceba
3.Reg.17 tur Helias? Nonne coruus afferebat panē & carnes seruo dei, seruiente creatura? Missus est tamen pascēdus ad uiduam, non ut militer, sed ut puinciali aliquid
B pstaretur. Ergo quia dicebam' frēs & de pascēdis pau
Ioan.13 peribus, cum dñs loculos haberet, tamen quando dixit Iudæ eum tradituro, Quod facis fac uelociter: non intelligentes cæteri quid dixisset, arbitrati sunt eū dixisse, ut aliquid ppararet quod daretur pauperibus. Ille enim loculos habebat, hoc in Euangelio scriptū est. Possent hoc suspicari, nisi hoc haberet in cōsuetudine dñs? De his ergo q̄ dabant & in loculos mittebantur, dabatur tamen & illis pauperibus quos deus
1.Cor.9 docuit non contemnendos. Sed si illum non contemnis, quanto magis bouem p quem triturat hæc area? Quanto magis seruum tuum? Non indiget cibo, forte ueste indiget. Nō indiget ueste, forte tecto indiget: forte Ecclesiā fabricat, forte aliquid utile in domo dei molitur, expectat ut attēdas, expectat ut
Psal. 40 intelligas sup egentē & pauperem. Tu contra terra dura, lapidea, nō irrigata, aut frustra irrigata seruas tibi dicere, Nō sciebā, nō nouerā, nemo mihi dixit, Nemo tibi dixit? Xps nō cessat dicere, Prophetæ nō cessant dicere, Beatus q intelligit sup egenū & pauperem. Non uides arca inanē ppositi tui? Vides certe uel surgentē fabricā, quò intraturus & oraturus
C es: Nonne admouetur oculis tuis, nisi forte putatis fratres, quia ppositi uestri thesaurizāt, & nouimus multos nō thesaurizare, & ad quotidiana egere, de qbus oino nō creditur? Quos & uos inueniretis si uelletis, si circūspiceretis, si ad hoc uigilaretis ut fru
1.Cor.9 ctū daretis. Dixi qd' potui, quantū potui. Puto aūt manifestos nos esse uobis, sicut ait Apls, non ideo nos dicere, ut in nos ista faciatis. Prestet hoc de' ut hæc non frustra dixerim: Præstet hoc de' ut terra irrigata sitis non lapidea, sicut Iudæi, unde tabulas lapideas accipere meruerūt: sed terra fructifera, ter-
†al. reddat fructum. raque irrigata reddatur †agricolæ. Illi ipsi corde lapideo, qd' significatū est lapideis tabulis, decimas da
*al. gemitis. bant Etiā gemite, * & nihil huc exeat. * Si gemitis parturire, si parturitis parite. Quare gemit' inanis?
*al. adhuc exis. Quare gemit' sterilis? Viscera tot quenslan non est itus qd' ędal? Rigās montes de supiorib' suis, de fructu operū tuorum satiabitur terra. Beati q faciūt, beati q ista fructuose audiūt, beati q nō maniter clamant, de fructu operū tuorum satiabitur terra, producēs fœnū iumētis, & herbā seruituti hoium. Vt qd uocat?
Vt quid hoc? Vt educat panē de terra.) Quē panē? D
Xpm. De qua terra? De Petro & Paulo, de cæteris dispēsatorib' ueritatis: audi quia de terra, Habemus,
2.Cor.4. inquit, thesaurum istum in uasis fictilibus, ut eminētia sit uirtutis dei. Ipse est panis q de cœlo descēdit, ut è terra educatur, cū p seruos suos carnē prędicatur. Terra fœnum producit, ut panem de terra
Ioan.6. educat. Quæ terra fœnū producit? Plebes piæ, plebes sanctę. Aut de qua terra panis educitur? Verbū dei de Aplis, de dispensatoribus sacramentorum dei, adhuc in terra ambulantib', adhuc corpus terrenū portantib'. Et uinum lætificet cor hois.) Nemo se ad ebrietatem paret, imò se ois homo ad ebrietatē
Psal 22 paret. Calix tuus inebrians q̄ pclarus est: nolumus dicere, Nemo se inebriet. Inebriamini, sed uidete unde. Si uos inebriat calix dñi præclarus, uidebit ista ebrietas in operib' uestris, uidebitur in sancto amore iustitiæ, uidebitur postremo in alienatione mentis uestræ, sed à terrenis in cœlū. Vt exhilaret facies ei' in oleo.) Video q̄ terra quantū fructū educat, si producat fœnū iumentis. Non isti serui uen-
Mat.10. dunt qd' dant: non.n. uenditores Euāgelij sunt gra
E tis dant, qa gratis acceperūt. Gaudet bonis operib'
Philip.4 uestris, hoc.n. uobis prodest: Non.n. qrunt datum, sed requirunt fructū. Quid est exhilaratio faciei in oleo? Gratia dei nitor qdam in manifestatiōe. & si-
1.Cor.12 cut dicit Apls, Vnicuique aūt datur spiritus ad manifestationem. Gratia qdam q̄ est hoium ad hoies pspicua, ad conciliandū sanctum amorē oleum dicitur in nitore diuino: & quoniam excellentissima in xpo apparuit, totus orbis eum diligit, qui cum contemptus hic esset, adoratur modo ab omni gente, quoniam ipsius est regnum & ipse dominabitur gentiū. Tan
Psal.21 ta est.n. eius gratia, ut multi qui in eū non credunt laudent eum, & ppea dicant nolle se in eum credere, quia nemo potest implere quod iubet. Laudando impediuntur, q in illum uituperando sęuiebāt. Amatur tamen ab omnibus, prædicatur ab omnibus, quia excellēter unctus, ideo xps. Christus.n. unct', a chrismate dictus est xps. Messias Hebraice, Græce Christus, Latine unctus, sed corpus suū totū perungit. Omnes ergo uenientes accipiunt grām ut exhilaretur facies ei' in oleo in cœlo. Et panis cor ho
F minis confirmet.) Quid est hoc fratres? Quasi cœ-
†al. cœgit. pit † intelligi de quo pane diceret. Panis.n. iste uisibilis stomachū confirmat, uentrem confirmat. Est alius panis q cor cōfirmat, qa panis est cordis. Iam enim dixerat de pane supen', ut educat panē de terra, sed non dixerat qualis panis fit ille. Et nunū lętificat cor hois. Videtur iam dicere de spiritali uino, nam id lætificat cor hois. Sed adhuc putatur de uino isto dici, quo ebrij quasi læto corde uidētur apparere. Vtinā lætentur & non rixentur. Dicis mihi, Quid læti' ebrio? Imò qd infani' ebrio? Quid plerūque iracūdius? Est ergo uinū qd uere lætificat cor, & non nouit aliud nisi lætificare cor. Sed ne putes hoc qdē de spiritali uino debere accipi: de illo pane aūt nō q. & ipse spiritalis sit, sed exposuit & ipm, & panis, inq, cor hois cōfirmat. Ergo sic accipe de pane, quō accipis de uino: intus esuri, intus siti. Bea
Mat.5 ti enim q esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi sa-
Ioan.14. turabūtur. Panis ille iustitia est: uinū illud iustitia
Ioan.6 est, ueritas est, ueritas est, Ego sum, inqs, panis
Ioan.14. uiuus q de cœlo descēdi: &, Ego sum uitis, uos farmēta: &, Panis cor hominis cōfirmat. Satiabūtur

G ligna campi.)Sed de iſta gratia educta de terra Li-
gna campi,plebes populoꝝ. Et cedri libani quas
plantauit.)Cedri libani,potẽtes in ſeculo,& ipſi ſa
turabuntur.Peruenit panis & uinum & oleum xp̃i
ad ſenatores,ad reges,ad nobiles.Satiati ſunt ligna
cãpi.Prius humiles ſatiati ſunt,deinde ẽt cedri liba
ni,ſed quas plantauit ipſe.Cedri religioſi fideles,ta
les.n.plantauit:nã & impij ſunt cedri libani, qa cõ
teret dñs cedros libani.Libanus.n.mõs eſt.Ibi iſtæ
arbores ẽt ſcd̃m literam annoſiſsimæ ſunt & excel
lentiſsimæ. Libanus autẽ interpretatꝰ ſicut legimus
in eis q iſta ſcripſerunt,cãdidatio. Libanus dicitur
candidatio. Videtur aũt candidatio eſſe ſeculi hu-
ius,modo nitentis & fulgẽtis in pompis ſuis. Sunt
ibi cedri libani quas plantauit dñs:ipſæ ſatiabuntꝰ
Matt. 15. quas plantauit dñs,nam arbor,inqt,quã non plan
tauit pr̄ meus,eradicabitꝰ.Et cedri libani quas plan
tauit. Illic paſſeres nidificabunt.) Fulicæ domus,
dux eſt eoꝝ.Vbi paſſeres nidificabunt?In cedris li-
bani.Iã audiuimus q̃ ſint cedri libani,nobiles ſecu
li,excelſi genere,opibus,honoribusq́:& ipſæ cedri
ſatiantꝰ,illæ tñ quas plantauit ipſe. In his cedris paſ
H ſeres nidificabunt.Qui ſunt paſſeres? Aues equidẽ
& uolatilia cœli ſunt paſſeres, ſed minuta uolatilia
ſolẽt dici paſſeres. Sunt ergo qdã ſpiritales nidificã
tes in cedris libani.i.ſunt quidã ſerui dei audiẽtes
Matt. 19. in Euangelio,Dimitte oĩa tua,uel uende oĩa tua,&
da pauperibus,& habebis theſaurũ in cœlo,& ue-
ni ſequere me.Et non tm̃ hoc audierunt magni,ſed
audierunt & parui:& uoluerũt hoc facere & parui;
& eſſe ſpirituales,nõ iungi uxoribꝰ,nõ macerari cu-
ra filioꝝ, non habere ꝓprias ſedes quibus deligarẽ
tur,ſed ire in uitã quandã cõem. Sed quid dimiſe-
runt iſti paſſeres? Minuti.n.ſeculi huius paſſeres ui
dentur. Quid dimiſerũt? Quid magnũ dimiſerũt?
Alius ſe conuertit, dimiſit cellã patris ſui inopem,
uix unũ lectũ & unam arcã Conuertit ſe, tñ factus
eſt paſſer,q̃ſiuit ſpiritalia.Bene,optime.Non illi in-
ſultemus,nõ dicamus,nihil dimiſiſti.Non ſupbiat
Matt 4. q multa dimiſit. Petrus ut ſequeretꝰ dñm nouimus
ꝙ piſcator erat,quid potuit dimittere? Vel frẽs eius
Matt. 19. Andreas,uel filij Zebedęi Ioãnes & Iacobus,ẽt ipſi
piſcatores,& tñ quid dixerũt? Ecce nos dimiſimus
I omnia,& ſecuti ſumus te Nõ ei dixit dñs, Oblitus
es paupertatem tuã, quid dimiſiſti ut totũ mundũ
acciperes?Multum dimiſit frẽs mei,multum dimi-
ſit.Quid?Non ſolũ dimiſit quicqd habebat,ſed ẽt
quicquid habere cupiebat.Quis.n.pauper nõ tur-
geſcit in ſpe ſeculi huius?Quis non quotidie cupit
augere qd habet?Iſta cupiditas ꝑciſa eſt.Ibat in im
menſum,accepit modũ,& nihil dimiſſum eſt?Pror
ſus totum mundum dimiſit Petrus, & totum mun
2. Cor. 6. dum Petrus accepit.Quaſi nihil hñtes & oĩa poſsi-
dentes. Faciunt hoc multi:Iſta faciunt q parum ha
bent,& ueniunt & fiunt paſſeres utiles. Minuti ui-
dentur, qa non hñt altitudinẽ dignitatis ſecularis,
nidificant in cedris libani. Etenim & cedri libani
nobiles & diuites & excelſi huius ſeculi,qm̃ cum ti
Pſal. 40. more audiũt, Beatus q intelligit ſup egenũ & pau-
perem,attendũt res ſuas,uillas ſuas,& oẽs ſupfluas
copias, qbus uidentur excelſi, & ꝓbent illas ſeruis
dei,dant agros,dãt hortos,ędificãt Eccl'ias,mona-
ſteria, colligunt paſſeres ut in cedris libani nidifi-
cent. Paſſeres ergo ſatiantꝰ cedris libani quas plan-
tauit dñs,& illic paſſeres nidificabũt. Attendite to

tam terrã,ſi nõ ita eſt. Vt loquerer iſta nõ ſolũ cre- K
didi, ſed & uidi:dedit mihi intellectũ ipſum experi
mentũ.Interrogate latiſsimas terras q noſtis, & ui-
dete in q̃ multis cedris libani paſſeres illi de quibꝰ
locutus ſum nidificãt Sed tñ frẽs mei, ipſi paſſeres
ſi ſpiritales ſunt,quãuis nidificent in cedris libani,
non pro magno habere debẽt cedros libani, & pu
tare illos eſſe ſupiores, à qbus eoꝝ neceſſaria com-
plentur.Paſſeres.n ſunt, illi autẽ cedri libani ſunt,
Ergo fulicæ domus dux eſt paſſerũ. Quamuis in ce
dris libani nidificent paſſeres, non tñ cedri libani
duces ſunt paſſerum.Ecce ſatiabuntꝰ ligna cãpi,oẽs
ppl'i & cedri libani ſatiabuntur quas plãtauit dñs,
oẽs nobiles & excelſi fideles.Illic.i.in cedris libani
paſſeres nidificabunt, ꝓbebunt ramos facultatum
ſuarum, colligendis minutis ſpiritalibꝰ ꝓbent iſta.
Faciunt,hęc cedri libani quas plãtauit dñs, faciũt
& libenter faciunt,nouerunt qd faciant, nouerunt
quid accipiant.Sed paſſeres quãuis in cedris libani
nidificabunt, fulicæ domus dux eſt eoꝝ. Quæ eſt
fulicæ domus? Fulica ſicut oẽs nouimus, marina Fulica.
auis eſt,uel in ſtagnis eſt,uel in mari eſt, hẽt quan-
dam domũ, nõ facilè in littore terræ aut nunquã, L
ſed in ijs q̃ in media aqua ſunt,plerunq; ergo in pe-
tris quas aquæ circumdãt, intelligimus ergo petrã
eſſe idoneã fulicę domum:nuſquã fortius & firmiꝰ
habitat,q̃ i petra.In quali petra? In mari cõſtituta.
Et ſi tunditꝰ fluctibus, frangit tñ fluctus,non frãgitꝰ
petra. Hoc hẽt magnũ petra in mari cõſtituta. Quã
ti fluctus cõtunderunt petrã nr̃am xp̃m? Eliſi ſunt
in illum Iudæi,illi fracti ſunt,ille aũt integer ꝑman
ſit.Et unuſquiſq; imitans xp̃m,ita ſit in iſto ſeculo,
id eſt,in iſto mari;ubi non põt niſi ꝓcellas tempe-
ſtatesq; ſentire, ut nulli uento cedat, nulli fluctui,
ſed oĩa excipiat,& integer maneat. Ergo fulicæ do-
mus & fortis eſt & humilis. Nõ hẽt domũ fulica in
excelſis, nihil illa domo firmius & nihil humilius.
In cedris quidẽ nidificant paſſeres pp̃ ꝓſentem ne-
ceſsitatem, ſed petrã illam habent ducem q̃ flucti-
bus tunditur,& non frangitur:imitantur.n.xp̃i paſ
ſiones Et ſi forte cedri libani iratæ fuerint,& aliqd
moleſtiæ uel ſcandali ſeruis dei in ramis ſuis com-
mouerint,uolabunt qdem inde paſſeres:ſed uę ce-
dro remanenti ſine nidis paſſerum:Paſſeres.n.non M
naufragabunt,nõ pibunt,qa fulicę domus dux eſt
eoꝝ. Quid ergo ſequitur? Mõtes altiſsimi ceruis.)
Cerui magni,ſpiritales tranſcendentes in curſu oĩa
ſpinoſa ueprium atq; ſyluaꝝ. Qui pficis,inquir,pe-
des meos ſicut ceruis, & ſup excelſa ſtatuens me. Te Pſal. 17.
neant montes altos alta ꝑcepta dei, ſublimia cogi-
tent,teneãt ea q̃ multũ eminent in ſcripturis,inſtiſi
centur in ſummis: ceruis.n.ſunt illi montes altiſsi-
mi. Quid de humilibꝰ beſtijs?qd de lepore?quid de
hericio?Lepus minutũ aĩal & infirmũ,hericius etiã
ſpinoſum,minor eoꝝ.Illud animal timidum, illud
aĩal ſpinis coopertum. Spinæ aũt quid ſignificant,
niſi peccatores?Qui peccat quotidie,ẽt ſi non ma-
gna peccata,minutiſsimis ſpinis cooptus eſt. In eo
qd timet,lepus eſt: in eo qđ minutiſsimis peccatis
opitur,hericius eſt, & non põt tenere illa excelſa &
pfecta ꝑcepta. Illi.n.montes altiſsimi ceruis. Quid
ergo iſti,lepus & hericius?peunt? Non.ſic.n.mõtes
altiſsimi dati ſunt ceruis,ut & his uideas qd ſequa-
tur, Petra refugium hericijs & leporibus.)Quia fa-
ctus eſt dñs refugium pauperis, ponas petram il- Pſal. 9.

lam in

A lam in terra, refugium est hericijs & leporibus: po-
nas illâ in mari, domus est fulicę. Vbiq; utilis petra,
† al. et in & in montibus ipsa utilis, † qa montes sine petræ
vibus lo- fundamento ruerent in ꝓfundum. Nône iam dudû
cis utilis. de montibus dicebatur, Illic uolatilia cœli inhabi
tabunt, de medio petrarû dabût uoces suas? Vbiq;
ergo petra refugium nr̄m, siue in montibus excelsa
sit, siue in mari tundatur fluctibus nô frangit, siue
in terra solidetur, ad illâ cerui, ad illam fulica, ad il
lam lepus & hericius. Tundant pectora lepores, &
hericij confiteantur peccata sua. Licet coopti sint mi
nutis qdē quotidianisq; peccatis, non eis tñ deest
Mat. 6. petra, q illos docuit dicere, Dimitte nobis debita
nr̄a, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nr̄is. Petra
refugiū hericijs & leporibus. Fecit lunam in tpa.)
Intelligimus spiritalr̄ Ecclesiam crescentē de mini-
mo, & istam mortalitatē uitæ quodāmodo senescē
tem. Sed ut ꝓpinquet ad solem: non istam lunā di-
co uisibilem oculis, sed q hoc nomine significatur
ista. Qñ obscura erat Ecclesia? Qñ nondum appa-
rebat, nondum eminebat, seducebantur homines,
Psal. 10 & dicebatur, Hæc est Ecclesia, hic est xp̄s, ut sagitta
B rent in obscura luna rectos corde. Modo q̄ cæcus
est q plena luna erat? Fecit lunam in tpa. Hic.n. tē-
poraliter trāsit Ecclesia: non.n. hic erit semper ista
mortalitas Augeri & minui potest, aliqñ pertransi-
bit, in tpa facta est. Sol agnouit occasum suum.)
Et hic quis sol, nisi sol ille iustitiæ, quē sibi non or
Sapien. 5. tum impij plangent in die iudicij? Qui dictum sunt
in illo die, Ergo errauim⁹ à uia ueritatis, & iustitiæ
lumen non luxit nobis, & sol non ortus est nobis.
Et sol iste oritur q intelligit xp̄m. Recedit aût ab in
tellectu eius xp̄s, q sic iratus fuerit fratri suo ut te-
Psal. 4. neat odium. Itaq; irascimini & nolite peccare. Cha
Ephe. 4 ritas etsi irascitur aliqñ ut corrigat, non tenet rea,
quia non inueterauit ira, ut uerteretur in odium. Si
aût ira conuersa fuerit in odium, occidit sol super
iracundiam uestram. Non ergo occidat sol sup ira-
cundiam uestrā. Nec putetis frēs ideo nonnullis so
lem esse adorandū, qa sol in scripturis aliqñ xp̄m si
gnificat. Talis est.n. dementia hominū, quasi ado-
1. Cor. 10 randum aliqd dicatur, cum dicitur, Sol Christum
significat: adora ergo & petram, quia xp̄m signifi-
Esa. 53. cat. Sicut ouis ad uictimā ductus est: adora & ouē,
C qa Christū significat. Vicit leo de tribu Iuda: ado-
Apoc. 5. ra & leonem, quia xp̄m significat: uidete q̄ multa
Christum significent. Omnia ista xp̄s in similitudi
ne, non in proprietate. Quæris proprietatem xp̄i? In
Ioan. 1. principio erat uerbum, & uerbum erat apud deū.
Ecce proprietas xp̄i per quam factus es. Vis audire
& ꝓprietatem per quam refectus es? Et uerbū caro
factum est, & habitauit in nobis: cętera similitudines
sunt. Intellige, esto scripturæ capax, ut aliud uideas
obijci oculis tuis, aliud innui cordi tuo. Sol ergo il
le iā securi dicimus, sol ille iustitiæ, non sine causa
Sapi. 5. impijs nō oritur etsi uolunt: ipsa n. sapientia dicit,
Prouer. 1. Quærunt me mali & nō inuenient: q̄rent & nō in-
Sapi. 1. uenient. Et quare? Oderunt.n. sapientiam. Si ergo
oderunt, quare q̄runt? Quærunt non ut fruantur,
sed ut inflentur. Quærūt sermonibus, oderunt mo-
ribus. Spūs.n. sanctus disciplinę fugiet fictū, & au-
feret se à cogitationibus q̄ sunt sine intellectu. Nō
ergo sol ille orit impijs, nō oritur malis. At uero de
Matth. 5. isto sole qd dictum est? Qui facit solē suū oriri sup
bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Er-

go de illo sole iustitię nescio qd significat Psalmus D
iste scdm mysterium: nā uidemus ista fieri in crea-
tura, et scdm speciem rerū uisibilium. Sol agnouit
occasum suum. Quid est, Sol agnouit occasum suū?
xp̄s agnouit passionē suam: occasus xp̄i, passio xp̄i.
Sed nunqd sic sol occidit ut non oriatur? Nunqd q
dormit nō adijciet ut resurgat? nône ipse dixit, Dor
miui turbatus? & de ipso dictū est, Exaltare sup cœ
los deus. Ergo sol agnouit occasum suū. Quid est
agnouit? Approbauit, placuit ei. Et unde oñdimus,
qa agnouit, hoc est, placuit ei. Quid.n. non nouit
deus? quid non nouit xp̄s? Et tñ dicturus est in fine
quibusdam, Non noui uos. Qûo ergo ibi, non no- Matt. 7.
ui uos, non est quasi mihi ignoti estis, sed nō mihi
placetis: sic & hic agnouit occasum suū, placuit illi
occasus suus. Si.n. ei displiceret qûo pateretur? Ho-
mini.n. quia non est illi sol, etiā si displiceat passio
sua, patitur & quod non uult. Ille autem non pate-
retur nisi ei placeret, id est, nisi agnosceret occasum
suū nō occideret, qa ipse dixit, Potestatē habeo po Ioan. 10.
nendi aiam meam, & potestatem habeo iterum su
mendi eam: Nemo tollit eam à me, sed egoipse eam
pono à me. Ergo agnouit occasum suū, & sol agno E
uit occasum suū. Et qñ occidit sol? Cum passus est
dn̄s, factæ sunt qdam tenebræ in Apostolis, defecit
spes eoꝝ, quibus primo magnus & redēptor oium
uidebatur. Quare? Posuisti tenebras & facta est
nox, ibi ptransibunt oēs bestiæ syluæ. Catuli leo-
num rugientes ut rapiāt, q̄rentes à deo escam sibi.)
Quid intelligā spiritalr̄ catulos leonum, nisi spirita
lia neqtiæ? Quid intelligam nisi mala dæmonia, q̄
dęmonia pascuntur erroribus hoium? Sunt.n. prin
cipes demonioꝝ, & sunt dæmonia q̄dam contem-
ptibilia. Ista dęmonia seducere animas quærūt, sed
ubi sol nō ortus est: tenebræ.n. sunt, & cū tenebræ
sint, q̄runt catuli leonū quos deuorent. Ipse leo ma
ior princeps oium talium leonum, qd de illo dictū
est, Nescitis, qa aduersarius uester diabolus tanquā 1. Petr. 5.
leo rugiens circuit q̄rens quem deuoret? Ideo quæ
rentes à deo escā sibi, qa nec tentari qs potest à dia-
bolo nisi pmittente deo Iob sanctus ante diabolū Iob 1.
erat, & tñ longe ab illo erat: aspectu ante illū erat,
potestate remotus ab illo. Qñ auderet tentare uel
carnem, uel facultates eius quas possidebat, nisi ac F
ciperet potestatē? Quare aût datur potestas? Aut ad-
dānandos impios, aut ad ꝓbandos pios. Iuste hoc
tñ actum, totum dn̄s agit, & in neminem habet dia-
bolus potestatem, uel in aliqd eius, nisi ille conce-
dat, cui est potestas summa & sublimis. Sic diabo-
lo, sic homini nulla est potestas in hoiem, nisi desu-
per detur: Stabat iudex uiuoꝝ & mortuoꝝ ante ho-
minem iudicem, & inflauit se homo iudex uidens
ante se xp̄m, & ait, Nescis qa potestatem habeo occi Ioan. 19.
dendi & dimittendi te? At ille q uenerat & eū doce-
re à quo iudicabatur: Non haberes, inqt, in me po-
testatem, nisi esset tibi desup data. Et homo & dia-
bolus & qlibet dæmonia non nisi accepta potesta-
te nocēt: sed ꝓficientibus non nocent. Malis ita sunt,
tanq ignis fœno, bonis ita sunt tanquā ignis auro.
Māducatus est Iudas ut fœnū, ꝓbatus est Iob ut au
rū. Posuisti tenebras & facta est nox illic ptrāsibūt
oēs bestiæ syluę. Ia bestię syluę alio mō. Alio.n. &
alio modo semper ista intelliguntur, quo dn̄s ipe
agnus, ipse leo. Quid tam diuersum q̄ agnus & leo? Ioan. 1.
Sed qualis agnus? Qui uicit lupū, uicit leonē. Ipse Apoc. 5.

G petra, ipse pastor, ipse ianua. Pastor intrat p ianuā, & dicit, Ego sum pastor bonus: & dicit, Ego sum ianua. Ipsum leonis nomē dñm significat, quia uicit leo de tribu Iuda & diabolū, qa conculcauit leonē & draconē. Discite sic intelligere cū figurate ista dicūtur, ne forte ubi legeritis q̄ xp̄m significat petra, ubiq; petram xp̄m putetis. Significat alia atq; alia, sicut litera quo loco ponatur uide, ibi intelligis eius uim. Si audieris literam primam in nomine dei, & putaueris eam semper ibi ponendam, delebis eam in nomine diaboli. Ab eadem.n. litera incipit nomen dei, à qua incipit nomen diaboli: & nihil tam disiunctum q̄ deus & diabolus. Vide ergo q̄ absurdus est à rebus & humanis & diuinis, q dixerit, d litera singularis non debet habere in capite nomen diaboli. Et cū q̄sieris, quare? Respōdeat, Ego in nomine dei legi istā literā. Ridetur iste, nā nec talis est cui digneris reddere rationē. Nolite ergo tam pueriliter sapere ēt ista diuina, ut forte aliquis uestrum, qa dixi superius bestias syluę significare gētes, modo aūt dico bestias syluæ significare dæmonia & angelos præuaricationis, putet iis me aliqd cōtrariū dicere. Similitudines.n. sunt, & in quocunq; loco sunt, circūstantia sui exponūtur. Illic pertāsibūt ōes bestię syluę. Vbi? In nocte quam posuit dñs, qa sol agnouit occasum suum. Catuli leonum rugientes ut rapiant quærentes à deo escā sibi. Merito dñs uenturus ad occasum suum, ipse sol iustitiæ agnoscens occasum suum, ait discipulis, tāquā tenebris futuris, circumituro leone ut quæret quē deuoraret, & q̄ ille leo neminem deuoraret, nisi peteret. Hac nocte, inqt, postulauit satanas uexare uos sicut triticū, & ego rogaui p te Petre, ne deficiat fides tua. Nonne Petrus cū ter negaret, iā inter dentes leonis erat? Catuli leonū rugientes ut rapiāt, & ut q̄rant à deo escā sibi. Ortus est sol.) Qui dixit, Potestatem habeo ponēdi aiam meam, & potestatē habeo iterum sumēdi eā: agnouit occasum suū & posuit eā, ort⁹ est sol & recepit eā. Ortus est sol, qa occidit sol, sed nō extinctus est sol. Adhuc eis q nō intelligunt xp̄m, ipsa nox est. Adhuc eis sol ortus nō est: instēt ut intelligant, ne rapiāt à rugiēte leone. Nā ecce q bus ort⁹ est, nō eos audeat inuadere catuli leonū: seqtur.n. Ort⁹ est sol: Et cōgregati sunt, & in cubilibus suis cubabūt.) Magis magisq; ibi oril sol iste, ut intelligatur ab orbe terrarū, & clarificetur xp̄s in toto mūdo. Cōgregātur catuli leonū: illa dęmonia recedūt à persecutiōe Ecclesiæ, q̄ instigabāt psequi domū dei, operando in filiis diffidentiæ. Nā dictū est, secundum principem potestatis aeris qui nūc operatur in filios infidelitatis. Modo iā qa nemo eos persequi audet Ecclesiā, ortus est sol & cōgregati sunt. Et ubi sunt? Et in cubilibus suis cubabūt. Cubilia eoꝝ, corda infideliū. Quā multi gerūt leones cubātes in cordibus suis: nō inde erūpunt, nō faciunt impetū in istam peregrinātem Hierusalem. Quare no faciunt? Quia iā ortus est sol, & splēdet in toto orbe terrarū: ergo uide qd sequat. Quia ortus est sol & cōgregati sunt, & in cubilib⁹ suis cubabūt. Quid tu ô homo dei? qd tu ô Ecclesia dei? qd tu ô corpus xp̄i, cuius caput in cœlo est? qd tu facis ô homo unitas ei⁹? Exiet, inqt, homo ad op⁹ suū.) Operet ergo iste homo opera bona in securitate pacis Ecclesiæ, operetur usq; in finē. Aliqn̄.n. erit quædā cōtenebratio, & fiet qdam impetus, sed in uespera, id est, in fine mūdi. Modo aūt in pace & tranquilitate operatur Ecclesia: qa exiet homo ad opus suū, Et ad operationē suam usq; ad uesperā. Quàm magnificata sunt opera tua domine,) Merito magna, merito excelsa. Vbi facta sunt ōpa ista tā magna? ubi illa statio dei ubi stetit? uel quę illa sessio ubi sedit & ista operatus est, qs locus ubi ista operatus est? unde processerūt primo ista tam pulchra? Si ad literam accipias, ois ordinata creatura ordinate currens, ordinate pulchra, ordinate oriēs, ordinate öccidēs, ordinate peragēs oia tempora, unde processit? Ipsa autem Ecclesia qūo accepit incremēta, successus, profectionem? Quo destinatur ad finem quendā immortalitatis? Quibus præconiis prædicatur? quibus mysteriis commendatur? qbus sacramentis occultat? qua pdicatione reuelatur? ubi fecit hæc deus? Video magna opera tua dñe. Quàm magnificata sunt opera tua dñe. Quęro ubi fecerit, locū non inuenio: sed uideo qd sequatur, Oia in sapientia fecisti.) Ergo omnia in xp̄o fecisti. Ille cōtemptus, ille expalmatus, ille cōspuť, ille spinis coronatus, ille crucifixus, oia in illo fecisti. Audio audio quid de illo tuo milite nuncies hoibus, qd de illo pręcone sancto prędices gentibus, xp̄m dei uirtutem & dei sapientiam. Irrideant Iudæi crucifixū xp̄m, quia scandalum est eis: irrideant Pagani crucifixum xp̄m, quia stultitia est eis. Nos autem, inqt, prædicamus xp̄m crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus aūt stultitiā: ipsis uero uocatis Iudæis & Græcis, xp̄m dei uirtutem & dei sapiētiam. Oia in sapientia fecisti. Repleta est terra creatura tua.) Repleta est terra creatura tua xp̄e. Et hoc qūo uidebimus? quid enim non à patre per filium creatum est? Quicquid enim ambulat & repit in terris, quicquid natat in aquis, quicquid uolat in aere, qcquid in cœlo circumagitur, quanto magis terra, totus mūdus creatura dei est. Sed nescio qd hic significat de quadam creatura noua: de qua dicit Apls, Si qua in xp̄o noua creatura, uetera transierunt, ecce facta sunt oia noua, omnia autem ex deo. Noua creatura quæ facta est? Omnes credentes in xp̄m, exuentes se ueterem hoiem & induentes nouū. Repleta est terra creatura tua. In uno loco terræ crucifixus erat, in uno exiguo loco cecidit granū illud in terrā, & mortificatū ē, sed magnū fructū attulit. Singularis eras dñe Iesu xp̄e, donec trāsires. Agnosco in alio psalmo uocē tuā qua dixisti, Singularis ego sum, donec transeā: singularis ergo eras donec trāsires, singularis eras cū agnouisti occasum tuū: sed ab occasu in ortū trāsisti. Ortus est, splēduisti: clarificatus es cū in cœlū ascendisti, & repleta est terra creatura tua. Psalmū fratres nondū finiuim⁹, sed aliquid inde in nomine xp̄i etiam ad diem dominicum differamus.

Concio quarta de tertia parte eiusdem Psalmi.

Eminit charitas uestra cū sit un⁹ sermo dei in scripturis omnibus dilatatus, & p multa ora sanctorum unum uerbū sonet, qd cū sit in principio deus apud deū, ibi nō habeat syllabas, qa nō habet tempora. Nec mirandū nobis sit, quia pp infirmitatem nostram descendit ad particulas sonorū nostrorum cū descēderit ad suscipiendam infirmitatem corporis nostri. Istum tamen psalmū iā multos nobis fecisse sermones mysteria-

Marginalia: Ioan. 10 — Apoca. 5. — Psal. 90 — 1. Cor. 10 — H — Luc. 22. — Matt. 27. — Ioan. 10. — I — Ephe. 2. — K — Psal. 91 — Ioan. 19 — L — 1. Cor. 1 — 2. Cor. 5 — Ephe. 4. — M — Psal. 140 — m — Ioan. 1.

A que ipsa q hic clausa tenentur ut pulsantib' aperire tur, attulisse nobis nō paruas per aliquot dies mo-tas tpis cum pronunciātur, cum commendantur, cū clausa esse monstrantur, cū aperiuntur, cū eruū tur, cum oñduntur: ac p hoc meminit, ut dixi, charitas uestra, nec pterito die ad eius terminū psalmi nos puenire potuisse & distulisse in hunc diem, uoluiq; dñs & tps redditionis nobis exhibere, & me debitorem debito satisfacere, & debitores †securio res efficere. Det ergo ipse bonū qd' reddamus, qui nō reddidit quicquid mali feceramus. Exclamauerūt ut nostis, quod cum pietate gaudioq; recolitis, Exclamauerūt cū psalmo uiscera cordis nři, & dixe rūt, Quām magnificata sunt opa tua dñe, oia in sapiētia fecisti, repleta est terra creatura tua. Quicqd a deo factum est, in sapientia factum est, & p sapientiam factum est. Quicquid nouit sapientiam, & qcquid non nouit sapientiam, & tñ in creatura dei ē, in sapientia factum est, & per sapientiam factū est. Qui cognoscunt sapientiam, lucem hñt sapientiā: qui non cognoscunt, habēt tñ artificem sapientiā, cū sint ipsi detenti in sapientia. Et q eam lumen ha

B bent, etiam artificem habēt: nō quicūq artificem hñt, etiam lucem habent. Et quidem in hominib' multi sunt qui eius participes fiunt, & sapientes uocantur, multi.n. expertes, stulti nominātur. Propter hoc uitioso hōie stulti appellant, qa si studeant sapientiæ, si petant, si qrant, si pulsent, possent puenire ad eius participatiōnē: nō.n. naturæ, sed negligentię denegat. Sunt aūt aliæ creaturæ q nō pñt fieri participes sapientiæ, sicut oēs bestiæ, oia pecora, oēs arbores q nec sensum habent ullum. Nunquid quia participes sapientiæ esse non pñt, ideo non in sapientia & p sapientiam facta sunt? Non ergo exigit deus intellectū de equo & mulo, sed hoibus dicit, Nolite fieri sicut equus & mulus, qbus non est intellectus. Quod equo natura est, hoi crimen est: hoc ergo dicit de'. Nō exigo participatiōnē sapientiæ meæ ab eis q nō feci ad imaginē meā, sed ubi feci, inde exigo, & usum ei' rei postulo quā donaui. Hoies ergo reddētes deo quę dei sunt, si Cęsari reddūt qd' Cęsaris est.i.reddētes Cæsari imaginē suā, & reddentes deo imaginē suā, erigunt ipsam mentē suam, non ad se, sed ad artificē suum, & ad lumē un

C de sūt, & ad calorē quēdā spiritalē unde feruescūt, & unde remoti frigescūt: & unde recedētes cōtenebrant, & quò reuertētes illuminant, qa pie illi dixerunt, Tu illuminabis lucernam meam dñe, de' me' illumina tenebras meas. Discussis tenebris terrenę stultitiæ, aperientes os & educētes spm, erigunt, ut dixi, fidente oculum cordis: & circūspiciunt mēte uniuersum mundū, terrā, mare & cœlū, & uidentes oia pulchre disposita ordinata currere, digeri gñibus, fulciri seminib', mutari successionib', currere tpibus, placer eis in his artifex, ut & ipsi placeāt in artifice artifici, & exclamāt præ gaudio magno, qa uere huic lætitiæ nihil cōparari pōt, Quā magnificata funt opa tua dñe, oia in sapientia fecisti. Vbi ē ipsa sapiētia i qua oia fecisti? quo sensu attingitur? quo oculo uidet? quo studio quęritur? quo merito possidet? Quo putatis nisi grā sua? Qui donauit ut simus, donet ut boni sim'. Donat cōuersus q anteq̃ cōuerterentur, & auersi irent post uias suas, nonne qsiuit eos, nonne descēdit? nōne uerbū caro factū est, & habitauit in nobis? nōne accēdit lucernā car

nis suæ dum penderet in cruce, & quæsiuit pditam D drachmā? Quæsiuit & inuenit uicinis cōgratulantib'.i.omni creaturæ spiritali q deum proxime attingit. Vicinis cōgratulantib' inuēta est drachma, angelis lętantib' inuenta est aia humana. Inuenta ē ergo gaudeat & dicat, Quām magnificata sunt opa tua dñe, oia in sapiētia fecisti, repleta est terra creatura tua. Qua creatura tua repleta est terra? Oibus arborib' & frutetis, oibus animalibus & pecorib', & uniuerso ipso gñe humano repleta est terra creatura dei. Videmus, nouimus, legimus, agnoscimus, laudam', & in his pdicamus, & in his no sufficim' laudare tm, quātū abūdat ex bona inspectione cor nřm. Sed ad illā magis creaturā debemus attēdere: unde dicit Apls. Si qua igitur in Christo noua creatura, uetera transierut, & ecce noua facta sunt oia. Quæ uetera transierūt? In gentib' omnis idololatria, in ipsis Iudæis ois illa seruitus legis, oia illa sacrificia pnunciantia pſens sacrificium. Abundabat tunc uetustas hois, uenit q renouaret opus suū, uenit q cōflaret argentū suum, qui formaret monetā suam: Etsi attendimus plenam terrā xpianis credētib' in deū, auertentibus se à prioribus immūdiciis E suis, & idololatria, à spe pterita ad spē noui seculi, & ecce nondū est in re, & iā tenet in spe, & p ipsam spem iā cātamus & dicim', Repleta est terra creatura tua. Nondū.n. in patria cātamus hoc, nondū in illa requie q promittitur, nondū cōfirmatis uectibus portarum Hierusalē: sed adhuc in peregrinatiōe intuētes nondū istū totū, & undiq; hoies currentes ad fidē, timētes gehēnas, contēnentes mortē, amātes uitam æternā, spernentes pſentem, & tali spectaculo cōpleti gaudio dicimus, Repleta est terra creatura tua. Hoc aūt seculum adhuc tentationū fluctibus quatitur, adhuc tēpestatib' & procellis tribulationū & tumorū turbat, hac tñ itur. Mouetur licet mare & tumeat fluctib', pcellasq; parturiat, hac tñ itur: datū est nobis lignū in quo nauigemus, Repleta est terra creatura tua. Sed nondū sum' in terra uiuentiū, adhuc ista terra morientiū est, clamam' aūt & dicim', Spes mea es tu, portio mea in terra uiuentiū. In terra morientiū spes mea, in terra uiuentium portio mea. Ecce ista terra q repleta e creatura dei. Qui adhuc in ista terra est morientiū, nondū est in terra uiuentiū qua transitur: audi sequentia. F

Expositio eiusdem partis.

Hoc mare magnū & spaciosum, ibi repentia quorū nō est numerus, Aialia pusilla & magna.) Terribile mare significat, ibi sunt repētia quorū nō est numerus. Insidię repūt in hoc seculo, & incautos repēte occupāt. Repētes aūt tētationes qs numerat? Repūt, sed caue ne surripiāt. Vigiletur i ligno, ēt in aqs in cruce nauigans', ēt in fluctib' tuti sum'. Nō dormiat xps, nō dormiat fides, etsi dormieit, excitet, iperabit uentis, placabit mare: finietur uia, gaudebitur i pria. Ibi repētia quorū nō est nūerus, aialia pusilla & magna: uideo adhuc in mari isto formidoloso nondum credētes: ipsi.n. uersantur in amaris aquis & sterilib': illic aūt & pusilli & magni sunt. Nouim', hæc multi pusilli seculi nōdū crediderūt, multi primates seculi nondum crediderūt. Aialia pusilla & magna sunt in hoc mari. Oderūt ecclesiā, premūtur xpi noie: nō sæuiūt, quia non pmittuntur: In manus nō erūpens, clausa est in corde sæuitia. Nā oēs siue pusilli, siue magni,

Marginalia: Luc. 15. — †al. exactores. — 2. Cor. 5. — Psal. 31. — Gene. 1. — Mat. 22. — Psal. 17 — Psal. 141 — Mat. 8. — Ioan. 1 — Matt. 5.

O animalia pusilla & magna q̃ modo dolent tẽpla eẽ clausa, aras euersas, simulacra cõfracta, leges latas, ut sacrificare idolis capitale sit crimen: oẽs q dolẽt hæc, in mari sunt adhuc. Quid ergo nos? Ad patriã qua ituri sumus? Per ipm mare, sed in ligno. Noli timere periculũ, lignũ te portat qd' continet seculũ: ergo attẽdite, Hoc mare magnum & spaciosum, ibi repentia quoꝝ nõ est numerus, aialia pusilla & magna. Noli timere, noli terreri, desydera patriã, intellige peregrinationẽ. Illic naues cõmeabunt.) Ecce in eo qd' terrebant cõmeabũt: naues natant, & nõ merguntˀ Naues ecclesias intelligim⁹, cõmeant inter tẽpestates, inter procellas tentationũ, inter fluctus seculi, inter aialia pusilla & magna. Gubernator est xp̃s in ligno crucis suę. Illic naues commeabũt. Nõ timeãt naues, nõ ualde attẽdãt ubi natẽt, sed à quo gubernentˀ. Illic naues cõmeabũt. Quem commeatũ reperiũt tristẽ, qñ gubernatorẽ sentiunt xp̃m? Cõmeabunt secure, cõmeabunt pseuerantes, uenient ad finẽ debitũ, pducẽtur ad terrã quietis. Est in isto mari aliquid ẽt qd' superat oĩa animalia pusilla & magna. Quid est hoc? Psalmum ipm audiamus. Draco hic quẽ finxisti ad illudendũ ei.)

H Ibi repentia quoꝝ nõ est numerus, ibi aialia pusilla & magna, illic naues cõmeabunt, & nõ timebũt, non solum repentia, quoꝝ non est numerus, & animalia pusilla & magna, sed nec draconẽ q ibi est, Quem finxisti, inqt deo, ad illudendũ ei. Magnum secretũ, & tñ quod nostis dicturus sum. Nostis inimicũ ecclesię quẽdam draconẽ, nõ uidistis oculis carnis sed uidetis oculis fidei. Ipse est q & leo dicitˀ,

Psal. 90. de illo scriptura dicit, Conculcabis leonẽ & draconẽ. Subditus ẽ ille capiti tuo, subdeẽ & corpori ei⁹ hæreãt tm̃ mẽbra capiti suo ut mẽbra eius sint. Dictum est de prima fœmina, quã seduxit hic draco, Eua, s. illa cui consilium mortis dedit, & psuasione astuta in cor fœmineũ more serpẽtis irrepsit. Factũ est q̃ nouimus, quod ibi & nos fecimus quod dolemus. In illis n. duobus hoibus totum genus humanũ, inde ꝓpago mortis, inde & in paruulis debi

Iob. 15. ta delicta Quis. n. est mũdus, ait scriptura, in con-
& 25. spectu tuo? Nec infans cui⁹ est uni⁹ diei uita sup ter-
Gene. 3 rã. Tradix peccati, tradix mortis de primo peccato. Nostis n. & quid dictum est mulieri, uel potius ser-

I penti, cum audiret deus pctm̃ primi hoĩs: ipsa tuũ obseruabit caput, & tu eius obseruabis calcaneũ. In magno mysterio dictũ, in figura dictũ ecclesiæ futuræ, factæ de latere uiri sui, & hoc dormientis.

Gene. 2. Erat aũt Adã qdã forma futuri: hoc Apls dicit, Qui
Roma. 5. est forma futuri. Prefiguratũ est qd' futurũ erat, Facta est ecclesia de latere dñi dormiẽtis in cruce. Na

Ioan. 19. de latere crucifixi pcusso sacramẽta ecclesię profluxerunt. Quid ergo dictũ est ecclesiæ? Iã mõ audite,

Gene. 3 itelligite, cauete: ipsa tuũ obseruabit caput, & tu ei⁹ calcaneũ. O ecclesia caput serpẽtis obserua. Quod est caput serpẽtis? Prima peccati suggestio. Venit tibi in mentẽ nescio qd illicitũ, noli ibi tenere mẽtẽ tuã, noli cõsentire. Hoc quod uenit in mẽtẽ, caput serpentis est, caput calca, & euades cæteros motus. Quid est caput calca? Ipsam suggestionẽ contẽne. Sed lucrũ suggessit, magnũ ibi lucrũ ẽ, magnũ ibi aurũ est. Si hãc fraudẽ feceris, diues eris Caput serpẽtis ẽ, calca. Quid ẽ calca? Contẽne qd' suggessit,

Matt. 16. sed magnũ aurũ suggessit. Et qd prodest hoi si uniuersum mundũ lucretˀ, aiæ autem suæ detrimetum patiatur? Pereat mundi lucrum, ne fiat animæ damnũ. Hęc dicens obseruasti caput serpentis & calcasti. Ille aũt diabol⁹ calcaneũ tuũ obseruat. Quid ẽ, obseruat calcaneum tuum? Qñ labaris à uia dei, tu obseruas primã suggestionẽ ille obseruat lapsum tuum. Si. n. lapsus fueris, cades: si cecideris, possidebit. Vt aũt non cadas, noli exire de uia. Angustã tibi semitam strauit deus, quicqd extra illã est lubricum est: propterea lumẽ est xp̃s, & uia est xp̃s. Erat

K

Ioan. 1. lumen uerum quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: &, Ego sum uia, ueri
Ioan. 14. tas & uita: p me is, si ad me is. Si ergo ipse est lumẽ, & ipse est uia, si ab illo recesseris, nec in lumine eris, nec in uia. Et qd te sequetˀ? Quod dicit de impijs qdã psalmus, Fiant uiæ illoꝝ tenebræ & lubricũ. Hic

Psal. 34 ergo draco antiqu⁹ hostis noster ira feruidus, insidijs astutus, in mari magno est Draco hic quẽ finxi

2. sen. di. sti ad illudẽdũ ei. Iã tu illude draconi: ad hoc n. hic
3. Puta- factus est draco. Ipse cadẽs peccato suo de sublimi
uerunt. habitatione cœloꝝ, & ex angelo factus ẽ diabol⁹, accepit quẽdã locũ suũ in hoc mari magno & spacioso Regnũ eius qd putas, carcer ei⁹ est: multi n. dicũt, Quare tanta potestate diabolus accepit, ut do

L minetur in hoc seculo, & tm̃ ualeat, & tm̃ possit? Quãtu ualet? & quantu pot? Nisi pmissus nihil pot. Tu sic age ne pmittatur in te, aut si permissus fuerit ad tentandũ, uictus abscedat & nõ possideat. Permissus est n. ad tentãdos quosdã sanctos uiros famulos dei, superauerũt eũ, qa de uia non recesserũt: nõ lapsi sunt quoꝝ obseruabat calcaneũ. Iob ille san-

Iob. 3 ctus sedebat in stercore, & currebat in uia. Videte qũo obseruauerit caput ei⁹, & queadmodũ ille calcaneũ ei⁹ attendebat. Ille repellebat suggerentẽ, ille sperabat labantẽ Cepit & ei⁹ muliercula, subtraxit oĩa q̃ habebat, solã diabol⁹ dimisit adiutricẽ suã, nõ mariti cõsolatricẽ, sed poti⁹ tentatricẽ: cœpit ẽt ipsam non obseruantẽ caput ei⁹. Adhuc. n. illa Eua erat, sed iã ille Adã non erat. Ablatis oibus, remansit Iob cum uxore per quã tentaretur, & cum deo à

Iob. 2. quo regeretur. Quid illo pauperi⁹ subito factum, si domũ eius consyderes? Quid illo ditius, si cor ei⁹ cogites? Vide paupertatẽ domus, ablata sunt oĩa: ui de diuitias cordis, Dñs dedit, dñs abstulit, sicut do-

Iob. 1. mino placuit, ita factũ est, sit nomẽ dñi benedictũ. Dñs dedit, dñs abstulit, nouerat rectorem suum & tentatorem suum, permissorem tẽtatoris sui nouerat. Nihil sibi, inquit, diabolus tribuat: Voluntatẽ habet nocendi, potestatẽ autem nisi acciperet non haberet. Quãtum accepit ille potestatis, tm̃ ego patior: non ergo ab illo patior, sed ab eo qui potestatem dedit. Contemnatur superbia tentatoris mei, sustineãtur flagella patris mei. Repulsus ẽ tẽtator, obseruatũ est caput ei⁹, penetrare nõ potuit in cor. Muratã ciuitatẽ forinsecus oppugnauit, sed nõ expugnauit. Accessit alia tẽtatio, pmissus est ad corp⁹

M

Iob. 2. ei⁹, pcussit graui uulnere à capite usq ad pedes, contabescebat putredine, scatebat uermib⁹, amissa domo sedebat in stercore. Ibi Eua captiuata à diabo-

Gene. 3. lo ad adiutoriũ marito supposita, ad lapsum suggerit ut blasphemet de⁹. Primo suggessit i paradiso, ut contẽneret de⁹, mõ ut blasphemet deur: iã ut tũc in integrũ, nunc uictus est a putredine: in paradiso deiecit, in stercore superatus ẽ. Attẽdebat aũt ille draco utrũ Iob lingua laberetur. Ois. n. homo in actu suo pedes hẽt, i eo qd' agit, in quo mouetur, ibi tan

quam

A quam ambulat. Dicebat ille multa. Quāta .n. dixit Iob, qui legerūt, nouerunt. In tā multis illis uerbis obseruabat serpens calcaneū labentis. Ille autem q caput obseruabat serpētis, repulit oēm suggestione. Rñdit & mulieri sicut dignū erat rñderi mulieri. Locuta es, inquit, tanquā una de insipiētib⁹ mulieribus. Si bona pcepimus de manu dñi, mala qua re nō sustineamus? Et inter illa oīa q̄ dixit, nusquā lapsus est. Quod multi in illis uerbis nō intelligūt, & q̄dā ibi sic accipiūt quasi aliqd durū dixerit Iob in deū. Nam inter multa ēt hoc dixit, uelut stomachans aduersus deū, sicut uidebatur nō intelligentibus. Ille aūt gestabat personam magnā magnæ ,p phetiæ, Vtinam, inquit loquens ad deū, utinam esset nobis arbiter. Quid ē, utinā esset nobis arbiter? Quasi q inter nos iudicaret, & quo iudicante cām uinceret. Sic accipit ad primū sonum, sed discute ne labaris: attēdit .n. serpens ille semper calcaneum tuum. Quid uisus est dixisse Iob? Vtinā esset nobis arbiter, utina esset medius aliquis, q iudicaret inter me & te. Hoc deo, hoc homo, hoc cor hō, hoc uel

B in cœlo angelus deo, utinā esset nobis arbiter? Sed quid præuidebat? qd optabat? Multi, inqt dñs, iusti & Prophetæ uoluerunt uidere q̄ uidetis, & nō uiderunt. Arbitrum desyderabat. Quid est arbiter? Medius ad cōponendā cām. Nonne inimici eram⁹ dei, & malā cām habebamus aduersus deū? Quis finiret cām istā malā, nisi ille medius arbiter? Qui ni si uenerat, misericordię perierat iter, de quo Apl̄us dicit, Vnus .n. deus, unus & mediator dei & hoium hō xps Iesus. Si nō hō, non mediator, quia æqualis patri deus: dicit in alio loco, Mediator aūt un⁹ nō est, deus aūt un⁹ est. Inter duos mediator. Ergo xps mediator inter hominem & deū, non qa deus, sed quia homo: non qa deus æqualis patri, sed si ęqualis patri, non mediator. Vt autē sit mediator, descēdat a superiore ad inferiorē, ab equalitate patris, sa ciat qd ait Apostolus, Semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs, in similitudinę hoium factus, & habitu inuentus ut hō. Fundat sanguinē suum, deleat chirographū nostrū, cōponat pacē inter nos

C & deū, nostrā uoluntatē corrigēs ad iustitiā illius, sententiā flectens ad misericordiā. Sicut ergo unū hoc exposuimus quantū dñs dedit, quod durū uidel dictū a Iob, sic & cætera quę ibi uidentur quasi aspera & blasphema, habēt intellectus suos: qd putaremus aliter esse, nisi deus pluberet testimoniū. Et anquā loqueretur Iob, & posteaquā totū locut⁹ est, perhibuit deus primo testimoniū dicēs, Hō sine querela, uerax dei cultor. Dixit hoc deus, dixit hoc añ tētationē illius. Neqs aūt in illis uerbis forte male intelligēs scādalizaretur, & putaret iustū q dem uirū fuisse Iob añ tētationē, in tentatione autem graui defecisse, & lapium esse in sacrilegā blasphemiā, finitis oīs sermonib⁹, & ipsius Iob, & amicorū eius a qbus ei consolatio reddebal: dicit dñs testimonium, illos non uerum locutos, sicut seruū eius Iob: non .n. locuti estis, inquit, corā me uerum & rectum quicquā sicut seruus meus Iob. Deinde iubet, ut ille ,p eis offerat hostias, qbus eorū peccata soluantur. Eia fratres mei. Qui uult obseruare caput serpētis, & secure trāsire hoc mare, qa necesse ē habitet hic serpens iste, & ut dicere cœperā, lapsus diabolus de cœlo hunc locū accepit, obseruet caput eius a timore seculi, & a cupiditate seculi hic .n.

suggerit aliqd, aut un̄ times, aut un̄ cupis, aut amore tuū tentat, aut timorē. Tu si timueris gehennas, D si amaueris regnū dei, obseruabis caput eius. Euitato capite, securus eris, nec ille lapsum tuū tenebit, nec de tua ruina gaudebit. Nemo āt dicat, ut dixi, magnam habet potestatē. Vident .n. hoīes quasi q̄tū accepit potestatis, qd pdiderit maiestatis nō uident. Ipse aūt sanctus Iob in uerbis suis mysticis & alte secretis: dicens de ista potestate q̄ dicitur diabolus habere, & describēs illū multis modis i figuris similitudinū, exponēs qd ille sit, uel qd ualeat, hoc quoque ait, Non est qcquam simile ei factum sup terram, ad illudēdū ei ab angelis meis. De⁹ ibi loquitur in libro Iob, Non est quicq̄ simile ei super terram factū ad illudendū ei ab angelis meis. Omne altum uidet, & ipse est rex oium quę in aqs sunt. Cui testimonio congruit hoc in psalmo: cum .n. diceret de mari magno & spatioso, Vbi aialia pusilla & magna, ubi repentia quorū nō est numerus, ubi naues nauigant ligno tute, ait, Draco hic quē finxisti ad illudedū ei. Sed si ad illudendū, qōo deus il li illudit? An tradidit eū ad illudendū, hoc est, ut illudat? Putaremus q deus illi illuderet nisi scriptura Iob soluisset quæstionē: ibi .n. dictum est, Ad illudendū ei ab angelis meis. Vis illudere draconi? Esto angelus dei. Sed nōdū es angelus dei: Donec sis, si eū cursum tenes ut sis, sunt angeli q illudant draconi ne tibi noceat. Prępositi .n. sunt angeli cœlorū sup potestates aereas, & inde ,pcedit uerbū qd fit hic. Intuentur .n. legē fixam, legem æternā, iubētem sine scriptura, sine syllabis, sine strepitu, fixam semper & stantem, intuentur angeli corde mūdo, & ex illa faciunt qcquid hic fit: & potestates ex illa ordinant a summis usq ad ima. Et si potestates summor. cœlor. reguntur uerbo dei, quāto magis inferiores atque terrenæ? Remanet ergo in malis so la nocēdi cupiditas. Hanc habet hō in potestate cupiditatē nocēdi uoluntatē ad pnicię. Si aūt cunquā nocere potuerit, non glorietur, non ipse nocuit: data est .n. ei potestas. Semel dictum est, sententia firma est, No ē potestas, nisi a deo. Quid ergo times? In aqs sit draco, in mari sit draco, illuc trāsitur⁹ es. Sic est fictus ut illudatur, hic ad hunc locū ordina F tus est, in his sedib⁹ deputatus est Si magnū aliqd illi putas esse has sedes, q non nosti sedes angelor. un̄ lapsus est, miraris sedes mortuor. ubi deiectus est. Quę tibi uidel eius gloriatio, damnatio est. Similitudinē accipite breuiter, qa reuera magnū aliqd est hoc nosse & intelligere Domū magnā aliq putate totā istā administrationē creaturæ. Domus ista magna habet dñm, habet seruos, & in ipsis seruis habet circa se proximos sibi in apparatib⁹ melioribus uestium, thesaurorū, horreor, magnarum possessionū. Habet ēt seruos in infimis ministeriis ita subditis sibi potestatibus, ut quosdā habeat & ad mundādas cloacas. A summis atq ,pcuratorib⁹ usq ad extrema ista & infima ministeria, q̄ multi sunt gradus: Si ergo aliqs magnus ,pcurator offendat, & in pœna dñi sui, uerbi gratia, fiat ostiarius i extremo loco aliquo, si exerces sibi datā potestatē, ut uolentes intrare uel exire pturbet secundū modum potestatis quem accepit a dño, illi aūt nesciāt eum fuisse aliqñ magnum ,pcuratorem, magnam potestatē illius esse arbitrantur, quia quid perdiderit nesciunt. Et tamen fratres mei ostiarius ille

Gene. 3. Iob. 2. Ibidem. Iob. 6. Gene. 3. Matth. 13 1. Timo. 2 Gala. 3. Philip. 2. Iob. 1. Iob. 42. Gene. 3. Iob. 40. E Cō. 2. se. distin. 3. Ideoq;. Rom. 13.

G de quo dixi ad similitudinē domus magnæ huius
terrenæ, nō pōt aliqd facere nesciente dño suo, & tur-
bare aliquē illo nō iubente. Iste aūt nec ad illā ia-
nuā positus est, qua intramus ad deū. Christus est
Ioan. 10. enim illa ianua, & p Xp̄m intramus ad uitam æter
nam. Sed est quædam ianua, qua intratur in hoc se
culū ianua quędam mortalitatis circa ista infirmę
carnis huius detrimēta & supplementa. Ad istā ia-
nuam quasi qdam ostiarius est. Hic habet ptātem
in isto mari quo naues cōmeant, sed nō tantam ut
faciat aliqd nesciente aut nolente dño suo. Ne for
te aliqs dicat, pdidit quidem ille magnam potesta-
tem superiorē apparatuum; sed ego in his infimis
sum, hic me pōt habere in ptāte, opus est ut seruiā
illi. Noli falli, nouit te dñs deus tuus: & sic te nouit
Matt. 10. ut capillos tuos habeat numeratos. Quid ergo ti-
mes? Tentaturus est forte carnē tuam, flagellum est
dñi tui, non potestas tentatoris tui. Vult nocere sa-
luti quæ promittitur, sed non pmittitur: ut autem
non pmittatur, habet caput Christū, repelle caput
draconis Suggestioni eius noli cōsentire, à uia tua
H noli labi. Draco hic quē finxisti ad illudendum ei.
Nā uis uidere q̄ nō tibi noceat, nisi pmissus? Om-
nia, inquit, à te expectant dñe, ut des illis cibum in
tpe opportuno.) Et iste draco manducare uult, sed
non manducat quem uult. Oia a te expectant dñe,
ut des illis cibū in tpe opportuno: omnia & repen
tia quorū non est numerus, & animalia pusilla &
magna, & ipse draco, & omnis creatura tua qua im
plesti terrā, omnia à te expectant ut des illis cibū in
tpe opportuno: unicuiq; cibum suum. Habes cibū
tuum, habet & draco cibum suum. Si bene uixeris,
cibum Xp̄m habebis: si a Christo recesseris, cibus
draconis eris. Oia à te expectāt ut des illis cibū in
tpe opportuno. Quid dictū est ipsi draconi? Terrā
Gene. 3. manducabis. Draconi dictū est, Terrā mādūcabis
cunctis diebus uitæ tuæ. Audisti cibum draconis:
nō uis ut det te deus māducādū draconi, noli esse
cibus draconis. i. noli relinquere uerbū dei: ubi. n.
dictū est draconi, Terrā mādūcabis: ibi iā dictum
est & præuaricatori, Terra es, & in terrā ibis. Cibus
serpentis esse non uis, noli esse terra. Quō, inqs, nō
I ero terra? Si terrena nō sapias. Audi Aplm, ut nō sis
terra. Nam corpus qd geris terra est, sed tu noli esse
Col. 3. terra. Quid est hoc? Si resurrexistis, inqt, cum Chri
sto, quæ sursum sunt quęrite, ubi Xp̄s est in dextera
dei sedēs, quæ sursum sunt sapite, non q̄ sup terrā.
Si nō sapis terrena, non es terra: si non es terra non
manducaris à serpēte cui cibus data est terra. Cibū
suum dat deus serpenti, qñ uult, quē uult. Bene aūt
iudicat, falli non potest: non ei dat aurum pro ter-
ra. Omnia a te expectant dñe, ut des illis cibum in
tpe opportuno. Cum dederis eis colligent.) Ante
illos sunt, sed non colligent nisi cum dederis. Ante
Iob. 1. diabolū Iob erat, & tñ ille nō deuorauit Iob, sed uel
tentare non ausus est, nisi cū ille dedisset. A te expe
ctant, cū dederis eis colligent: si nō dederis, nō col
ligent. Et qd nos fratres? quē cibum habemus? Se-
quitur & de cibo nostro. Aperiente aūt te manū tuā
uniuersa implebuntur bonitate.) Quid est o domi
ne qd aperis manum tuam? manus tua Xp̄s est. Et
Esa. 53. brachium dñi cui reuelatum est? Cui reuelatur ille
aperitur: reuelatio. n. apertio est. Aperiente autem
te manū tuā, uniuersa implebūtur bonitate. Reue-
lante te Xp̄m tuum, uniuersa implebuntur bonita

te: non autem habent à se bonitatem. Nam illi qñ K
boni? Probatur illis. Auertente aūt te faciem tuā
turbabuntur.) Multi repleti bonitate sibi tribue-
runt qd habebant, & uoluerūt gloriari quasi in iu-
stificationibus suis, & dixerūt sibi, Iustus sum, ma-
gnus sum: & facti sunt sibi placentes, & sonuit eis
Apl's. Quid n. habes quod nō accepisti? Volens aūt 1. Cor. 4.
probare deus homini qd ab illo hēat qcqd habet,
ut cū bonitate hēat & humilitate, aliqñ eum pertur-
bat: auertit ab illo faciē suā, & decidit in tentatio-
nem, & ostēdit illi: qa quod iustus erat & recte am
bulabat, ipso regente fiebat, auertente aūt te faciē
tuam turbabuntur. Videte qd dicat & in alio psal-
mo, Ego dixi in abūdantia mea, non mouebor in Psal. 29.
æternū. Præsumpsit de se, impletus erat bonitate,
& putabat a se sibi esse totā bonitatē, & dixit i cor-
de suo, Nō mouebor in ęternū. Sed quia iā senserat
dei gratiā se pcepisse, pro eo qd erat expertus, reddi
dit gratiarū actionem, Dñe, in uoluntate tua pręsti
tisti decori meo uirtutē. Auertisti aūt faciem tuā à Ibidem.
me, & factus sum conturbatus. Sic & hic, aperis tu L
manū. Aperies tu manū tuā, & uniuersa implebunt
bonitate: nō manu sua, sed manu tua apta. Auertē
te aūt te faciē tuā, turbabuntur. Sed quare hoc fa-
cis? quare auertis faciē tuā ut turbent? Auferes spi
ritum eorū & deficient.) Spūs eorum, supbia eorū
erat. Gloriantur, sibi tribuunt, seipsos iustificant.
Auerte faciē tuā ut turbētur, aufer spūm eorum &
deficiant, Clamantē ad te cito exaudi me dñe, de- Psal. 76.
fecit spūs meus, Ne auertas faciem tuā à me. Aufe-
res spūm eorum & deficient. Et in puluerē suum
cōuertentur.) Inuenit se homo pœnitens de pecca
to suo, qa nō habebat uires ex se, & confitetur deo,
dicens se esse terrā & cinerem. O superbe, cōuersus
es in puluerē tuū, ablatus est spūs tuus, iam non te
iactas, nō te extollis, nō te iustificas. Vides quia de
puluere factus es, & auertente faciē suā dño, in tuū
puluerem recidisti. Rogo ergo confitere puluerem
tuum & infirmitatem tuam, & uide quid sequatur:
Emittes spūm tuum & creabuntur.) Auferes spiri
tum eorum, emittes tuū: auferes spūm eorum, non
habebunt spūm suum. Ergo deserti sunt beati pau Matth. 5.
peres spū? Non sunt autem deserti, qm̄ ipsorum est M
regnum cœlorū. Noluerūt habere spūm suū, habe-
būt spūm dei: hoc. n. dixit martyribus futuris, Cū
uos ceperint & adduxerint, nolite cogitare quomo Matt. 10.
do aut qd loquamini: Nō. n. uos estis q loquimini,
sed spūs patris uestri qui loquitur in uobis. Nolite
uobis tribuere fortitudinem. Si uestra est, inqt, &
mea nō est, duritia est nō fortitudo. Auferes spūm
eorū & deficiēt, & in puluerē suū cōuertent. Emit-
tes spūm tuū & creabuntur. Ipsius. n. sumus figmē Ephe. 2.
tū, dixit Apl's, creati in operibus bonis. A spū eius
accepimus gratiā, ut iustitiæ uiuamus, qa ipse est q Rom. 4.
iustificat impiū. Auferes spūm eorum & deficient.
Emittes spūm tuū & creabuntur. Et innouabis fa
ciē terræ.) Id est, nouis hominibus cōfitentibus se
iustificatos esse, nō à se iustos, ut gr̄a dei sit in illis.
Vide q̄les sint, qbus Innouata est facies terræ. Pau-
lus dicit, Plus. n. oibus illis laboraui. Quid est Pau- 1. Cor. 15.
le? Attēde si tu sis seu spūs tuus. Non ego, inqt, sed
gr̄a dei mecū. Quid ergo? Quia cū abstuleris spūm
nostrū, in puluerem nostrū cōuertemur, utiliter in
tuentes infirmitatem nostrā, ut accepto spū eius re
creemur. Videte quid sequitur: Sit gloria domini

A in æternū.) Non tua,nō mea,nō illius,aut illi᷒:glo-
ria dñi sit,non ad tempus,sed in æternum. Læta-
bitur dñs in operibus suis.) Non in tuis q̄si tuis,qa
& opera tua si mala,p iniquitatem tuam: si bona,
per gratiam dei.Lætabitur dñs in operibus suis.
Qui aspicit terrā & facit eā tremere,qui tangit mō-
tes & fumigabūt.) O terra, exultabas de bonitate
tua,tibi tribuebas uires opulentię tuę,ecce respicit
dñs,& facit te tremere . Respiciat te,& faciat te tre-
mere:melior est tremor humilitatis, q̄ confidentia
superbię:Videte quō aspiciat deus terram & faciat
eam tremere.Ad terrā quasi præuidētē sibi & exul
tantem loquitur Apostolus,cum timore & tremo-
Philip.2. re uestram ipsorū salutē operamini.Cū timore &
tremore:deus.n.est qui operatur in uobis . Dicis ô
Paule operamini,dicis ut operemur.Quare cū timo-
re & tremore?Deus.n.est,inqt,qui operatur in uo-
bis.Iō ergo cū tremore,quia deus operatur: qa ip-
se dedit,nō ex te est qđ habes, cū timore & tremo-
re operaberis:nā si nō tremueris eū,auferet qđ de-
B dit.Cum tremore ergo operare : uide aliū Psalmū,
Psal.2. Seruite dño in timore,& exultate ei cum tremore.
Si cum tremore exultādū est,deus aspicit,fit terræ-
motus: aspiciente deo tremant corda nřa , nā tunc
Esa.66. ibi reqescet deus:audi illū alio loco,Sup quē reqe-
scet spiritus meus?Sup humilē & quietū, & tremen
tem uerba mea Qui aspicit terrā & facit eā treme-
re,qui tangit montes & fumigabunt. Mōtes supbi
erant,iactabant se,nō eos tetigerat deus,tāgit illos
& fumigabūt.Quid est fumigare mōtes?Precē dño
reddere.Ecce magni mōtes,superbi,mōtes ingētes
non rogabant dñm:se rogari uolebant, & superio-
rem non rogabāt.Quis.n.potens & tumidus & su-
perbus in terra,q dignet humiliter rogare deū? De
impiis loquor,non de cedris libani quas plātauit
dñs.Impius quilibet , & infœlix anima rogare deū
nescit,& uult se rogari ab hominibus.Mons est, o-
pus est ut tangat illum deus & fumiget:qñ cœperit
fumigare,dabit deo precē,tāq̄ sacrificiū cordis. Fu
migat ad deū,deinde tundit pectus.Incipit & flere
quia & fumus excutit lachrymas . Qui tangit mon
Psal.145 tes & fumigabunt. Cantabo dño in uita mea .)
Quid cātabit? Totū quicquid est, cātabit . Cante-
C mus dño in uita nostra.Vita nřa mō spes ē,uita no
stra postea eternitas erit.Vita uitę mortalis,spes est
uitę immortalis.Cātabo dño in uita mea. Psallā
deo meo quamdiu sum.)Qm̄ in illo sine fine sum,
quādiu sum,psallam deo meo,ne forte cū cœperi-
mus psallere deo ī illa ciuitate,putemus nos aliqd
aliud acturos.Tota uita nostra erit psallere deo. Si
ueniet in fastidiū qđ laudamus,pōt uenire in fasti-
diū & nřa laudatio.Si semp a nobis amaſ ille,semp
laudaſ.Psallā deo meo q̄diu sum. Suauis sit ei di-
sputatio mea,ego aūt iocundabor in dño.) Suauis
sit ei disputatio mea . Quæ est disputatio hois ad
deum,nisi confessio peccatoꝝ ? Confitere dño qđ
es,& disputasti cū illo,disputa cū illo,fac bona ope
Esa.1. ra & disputa Lauamini,mundi estote , Esaias dicit,
Auferte neqtias ab animis uestris,a cōspectu ocu-
loꝝ meoꝝ,Cessate a neqtiis uestris,discite bñface-
re,iudicate pupillo,& iustificate uiduā,& uenite di
sputem᷒ dicit dñs.Quid est disputare cū deo?Te il
li indica scięti,ut idicet se tibi nesciēti suauis sit ei
disputatio mea.Ecce hoc ē dño suaue : Disputatio
tua sacrificiū hūilitatis tuę,cōtribulatio cordis tui
holocaustum uitę tuę,hoc est suaue dño. Tibi au D
tem quid est suaue?Ego aūt iocūdabor in dño. Ip-
sa est mutua disputatio q̄ dixi , Indica te ei scienti,
& idicat se tibi nescienti.Suauis est & cōfessio tua,
suauis ē tibi gratia ipsius.Dixit se tibi.Vñ se tibi di
xit?Per uerbū.Quod uerbū ? xp̄m . Et tibi dixit se,
& se dixit,Quia misit Christum , seipsum dixit .Ita
plane audiamus ipsum uerbū.Qui me uidet,uidet Ioan.14.
& patrem.Ego aūt iocundabor in domino. Defi
ciant peccatores à terra.) Seuire uidetur sancta aīa
quę hic cantat & gemit.Vtinā cum ipsa aīa sit ani-
ma nostra,utinam copuletur ei,& societur & cōiū
gatur ei,uidebit etiā misericordiam sęuiētis. Quis
.n.capit hoc,nisi qui impletus fuerit charitate? De-
ficiāt peccatores a terra. Cōtremisce , qa maledicit
Et quis maledicit?Sanctus sine dubio exauditur,
sed dictum est sanctis.Benedicite & nolite maledi- Rom.12.
cere.Quid est ergo quod dicit, Deficiāt peccatores
a terra? Plane deficiat,auferatur spiritus eoꝝ, & de
ficiant,ut emittat spiritum suum,& recreentur. De
ficiant peccatores a terra, Et iniq ita ut nō sint.)
Quid non sint,nisi iniqui?Ergo iustificent, ut non
sint iniqui.Vidit hoc & impletus est gaudio, & re-
uocat uersum primū Psalmi: Benedic aīa mea do- E
minum.) Benedicat aīa nostra dñm fratres,qa do-
nare dignatus est & facultatē & sermonē nobis, &
uobis intentionem & studium . Vnusquisq; ut pōt
recordetur quod audiuit,collocutionem inuicem
ructate,saginam uestrā ruminate: quod accepistis,
non eat in uiscera obliuionis uestrę Thesaurus de
syderabilis requiescat in ore uestro.Magno labore
quæsita & inuenta sunt , magno labore nuncia-
ta & disputata sunt Sit labor noster fructuosus uo
bis,& benedicat anima nostra dominum.

In Psalmum centesimumquartum Enarratio.

PSalmus iste centesimusquartus primus est
in eis quibus prænotatur halleluia. Cuius
uerbi,uel potius duoꝝ uerboꝝ, interpreta
tio est,laudate deū:& iō inde cepit, Confitemini 1.Par.6.
dño,& inuocate nomen eius.) In laude. n. intelli- Esa.12.
genda est ista confessio,sicut est,Confiteor tibi pa Matt.11.
ter dñæ cœli & terræ.Præmissa enim laude inuoca F
tio sequi solet,ubi desyderia peccatorem alligant: †al. ubi
† unde & ipsa oro dñica habet à capite breuissimā desyderia
laudē quod est,Pater noster qui es in cœlis . Tunc peccatorem alle-
quę petūtur,deinceps cōsequunł:uñ & alibi in Psal gat.
mo diciſ.Cōfitebimur tibi deus,cōfitebimur et in
uocabimus nomē tuū:quod alibi est planius, Lau Matt.6.
dās inuocabo dominū & ab inimicis meis saluus
ero:ita & hic.Cōfitemini,inqt,dño,& inuocate no
mē eius:qđ tale est,ac si diceret,Laudate dñm,& in Psal 74.
uocate nomē eius Exaudit qppe inuocātē,quē lau Psal.17.
dātē uidet:laudantē aūt uidet,quē probat amātē.
Et in quo uoluit dñs boni serui amorem circa se
ostēdi maxie,nisi i eo quo illi ait,Pasce oues meas?
Vnde & hic sequitur, Annunciate inter gentes ope Ioan.21.
ra eius.) Vel poti᷒ ut de Græco ad uerbū exprimaſ,
qđ & alii Latini codices habēt,Euāgelizate in gen-
tibus opa eius. Quibus hoc diciſ,nisi Euangelistis
in pphetia? Cātate ei & psallite ei,) Verbo & ope-
re laudate,ore qppe cantatur,psalterio aūt,hoc est,
manibus,psallitur. Narrate oīa mirabilia eius,lau 1.Par.16
damini in noīe sancto ei᷒.) Possunt hi duo uersus
ex duob᷒ uerbis supioribus dicti nō absurde uide-

G ri, ut qđ ait, Narrate oĩa mirabilia eius: referatur ad id quod dictum eſt, Cantate ei. Quod uero ſequit, Laudamini in noīe ſancto eius: referatur ad id qđ dictũ eſt, Et pſallite ei. Illud ſcilicet ad uerbũ bonũ quo cãtatur ei, & narrãtur oĩa mirabilia eius. Illud autẽ ad opus bonũ quo pſallitur ei. Ne uelit quiſq; de opere bono tãquam in ſua uirtute laudari, ideo cum dixiſſet, Laudamini, qđ utique bene operãtes merito bñ poſſunt, addidit, In nomine ſancto eiꝰ:
1. Cor. 1. ut q gloriatur, in dño glorietur. Qui ergo non ſibi,
Matt. 6. ſed ei uolunt pſallere, caueant facere iuſtitiã ſuã coram hoibus, ut uideãtur ab eis: alioquin mercedẽ non habebunt apud patrẽ qui in cœlis eſt. Sed luceãt opa eor. corã hominibus, nõ eo fine ut ipſi uideantur ab eis, ſed ut uideant bona opa eor., & glorificent patrẽ eorũ qui in cœlis eſt. Hoc eſt laudari in noīe ſancto eius: unde & in alio Pſalmo legitur, In
Pſal. 33. dño laudabitur anima mea, audiant mites & iocũdentur. Quod & hic quodammodo ſequitur, Lætetur cor quærentium dominũ.) Sic. n. mites iocũdantur, qui nõ amaro zelo eos iam bene operãtes
H æmulantur. Quærite dñm & confortamini)Hoc enim de Græco expreſſius interpretatum eſt, quãuis uerbum minus Latinũ uideatur. Vñ & alii codi
Pſal. 58. ces habẽt, cõfirmamini, alii corroboramini. Et qppe dicitur fortitudo mea, & fortitudinẽ meã ad te cuſtodiã: ut eum querendo atq; ad eum accedẽdo, & illuminemur & confortemur, ne cęcitate qđ faciendũ ſit nõ uideamus, aut infirmitate nõ faciamꝰ etiam qñ uidemus. Quod ergo eſt ad uidendum,
Pſal. 33. accedite ad eũ & illuminamini: hoc eſt, ad faciẽdũ, quærite dñm & corroboramini. Quærite, inquit, faciem eius ſemp.) Quę eſt facies dñi, niſi præſentia dei? Sicut facies uenti, & facies ignis: dictũ eſt. n.
Pſal. 82. Sicut ſtipulam ante faciẽ uenti, & ſicut fluit cæra à facie ignis. Et multa talia ponit ſcriptura, nihil aliud quã eax. rerũ præſentiã uolens intelligi quax.
Pſal. 72. nominat faciẽ. Sed quid eſt, Quęrite faciẽ eiꝰ ſemp? Scio quidem quia mihi adhærere deo bonum eſt: ſed ſi ſemper quæritur, qñ inuenitur? An ſemper dixit in tota uita iſta qua hic uiuit, ex quo nos id facere debere cognouimus, qñ & inuentus quærenI
dus eſt? Iam qppe illum inuenit fides, ſed adhuc eũ quęrit ſpes. Charitas aũt, & inuenit eum per fidem, & eũ quęrit habere per ſpeciẽ. Vbi tũc ſic inuenietur ut ſufficiat nobis, & ulterius nõ quęrat: niſi. n. eũ in iſta uita inueniret fides, nõ diceretur, Quærite
Eſa. 55. dñm, & cum inueneritis eum, derelinquat impius uias ſuas, & uir iniquus cogitatiões ſuas: itẽ ſi fide
Rom. 8. inuentus nõ adhuc eſſet, ꝑquirẽdus nõ diceret. Si enim qđ non uidemus, ſperamus, ꝑ patiẽtiam ex-
1. Ioan. 3. pectamus. Et qđ Ioannes ait Scimus, qa cum apparuerit ſimiles ei erimus, qm̃ uidebimus eum ſicuti eſt. An forte ẽt cum facie ad faciẽ uiderimus eũ ſicuti eſt, adhuc perquirendus erit? Eſt ſine fine qrendus, qa ſine fine amandus. Dicimus ẽt præſenti alicui, non te quęro: id eſt, non te diligo. A c p hoc q diligitur ẽt pręſens qritur, dum charitate perpetua ne fiat abſens optatur. Proinde quẽ qſque diligit, etiam cum eum uidet ſine faſtidio ſemper uult eſſe præſentem, hoc eſt, ſemper qrit eum eſſe pſentem. Et nimirum hoc eſt, Quærite faciẽ eius ſemper, ut non huic inquiſitioni qua ſignificat amor, finẽ pſtet inuentio, ſed amore creſcẽte inqſitio creſcat inuẽti. Iam deinceps tẽperat ſe laudator iſte ardens, & ad capacia uerba deſcendit, infirmũ amorẽ atq; K
lactentẽ tẽporalibus dei mirabilibus nutriẽs: Memento te, inqt, mirabiliũ eius q fecit, prodigia eius 1. Par. 16.
& iudicia oris eius.) Qui locus ſimilis uidet illi loco, ubi ad Moyſen qrentẽ quis eſſet cũ dixiſſet, Ego ſum q ſum, & dices filiis Iſrael, Qui eſt miſit me ad Exod. 3.
uos, qđ ex aliquãtulacũq; particula rara pura mẽs capit: deinceps nomen ſuum commemorans, erga homines gratiã ſuã miſericorditer tẽperauit dicẽs, Ego ſum deus Abrahã, & deus Iſaac, & deus Iacob, hoc mihi nomen eſt in æternũ: ubi intelligi uoluit & illos, quor. ſe deum dixit uiuere ſecũ in æternũ, & hoc dixit, quod capi ẽt à paruulis poſſet, ut ego ſum q ſum, illi pro captu intelligerent, q grãdibus uiribus charitatis noſſent quęrere faciẽ eius ſemp. Si ergo qđ eſt ipſe multũ eſt ad uos uel uidere uel quærere, mementote mirabiliũ eius q fecit, prodigia eius & iudicia oris eius: & qbus dicitur? Semẽ Abraham ſerui eius, filii Iacob electi eius.) Vos ſemẽ Abrahã, uos filii Iacob memẽtote mirabilium eiꝰ q fecit, ꝓdigia eius & iudicia oris eius. Ne qs aũt uni genti hoc tribueret Iſraelitarũ ſecũdũ carnem, L
& nõ intelligeret magis eſſe ſemẽ Abrahæ filios ꝓmiſſionis quã filios carnis, qbꝰ Apoſtolus dicit cũ gẽtibus loqueretur, Vos ergo Abrahæ ſemẽ eſtis, ſe Gala. 3.
cundũ promiſſionẽ hæredes: ſequit & dicit, Ipſe dñs deus noſter, in omni terra iudicia eius.) Hoc dicitur per Eſaiam ad Hieruſalem liberam matrem Eſa. 54.
noſtram, Et qui eruit te, ipſe dñs deus tuus, deus uniuerſæ terræ uocabitur. An Iudæorum deus tan- Rom. 3.
tum? Abſit. Ipſe eſt dñs deus noſter, in omni terra iudicia eius, qa in omni terra Eccleſia eius, ubi prædicãtur iudicia eius. Quid ergo ait in alio Pſalmo? Qui annũciat uerbũ ſuũ Iacob, iuſtitias & iudicia Pſal. 147.
ſua Iſrael. Non fecit ſic oĩ genti, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Ideo dictum eſt, qa ad unam gentem uoluit intelligi pertinentẽ Eccleſiam ad ſemẽ Abrahæ, q uocata eſt qdẽ ex omnibus gentibus: & ſic in ea dicunt oẽs gẽtes, ut una ſit gẽs in adoptionem uocata. Extra iſtam nulli genti manifeſtauit iudicia ſua: qm̃ qui ea non crediderunt, etiã ſi annunciata ſunt, manifeſtata eis utiq; nõ ſunt, qa niſi credant non intelligent. Memor fuit in ſeculum te- Eſa. 7.
ſtamenti ſui.) Alii codices habent, in æternũ, q ex M
ambiguo Græco factũ eſt. Sed ſi in hoc ſeculo intelligendũ eſt, non in æternum, quod modo exponens, cuius teſtamenti memor fuerat, adiũgit & dicit, Verbi quod mãdauit in mille generationes.) Quod adhuc cũ aliquo fine poteſt intelligi: ſed de inde dicit, Quod diſpoſuit ad Abrahã, & iuramẽti ſui ad Iſaac Et ſtatuit illud Iacob in ꝓceptũ, & Iſ 1. Par. 16.
rael in teſtamẽtũ æternũ.) Vbi nullus eſt ambiguitatis locus αἰώνιον quippe habet Græcus, qđ nuſquã noſtri niſi æternũ interpretati ſunt: uix aũt aliqui alicubi αἰώνιον æternale dixerunt, niſi forte qa αἰῶνα familiarius interpretat ſeculũ, αἰώνιον non æternũ, ſed ſeculare interpretari uelint, quod neminem auſum fuiſſe commemini. Si autẽ hoc loco teſtamentum uetus intelligendum eſt pp terram Chanaan: ſic. n. ſermo cõtexitur, & ſtatuit illud ipſi Iacob in præceptũ, & ipſi Iſrael in teſtamentũ æternum: dicens, Tibi dabo terrã Chanaan funiculum hæreditatis ueſtrę. Quõ intelligendũ eſt æternum, cũ terrena illa hæreditas æterna eſſe nõ poſſit? Et iõ uetus teſtamentũ uocatur, qa per nouum aboletur.

Mille

A Mille uero generationes nec æternū uidentur aliquid significare, quia utique finē habēt: & ad ipsa téporalia nimis multæ sunt, quālibet etiam paucis annis generatio determinetur, quā Græci γενεὰν dicūt, quā minimam quidā quindecim annis terminauerūt, ex qua hō incipit posse generare. Quę sunt istę mille generationes: Non solū a tempore Abraham qñ ei facta est ista promissio, usque ad tépus noui testamenti, sed ab ipso Adā usque ad terminū seculi. Quis.n. audeat dicere quindecim annorum milibus hoc seculū extēdit? Proinde mihi uidetur nō hic uetus testamentū intelligendū, qđ nouo est

Hier. 31 set tollendū. Dicitur per Prophetā, Ecce dies ueniunt dicit dñs, & confirmabo domum Iacob in testamentum nouū, non secundū testamentum qđ constitui patribus, eorū, cū eduxissem eos de terra Aegypti, sed testm̃ fidei, quod laudat Apostolus cū

Hebr. 8. Abraham nobis proponit imitandum, & de legis operibus gloriantes inde conuincit, ꝙ Abrahā etiā ante circuncisionem credidit deo, & reputatū est illi ad iustitiam. Deniq; cum dixisset, Memor fuit in seculum testamenti sui, qđ in æternum intelligere

B debemus, testamenti scilicet iustificationis & hęre

Galat. 3. ditatis æterne, q̄ fidei promisit deus, Verbi, inqt, qđ mādauit in mille generationes. Quid est mādauit? Quid n. ait, Tibi dabo terram Chanaan: nō mandatum est, sed promissum. Mādatum est aūt qđ facere debemus, ꝓmissum qđ accipere. Mandatum er

Roma. 1. go fides est, ut iustus ex fide uiuat, & huic fidei hęreditas ęterna ꝓmittiť. Mille ergo generationes pp numeri perfectionem pro oībus intelligendę sunt, id est, quamdiu generatio generationes sequendo succedit, tamdiu mandatū est uiuendū ex fide. Qđ obseruat populus dei, filii ꝓmissionis nascēdo uenietes, & moriendo abeuntes, donec oīs generatio finiať, qđ millenario numero significatū est, qa per denarii numeri solidū q̄dratū decem decies, & hoc decies usq; ad mille peruenit. Qđ disposuit, inquit, ad Abrahā & iuramēti sui ad Isaac, & statuit illud Iacob, id est, ipsi Iacob in p̄ceptum. Ipsi sunt tres patriarchę, quoꝝ specialiter se dicit deū, quos & dñs

Matt. 8. nominat i testamēto nouo: ubi dicit, Multi ab O-

C riente & Occidēte uenièt, & recūbēt cū Abrahā & Isaac & Iacob i regno cœloꝝ. Ista est hęreditas ęternanā & hic ubi ait, Statuit illud Iacob in p̄ceptū: manifestauit pręceptū esse fidei. Nō.n. promissum appellaret pręceptū. Si.n. opus est in pręcepto, mer

Ioan. 6. ces in promisso, Hoc est opus dei dñs ait, ut credatis in eū quē ille misit. Hoc est ergo uerbum quod mādauit, Memor erit in ęternū testamēti sui hoc ē uerbū fidei quod prædicamus, Statuit illud ipsi Iacob in pręceptū, & ipsi Israel in testamētū ęternū, id est, qđ ex ipso uerbo, & pręcepto impleto datur esset aliquid æternū. Dicens tibi dabo terrā Chanaan, funiculū hæreditatis uestrę.) Qūo ergo est hoc in æternum, nisi aliquid æternū significet? Ip-

Exod. 3. sa.n. dicta est terra promissionis, terra fluens lac & mel, Quod totum significat gratiā, in qua gustatur

Psal. 33. quā suauis est dominus, ad quā non omnes homi

2. The. 3. nes pertinent. Non.n. omnium est fides: ideo addidit, Funiculū hæreditatis uestrę. Vnde in alio psalmo, semen Abrahæ qđ est xp̄s intelligitur loq, ubi

Psal. 15. dicit, Funes ceciderūt mihi in pclaris, etenim hęreditas mea præclara est mihi Cur aūt dicta sit terra Chanaan, interpretatio huius nois apit, Chanaan

qppe interpretatur humilis. Quōd si ad illā referatur sentētia sancti Noe, qua eundē Chanaan dixit futurum seruum fratrū suorū, hinc est etiam seruilis timor. Seruus aūt non manet i domo i ęternū, filius autē manet i ęternū. Ideo excluso Chananęo, datur terra promissionis semini Abrahę. Consummata.n. charitas foras mittit timorē, ut filius maneat in domo in ęternū. Vnde dictū, & ipsi Israel in testm̃ æternum. Deinceps exequitur historiā in libro sanctorū ueritate notissimam. Cū essent numero breui: paucissimi, & incolæ in ea.) Id est, iter ra Chanaan: qñ ibi patres habitauerunt Abrahā, Isaac & Iacob, anteq̄ eā acciperent hæreditatē, in se mine suo paucissimi erant, & incolæ in ea Nōnulli aūt codices habēt, nō paucissimi & incolę, sed paucissimos & icolas. Vbi appet eos q ista ita interpretati sunt, Græcā fuisse locutionē secutos, quæ trāsferri non pōt in Latinum, nisi cum ea absurditate, quæ ferri omnino non possit. Si.n. totam ipsam locutionem transferre conemur, dicturi sumus in ea esse numero breui, paucissimos & icolas in ea. Qđ aūt ait Gręcus in ea esse illos, hoc est Latine cum essent, quod uerbū nō pōt casus accusatiuus seq, sed nominatiu. Quis.n. dicat, cū essent paucissimos? sed, cū essēt paucissimi. Cū ergo essent numero breues, uel nūero breui paucissimi & icolę in ea. Trāsierunt de gēte in gentē, & de regno in populū alterum.) Repetitio est eius qđ dixerat de gente in gētem. Nō dimisit homini nocere eis.) Id est, no pmisit. Græca aūt locutio est, nocere illos, Latina uero nocere illis. Et corripuit pro eis reges. Nolite, iqt, tāgere xp̄os meos, & in ꝓphetis meis nolite malignari.) Verba dixit dei corripiētis nel arguētis reges ne lęderēt sanctos patres, cū essent numero breues, & paucissimi, atq; incolę i terra Chanaan. Quę uerba licet in libris eius historię non legātur, tñ intelligēda sūt uel letāter dicta, sicut deus in hoīnt cordibus loquitur occultis & ueracibus uisis, uel etiā per angelum expressa. Nam & rex Gerararū, & rex Aegyptiorū diuinitus admoniti sunt ne nocerent Abrahæ, & rex alius ne noceret Isaac, & alii ne nocerēt Iacob, cū essent paucissimi & icolę, anteq ad incolendā Aegyptum cū filius suis trāsiret Iacob, ꝙ intelligitur in eo cōmemoratum qđ ait, Trāsierūt de gente in gentem, de regno in populum alterum. Sed quia occurrebat quærere, antequā transitēt & in Aegypto multiplicarentur, qūo numero breues, paucissimi, & incolæ in aliena terra pdurare potuerunt, secutus adiunxit: Nō permisit hoi nocere eis, & corripuit pro eis reges, Nolite tāgere xp̄os meos & in prophetis meis nolite malignari. Pōt autē merito mouere qūo fuerint Christi appellati antequā esset unctio, ex qua hoc nomē impositū est regib. Qđ à Saule cœpit, cui Dauid successit i regno, atq; inde cæteri & reges Iudę & reges Israel cōtinuatiōe sacratę cōsuetudinis ungebanť, in qua unctione figurabať unus uerus xp̄s, cui dictū est, Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis prę participibus tuis. Vnde ergo illi iā tunc Christi appellabantur? Nam prophetas eos fuisse legimus. De Abrahā utiq; qđ de illo manifeste dictū est, hoc & de illis intelligendum est. An ideo Christi, qa etiam si latenter, tā tñ Christiani? Quanuis.n. caro Christi ex illis, tamen Christus ante illos: ꝙ & Iudæis respondit dicens, Antequam Abraham fieret ego sum. Quomō ergo

Right margin notes: Gene. 9. — D — Ioan. 8. — 1. Ioan. 4 — E — Gene. 12. & 26. — Gene. 31. — F — 1. Re. 10. — Psal. 44. — Gene. 20 — Ioan. 8.

G hunc illi ignoraret, aut in eū nō crederent, cum ꝓpterea prophetæ dicerent, q̄a licet occultius, tamē dn̄m prænunciabant? Vn̄ aperte ipse dicit, Abrahā concupiuit uidere diem meum, & uidit & gauisus est. Non.n. quisquā præter istam fidē q̄ est in Christo Iesu, siue ante ei⁹ incarnationē, siue postea recōciliatus est deo, cū sit ab Apostolo ueracissime definitū, Vnus.n. deus, & un⁹ mediator dei & hoium, homo xp̄s Iesus. Deinde iam narrare incipit quo-
1.Tim. 2. modo factum sit ut transirent de gēte in gētē, & de regno in populū alterū. Et uocauit, inq̄t, famē sup terram, & oē firmamentum panis contriuit. Misit
Gene.41. ante uos uirū in seruū uenundatus est Ioseph.) Per hoc factum est ut transirēt de gente in gēte, de regno in populū alterū. Sed nō sunt negligenter ꝓtereunde scripturarū sanctarū locutiones. Vocauit, inq̄t, famē sup terrā, quasi fames aliq̄ ꝑsona sit, uel aliqd aiatum corpus, uel aliqs spiritus qui obedire possit uocanti, cū sit fames ex inedia cōtracta ꝑnicies, atq; ita sit in eis qui eā patiunt, ut aliqs morb⁹.
H Sicut.n. morbus ut esse desinat, fit plerūq; ꝑ medicamentū, sic & fames sanatur quodāmodo per alimentum. Quid ē ergo, uocauit famē? An forte ista mala q̄ patiuntur hoies, habent quoldā ꝓpositos suos angelos malos? Nā & in alio psalmo dicit immissione ꝑ angelos malos deū hoies afflixisse, non utiq; errāte iudicio. Et hoc est forte, uocauit famē: id est, angelū ꝓpositū famis, & ei⁹ rei noie cuius est ꝓpositus appellat. Ex qua opiniōe Romani ueteres quosdā dos tales cōsecrarūt, sicut deā Febrē, deūq; Pallorem. An quod est credibilius, uocauit famem intelligēdū est, dixit ut fames esset, ut hoc sit uocare qd eū appellare, hoc appellare qd' dicere, hoc dicere qd iubere? Nā ille uocauit famē qui uocat ea q̄
Rom. 4. nō sunt tanquā sint. Nec ibi Apostolus, Qui uocat ea quę nō sunt ut sint, sed tāquā sint. Apud deū q̄ppe iā factum est, qd eius dispositione futurū est, q̄a
Esa.42. de illo alibi dicitur. Qui fecit q̄ futura sunt. Et hic q̄n fames facta est, tūc dicta est uocata, id ē: ut adesset quę iā fuerat in eius occulta gubernatione disposita. Deniq; q̄uo uocauerit famen, statim exposuit dicēs. Oē firmamentū panis cōtriuit. Et hęc iu-
I sitata locutio est: cōtriuit.n. dixit, ꝓ eo qd ē cōsum
Gene.39. psit. Misit añ eos uirū. Quē uirū? Ioseph. Q̄uo misit? In seruum uenundatus est Ioseph. Nempe q̄n factum est peccatum erat fratrum, & tñ deus misit Ioseph in Aegyptū. Intuenda est ergo res magna & ꝑnecessaria, quo deus bene utat malis operibus hominum, sicut illi cōtra, male utūtur bonis operib⁹ dei. Cōtexit deinde narratiōne cōmemorās q̄ pertulerit Ioseph in humilitate sua, & q̄uo fuerit sublimatus. Humiliauerūt in cōpedibus pedes eius, ferrum pertrāsiit aiam eius, donec ueniret uerbū ei⁹.)
Ibidem. Compedes quidē accepisse Ioseph nō legimus, sed factum esse minime dubitādū est. Aliqua.n. ptermitti potuerunt in illa historia, quæ tñ spiritū sanctum non laterent qui in his loquit Psalmis. Ferrū aūt quod dicit pertransisse aiam eius, tribulationē durā necessitatis accipimus: nō.n. corpus, sed animam dixit. Talis.n. locutio est quædā in Euangelio, ubi Symeon dixit ad Mariā, Ecce positus ē hic i
Luce.2. ruinam, & in resurrectionē multorū in Israel, & in signum cui contradicet, & tuā ipsius animam pertransiet gladius, ut reuelent ex multis cordib⁹ cogitationes. Passio q̄ppe dn̄i quę multis ruina fuit, & in qua multorum cordium occulta patuerunt, q̄n K
expressum est, quid de dn̄o sentiebant, & ipsam ei⁹ matrē grauiter carnali orbitate percussam sine dubio cōrristauit. In illa uero tribulatiōe fuit Ioseph, Gene.40
donec ueniret uerbū eius, quo fuerat interpretatus ueraciter somnia, uñ cōmēdatus ē regi, ut et illi de somniis eius futura ꝓdiceret. Sed q̄m dixit, donec ueniret uerbū eius, ne oino eius sic intelligeremus, ut quisquā rem tantā homini tribuēda putaret, cōtinuo subiecit, Eloquium dn̄i inflāmauit eū.) Vel quod magis de Gręco expressum est, alii codices habent, Eloquium dn̄i igniuit eum: ut ēt ipse inter eos cōputaretur q̄bus dictus est, Laudamini in nomine sancto eius. Eloquiū dn̄i igniuit eum. Merito spiritus sanctus, q̄n a domino missus est, uisę sunt Acto. 2.
illis linguę diuisę uelut ignis. Et Aplus dicit, spiritu Roma.12
feruētes. A quo igne discedēt, de q̄bus dicitur, Re- Matt.24
frigescet charitas multorum. Deniq; sequit, Misit rex & soluit eum, princeps populos, & dimisit eū.) Ipse est rex q & princeps populos, soluit cōpeditū, Gene.41
dimisit inclusum. Constituit eū dn̄m domus suę, & principē oīs possessionis suæ. Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudētiā do L
ceret.) Græcus habet, Et seniores eius sapientiā doceret.) Qd oimodo ad uerbum ita dici posset, erudiret principes ei⁹ sicut semetipsum, & seniores ei⁹ sapientes faceret: πρεσβυτέρους.n. habet, quos dicere solēnus seniores, non γέροντας, id est, senes: σοφίσαι aūt quod uno uerbo Latine dici nō pōt, a sapiētia dictum est, q̄ σοφία Grece dicit, nō a prudentia quę φρόνησις appellat. Neque hoc tamen legimus in illa sublimitate Ioseph, sicut ne cōpedes in eius humilitate. Sed uñ fieri possit, ut uir tātus unius ueri dei cultor, in Aegypto alendis tm̄modo corporibus, & reb⁹ tm̄ corporalibus gubernādis esset intentus, & quo eos meliores redderet, curā non gereret aioꝵ? Sed ea cōscripta sunt in illa historia, q̄ sc̄dm intentionem scribētis, in quo erat spūs sanctus, reb⁹ futuris in illa narratione significandis sufficere iudicata sunt. Et intrauit Israel in Aegyptū, & Iacob accola fuit in terra Chā.) Qd est Israel, hoc ē Iacob: & Gene.26.
qd ē Aegyptus, hoc est terra Chā. Hinc.n. aptissime M
demōstratum est de semine Chā filii Noe, cuius primitiuus fuit Chanaan, exortam fuisse, ēt gētē Aegy Gene.10.
ptiorū. Proinde in q̄bus codicibus hoc loco legit Chanaan, emendandum est. Melius aūt interpretatum est, accola fuit, q̄ sicut alii codices habēt, inhabitauit, quod tantūdē esset si & incola diceret. Nihil.n. aliud significat. Nam idipsum est uerbum in Græco isto loco, qd est, & superius ubi dictum est, paucissimi & incolæ in ea. Incolatus porro uel accolatus, nō idigenā sed aduenā ostendit. Ecce q̄uo transierunt de gente in gentē, de regno in populū alterū. Qd breuiter ꝓpositū fuerat, breuitec narrādo explicatū est. Sed de quo regno trāsierit in populum alterum, merito quęri pōt. Nondū.n. regnabant in terra Chanaan, q̄a nondum ibi fuerat regnum constitutū populi Israel. Q̄uo ergo potest intelligi, nisi forte secundū anticipatiōne, quia ibi regnum futurum erat seminis eoꝵ? Deinceps narrātur q̄ in Aegypto gesta sunt: Et auxit, inq̄t, populum suū uehementer, & firmauit eū sup inimicos eius.) Etiā hoc totum breuiter ꝓpositū est, ut quēadmodū factū sit, deinceps narretur. Nō.n. tūc firmat⁹ est populus dei sup Aegyptios inimicos suos,

A quando eorũ masculini fœtus necabantur, uel qñ in faciendis lateribus conterebantur, sed qñ in ma nu potenti per signa & portenta dñi dei sui metuendi & honorãdi facti sũt, donec duri regis cõtētio uinceretur, & mare rubrũ psecutorẽ cum exercitu eius obrueret. Qđ ergo breuiter positũ ẽ, Firmauit populũ suũ super inimicos eius, uelut quæreremus quõ factum sit, incipit dicere, donec etiam id narrando determinet. Et cõuertit cor eorũ, ut odirẽt populũ eius, & dolũ facerẽt in seruos eius.) Nũqd nam intelligendũ est uel credendũ, quod deus cor hoĩs ad facienda peccata conuertat? An peccatum non est, uel paruũ peccatũ est odisse populũ dei, & dolũ facere in seruos eius? Quis hoc dixerit? Nũqd ergo istorũ tam grauiũ peccatorũ author est deus, q nullius uel leuissimi peccati author credẽdus ẽ? Quis sapiẽs, & itelliget hęc? Nã ipsa est in illa mirabilis dei bonitas, qua bene utit ẽt malis, uel angelis, uel hoĩbus. Cum enim ipsi uitio suo mali sint, il le de malo eorũ bene facit. Non.n. antequam odissent populũ eius boni erãt, sed maligni & impij tales erant, q facile incolis suis fœlicib⁹ inuiderent. In

B eo ergo q populũ suũ multiplicauit, hoc bñficio suo malos ad inuidẽdum conuertit. Inuidia est.n. odiũ fœlicitatis alienę. Sic ergo cõuertit cor eorũ, ut per inuidẽtiam odissent populũ eius, & dolũ facerent in seruos eius. Nõ itaq; cor illorũ malũ faciẽdo, sed populo suo bñfaciẽdo, cor illorũ spõte malũ conuertit ad odiũ. Non.n. rectum cor peruertit, sed sponte peruersum ad odiũ populi ubi eo malo bene uteretur conuertit. Non.n. illos malos faciendo, sed istis bona qb⁹ mali facillime possent inuidere largiendo, Quo illorũ odio & ad exercitationẽ populi suorũ, & ad gloriã nominis sui, q nobis est utilis, qño sit usus, consequentia docent, q in eius lau de commemorantur cum cantat halleluia. Misit

Exo. 3. Moysen seruum suum, & Aaron quẽ elegit ipsum.) Sufficeret quẽ elegit, sed nihil in eo quærendũ est qđ additum est ipsum. Locutio scripturarũ est, sicu ti est, In qua habitabũt in ea, qua locutiõe diuinæ paginę plenę sunt. Posuit in eis uerba signorũ suorũ & pdigiorũ in terra Chã.) Non ita debemus ac-

C cipere uerba signorũ & pdigiorum, quasi uerba q bus uerbis fierent signa & pdigia, id est, q diceret

Exod. 8. ut fierent signa & prodigia. Multa.n. sine uerbis facta sunt, uel uirga manu extēta, uel fauilla in cœlũ missa. Sed qa illa ipsa q facta sunt, nõ erãt alicuius significationis inania, sicut & uerba q loqmur, iõ & ipsa dicta sunt uerba, nõ uocũ & sonorũ, sed signorum & prodigiorũ. Posuit in eis, id est, fecit per

Exo. 10. eos. Misit tenebras & obscurauit.) Scriptũ est & hoc inter plagas qbus & Aegyptii pcussi sunt: qđ autem sequitur, in diuersis codicib⁹ uarie legitur. Alii namq; habẽt. Exacerbauerunt sermones ei⁹.) Alii uero, Non exacerbauerunt sermones ei⁹.) Sed qđ prius dixi, in pluribus inuenimus. Vbi aũt addita ẽ negatiua particula, nix duos codices potuim⁹ repe rire. Sed ne forte mẽdositas pp sensum faciliorẽ abundauerit: quid.n. facilius intelligitur quã id qđ dictum est, Exacerbauerũt sermones eius? Vtiq; cõ tumacibus suis cõtradictiõibus conati sum⁹ sc̃dm aliquã rectam sentẽtiam ẽt illud exponere: & hoc interim occurrit, Nõ exacerbauerunt sermones ei⁹, id est, in Moysen & Aaron, qa eos etiã durissimos patientissime pertulerunt, donec omnia quæ deus in eis facere disposuerat, ex ordine cõplerent. Cõ D

Exod. 6. & 8. Psal. 77. uertit aquas eorũ in sanguinẽ, & occidit pisces eorum. Et dedit terrã eorũ ranas, in penetralibus regum ipsorũ.) Tanquã diceret, Terrã eorum conuertit in ranas. Tanta.n. ranarũ fuerat multitudo, ut hoc per ὑπερβολὴν conuenienter diceret. Dixit & uenit cynomyia & cyniphes in oĩbus finibus eo

Exod. 8. Psal. 77. rum.) Si quæritur qñ dixerit, in uerbo eius erat an tequã fieret, Et sine tpe ibi erat & quo tempore fieret, quãquam & p angelos & p seruos suos Moysen & Aaron ẽt tunc quodammodo dixit ut fieret qđ fuerat faciendum. Posuit pluuias eorum in gran

Exo. 6. Psal. 77. dinem.) Similis locutio illi est ubi ait, Dedit terrã eorum ranas, nisi qđ ibi non utique in ranas tota terra conuersa est, pluuia uero in grandinem etiã tota potuit. Ignẽ comburentẽ in terra ipsorum.) Subauditur posuit. Et pcussit uineas eorũ & ficulneas eorũ, & contriuit oẽ lignum finium eorum.) Hoc ui grãdinis & fulminibus factũ est, uñ & ignẽ dixit cõburentẽ. Dixit & uenit locusta & bruch⁹,

Exo. 10. E cuius nõ erat numer⁹.) Vna plaga ẽ locustę & bruchi, qm altera est parens, & alter ẽ fœtus. Et comedit oẽ fœnum in terra eorũ, & comedit oẽ fructũ terræ eorũ.) Et fœnũ fructus est, sicut, loq scriptura cõsueuit, quę fœnũ appellat etiam segetes frugũ. Sed ut duo diceret, duob⁹ fortasse quę dixerat numero uoluit cõsonare, id ẽ, locustę & brucho. Hoc aũt totũ pertinet ad elocutionis uarietatẽ medẽtẽ fastidio, nõ ad diuersitatẽ sententiarũ. Et pcussit oẽ primogenitum in terra eorum, primitias oĩs la-

Exod. 12. Psal. 77 boris eorũ.) Hæc plagã nouissima ẽ, excepta morte in mari rubro. Primitias uero laborũ, pp primogenita pecorum dictum arbitror. Quę plagę cum sint decẽ, nec oẽs cõmemoratę sunt, nec eodẽ ordine quo ibi factę sunt legunt. Libera.n. est laudatio a lege narrantis & texentis historiã. Cu⁹ laudationis author & dictor cum sit p Prophetã spiritussanctus, eadẽ utiq; authoritate q p eum egit hoiem q illã scripsit historiã, & cõmemorat aliqd factum qđ ibi nõ legit, & qđ ibi legitur preterit. Adiungit autẽ ẽt hoc laudibus dei, q argento & auro ditatos Is

Exo. 12. F raelitas eduxit de Aegypto, qa & ipsi tales erãt qui nondum possent cõtenere laborum suorum licet

3. q. 5. d. 37 ca. Quest rũ. Et. 14. dis. 5. Dixit do minus. Et. 37. di sti c Legimus. §. Econtra. tpalem, tñ debitam iustãq; mercedem. Nec in eo q Aegyptios deceperunt, a qb⁹ sibi ut cõmodarẽt aurum argentumq; petiuerunt, putãdus est de⁹ huius modi dolos eis q sursum cor hñt uel iubere, uel si fecerint approbare. Magis.n. p illa dei uerba utiq; ab illo q cor eorum uidebat, & cupiditates examinabat, pmissi sunt facere ista q iussi: non tñ sine aliquo pfectu aĩę carnalis, q & h.s fecerunt q talia iure passi sunt, & quãuis per dolum ab iniqs hoibus, tñ qđ sibi reddi debuit abstulerunt. Sicut.n. Aegyptiorum iniquitate, sic istorum infirmitate ad id q opus erat illis factis figurãdum & pnunciãdum diuine usus ẽ de⁹. Et eduxit eos in argẽto & auro.) Et ista locutio scripturarũ est. Pro eo qppe dictũ ẽ, in argento & auro: ac si diceret, cum argento et auro. Et non erat in tribubus eorum infirmus.) Sed corpore, nõ aĩo. Etiam hoc magnum dei bñficium

Exod. 12. fuit, ut i illa necessitate migrãdi null⁹ esset ægrot⁹. Lętata est Aegyptus in pfectione eorum, qa incubuit timor eorum sup eos.) Timor qppe Hebræorũ sup Aegyptios. Nõ.n. timor eorum quo timebãt Hebręi, sed quo timebantur. Dicet aliquis, Quo-

Quomodo ergo nolebant eos dimittere Aegyptii? Quo
tanquā redituros dimiserunt? Quomodo tāquā re-
dituris & reddituris aurū & argentum petentibus
cōmodauerūt, si lætata est Aegyptus in profectiōe
eorū? Sed intelligēdū est post illā ultimā Aegyptio
rū morte & tātā stragē in mari rubro tā magni p-
sequentis exercitus, Aegyptios timuisse residuos, ne
redirent Hebræi, & eorum reliqas magna fœlicita
te ac facilitate contererent. Tunc īpletū est qd supe
rius cum dixisset, Ex auxit populū suū uehemēter:
mox addidit, Et firmauit eū sup inimicos ei⁹. Hāc
.n. sententiam uno uersiculo ꝓpositam ut explica
ret quomodo id factū sit, adiunxit cætera q̄ in hac
laude cladis narrauit, usq; ad istū locū ubi ait, Læ-
tata est Aegyptus in profectione eoꝝ, qa incubuit
timor eorū super eos, uelut assignans qd ꝓposue-
rat, qa firmauit populū suū sup inimicos eius. Pro-
inde iam dicit, quę iter agētibus in eremo benefi-
Exod. 13. cia diuina collata sunt. Expādit nubē in ꝓtectio-
nem eorū, & ignē ut luceret eis p noctē.) Tā sunt
H hæc manifesta, quā nota. Petierūt carnes: & uenit
Exod. 16. coturnix.) Non coturnices cōcupierūt, sed carnes.
Quia uero & coturnix caro est, & ī isto Psalmo nō
loqtur de amaricatione eorū, in qbus non est bn̄-
1. Cor. 10 placitū deo, sed de fide electorū, quod est uerū se-
men Abrahę, ipsi intelligēdi sunt petisse ut ueniret
unde amaricantium murmura opprimerētur: ēt in
Exod. 16 uersu qd sequit? Et pane cœli saturauit eos.) Mā-
na quidem nō nominauit, sed nulli obscurū est, q
Exod. 17 illas literas legit. Dirupit petrā & fluxerunt aquæ,
abierunt in sicco flumina.) Et hoc factū tā cito i-
telligitur quā legitur. His aūt omnibus beneficijs
suis, deus commendat in Abrahā meritū fidei. Se-
qtur .n. & dicit, Qm̄ memor fuit uerbi sancti sui,
quod habuit ad Abraham puerū suum. Et eduxit
populum suum in exultatione, & electos suos i læ
titia.) Quod ait populū suū, hoc repetiuit, electos
suos & q̄ ait, in exultatiōe, hoc repetiuit, in lętitia.
Et dedit illis regiōes gētiū, & labores populoꝝ pos
sederunt.) Quod sunt regiones gētiū, hoc sunt la-
bores populorum: & qd dictum est, dedit illis, hoc
repetitum est, possederunt. Et tanquā quereremus
I cui bono ista data sunt, ne hoc ipsum putaret summ
mū bonū, q̄ ista fœlicitas rerū tēporaliū populo
dei data ē, cōtinuo eā ad aliud retulit, ubi summū
bonū oportet inquiri. Vt custodiant, inqt, iustifi
cationes eius, & legē eius reqrant.) Vbi nō solū in-
telligendū est dei seruos & electos filios ꝓmissio-
nis, uerū & germanū semen Abrahę, imitantes fidē
Abrahę, propterea ista bona terrena sumere à deo,
ut nō in eis luxu diffluāt, siue puersa securitate tor
pescant, sed ideo habeant diuina misericordia hæc
busq; credentibus in populo aũt illo aliter . Totus
enim populus,tota illa gens ex semine Abrahæ se-
cundũ carnem,tota multitudo domus Israel semel
educta est ex Aegypto,semel per rubrum mare du
cta,semel ad terrã promissionis perducta Simul.n.
omnes erant in quibus hæc contingebant Hęc au-
tem omnia in figura contingebant in illis , scripta 1 Cor. 10.

G sunt aũt ad correctionem nostram in quos finis se culoꝝ obuenit. Nos ergo nõ simul omnes, sed pau latum singulatimq́; credẽtes cõgregamur in unam quandã ciuitatem,& in unũ pplm dei: sed in unoquoq; nostrũ etiã singula contingunt. Hęc quę scri pta sunt contingunt in pplo. Etenim ppls de singu lis, non singuli de pplo. Nunqd.n. unus homo ex populis? Sed ppls ex singulis hoibus constat. Quic qd.n. cum loquor agnoueris in te, quisq́s expertus es, noli cogitando quasi remanere in te,& putare quasi in solo te cõtigit, sed crede ista cõtingere, aut in oibus. aut prope in oibus qui ueniunt ad hũc pplm, & de manu inimicoꝝ precioso sanguine redimuntur. Repetiturus est.n. asiidue qd cãtauimus modo miserationes eius. Confiteantur dño miserationes eius,& mirabilia eius filijs hominum.) isti uersus quantũ aiaduertere potui, qd potestis & nos quater repetiti sunt: in quo numero quãtum dño adiuuãte scrutari ualuimus, signat nobis quatuor quasdã tentationes, ex qbus nos liberat cui cõfitentur suę miserationes. Fac.n. hominẽ primò nihil qrentem,

H s.dm uitam ueterem seductoria securitate uiuentẽ, nihil putantẽ aliud esse post hanc uitã qñq; finiendam, negligentem quẽdam & socordẽ, obrutum cor hñtem illecebris mundi, & mortiferis delectationibus cõsopitum: ut excitetur iste ad qrendam gratiã dei, ut fiat sollicitus, & tanq̃ de somno euigilet, nõne manus dei excitat eum? Sed tñ à quo sit excitatus, ignorat. Incipit aũt eẽ iam dei & eius suauitatẽ gustare, cum cognouerit ueritatis fidem. Sed anteq̃ cognoscat, dolet & delet errorẽ suũ. Inuenit.n. se in errore, uult cognoscere ueritatem. pulsat ubi põt, tentat qd põt, uagatur quà põt, famem etiã patitur ipsius ueritatis. Prima ergo tentatio est erroris & famis. Vbi in hac tẽtatione fatigatus exclamauerit ad eum, pducitur ad uiã fidei, unde incipiat pergere ad ciuitatẽ qetis. Perducitur ergo ad

Ioan. 14. Xpm, q dixit, Ego sum uia. Cũ ergo ibi fuerit, iam sciens qd obseruare debeat nonnunq̃ multum sibi tribuendo, & quasi de suis uiribus ṗsumendo, incipit confligere uelle bella contra uitia, & pp superbiam sitpari. Inuenit ergo se ligatũ difficultatibus cupiditatum, & non posse uiam pp cõpedes ambu

I lare. Inclusum se sentit difficultate uitioꝝ, & tanq̃ muro impossibilitatis erecto, portisq́; clausis, quã euadat ut recte uiuat, non inuenit. Iam scit quõ uiuere debeat: prius.n. in errore erat: & famem ueritatis patiebatur. Accepit aũt iam cibum ueritatis, & positus est in uia: audit, Viue bene, scdm qd nosti, antea.n. non noueras quẽadmodum uiueres: modo accepisti & nosti. Conatur, & non põt, ligatum se sentit, exclamat ad dñm. Secunda ergo tentatio est difficultatis in bene operando, sicut illa prima erroris & famis. Exclamat & in hac ad dñm, liberat dñs de necessitatibus: Rumpit uincula difficultatis, constituit in opationem ęqtatis: incipit ei iam facile esse qd difficile fuerat, abstinere à malis, non

Exod. 20 adulterare, non furtum facere, non homicidiũ, non sacrilegium, non aliena cõcupiscere, facta est facultas quę fuerat antea difficultas. Potuit hoc dñs sine difficultate ṗstare, sed si hoc sine difficultate haberemus, largitorẽ huius boni nõ agnosceremus. Si n. primitus cũ uellet posset, & nõ sentiret aduersus se obnitentes cupiditates, nec uinculis suis grauata aĩa collideret, suis uiribus tribueret qd se posse sentiret, & non cõfiterent dño miserationes eius. K

Post has duas tẽtationes, primã erroris atq; inopiæ ueritatis, secundã difficultatis bene opandi, tertia tentatio excipit hominẽ: ei loquor qui iam transiit has duas. Nam istę duę fateor multis notæ sunt: qs enim nescit se ab ignorantia uenisse ad ueritatẽ, ab errore ad uiã, a fame sapientiæ ad uerbũ fidei? Deinde multi luctant cum difficultatibus uitioꝝ suorum, & adhuc cõsuetudine colligati gemunt tanq̃ in clausura & compedibus. Agnoscũt & istam tentationem, quis iam dicant, si forte dicunt, Infœlix

Roma. 7. ego homo, qs me liberabit de corpe mortis huius?

Galat. 5. Nam uide arctissima uincula, Caro, inqt, concupiscit aduersus spũm, & spũs aduersus carnem, ut nõ ea quę uultis illa faciatis. Proinde qui iam est adiu

Exo. 20. tus spiritu, & quẽadmodum noluit esse adulter, sic non sit: quõ noluit esse fur, sic nõ sit, & cætera illa quæ nolunt hoies uincere, & sæpe inflexi superant, ut exclamẽt ad deũ, ut de necessitatibus eoꝝ eruat eos, & de liberatis confiteantur dño miserationes eius: Quisq́s ergo talis est & uicit illas difficultates, & ṗbabiliter iam conuersatur inter hoies sine ulla

L querela maloꝝ morum, excipitur tertia tentatione tædij cuiusdã in morã huius uitæ, ita ut aliqñ eum nec legere nec orare delectet. Tertia tentatio priori cõtraria. Prius.n. periclitabatur fame, postea fastidio. Vnde & hoc, nisi de quodã languore aiæ est? Iam non te illicit adulteriũ, nec tñ delectat dei uerbum. Iam post periculũ imperitiæ & cõcupiscẽtię, de qbus duobus te euasisse lætaris, uide ne tædiũ fastidiumq́; te necet. Non est & ista leuis tentatio: Agnosce te in illa, & exclama ad dñm, ut de necessitatibus tuis etiã hic liberet te: & de hac tentatione liberatus cũ fueris, cõfiteanĩ illi miserationes eius. Liberatus aũt ab errore, liberatus à difficultate be

Psal. 124. ne opandi, liberat⁹ à tædio fastidioq́; uerbi dei, fortasis dignus eris cui ppls cõmittatur, constituaris in gubernaculis nauis recturus ecclesiã, ibi quarta tẽtatio. Tẽpestatis maris quatiẽtes ecclesiã, turbãt gubernatorẽ. Deniq; tres illas tẽtationes expiri põt ois pius, fidelis in pplo dei, quarta ista nostra est. Quãto.n. plus honoramur, tãto plus periclitamur. Metuendum est ne auertat aliquẽ uestrum a ueritate, ad periculũ erroris. Metuẽdũ est, ne uincat unũ-

M quenq; cupiditas sua, & eligat eam sequi, q ex eius difficultatibus exclamare ad dñm. Metuendũ est, ne unusquisq; uestrum minus sapiat uerbũ dei, & fastidio moriat. Tẽtatio ergo gubernãdi, tẽtatio periculoꝝ in regenda ecclesia nos potissimũ tãgit. Sed quõ & uos alieni eritis, si tota nauis periclitabitur? Qd ideo dixi, ne in hac quarta tentatione tanq̃ nostra ṗpria, ubi opus est ut ab orationibus nõ desistatis, non uos primo naufragetis, si minus solliciti sitis, & ṗ nobis min⁹ oretis. Quid.n. frẽs? Quia ad eadẽ gubernacula nõ sedetis, nõ in eadem naui nauigatis? Post has quatuor tẽationes, quatuor exclamationes, quatuor liberationes, quatuor miseratio nũ dñicaꝝ confessiones, gñaliter in hoc psalmo cõ sequenter ipsa cõmendatur ecclesia, ut euidentissime noueritis de qua psalmus ab exordio loqbat.

Iacobi. 4 Cõmendatur aũt ita ut in nobis omnibus dei gra prædicetur, qui supbis resistit; humilibus autẽ dat

Ioan 9. grãm: qa ideo ille uenit, ut qui non uident, uideãt:

Esa. 40. & qui uident, cęci fiant: qa ois uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabit. Quo cõmendato dicitur

A to dicitur aliquid qđ etiam de hæreticis intelligat, qbus tanquā ciuilib⁹ bellis quatitur Ecclesia, & cō cluditur psalmus quē iam exposui breuius fortasse q̄ putabatis. Nam usqueadeo me istum totum psalmū aliquantū prolixum exposuisse arbitror, ut iam officium à me nō expectetis disputatoris, sed penè lectoris, si tenetis quę dixi. Puto.n. sunt ante oculos uestros constituta: sed ut melius cōmendentur, breuiter replicent. Prima tentatio erroris & famis uerbi. Secūda difficultatis incendarū cōcupiscentiarū. Tertia tædij atq; fastidij. Quarta tēpestatis & periculo℞ in gubernādis ecclesijs. Et in his omnibus exclamationes & liberationes, & miserationem dei cōfessiones: ad extremū ipsius Ecclesiæ fit cōmendatio, q̄ & salua facta est per gratiam dei nostri, nō per meritum suū. Et cōmemoratur inimico℞ afflictio propter superbiam, quibus extinctis, erecta est Ecclesia. Et propter insidias quasdā diminutionis ab hæreticis, & detrimento℞ quodāmodo domesti corū, & ex his circa Ecclesiam diuina beneficia, & Psalmi cōclusio: legamus iam magis q̄ differamus.

Dicant qui redempti sunt à dño, quos redemit de

B manu inimicorum, de regionib⁹ congregauit eos: Ab oriēte & occasu, ab aquilone & mari.) Christiani ergo ipsi dicant, de toto orbe conuocati. Errauerunt in solitudine, in siccitate, uiā ciuitatis habitationis nō inuenerunt.) Errorē miserabilem audiuimus: qđ de inopia? Esurientes & sitientes erant, anima eo℞ in ipsis defecit.) Sed quare defecit? Cui bono? Non.n. crudelis est deus, sed se cōmendat qđ expedit nobis, ut nobis deficientibus rogetur, & ut subueniens ametur. Et ideo post hunc errorē & famem & sitim. Exclamauerunt ad dñm cū tribularentur, & de necessitatibus eo℞ eripuit eos.) Et qđ illis p̄stitit, quia errabant? Et deduxit eos in uiam rectam.) Viam ciuitatis habitationis non inueniebant, fame & siti æstuabant & deficiebant: Et deduxit eos in uiam rectā. Vt irent in ciuitatē habitationis.) Qūo subuenerit fame & siti nondū dixit, sed & hoc expectate. Confiteantur dño miserationes eius, & mirabilia eius filijs hominū.) Dicite experti inexpertis iam in uia positi, iam ad ciuitatē inueniendam directi, iam deniq; & fame & siti liberati. Quoniam satiauit animā inanem, & animam

C esurientem impleuit bonis.) Viue ergo bene, iam in uia positus es, iam audisti quid agere debeas, quid sperare: Quid aliud excipit, quoniā conaris & superaris. Sedentes in tenebris & umbra mortis, cōpeditos in mendicitate & ferro.) Vnde hoc, nisi quia tibi tribuebas, qa gratiam dei nō agnoscebas, quia consilium dei circa te reprobabas? Nam uide quid adiungat, Quoniam inamaricauerunt eloquiū domini. Per superbiam iustitiam domini nescientes, & suam uolentes constituere. Et consilium altissimi exacerbauerunt: Et humiliatū est in laboribus cor eorū.) Et nunc pugna contra cōcupiscentiam, deo desistente ab adiutorio laborare potes, uincere nō potes: Et cū fueris pressus consuetudine tua praua, humiliabitur cor tuū in laborib⁹, ut iam corde hu

Rom.7. miliato discas clamare, Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Humiliatum est ergo in laboribus cor eo℞. Infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret eos.) Quid ergo restat, nisi quare fa

Galat.3. ctum est? Si enim data esset lex q̄ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia: sed cōclusit scriptura omnia sub peccato, ut p̄missio ex fide Iesu Xpi da- D

Rom.5. retur credentib⁹. Lex autem subintrauit ut abundaret delictum. Accepisti uerbum, accepisti p̄ceptum, nec desinis facere qđ male faciebas, & accepto præcepto, auges peccata p̄ p̄uaricationem superbiæ. Si te ignorabas, uel disce se, humiliatus clamabis, à necessitate liberaberis, liberatus miserationes dñi cōfiteberis. Et exclamauerunt ad dñm cum tribularentur, & de necessitatibus eo℞ saluos fecit eos.) Liberati sunt de secunda tentatione, restat tædij atq; fastidij. Sed primo quid istis p̄stitit liberatis uidete.

Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & uincula eorum dirupit. Confiteantur dño miserationes eius, & mirabilia eius filijs hominum.) Quare? Quas difficultates uicit? Quia cōtriuit portas æreas, & uectes ferreos cōfregit. Suscepit eos de uia iniquitatis eo℞, propter iniustitias enim suas humiliati sunt.) Quia sibi tribuebant, non deo. Quia suam

Rom.10. iustitiam cōstituebant ignorantes dei iustitiam, humiliati sunt: Inuenerūt se nō posse sine eius adiutorio, qui de suis solis uiribus p̄sumebant. Sed quod aliud genus restat? Omnē escā abominata est anima eo℞.) Iam fastidium patiunt, fastidio languent, B fastidio periclitant: nisi forte putas occidi eos fame potuisse, & nō posse fastidio. Vide quid sequatur, cū dixisset, Omnē escam abominata est anima eorū, ne quasi eos putares de satietate securos, nō magis uideres de fastidio morituros. Et appropinquauerunt, inqt, usq; ad portas mortis.) Quid ergo restat? Vt & quod te delectat uerbū dei, non tibi tribuas, neq; hinc aliqua infleris arrogātia, & auidus cibi in eos q̄ fastidio periclitant superbe insilias. Intellige etiam p̄stitum tibi esse hoc, nō à te tibi esse. Quid

1. Cor.4. enim habes qđ non accepisti? Hoc ergo intelligens, & hoc uitio atq; languore periclitans, fac quod sequitur. Et exclamauerunt ad dñm cū tribularentur, & de necessitatibus eo℞ liberauit eos.) Et quia languor erat nō delectari. Misit uerbum suū & sanauit eos.) Vide quid mali habeat fastidium, uide unde liberat ille ad quem clamat fastidiens, Misit uerbum suum, & sanauit eos. Et eripuit eos.) Vnde? Non de errore, non de fame, non de difficultate uincendi peccata, sed De corruptela eorū.) Quædam corruptela mētis est, fastidire quod dulce est. Ergo & de hoc beneficio sicut de cęteris superiori- F bus Cōfiteantur domino miserationes eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et sacrificent sacrificium laudis.) Iam enim ut laudetur, suauis est dominus. Et nuncient opera eius in exultatione.) Non cū tædio, nō cum mœrore, nō cum anxietate, nō cum fastidio, sed cū exultatione. Quarta illa restat, in qua omnes periclitamur. Omnes enim in naui sumus. Alij operantur, alij portantur, simul tamē omnes & in tempestate periclitantur, & in portu saluantur. Post hæc enim omnia sequitur, Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis.) Id est, in populis multis. Aquas.n.

Apoc.17. sæpe pro populis ponit testis est Apocalypsis Ioannis, ubi interrogans Ioannes quid illæ aquæ essent: r̄nsum est ei, populi sunt. Qui ergo faciunt operationem in aquis multis, Ipsi uiderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo.) Quid enim profundius cordibus humanis? Inde plerunq; uenti erump unt, tempestates seditionū & dissensionum nauē perturbant. Et quid agitur in his? Volēs deus ut ad

G eum clamarent,& hi q gubernant, & hi qui portan
tur. Dixit & ſtetit ſpiritus ꝓcellæ.) Quid eſt ſtetit?
Permāſit,ꝑdurauit. Adhuc turbat,diu iactat,ſæuit,
& non tranſit: Dixit.n.& ſtetit ſpiritus procellæ. Et
quid egit iſte ſpiritus procellæ? Et exaltati ſunt flu
ctus eius. Aſcēdunt uſq; ad cœlos,) audendo, De-
ſcendunt uſq; ad abyſſos,) timendo. Aſcēdunt uſq;
in cœlos,deſcēdunt uſq; in abyſſos:foris pugnæ,in
tus timores. Anima eorū in malis tabeſcebat: Tur
bati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius.) Qui ſedent ad
gubernacula, & q fideliter nauim amant, ſentiunt
qđ dico: Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebri⁹. Cer-
te qñ loquuntur, qñ legunt, qñ tractant, ſapientes
apparent. Heu prohdolor à tempeſtate. Et omnis,
inquit,ſapientia eoꝝ abſorpta eſt.) Aliquando de-
ficiunt omnia humana conſilia: Quacunq; ſe quiſq;
conuerterit,fluctus fremunt,tēpeſtas ſęuit,brachia
deficiunt: Quò prora impingatur,cui fluctui latus
nudet, quò nauis impulſa dimittat, a quibus ſaxis
ne pereat refrenetur,omnino a rectorib⁹ non uide-
tur. Et quid reſtat,niſi quod ſequitur? Et exclama
uerunt ad dñm cū tribularent, & de neceſsitatibus
H eorum eduxit eos. Et imperauit procellæ, & ſtetit
in auram.) Non ſtetit in tempeſtatē, ſed in auram.
Et ſiluerunt fluctus eius.) Audite de hac re uocē
cuiuſdā gubernatoris periclitati, humiliati, libera-
.Cor.10 ti. Nolo,inquit,uos ignorare fratres de preſſura no
ſtra q̄ facta eſt in Aſia, qa ſupra uires grauati ſumus
& ſupra modū. Video omnē ſapientiam eius abſor
ptam,ita ut tæderet nos,inquit,etiam uiuere. Et qd
ille? Ita deficientes deſereret? Aut non propterea illi
deſecerunt, ut ille apud eos gloriam reperiret? De-
niq; quid ſequitur? Sed ipſi in nobiſmetipſis reſpon
ſum mortis habuimus, ut nō fidētes in nobis ſim⁹,
ſed in deo q ſuſcitat mortuos. Et imperauit procel-
læ,& ſtetit in aurā. Iam illi de ſe apud ſe reſponſum
mortis habuerant,quoꝝ omnis ſapientia abſorpta
erat. Et ſiluerunt fluctus eius.) Et iocundati ſunt
qa ſiluerunt,& deduxit eos in portū uolūtatis eoꝝ.
Cōfiteantur dño miſerationes eius.) Vbiq; omni-
no ubiq; confiteantur dño,non merita noſtra,non
uires noſtræ,non ſapientia noſtra,ſed miſerationes
I eius. Ille ametur in omni noſtra liberatione,qui eſt
* al. de- * inuocatus in omni nr̄a tribulatione Confitean
eſt inuoca tur domino miſerationes eius. Et mirabilia eius fi
tus. lijs hominum.) Et uidete unde dicat, unde oīa iſta
pręlocutus ſit,unde omnia hæc enumerauerit, ubi
agant hæc. Et exaltent eū in Eccleſia populi, & in
cathedra ſenioꝝ laudent eum.) Et exaltent eū, hoc
eſt,laudent eum: & laudent eum, hoc eſt, exaltent
eum. Exaltent,laudent populi,& ſeniores,& nego-
ciatores,& gubernatores. Quid.n. fecit in hac Eccle
ſia? Quid conſtituit? Vnde illam eruit? Quid ei præ-
Iaco. 4. ſtitit? Quemadmodum ſuperbis reſiſtit,humilibus
gratiā dedit,ſuperbis ſcilicet primo populo Iudęo-
Roma.3. rum arroganti & extollenti ſe de genere Abrahæ,&
q; illi genti ſint credita eloquia dei: Non.n.eis hæc
ualebant ad ſanitatem,ſed ad exaltationē cordis,&
ad tumorem potius q̄ ad magnitudinem. Quid er-
go fecit deus ſuperbis reſiſtens, humilibus autem
Roma 11. dans gratiam? Ramos naturales propter ſuperbiam
amputans, oleaſtrum propter humilitatē inſerens?
Quid fecit deus? Audite hæc duo,deus primo quō
ſuperbis reſiſtat,deinde quemadmodum humilib⁹
det gratiam. Poſuit flumina in deſertum.) Curre-
bant ibi aquæ,currebant prophetæ. Quære modo K
apud Iudæos prophetam,nō inuenies. Poſuit.n. flu
mina in deſertum. Et exitus aquarū in ſitim.) Po-
ſuit flumina in deſertum. Dicant,iam non eſt Pro- Pſal.73.
pheta,& nos nō cognoſcet amplius. Adhuc poſuit
flumina in deſertū, & exitus aquarū in ſitim. Ter-
rā fructiferam in ſalinas.) Quæris ibi fidē Chriſti,
nō inuenis: quæris Prophetam,non inuenis: quęris
ſacerdotē,nō inuenis: quæris ſacrificium,non inue
nis: quæris templum,nō inuenis. Quare hoc? Quia
poſuit flumina in deſertū,& exitus aquarū in ſitim,
terram fructiferam in ſalinas. Vnde? Quo merito?
A malitia inhabitantiū in ea.) Ecce quō ſuperbis
reſiſtit. Audi quō humilibus det gratiam. Poſuit
deſertum in ſtagna aquarū,& terrā ſine aqua in exi
tus aquarū: Et habitare fecit illic eſurientes.) Quō
illi dictum eſt, Tu es ſacerdos in æternum ſecundū
ordinem Melchiſedech: Quæris enim ſacerdotē & Pſal.109.
ſacrificium apud Iudæos,non habes nec inuenis ſe Heb.8.
cundum ordinē Aaron,quia poſuit flumina in de-
ſertum. Quæris ſecundum ordinem Melchiſedech: Pſal 112.
apud illos nō inuenis,ſed per totum orbē celebra-
tur in Eccleſia. A ſolis ortu uſq; ad occaſum laudat L
nomen domini. Et dicit deus illis quorum flumina
poſuit in deſertum,Non eſt mihi uoluntas in uobis Malac. 1.
dicit dominus, nec accipiam ſacrificium de mani-
bus ueſtris: Quoniā ab ortu ſolis uſq; ad occaſum,
ſacrificium mundū offertur nomini meo. Vbi erant
omnia immunda ſacrificia, quando deſertum erant,
quando ſqualebant,quādo ſalinę erant omnes gē-
tes,ibi nunc fontes,ibi nunc flumina,ibi nunc ſta-
gna aquarū,& exitus aquaꝝ. Ergo ſuperbis reſiſtit, Iaco. 4.
humilibus aūt dedit gratiam: & habitare fecit illic Pſal.21.
eſurientes, quia edent pauperes & ſaturabunt. Et
cōſtituerunt ciuitatē habitationis.) Interim habi-
tationis in ſpe, qm̄ qui me audit, inquit, habitabit
in ſpe. Et cōſtituerunt ciuitatē habitationis. Et ſe-
minauerūt agros & plātauerunt uineas,& fecerunt
fructū frumenti.) Ad quem fructum gaudet opera
rius ille qui dicit, Non quia q̄ro datum,ſed requiro Philip.4.
fructum. Et benedixit eos & multiplicati ſunt ni-
mis,& iumenta eoꝝ non ſunt diminuta.) Hoc ſtat,
Firmū fundamentū dei ſtat, quia nouit dñs q ſunt 2.Tim.2.
eius. Iumenta.n.& pecora dicuntur in Eccleſia ſim-
pliciter ambulantia,ſed utilia,non multum docta, M
ſ.d fide plena. Ergo & ſpiritales & carnales benedi-
xit eos, & multiplicati ſunt nimis, & iumenta eorū
non ſunt diminuta. Et pauci facti ſunt, & uexati
ſunt.) Vnde hoc? De tranſuerſo? Imò de interno. Vt
enim pauci fierent ex nobis exierunt,ſed nō erāt ex
nobis. Ideo autē tanq̄ de his dicit,de quibus antea
loquebatur,ut cum intellectu diſcernatur,qa tanq̄
de hiſdem loquitur propter cōmunia ſacramenta.
Ad populum.n dei pertinent, etſi non per uirtutē,
certe per ſpeciem pietatis: de illis.n.audiuimus per
Apoſtolum, In nouiſsimis tēporibus inſtabunt tē- 2.Tim.3.
pora ſæua: erunt.n.homines ſeipſos amantes. Pri-
mum malum ſeipſos amantes, utiq; ſibi placentes.
Vtinam ſibi diſplicerent,& deo placerent, utinā in
difficultatibus exclamarent,& a neceſsitatib⁹ libe-
rarentur. Sed multum de ſe præſumētes,pauci facti
ſunt. Manifeſtū eſt fratres, omnes q ſe diuidunt ab
unitate,pauci fiunt. Multi.n.ſunt,ſed in unitate dū
nō ſunt, ſeparantur ab unitate. Cum.n.cœperit: ad
eos uō pertinere multitudo unitatis, in hæreſi & in

A schismate pauci sunt. Et pauci facti sunt & uexati sunt. A tribulatione maloꝝ, & dolore, Effusus est cõtemptus sup principes.) Reprobati.n sunt ab Ecclesia dei:& magis,qa principes esse uoluerũt, ideo
Matt. 5. cõtempti sunt,& facti sunt sal infatuatũ proiectum foras, ideo conculcatur ab hoibus. Effusus est contemptus sup principes. Et seduxit eos in inuio & non in uia.) Illi superius in uia,illi ad ciuitatẽ directi. Deniq illi deducti,nõ seducti, isti aũt in inuio
Roma.1 seducti. Quid est, seduxit eos? Tradidit illos deˀ in concupiscentias cordis eorũ. Hoc est enim seduxit eos,donauit illos sibi. Nã si proprie quæras,ipsi se seducunt. Qui.n. putat se esse aliquid cum nihil sit,
Gal. 6. seipsum seducit. Quid est ergo seduxit eos? Dimisit eos in inuio & non in uia. Quo enim in uia hominesqui partem tenent,& totũ relinquunt? Quo in
Psal. 66 uia? Quę est ergo uia,aut ubi agnoscitur uia? Deus, inquit, misereaſ nostri & benedicat nos, illuminet uultũ suum sup nos, ut agnoscamus in terra uiam tuam. In qua terra? In oibus gentibus salutare tuũ. Vtiq tales ut minuãtur, ut pauci fiant, hinc exeũt. A multitudine unitatis oẽs exierunt, sicut paulo ante cõmemoraui dictum de illis, Ex nobis exierunt, B
1.Ioan.2. sed non fuerunt ex nobis:si n. ex nobis fuissent,pmansissent utiq nobiscũ. Sed si forte nostri sunt in occulta pſcientia dei, necesse est ut redeant. Quàm multi non nostri adhuc quasi intus,& quàm multi
2.Tim.2. nostri adhuc quasi foris? Nouit dñs q sunt eius:& illi non nostri qui intus sunt, qñ occasiones inuenerint exeunt: & illi nostri qui foris sunt qñ occasiones inuenerint,redeũt. Illud ergo accipite quod nouit dñs,secundũ hoc seduxit eos in inuio & non in uia. Et qd de illis fecit? Quod dicere cœperã, qd attẽte audiatis. Potuit illos pati intus semp, sed nos de illis nõ proficeremus. Cum aũt separati sunt, & per qstiones malignas inquietant nos, propositum est nobis ex illis, & inqsitionis studium, & timoris exemplũ. Vnusquisq tremit cum alterũ uidet exisse,tanq ex illius exitu dicatur illi, Quapropter qui
1.Cor.10 se putat stare, uideat ne cadat. Prosunt ergo quia exeunt:nã si intus essent,& tã mali essent, nihil de illis prodesset. Quid de illis dictum est in quodam
Psal.67 Psalmo? Congregatio taurorũ,id est, ceruicatorum & superborũ,congregatio tauroꝝ inter uaccas populos. Vaccas dicit seductiles aïas,quæ facilè con- C sentiunt seductoribus tauris. Sed quare hoc? Vt excludantur hi q probati sunt argẽto. Quid est ut excludãtur? Vt appareant,& emineant illi qui sunt pbati in eloquio dei. Cum.n. respondeatur hereticis ex necessitate, ædificãtur catholici ex utilitate: hãc
1.Cor.11. sententiã planè Paulus expressit, Oportet.n inqt, hereses esse,ut pbati manifesti fiãt in uobis. Opor-
Psal. 67. tet & tauros seducentes esse, ut qui probati sunt argento manifesti fint, hoc est excludantur. Quid est
Psal.11. argento probati? Eloquia dñi eloquia casta, argentum igne examinatũ, probatum terræ, purgatũ septuplum. Quicunq sunt probati in hoc argẽto, id est, in eloquio dñi, non possunt exire hoc argentum, nisi quæstionibus inquietati hæreticorũ. Et hic attendite, qa nõ pretermissum est. Ecce effusus est contẽptus sup principes, super illos tauros. Quare contẽpti sunt? Aliud annunciãtes. Qui sunt con-
Gala.1. tempti? Anathematizati. Quisquis.n. uobis annunciauerit præter quã quod accepistis, anathema sit.
Matt. 5. Quid tam contemptum q sal infatuatum, quod foras proiectũ conculcatur? Et uidete si nõ principes D sunt, ipsum Paulũ audite, Licet si nos aut angelˀde Gala.1. cœlo euangelizauerit uobis prӕter q quod accepistis, anathema sit. Principes sunt, docti sunt, magni sunt, lapides pciosi sunt. Quid adhuc dicturus es? Nunqd angeli sunt? Et tñ si angelus de cœlo uobis annũciauerit pręter q qd accepistis, anathema sit, qa & ipse diabolus angelus de cœlo lapsus est. Effusus est ergo contẽptus sup principes eorum. Et adiuuit pauperẽ à mẽdicitate.) Quid est ergo hoc fratres, cõtempti sunt principes, & adiutus est paupꝛ? Abiecti sunt supbi, & instructus est humilis: hoc fecit, & hoc faciẽdo adiuuit pauperem à mẽdicitate. Mendicus est ille, nihil sibi tribuẽs, totũ de misericordia dei expectãs, ante ianuã dominicam quotidie clamat, pulsans ut aperiaſ ei, nudus & tremens ut uestiatur, oculos in terrã deijciẽs,& pectus tundens. Istũ mendicũ, hunc pauperẽ, hũc humilẽ ad Luc.18. iuuit deus: Plurimũ ẽt de ipsa separatione hæreticorum, quia pauci facti sunt, & uexati sunt,& seducti sunt in inuio & non in uia. Deniq quid postea ex illis? Diminuti sunt, seducti, pauci facti sunt, uexati E sunt. In adiutorio pauperi qd fecit? Et posuit sicut oues familias.) Quasi unũ pauperẽ & unũ mendicũ intelligebas, de quo dixit, Et adiuuit pauperẽ à mendicitate. Paup iste multę familiæ sunt, pauper iste multæ plebes sunt, multæ ecclesiæ una Ecłia, una plebs, una familia, una ouis est. Et posuit sicut oues familias. Magna mysteria ista, magna sacramẽta, q profunda, plena mysterioꝝ, q dulciter inuẽta, quia diu latentia. Ergo uidebũt recti & iocundabuntur, & oĩs iniquitas oppilabit os suũ.) Iniqtas illa garriens contra unitatem, & cogens manifestari ueritatẽ, uicta oppilabit os suum. Quis sapiens & custodiet hæc? & intelliget miserationes dñi.) Vide quo fine clausit. Quis sapiẽs & custodiet hęc? Et quid custoditurus est? Sapiẽs, id est, si pauper sit custodit, si non sit diues, id est, non sit superbus, si non sit inflatus, custodit hæc. Quare.n. custodit hæc? Quia intelliget miserationes dñi: non merita sua, non uires suas, non potentiã suam, sed miserationes dñi. Qui errantem & egenũ in uiam deduxit & pauit, qui pugnantem aduersus difficultatẽ peccatorum, & colligatum uinculis consuetudinis soluit & liberauit: q fastidientem uerbũ dei, & tædio F quodam penè morientẽ, missa medicina uerbi sui recreauit: qui periclitantem inter naufraga & procellosa maris huiˀ discrimina, mari placato ad portum perduxit. Qui eũ deniq constituit in eo popu Iacobi 4. lo ubi humilibus dat gratiam, non in illo ubi supbis resistit, & fecit eum suũ, ut intus manens multiplicaretur, non ut foras exiens minueretur. Hoc uident recti & iocũdantur. Oĩs ergo iniquitas oppilabit os suũ, & qui est sapiens custodiet hæc. Vnde custodiet? Per humilitatẽ, intelligendo miserationes dñi, quia ubiq ue dictum est, Confiteantur domino miserationes eius, & mirabilia eius filijs hominum.

In Psalmum centesimumseptimum Enarratio.

Excusatio de omissione expositionis huius Psalmi.

PSalmum centesimumseptimũ exponendũ non putaui, qm iam exposui eum in psalmo quinquagesimosexto, & in psalmo qu-

G quagesimonono, ex quorum postremis partibus iste constat. Nã postrema pars quinquagesimisexti, prima est huius, usq; ad eum uersum ubi dr̃, Et super oẽm terram gloria tua)Hinc autem usq; in finem, postrema pars est quinquagesiminoni, sicut postrema pars centesimi tricesimiquarti, eadem est q̃ centesimi tertijdecimi, ab eo uersũ ubi dr̃, Simulacra gentium argentũ & aurum: sicut tertiusdecimus & quinquagesimussecũdus mutatis aliqbus medijs, eadem hñt oïa à principijs usq; in fines. Quæcunq; igitur in hoc psalmo centesimoseptimo aliquantulum aliter posita sunt, q̃ in illis duobus, ex quorũ partibus constat, non hñt intellectum difficilẽ: sicut in quinquagesimosexto dr̃, Cantabo & psallã, exurge gloria mea: in isto aũt, Cantabo & psallã in gloria mea.)Ad hoc.n. dictum est illic, Exurge,

Psal. 56 ut in illa cantaretur & psalleretur: item ibi, Qm̃ magnificata est usq; ad cœlos misericordia tua: uel sicut alij interpretati sunt, Eleuata est: hic aũt, Qm̃ magna est super cœlos misericordia tua.)Ideo n. magnificata est usq; ad cœlos, ut magna sit in cœlis: hoc.n. uoluit dicere, super cœlos. Item in quin-

H quagesimonono, Lætabor & diuidam sicimã: hic aũt, Exaltabo & diuidam sicimam.)Vbi ostenditur quod de diuidẽda sicima significatum est post dñi resurrectionem & exaltationem prædictum futurum, & illam lætitiam ad hanc exaltationẽ pertinere, ut ideo lætetur, qa exaltatur: unde alibi dicit,

Psal. 29 Conuertisti luctum meum in gaudiũ mihi, conscidisti saccum meũ, & accinxisti me lætitia: item ibi, Et Effrem fortitudo capitis mei: hic autem, Effrẽ susceptio capitis mei.)Suscipiendo.n. fit fortitudo, id est, suscipiendo fortes facit, fructificãs in nobis: interpretatur.n. Effraim fructificatio. Susceptio autem ad utrunq; referri potest, siue cum suscipimus xp̃m, siue cũ ipse nos suscipit q est caput Ecclesiæ. Et quod ibi ait, Tribulãtes nos: hic aũt, Inimicos nostros.)utiq; iidẽ ipsi sunt. Admonemur sanè isto psalmo eos titulos qui tanquam de historia positi sunt rectissimè fieri, ut scd̃m ꝓphetiã intelligamus, scd̃m qđ uidemus psalmos esse conscriptos. Quid enim tam diuersum scd̃m historiam, q̃ id quod est in titulo quinquagesimisexti psalmi, In finem ne

I corrumpas ipsi Dauid, in tituli inscriptionẽ cũ fugeret à facie Saul in speluncã: & in titulo quinquagesimnoni, In finem his q immutabuntur in tituli inscriptionem ipsi Dauid in doctrina, cum succendit Mesopotamiam, Syriam, & Syriam Sobal, & cõuertit Ioab, & pcussit in ualle salinarũ duodecim milia. nam p̃ter id quod positum est: In tituli inscriptionem, & ipsi Dauid, & in finem: cætera ita diuersa sunt, ut ille habeat humilitatẽ Dauid, iste fortitudinem: ille fugam, iste uictorias. Et tñ ex istorum duorum posterioribus partibus, quorũ tã diuersi sunt tituli, psalmus iste componitur. Vbi significatur ad unum aliqd concurrere utrunq;, non superficie historiæ, sed altitudine ꝓphetiæ, copulatisq; utriusq; finibus in hoc uno: cuius est titulus, Canticũ psalmi ipsi Dauid.)Neutro illi titulo similis, p̃ter qđ ẽt hic positum est, Ipsi Dauid. Qm̃ multis partibus &

Hebr. 1. multis modis, sicut ad Hebræos ep̃la loqtur, olim deus locutus est patribus per ꝓphetas: In eo tñ lo-

1. Cor. 12. cutus est, quem misit postea, ut complerentur elo-

† al. in il- quia prophetarum. Quotquot enim promissiones

lo etiam. dei, in illo sunt.†

In Psalmum centesimumoctauum Enarratio.

K

P Salmum istum de Christo habere prophetiam quisquis Actus apostolorum fideliter legit agnoscit, ubi de Christi traditore Iu- Acto. 1.
da prophetatum est qđ hic scriptum est, Fiant dies eius pauci, & episcopatũ eius accipiat alter: qñ Matthias in locum Iudę ordinatus numero apostolorum duodecimus: adiunctus esse euidenter apparet. Sed si de illo uno homine oïa q̃ hic in malo dicta sunt intelligere conemur, expositionis ratio non oïmodo aut uix ualebit occurrere. Si autẽ de tali genere hominum malorum, id est, inimicorum xp̃i, ingratorumq; Iudæorum, omnia mihi uidentur posse clarius aperiri. Sicut.n. quędam dñr, quę ad apostolum Petrum ꝓpriè pertinere uideantur: nec tñ habẽt illustrem intellectum, nisi cum referũtur ad Ecclesiã, cuius ille agnoscitur in figura gestasse personam, ꝑ primatum quem in discipulis habuit, sicuti est,
Tibi dabo claues regni cœlorum, & si qua hmõi: ita Matt. 16.
Iudas personam quodammodo sustinet inimicorum Christi Iudæorum, q & tunc oderant xp̃m, & nunc
per successionem perseuerante genere ipsius impie L
tatis oderunt. De quibus hominibus & de quo populo possunt non inconuenienter intelligi, non solum ea q̃ apertius de ipsis in hoc psalmo legimus, uerumetiã illa q̃ ꝓpriè de ipso Iuda dñr expressius, sicut est qđ commemoraui, Fiant dies eius pauci, & episcopatũ eius accipiat alter. Quod apparebit adiuuante dño, cum ad eos uersus tractandi ordine uenerimus. Incipit ergo iste psalmus, Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & os dolosi super me apertũ est. Vnde apparet & falsam esse uituperationem, quam non tacet peccator & dolo-
sus, & uerã esse laudem quam non tacet deus. Deus Roma. 3.
enim uerax, omnis aũt homo mendax: qa non est homo uerax, nisi in quo loquitur deus. Laus autẽ maxima est unigeniti filij dei, qa hocipsum qđ est, unigenitus dei filius p̃dicatur. Hoc autem non apparebat, sed apparente infirmitate eius latebat, cũ os peccatoris & os dolosi sup eũ apertũ est: & ideo illud apertum est, qa operta uirtus huius fuit. Ideo
aũt dicit, Apertum est os dolosi, quia odium quod M
dolo tegebatur erupit in uocem. Hoc etiã in consequentibus uersibus planius dicit, Locuti sunt aduersum me lingua dolosa.)Tunc utiq; qñ eum tanquam magr̃m bonum captiosa adulatione lauda-
bant: unde alibi dr̃, Et q laudabant me, aduersum Psal. 101.
me iurabant: deinde qa eruperunt clamãtes, Cruci Ioan. 19.
fige crucifige, secutus adiunxit, Et sermonib' odij circundederunt me.)Illi q lingua dolosa, quasi nõ odij, sed dilectionis uerba locuti sunt, ideo aduersum me, qa hoc insidiãdo faciebãt, postea sermonibus nõ falsę & dolosæ dilectionis, sed apti odij circundederunt me, Et expugnauerũt me gratis.)Sicut autẽ pij gratis amant xp̃m, sic impij gratis oderunt, qa sicut ueritas nullo extra eã ꝓposito cõmodo, sed ꝑ seipsam expetitur ab optimis, ita iniqtas à pessimis. Vnde apud authores seculariũ literarũ
dictum est de quodã pessimo, Gratuito potius ma-
lus atq; crudelis erat. Pro eo, inqt, ut diligerẽt me, 23. quæst.
detrahebant mihi.)Sex sunt in isto genere differẽ- 3. c Sex
tiæ, quæ cõmemoratæ animaduerti facillime pos- differen-
sunt, reddere bona ꝓ malis, nõ reddere mala ꝓ ma- tiæ.
lis: reddere bona ꝓ bonis, reddere mala ꝓ malis:

non

A nō reddere bona pro bonis, reddere mala ꝑ bonis. Horū duo prima, bonorum sunt, & eorum duorū prius melius: postrema duo maloꝝ, & eorum poste rius deterius: duo media quodāmodo mediocria, sed eoꝝ prius ꝓpinquū bonis, posterius ꝓpinquū malis: hæc i scripturis sanctis oportet attēdere. Red
Roma.4. didit bona ꝑ malis ipse dn̄s, qui iustificat impium:
Luc.23. & pendens in cruce dixit, Pater ignosce illis, qa ne sciunt qd faciunt. Cuius uestigia secutus sanct⁹ Ste
Act.7. phanus, fixo genu orauit ꝑ lapidātibus dicens, Do mine ne statuas illis hoc delictum. Ad quā rem præ
Matth.5. ceptū pertinet, Diligite inimicos uestros, benefacite his q oderunt uos, & orate pro eis q uos ꝑsequunt. Mala pro malis nō esse reddenda, Paulus apostolus
Roma.12. dicit, Nulli malū pro malo reddentes: Et apostolus
1.Petri.3. Petrus, Non reddentes malum pro malo, uel male-
Psal.7. dictum pro maledicto: unde & in psalmis legitur, Si reddidi retribuentibus mihi mala. Duoꝝ postre
Luc.17. morū illud mitius ad nouē leprosos ptinet, qui cū mundati essent à dn̄o, gratias dn̄o non egerunt. Il lud uero ultimū quo nihil est peius, ad hos perti net, de quibus in isto psalmo legitur, Pro eo ut me
B diligerent, detrahebant mihi. Dilectionē quippe de bebant tantis domini beneficijs: quā nō solum mi nime reddebant, uerumetiam pro illo bono irroga bant malū. Duo uero media q diximus hominum quodāmodo esse mediorū, ita se habent, ut eorum prius quod est reddere bona pro bonis habeant & boni, & mediocriter boni, uel mediocriter mali. Ideo dn̄s hoc nō reprehendit, sed nō uult in eo solo discipulos suos ꝑmanere quos uult ad maiora ꝓue
Matt.5. here, qbus dicit, Si dilexeritis eos qui uos diligunt, id est, si reddideritis bona ꝑ bonis, quā mercedem habebitis. i. quid magnum facietis? Nonne & publi cani hæc faciunt? Vult aūt illos & hoc facere & lon ge amplius. i. ut non solum amicos, uerumetiā ini
Ibidem. micos diligant. Posterius aūt quod est reddere ma la pro malis, habent & mali uel mediocriter mali, uel mediocriter boni, usqueadeo ut lex eis dederit ulciscendi modum, oculum pro oculo, dētem pro dente, q̄ si dici potest, iniustorum iustitia est: non quia iniquū est ut recipiat unusquisq; quod fecerit,
Exo.21. alioqui lex nequaq̄ id constitueret, sed quia ulcisce
C di libido uitiosa est, magisq; ad iudicem pertinet in ter malos hoc discernere, q̄ bonū homine sibi expe tere. Quapropter impij ex illa benignitatis summi tate delapsi, ubi redduntur bona pro malis, ad quā tam malignitatis profunditatē uenerunt retribuen do mala pro bonis? Quanto ꝓcipitio tot gradus in terpositos trāsierunt? Nec parum aliquid putari de bet, quia nō ait, Pro eo ut diligerent me, interficie bant me, sed detrahebant mihi. Ideo quippe interfe cerunt, quia detraxerunt, negantes dei filium, & di centes, ꝙ in principe dæmonioꝝ eijcit dęmonia: &,
Ioan.8. Dæmonium habet & insanit, quid eum auditis? & cętera talia. Qua detractione ab illo auertebāt eos, quorū conuersionem ille quærebat. Et ideo potius hoc dixit, ut ostenderet magis eos nocere qui Xp̄o detrahunt, & per hoc animas interficiunt, q̄ q eius mortalem carnem mox ꝑsertim resurrecturā sequien do peremerunt: sed cum dixisset, Pro eo ut dilige rent me, detrahebant mihi: Quid ait? Ego autem orabam.) Non quidem dixit quid orabat. Sed quid melius intelligere debemus, q̄ pro eis ipsis? Crucifixo. n. maximē detrahebant, quādo uelut homini,

quē quasi uicerant, illudebant: de q̄ cruce ille dixit, D
Pater ignosce illis, quia nesciunt qd faciunt. Et qm̄ Luce.23.
in profundo malignitatis reddebant ipsi mala pro bonis, ille in summo benignitatis reddebat bona pro malis: quanquā bene intelligatur etiam pro di scipulis suis orasse, quod etiam ante passionē suam Luce.22.
dixit, ne deficeret fides eorū, qn̄ ipse pendens in li gno, ut cōmendaret patientiam, nō ostendebat po tentiam inter uerba detrahētium, quos posset diui na potestate delere. Sed nobis utilius erat, ꝙ patien tiæ ꝓbebat exemplum, q̄ si suos inimicos sine dila tione perdendo ad hoc nos ædificaret, ut impatien ter festinaremus de his quos malos patimur uindi cari: cū scriptū sit, Melior est patiens q̄ fortis uir. Do
cent igitur nos diuina eloquia dominico exemplo, Prou.16.
cū audimus, Pro eo ut diligerent me, detrahebant mihi, ego autem orabam: ut quando aliquos senti mus ingratos, nō solum nō reddentes bona, sed in super reddētes mala pro bonis, nos oremus. Et ipse quidē pro alijs uel sæuientibus uel dolētib⁹, uel in fide periclitantib⁹. Nos uero etiam ꝑ nobis primi tus, ut animū nostrum deo miserante atq; opitulan te uincamus quo ferimur in ulciscendi cupiditatē, E
cū detrahitur siue ꝑsentibus siue absentib⁹ nobis. Deinde cū Christi patientiam recordamur, tanquā ipso excitato, sicut factum est cū dormiret in naui, Mat.8.
qui perturbationem cordis nostri tempestatemq; tranquillat animo sedato atq; placato, oremus etiā pro ipsis detractoribus nostris, ut securi dicamus,
Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimitti- Matt.6.
mus. Sed & ipse dimittebat, qui peccatū quod ei di mitteretur utiq; non habebat: sequitur autē, Et po suerunt aduersum me mala pro bonis.) Et quasi q̄ reremus, q̄ mala pro quibus bonis? Et odium, in quit, pro dilectione mea.) Hic est. n. omnis & ma gnus reatus illoꝝ. Nam quid nocere potuerunt ꝑse quentes, uoluntate nō necessitate morientem? Sed ipsum odium est crimē maximū persequentis, quā uis sit uoluntaria pęna patientis. Satis aūt exposuit queadmodū supra dixerit, Pro eo ut me diligerent, quia dilectionem nō utcunq;, sed dilectioni eius de bebant, cū hic addidit, pro dilectione mea. Hāc di
lectionem in Euāgelio cōmemorat, ubi dicit, Hie- Mat.23.
rusalem Hierusalem quoties uolui colligere filios F
tuos tāquā gallina pullos suos sub alas suas, & no luisti. Deinde q̄ pro ipsa impietate recipiāt, incipit ꝓphetare: & eo modo illa dicit, tanquā ulciscendi cupiditate ea optet ut fiant, cū dicantur futura cer tissima ueritate, & p dei iustitiā sup tales digne uen tura. Quem modum futura ꝑdicendi, uelut speciē male optandi qdam non intelligentes putant odiū odio, & malo aio malum animum reddi: qm̄ reuera paucorum est dignoscere, quomodo placeat pœ na iniquoꝝ accusatori inimicitia se satiare cupiē ti, & q̄ longe alio modo placeat iudici recta uolun tate peccata punienti. Ille qppe reddit malū pro ma lo, iste autem ēt cum uindicat non reddit malum pro malo, qm̄ iustum reddit iniusto: quod autē iu stum est, utiq; bonum est. Punit ergo non delecta tione alienæ miseriæ, quod est malū pro malo: sed dilectione iustitiæ, quod est bonū pro malo. Itaq; nec lumini scripturarū calumnientur cæci, opinan tes quod deus peccata non puniat, nec quasi ma lum pro malo reddat, sibi blandiantur iniusti. Au diamus ergo deinde quid diuinus sermo cōtexat,

G & in uerbis quasi mala optātis intelligamus ꝓdicta ꝓphetantis,& deum iusta retribuente sublevata in eius æternā legem mente cernamus. Constitue super eum peccatorē,& diabolus stet à dextris eius.) Cū superius q̄rela de pluribꝰ fuerit, nunc de uno loquitur psalmꝰ. Superius aūt dixerat, Locuti sunt ad uersum me lingua dolosa,& sermonibꝰ odij circūdederunt me,& expugnauerūt me gratis, Pro eo ut diligerent me,detrahebant mihi:ego aūt orabā,Et posuerūt aduersum me mala ꝓ bonis, & odium ꝓ dilectione mea:oia de pluribꝰ, Nunc uero qd digni essent pro his iniquitatibus suis,& qd eis diuino iudicio futurū sit ꝓnuncians, Constitue,inquit,super eum peccatorē, tanquā intendens in eum qui se tradidit talibus,de qualibꝰ suis inimicis loquebat̄ superius. Cū igitur hic Iudā traditorē secundum scripturam actuū Apostolorū supplicio debito ꝓnunciet puniendū,quid est,constitue super eum peccatorē, nisi eum quem sequēti uersu indicat cū dicit, & diabolus stet à dextris eius? Hoc utiq; meruit ut super se diabolum.i.diabolo subditus sit, qui Xpo subditus esse noluit Stet aūt à dextris eius dictum

H est, quia opera diaboli ꝓposuit operibꝰ dei. Hoc.n. cuiq; nō immerito dextrum dicitur quod ꝓponit, sicut sinistræ dextra ꝓponitur. Ideo & de illis qui seculi huius gaudia ꝓponentes deo, beatū dixerunt

Psal.143. populum cui hęc sunt,rectissime dictū est,Dextera eoꝶ dextera iniquitatis. Vnde quod dixerunt beatum populū cui hæc sunt, os eoꝶ locutum est uanitatē,quod de illis supra dictū est. Cuius autē os loquitur ueritatē contra illud quod dixerunt isti beatum populū cui hæc sunt,debet etiā ipse dicere,qd

Ibidem. in eodē Psalmo sequitur, Beatus populus cuius est dñs deus ipsius:huic.n.non diabolus est à dextris,

Psal.15. sed dñs,sicut & alibi dicit, Prouidebam dñm in cōspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne cōmouear. Diabolus ergo stetit à dextris eius,quādo ꝓposuit auaritiam sapientiæ, & pecuniam saluti suæ, ut eum traderet à quo debuit possideri, ne ab ipso possideretur, cuius opera ipse Christus soluit,à quo noluit possideri. Cū iudicatur exeat cōdemnatus.) Noluit.n.talis esse cui diceretur. Intra ī gau

Matt.25 dium dñi tui:sed talis de quo dicitur,Proijcite eum in tenebras exteriores. Et oratio eius fiat in pecca

I tum.) Quoniam nō est iusta oratio, nisi p Christū quē uendidit immanitate peccati. Oratio autem quę nō fit per Xpm,nō solum nō potest delere peccatū, sed etiam ipsa fit in peccatum. Quando autē Iudas ita orare potuerit,ut oratio eius nō fieret in peccatum,quæri potest. Credo antequā dñm traderet,& de illo tradendo iam cogitaret: non.n.iam poterat

Matt.26. orare per Xpm. Nam posteaq; illum tradidit,eumq; pœnituit,si per Xpm oraret,indulgentiam rogaret: si indulgentiam rogaret,spem haberet: si spem haberet,misericordiam speraret: si misericordiam speraret,nō sibi desperatione collum ligaret. Proinde cū dixisset, Cum iudicatur exeat condemnatus:ne ab imminenti condemnatione putaretur se potuisse oratione liberari, quā didicerat cum condiscipulis suis,ubi dicitur,Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:Et oratio eius,inquit,fiet in peccatū illi:quia nō fit per Xpm quem noluit sequi,sed ꝓsequi, Fiant dies eius pau-

Acta.1. ci.) Dies eius dixit dies apostolatus eius,quia pauci fuerūt, quoniam ante passionem dñi scelere ipsius & morte consumpti sunt: & tanq̄ diceretur, Quid ergo fieret de sacratissimo numero duodenario, in quo nō frustra dñs duodecim habere primos Apo- K

stolos uoluit? Continuo subiecit, Et episcopatum *Ibidem.* eius accipiat alter.) Tanquā dicens, & ipse pro suo merito puniatur,& ille numerus suppleatur. Quod si qs quemadmodū factū sit scire desyderat, Actus Apostolorū legat. Fiant filij eius orphani,& uxor eius uidua.) Vtiq; mortuo ipso,& filij eius orphani, & uxor eius uiduata est. Nutantes transferantur filij eius,& mendicent.) Nutantes dictum est,incerti quò eant,omni ꝑsidio destituti. Eijciantur de habitationibus suis.) Exposuit quod supra dixerat, transferant̄. Hoc autē totum quò uxori eius filijsq; eius contigerit, sequentes indicant uersus, Scrutetur fœnerator omnē substantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Nō sit illi adiutor.) Ad tuendā eius posteritatem dicit. Ideo sequitur, Nec sit q mi sereatur pupillis eius.) Sed qa possent etiam pupilli eius sine adiutore & sine tutore in ærumnis & egestate tamē crescere, & genus propagatione seruare, sequitur & dicit, Fiant nati eius in interitū,in generatione una deleatur nomen eius.) Id est, ut quod L de illo generatū est, iam nō generet, & cito trāseat. Sed quid est quod deinde subiungit? In memoriā redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini, & peccatū matris eius nō deleatur.) An intelligendum est ut reddant̄ ei peccata etiam parentū suorum? Ei quippe nō redduntur * qui fuerit mutatus in Xpo,& cœperit esse nō filius iniquoꝶ, nō imitatus mores illorū, quia & illud uerissime scriptū est, Reddā peccata patrū in filios: & illud quod p Prophetam dicitur,Et anima patris mea est,& anima filij mea est, * anima quæ peccauerit ipsa morietur. Hoc quippe dictum est de his qui conuertuntur ad deum,& nō imitantur mala parentū suorum:quod ipse Propheta euidenter ostendit: dicit enim parentum iniquitates eis nō obesse,qui iustitiā faciendo dissimiles fuerint. Illud autē quod dictū est,Reddā peccata parentū in filios:additum est,qui oderunt me:hoc est,sicut me oderant & parentes eorum: ut quemadmodum bonoꝶ imitatio facit ut etiā propria peccata deleantur,sic maloꝶ imitatio faciat ut nō solum sua,sed etiam eoꝶ, quos imitati sunt merita sortiant̄. Si ergo Iudas teneret illud ad quod uocatus est,nullo modo ad eum uel sua ꝓterita,uel parentū iniquitas pertineret. Sed qa non tenuit adoptionē in familia dei, sed iniquitatē uetusti generis potius elegit,redijt iniquitas patrū eius in cōspectu domini,ut in eo etiam ipse puniretur, & peccatum matris eius nō deleretur. Fiant contra dominum semper.) Id est,pater eius & mater eius fiant contra dñm semper, nō ut dño aduersentur, sed ut merita eorum pessima non obliuiscatur in isto dominus cum illi & ipsa retribuet:contra dñm enim dixit,in conspectu domini. Nam & alij interpretes sic transtulerunt,fiant in conspectu domini semper:alij uero, fiant corā domino semper, sicut alibi dictū est,

Psal.89. Et posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo. Semper autem dicit,ut sine remissione sit tantum illud scelus, & hic, & in futuro seculo. Dispereat de terra memoria eorum.) Patris scilicet & matris eius. Memoriam dicit eorum, quæ in propagine generatione custoditur. Hanc prophetauit de terra perituram, quia & ipse Iudas, & filij eius qui erant

al. Ei quippe nō reddūtur peccata qui fuerit mutatus ī Christo. *Exod.20.* *Ezec.18.* *al. anima q̄ peccat,ipsa morietur.* *Cōcor.2.fen.di.33.* *Sed ut ait.* M *Ezec.18.* *Exo.3.* *De penl. di.4. Si Iudas. & cō.4.fen. di.22.c.1.*

A tanquam memoria patrũ, & matris eius sine succes
sione ꝓlis, sicut superi⁹ dictũ est, in breuitate unius
gñationis extincti sunt. Dicit aliquis, Etiám ne hoc
ad pœnam Iudæ ptinere credẽdum est, quod post
eius mortẽ ad mendicitatẽ uxor eius & filij eius p-
uenerũt, & translati sunt, & eiecti de habitationib⁹
suis, scrutãte fœneratore oẽm substantiam eius, &
4. sen. di. diripientib⁹ alienis oẽs labores eius, nemine adiu-
50. præ- uante, nec miserãte pupillos eius, & qđ cito sunt si-
terea. ne posteris mortui? Nunqd ẽt de his q̃ in suis post
mortem cuiusq; contingunt, ullus mortuos tangit
dolor? Aut hæc saltem scire putandi sunt, quorum
sensus alibi est ꝓ meritis, seu bene seu male? Cui re
spondeo magnã qdem esse quæstionẽ, nec in præ-
sentia differendã, q̃ sit operis prolixioris, utrũ uel
quatenus, uel qũo ea quæ circa nos aguntur noue-
rint spiritus mortuorum. Veruntñ quod breuiter
dici potest, si nulla illis esset cura de nobis, nõ dice
ret dñs dixisse illum diuitem qui tormẽta apud in-
Luc. 16. feros patiebat̃, Habeo ibi qnq; fratres, ne & ipsi ue-
niant in locũ hunc tormentorum. Sed qũolibet in
telligant qui hoc aliter intelligere conantur: & qa
B fatendũ est non esse cõsequens, ut si sciunt mortui
suos uiuere, qa nec in locis pœnarũ eos uident, ubi
diues ille erat, nec in requie beatorũ, ubi Lazarum
& Abraham quanuis lõge agnoscebat: ideo eos ẽt
illa q̃ circa eoꝝ charos aguntur, uel læta uel tristia
scire necesse sit. Hoc dico, paucos eẽ eius animi ho
mines, qui post mortẽ suam quid suis boni, malive
contingat, saltem dum uiuunt negligant, atq; oinõ
contemnant: multos aũt quod indicat etiam tanta
cura commendandę ultimæ uoluntatis & qualiũ-
cunq; testamentorum, satis agere ut cum defuncti
fuerint suis bene sit. Permansionem uero posterita
tis suę p successiones generationũ soli laudabiliter
Mat. 19. spernunt, q̃ seipsos abscidunt pp regnum cœloꝝ, &
filios suos hoc facere cupiunt, uel exoptãt, uel mar
tyrio coronari, ita ut nullus eorum in terra rema-
neat: cæteri autem oẽs aut penè oẽs, fœlices uolũt
suos esse in hac uita post mortem suam, & suum ge
nus interire nolunt. Quapp quod Iuda tam infœli
citer mortuo, ita uxor eius uidua & filij eius orpha
ni remanserunt, ut fœneratore scrutante oẽm sub-
stantiã eius, & diripiẽtibus alienis oẽs labores ei⁹,
C de suis habitationib⁹ eijcerent̃, nec aliquem pupil-
li eius miserantẽ inuenirent, & in una generatione
sine posteris interirent: si hæc sentiunt mortui, cu
mulus maloꝝ est: si hæc non sentiunt, formido ui-
uorum est. Si autẽ mouet qũo potuerit habere sub
stantiam, quã fœnerator scrutaretur, alieniq; diripe
rent, qñ iam cum alijs undecim dñm sequebatur,
credat eũ oia quę habebat ita dimisisse filijs & uxo
Ioan. 12 ri, ut non inde synceriter uel perseueranter uinculũ
cupiditatis abruperit: qui etiamsi ea uelut uende-
re uideretur distribuenda pauperibus, profecto fa-
Act. 5. ceret quod Ananias post dñi ascensionem. Neq; n.
metueret ne hoc dñs diuinitate cognosceret, quem
falli putabat, quãdo ea quę mittebãtur, de loculis
auferebat.

Alia expositio supradictorum.

Ed iam uideamus si possumus quãtũ dñs
S adiuuat, qũo ista conuenire posśint etiã in
populum Iudęoꝝ, cuius inimicitię contra
dñm pertinaci odio permanserunt, cuius populi di
ximus Iudam in figura gessisse psonam, sicut Eccle
siæ gessit apostolus Petrus. Constitue sup eũ pec- D
catorem, & diabolus stet à dextris eius.) Quemad-
modũ in Iuda, sic in isto populo intelligendũ est, q
repulso à se xpo factus est subditus diabolo, cuius
psuasiones in oibus prauis & terrenis cupiditatib⁹
pposuit ęternę saluti. Cũ iudicat̃ exeat condẽna-
tus.) Quia i neqtia & in infidelitate psistẽs thesau-
rizat sibi irã in die irę & reuelationis iusti iudicij Roma. 2.
dei, q reddet unicuiq; secundũ opera sua. Et ora-
tio eius fiat in peccatũ.) qa nõ fit per mediatorem 1. Tim. 2
dei & hoium, hominem Iesum xp̃m, & sacerdotem
magnum in æternũ secũdũ ordinẽ Melchisedech. Psal. 109
Fiant dies eius pauci.) Secundũ regnum accipien
dum est Iudæorum, quia non diu postea perseuera
uit regnũ Iudęoꝝ: Et epatum eius accipiat alter.)
Ipsum dñm Christum non incongruenter intelligi
existimo episcopatum populi Iudæorum, quia de
tribu Iuda factus est secundum carnem: & Aposto
lus ait, Dico enim xp̃m ministrum fuisse circunci- Roma. 15
sionis pp ueritatem dei ad cõfirmandas promisśio Mat 15.
nes patrum: & ipse ait, Non sum missus nisi ad oues & 2.
quæ perierũt domus Israel, quia & illis exhibuit in E
carne præsentiam. Et Magi q ab Oriente uenerunt
hoc dixerũt, Vbi est q natus est rex Iudæoꝝ? Et hoc
in titulo scriptũ erat sup crucifixũ: unde illud mu-
tare uolentibus nõ frustra respõdit Pilatus, Quod Ioan. 19
scripsi scripsi. Hunc ergo epatum populi Iudæorũ,
id est, dñm Christum accepit alter, id est, populus
gentium. Fiant filij eius orphani.) De quibus dici
tur, Filij aũt regni huius eijcientur in tenebras exte Mat. 8
riores. Facti sunt autẽ orphani amisso ipso regno,
quasi patre pdito, quãquã & deum patrẽ bene intel
liguntur amisisse. Qui enim filium non habet, ait 1. Ioan. 2.
ueritas, nec patrẽ habet: Et uxor ei⁹ uidua) Vxor
regni plebs intelligi potest, cui reges subditę Ecclię
dominant̃. Vidua uero facta est amisso ipso regno.
Nutantes transferant̃ filij eius & mẽdicent.) Nuta
uerunt periculis, urgentibus hostibus trãslati sunt,
debellati filij regni Iudęorũ. Quid est aũt mendica
re, nisi ad hoium misericordiã uiuere, sicut uiuunt
sub earum gentium regibus in quas translati sunt?
Eijciantur de habitationibus suis.) Ita factũ est.
Scrutetur fœnerator oẽm substantiã eius,) id est,
populi eius. Vbi nihil melius intelligitur, q̃ debita F
eorum non dimittantur: quia in solo xp̃o dimittũ
tur quem respuerunt: qui ẽt dicere docuit, Dimitte Mat. 6
nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostri. Oẽm autem substantiã eius dictũ
est, oẽm uitam eius, ut ei nulla debita, id est, nulla
peccata donentur. Et diripiãt alieni labores ei⁹.)
Diabolus & angeli eius, quia nõ thesaurizãt in cœ-
lo q non habent xp̃m. Non sit illi adiutor.) Quis
adiutor est ei, cui xp̃s non est? Nec sit qui miserea-
tur pupillis ei⁹.) Qui patre perdito, id est, regno sic
remanserũt, aut amisso deo cuius filiũ psecuti sunt
& oderũt, non est qui eoꝝ misereatur, non ad tem-
poralem uitã sumendam uel sustentãdã, sed ad ue-
ram uitã, id est, æternã. Fiãt nati eius in interitũ)
Vtiq; in interitum sempiternum. In generatione
una deleatur nomen eius.) Quia generati sunt, nõ
regenerati, ideo in una generatione delent̃. Nã in al
tera, id est, in regeneratiõe si eam cognoscerẽt & te
nerent, non delerent̃. In memoriã redeat iniqtas
patrum eius in cõspectu dñi.) Vt reddat eidem po
pulo dñs perseueranti in malitia etiam patrũ eius

A iniquitatem:sic.n.eis dicit,Testimonium estis uobismetipsis,qa filij estis eoꝝ q ꝓphetas occiderunt: & paulopost ait,Vt ueniat super uos ois sanguis iustus q effusus est sup terram, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachię. Et peccatum matris eius nō deleatur.)Pctm̄ Hierusalem q̄ seruit cū filijs suis,q̄ interficit prophetas,& lapidat missos ad se. Fiant contra dn̄m semper.)Iniqtas & peccatum eoꝝ,id est,ut à conspectu dn̄i non aboleantur,deo in æternum uindicante. Et dispereat de terra memoria eoꝝ.)Terra dei, ager dei est: ager dei,Ecclesia dei est.De qua terra perijt memoria eorū, qa cum essent rami naturales pp infidelitatem fracti sunt. Pro eo qđ non est recordatus,) uel ille Iudas,uel ipse ppl's. Facere misericordiā.) Sed melius de populo accipit qđ ait,non est recordatus.Nam si xp̄m occidit, saltē recordaretur pœnitendo,& faceret misericordiam sup mēbra eius q̄ perseuerantissimè pſecutus est:ideo dicit, Quia persecutus est hoiem inopem & mēdicum.)Potest quidem accipi de Iuda, qa non est dedignatus dn̄s pauper fieri cum diues esset, ut illius paupitate nos B ditaremur.Mendicum autem quō intelligam, nisi forte quia dixit mulieri Samaritanæ,Da mihi bibere.Et in cruce ait,Sitio.Sed quod sequitur quō accipiatur in ipso capite nostro .i.sui corporis saluatore quē Iudas persecutus est,non inuenio:cum.n.dixisset, Et pſecutus est hoiem inopem & mendicū: adiecit atq; ait, Et cōpunctū corde mortificare.) Id est,ut mortificatū mortificaret:nam qdam ēt sic sunt interpretati. Compunctus aūt corde nō solet dici, nisi stimulis peccatoꝝ in dolore pœnitēdi:sicut de illis dictū est,Qui cum audissent Apl'os post dn̄i ascensionem, compuncti sunt corde qui occiderāt dn̄m. Quos allocutus est beatissimus Petrus dicens inter alia,Agite pniam,& baptizetur unusquisq; uestrum in nomine dn̄i nostri Iesu xp̄i,& dimittentur uobis peccata uestra. Sed qm̄ ijdem ipsi membra eius facti sunt, cuius in ligno mēbra fixerunt, ppl's Iudæoꝝ non est recordatus facere misericordiam. Persecutus est hoiem inopem & mendicum,sed in membris suis, de qbus dicturus est qđ attinet ad ipsa opera misericordiæ.Qn̄ uni ex mini C mis meis non fecistis,nec mihi fecistis. Et compunctum corde mortificare: planè compunctū corde, sed in mēbris suis. De his aūt qui persecuti sunt ut compunctū corde mortificarēt, erat & Saulus consentiens in necē Stephani cōpuncti corde, qa & ipse Stephanus de illis erat q compuncti sunt corde. Sed Saulus recordatus est facere misericordiā,& q mane rapiebat,uespere diuisit escas.Et ipse cōpunctus corde,ut ēt in illo ipsi persequerentur inopē, uolentes mortificare compunctū corde.Hoc qppe oderant in Paulo apl'o quia cōpunctus corde pdicabat quem fuerat antè pſecutus. Inopem quippe & mendicū & compunctū corde in membris suis & ipse ut mortificaret persequēs, audiuit de cœlo, Saule Saule quid me pſequeris? & factus cōpūctus corde,cœpit talia pati qualia faciebat compūctis corde.Deinde seqtur psalmus: Et dilexit maledictionē,& ueniet ei.)Quanquā & Iudas maledictionem dilexerit,& furando de loculis,& dn̄m uendēdo atq; tradendo,tñ apertius ppl's ille dilexit maledictionem qn̄ dixit,Sanguis eius super nos & super filios nr̄os. Et noluit benedictionem,& elongabitur ab eo.)Et Iudas qdem quia xp̄m noluit in quo D est æterna benedictio, sed apertius noluit benedictionē ppl's Iudæoꝝ, cui dixit ille illuminatus à domino,Nunqd & uos uultis discipuli ei' fieri?Et noluit bn̄dictionē,& pro maledicto habuit,& respōdit,Tu sis discipulus eius, Et longe facta est ab eo benedictio,qa transitum fecit ad gētes. Et induit maledictionē sicut uestimentum.)Siue Iudas, siue ille ppl's. Et intrauit sicut aqua in interiora eius.) Ergo & foris & intus:foris sicut uestimentū, intus sicut aqua, qm̄ in eius incidit iudiciū qui potest & corpus & aiam occidere in gehēnam,corpus foris, aiam intus. Et sicut oleum in ossibus eius.)Ostēdit eū cū delectatione male facere,& cōparare sibi maledictionem,hoc est,pœnam æternam, quia benedictio uita æterna est. Modo quippe maledicta delectant,sicut aqua in interiora eius,& sicut oleū in ossibus eius. Sed ideo maledictio uocatur,qa talibus deus tormenta prædixit. Tanquā in ossibus aūt oleum est maledictio, cum hoies inde fortes se putant,quia licet eis mala tanquā impune committere. Fiat ei sicut uestimentū quo operitur.)Cum E superius iā dixerit de uestimento,qđ est qđ repetit? An quia dixerat, induit maledictionem sicut uestimentum, differt ab eo uestimento qđ non induit, sed opitur?Induitur n. quisq; tunica, opitur pallio. Et qđ est hoc,nisi ēt in conspectu hoium de iniquitate gloriari? Et sicut zona,inquit,qua semp præcingitur.)Maxime hoies ideo præcinguntur, ut ad operandū sint aptiores,ne uestis sinibus præpediātur.Ergo maledictione se pcingit, qui malum non repentinum sed dispositū aggreditur, & ita discit malum facere ut semper paratus sit:unde & hic ait, Et sicut zona qua semp pręcingitur. Hoc opus eorum q detrahunt mihi apud dn̄m.)Non dixit,merces eoꝝ:sed,opus eorum. Manifestum est.n.q; indumento & opertorio & aqua & oleo & zona ipsa opera describebat,quibus æterna maledictio cōparatur. Nō ergo est unus Iudas, sed multi de quibus dicitur,Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dn̄m: quanquam & pluralis numerus poni potuit pro numero singulari, sicut Herode mortuo dictū est ab angelo,Mortui sunt qui quærebant animam pueri. Sed qui magis detrahunt Christo apud do- F minum, nisi illi qui ipsis uerbis domini detrahūt, dicentes non esse ipsum quem lex dn̄i & prophetæ prænunciauerunt? Et qui loquuntur, inquit,mala aduersus aiam meam.)Negando eum cum uoluisset potuisse resurgere,cum dicat, Potestatē hēo ponendi aiam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Et tu dn̄e fac mecum.)Quidā subaudiendam putauerunt misericordiam, quidā uero & addiderunt:sed emēdatiores codices sic hn̄t, Et tu domine dn̄e fac mecū. Propter nomē tuū.) Vnde sensus altior non est prætermittendus, ita dixisse filium patri,fac mecum quia eadem sunt opera patris & filij. Vbi etiam misericordiam intelligamus:seqtur.n. Quia suauis est misericordia tua.) Et ipsam quia non dixit,fac in me:uel, fac sup me: uel aliquid huiusmodi:sed ait, fac mecum:bene intelligimus & patrem & filiū simul facere misericordiam in uasa misericordiæ. Potest hoc ēt sic intelligi,fac mecū,id est, adiuua me. Quod in quotidiana loquēdi consuetudine habemus, cū de aliqua re q̄ pro patribus nr̄is est, dicimus, nobiscū facit. Pater

Marginalia: Matt. 23. — Gal. 4. — Matt. 23. — Rom. 11. — 2. Cor. 8. — Ioan. 4. — & 19. — Act. 2. — Matt. 25. — Act. 7. — & 22. — Gene. 49. — Gal. 1. — Act. 9. — Ioan. 12. — Matt. 26. — Ioan. 9. — Matt. 10. — Matth. 2. — Ioan. 10. — Roma. 9.

A quippe adiuuat filium inquantum deus hoiem, pp
formā serui, cui homini deus, & cui in forma serui
etiam dñs est pater Nam in forma dei filius adiuto
rio non indiget: æqualiter.n.cum patre omnipo-
tens est, ex quo & ipse adiutor est hois. Sicut enim
Ioan. 5. pr̃ suscitat mortuos & uiuificat, sic & fili⁹ quos uult
uiuificat. Nec aliud pr̃, aliud filius, aut aliter pater,
aut aliter fili⁹, qa & eadē facit, & filr̃ facit. Vnde in-
quantum homo est filius dei, deus suscitauit illum
Psal. 40. à mortuis, hoc ē pr̃, cui dicit in psalmis, Suscita me
& reddam illis: Inquantum aūt deus est, etiam ipse
Ioan. 2. se suscitauit: pp quod dicit, Soluite templum hoc,
& in triduo suscitabo illud. Quod etiā hic signifi-
Ioan. 5. cauit, si qs diligēter intendat. Scrutari.n. iussit scri-
pturas, q testimoniū perhibent de illo, nō in super-
ficie ptrāsiri: non.n. tantummodo ait, Tu dñe dñe
fac mecum: sed ait, & tu. Quid est tu, nisi quia ego
& tu? Quod autem non semel dñe, sed repetens ait,
dñe dñe, habet in hoc orantis affectum, sicuti est,
Psal. 21. deus de⁹ meus. Quod uero cum dixisset, fac mecū:
addidit, pp nomen tuum: grām commēdauit. Nul
lis enim operum meritis præcedentibus in tantam
B celsitudinem subuecta est humana natura, ut totū
Ioan. 1. simul uerbum & caro, hoc est, deus & homo, uni-
genitus filius dei diceretur. Hoc autem factum est,
ut ab illo qui creauerat p id quod non perierat id
quod perierat qreretur: unde & hic sequitur, quia
suauis est misericordia tua. Libera me qa egenus
& pauper ego sum.) Egestas & paupertas, infirmitas
est, ex qua crucifixus est. Et cor meum cōturbatū
est intra me.) Hoc ad illud refert, quod ait propin-
Matt. 26. quante passione, Tristis est aīa mea usq; ad mortē.
Sicut umbra cū declinat ablat⁹ sum.) Hoc ipsam
mortem significauit. Sicut.n. ex umbra declinante
fit nox, sic ex mortali carne fit mors. Et excussus
sum sicut locustæ.) Hoc iā in mēbris ei⁹, hoc est fi-
delib⁹ eius conuenientius intelligi existimo. Quod
ut aliquāto aptius poneret, maluit dicere, sicut lo-
custæ, q̄, sicut locusta: quāuis & numero singulari
possent accipi ēt multæ, sicut illud est, Dixit & ue-
Psa. 104. nit locusta: sed esset obscuri⁹. Excussi sunt ergo. i. fu
gati à psecutorib⁹ fideles eius: quos uel multitudi-
nē significari uoluit noie locustarū, uel qd trāsilie-
C runt de loco in locū. Genua mea infirmata sunt à
ieiunio.) Legimus dñm xp̄m quadraginta dierum
Matt. 4. habuisse ieiunium. Sed tantūm ne ualuit in eo illa
inedia, ut genua eius infirmarent? An & hoc in mē-
bris eius, hoc est, in sanctis eius apertius intelligit?
Et caro mea immutata est pp oleū.) Propter gra-
tiam spiritalem. Vnde & xp̄s appellatur à chrisma-
te: chrisma aūt unctio est. Caro autem pp oleū nō
in deteri⁹, sed in melius imutata est, hoc est, à mor-
tis contumelia in gloriam immortalitatis exurgēs:
cū itaq; dixisset, Genua meā ifirmata sūt à ieiunio,
ubi significatū esse arbitror eos q in mēbris ei⁹ for
tes uidebantur, tanquā præsentia panis quo susten
tabant abstracta, in eius passione defecisse usq; ad
Matt. 26. negationem, quæ apparuit in Petro, tanquā ad eos
cōfirmandos, ne succūbendo penitus caderent: Et
caro mea, inqt, imutata est pp oleum, ut eos à mea
morte deficieres mea resurrectione firmarē, & mis
Ioan. 16 so spiritusancto ungerē, q non ad eos uenisset nisi
& 7. ego abiissem: hoc.n. dixerat, Nō pōt ille uenire nisi
ego abiero: Et Euāgelista dicit, Nōdū erat spiritus
datus, quia Iesus nondū fuerat glorificatus: nondū

erat immutata caro eius Siue autem per aquam pp D
ablutionē uel irrigationē, siue per oleum pp exul-
tationem, & inflammationem charitatis significe-
tur spiritussanctus, nō ideo est à seipso diuersus, qa
signa diuersa sunt. Multū.n. diuersa sunt etiam leo
& agnus, & tñ utroq; significatus est xp̄s. Leo pp a- Apoca. 5.
liud, agnus pp aliud: non tñ alius. Quia nec for-
tis est agnus, nec innocens leo: xp̄s autem & inno-
cēs est ut agnus, & fortis ut leo: dicit.n. apud Esaiā
ipse Iesus Christus, Spiritus dñi super me, eo quod Esa. 61.
unxit me. Et ego factus sum opprobrium illis,) p
mortem crucis. Christus enim nos redemit de ma- Luc. 4.
ledicto legis, factus pro nobis maledictum. Vide-
runt me & mouerunt capita sua.) Quia uiderunt Gala. 3.
pependisse, & non uiderunt resurrexisse. Viderunt
qñ genua eius sunt infirmata, non uiderunt qñ est
caro immutata, Adiuua me dñe deus meus, sal-
uum me fac secundum misericordiā tuā.) Hoc ad
totū referri potest, id est, & ad caput, & ad corpus.
Ad caput pp formam serui, ad corpus pp ipsos ser-
uos. Potuit.n. & in eis dicere deo, Adiuua me & sal-
uum me fac, in qbus Saulo dixit, Quid me pseque- Acto. 9.
ris? Quod aūt addidit secūdum misericordiā tuā, E
gratuita gratia cōmemoratur, non ex opes, debito.
Et sciant qa manus tua hæc, & tu dñe fecisti eā.)
De his dixit sciant pro quibus sæuientibus & ora-
uit: quia in eis in qbus factus est opprobriū mouē
tibus in eius illusionē capita sua, erant ēt hi qui in
eum postea crediderūt. Discant aūt qui formā hu-
mani corporis deo tribuunt, qūo habeat deus ma
num. Si.n. quod facit, manu facit, nunqd & ipsam
manum suam manu fecit? Qūo ergo hic dictū est,
Et sciant quia manus tua hæc, & tu dñe fecisti eā?
Intelligamus itaq; manum dei esse xp̄m: unde alibi
dicitur, Et brachiū dñi cui reuelatum est? Hęc ma- Esa. 53.
nus & erat & fecit eam, quia in principio erat uer-
bum, & uerbum caro factum est. Et erat sine tēpo- Ioan. 1.
re secundū diuinitatem, & factus est ei ex semine
Dauid secundū carnē. Maledicēt illi & tu benedi- Roma. 1
ces.) Vana ē ergo & falsa maledictio filios hoium
diligentium uanitatē, & qurentium mendacium.
Deus autem cum benedicit facit quod dicit, Qui
insurgunt in me confundantur.) Vt enim insurgat F
aliquid se aduersus me proficere arbitrantur. Sed Psal. 107
cum exaltatus fuero sup cœlos, & esse cœperit sup
oēm terram gloria mea, confundent. Seruus autē
tuus lætabitur.) Siue in dextera patris, siue in mē-
bris suis lætātibus, & inter tētationes in spe, & post
tentationes in æternum. Induantur q detrahunt
mihi pudor,) id est, pudeat eos detraxisse mihi, Sed
hoc potest & in bono accipi, dū corrigunt. Et o-
periant sicut diploide confusione sua.) Diplois du-
plex palliū est: nā qdam ēt sic interpretati sunt istū
uersum: & operiant sicut palliū duplex confusione
sua. Intelligitur aūt cōfundātur & intus & foris, id
est, & corā deo & corā hoibus. Confitebor dño
nimis in ore meo.) Nimis dici solet in consuetudi-
ne sermonis Latini, quod plus est quàm debet: cui
contrarium est parū quod minus est quàm debet.
Sed nimis, Græce σφόδρα dicitur. Iste autem uersus nō
habet σφόδρα, sed habet σφόδρα. Quod qdem nostri sic
interpretati sunt, ut pro eo ponerent aliqñ nimis,
aliqñ ualde. Sed si nimis pro eo quod est ualde in-
telligitur, potest & in laude poni. Nā & ista cōfessio
laudem significat, ita enim sequitur, Et in medio

G multorum laudabo eū.) Dicit etiā & in alio Psalmo,
Psal. 21 In medio ecclesię cātabo te. Sed cū ipsa cantat Ecclesia,q corpus est xpi,quo in medio ecclesiæ cantat Ecclesia,ita & hic multi cū sint membra xpi,sicut ipsi laudant,ille laudat,quia est in medio eius. Quo in medio multorum laudat,qñ ipsis multis laudantibus dicitur ipse laudare? An io laudat in me-
Mat. 28. dio multorum,quia cū Ecclesia sua est hic usq; in cōsummationē seculi, ut q ait in medio multorum,hoc accipiamus q ab eisdem multis honoraf.In medio quippe esse dicitur, cui honor præcipuus exhibet. Si autem cor est tanq̃ hominis medium, nihil melius intelligitur dictum, q̃ in cordibus multorum lau
Ephe. 3 dabo eum. Habitat.n.xps per fidem in cordib⁹ nostris, & ideo ait, in ore meo, id est, in ore corporis
Rom. 10. mei,quod est Ecclesia. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Qui astitit à dextris paupis.) De Iuda dictū erat, & diabolus stet à dextris eius,ut suas diuitias augere uoluit xpo uendito. Hic autē dñs astitit à dextris pauperis,ut diuitiæ pauperis sint ipse dñs. Astitit qppe a dextris pauperis,nō ut ei multiplicaret annos ui-
H tæ qnq; finiendæ, neq; ut eius augeret pecuniā,aut eum faceret corporis uiribus fortem, uel ad tps incolumem. Sed ut saluā faceret,inquit,à persequentibus animam meam.) Salua fit aiīt à persequentibus aia,si non eis consentiatur ad malum. Non eis aūt cōsentitur cum assistit dñs a dextris pauperis, ne ipsa paupertate.i.infirmitate succūbat. Hoc adiutorium præstitum est corpori Christi in sanctis martyribus omnibus.

In Psalmum centesimumnonum Enarratio.

Q Vantum dñs donat,qui nos ministros constituit uerbi & sacramēti sui seruire uobis, in adipe misericordiæ suæ, suscipimus Psalmum istum quem modo cātauimus,breuē numero uerborum, sed magnum pōdere sententiarum,adiuuāte illo q uos fecit intentos, ut & nos faciat idoneos sic ut possimus cōsyderare atq; tractare. Viuat anima uestra,& uigilet in deū. Tempus.n.cōstituit deus promissis suis,& tps eis q̃ promisit implendis. Promissionum tps erat tpe prophetarū usq; ad Ioannem Baptistam: ab illo autem & deinceps usq; ad
I finem,tps est implendi ea quæ promissa sunt.Fidelis deus qui se nr̄m debitorem fecit, non aliquid à nobis accipiendo,sed tanta nobis promittēdo.Parum erat promissio, etiam scripto se teneri uoluit, ueluti faciens nobiscum chirographum promissorum suorum, ut cum ea q̃ promisit soluere inciperet, in scriptura promissa cōsyderaremus ordinē soluendorū. Tēpus itaq; prophetię prædictio erat,ut sæpe iam diximus promissionū. Promisit salutem æternā & beatā uitā cum angelis sine fine, & hereditatē immarcessibilem,gloriā sempiternā, dulcedinem uultus sui,domū sanctificationis suæ in cœlis,& resurrectionē à mortuis, nullū deinceps moriēdi metū. Hoc est promissum ei⁹ tanq̃ finale,quò decurrit nr̄a ois intentio, quò cum peruenerimus, nihil ampli⁹ requiramus,nihil amplius exigamus. Sed ad illud quod erit in fine quo ordine ueniaf,neque hoc tacuit promittendo & pnunciando. Promisit enim hominib⁹ diuinitatē,mortalib⁹ immortalitatē,peccatorib⁹ iustificationē,abiectis glorificationē. Quicqd promisit, indignis pmisit,ut nō quasi operibus merces promitteretur, sed grā à noie suo
K gratis daretur, quia & hoc ipm,q iuste uiuit inquātum homo pōt iuste uiuere, nō meriti humani,sed beneficij est diuini: Nemo.n.iuste uiuit nisi iustificatus,id est,iustus effectus. Ab illo aūt fit homo iustus q nunq̃ pōt esse iniustus. Sicut lucerna nō à seipsa accendif,ita nec aia humana sibi pstat lucem, sed clamat ad deū, Tu illuminabis lucernam meā
dñe. Cum ergo pctōribus promissum sit regnum cœlorum,non in peccato pmanentibus, sed à peccato liberatis & iustitiæ seruientibus,qd ipm ut possint,ipsius grā,ut dixim⁹, adiuuātur:& ab eo q sem per est iustus,iustificanf,incredibile uidebaf tantā deū curā gerere pro hominibus,hodieq; qui de grā diuina desperāt,atq; à pessimis morib⁹ nolunt se cōuertere ad deū ut ab illo iustificenf, & p eius indulgentiā deletis oibus peccatis suis incipiāt in illo uiuere iuste,qui nunquā uixit iniuste: hanc habēt pniciem cogitationis suæ in seipsos,ut dicant deum res humanas nō curare,nec ide posse cogitare mūdi huius artificē atq; rectorē, queadmodum quisq; mortalis in terra uiuat,& ita nec cōputari se homo Psal. 17.
putat à deo qui factus est à deo. Talem hoiem si al-
loqui possim⁹, si admittat nos prius ad aures suas, deinde ad cor suū,si nō repellat resistēdo quærentē se,& patiatur pditus inueniri se,possum⁹ ei dicere, O homo quo te deus factū non computauit, q ut fieres ante curauit? Cum te in ordine rerū cōditarū numerari nō putas,noli credere seductori,capilli tui numerati sunt à cōditore. Hoc deniq; & dominus in Euāgelio discipulis suis ait,ne mortem timerēt,ne aliqd suū in morte periturū putarent. Illi in morte de animab⁹ suis ptimescēbāt, ille ipsis securitatē iam de capillis dabat. Itā ne uero aia perit, cuius capillus non perit? Veruntñ fratres,qa incredibile uidebaf hoibus, quod promittebat deus ex hac mortalitate, corruptione,abiectiōe,infirmitate, puluere & cinere futuros hoies æquales angelis dei,non solū scripturam cū hominibus fecit ut crederent:sed ēt fidei suæ posuit meditatorē, nō quēlibet principē aut quēlibet angelum uel archangelum,sed unicū filiū suū,ut qua uia nos pducturus esset ad illū finē quem promisit, p eum ipm filium suū & ōnderet & pberet. Parum.n.erat deo ut filiū suum faceret demonstratorem uiæ,cum ipm uiam fecit,ut per illum ires regentem te, ambulantem p te. Promisit ergo quia uentūri essemus ad eū,id est, ad illam ineffabilem immortalitatem,& cū angelis eius æqualitatem. Quā longe eramus,q̃ ille sursum, q̃ nos deorsum,q̃ ille in summo,q̃ nos in imo despe rati iacebam⁹. Sine expectatione salutis ægrotabamus,missus est medicus,quem non cognouit ęgrotus. Si enim cognouissent, nunquā dñm gloriæ crucifixissent. Sed hoc quoq; ualuit ad ægroti medicamentum, q medicum occidit ęgrotus: uenit ut uisitaret,occisus est ut sanaret. Insinuauit se credentibus deū & hoiem: deū p quem facti sumus, hominem p quē recreati sumus. Aliud in illo apparebat, aliud latebat, & qd latebat multo erat pstantius q̃ id qd apparebat: sed quod erat pstantius uideri nō poterat. Curabatur æger p id qd' uideri poterat,ut postea capax fieret uisionis eius,q̃ latendo differebatur,nō negando auferebaf. Vnicus itaq; fili⁹ dei uenturus ad hoies,assumpturus hominē, & per id qd sumpsit futurus homo,moritur⁹,resurrecturus, L
Mat. 10.
M
1. Cor. 2

A ascensurus in cœlũ, sessurus ad dexteram patris, &
Roma.9. impleturus in gentibus q̃ pmisit, & post impletionem promissorũ suorum in gentibus et hoc impleturus ut ueniat, & quod progauit exigat, discernat uasa iræ à uasis misericordię, reddat impijs qđ minatus est, iustis qđ pollicitus est. Hoc ergo totũ prophetandum fuit, pnunciandum fuit, uenturũ commendandum fuit, ut non subito ueniens, horreret, sed creditum expectaretur. Ex his promissionibus est psalmus iste, dñm & saluatorem nostrũ Iesum xpm certe aperteq; prophetans, ut omnino dubitare non possimus xpm annunciari psalmo hoc: qñquidem Christiani sumus, & Euangelio iam credimus, absit ut negemus. Nam cũ ipse dñs noster & saluator Iesus xps quæreret a Iudæis, cuius filiũ dicerent esse xpm, & respondissent, Dauid: ille conti-
Matt.22. nuo retulit respondẽtibus, & ait, Qũo ergo Dauid in spiritu dicit eum dñm, dicẽs, Dixit dñs domino meo, sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo in spiritu, inqt, uocat eum dñm, quomodo filius eius est? Ab hoc ergo uersu psalmus iste incipit:

B

EXPOSITIO PSALMI.

Matt.22. Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis, Do-
Hebr.10. nec ponam inimicos tuos, scabellum pe-
1.Cor.15. dum tuorum.) Hanc ergo qõnem Iudæis propositam à dño, in ipso ingressu psalmi ptractare debemus. Si.n. quod responderunt Iudæi exigat à nobis utrũ confiteamur, & nos uel abnegemus, absit ut negemus. Si dicatur nobis, xps filius est Dauid, an non est? Si dixerimus non, contradicimus
Matt.1. Euangelio: nanq; Matthæo scribẽte, sic incipit Euãgelium, Liber generationis Iesu xpi filij Dauid. Euãgelista dicit librũ se scribere gñationis Iesu xpi, filij Dauid. Recte ergo Iudæi interrogati à xpo, cuius esse filium crederent xpm: Responderunt, Dauid. Re-
Matt.22. sponsioni eorũ congruit Euangeliũ. Habet hoc nõ solum suspitio Iudæorũ, sed & fides Christianorũ. Adhuc alia firmamenta conspicio: dicit Apls, Qui
Roma.1 factus est ei ex semine Dauid scđm carnem: dicit
2.Tim.2. etiam ad Timotheũ, Memor esto xpm Iesum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid scđm Euangeliũ meum. Et de ipso Euangelio quid dicit? In quo la-
C boro usq; ad uincula tanquam male faciens, sed sermo dei nõ est alligatus [in me.] Laborabat ergo usque ad uincula Apls pro Euangelio suo, id est, pro dispensatione euangelica quã populis prędicabat, quã populis impendebat, ille q mane rapuerat, sed tunc iam escas ad uesperũ diuidebat. Laborabat ergo usq; ad uincula Apls pro Euangelio, quo Euãgelio pdicabat xpm Iesum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid. Pro hoc Euangelio Apls laborabat: & tñ de hoc xps interrogabat, & respondentibus Iudæis qđ prædicabat Apostolus, retulit uocem tan-
Matt.22 quam cõtradictionis & ait, Qũo ergo Dauid in spiritu uocat eum dñm? Et interposuit testimoniũ de hoc Psalmo, Dixit dñs domino meo. Si ergo in spiritu uocat eum dominum, qũo filius eius est? Iudæi sub hac interrogatione tacuerunt, qđ responderẽt deinceps non inuenerunt: nec eum tñ dñm quęsierunt, qa & ipsum esse illum filiũ Dauid non agno-
Roma.10 uerunt. Nos aũt frẽs credamus & dicamus, Corde enim creditur ad iustitiam, ore aũt confessio fit ad salutem. Credamus, inquã, & dicamus & filiũ Dauid & dñm Dauid. Non erubescamus de filio Da-
uid, ne iratum inueniamus dñm Dauid. Hoc.n. nomine D
illuminati rectissime transeuntem appellantes cæci illuminari meruerunt. Transibat.n Iesus, & illi audito sonitu transeuntis turbæ, aure iam illũ cognoscentes, qđ nondum poterant oculis, acclamauerunt uoce magna & dixerunt: Miserere nostri fili Dauid. Turbæ aũt illos increpabãt, ut tacerent, Et illi nihilominus lucis desyderio turbarũ contradictionem uincẽtes, in clamando pseuerauerunt, trãseuntem tenuerunt, & à tangente illuminari meruerunt. Dicebãt.n transeunti, Miserere nr̃i fili Dauid. Matt.9
Stetit ille, Et uicto ab eis clamore contradicentiũ, &.20.
qđ inqt, uultis ut faciã uobis? Et illi, Dñe ut uideamus. Tetigit & apuit oculos eorũ: uiderunt pſentẽ, quem senserant transeuntẽ. Aliqđ ergo transitoriũ dñs fecit: est autẽ aliud quod stat. Aliud est, inquã, transitorium dñi, aliud stabile domini. Transitorium dñi, uirginis partus, uerbi incarnatio, ætatũ gradatio, miraculorũ exhibitio, passionũ ppessio, mors, resurrectio, ascensio in cœlũ: hoc totum trãsitorium fuit. Num.n. adhuc xps nascit, aut adhuc moritur, aut adhuc resurget, aut adhuc ascendet in cœlũ? Nonne uidetis ista facta per tpa, cucurrisse p E
tpa, exhibuisse uiatoribus qddam transitorium ne in uia remanerent, sed ad patriã peruenirẽt? Deniq; & illi cęci ad uiam sedebant, ibi transeuntem senserunt, & clamãdo tenuerũt. In uia ergo seculi huius hoc transitorij sui dñs operatus est, & hoc transitorium ptinet ad filium Dauid: ideo illi dño transeunti clamauerunt, Miserere nr̃i fili Dauid: tanquã Matt.20.
dicerent, Filiũ Dauid transeuntem cognoscimus, filiũ Dauid in transitu factũ discimus. Agnoscamus ergo & nos, & filiũ Dauid cõfiteamur, ut illuminari mereamur. Sentimus.n. transeuntẽ filiũ Dauid, & illuminamur à dño Dauid. Ecce ergo qa magr noster interrogauit Iudęos, & ideo nõ responderunt, quia discipuli esse noluerũt. Ecce si nos interrogaret, qđ responderemus? Defecerũt in hac interrogatione Iudæi, proficiant xpiani, non pturbentur sed erudiant. Non.n. dñs interrogat discere uolens, sed tanquam doctor interrogat. Dicerent miseri Iudęi, tu dic nobis: maluerunt inflata taciturnitate dirũpi, q̃ humili confessione edoceri. Dicat ergo nobis magr noster, & uideamus qđ interroganti respon- F
deamus, Quid nobis uidetur de xpo? Cuius est fi- Mat.22
lius? Respondeamus oino qđ Iudæi, sed non remaneamus ubi Iudæi. Recolamus Euangeliũ qđ credi- Matth.1.
mus, Liber generationis Iesu xpi filij Dauid. Nõ qa interrogamur excidat nobis xpm esse filiũ Dauid, qđ memoriæ commendat Apls, Eia Christiane, me- 2.Tim.2.
mor esto Iesum xpm resurrexisse à mortuis ex semine Dauid. Ergo interrogemur & respondeamus, Quid nobis uidetur de xpo? Cuius filius est? Dicãt Mat.22.
ora concordia xpiana, Dauid. Referat & doctor, & reuocet nobis. Qũo ergo Dauid in spiritu dicit eũ dominum, Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos sub pedibus tuis? Qũo nos diceremus, nisi à te disceremus? Nunc ergo qa didicimus, dicimus, In principio eras uerbũ, & uer- Ioan.1.
bum eras apud deum, & deus eras uerbum, omnia per te facta sunt. Ecce dñs Dauid. Sed nos pp infirmitatem nostrã, qa caro desperata iacebamus, uerbum caro factus es, ut habitares in nobis. Ecce filius Dauid. Certe tu in forma dei cũ esses, non rapi- Philip.2.
nã arbitratus es esse æqualis deo: ideo dñs Dauid,

G Sed temetipsum exinanisti formã serui accipiẽs,in-
De tpe de filius Dauid. Deniq; & in ipsa interrogatiõe tua
ser. 224. dicens,quõ filius eius est,nõ te filium eius negasti,
& 235. sed modum in quo id fieret inquisisti. Dicit eũ,in-
quis,Dauid dñm, quõ filius eius est? Non nego,sed
dic quõ? Illi ergo ex literis quas legebant & nõ in-
telligebant,si in ista interrogatione recolerent mo
dum,nõnne responderẽt quõ interrogas? Ecce uir-
Esa.7. go accipiet in utero & pariet filiũ, & uocabunt no-
Matth.1. men eius Emmanuel,quod est interpretatum , no-
biscũ deus. Accipiet uirgo in utero,uirgo ex semine
Dauid pariet filium,ut sis filius Dauid. Erant.n.Io
Luce. 2. seph & Maria de domo & patria Dauid. Peperit er-
go uirgo illa,ut esset filius Dauid:sed ille quem pe-
perit,uocabunt nomẽ eius Emmanuel, nobiscum
deus Ecce habes & dñm Dauid. Aliqd nobis fortas
sis ex hac re,quõ xps & fili⁹ sit Dauid,& dñs sit Da-
uid,etiã Psalmus iste intimabit. Audiamus ergo &
ptractemus eũ,pulsemus pietate, & extorqueamus
charitate Dauid ergo ipse dicit, neq;.n.dño cõtra-
dicere licet,Dauid,inquit, in spiritu uocat eũ dñm.
Ille ergo Dauid de Christo quid dicit? Nam ipsi
H Dauid Psalmus.) Et iste est totus titulus,simplex si
ne figura qõnis,sine ullo nodo difficultatis. Quid
ergo dicit Dauid? Dixit dñs dño meo,sede à dextris
Matt.22. meis, donec ponã inimicos tuos scabellum pedũ
tuo℞. Quod est scabellum pedum tuo℞? Quod est
sub pedibus tuis. Scabellum n.pedum sub pedib⁹
est. Dixit,inquit, dominus dño meo. Audiuit hoc
Dauid,audiuit in spiritu,ubi nos qñ audiuit nõ au
diuimus,sed loquenti quod audiuit,& scribẽti cre
didimus. Audiuit ergo prorsus, audiuit in quodã
secretario ueritatis, in quodam mysterio℞ sanctua
rio,ubi Prophetæ in occulto audiuerũt,qđ in aper
to prædicauerunt. Ibi audiuit Dauid qđ cum fidu-
cia magna dicit,Dixit dominus dño meo,sede à de
xtris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum
Marc.16. pedum tuorum. Nouimus xpm sedere ad dexterã
Acto.1. pr̃is post resurrectionẽ à mortuis, & in cœlis ascen
sionem. Factũ est iam,nec uidimus, sed credimus,
in libris legimus,p̃dicatum audiuimus,fide retine
mus. Vnde & eoipso qđ erat filius Dauid. Christus
factus est dñs Dauid. Illud.n quod natum est ex se
I mine Dauid,ita honoratum est, ut esset & dñs Da-
uid. Ita admiraris hoc,quasi & in reb⁹ humanis ista
nõ fiant. Si.n.cõtingat filiũ cuiusquã regẽ fieri pa-
tre priuato,nõnne erit dñs patris? Admirabilius est
quod potest contingere, ut non solũ rex factus pri
uati filius,dñs sit patris sui,sed & Ep̃s factus laici fi
lius sit,pater patris sui. Ergo & eoipso φ carnẽ ac-
cepit xp̃s,φ in carne mortuus est, φ in eadem car-
ne resurrexit, φ in eadem carne ascẽdit in cœlum,
& sedet ad dexteram patris, & in eadem ipsa carne
sic honorata sic clarificata, sic in cœlestem habitũ
cõmutata,& filius est Dauid,& dñs est Dauid. Secũ
dum hanc.n.dispensationem transitus xp̃i, etiam
Philip.2. illud ab Apostolo dicitur, Propter quod illũ exal-
tauit à mortuis,& donauit illi nomen,quod est su-
per omne nomẽ,ut in noie Iesu omne genu flecta-
tur,cœlestiũ,terrestrium & inferno℞. Donauit,in-
quit,ei nomen qđ est super omne nomẽ, xp̃o secun
dum hominem mortuo, Christo scdm carnem re-
surgenti,ascendenti, donauit nomen quod est sup
omne nomen, ut in noie Iesu omne genu flectatur,
cœlestium, terrestriũ & inferno℞. Vbi erit Dauid,
ut non ei sit dñs? In cœlo sit, in terra sit, in inferno K
sit,dñs eius erit,qui est dñs cœlestium, terrestrium
& inferno℞. Gaudeat ergo nobiscum & Dauid filij
sui natiuitate honoratus, dñatu liberatus, & gau-
dens dicat, ut à gaudentibus audiatur, Dixit dñs
domino meo,sede à dextris meis, donec ponã ini-
micos tuos,scabellũ pedum tuo℞. Sede, nõ solum
in alto,sed & in occulto, excellens ut domineris,la
tens ut credaris. Quæ.n.esset merces fidei, nisi late
ret qđ credimus? Merces aũt fidei est uidere qđ cre
didimus antequam uideremus. Sicut aũt scriptura Rom. 1.
personat,Iustus ex fide uiuit. Nõ ergo esset iustitia
fidei, si non esset absconditũ qđ p̃dicatum credere
mus,& credendo ad uidendũ p̃uenerimus. Quã.n. Psal. 30.
multa multitudo dulcedinis tuæ dñe,quam abscõ
disti timentibus te? Ergo abscondisti, & remanse-
runt? Absit. Perfecisti aũt sperãtibus in te. Mirabile
ergo mysterium xp̃i sedentis in dextera dei. Occul-
tatũ est ut crederetur, subtractũ est ut speraretur,
Spe.n.salui facti sumus. Spes aũt q̃ uidetur, non est
spes. Quod.n.uidet qs,qđ sperat, Ap̃li uerba sunt.
Recognoscitis quidem, sed p̃p rudes commendo.
Quid ergo ait Apostolus? Spe,inqt, salui facti sum⁹. L
Spes aũt,quæ uidetur non est spes. Quod.n.uidet Roma. 8.
quis,quid sperat? Si autem quod non uidemus spe
ramus,per patientiã expectamus. Quia ergo q̃ uide
tur non est spes, abscondisti dulcedinẽ timẽtibus
te. Quia qđ nõ uidemus speramus, & per patientiã
expectamus,perfecisti sperãtibus in te. Deniq; cha-
rissimi intentè accipite qđ dicturus sum, Qm̃ iusti-
tia nostra ex fide est, & fide mundantur corda no-
stra,ut qđ credidimus uidere possimus. Vtrunq;.n.
positũ est,& beati mundicordes,qm̃ ipsi deum ui- Matth.5.
debunt,& fide mundans corda eo℞. Quę ergo hęc Acto.15
est iustitia fidei? Credere qđ non uides,& ipso meri
to fidei ad uisionem suo tp̃e peruenire Dñs in Euã
gelio cum p̃mitteret sp̃m sanctum, hoc ait, Ipse ar-
guet mundũ de peccato, de iustitia, & de iudicio. Ioan. 16.
De quo pc̃tõ? De qua iustitia? De quo iudicio? Ipse
seqtur & exponit,& coniecturas hoium nõ admit-
tit. De peccato qdem,inquit, qa non crediderũt in
me. Quanta alia peccata Iudæorũ, & tñ quasi hoc
unũ sit,ita dixit, De peccato qdem quia non credi-
derũt in me Hoc est illud pc̃m̃ de quo alibi dicit, M
Si non uenissem,pc̃m̃ non haberẽt. Quid est hoc, Ioan.15
Si non uenissem, pc̃m̃ non haberent? Ergo ad iu-
stos uenisti,& eos pc̃tores fecisti? Sed exceptis alijs
peccatis,q̃ possent remitti per fidem,hoc unũ pc̃m̃
nominauit,qđ si non admitteretur,oia relaxarent.
De peccato quidem ait, qa non crediderunt in me.
Et alibi, Si non uenissem,pc̃m̃ nõ haberent. Eo.n.
ipso quo uenit & non crediderunt in eum, incide-
runt in peccatum: quod si non inciderent, omnia
cætera peccata dimitti possent per indulgentiã gra
tiæ impetratam per fidem. Ergo de peccato, qa nõ
crediderunt in me. De iustitia, qa ad patrẽ uado,& Ioan. 16.
iã non uidebitis me. Hæc est iustitia,qa ad patrẽ ua
dis,& iã non uidebunt te, hęc etenim iustitia ex fi-
de est. Iustus.n ex fide uiuit. Et tunc ex fide uiuit,si Rom.1.
non uideat qđ credit. Quia ergo & ad iustitiam p-
tinet ex fide uiuere,& ex fide nemo uiuit, nisi nõ ui
dendo qđ credidit, ut ipsam iustitiã faceret in hoi-
bus.i.ut crederent quod non uiderent. De iustitia,
inqt,quia ad patrem uado & iam nõ uidebitis me.
Hęc,inqt,erit iustitia uestra,ut credatis in eũ quem
non

A nõ uidetis,& fide mũdati eũ,in quẽ credidistis, in die resurrectionis, postea uideatis. Sedet ergo ad dexterã dei xp̃s, à dextris p̃ris filius in occulto est, Credam᷑. Etenim duas res hic dicit,qa & dixit de᷑, sede a dextris meis:& addidit,donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuoꝝ:hoc est,sub pedib᷑ tuis.Non uides xp̃m sedentem ad dexteram patris: nec hoc potes uidere, q̃uo ponantur inimici ei᷑ scabellum pedum eius. Cũ hoc impletur in apto cerde illud esse in occulto. Qui inimici ponuntur scabellum pedũ eius?Quib᷑ inania meditantib᷑ dicit,

Psal. 2. Quare fremuerũt gentes, & pp̃li meditati sunt inania?Astiterũt reges terræ & principes conuenerunt in unum aduersus dñm & aduersus xp̃m eius Et dixerunt,Dirumpamus uincula eoꝝ, & proiiciamus à nobis iugum ipsoꝝ,Non nobis dominetur, non nos sibi subiungent.Qui habitat in cœlis irridebit eos.Inimicus eras,eris sub pedib᷑ eius,aut adoptatus,aut uictus.Quære ergo quem locũ habeas sub pedibus dñi dei tui.Nam necesse est ut habeas,aut gratiæ,aut pœnæ.Sedet ergo ad dexteram dei,donec ponãtur inimici eius sub pedib᷑ei᷑.Hoc fit,hoc

B agitur:etsi paulatim peragit,indesinẽter agitur.Fremuerunt.n.gẽtes,& pp̃li meditati sunt inania. Astiterũt reges terræ & principes conuenerunt in unũ, aduersus dñm & aduersus xp̃m eius. Nunquid fremendo, nunqd meditando inania, nunqd in unũ aduersus xp̃m conueniẽdo efficient, ut nõ impleatur,Dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã,& possesiionẽ tuam terminos terræ?Implebitur oino,& in illis frementibus,& in illis inania meditantib᷑, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& possesionem tuã terminos terræ. Illi.n.inania meditantur. Vt aũt impleatur,dabo tibi gentes hęreditatem tuã,& possessionẽ tuã terminos terræ:nã nescio quis inanis locutus est,sed dñs dixit ad me. Sic & in hoc psalmo possumus dicere,Dixit non quicunq̃,non illi q̃ fremunt & meditãtur inania, sed dixit dñs dño meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos,

Psal. 9. scabellum pedum tuoꝝ. Fremãt,meditẽtur inania, perstrepãt,nunquid non implebitur,Periit memoria eoꝝ cũ strepitu? Loqtur certe & alius psalmus, sed nõ alius sp̃us, Periit memoria eoꝝ cum strepi-

C tu,& dñs in æternũ permanet. Ille ergo qui memoria eoꝝ pereunte cum strepitu in ęternum p̃manet, ipse dixit dño meo,sede à dextris meis. Sedet.n.ad dexterã patris, donec ponat oẽs inimicos eius scabellum pedum eius.Et quid sequitur? Virgam uirtutis tuæ emittet dñs ex Sion. Apparet fratres,euidentissime apparet, nõ de illo regno xp̃i prophetã loqui,quo regnat semper apud patrẽ rerum dñm,q̃

Ioan. 1. per illum creatæ sunt. Q̃n.n.non regnat in princi-

1. Tim. 1. pio uerbum deus apud deum? Dicitur enim, Regi autem seculoꝝ, immortali,inuisibili,incorruptibili,soli deo honor & gloria, in secula seculoꝝ. amen. Regi seculoꝝ, honor & gloria,in secula seculorum. Cui regi seculoꝝ?Immortali,inuisibili,incorruptibili.In eo.n.quod & Christus est cũ patre immor-

1. Cor. 1. talis,inuisibilis & incorruptibilis, quia uerbum ei᷑ est,& uirtus eius,& sapientia eius,& deus apud deũ per quem facta sunt omnia,rex est seculoꝝ. Sed tñ illud,dispẽsatoriũ & trãsitoriũ, quo nos per mediatatem carnis suæ uocauit i ęternitatẽ,regnũ ei᷑ incipit à xp̃ianis,sed regni eius nõ erit finis. Ponũtur ergo scabellũ pedũ ei᷑, inimici ei᷑,sedẽtis ad dexte-

ram patris, ponunt ut dictũ est, Id agitur,id usq̃ in D finẽ oino peragitur.Nemo dicat non posse impleri quod cœptũ est. Quid finẽ cœpti desperas?Omnipotẽs cœpit,oipotens se promisit impleturum esse quod cœpit. Vnde aũt cœpit? Virgam uirtutis tuæ emittet dñs ex Sion. Quæ Sion?Ipsa est Hierusalem. Audi ipsum dñm, Oportebat xp̃m pati,& resurge- *Luc. 24* re à mortuis tertia die.Hinc sedet ad dexterã dei patris resurgẽdo ubi fuit. Deinde illo sedẽte ad dexteram dei p̃ris,qd agitur? Vt ponãtur inimici eius scabellum pedũ eius. Quid agitur?Audi illum docentem & exponentẽ,Et p̃dicabitur in nomine ei᷑ pœ- *Ibid.* nitentia & remissio peccatoꝝ, p omnes gentes incipientib᷑ab Hierusalem,qa uirgã uirtutis tuæ emittet dñs ex Sion.Virgam uirtutis tuæ, hoc est,regnũ potentiæ tuæ,qa reges eos in uirga ferrea. Emittet dñs ex Sion,quia incipientibus ab Hierusalem.Cũ ergo miserit ex Sion uirgam uirtutis eius,quid fiet?

Et dominaberis in medio inimicorum tuorum.) Prius dominare in medio inimicoꝝ tuoꝝ, inter frementes gẽtes. Nunqd.n.postea cum acceperint honorem suum sancti, & suam damnationẽ impii,in medio inimicoꝝ suoꝝ dominabitur?Et quid mirũ E si tunc dominabitur secum in æternum regnantibus sanctis,& æternis pœnis ardẽtib᷑ impiis?Quid mirum si tũc?Modo in medio inimicoꝝ tuoꝝ,nũc in isto transitu seculorum, in ista propagatione & successione mortalitatis humanæ, nunc dũ torrẽs tempoꝝ præterlabitur,ad hoc directa est uirga uirtutis tuę ex Sion, ut domineris in medio inimicoꝝ tuoꝝ.Dominare in medio Paganoꝝ,Iudæoꝝ,hæreticorum,falsoꝝ fratrũ.Dominare dominare fili Dauid,domine Dauid,dominare in medio Paganoꝝ, Iudæorum,hæreticorum, falsorum fratrum.Dominare in medio inimicorum tuorum.Hunc uersum non recte intelligimus,si nõ fieri iã uidemus. Sede ergo à dextris dei,occultare ut credaris donec impleãtur tẽpora gentiũ.Sic.n.scriptũ est,Quẽ opor- *Act. 3.* tebat cœlũ recipere, donec impleantur tẽpora gentiũ.Vt.n.resurgeres, mortuus es:ut ascẽderes resurrexisti:ut sederes ad dexterã p̃ris, ascẽdisti: ergo ut ad dexterã patris sederes,mortuus es. De morte.n. *Marci. 16* resurrectio, de resurrectione ascensio,de ascẽsione *Act. 1.* ad dexterã sessio.Hoc totũ ergo cœpit à morte,Excellentia claritatis huius, principium habet humi- F litatis.Te itaq̃ sedẽte ad dexteram p̃ris, implentur tẽpora gentium, ponunt inimici oẽs scabellum pedum tuoꝝ,& ad hoc ut pueniatur, prius dominaberis in medio inimicoꝝ tuorum. Ad hoc.n. uirgã uirtutis suæ emittet dñs ex Sion. Vt aũt morereris, & per mortẽ tuã deleretur chirographũ peccatoꝝ, *Col. 2.* & prædicaretur pnia & remissio delictorum p oẽs *Luc. 24* gentes incipientibus ab Hierusalẽ, cæcitas Iudęos fecit. Aliis illuminãdis aliorũ cæcitas militauit. Cæcitas.n.ex parte Israel contigit,donec plenitudo gẽtiũ intraret,& sic ois Israel saluus fieret. Cæcitas.n. *Roma. 11.* ex parte Israel facta occidit te,occisus resurrexisti, sanguine tuo pc̃tã gentiũ diluisti,ad dexterã patris sedens undiq̃ patiẽtes & ad te cõfugientes collegisti.Facta est ergo cęcitas ex parte Israel, facta est ut plenitudo gentiũ introiret,& sic ois Israel salu᷑ fieret, & oẽs tui inimici essent scabellũ pedũ tuorũ. Sed hoc nunc,postea quid? Tecũ principiũ in die uirtutis tuæ.) Quis iste dies est uirtutis eius? Quando cum illo principium,uel quod principium, uel

G quo cum illo principium, qn quidem & ipse princi
Ioan.8. pium? Adiuuet dñs, ut nec mihi dicere perturbetur,
nec uobis audire. Video.n. quod iam factum est, &
uobiscũ uideo oculis fidei: oculis quoq; carnis ui-
deo quod iam fit, rursusq; oculis fidei uobiscũ spe-
ro qd futurũ est. Quid ergo factũ ē? Quid fit? Quid
Mat.15. futurum est? Xps passus est, mortuus est, resurrexit
& 16. tertia die, ascēdit in cœlũ ut nouimus quadragesi-
Acto.1. mo die, sedet ad dexterā prīs: hoc iā factum est, hoc
non uidimus, sed credimus. Quid nunc fit? Domi-
natur in medio inimicoꝝ suoꝝ, emissa uirga uirtu-
tis eius ex Sion. Fit hoc, id agitur in forma serui, &
psentem tunc uiderunt serui, & absentem nunc cre
dunt serui. Hoc credim⁹ de forma dei serui, qd pos-
sumus capere dum adhuc sumus serui. Hoc est.n. il
lud lac paruuloꝝ, quod tēperauit panem traiciēs
p carnem. Nam panis ille angeloꝝ in principio erat
Ioan.1 uerbum: ut tñ panem angelorum manducaret ho-
Psal 77 mo, creator angeloꝝ factus est homo. Ita nobis uer
bum incarnatũ factũ est receptibile: quod recipe-
Philip.2. re nō ualeremus, si fili⁹ æqualis deo nō se exinani-
ret formam serui accipiēs, in similitudinem hoium fa
H ctus & habitu inuētus ut homo. Vt ergo utcũq; ca
pere possem⁹ eũ, q nō posset capi a mortalib⁹, mor-
† al. im- talis factus est ad mortales, † ut pacta sua morte fa-
mortalis ceret immortales, & aliqd daret inspiciendum, ali-
factus est quid credendũ, aliquid post uidendũ. Inspiciendā
mortalis. dedit formam serui psentibus, non solum oculis ui
dendam, sed et manib⁹ pertractandam. Cum eadē
Act. 1 forma ascēdit in cœlũ, credere nobis iussit, qd illis
uidere concessit. Sed & nos habemus qd uideam⁹:
illi enim uiderunt uirgam emissam ex Sion, nos ui
demus dominari in medio inimicoꝝ suoꝝ. Hoc to
tum fratres ptinet ad dispensationem serui-
lis, q tolerabiliter capitur a seruis, & amabitur a fu
turis liberis. Veritas.n. incōmutabilis, qd est uerbũ
Ioan.1 dei, deus apud deum, per quem facta sunt oia, in se
Sapien 7 manens innouat omnia. Hãc ut uideamus magna
& pfecta cordis munditia necessaria est, q fit per fi-
dem. Demōstrata.n. forma serui, dilatata est ad de-
monstrādam formā dei. Idem quippe in forma ser-
Ioan.14 ui loquens seruis: ait, Qui diligit me, mandata mea
custodit, Et q diligit me, diligetur a pre meo, & ego
diligam eũ, & ondam meipsum illi. Videntibus se
I promisit demōstraturũ se. Quid uidebãt? Quid p-
mittebat? Videbãt formā serui, promittebat formā
dei. Ostendam, inqt, meipm illi. Si ipsa est claritas
ad quā perducitur regnũ, quid modo transitu secu
li huius colligitur? Ducitur.n. ad quãdam uisionē
ineffabilem, quā non merebunt impij. Cæterũ for-
ma serui cũ hic esset, uisa est ab impijs. Viderunt eã
& q crediderunt, uiderunt & q occiderunt. Ne ali-
quid magnũ putes uideri formā illam, uiderunt a-
mici, uiderũt & inimici, & quidā uidentes interfece
runt, quidam nō uidentes crediderunt. Hanc ergo
formam serui, quā hic iam in humilitate uiderũt &
pij & impij, uidebũt & in iudicio pij & impij. Cum
enim dñs ante oculos discipuloꝝ suorum ferretur
in cœlum, sonuit uox angelica intuētibus eũ, Viri
Act. 1 Galilæi, qd statis intuētes in cœlũ? Iste Iesus sic ue-
niet, quō uidistis eum ue in cœlum. Sic ergo, sic in
eadē forma, quia de impijs dictum est, Videbũt in
Zach.12. quē pupugerunt. Videbunt iudicaturũ, quē irrise-
Ioan.19 runt iudicatũ. Ipsa itaq; forma serui in iudicio con
spicua erit, & iustis & iniustis, & pijs & impijs, & fi-
delib⁹ & infidelib⁹. Quid ergo? Impij nō uidebũt? K
Nā de qbus dictũ est, Videbũt in quē pupugerunt:
de ipsis rursum dictũ est, Tollat impi⁹ ut nō uideat Esa.26
claritatē dñi. Quid est hoc frēs? Discernam⁹, discu-
tiamus. Excitat impius ut aliqd uideat, tollitur im-
pius ut aliqd non uideat. Iam qd sit uisurus, osten-
demus, Formam illam de qua dictũ est, sic ueniet.
Quid ergo non est uisurus? Et ondam meipm illi. Ioan.14
Quid est meipm? Non formam serui. Quid est meip
sum? Formam dei, in qua nō rapinā arbitratus sum Philip.2.
esse æqualis deo. Quid est meipm? Dilectissimi, filij
dei sumus, & nondũ apparuit qd erim⁹, Scimus qa 1. Ioan.3
cum apparuerit, similes ei erim⁹, qm̄ uidebimus eũ
sicuti est. Hæc claritas dei est ineffabilis lux fons lu
cis sine cōmutabilitate, ueritas sine defectu, sapien
tia in seipsa manens, innouans oia, Hæc substantia Sapien.7
dei est. Itaq; tollet impius, ut non uideat hũc hono Esa.26
rē dei Beati.n. mũdicordes, qm̄ ipsi deũ uidebunt. Mat.5
Videtur ergo mihi fratres, quantum nr̄e capacitati
dñs impertiri dignatur, de ipso tpe: si tñ dicendum
est tps, quodam enim tpe uetūri sumus ad nō tps,
inde mihi uidetur dictũ, quod sine præiudicio di-
cam, si quis intelligere aliquid melius, expeditius, L
probabilius possit, inde mihi uidetur dictum, Te-
cum principiũ in die uirtutis tuæ. Deniq; hoc quã-
tum puto, uersu consequēte satis explanat, Quia.n. 1. Cor. 1
& hic dicta est uirtus eius, qua subiecit gentes iugo
suo, qua strauit populos, no ferro sed ligno, & si in
carne, & si in humilitate, & si adhuc quantũ serui-
lis forma patitur, capitur, tñ magna uirtus eius, qa
quod infirmum est dei fortius est hoibus. Virga er
go & hic dicta est uirtus eius, quā cōmendauit di-
cendo, Virgam uirtutis tuæ emittet dñs ex Sion, &
dominaberis in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Quanta n.
uirtus dominans in medio inimicoꝝ suoꝝ perstre
pentium, nihil contra eum ualentiũ, & quotide si-
bi dicentium, Qn̄ morietur & peribit nomen eius? Psal. 40
Cum cresceat gloria eius per populos, cum eius no-
mini subijciãtur gentes, cũ peccator uideat & ira-
scatur, dentib⁹ suis frendat & tabescat: qa ergo est & Psal. 111
hæc uirtus eius, uolēs. Propheta cōmendare ait uir
tutem eius sicuti est uirtus dei, & sapientia dei, xps
in lumine ppetuo incōmutabilis ueritatis, ad quã
uisionē seruamur, ad quā uisionem differimur, ad
quā uisionem fide mũdamur, à qua uisione tollit M
impi⁹ ne uideat honorē dñi. Hoc ergo uolens oste- 1. Cor. 1
dere, tecũ, inqt, principiũ in die uirtutis tuæ. Quid Esa.26.
est tecũ principiũ? Quodlibet pone principium. Si
ipsum xpm, potius diceretur, tu es principium, quã
tecum principium. Rñdit.n. interrogantibus, tu qs
es? & ait, Principium qui & loquor uobis, Cum sit Ioan.8.
principiũ & pater, de quo unigenitus filius, in quo Ioan.1.
principio erat uerbum, qa uerbũ erat apud deum.
Quid ergo? Si & pr̄ principium, & fili⁹ principium, 1. sen. dis.
duo sunt principia? Absit. Sicut.n. pater deus, & fi- 19 cap. 1.
lius deus, pr̄.n. & filius non duo dij, sed unus deus:
sic pr̄ principium & filius principium, pater autem
& filius non duo, sed unum principium. Tecũ prin
cipiũ. Tunc uideberis quō tecum sit principium.
Nou.n. & hic non tecum principium: nō.n. cum di
xisti, ecce itis quisq; ad sua, & me solum relinquitis, Ioan 16
sed non sum solus, qa pr̄ mecum est: & hic ergo te-
cum principium. Dixisti.n. & alibi, Pater aũt in me Ioan. 14.
manes facit opera sua. Tecum principium, nec un-
quã à te separatus est pater. Sed qn̄ uidebitur tecũ

A esse principium, tunc manifestum erit oibus simili
1.Ioan. 1. bus iam tibi factis, qm̃ uidebũt te sicuti es. Etenim
Ioan. 14. hic Philippus te uidebat, & patrem q̃rebat. Tũc er-
go uidebitur qd nunc creditur. Tunc tecum princi
pium uidentibus sanctis, uidẽtibus iustis, sublatis
Esa. 26. de medio impijs, ne uideant gloriã dñi. Modo ergo
credamus frẽs, quod tunc uideamus. Nã & Philip-
pus obiurgatus est q̃ q̃reret uidere patrem cum in
Ioan. 14. ipso filio non agnosceret patrem, Tanto tpe uobis-
cum sum, & non cognouistis me? Philippe, q uidet
me, uidet & patrẽ. Sed me uidet q non formã serui
in me uidet. Qui ergo me uidet, qualẽ me abscõdi
timentibus me, qualem me uidendũ perficio sperã
tibus in me, uidet & patrem. Sed qa ista uisio post
erit, nunc pro illa qd habebimus? Videamus qd di
cat Philippo, cui dixerat, q me uidet, uidet & patrẽ.
Ibid. Quasi ei Philippus tacitus responderet, & quõ te ui
debo, si aliter uideris q̃ forma serui: aut quõ te ui-
debo & patrem, inualidus homo mortalis, puluis
& cinis, conuersus ad eũ differens uisionem, impe-
rans fidẽ, qui dixerat, q me uidet, uidet & patrẽ, qa
multum erat ad Philippũ, & longe erat ab eo uide-
B re, Nõ credis, inqt, quia ego in patre & pater in me.
est? Quod uidere nondũ potest, crede ut uidere me
rearis. Cum ergo uentũ fuerit ut uideamus, tũc ap-
parebit tecũ principium in die uirtutis tuæ, uirtus
uirtutis tuæ, non uirtus infirmitatis tuæ, qa ibi uir
Psal. 83. tus uirtutis tuę. Hñt nũc hoies in fide, in spe, in cha
ritate, in bonis operibus uirtutes suas, sed ibunt à
uirtutibus in uirtutẽ. Tecũ ergo principiũ: uidebe
Esa. 26 ris cum patre in patre, ut pater tecũ principium in
1.Cor. 1 die uirtutis tuæ, illius uirtutis tuæ quã impius nõ
uidebit. Nã & hoc infirmũ tuũ fortius est hoibus.
Etenim in die uirtutis tuæ tecũ principiũ. De qua
uirtute dicis? Expone, qa & hic ut dictũ est, noiata
est uirtus eius cũ emittit uirga uirtutis eius ex Siõ,
ut dñetur in medio inimicorũ suorum. De qua uir-
tute dicis? In splendore sanctorũ.) In splendore, in
quit, sanctorũ. De ipsa uirtute dicit, qñ erunt in splẽ
dore sancti, non qñ adhuc terrenam carnem gestã
tes & in corpore mortali atq; corruptibili degẽtes
Sapi. 9. & gementes, quod aggrauat aiam, & deprimit terre
na inhabitatio sensum multa cogitantẽ: cum ipsæ
C cogitationes inuicẽ non uidentur, non hoc est in
splendore sanctorũ. Sed quid est in splẽdore sancto
rum? Donec ueniat dñs & illuminet abscondita te-
1.Cor. 4. nebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, &
tunc laus erit unicuiq; à deo. Hoc erit in splendore
sanctorũ, quia tũc iusti fulgebũt in regno sui patris
sicut sol. Audite.n. quid sit hoc, in splendore sancto
Matt. 13. rum, Veniet, inqt messis, ueniet finis seculi, mittet
pater familiãs angelos suos, & colliget de regno eiꝰ
oia scandala, & mittent eos in camino ignis arden
tis, Tũc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui.
In quo regno? uidete si uisio q̃dam seruatur, de qua
nobis dictũ est, tecũ principiũ. In quo regno? Vtiq;
Matt. 25. in uita æterna. Nã ad dexterã positis hoc dicturus
est, Venite benedicti patris mei, pcipite regnum qd
uobis paratũ est ab origine mundi. Deinde dãna-
tis impijs, segregatis iustis atq; laudatis, quid sequit
qđ dixerat, percipite regnum? Tunc ibunt impij in
combustionẽ æternam, iusti aũt in uitam æternã.
Quod dixerat regnũ, hoc dixit uitã æternam, quo
Ioan. 17. non ibunt impij. Videte si q̃dam uisio est uita æter
na. Hæc est aũt uita æterna, ut cognoscãt te solum

uerum deum, & quẽ misisti Iesum xp̃m, qa tecum D
principiũ in die uirtutis tuæ. Ergo tecũ principiũ
in die uirtutis tuę in splẽdoribus sanctorũ: sed hoc
differtur, hoc postea dabit. Quid nunc? Ex utero
ante luciferũ genui te.) Quid hic? Si deus filiũ hẽt,
numqd & uterũ? Sed sicut carnis corpora nõ hẽt,
quia nec sinum, dictũ est tñ, Qui est in sinu patris Ioan. 1.
enarrauit. Qui est aũt sinus, ipse est uterus, & sinus
& uterus pro secreto positus est. Quid est ex utero?
Ex secreto, ex occulto, de meipso, de substãtia mea,
hoc est, ex utero: qa gñationem eius qs enarrabit?
Accipiamus ergo patrem dicentem ad filiũ, Ex ute- Esa. 53.
ro ante luciferum genui te. Quid est ergo ante luci-
ferum? Lucifer pro syderibus positus est, tanquã à
parte totũ significante scriptura, & ex eminenti stel
la oia sydera. Sed ista sydera qũo facta sunt? Vt sint Gen. 1.
in signis, & in tpibus, & in diebus, & in annis. Si er-
go & in signis & in tpibus posita sunt sydera, & lu-
cifer noiatus est pro syderibus, qd est ante luciferũ,
hoc est ante sydera: & qd est ante sydera, hoc est an
te tpa. Si ergo ante tpa, ab æternitate, noli q̃rere qñ:
æternitas non habet qñ. Quando & aliqñ aduer-
bia sunt temporum. De patre non est natus in tpe, E
per quem facta sunt tempora. Dictũ est ergo ut di-
ci oportuit, figurate & prophetice, ut & uterus pro
secreta substantia, & lucifer pro tpibus poneretur.
An uultis ut ipsum Dauid respiciamus, q dñm suũ
dixit filium suum? Vt.n. hoc diceret, audiuit à dño
suo. Ab illo audiuit à quo falli non potuit, & dixit
iam dominum suum, quia dixit, inquit, dominus
dño meo, sede à dextris meis: & ipse loqtur, ipsius
quasi sermo cõtextus est. Si ergo ipse loquutur, for-
te ipse potuit dicere, Ex utero ante luciferum genui
te, ex utero uirginali, Ante luciferũ genui te ex ute-
ro. Si.n. illa uirgo ducens propaginem de carne Da
uid, ex illo utero natus est xp̃s, tanquam ex utero
genitus a Dauid, Ex utero quo masculus nõ acces-
sit, ex utero ꝓrsus ꝓprie: ex utero, qa solus ex solo
utero. Ergo ex utero, inqt ille, qui eum dñm suum
dixerat, ex utero ante luciferum genui te. Et hoc ip
sum ante luciferũ signate dictum & ꝓprie dictũ & Luc. 2.
sic impletũ. Noctu.n. natus est dñs ex utero uirgi-
nis Mariæ, indicant testimonia pastorũ, qui uigilias
exercebant super gregem suum. Ex utero ante luci F
ferum genui te. O tu dñe deus meus sedens ad de-
xteram dñi mei, unde & filius meus, nisi qa ex ute-
ro ante luciferũ genui te? Et ad quid natus es? Iu-
rauit dñs & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in
æternum scd'm ordinẽ Melchisedech.) Ad hoc.n.
natus ex utero ante luciferum, ut esses sacerdos in
æternum secundum ordinem Melchisedech. Si na- Ibid.
tum ex utero de uirgine intelligimus ante luciferũ
noctu, sicut Euãgelia contestanĩ, pculdubio inde
ex utero ante luciferũ, ut esset sacerdos in æternũ
scd'm ordinem Melchisedech. Nam scd'm id quod
natus est de patre deus apud deum, coæternus gi-
gnenti, non sacerdos: sed sacerdos pp carnẽ assum
ptam, pp uictimam, quam pro nobis offerret à no
bis acceptã. Iurauit ergo dñs. Quid est, iurauit dñs? Matth. 5.
Ergo dominus iurat, qui prohibet hominem a iu-
rando? An forte ideo magis hominem prohibet, à
iurando ne in piuria plabatur, & ideo deus magis
iurat, qa non potest esse periurus? Homo.n. q per
consuetudinẽ iurãdi pot lingua in periuriũ prola-
bi, bene prohibetur iurare. Tanto.n. longius erit à

G periurio,quanto erit longe à iurando. Qui.n.iurat
homo,falſum & uerum iurare poteſt: qui aūt nō iu
rat,falſum iurare non poteſt, quia omnino non iurat.
Cur ergo non iuret dñs, qñ dñi iuramentum pro-
miſsionis eſt firmamentū? Iurat omnino. Quid er-
go tu facis cum iuras? Teſtaris deum, Hoc eſt iura-
re,deū teſtari, & ideo moleſtum, ne ad aliquam fal
ſitatem teſtē adhibeas deum. Si ergo tu iurando te
ſtaris deum,cur ergo non & deus iurando teſtetur
ſeipſum? Viuo ego dicit dñs,iuratio dei eſt. Sic iura
Gene.22. uit de ſemine Abrahę, Viuo ego dicit dñs,qm̄ audi
ſti uocem meā, & non pepciſti filio tuo unico pp
me,niſi benedicens benedicam te,& implendo im
plebo ſemē tuū ſicut ſtellas cœli, & ſicut harenam
q eſt ad labium maris,& benedicent in ſemine tuo
Gala.3. oēs gentes Et ſemen Abrahæ qd eſt? xp̄s. Ille ſemē
Abrahæ accipiens carnē de ſemine Abrahæ, erit,ſa
cerdos in æternum ſcd'm ordinem Melchiſedech.
De ſacerdotio ergo ſcdm ordinem Melchiſedech,
iurauit dñs & non pœnitebit eum. Quid de ſacer-
dotio ſcdm ordinem Aaron? Nunqd pœnitet deū
ſicut hominem, aut nolens cadit in aliquid ut fa-
H ciat,aut imprudēs ꝓlabitur,ut poſtea eū de ſuo ꝓ-
lapſu pœniteat? Scit quid agat, ſcit quouſq qd pro
Hier. 18. grediatur, unde in aliud cōmutetur in poteſtate re
ctoris eſt. Sed pnia,mutatio rerū ſignificatur. Qūo
enim tu cum aliquid te pœnitet, doles factum qd
feciſti: ſic qñ aliquid deus præter ſpem hominum,
Pœnitere id eſt,præter q̄ ſperant homines mutat in aliud,pœ
domini. nitere ſe dicit,uſqueadeo ut & de pœna noſtra pœ-
niteat eum, ſi nos de uita noſtra mala pœnituerit.
Iurauit ergo dñs, Iurauit,firmauit,nō eum pœnite-
bit,nō mutabit. Quid? Tu es ſacerdos in æternum.
Ideo in æternū,qa non pœnitebit eū. Sed ſacerdos
ſcdm quid? Nūquid erunt iſtæ hoſtiæ uictimę ob-
latæ à patriarchis,aræ ſanguinis & tabernaculū,&
illa primi teſtamenti ueteris ſacra? Abſit. Iā illa ſub-
lata ſunt,euerſo iam templo, remoto illo ſacerdo-
tio,peunte uictima eorū & ſacrificio, Hæc nec Iu-
dæi habent,uident,piſſe iam ſacerdotium ſcdm or
dinem Aaron, & non agnoſcunt ſacerdotium ſecū
dum ordinē Melchiſedech. Tu es ſacerdos in æter-
num ſcdm ordinē Melchiſedech. Fidelib' loquor,
I Si qd non intelligunt catechumeni, auferant pigri
tiam,feſtinent ad notitiā. Non ergo opus eſt myſte
ria ꝓmere,ſcripturæ uobis intiment,quid eſt ſacer
dotium ſcdm ordinē Melchiſedech. Dñs à dextris
tuis.) Dñs dixerat, ſede à dextris meis, nunc dñs à
dextris ei',quaſi mutauerint ſedes. An forte ſic po-
tius,Iurauit dñs & non pœnitebit eum,tu es ſacer-
dos in æternum,ad Chriſtum dictum eſt, Tu es ſa-
cerdos in æternū? Iurauit dominus. Quis dñs? Qui
dixit dño meo, ſede à dextris meis: ipſe iurauit,tu
es ſacerdos in æternum ſecundum ordinē Melchi-
ſedech: & ad ipſum dñm q iurauit ſermo directus
eſt,dominus à dextris tuis. O tu dñe qui iuraſti &
dixiſti, Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordi
nem Melchiſedech, ipſe ſacerdos in æternum, dñs
eſt à dextris tuis,ipſe,inquam, ſacerdos in æternū,
de quo iuraſti,dñs eſt à dextris tuis,qa eidem dño
meo dixiſti,ſede à dextris meis, quoaduſq ponam
inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Iſte ergo
dñs qui eſt à dextris tuis, de quo iuraſti & cui iura
ſti dicens, Tu es ſacerdos in æternum ſcdm ordinē
Melchiſedech, Conquaſſauit in die irę ſuę reges.)

Ipſe utiq Chriſtus dñs à dextris tuis, cui iuraſti & K
non pœnitebit te. Quid agit ſacerdos in ęternum?
Quid agit, qui eſt ad dexterā dei & interpellat pro Roma.8.
nobis tanquam ſacerdos intrās in interiora uel in Hebr.9
ſancta ſanctoꝝ,in ſecreta cœlorum,ille ſolus nō ha
bens pctm̄,& ideo facile mundās à peccatis,ille er-
go à dextris tuis,conquaſſauit in die iræ ſuæ reges?
Quos reges q̄ris? Excidit tibi? Aſtiterunt reges ter-
ræ & principes conuenerūt in unū, aduerſus dñm
& aduerſus xp̄m eius? Hoc reges conquaſſauit glo-
ria ſua,& pōdere nominis ſui infirmos reddidit re-
ges,ut non poſſent efficere qd uolebant. Conati.n.
ſunt multū delere nomen xpianum de terra, & nō
potuerunt,qa qui offenderit in lapidem illū, con-
quaſſabitur. Offenderūt ergo in lapidem offenſio- Luc.20
nis,& ideo cōquaſſati ſunt reges,cum dnt. Quis eſt
xp̄s? Neſcio qs Iudæus,neſcio quis Galilæus,ſic oc-
ciſus eſt,ſic mortuus: Lapis eſt ante pedes tuos,qua
ſi uiliter & humiliter iacens, ideo contēnendo of-
fendis,offendendo cadis,cadēdo quaſſaris. Si ergo
tanta eſt ira occulti,qd erit iudiciū manifeſti? Au-
diſtis irā occulti,de qua Pſalmus inſcribit pro oc-
cultis filij: nonus Pſalmus,ſi bene memini,inſcribi L
tur pro occultis filij,& ibi oñditur iudiciū occultū
iræ occultę. Irato deo uiuūt, q in lapidē illū offen-
dunt,conquaſſantur. Et quò ualet q conquaſſant?
Audi & de iudicio futuro, Quia q offenderit in la- Luc.20
pidē illū,ait,conquaſſabit: ſup quē uero ceciderit
lapis ille,cōteret eū. Cum ergo offendit in eū quaſi
humilis iacet,& tūc conquaſſat: cum aūt conteret,
deſup ueniet. Videte queadmodū his binis uerbis
conquaſſabit & cōteret,offendit in eū, & ueniet ſu
per eū,diſtributa ſunt duo tpa humilitatis & clari-
tatis xp̄i,occultæ pœnę & iudicij futuri. Eū nō con
teret ueniens,quē non cōquaſſat iacens. Iacēs dico
tanquā contēptibilis apparēs. Nā ille à dextris dei
eſt,& ualide ex alto clamauit, Saule Saule qd me p Acto.9.
ſequeris? Sed tñ quāuis de cœlo non diceret,qd me
pſequeris,quē nemo tangebat, niſi ita in cœlo ad
dexterā patris ſederet, ut & in terra in nobis quaſi
iaceret. Dñs à dextris tuis, conquaſſabit in die iræ
ſuæ reges. Iudicabit in gētibus.) Sed nūc ꝓ occul
tis: erit.n.& iudiciū manifeſtum,iudicabit in genti
bus. Modo.n.fit, Perijt memoria eoꝝ cū ſtrepitu. In M
ipſo Pſalmo eſt ꝓ occultis, Perijt memoria eoꝝ cū Pſal.9.
ſonitu,& dñs in æternū pmanet, Parauit in iudicio
thronū ſedem ſuam, & ipſe iudicabit orbē terrarū
in æqtate. Ibi dictū eſt, Increpaſti gentes & pijt im-
pius,nomē eoꝝ deleſti in æternū: hoc occulte agit.
In die ergo iræ ſuę conquaſſabit reges,iudicabit in
gentibus. Qūo? Audi qd ſeqtur: Replebit ruinas.)
Modo ſic iudicat in gentibus ut repleat ruinas: nā
qñ in fine iudicauerit,ꝯdamnabit ruinas. Replebit
ruinas. Quas ruinas? Quiſqs à noie eius timuerit,
cadet: cū ceciderit euertetur qd erat, ut ædificetur
qd non erat. Iudicabit in gētibus, replebit ruinas.
Quiſquis contumax es in xp̄m, caſuram turrim in
altum erexiſti. Bonum eſt,ut teipſum deijciens hu-
milis reddaris;ſedentis ad dexterā patris pedib' ꝓ-
uoluaris,ut fiat in te ruina cōſtruenda. Nā ſi perma
nes in mala altitudine,tūc deijcieris qñ non ædifi
caberis. Etenim de talib' dicit in alio loco ſcriptu-
ra, Deſtrue eos & nō ædificabis eos. Proculdubio Pſal.27
nō diceret de qbuſdā, deſtrue eos & nō ædificabis
eos,niſi quoſdā ita deſtrueret ut ædificaret. Qd ſic
hoc

A hoc tempore, cum Xp̃s in gentibus ita iudicat, ut re pleat ruinas. Conquassabit capita super terrã multa.) Hic super terrã in hac uita conquassabit capita in terra multa, de superbis humiles facit. Et audeo dicere fratres mei, ut ille est capite quassato hic humiliter ambulare, q̃ capite erecto in iudiciũ æternæ mortis incidere. Multa capita conquassabit ruinas faciendo, sed replendo ædificauit. De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput.) Videamus & in uia bibente de torrente primo. Quis est torrens? Profluxio mortalitatis humanæ. Sicut.n. torrẽs pluuialibus aquis colligitur, redundat, perstrepit, currit, & currẽdo decurrit.i. cursum finit, sic est omnis iste cursus mortalitatis. Nascuntur homines, uiuũt, moriuntur, & alijs morientib' alij nascunt, rursusq; illis nascentib' alij moriuntur, & illis morientibus alij oriuntur, succedunt, accedunt, decedũt, nec manebunt. Quid hic tenetur? Quid nõ decurrit? Quid non quasi de pluuia collectum it in abyssum? Quo enim fluuius repente collectus de pluuia, de guttis imbrium, it in mare, nec apparet, qa nec apparebat

B antequã de pluuia colligeretur: sic hoc genus humanum de occultis colligitur & profluit in mortẽ. Rursum in occultum uergit, medium hoc sonat, & trãsit. De hoc torrente bibit ille, nõ est dedignatus bibere de hoc torrente. Bibere.n. de hoc torrente, illi erat nasci & mori. Hoc habet & torrens iste, natiuitatem & mortem. Suscepit hanc Xp̃s, natus est & mortuus est. Ita de torrẽte in uia bibit, exultauit.n.

Psal. 18. ut gigas ad currendã uiam. De torrente ergo in uia

Psal. 1. bibit, quia in uia peccatorum non stetit. Quia ergo de torrẽte in uia bibit, propterea exaltauit caput.i. qnia humiliatus est, & factus est subditus usque ad

Philip. 2. mortem, mortẽ autem crucis, propterea eum deus exaltauit à mortuis, & donauit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua cõfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.

In Psalmum centesimumdecimum Enarratio.

Enerunt dies ut cãtemus hallelu ia. Adesto

C u te animo fratres ad percipienda ea quę dñs suggerit ad exhortatione nostrã, & nutrien

Ephe. 5. dam charitatem, qua nobis inhęrere deo bonũ est. Adestote animo carores boni, filij laudis, & gloriæ sempiternæ ueri & incorrupti dei. Adestote intenti q nostis cantare & psallere in cordibus uestris, dño gratias semper agentes in omnibus, & laudate deũ, hoc est enim hallelu ia. Et hi quidem dies ueniunt transituri, transeuntq; uenturi, & significant diem q nõ uenit nec transit, qa nec hesterno præitur ut ueniat, nec crastino urgetur ut trãseat. Ad quem sanè nos cũ uenerimus inhærentes ei, nec nos transibi-

Psal. 83. mus. Et sicut quodã loco canitur deo, Beati q habitant in domo tua dñe, in secula seculoꝝ laudabunt te: hoc erit ociosoꝝ negotiũ, hoc opus uacantium, hæc actio quietorũ, hæc cura securoꝝ. Sicut.n. dies isti pteritis diebus quadragesimæ, qbus ante resurrectionẽ dominici corporis uitę huius significatur mœror, solẽniter grata hilaritate succedũt: sic dies ille qui post resurrectionẽ dabitur plenario corpori domini, hoc est, sanctę Ecclesiæ cũctis uitę huius erũnis atq; dolorib' exclusis, perpetua beatitudine

1. Cor. 5. succedet. Hæc aũt uita de nobis exigit continentiã,

ut etiam cũ labore & luctamine ingemiscentes grauati, & habitaculũ nr̃m, qd de cœlo est superindui cupientes, à secularib' delectationib' temperemus, D

& significatur q̃dragenario numero, quo & Moyses Exo. 34.
& Helias, & ipse dñs ieiunauerũt. Præcipitur.n. nobis & ex lege & ex prophetis, & ex ipso Euãgelio qd 3. Reg. 19. Matth. 4.
testimoniũ habet a lege & pphetis. Vnde etiam in Matt. 17.
monte & inter utranq; personã medius saluator effulsit, ut ab oibus mũdi illecebris, qbus captiui homines obliuiscunt deum, auiditatẽ nostram tanq̃ ieiunio tẽperantię refrenemus, quãdiu perfectio decalogi legis, tanquã psalterium decẽ chordarũ per quatuor eiusdẽ mũdi partes.i. toto orbe p̃dicatur, ut decem quater ducta quadragenarium numerũ signent. Quinquagenario uero numero post resurrectionẽ dñi quo cantamus halleluia, nõ cuiusdã temporis finis & trãsitus, sed beata illa significatur æternitas, qa denarius additus quadragenario, laborantib' in hac uita fidelib' merces illa psoluitur, quã & primis & nouissimis paterfamilias ppârauit Matt. 20.
æquale. Audiamus itaq; plenũ diuina laude pectus E
populi dei. Ecce psonat i hoc Psalmo quendã exultantem fœlici exultatione, p̃figurat & scaturientem corde in amore dei populũ scilicet corpus Xp̃i, ab omni malo liberatũ. Confitebor tibi, inquit, dñe in toto corde meo.) Non semper cõfessio peccatorũ est, sed & laus dei deuotione cõfessionis exprimitur. Illa luget, hæc gaudet. Illa medico uulnus ostendit, hæc de sanitate grãs agit. Hæc cõfessio quendã significat, non solũ ab omni malo liberatũ, sed etiã à malignis oibus separatum. Et ideo uideamus ubi cõfiteatur dño in toto corde. In cõsilio, inquit, rectorũ, & cõgregatione.) Credo qa sedebunt super duodecim thronos, iudicãtes xij. trib' Israel Nullus Matt. 19.
enim iã inter eos iniqu', null' Iudæ furta tolerant, nullus Simõ Magus baptizat, spiritũ uolẽs emere Act. 8.
dum cogitat uẽdere, null' Alexãder ærarius multa 2. Tim. 4.
mala ostẽdit, null' ouina pelle tectus falsa fraternitate surrepit: inter qles nunc necesse est Ecclesia gemat, & qles tunc oportet, cũ oẽs iusti cõgregabuntur, excludat. Hæc sunt Magna opera dñi, exquisita in oẽs uoluntates eius.) Per quas nullum confitentẽ deserit misericordia, nullius est iniquitas impunita, qñ flagellat etiam omnẽ filium quẽ recipit. F
Sed si iustus uix saluabitur, peccator & impius ubi Heb. 12.
parebunt? Eligat sibi homo quodlibet, Nõ sic cõsti 1. Petr. 4.
tuta sunt opera dñi, ut creatura i arbitrio libero cõstituta, creatoris superet uoluntatẽ, etiã si cõtra ei' faciat uoluntatẽ. Nõ uult deus ut pecces, nã prohibet: tamẽ si peccaueris, non putes hominem fecisse quod uoluit, & deo accidisse quod noluit. Sicut.n. Ezec. 18.
uult ut homo nõ peccet. ita uult peccãti parcere ut reuertat & uiuat, ita uult postremo i peccato perseuerantẽ punire, ut iustitiæ potentiam cõtumax nõ euadat. Ita quicquid elegeris, oipotenti non deerit unde suam de te cõpleat uoluntatẽ. Magna.n. opera dñi, exquisita in omnes uoluntates eius. Cõfessio & magnificẽtia opus ei'.) Quid magnificẽtius, q̃ iustificare impiũ? Sed opus fortasse hominis pue nit istã magnificentiã dei, ut cũ fuerit peccata cõfessus, iustificari mereat. Descẽdit.n. de tẽplo iustificatus Publicanus magis q̃ ille Pharisæus, qa nec oculos ad cœlũ audebat leuare, sed pcutiebat pectus suũ dicẽs, Deus pꝓpitius esto mihi peccatori. Hęc est Luc. 18.
magnificentia domini, iustificatio peccatoris, qm̃

G qui se humiliat,exaltabitur:& q se exaltat,humiliabitur.
Luc. 7. bitur.Hæc est.n.magnificentia domini,qm̃ cui plurimũ dimittitur,plurimũ diligit. Hæc magnificẽtia domini,qm̃ ubi abundauit peccatũ,superabundauit gratia, Sed fortasse ex operibus. Non inquit, ex
Rom 5.
Ephes.2. operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius n.sumus figmentũ,creati in Xpo in operib⁹ bonis. Iustitiam enim homo non operatur,nisi iustificatus:credens
Roma.4. autẽ in eum qui iustificat impium,à fide incipit,ut bona opera nõ pcedentia qđ meruit,sed cõsequentia qđ accepit ostendant. Vnde ergo illa confessio? Nondum quidẽ opus est iustitiæ, sed delicti improbatio. Sed quõ se habeat,nec i ipsa de te homo glo
1.Cor.1. rieris,ut qui gloriatur,in dño glorietur. Quid n.ha
1.Cor.4. bes quod nõ accepisti?Non ergo sola magnificẽtia qua iustificatur impius, sed & confessio & magnificentia opus eius. Quid ergo dicemus,quia cui uult
Rom 9. miseretur,& quẽ uult obdurat? Nunquid iniquitas apud deũ? Absit. Iustitia.n.eius manet in seculum seculi.) Tu autẽ homo de hoc seculo,quis es qui respondeas deo? Memoriam fecit mirabilium suoꝝ,
Psal.74. Hunc humilians & hunc exaltans,Memoriam fecit
H mirabilium suorũ, reseruans opportune inusitata prodigia,q̃ nõ infirmitas hominis nouitati intenta meminerit, cũ sint eius miracula quotidiana maio
Matt.21. ra Tot p uniuersam terrã arbores creat,& nemo miratur : arefecit uerbo unã, & stupefacta sunt corda mortaliũ,sed memoriam fecit mirabiliũ suoꝝ. Hoc enim miraculũ maxime attẽtis cordib⁹ inhærebit, quod assiduitas nõ uilefecerit. Quid aũt ꝓfuerunt miracula,nisi ut timeretur? Quid porrò ꝓdesset timor : nisi Misericors & miserator dñs escam daret timentibus se?) Escam q̃ non corrumpitur, panem
Ioan 6. qui de cœlo descendit, quem nullis meritis dedit.
Roma.5. Etenim Xps pro impijs mortuus est. Nemo ergo talem escaꝫ daret, nisi misericors & miserator dñs.
Ioan. 1. Quod si tantã dedit huic uitæ,si uerbum carnẽ factum peccator iustificãdus accepit, quid in futuro seculo glorificatus accipiet? Memor.n.erit in seculum testamenti sui.) Nec totũ dedit qui pignus de
† al. uirtutem. dit. Fortitudinem † operũ suoꝝ annunciabit populo suo.) Non cõtristentur Israelitę sancti,qui dimiserunt omnia sua & secuti sunt eũ,nõ contristen
Matt.19. tur dicentes, Quisnã poterit saluus fieri, qa facilius
I intrat camelus p foramen acus, q̃ diues in regnum cœloꝝ? Annunciauit enim eis fortitudinem operũ suoꝝ,qm̃ quę hominibus difficilia sunt,deo facilia sunt. Vt det illis hæreditatẽ gentium.) Itum est.n.
1.Tim.6. ad gentes, & pręceptum diuitibus huius seculi non superbe sapere,neq; sperare in incerto diuitiarũ, sed in deo uiuo, cui facile est quod hominib⁹ difficile est.Sic n.multi uocati sunt,sic occupata est hæreditas gentium, sic factũ est ut etiam plurimi,qui non dimiserunt omnia sua in hac uita, ut sequerent eũ, uitam etiam ipsam ꝓ nominis eius cõfessione contemnerent, & tanquã cameli humiliantes se ad portanda onera pressurarũ, intrarẽt etiam sicut p foramen acus per copungentes passionis angustias.Ipse fecit hęc,cui omnia possibilia sunt. Opera manuũ
1.Cor.6. eius ueritas & iudiciũ.) Teneatur ueritas ab ijs qui iudicant hic. Iudicantur hic martyres & ad iudiciũ perducuntur,qui non solum eos a quibus iudicati sunt,sed etiã angelos dijudicent, aduersus quos eis
Rom.8. erat colluctatio,etiã cũ ab hominib⁹ iudicari uiderent,quos nõ separaret à Xpo tribulatio,angustia,

fames,nuditas,gladius. Fidelia n.omnia mandata K
eius.) Nõ fallit,exhibet quod ꝓmisit: nõ tamẽ qđ promisit est hic expectandũ,non hic sperandũ. Sed Confirmata sunt in seculũ seculi, facta in ueritate & in iustitia.) Hoc est uerũ & iustũ,ut hic laboret, illic requiescat. Quia, Redemptionẽ misit populo suo.) Vnde autẽ redimunt, nisi à captiuitate peregrinationis huius?Non ergo requies,nisi in cœlesti patria requiratur. Dedit quidẽ deus Israelitis carnalibus terrenã Hierusalem,q̃ seruit cum filijs suis:sed hoc uetus testamentũ est, ad ueterẽ hominẽ pertinens. Qui autẽ ibi figuram intellexerunt, hæredes etiam tunc noui testamenti extiterunt, qm̃ quæ sur
sum est Hierusalẽ libera est,q̃ est mater nostra æter Gala.4.
na in cœlis:uetere autẽ illo re ipsa probatũ est transitoria promisisse: Mandauit,quippe in æternũ te
stamentũ suũ.) Sed quod nisi nouũ? Cuius hæres Exo.3.
quisquis esse uolueris,nolo te fallas,nec terram trahentẽ lac & mel carnaliter cogites, nõ amœna prædia,nõ hortos fructiferos & opacos, non tale aliqd mediteris adipisci, quale solet hic oculus auaritiæ
cõcupiscere.Cũ.n.sit radix omnium maloꝝ cupidi 1.Tim.6.
tas,perimenda est ut hic cõsumatur,nõ differenda
ut ibi satietur. Primo pœnas fuge, gehẽnas deuita, L
antequã desideres promittentẽ deum, caue minantem. Sanctum & terribile nomẽ eius.) Pro delitijs autẽ omnibus huius seculi quales uel expertus es, uel augere ac multiplicare cogitãdo potes,immortalium delitiarũ matrem cõcupisce sapientiam. Sed,
Initium sapientiæ,timor dñi.) Delectabit illa, & Prou.1.
ineffabiliter ꝓculdubio delectabit castis atq; æter- & 9.
nis ueritatis amplexib⁹, sed prius tibi donãda sunt Ecclesiasti.1.
debita,q̃ pręmia flagitanda. Initium ergo sapientię timor dñi. Bonus est intellectus.) Quis negat?Sed intelligere & nõ facere,periculosum est. Bonus ergo facientibus.) Nec extollat mentẽ in superbiam. Cuius.n.timor est initium sapientię. Laus eius manet in seculum seculi.)Et hoc erit pmium,hic finis, hæc statio sedesq; perpetua: illic.n.inueniuntur mãdata fidelia cõfirmata in seculũ seculi. Ipsa est hæreditas noui testamenti mãdata in æternũ. Vnã petij,
inquit,à dño,hanc requiram,ut inhabitem i domo Psal.26.
dñi per omnes dies uitę meæ. Beati.n.qui habitant Psal 83.
in domo tua dñe, in secula seculoꝝ laudabunt eũ, M
quoniam laus eius manet in seculum seculi.

In Psalmum centesimumundecimum

Enarratio.

Redo q̃ attendistis fratres huius titulũ Psal
c mi,memoriæq; mandastis. Conuersio,inquit,Aggei & Zachariæ,) Nondũ erant isti Prophetæ, cũ ista cantata sunt. Namq; inter tempus Dauid,& trãsmigratione populi Israel i Babyloniã, quatuordecim generationes numerant, sicut diui
na scriptura maximeq; Matthæus Euãgelista testat. Matth.1.
Euersi aũt populi † renouatio secũdũ sancti Hiere- Hier. 25.
mię ꝓphetiã,ex illa trãsmigratione post septuagin- & 29.
ta annos sperabat. Qui cu coplerent sub Dario rege † al. templi
Babylonis, ipleti sunt spiritu sancto hi duo Prophe
tæ Aggæus & Zacharias,& ambo post inuicẽ intra 1 Esdr. 1.
unũ annũ ꝓphetare cœperunt,qđ ad renouationẽ 1.Esdr.5.
templi,sicut tanto ante pdictum est,pertinere uide Agge.1.
batur.Sed quisquis corporaliter gestis oculũ cordis Zacha 1.
infigit,neq; inde in gratiam spiritalis intellectus extenditur, habitat cogitatione in lapidib⁹ tępli, qb⁹ uisibilis fabrica manib⁹ hominũ istructa cõsurgit,

A nec ipse lapis uiuus huius efficitur, tēplo illi accom
modatus atq; aptus, Quod in suo corpore primum
Ioan. 2. dñs figurauit cū ait, Soluite templum hoc, & in tri-
duo suscitabo illud. Est.n.corpus dñi plenius ipsa
sancta Ecclesia, cuius caput ascendit in cœlū, q est
maxime lapis uiuus, lapis angularis, de quo beatus
1. Pet. 2 Petrus Apls dicit, Ad quem accedentes lapidem ui
uum, ab hominibus reprobatum, à deo aūt electū
& honorificatū: & uos ergo tanq̃ lapides uiui ædi-
ficamini in domum spiritalem, in sacerdotium san
ctū, offerētes spiritales uictimas acceptas deo p Ie-
Esa. 28. sum xp̄m, quia continet scriptura, Ecce ponam in
Sion lapidem angularē electū preciosum, & q cre-
diderit in illum, non confundet. Ergo ut fiat quisq;
lapis uiuus ad talē fabricā idoneus, spiritaliter in-
1. Cor. 15. telligat tēpli renouationē ex ruina uetere q̃ in Adā
facta est, reparationē noui ppli scd'm nouū hoiem
atq; cœlestem, ut sicut portauimus imaginē terre-
ni, portemus & imaginē eius qui de cœlo est, quo
possimus post oēs seculi huius ętates tanq̃ post se-
ptuaginta annos, q mystico pfectionis numero prę
signantur, & tanq̃ post captiuitatē longinquæ pe-
B regrinationis non ruitura mole construi, sed æter-
na imortalitate solidari. Spiritalē qppe Hierusalem
non magis Hierusalē Iudæorū, q̃ nostrā esse depute-
Ephe. 2 tis: sicut.n dicit Apls, Iam non estis peregrini & in-
quilini, sed estis ciues sanctorū & domestici dei, su-
perædificati sup fundamentū Apostolorum & Pro
phetarū, ipso summo angulari lapide existente xp̄o
Iesu, in quo omnis ædificatio compacta crescit in
templum sanctum in dño: In quo & uos coædifica
mini i habitaculum dñi in spiritu, hoc est, tēplum
dei, ad quod ptinet sacrm̄ prophetationis Aggęi &
1. Cor. 3 Zachariæ: cū rursus idem Apls dicit, Templum.n.
dei sanctum est, quod estis uos. Quisquis igitur se
ad opus huius coædificationis, & ad spem sanctæ
firmæq; compaginis, tanq̃ lapidem uiuum ab hu-
ius mūdi ruinosa labe conuertit, intelligit titulum
Psalmi, itelligit cōuersionē Aggęi & Zachariæ. Cā
tet ergo q̃ sequuntur, non tam linguæ uoce q̃ uitæ.
Prouer. 1 Erit.n.ædificij pfectio, ineffabilis pax illa sapiētiæ,
Eccli. 1 cuius est initium timor dñi. Inde ergo incipiat quē
coædificat ista conuersio.

C Beatus, uir q timet dñm, in mandatis ei' uo-
b let nimis.) Viderit deus q solus & ueraciter
& misericorditer iudicat, quantū iste profi
ciat in mādatis ei', qm̄ tentatio est uita humana su
Iob 7. per terrā, sicut sanctus Iob dicit: & iterū scriptū est,
Sapien. 9 Qm̄ corpus quod corrūpitur aggrauat aīam, & de-
primit terrena inhabitatio sensum multa cogitan-
1. Cor. 4. tē. Qui aūt diiudicat nos, dñs est, nec ante tps iudi
care debemus, donec ueniat dñs & illuminet ab-
scondita tenebrarum, & manifestet cogitationes &
consilia cordium, & tūc laus erit unicuiq; à deo. Vi
derit ergo ille quantū quisq; proficiat in mandatis
eius, tñ uolet nimis q pacem illius coædificationis
adamauerit: nec iam desperare debet, qm̄ in māda-
Luc. 2. tis eius uolet nimis, & pax in terra hoibus bonę uo
luntatis: Vnde? Potēs in terra erit semen eius.) Se-
Galat. 6 men futuræ messis, opa esse misericordiæ Apls te-
stis est, q dicit, Bonū autem facientes nō deficiam',
2. Cor. 9. tpe enim proprio metemus: & iterū, hoc autem, in-
quit, qui parce seminat, parce & metet. Quid autem
Luc. 19 fratres potentius, q̃ ut regnum cœlorū, non solum
Mar. 12 Zacchę' emat dimidio rerū suarū, sed & uidua duo
bus minutis, & tātundē ibi uterq; possideat? Quid D
potentius q̃ ut idem regnum & thesauris diuiti, & Mat. 10
calice aquæ frigidæ pauperi ualeat? Sunt aūt q ista
faciūt dum terrena conquirūt, aut hic mercedē spe
rantes à dño, aut hominibus placere cupiētes. Sed
Generatio rectorū benedicetur.) Id est, opera eorū Psal. 72
quorū bonus deus Israel, qui recto sunt corde. Re-
ctum aūt cor est, nō resistere patri emēdanti, & cre
dere pollicenti, nō eorū quib' commouētur pedes,
& effundunt gressus atq; labūtur, sicut in alio Psal-
mo canitur, dum zelant in pctōribus pacē pecca-
torū uidentes, & putant perire opa sua, quia non eis
merces reddit peritura. At iste uir qui timet dñm, &
in templum sanctum dei conuersione recti cordis
aptatur, nec gloriam hoium quęrit, nec terrenas di
uitias cōcupiscit, & tñ Gloria & diuitiæ in domo
eius.) Domus.n.eius, cor eius est, ubi deo habitan-
te opulentius habitat cū spe uitæ ęternæ, q̃ hoibus
habitātibus in marmoratis laqueatisq; tectis cum
timore mortis æternæ. Huius.n.iustitia manet in
seculum seculi.) Ipsa eius gloria, ipsæ diuitiæ: illius
enim purpura & byssus, & epulæ splēdidæ, & cum E
pſto sunt transeūt, & cū ad finē uenerit, aquæ gut- Luc. 16.
tā & digito stillantē desiderans ardens lingua cla-
mabit, Exortū est in tenebris lumē rectis corde.)
Merito dirigunt cor in deū suum, merito ambulāt
recti cū deo suo, pponentes eius uoluntatē sibi, ne-
que de sua quicquā supbe psumentes. Meminerunt
enim fuisse se aliqñ tenebras, nūc aūt lucē in dño. Ephe. 5
Misericors & miserator, & iustus dñs deus.) Dele-
ctat q misericors & miserator, sed terret fortasse qd
iustus dñs deus. Nulla desperatione formides bea-
te uir qui times dñm, & in mandatis eius uoles ni-
mis: esto suauis, miserere & commoda. Ita.n.iustus
est dñs deus, ut iudiciū illi sine misericordia faciat Iaco. 2.
qui non fecit misericordiam. Suauis autem uir q
miseretur & commodat.) Non enim eum euomet
deus ex ore suo tanq̃ insuauē. Dimittite, inqt, & di- Luc. 6
mittetur uobis: date & dabitur uobis. In eo quod
dimittis ut dimittat tibi, misereris: in eo qd das ut
detur tibi, cōmodas. Quāuis.n gñali noie ois mise
ricordia dicatur qua misero subuenitur, interest tñ
ubi nō impendis, nec sumptum pecuniæ, nec cor-
poralis laboris industriam, sed ignoscēdo qd in te F
quisq; peccauit, & tuorū gratis cōparas ueniam pec-
catorū. Hæc duo benignitatis officia ignoscendorū
peccatorū, & beneficiorū erogandorū, sicut in Euan
gelio qd cōmemorauimus, Dimitte, & dimittetur
uobis, date, & dabit uobis: sic i isto uersu arbitror
esse distincta, Suauis uir q miseretur & commodat.
Nec pigri simus ad hæc fiēs. gloriā q̄rit qui deside-
rat uindicari se. Sed attēde quod scriptum est, Me- Prouē. 16
lior est q uincit iram, q̃ qui capit ciuitatē. Diuitias
quærit q non uult dare pauperibus. Attende quod
scriptū est, Habebis thesaurum in cœlo. Non ergo Mat. 19
eris inglorius in ignoscendo, quia de ira uicta lau-
dabilius triūphatur: nō egen' tribuēdo, qa thesau
rus cœlestis certius possidetur. Hūc uersum partu-
riebat ille superior, gloria & diuitiæ in domo eius.
Qui hæc itaq; facit, Disposuit sermones suos in iu-
dicio.) Facta ipsa sermones sunt, qb' in iudicio de-
fendet, qd ei nō erit sine misericordia, qa & ipse fe-
cit misericordiā. Qm̄ in ęternū nō cōmouebitur.
In memoria æterna erit iustus.) In memoria ęterna
erit iustus, qa ad dexterā segregatus audiet, Venite

G benedicti pr̄is mei, percipite regnū quod uobis paratum est ab origine mūdi. Neq; .n. aliqua illic eorum, nisi opera misericordię commemorantur: audient ergo, Venite benedicti pr̄is mei, quia generatio rectorū benedicet. Sic in memoria ęterna erit iust⁹.

Et ab auditu malo nō timebit) Quod dicit, au-
Ibidem. dient ij q à sinistris erūt, Ite in ignē æternū, qui pręparatus est diabolo & angelis eius. Itaq; qui hic nō sua quærit, sed quę Iesu xp̄i: labores patiētissime tolerat, promissa si lenter expectat. Paratum est cor eius sperare in dn̄o.) Neq; ullis tentationibus frangitur. Confirmatū est cor eius, non commouebitur, donec uideat sup inimicos suos.) Inimici eius hic uidere bona uoluerūt, & cū eis inuisibilia pro
Psal. 4 mitterentur, dicebāt, Quis ostēdit nobis bona? Cōfirmetur ergo cor nostrū, nec cōmoueamur donec uideamus sup inimicos nostros. Illi .n. uolūt uidere bona hoium in terra morientium, nos credim⁹
Psal. 26 uidere bona dn̄i in terra uiuentium. Sed magnum est confirmatū habere cor & nō cōmoueri, cū illi gaudent q amāt quod uident, & insultāt ei q quod nō uidet sperat. Et nō cōmouebitur donec uideat,
H & ipse non deorsum quod inimici eius, sed sursum
1.Cor. 2 sup inimicos suos, qđ oculus nō uidit, nec auris au
Esa. 64 diuit, nec in cor hois ascēdit, q præparauit deus diligentibus eū. Quāti ualet hoc quod non uidetur & emitur? Tanti quantum quisq; habere potuerit. Propter hoc & ille, Sparsit, dedit pauperib⁹.) Non uidebat & emebat, sed ille thesaurū seruabat in cœlo, q esurire & sitire in pauperib⁹ dignabatur in terra. Non mirū est igitur si Iustitia eius manet in seculū seculi.) Custode illo q condidit secula. Cornu eius exaltabit in gloria. Cuius humilitas à superbis contēnebatur. Peccator uidebit & irascetur.) Sera illa s. atq; infructuosa pn̄ia. Nam irascetur, cui
Sap. 5 magis q̄ sibi, cum dicet, Quid nobis profuit superbia, & diuitiarū iactantia qd contulit nobis, uidēs cornu eius exaltari in gloria, q sparsit & dedit pauperib⁹? Dentibus suis frendet & tabescet.) Quia illic erit ploratus & stridor dentium. Non .n. frendet & uirescet, sicut fieret si opportuno eum tpe pœniteret, sed tunc pœnitebit, cum Desideriū peccato-
Mat. 8. rum peribit.) Nullo succedente solatio, Peribit desiderium pc̄torum, cum transient oia tanq̄ umbra,
I cum fœno arescēte flos decidet: Verbū aūt dn̄i qđ manet in ęternum, sicut falsorum beatorum uanitate derisum est, sic eorundē uerorum miserorum
Esa. 4 perditioni superridebit.

In Psalmum centesimumduodecimum Enarratio.

Mat. 19 Ostis fratres & sæpisime audistis in Euan
& 18. N gelio dn̄m dicere, Sinite pueros uenire ad me, talium est .n. regnum cœlorum: & ite-
Mat. 10. rum, Si quis non receperit regnū dei sicut puer, nō intrabit in illud: & multis alijs locis dn̄s deus noster, p singulare humilitatis exemplum, superbiā, ueteris hois ad innouandā humiliter uitā similitudine puerilis ætatis accusat. Quapp charissimi cū cātari auditis in Psalmis, Laudate pueri dn̄m: ne arbitremini ad uos istā exhortatione non pertinere, qa iam corporis pueritiā supergressi, uel iuuenili decore uirescitis, uel senili honore canescitis: oibus .n. uobis dicit Ap̄s, Nolite effici pueri sensib⁹, sed ma-
1.Cor. 14 litia paruuli estote, ut mentibus perfecti sitis. Qua malitia maxime, nisi superbia? Ipsa .n. de uana granditate præsumens nō sinit hoiem ambulare per ar- K
tam uiam, & intrare p angustam portā. Pueri autē Mat. 7
facile intrant p angustam portā: & ideo nemo nisi ut puer intrat in regnum cœlorum. Quid aūt superbiæ malitia deterius, q̄ præpositum nō uult habere nec deum? nam scriptum est, Initium superbiæ hois, apo Eccle. s.
statare à deo. Hanc se aduersus pcepta diuina tumi ...10.
dis ceruicibus erigentē, & suaui iugo dn̄i resistentē deiicere, frangite, comminuite, atque consumite, &
Laudate pueri dn̄m. laudate nomen dn̄i.) Illa .n. prostrata & extincta, Ex ore infantium & lactentiū Psal. 8.
perficitur laus: illa oppressa atq; deleta, Qui gloria- 1.Cor. 1.
tur in dn̄o glorietur. Non cantant ista q se magnos putant, non cantant ista qui cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerūt, aut gratias egerūt, Rom. 1
sed se laudant illi, non deum Non enim pueri sunt, sed superbi. Nomen suum potius prædicari uolūt, & non laudant nomen dn̄i. Itaq; euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, & dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Voluerūt latissime nomē suū & altissime diffamari, cito ipsi in angustias transituri. Deū decet laus, dn̄m nostrum decet honor & semper & ubiq; præ- L
dicari. Semper ergo prædicetur. Sit nomen dn̄i benedictum, ex hoc nūc & usq; in seculum.) Vbiq; prædicetur. A solis ortu usq; ad occasum, laudate nomen dn̄i.) Quærat ex me aliquis puerorum sanctorum laudantiū nomen dn̄i, & dicat mihi, Ecce usq; in seculum accipio usq; in æternū: Cur aūt ex hoc, & non ante hoc, & ante oia secula sit nomē dn̄i benedictum? Respōdebo paruulo qui non contumaciter quærit, Vobis dicitur pueri dominici, uobis dicitur, Laudate nomen dn̄i, sit nomen dn̄i benedictum: sit à uobis nomen dn̄i benedictum, ex hoc utiq; ex quo uobis dicitur. Incipitis enim laudare, sed sine fine laudate. Ex hoc ergo & usq; ī seculum sine fine laudate. Ne dicat is, nūc incipimus quidē laudare dn̄m, qnia pueri sumus, sed cū creuerimus magniq; fuerimus, nosipsos laudabim⁹. Nō sic pueri non sic: ppea dicit dn̄s per Esaiā, Ego sum, & usq; Esa. 46.
dum senescatis ego sum. Ille semp laudandus est q est, Quid est, laudate pueri dn̄m ex hoc, laudare senes & usq; in seculum? Quia senectus nr̄a albescet quidem canis sapientiæ, sed non carnis uetustate marcescet, aut qm hoc loco humilitatem potius in- M
detur significare pueritia, cui contraria est uana & falsa superbiæ magnitudo: & ideo dn̄m non nisi pueri laudant, quia supbi eum laudare non norūt. Sit senectus ur̄a puerilis, & sit pueritia senilis .i. ut nec sapientia uestra sit cū superbia, nec humilitas sine sapientia, ut laudetis dn̄m ex hoc & usq; in seculum. Quacunq; autem in paruulis sanctis Ecclesia Christi diffunditur. Laudate nomen dn̄i: hoc est .n. A solis ortu usq; ad occasum, laudate nomen dn̄i.

Excelsus super omnes gentes dn̄s.) Gentes homines sunt. Quid mirum si sup homines excelsus est dn̄s? Illi super se excelsos quos colunt oculis uidēt in cœlo fulgere solem, & lunam, & stellas, cui creaturæ seruiunt, deserentes creatorem dominum. Et non solum excelsus super omnes gentes dominus, uerumetiam Super cœlos gloria eius.) Cœli supra se suscipiunt eū, & humiles eum secum habēt constituti carne infra cœlū, q pro illo non colūt cœlū.

Quis enim sicut dn̄s deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit?) Quisquā putaret quòd in altis

A altis cœlis habitet, unde humilia terrena respiciat? sed humilia respicit In cœlo & in terra) In quib⁹ ergo altis habitat unde humilia respiciat in cęlo & ĩ terra? An in qbus altis habitat etiã ipsa humilia respicit? Sic.n.exaltat humiles,ut nõ faciat superbos. Itaq; & in altis habitat quos exaltat,facitq; sibi eos cœlũ,hoc est sedẽ suam,& eos tamẽ nõ supbos,sed semp subditos:intuendo etiã in ipso cœlo humilia respicit,in qbus excelsis habitat: spiritus.n.p Esaiã ita loquitur,Hæc dicit altissimus ĩ excelsis habitãs, in æternũ nomen eius dñs altissimus, in sanctis requiem habens.Exposuit qd dixerit in excelsis habitans. Hoc.n.plenius elocutus,in sanctis,inquit,requiem habens. Sed q sunt sancti,nisi humiles q pueri laudant dñm?Itaq; adiungit,& pusillanimis dans magnanimitatẽ, & dans uitã qui in humilitate cordis sunt.In quib⁹ sanctis requiem habet,his pusillanimis dat magnanimitatẽ. Dans utiq; magnanimitatẽ excelsos facit,in qbus requiem habens tn excelsis habitat. Sed qa pusillanimis dat magnanimitatẽ,eadẽ excelsa ĩ qbus habitat,humilia respicit. Sed humilia,inquit,respicit in cœlo & ĩ terra. Excitat ut B nos etiam qrere, utrum eadẽ in cœlo & q in terra, an alia in cœlo alia in terra humilia respiciat dominus deus noster? Si.n.eadem, uideo quemadmodũ hoc intelligam secundũ Aplm dicentẽ,In carne.n. ambulãtes,nõ secundũ carnẽ militamus. Arma.n. militiæ nostræ non carnalia,sed potentia deo. Vnde ergo potẽtia nisi quia spiritalia? Cum itaq; Apls, & in carne ambulet,& spiritaliter militet,non mirũ si humilitas eius & in cœlo respicitur,ppter spiritus libertatẽ,& in terra propter corporis seruitutẽ: idẽ quippe alio loco dicit, Nostra.n. conuersatio in cœlis est:ipse item dicit,Optimum sibi esse dissolui,& esse cum Xpo,manere autem in carne necessarium, inquit, propter uos Proinde quisquis intelligit, & conuersationẽ Apostoli quę est in cœlis,& in carne mansionẽ in terris, simul oportet intelligat dominum deum nostrũ in excelsis sanctis habitantem, quemadmodũ tamen eosdem sanctos humiles sibi & in cœlo respiciat,qm quæ sursum sunt sapiunt, q spe resurrexerunt cũ Xpo & in terra,qm nondũ soluti sunt carnis uinculo, ut ex tota uita sua possint C esse cum Xpo. Si uero alia dñs deus noster humilia respicit in cœlo,& alia in terra, credo q in cęlo iam respicit quos uocauit,& habitat in eis:in terra autẽ respicit quos uocat ut habitet in eis. Istos.n. possidet cœlestia cogitãtes,illos excitat terrena somniãtes. Sed quia difficile obtinemus, ut possint & ipsi iam humiles dici,qui nondum suaui iugo dñi pia colla iunxerunt, quãdoquidẽ humilia isto loco ut sanctam Ecclesiam intelligamus, per totum textũ Psalmi diuinæ admonent literæ: Est & alius intellectus,quẽ mecum charitas uestra cõsyderet. Cœlos nũc significari arbitror eos, q sedebunt super duodecim thronos,& cũ dño iudicabunt:terræ aũt nomine cæterã multitudinẽ benedictorũ, qui constituuntur ad dexterã, ut per opera misericordiæ collaudati recipiant ab eis ĩ tabernacula æterna,quos amicos sibi de mãmona iniquitatis in huius uitæ mortalitate fecerũt:eis quippe dicit Apls,Si nos uobis spiritalia seminauimus,magnũ est si uestra carnalia metamus? Quod etiã his uerbis dici potest,Si nos uobis cęlestia seminauimus,magnũ est si terrena uestra metamus? In cęlo ergo respicit cęlestia seminãtes,in terra aũt terrena reddẽtes,tñ humiles & D hos & illos.Humilia.n.respicit in cœlo & ĩ terra,qa meminerũt utriq; quid fuerint p suã malitiam,quid facti sunt per dñi gratiam: neq;.n.illis tantũmodo dicit uas electionis, Fuistis.n.aliquando tenebræ, nunc autem lux in dño:& iterum,Gratia salui facti estis per fidẽ,& hoc non ex uobis,sed dei donũ est: nõ ex operib⁹,ne forte quis extollatur: sed etiam se ipsum adiungit cõsequenter,dicens,Illius.n.sumus figmentũ,creati in operib⁹ bonis. Dicit etiam seorsum de se & ipsis qui respiciunt in cœlo, Fuimus.n. inquit,& nos naturaliter filij iræ, sicut & cæteri: & iterũ, Fuimus.n.& nos inquit,stulti aliqñ & increduli,errantes,seruientes desyderijs & uoluptatibus uarijs,in malitia & inuidia agentes,abominabiles, inuicẽ odio habẽtes,Cũ autẽ benignitas & humanitas illuxit saluatoris dñi nostri, nõ ex operib⁹ iustitiæ q fecimus nos,sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit p lauacrũ regenerationis.Ecce humilia q respiciunt in cœlo, Spiritales.n.sunt, & omnia iudicant,sed tñ humiles, ne deiecti iudicent. Quid de seipso singulariter? Nonne talia sunt q cõmemorat, Qui nõ sum,inquit,idoneus uocari Apls,quia persecutus sum Ecclesiam dei, sed miseri cordiã cõsecutus sum,qa ignorans feci in incredulitate? Deniq; post istos uersus,qbus ait in Psalmo spiritus, Quis sicut dñs deus noster q in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & ĩ terra: uolens docere nos qre in cœlo humilia cũ iam spiritales magni,& iudiciarijs sedib⁹ digni,tali significent eloquio:subiecit statim, Qui erigit à terra inopẽ,& de stercore exaltat pauperẽ: Vt collocet eum cũ principibus populi sui.) Nõ itaq; dedignentur esse humilia capita excelsorũ sub dextera domini. Quãtis.n. collocetur fidelis dominicæ pecuniæ dispẽsator cũ principib⁹ populi dei,quãuis sessurus sit in duodecim sedib⁹, & angelos quoq; iudicaturus, à terra tamen inops erigitur,& de stercore pauper exaltat. An forte non est exaltatus de stercore q seruiebat desyderijs & uoluptatib⁹ uarijs? Sed forte cum ista iam diceret,nõ erat inops, nõ erat pauper. Quid ergo adhuc ingemiscit grauat, habitaculũ quod de cœlo est super indui cupiẽs? Cur ne forte se extollat colaphizat,& subditur angelo satanæ stimulo carnis suæ? Alt⁹ est qdẽ habitãte in se dño,& habens eum spiritũ q scrutat omnia, etiam altitudinẽ dei. Itaq; in cęlo est,sed & in cœlo dñs humilia respicit. Quid ergo fratres? Si iam audiuimus humilia q in cœlo sunt, exaltata & de stercore ut populi collocarent cũ principib⁹, nihil ne cõsequenter audiuimus de humilib⁹, q in terra respicit dñs? Pauciores n sunt illi amici iudicaturi cũ dño,plures autẽ illi quos recipiunt in tabernacula æterna Quãuis.n.tota frumẽti massa in cõparatione seiunctę paleæ paucos habere uideat, per se tamẽ cõsyderata copiosa est. Multi.n. filij desertæ, magis q eius q habet uirũ. Multi filij eius quæ per grãm in senectute concepit,q eius q ab ineunte ætate legis uinculo maritata est. Et ego quidẽ dico in senectute cõcepit,intuens Saram matrẽ nostram in uno Isaac,quę per omnes gentes mater fidelium uocatur. Quę autem persona est apud Esaiam uide te,quasi omnino nõ matris, nec eius q peperit aliquem:& tamẽ qd ei dicitur? Dicent,inquit,in aures tuas filij tui quos amiseras, ãgustia nobis est ĩ loco isto,fac ite itaq; nob & nũc locũ ĩ quo cõmoremur:

Esa 57.
1.Cor.10.
Philip 3. & 1.
Col.3.
Matt.19.
Luc.16.
1.Cor.9.
Ephe.5. & 2.
1.Cor.4.
Ad Tit.3.
1.Cor.2.
1.Cor.15.
Matt.25.
Matt.19.
1.Cor.6.
F
2.Cor.6.
2.Cor.2.
1.Cor.2.
Luc.16.
Esa 54.
Galat.4.
Gen.21.
Esa.49.

G Tu uero dices in corde tuo, Quis gĩnauit mihi istos, cũ sciam me esse sine filijs & uidua? Quis ergo istos educauit mihi? Ego.n. derelicta fui sola, hi aũt mihi ubi erant? Ex ea ergo parte ista dicit Ecclesia, q̃ uidet nihil parere in istis turbis, q̃ nondũ dimiserũt omnia sua ut sequerentur dñm, & sederent sup duo decim thronos. Sed q̃ multi in eadẽ turba facientes

Matt.19. sibi amicos de mãmona iniquitatis, p opera miseri

Luc.16. cordiæ ad dexteram stabunt? Non solum ergo erigit de stercore quẽ collocet cũ principibus populi sui, sed etiam Habitare facit sterilem in domo, matrem filiorũ lætantẽ.) Qui in altis habitat, & humi-

Gene.15. lia respicit in cœlo & in terra, semẽ Abraham sicut stellas cœli sanctitate sublimi in supernis sedibus collocat, & sicut harenam in ora maris misericordiã, atq; innumeram multitudinem a sinistris fluctibus atq; amaritudine impia segregat.

In Psalmum centesimum decimumtertium Enarratio.

Concio prima de prima parte Psalmi.

Egimus quidẽ notissimumq; retinemus di

H I lectissimi fratres, quod narrat in libro Exo

Exo.14. di, populum Israel liberatũ ab iniqua dña-

Iosue.3. tione Aegyptiorũ inter diuisos fluctus maris trãsisse per siccum: Iordanẽ quoq; fluuium cũ per eum in terrã pmissionis intrarent tactũ pedibus sacerdotũ arcam dñi portantium stetisse desuper infrenato lapsu, ab inferiore autẽ parte defluxisse quò currebat in mare, donec in sicco stantib' sacerdotibus trãsiret populus uniuersus. Nouimus hæc, nec in arbitrari nos oportet s hoc Psalmo, cui nũc Halleluia pnunciato cantãdoq; respondimus, id agere spiritũ sanctũ, ut pterita illa gesta recolentes, nequaquã futura talia cogitemus. Illa.n. sicut dicit Apostolus, in

1.Cor.10. figura contingebant illis: scripta sunt aũt propter nos ad correctionem nostrã, in quos finis seculorũ obuenit. Cum igitur audiuimus in Psalmo, In exi

Exo.13.14 tu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo bar-

Iosue.3. baro: Facta est Iudea sanctificatio ei', Israel potestas eius: Mare uidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum.) Ne arbitremini nobis narrari pterita, sed potius futura pdici: quia illa quoq; miracula cũ in

I illo populo fierent psentia quidẽ, sed non sine futurorũ significatione gerebantur. Ideoq; ut ostenderet qui psallendo ista pdicebat, eadem se uerbis agere q̃ illic factis agebantur, uno eodemq; spiritu operãte, & illa facta, & hæc dicta sunt, ut id quod in fine seculorũ manifestandũ reseruabatur, figuris rerum atq; uerborum pcurrentibus nunciaretur: nõ omnino ea dixit quę ibi gesta sunt, sed aliter q̃dam q̃ illic lecta didicimus, ne uere putaretur transacta recolere, potius q̃ uentura pdicere. Primo enim Iordanem ipsum nõ reuersum esse retrorsum, sed stetisse legimus ab ea parte qua aquę desuper influebant, cum populus ille trãsiret: deinde gestientes montes colles q; nõ legimus, q̃ hic addidit ut etiam oia ista repeteret: nam cũ dixisset, Mare uidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum: contexuit, Montes gestierunt uelut arietes, & colles uelut agni ouium.) Eademq; rursus interrogat, Quid est tibi mare q fugisti, & tu Iordanis qa cõuersus es retrorsum? Montes quare gestistis uelut arietes, & colles uelut agni ouiũ?) Attẽdamus ergo qd admoneamur, qa & illa facta figuræ nrę fuerunt, & hęc dicta ut nosipsos cognoscamus hortant. Si enim gratiã dei quæ data est nobis firmo corde retinemus, nos sumus Israel

K semen Abrahæ: nobis dicit Apostolus, Ergo semen

Galat.3. Abrahæ estis: qa sicut alio loco dicit, Nõ in circũci-

Roma 4. sione, sed i pputio deputata est Abrahę fides ad iu-

Gene.17. stitiam, & signũ accepit circũcisionis, signaculũ iu-

Gene 12. stitiæ fidei q est in prepũtio, ut deputetur & illis ad iustitiam, ut sit pater circũcisionis his qui non solũ ex circũcisione sunt, sed & his qui sequunt uestigia fidei, q̃ est in pputio patris nostri Abrahæ. Nõ enim carnaliter circũcisæ genti tantũmodo factus est pater, cui dictũ est, Patrem multarũ gentium posui te. Multarum autẽ, non quarundã, sed omnium: quod aperte dicitur, cum ei dicitur, Et benedicentur in te

Gene.12. omnes gentes. Nullus itaq; Christianorũ se a nomine Israel arbitretur extraneum. Illis.n. qui crediderunt ex Iudæis, in quorũ numero principaliter Apostolos inuenimus, i angulari lapide copulant: hinc

Ephe.2. ait dñs in alio loco, Habeo alias oues q non sunt ex

Ioan.10. hoc ouili, oportet me & illas adducere, ut sit unus grex & unus pastor. Populus ergo Xpianus magis Israel, & ipse potius domus Iacob. Idẽ quippe Israel

L qui Iacob. Illa uero turba Iudæorum q̃ merito perfidię reprobata est, uoluptate carnali uẽdidit primo

Gene.25. genita sua, ut nõ ad Iacob sed ad Esau potius ptineret. Scitis nanq; in hoc mysterio dictum esse, quia maior seruiet minori. Aegyptus aũt q̃m interpretat afflictio uel affligens, uel comprimens, sæpe in imagine ponitur huius seculi, a quo spiritaliter recedendum est, ne simus iugũ ducentes cũ infidelibus. Sic

2.Cor.6. enim quisq; Hierusalem cęlestis fit ciuis idoneus, cũ primũ huic seculo renunciauerit, quemadmodum ille populus in terrã promissionis duci non potuit, nisi prius ab Aegypto recederet. Sed sicut ille nõ inde discessit, nisi diuino liberatus auxilio: sic nemo corde ab hoc seculo auertit, nisi diuinæ misericordiæ munere adiutus. Quod.n. illic semel pfiguratũ

1.Ioan.5. est, hoc in isto fine seculi, i hac, sicut beatus Ioãnes Apls scribit, hora nouissima quotidianis Ecclesiæ fœtib' in unoquoq; credẽte cõpletur: audite Aplm

1.Cor.10. doctorẽ gentium docentẽ & exhortantẽ, Nolo.n. uos, inquit, ignorare fratres, quia oẽs patres nostri sub nube fuerunt, & omnes p mare transierunt, &

M omnes in Moyse baptizati sunt in nube & i mari, & omnes eundem cibũ spiritalem mãducauerunt, & omnes eundem potũ spiritalem biberunt: Bibebãt

Ibidem. autẽ de spiritali, cõsequente eos petra, petra autem erat Xps. Sed non in omnibus illis bene complacuit deo. Prostrati.n. sunt in deserto. Hęc aũt figuræ nostrę factę sunt. Quid uultis amplius fratres dilectissimi? Certe manifestũ est non humana suspitione, sed Apostolico.i. diuino & dñico magisterio: Deus enim loquebat in eis, & q̃uis de carneis nubib', tamen dñs intonabat: certe ergo tanto testimonio manifestũ est illa oia figurate gesta, nunc in nostra salute cõpleri, qa tunc futura pnunciabantur, nunc preterita leguntur, & psentia cognoscuntur. Audite quidẽ quod est mirabilius, librorũ ueterũ sacramẽta occultata atq; uelata, nõnulla ex parte a libris ueteribus reuelari: nã Micheas Propheta ita loquitur,

Mich.7. Secundũ dies, inquit, profectionis eorũ ex Aegypto, ostendã mirabilia illis: Videbũt nationes & cõfundentur ab omni uigore eorum: Manib' ora sua obstruent, aures illis exurdabunt, delingẽtes terrã, uelut serpẽtes trahentes terram: Conturbabuntur de cõclusionibus eorũ, in dño deo nro excedent mẽte,

A & terrebunt à te: Quis deo tuo similis auferens ini
quitatem, & transgrediens impietatē residuis hære
ditatis tuæ? Et nō continuit in testimoniū irā suā,
qm̄ uoluntarius & misericors est: Ipse conuertet &
miserebit nostri: Demerget delicta nr̄a, demerget
in maris ꝓfundum oēs culpas nostras. Nēpe aduer
titis frēs, manifestius hic aperiri sacrosancta myste
ria. In hoc ergo Psalmo quanuis futura intueat mi-
rabilis Prophetiæ spūs, tn̄ uidetur uelut transacta
narrare, Facta est, inqt, Iudæa sanctificatio eius: ma
re uidit & fugit. Et facta est, & uidit & fugit, p̄teriti
tp̄is uerba sunt: Et conuersus est Iordanis, & gestie-
runt montes, & cōmota est terra, eodem modo præ
teritum sonant, sine p̄iudicio tn̄ intelligendi futu-
ta. Alioquin contra euangelicū testimonium cogi
mur ēt illa non de futuro p̄nunciata, sed de p̄terito
Psal. 21. commemorata intelligere, Diuiserunt sibi uestimē
Matt. 27. ta mea, & sup uestimentum meum miserunt sortē.
Quę quanuis uerbis præteriti tp̄is dicta sint, id tn̄
prænunciabant quod tanto post futurū in passio-
ne dn̄i compleretur. Sed tn̄ dilectissimi, Propheta
1. Cor. 10. iste quem cōmemoraui, etiam grossa & crassa cor
B da limauit, & ad intelligēda de præteritis rebus ge-
stis futura incunctanter extendit, ut non solū apo
stolica authoritate figuras nr̄as illas fuisse creda-
mus, sed nec ab ipsis Prophetis hoc prætermissum
Mich. 7 est, ut ēt eoꝝ eloquio pāderetur. Videntes atq; gau
dētes, certi ac securi de thesauro dei, & noua & ue-
tera cōcorditer sibimet cohærentia ꝓferamus. Cū
enim tanto post egressum pp̄li illius ex Aegypto, &
tāto ante ista Ecclesiæ tp̄a hęc q̄ commemoraui ce
cinerit, tn̄ se futura p̄dicere sine ulla dubitatiōe te-
statur. Scd̄m dies, inqt, ꝓfectionis eoꝝ ex Aegypto,
ostendā mirabilia illis. Videbūt nationes, & cōfun
dentur: hoc est qd̄ hic dictū est, Mare uidit & fugit.
Si.n. hic per uerba p̄teriti tp̄is, sicut est, uidit & fu-
git, occulta futura p̄dicantur, uidebūt certe & con
fundentur, qn̄ futuri tp̄is uerba sunt, quis audeat
de rebus præteritis cogitare? Et paulopost ipsos ho
stes nr̄os qui nos fugientes ut interimerent seque-
Exo. 14. bantur. i. delicta nr̄a, sicut Aegyptios in mari obru
tos, ita in baptismo demersa & extincta luce clari⁹
C intimat, dicēs, Qm̄ uoluntarius & misericors est, ip
Mich. 7. se cōuertet & miserebitur nostri, demerget delicta
nr̄a, demerget in maris profundū oēs culpas nr̄as.
Gala. 3. Quid est charissimi? Qui uos cognoscitis Israelitas
scd̄m semen Abrahę, q estis domus Iacob scd̄m pro
missionē hęredes, cognoscite ēt uos exisse ab Aegy
pto, q hunc seculo renunciastis, exijsse de pp̄lo bar-
baro, q cōfessione pietatis uos à blasphemijs gen-
tium seiunxistis. Non est.n. lingua uestra, sed barba
ra, q̄ deum laudare nō nouit, cui uos cantatis Halle
luia. Facta est.n. Iudæa sanctificatio eius in uobis.
Non.n. q in manifesto Iudæus est, neq; q̄ in manife
sto circūcisio est in carne, sed q in occulto Iudæus
est, & circuncisione cordis. Interrogate ergo corda
uestra si ea circūcidit fides, si purgauit cōfessio, in
uobis facta est Iudęa sanctificatio eius, in uobis Is-
Ioan. 1. rael potestas ei⁹. Dedit.n. uobis potestatē filios dei
fieri. Iā uero recordet unusquisq; uestrū cū deo ue-
lit applicari cor, eiusq; suaui iugo, recedens à pristi
nis ignorātię suæ desiderijs deuotū aium subdere,
carnalibusq; hui⁹ mūdi factis relictis atq; abiectis,
Exo. 1. in qbus sine fructu laborabat tanq̄ in Aegypto cū
lateres sub dura dn̄atione diaboli faceret, audita

uoce dn̄i dicentis, Venite ad me oēs q laboratis & D
onerati estis, & ego uos reficiā, desertis atq; abiectis Matt. 11.
subleuē xp̄i sarcinā currere: recordet ergo unusqs-
que uestrū queadmodū oia secularia impedimen
ta cesserunt, dissidentiū & dissuadentiū uoces aut
erūpere non ausę sunt, aut cōsyderato xp̄i noie per
oēs terras exaltato & honorato, tremefactæ silue-
runt. Ergo mare uidit & fugit, ut tibi sine contradi
ctione ad libertatē spiritalē panderet uia. Iordanis
aūt quemadmodū retrorsum conuersus sit, nolo
extra uos q̄ratis, nolo aliqd mali suspicemini. Incre
pat.n. dn̄s quosdam q dorsum ad eum posuerūt &
non faciē. Et qsquis principiū suū deserit, & à suo
creatore auertit, tanquā fluuius in mare, labitur in
huius seculi amaricantē malitiā. Bonū ergo est illi
ut retrorsum conuertat, fiatq; illi deus ante faciem
reuertēti, quē sibi à tergo posuerat, & fiat illi retro
mare huius seculi qd sibi ante faciē cū illuc labere
tur, effecerat, & sic obliuiscatur ea q̄ retro sunt, ut
in ea q̄ ante sunt extendat: qd iā conuerso utile est.
Nanq; anteq̄ conuertatur, si ea q̄ retro sunt obliui- Philip. 3.
scitur, deū obliuiscit, qa ipsum retro fecerat ad quē
dorsum posuerat: & si in ea q̄ ante sunt extendit, in E
seculū extēditur, qa ipsum sibi ante faciē posuerat,
quo auidius irruebat. Iordanis ergo illos signifi-
cat, q gratiā baptismi p̄ceperunt: & sic Iordanis cō-
uertitur retrorsum, cū illi cōuertunt ad deū, ut eū
iā retro nō habeāt, sed reuelata facie gloriā dn̄i spe
culātes, in eandē imaginē trāsformenł à glīa in glo
riā. Montes gestierunt uelut arietes, fideles dispensa- 2. Cor. 3.
tores uerbi ueritatis, sancti Apl̄i, sancti Euāgelij præ
dicatores. Et colles uelut agni ouiū: hi sunt quibus
dr̄, In xp̄o Iesu p Euangeliū ego uos genui: hi sunt
qbus dicitur, Non ut confundā uos hęc scribo, sed 1. Cor. 4.
ut filios meos charissimos moneo: hi sunt de qbus Psal. 28.
dr̄, Afferte dn̄o filios arietū. Attēdite p oēs terras, q
nostis ista mirari & gaudere atq; cantare dn̄o deo
nostro: attendite ista cōpleri p oēs gētes, q̄ ante tā
longa tp̄a figurate gesta atq; p̄dicta sunt: interroga
te & dicite, Quid est tibi mare q̄ fugisti, & tu Iorda
nis qa conuersus es retrorsum: mōtes quia gestistis
uelut arietes, & colles sicut agni ouium? Quid est ô
seculum, q̄ tua impedimenta cesserunt? Quid est ô
tot milia hoium toto orbe fideliū, huic mundo re F
nunciantiū, q̄ ad uestrū dn̄m conuertimini? Quid
est q̄ gaudetis, quibus in fine dicetur, Euge bone Matt. 25.
serue, qm̄ in paucis fidelis fuisti, supra multa te con
stituā? Quid est q̄ gaudetis, quibus in fine dicetur,
Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod
uobis paratū est ab origine mūdi? Respōdebūt uo
bis hæc oia, uosq; ipsi respōdebitis uobis, A facie
dn̄i cōmota est terra, à facie dn̄i dei Iacob.) Quid
est, à facie dn̄i dei Iacob, nisi eius p̄sentia, qui dixit,
Ecce ego uobiscū sum usq; in cōsummatione secu- Matt. 28.
li? Cōmota est.n. terra: sed qa male pigra remanse-
rat, commota est ut solidius firmaretur a facie dn̄i.
Qui conuertit petrā in stagna aquarum, & rupes Exo. 17.
in fontes aquaꝝ.) Seipsum.n. & quandam suā duri
tiam liquefecit ad irrigandos fideles suos, ut fieret Ioan. 4.
in eis fons aq̄ salientis in uitam æternā, qui a prius
cū ignoraretur, durus uidebatur. Inde illi turbati
sunt, & nō expectauerunt, donec scripturis aptus in
flueret atq; mundaret in eos, q dixerunt, Durus est Ioan. 6.
hic sermo, qs pōt eum audire? ista petra, ista duritia
cōuersa est in stagna aquaꝝ, & ista rupes in fontes

G aquarum, cum resurgens exposuit eis, incipiens à
Luc.24 Moyse per oẽs Prophetas, q̃a sic oportebat xp̃m pa
Ioan.4. ti, & misit sp̃m sanctum, de quo dicebat, Si qs sitit
ueniat & bibat. Non nobis dñe nõ nobis, sed no-
mini tuo da gloriam.) Gratia quippe ista erumpen
1.Cor.10 tis aquæ de petra, petra aũt erat Christus, nõ quasi
ex operibus p̃cedentibus data est, sed miserante il-
Roma.4. lo q̃ iustificat impium Etenim xp̃s pro impijs mor
& 5. tuus est, ne illã suam hoies, sed nominis dei q̃rerẽt
gloriam. Super misericordiam, inquit, & ueritatẽ
tuam.) Hæc duo misericordiam & ueritatẽ aduer-
tite, in sanctis scripturis q̃ sibi sæpe iungantur. In
sua quippe misericordia uocauit impios, & in ueri-
tate iudicat eos qui uocari uenire noluerunt. Ne-
q̃n dicant gentes, ubi est deus eorum?) In nouissi-
mo n. apparebit misericordia eius & ueritas, q̃n si-
gnum filij hominis apparebit in cœlo, & tunc plã-
gent oẽs tribus terræ, & nõ dicent, Vbi est deus eo
rum, cum eis non adhuc credendus prędicatur, sed
iam tremẽdus oñditur. Deus autem nr̃ in cœlo.)
Mat.24 Sursum non in cœlo ubi solem & lunã uident ope
H ra dei q̃ colunt, sed in cœlo sursum quod transgre-
ditur oia corpora cœlestia & terrestria. Nec sic est
in cœlo deus nr̃, quasi subtracto cœlo ruinam sine
sede formidet In cœlis n & in terra. Omnia q̃ uo
luit fecit.) Nec indiget operibus suis tanquã in eis
collocetur ut maneat, sed in sua æternitate p̃sistit,
in qua manens oia quæcunq; uoluit fecit in cœlis
& in terra. Neq; n. iam eũ portabant ut ab eo fieri
possent, q̃n nisi fierent eũ portare nõ possent. Ergo
in q̃bus est ipse tanquã indigentia cõtinet, non ab
eis tanquã indigens cõtinetur. Siue sic intelligat, in
cœlis & in terra, oia quęcunq; uoluit fecit, uel in su
perioribus, uel in inferiorib⁹ pp̃ sui uolũtariã gra-
tiam suã constituit, ne qs de operũ meritis glorieſ:
Quia siue montes gestiant uelut arietes, siue colles
uelut agni ouium, a facie dñi cõmota est terra, ne
in terrenis sordibus perpetuo remanerent.

Concio secunda, de secunda parte Psalmi.

Q Vanquam fortasse omniũ Psalmoꝝ sit una
contextio diligenter intuẽtibus, ita ut nul
lus sequatur, qui non superiori possit adiũ
gi, tamen istum ita consyderemus tanquam uterq;
I unus sit, iste.s.ac superior: nanq; cum in illo dictũ
sit, Non nobis dñe non nobis, sed nomini tuo da
gloriam: Super misericordiam tuam & ueritatem
tuam, ne q̃n dicant gentes ubi est deus eorum: q̃a
inuisibilem deum colimus, qui nulloꝝ corporeis
oculis, cordibus autem paucoꝝ mundissimis no-
tus est, tanquam ideo possint dicere gentes, ubi est
deus eoꝝ, q̃a ipsi possunt oñdere oculis deos suos,
primo admonuit opibus sentire p̃sentiam dei nr̃i,
quia cum sit in cœlo sursum, in cœlo & in terra oia
Psal.134. quæcunq; uoluit fecit: & quasi diceret, Ostendant
gentes deos suos. Simulachra, inq̃t, gentium argẽ
tum & aurum, opera manuum hominum.) Id est,
quanuis deũ nostrũ carnalibus oculis uestris non
possimus ostendere, quẽ per opera intelligere de-
buistis, nolite tñ seduci uanitatibus uestris, q̃a uos
ea q̃ colitis digito potestis ostendere. Multo quip-
pe honestius non haberetis, qd̃ possetis ostendere,
q̃ ut in eo quod istis oculis à uobis ostenditur, ue-
Supra stri cordis cæcitas ostendatur. Quid.n. ostenderis,
Psal.41. nisi aurum & argentũ? Habent quidem & ærea & li
gnea, & fictilia simulachra, & huiuscemodi alteri⁹

alteriusq; materię, sed preciosum eorum maluit cõ K
memorare spiritussanctus, quia cum in eo q̃sque
quod illi charius est erubuerit, multo facilius auer
titur à ueneratione uilioꝝ: nam dictũ est alio lo
co scripturarum de simulachroꝝ cultoribus, dicẽ-
tes ligno, Pater meus es tu: & lapidi, Tu me genui- Hier.2.
sti. Sed ne sibi sapientior uideaſ, qui hoc non ligno
& lapidi dixerit, sed auro & argento, huc aspiciat,
huc aurẽ cordis intendat, Simulachra gentiũ argẽ
tum & aurũ. Non abiectũ aliqd & aspernabile no-
minatum est: & ei qdem aio qui terra non est terra
est & aurũ & argentum, sed speciosior atq; fulgen-
tior, solidior atq; firmior. Noli ergo addere manus
hoium, ut ex eo metallo qd fecit uerus deus, uelis
facere falsum deũ imo falsum hoiem, quẽ pro uero
ueneraris deo, quem qsquis pro uero hoie in amici
tiam reciperet, insaniret. Ducit.n. & affectu quodã
infirmo, rapit infirma corda mortaliũ formata si-
militudo, & membrorũ imitata cõpago, Sed sicut
fabricata singula ostendis, sic ostende officia sin-
guloꝝ, quo te effigies & humana uanitas trahit.
Os.n. habent & non loquentur, oculos hñt & nõ Psal.134.
uidebunt. Aures habent & non audient, nares hñt L
& non odorabunt. Manus habẽt & non contrecta
bunt, pedes hñt & non ambulabunt, non clama-
bunt in faucibus suis.) Iam ergo artifex melior est
eis, q̃a ea potuit membroꝝ motu atq; officio fabri-
care, quem tñ artificẽ te utiq; puderet adorare. Me-
lior & tu quanuis ea non feceris, q̃m quæ illa non
possunt facis. Melior est etiã bestia: ad hoc.n. addi-
tum est, non clamabunt in faucibus suis: nanq; cũ
superius dixisset, Os habent & non loquentur: qd
opus erat postquam a capite usq; ad pedes mẽbra
decursa sunt, de fauciũ clamore repete e, nisi credo
quia illa q̃ de cęte is membris cõmemorabat, cõia
esse hominibus beluisq; sentimus? Nã & uident &
audiunt, & olfaciunt, & ambulãt & q̃dam sicut si-
miæ manibus contrectant. Illud autẽ qd de ore di
xerat, proprium est hominis, q̃m bestię non loquũ
tur Ne qs aũt ad sola humanoꝝ membroꝝ opa re-
ferret, q̃ dicta sunt, & diis gẽtium solos hoies ante-
poneret, post omnia subdidit, dicens, Non clama-
bunt in faucibus suis, quod rursum hominibus pe
coribusq; cõe est. Quod si primo dixisset, cum ab M
oẽ cœpit membra percurrere, Os habent & non
clamabunt, cuncta et sic ad naturam hominis refe
rentur, nec facile ibi quicquam de cõione ferarum
sensus audientis aduerteret. Cum uero illud de ore
dixit, quod hominis proprium est, & post enume-
rationem partium corporis quam commemoratis
pedibus terminasse uidebatur, adiunxit, Non cla-
mabũt in faucib⁹ suis lectorẽ uel auditorẽ fecit in-
tentũ, ut dũ q̃rit cur additum sit, admoneri se inue
niat simulachris gentium, non tm̃ hoies, sed ẽt bel
uas se debere p̃ponere, ut si pudeat adorare bestiã
quam fecit deus uidentẽ, audientem, odorantem,
contrectantẽ, ambulantem, clamantẽ in faucibus
suis, uiderent q̃ pudendũ esset adorare mutũ, & ca
rens uita sensuq; simulachrũ: cui ad hoc inesset sis
tudo membroꝝ, ut anima carnalibus sensibus de-
dita, quasi uiuenti atq; aiatæ formæ applicaret affe
ctum, cũ ea uideret q̃ in suo corpore uiua atq; aia-
ta sentiret. Quãto ergo magis uel melius mures at-
que serpentes & id genus animantiũ colerent, q̃ de
simulachris gentiũ, si ita dicendũ est, quodãmodo

A iudicant, in quibus qa nō sentiunt humanā uitam, non curant humanā figuram. Itaq; in eis plerunq; nidificāt, & nisi humanis mōtibus deterreani, nulla sibi habitacula munitiora conqrunt. Mouet ergo se homo ut uiuentē bestiā à suo deo deterreat, & illū nō se mouentē quasi potentem colit, à quo meliorē deterruit. Deterruit.n. uidētē à cęco, audientē à surdo, clamantē à muto, ambulantē ab immobili, sentientē ab insensato, uiuentē à mortuo, imò deteriore q̄ mortuo. Mortuū quippe sicut manifestū est nō uiuere, ita manifestū est aliqñ uixisse: Quapp deum q nec uiuit nec uixit, ꝓfecto & mortuus antecedit. Quid hoc manifestius fratres mei dilectissimi? Quid euidentius? Quis puer interrogatus non hoc certum esse respondeat, quòd simulachra gentiū os habent & nō loquuntur, oculos habēt & nō uidebūt, & cætera q̄ diuinis sermo conte xuit? Cur ergo tātopere spirituſſactus curat scripturas, plurimis locis hæc insinuare atq; inculcare uoluti inscientib⁹, quasi nō ho. bus aptissima sint atq; notissima, nisi qa p speciem membrorū significat quā naturaliter in animātibus uiuentē uidere, atq;
B in nobisipsis sentire cōsueuimus? Quāquam ut illi asserunt in signo aliquo fabrefacto atq; eminenti collocato suggestu, cum adorari atq; honorari à multitudine c œperit, parit in unoquoq; sordidissimū erroris affectum, ut qm in illo figmento nō inuenit uitalē motū, credat numen occultū, effigiem tñ uiuenti corpori similem, seductus forma & cōmotus authoritate quasi sapientiū institutorꝝ obsequētiū q̄ turbarū, sine uiuo aliquo habitatore eē nō putat. Hinc & mala dæmonia ad posidēda gētium simulacra talis hoium affectus inuitat, quorꝝ præsidentiū uaria fallacia mortiferi seminantur & multiplicantur errores. Alijs itaq; locis etiam cōtra ista diuinæ literæ uigilant, ne quisquā dicat cū irrisa fuerint simulacra, non hoc uisibile colo, sed numē quod illic inuisibiliter habitat. Ipsa ergo numina in alio Psalmo eadem scriptura sic damnat, Qm

Psal. 95

dij gentium, inquit, dæmonia, dñs autem cœlos fecit: dicit & Apostolus, Non quod idolum sit aliqd,

I. Cor. 10

sed qm q̄ immolāt gentes, dæmonijs immolant & non deo, & nolo uos socios fieri dæmoniorum. Videntur autem sibi purgatioris esse religionis q dicunt, nec simulachrum nec dęmonium colo, sed p
C effigiem corporalem eius rei signum intueor, quā colere debeo. Ita uero interpretantur simulacra, ut alio dicant significari terram, unde templum solēt appellare Telluris, alio mare sicut Neptuni simulacro, alio aerem sicut Iunonis, alio ignē sicut Vulcani, alio luciferū sicut Veneris, alio solē, alio lunam, quorꝝ simulacris eadē nomina sicut telluris imponūt: alio illud, alio illud sydus, uel illā uel illā creaturā, neq;.n. cuncta enumerare sufficimus. De quibus rursus cū exagitari cœperint ꝙ corpora colāt, maximeq; terrā, & mare, & aerem, & ignē, quorum nobis usus in prōptu est. Nam de cœlestib⁹ qm nō ea corpore contrectare atq; contingere, nisi oculorum radijs non ualemus, non ita erubescunt: respōdere audent, non se ipsa corpora colere, sed q̄ illis regendis p̄sident numina. Itaq; Apli una sententia pœna istorum damnationeq; testatur, Qui trāsmutauerunt, inquit, ueritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius q̄ creatori, q est benedictus deus in secula. Nā priore par-

Li. 4. de Ciui. dei cap. 10.

Roma. 1.

te huius sententiæ simulacra damnauit, posteriori D a't iterpretationes simulacrorꝝ. Effigies.n. à fabro factas appellādo nominib⁹ earum rerū quas fabricauit deus, transmutant ueritatē dei in mendaciū; res aūt ipsas pro dijs habendo & uenerādo, seruiūt creaturæ potius q̄ creatori qui est benedictus in secula. Quis aūt adorat uel orat intuēs simulacrum qui nō sic afficitur ut ab eo se exaudiri putet, ac ab eo sibi præstari qd desyderat speret? Itaq; hoies talibus superstitionibus obligati plerunq; ad ipsum solem dorsum ponētes preces fundūt statuæ quā solem uocāt, & cum sonitu maris à tergo feriant, Neptuni statuā quā pro ipso mari colunt, quasi sentientem gemitibus feriunt. Hoc.n. facit & quodāmodo extorquet illa figura membrorꝝ, ut animus uiuēs in sensibus corporis magis arbitretur sentire corpus qd suo corpori simillimū uidet, q̄ rotundū solē undasq; diffusas, & quicqd non eisdem lineamentis formatū cōspicit, qbus illa formata sunt q̄ uiuētia uidere consueuit. Cōtra hunc affectū quo humana & carnalis infirmitas facilè capi potest, cātat scriptura dei res ualde notissimas qbus cōmemoret, & tanquā excitet mentes hoium in cōsuetu E dine corporꝝ dormiētes. Simulacra, inqt, gentiū argentū & aurū: sed deus fecit argentum & aurū: Opera, inquit, manuum hoium. Hoc enim uenerant quod ipsi ex auro argentoq; fecerunt. Sed.n. & nos pleraq; instrumēta & uasa ex huiuscemodi materia uel metallo habemus in usum celebrandorꝝ sacramētorꝝ, q̄ ipso ministerio consecrata sancta dicunt in eius honore, cui ꝓ salute nostra inde seruitur. Et sunt profecto ēt ista instrumēta uel uasa, qd aliud quàm opera manuum hoium? Verumtñ nunquid os habēt & nō loquentur? Nunqd oculos habēt & non uidebunt? Nunqd eis supplicamus, qa per ea supplicamus deo? Illa causa est maxima impietatis insanę, ꝙ plus ualet in affectib⁹ miserorꝝ similis uiuenti forma quæ sibi efficit supplicari, q̄ ꝙ eā manifestū est non esse uiuentē ut debeat à uiuēte cōtemni. Plus.n. ualent simulacra ad curuandā infœlicem aiam quòd os habent, oculos habent, aures habent, nares habent, manus habēt, pedes habēt, q̄ ad corrigendā ꝙ non loquentur, non uidebūt, non audiet, non odorabūt, non contrectabūt, nō ambulabunt. Itaq; sequitur, ut illud quoq; fiat qd etiam in hoc psalmo sequitur: ut scilicet, Similes F illis fiant oēs qui faciunt ea, & oēs qui confidūt in eis.) Videant ergo isti apertis & sentiētibus oculis, & adorent clausis & mortuis mentibus, nec uiden tia, nec uiuentia simulacra. Domus autem Israel sperauit in dño.) Spes enim quæ uidetur non est spes. Quod.n. uidet quis quid sperat? Si aūt qd non uidemus speramus, p patientiam expectamus. Sed ut pduret usq; in finē ipsa patientia. Adiutor eorꝝ & protector eorꝝ est.) An fortasse spirituales à qbus carnales instruuntur in spiritu mansuetudinis, qa ipsi tanquā superiores pro inferioribus supplicāt, iam uident, & illis iam res est q adhuc inferioribus spes est? Nō est ita. Nam & domus Aaron sperauit in dño.) Ergo ut etiam ipsi perseuerantes extendātur in ea quæ ante sunt, & perseuerāter currant donec apprehēdant in quo apprehensi sunt, & cognoscāt sicut & cogniti sunt. Adiutor & protector eorum est. Vtriq; enim timent dominum & sperauerūt in dominum, adiutor eorum & protector eorꝝ

Psal. 134

Roma. 8.

G est.) Neq; n. nos meritis nostris præueniamus misericordiam dei. Sed, Dñs memor fuit nostri,& benedixit nos. Benedixit domum Israel,benedixit domum Aaron.) Vtrosq; aũt benedicens, Benedixit omnes timẽtes dñm.) Quæris quos utrosq;? Rñdetur, Pusillos cum magnis) Hoc est,domum Israel cum domo Aaron, eos utiq; qui ex ipsa gente crediderunt in saluatorem Iesum, quia non in oĩbus illis bene placuit deo:sed si quidam illorũ nõ crediderunt, nũquid incredulitas illorũ fidẽ dei euacuauit? Absit. Neq; enim oẽs qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitæ, neq; qui semen sunt Abrahã,oẽs filij: sed sicut scriptũ est, Reliquiæ saluæ factę sunt. Ex psona enim eorũ qui inde crediderũt, dicitur, Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissem⁹. Sed ideo semen, qa sparsum p terras multiplicatum est: dixerũt enim magni de domo Aaron, Adijciat dominus sup uos,sup uos & sup filios uestros.) Et ita factũ est. Accesserunt n. etiam de lapidibus suscitati filij Abrahæ. Accesserunt oues quæ non erant de hoc ouili ,ut fieret unus grex & un⁹ pastor. Accessit

H fides oium gentiũ,& creuit numerus non solum sapientiũ antistitum,sed ẽt obedientium populorũ, adijciente dño non solum super patres, qui ad illũ in xp̃o cæteros imitatores præierunt, sed etiam super filios eorũ, q patrum pia uestigia sequerentur: nam sic ait ille ijs quos per Euangelium in xp̃o genuerat, Imitatores mei estote,sicut & ego xp̃i: adijcit itaq; dñs, Non solum super montes gestientes sicut arietes , sed etiã sup colles gestientes sicut agni ouium. Proinde his utrisq; magnis & pusillis, mõtibus & collibus, arietibus & agnis, dicet Propheta quod sequitur, Benedicti uos a dño qui fecit cœlũ & terram.) Tanquam diceret,Benedicti uos à dño qui uos fecit cœlũ in magnis, terrã in pusillis : sed cœlũ nõ istud uisibile plenũ luminaribus ad hos oculos ptinentibus. Cœlũ enim,cœli dño.) Qui erexit & sublimauit quorundã sanctorũ mẽtes in tãtum, ut nulli hoium sed ipsi deo suo docibiles fierẽt: in cu⁹ cœli docibilis cõparatione, quicqd carneis o. ulis cernit terra dicenda est, quã dedit filijs hoium , ut eius cõsyderatione siue ab ea parte qua sup illustrat, sicut est hoc qd dicitur cœlũ , siue ab

I ea q̃ subter illustrat,cui proprie terra nomẽ est, cũ totũ sicut cõmemorauimus in illius cõparatione qd cœlũ cœli dicitur, terra sit. Terrã ergo istã totã dedit filijs hoinum, ut eius cõsideratione quantum possunt cõijciant c eatorẽ, quẽ infirmis adhuc cordibus sine isto cõiecturæ adminiculo uidere non possunt. Est & alius intellect⁹ à quo dissimulare nõ debeo uerborũ istorũ, quibus dictum est, Cœlum cœli dño. Terram aũt dedit filijs hoium.) Vt ab eo quod diximus & intelleximus nõ recedat intẽtio. Diximus.n. magnos & pusillos significari ẽt eo quod adiectum est, Benedicti uos à dño qui fecit cœlũ & terrã. Si ergo magnos cœli, pusillos aũt terræ nomine accipimus , qm̃ pusilli crescendo futuri sunt cœlũ,& in ipsa spe lacte nutriuntur : sic sunt illi magni cœlũ terræ cũ paruulos nutriũt,ut etiam cœlũ cœli se esse intelligant, dum cogitãt in qua spe paruuli nutriantur : sed tñ quia iam illi nõ ab homine, neq; per hoiem,sed per ipsum deũ carpunt synceritatẽ, ubertatemq; sapientię, acceperũt paruulos futuros qdẽ cœlũ, ut cœlum cœli se esse sciant, adhuc tñ terram cui dicatur, Ego plantaui,

K Apollo rigauit,sed deus incrementũ dedit. Ipsis n. filijs hoium quos fecit cœlũ , terram dedit in qua operentur, q nouit terræ prouidere p cœlum. Maneant igitur cœlum & terra in deo suo q fecit ea, & timeant ex eo , cõfitentes ei & laudantes eũ : nã si ex se uelint uiuere morient sicut scriptũ ẽ, A mortuo quasi q non sit,perit cõfessio : sed Nõ mortui laudabunt te dñe,neq; omnes qui descendunt in infernum.) Clamat.n. alio loco tua scriptura Peccator dum uenerit in profundum malorum,contemnet. Sed nos q uiuimus benedicimus dño, ex hoc nũc & usque in seculum.

Marginal references (left column): 1. Cor. 10; Roma. 9; Mat. 3; Ioan 10.; 1. Cor. 4.; (right column): 1. Cor. 3; Ecclesia. stici 17; Pro. 18

In Psalmum centesimumdecimumquartũm Enarratio.

Dilexi, quoniam exaudiet dominus uocem deprecationis meæ.) Cantet hoc anima q̃ peregrinatur à dño, cantet hoc ouis illa q errauerat , cantet hoc filius ille qui mortuus fuerat & reuixit,perierat & inuẽtus est,cantet hoc aia nostra fratres & filij charissimi. Erudiamur & pmaneamus,& cum sanctis ista cãtemus, Dilexi qm̃ exadiet dñs uocem deprecationis meæ. Nunquid ipsa diligendi causa est , quoniam dñs exaudiet uocem de-

L precationis meæ? An non potius aut ideo diligim⁹ qa exaudiuit,aut ideo diligimus ut exaudiat? Quid est ergo dilexi , qm̃ exaudiet? An quia dilectionem spes solet accendere,dilexisse se dicit,qm̃ sperauit se exauditurum deum uocem deprecationis suæ ? Vnde autem hoc sperauit? Qm̃ inclinauit,inquit,aurem suam mihi,& in diebus meis inuocaui.) Ergo ideo dilexi,qm̃ exaudiet:ideo exaudiet,qm̃ inclinauit aurem suam mihi . Sed unde scis ô aia humanã quòd inclinauit deus suam aurẽ tibi, nisi dicas credidi ? Manent ergo tria hæc,fides, spes & charitas. Quia credidisti,sperasti:qa sperasti, iam dilexisti. Iã si quærã unde crediderit aia inclinasse sibi aurem deum suũ,nonne respondebit, qa prior dilexit nos & filio proprio nõ pepercit, sed p nobis oĩbus tradidit eum? Q̃uo enim inuocabunt in quem nõ crediderunt, ait doctor gentium ? Aut q̃uo credent ei quem non audierunt? q̃uo enim audient sine prædicante ? aut q̃uo prædicabunt nisi mittantur? Cũ ergo hæc oĩa gesta erga me cernerem, q̃uo non crederem,q; inclinauit aurem suam mihi? Et sic cõmen-

M dauit in nobis dilectionẽ suam , ut xp̃s pro impijs moreretur. Cum igitur hæc mihi annunciarẽt speciosi pedes eorum qui annunciauerunt pacem,q annunciauerunt bona, quia omnis qui inuocauerit nomen dñi saluus erit,credidi aurem eius inclinatam mihi, & in diebus meis inuocaui. Et q sunt dies tui, qm̃ dixisti, in dieb⁹ meis inuocaui? An forte illi dies quibus uenit plenitudo temporis,& misit deus filiũ suum q iam dixerat , Tpe acceptabili exaudiui te,& i die salutis adiuui te? Audisti ex ore pdicatores uenientis ad te pedibus speciosis , Ecce nũc tempus acceptabile , ecce nunc dies salutis,& credidisti,& i dieb⁹ tuis inuocasti & dixisti , O dñe erue aiam meã . Sunt quidem isti , sed & dies meos magis, inqt, possum dicere dies miseriæ meæ, dies mortalitatis meę , dies secũdũ Adã plenos laboris & sudoris, dies secundũ uetustatẽ putredinis. Ego enim iacẽs infix⁹ in limo pfundi, & in alio psalmo exclamaui, Ecce ueteres posuisti dies meos,i his diebus meis inuocaui, Distat qppe dies mei a dieb⁹ domi-

Marginal references (right column): Luc. 15; 1. Cor. 13.; 1. Ioan. 4.; Roma. 8.; Rom. 10.; Roma. 5.; Esa. 52.; Iohel. 2.; Rom. 10.; Gala. 4.; 2. Cor. 6.; Esa. 52; Psal. 68

A ni mei. Dies meos dico, quos ipse mihi feci priuata
audacia, qua deserui eũ. Et qm̄ ubiq; ipse regnat, &
est omnipotens atq; omnitenens, inerui carcerem,
id est, ignorantię tenebras, & cōpedes mortalitatis
accepi. In his dieb⁹ meis inuocaui, qa & ego alibi cla
Psal. 141 mo, Educ de carcere aiam meam, Et qm̄ in die salu
tis quā mihi præstitit adiuuit me, intrat in conspe-
ctu ei⁹ gemitus cōpeditoꝝ. In his enim dieb⁹ meis.
Circũdederũt me dolores mortis, pericula iferni
inuenerũt me.) Quæ nisi aberrantē abs te nō inue
nirent me, Nunc aũt illa me inuenerũt: ego uero ea
nō inueniebam, qui gaudebam prosperis seculi, in
quibus plus fallunt pericula inferni Sed posteaq̄ &
ego Tribulationem & dolorem inueni, & nomen
dñi inuocaui.) Latebat.n. me tribulatio & dolor uti-
Psal. 59 lis, tribulatio de qua dat auxiliũ, cui dictũ est, Da
nobis auxilium de tribulatiōe, & uana salus hois.
Ego enim de uana salute hois gaudendum & exul
tandum arbitrabar, sed cum audissem a dño meo,
Mat. 5 Beati lugentes, qm̄ ipsi consolabuntur, non expe-
ctaui ut prius amitterē bona temporalia qbus ma
le utebar, & tunc lugerem: sed attēdi in eadē tēpo-
B ralia bona ipsam miseriam meā, qua talib⁹ oblecta
bar, q̄ & amittere formidarem & tenere nō possem,
attendi in eam uehemēter & fortiter, & me nō solũ
excruciari aduersitatib⁹ huius seculi, sed ēt obliga-
ri prosperitatib⁹ uidi, atq; ita tribulationem & do-
lorem q me latebat inueni, & nomē dñi inuocaui:
O dñe erue animam meam.) Miser enim ego ho-
Roma. 7 mo, quis me liberabit de corpore mortis hui⁹, nisi
gratia dei per Iesum xp̄m dñi nostrum? Dicat igit
sanctus ppl's dei. Tribulationem & dolorem inue-
ni, & nomen dñi inuocaui, & audient reliquiæ gen
tium quæ nondum inuocant nomen dñi, Audiant
& quærant ut inueniant tribulationem & dolorē,
& inuocent nomen dñi, & salui fiant. Non hoc eis
dicimus ut quęrant miseriam quā non habent, sed
ut inueniant eam quā nescientes habent: neq; hoc
eis optamus, ut terrena necessaria desint eis, quib⁹
indigent dum mortaliter uiuunt, sed ut hoc plan-
gant qd' amissa satietate cœlesti, terrenis nondum
ad fruendũ stabilib⁹ bonis, sed ad sustentandũ ne-
cessarijs indigere meruerint. Agnoscāt & lugeāt istā
miseriā, faciat eos beatos lugētes misericordia, quę
C eos esse semp miseros noluit. Misericors dñs & iu-
stus, & deus noster miseretur.) Misericors & iustus,
& miseretur. Misericors primũ, qa inclinauit aurem
suā mihi, & nesciebā propinquasse aurem dei mei
ori meo, nisi p illos speciosos pedes excitarer ut in-
uocarē. Quis.n. eũ inuocauit, nisi quem ipse prior
uocauit? Hinc ergo primum misericors. Iustus autē
Heb. 12. quia flagellat, & iterũ miseretur, qa recipit. Flagellat
aũt oēm filium quem recipit. Nec tam mihi ama-
rum debet eē quod flagellat, q̄ dulce quod recipit.
Quo n. nos flagellat? Custodiens paruulos dñs.)
Quos grandes quærit hæredes. Quis.n. est fili⁹ cui
non det disciplinam pater eius? Humillatus sum
& saluum me fecit.) Saluum me fecit, quia humilia
tus sum. Nō.n. pœnalis, sed salutaris dolor est, quē
secando medicus fecit. Conuertere, inquit, anima
mea in requiē tuam, quia dñs benefecit tibi.) Non
meritis aut uiribus tuis, sed qm̄ dñs benefecit tibi.
Qm̄ exemit, inquit, animam meam a morte.) Mi-
ra res est charissimi q̄ cum dixisset in requiem con
uertēdam animā suam, qm̄ benefecit ei dñs: subie-
cit, Qm̄ exemit animā meam de morte. Ideo ne in
requiem conuerteretur, quia exempta est à morte? Psal. 71
Nonne magis in morte requies dici solet? Quæ tan
dem eius actio est, cui⁹ uita requies, & mors inquie
tudo est? Talis ergo actio debet esse animæ quæ tē
dit ad quietē securitatemq;, non quę augeat inquie
tum laborem, Qm̄ exemit animam meā de morte,
qui misertus eius dixit, Venite ad me oēs qui labo- Mat. 11.
ratis, & ego reficiam uos, tollite iugum meum sup
uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis cor-
de, & inuenietis requiē animabus uestris, iugũ.n.
meũ suaue est, & sarcina mea leuis est. Mitis itaq; &
humilis corde, tāquā uiam xp̄m sequens, debet eē
animæ actio tendentis ad requiem, non tñ pigra &
desidiosa, ut cursum consummet, sicut scriptũ est,
In māsuetudine opa tua perfice. Etenim ne māsue- Eccle. 3.
tudo ad segniciē duceretur: adiunctũ est, opa tua
perfice. Neq;.n. sicut in ista uita somni requies nos
reparat ad actionē, sed actio bona pducit ad semp
uigilantē quietem. Ille aũt hæc cuncta præstat, cũ-
cta exhibet deus, de quo hic dicit, Qm̄ dñs benefe
cit mihi, qm̄ exemit animam meam a morte. Ocu
los meos a lachrymis, pedes meos a lapsu.) Hæc.n. E
in spe cōpleta erga se cantat, quisquis huius carnis
uinculũ intelligit. Vere quippe dictũ est, Humiliatus Psal. 114.
sum, & saluum me fecit Sed & quia illud Apostol⁹
uerum dicit, Qm̄ spe salui facti sumus: & de morte Roma. 8
quidem qd' exēpti sumus, rectē dicitur iam esse cō-
pletum, ut mortem intelligamus non credentium:
de qualibus ait, Dimitte mortuos sepelire mortuos Mat. 8
suos: & illud in superiori psalmo, Non mortui lau- Psal. 113
dabũt te dñe, neq; oēs qui descēdunt in infernum,
sed nos qui uiuimus benedicimus dñm. Ex hac er-
go morte pōt rectē intelligere homo fidelis, iā exē-
ptam esse aiam suam, eoipso q̄ ex infideli fidelis ef
fecta est. Vñ ipse saluator, Qui credit in me, inquit, Ioan. 5
transitũ facit a morte ad uitā Cætera uero spe cō-
pleta sunt in eis q nondũ ex hac uita emigrauerũt.
Nunc.n. cum lapsus nostros periculosissimos cogi
tam⁹, nō cessant a lachrymis oculi. Tũc aũt eximet
oculos nr̄os à lachrymis, qñ & pedes a lapsu: quia
tunc nullus erit lapsus ambulantiũ pedum, qñ in-
firmæ carnis nullũ erit lubricũ. Nunc uero quātus
firma sit nr̄a uita quæ xp̄s est, tñ quia carnē nobis
quā iubemur edomare substernimus, in ipso pror- F
sus opere, quo eā subditā castigamus, non in eā ca- Philip. 3.
dere magnum est: Non aũt in ea labi quis pōt? Qua
pp quia & in carne sumus, & in carne non sumus:
In carne.n. sumus eo uinculo, quod nondũ solutũ
est, quod dissolui & esse cũ xp̄o multo magis opti- Philip
mum: non aũt sumus in carne ex eo qd' spũs primi
tias dedimus deo, si tñ possum⁹ dicere, quia cōuer-
satio nr̄a in cœlis est, tanq̄ capite placeam⁹ deo, pe-
dibus aũt tanq̄ extremis animæ partibus adhuc lu
bricũ sentiamus: audi quēadmodũ ad spē ptineat,
qd' ita canit uelut iā sit effectum, Exemit, inqt, ocu
los meos à lachrymis, pedes meos a lapsu, & tñ nō
ait, Placeo: sed, Placebo i cōspectu dñi, in regione
uiuoꝝ.) Satis ostendens ab ea parte nōdum se pla-
cere in conspectu dñi, quę est in regione mortuoꝝ,
id est, i carne mortali. Qui n. in carne sunt, deo pla-
cere nō pñt: unde quod sequitur & dicit idem Apo
stolus, Vos autem non estis in carne: secundũ id di Roma
cit q̄ corpus quidem mortuum est propter pctm̄,
spiritus autem uita est pp iustitiā: secundum quem

A solatur humiles,& implet eos, non solũ fide credẽ
dæ,sed ẽt fiducia prædicandę ueritatis, si perseue-
rantes subdantur deo, nec imitentur unũ ex prin-
cipibus diabolũ,q in ueritate non stetit & cecidit.
Si.n.omnis homo mendax, intm̃ non erunt mẽda
ces,inquantum non erunt homines, qm̃ dij erunt,
Ioan.8. & filij altissimi oẽs. Hoc itaq; consyderans deuotis
simus populus fidelium testium, qũo infirmitatẽ
humanam dei misericordia nõ relinquat, in cuius
infirmitatis pauore dictum est,Omnis homo men
dax: qũo consoletur & humiles, & impleat spiritu
1.Cor.1. fiduciæ trepidantes,ut penè mortuo corde reuiui-
Sapi.10. scant,nec in semetipsis fidẽtes sint, sed in eo q susci
Matt.10. tat mortuos,& linguas infantiũ facit disertas,q ait,
Cum aũt tradent uos, nolite cogitare qũo aut qd
loquamini, dabit.n uobis in illa hora quid loqua
mini:non n.uos estis q loquimini, sed spũs patris
uestri qui loquitur in uobis. Hæc ergo omnia con
syderans ille q dixerat, Ego dixi in pauore meo,ois
homo mendax,& uidens gratia dñi se factum uera
cem, Quid retribuam,inquit, dño pro omnibus
quæ retribuit mihi?)Non ait,pro omnibus quę tri
B buit mihi:sed,pro omnib⁹ quęre tribuit mihi. Quę
igitur p̃cesserant hominis,ut oium donoꝝ dei non
attributio,sed retributio uocari possit? Quę p̃ces-
serant hois nisi peccata? Retribuit ergo deus bona
pro malis,cui hoies retribuunt mala ꝓ bonis. Hæc
enim retribuerunt q dixerunt,Hic est hæres,uenite
Matt.21. occidamus eum. Sed quærit iste qd retribuat dño
& non inuenit, nisi ex eis quæ ipse dñs retribuit.
Calicem,inquit,salutaris accipiam,& nomen dñi
inuocabo.)O homo peccato tuo mendax, dono
dei uerax:& ideo iam non homo, qs tibi dedit cali
cem salutaris, quẽ accipiens & inuocãs nomẽ dñi
retribues ei pro oibus quę retribuit tibi? Quis nisi
Matt.20 ille qui ait,Potestis bibere calicẽ quem ego bibitu
rus sum?Quis tibi dedit imitari passiones suas, ni-
si qui pp te passus est prior?Ideoq́, Preciosa in cõ
spectu dñi mors sanctoꝝ eius.)Emit.n.eam sangui
ne suo quem prior fudit pro salute seruoꝝ, ne pro
dñi nomine serui fundere dubitarent,quod tñ eo-
rum non dñi utilitate proficeret. Confiteatur itaq;
conditionem suam mancipium tanto precio com
C paratum:& dicat, O dñe ego seruus tuus, ego ser-
uus tuus & filius ancillæ tuæ.)Ergo & emptus est,
Sapien.9 & uernaculus est. An cũ matre simul est emptus?
An qa uernaculus est pp peccata fugæ suæ depræ-
datus, & ideo emptus,qa redẽptus est? Filius.n.est
ancillæ scdm quod omnis creatura subdita creato
ri est, & uerissimo dño uerissimum debet famula-
tum:Quẽ cum exhibet libera est, hanc accipiens à
dño gr̃am,ut ei non necessitate, sed uoluntate de-
Gal.4. seruiat. Ergo iste filius est Hierusalẽ cœlestis q̃ sur-
sum est,mater oium nostrum libera. Et libera qdẽ
à peccato, sed ancilla iustitiæ:cuius filijs adhuc pe
Gala.5. grinantibus dr̄, Vos in libertatem uocati estis. Sed
Ibidem. rursus eos seruos facit,dicens,Sed in charitate serui
Roma.6. te inuicem:quibus item dr̄, Cum serui eratis pecca
to,liberi eratis à iustitia:nũc uerò liberati à pecca-
to,facti aũt serui deo, habetis fructum uestrum in
sanctificationẽ,finem uero uitam æternã. Dicat er
go deo seruus iste,Multi se martyres dicunt, multi
seruos tuos,qa nomen tuũ hñt,in uarijs hæresibus
& erroribus:sed qa præter ecclesiam tuã sunt, non
sunt filij ancillæ tuæ, ego autẽ seruus tuus & filius
ancillæ tuæ. Dirupisti uincula mea,tibi sacrifica- D
bo sacrificium laudis.)Neq;.n.inueni ulla merita
mea qñ tu dirupisti uincula mea, ideo sacrificium
laudis tibi debeo, qa etsi gloriabor ꝙ seruus tuus
sim,& fili⁹ ancillæ tuæ,nõ in me,sed in te dño meo
gloriabor, q dirupisti uincula mea,ut à fuga rediẽs
religarer tibi. Vota mea dño reddam.)Quæ uota
redditurus es?Quas uouisti uictimas?Quæ incẽsa?
Quæ holocausta? An ad illud respicis qđ pauloan
te dixisti, Calicẽ salutaris accipiam, & nomen dñi
inuocabo,& tibi sacrificabo sacrificium laudis?Et
reuera quisquis bene cogitat quid noueat dño, &
quæ uota reddat,seipsum uoueat, seipsum reddat:
hoc exigitur,hoc debetur:inspecto nũmo, dñs di-
cit,Reddite Cęsari q̃ Cęsaris sunt,& deo q̃ dei sunt. Matt.22.
Imago sua reddat Cæsari,imago sua reddatur deo.
Sed q meminit non solũ seruum se esse dei, sed & fi
lium ancillæ dei,uidet ubi reddat uota sua, cõfor
matus xp̃o per calicẽ salutaris. In atrijs,inquit,do
mus dñi.)Quæ domus dei est, hæc ancilla dei est.
Et q̃ domus dei,nisi omnis ppl̃s eius?Ideo seqtur,
In conspectu ois populi eius.)Et apertius iam no
minat ipsam matrẽ. Quid est.n.aliud ppl̃s eius, ni- E
si quod sequitur, In medio tui Hierusalem.)Tunc
est.n.quod redditur gratum,si de pace atq; in pace
reddatur.Qui autẽ filij huius ancillæ nõ sunt,bel-
lum potius q̃ pacem amauerunt. Ne quis autẽ exi-
stimet atria domus dñi,& omnem populũ eius Iu-
dęos significari,quia ita clausit iste psalmus, ut di-
ceret,In medio tui Hierusalem,cuius noie carnales
Israelitæ gloriantur, audite sequentem psalmum,
qui quatuor uersiculis continetur.

In Psalmum centesimumdecimumsextum

Enarratio.

Expositio Psalmi.

Andate dominum oẽs gentes, laudate eũ
1 omnes populi.)Hæc sunt atria domus do
mini,ille omnis populus eius,hęc uera Hie
rusalem. Audiant magis illi Iudæi qui huius ciuita
tis filij esse noluerunt, cum se ab oium gentiũ cõio
ne præciderunt. Qm̃ confirmata est super nos mi
sericordia eius, & ueritas dñi manet in æternum.)
Hæc sunt duo illa,misericordia & ueritas q̃ in cen-
tesimotertiodecimo psalmo memoriæ commen- F
danda commonui. Confirmata est autem sup nos
misericordia dñi, cum eius nomini per quod libe-
rati sumus inimicaꝝ gentium rabida ora cesserũt,
& ueritas dñi manet in æternum, siue in eis q̃ pro-
misit iustis,siue in eis quæ minatus est impijs.

In Psalmum centesimumdecimumseptimum

Enarratio.

Vdiuimus fratres admonentem nos atque
a hortantem spm̃sanctum,ut sacrificiũ con-
fessionis offeramus deo.Confessio autem,
uel laudis eius est,uel peccatoꝝ nostrorum. Et illa
quidem confessio qua peccata nr̃a deo cõfitemur,
oibus nota est, ita ut hanc solam dici confessionẽ
in scripturis sanctis minus erudita existimet multi
tudo Nã ubi hoc uerbũ lectoris ore sonuerit,conti
nuo strepitus pius pectora tundentiũ cõsequitur.
Sed debet aduertere qũo dictũ sit in alio psalmo,
Qm̃ ingrediar in locum tabernaculi admirabilis Psal.41.
usq; ad domum dei,in uoce exultationis & confes-
sionis, soni festiuitatem celebrantis. Hinc.n.certe
manifestũ est,uocem confessionis & sonũ, non ad

G mœrorē pœnitentiæ, sed ad lætitiā festiuitatis celeberrimę ptinere. Aut si de tā manifesto testimonio quisquam adhuc dubitat, qd dictum est ad illud
Ecclesiastici 39. quod in Ecclesiastico scriptū est, Benedicite dñm oia opera eius, date nomen ipsius magnificētiā, & confitemini in laude ipsius in canticis labior. & in citharis, & sic dicetis in cōfessione, q̄m omnia opa dñi bona nimis? Hic certe null' uel tardissimus ambigit confessionem in dei laudibus poni, nisi forte tanta est in cuiusquā mente peruersitas, ut dicere audeat etiam ipsum dñm Iesum Christum peccata sua patri esse confessum. Quod si aliquis impius ꝓpter nomen confessionis tētaret obijcere, facillime refelleretur ipsa contextione uerbor. : sic enim loq-
Mat. 11. tur, Cōfiteor tibi, inq̄t, pater dñe cœli & terræ, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: Ita pater, q̄m sic placitū fuit coram te. Quis non eum intelligat in laude patris hęc dicere? Quis nō rideat istam confessionē nō ad dolorē cordis, sed ad gaudiū ptinere, cum ēt præcesse-
Luc. 10. rit euangelista dicens, In ipsa hora exultauit in spiritusancto & dixit, Cōfiteor tibi pater? Quapp charissimi q̄m nullo modo est dubitandū, tot cōgrue-
H tib' testimonijs, quorum similia in scripturis per uosipsos potestis aduertere, non tantū in peccatis, sed & in laudib. dei cōfessionē diuinis literis solere nominari, qd cōgruentius in hoc psalmo, q̄n Halleluia) cantamus, quod est, Laudate dñm, nos admoneri intelligimus cum audimus,

Expositio Psalmi.

Psal. 109 & 106 Iudith 13 Confitemini dño,) quā idipsum scilicet ut
c laudem' deu? Nō potuit satis dici breui' explicari, quā ut diceretur, Q̄m bonus est.) Quid sit grandius ista breuitate non uideo, cū ista sit proprium deo q bonus est, ut à quodam cōpellatus ipse fili', dei cū audiret, magister bone, ab eo scilicet q carnē eius intuens, & diuinitatis eius plenitudinē non intelligens, solum hoiem arbitraba
Mat. 10. tur, responderet. Quid me interrogas de bono? Nemo bonus, nisi unus deus. Quid est aliud dicere, q̄ si me bonū uis appellare, intellige & deū? Sed q̄m populo dicitur in pnunciatione futurorū liberato ab omni labore & captiuitate peregrinationis, & ab omni pmixtione iniquor. , quod ei p' gratiā dei
I prçstitū est, non solū non retribuentis mala ꝓ malis, sed ēt retribuentis bona ꝓ malis, cōuenientissime adiūctum est, Q̄m in seculū misericordia ei'. Dicat autem domus Israel q̄m bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicat autē domus Aaron q̄m bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc omnes qui timēt dñm, quoniam in seculum misericordia eius.) Recognoscitis credo charissimi quæ sit domus Israel, quæ sit domus Aaron: & q̄m utrique sunt timentes dominum, Ipsi
Psal. 113 enim sunt pusilli cum magnis: iam in alio psalmo bene insinuati cordib' uestris: quos nūnc eronos oēs in eius gratia qui bonus est, & in seculum misericordia eius, sociatos esse gaudemus, q̄m exauditi
Psal. 113. sunt qui dixerunt, Adijciat dñs super uos & super filios uestros, ut Israelitis in xp̄m credētibus, ex quo ruin numero sunt apostoli patres nostri, & ad eminentiam perfectorum, & ad obedientiam paruulorum adiungeretur numerus gentiū ut dicamus, omnes facti unum in xp̄o, facti unus grex sub pastore uno, & corpus illius capitis tanquā un' homo dicamus, In tribulatione inuocaui dñm, & exau- K
diuit me in latitudine.) Angustia nostrę tribulationis finitur. Latitudo aūt quo transimus, nō habet terminum. Quis.n. accusabit aduersus electos dei? Roma. 8
Dñs mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi homo.) Sed nunqd solos hoies habet inimicos Heb. 13. Ephe. 6
Ecclesia? Quid est homo carni & sanguini deditus, nisi caro & sanguis? Sed ait Ap̄lus, Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & rectores mundi tenebrarū har.: id est, rectores iniquor. , mundum istum diligentium: & ppea tenebrarū, quia & nos fuimus aliq̄n tenebrę, nunc autem lux in dño: Aduersus spiritalia, inquit, Ephe. 5.
nequitiæ in cœlestibus: id est, diabolum & angelos eius: quem diabolum alio loco dicit principē potestatis aeris huius. Audi ergo qd sequit̃, Dñs Ephe. 2
mihi adiutor est, & ego despiciā inimicos meos.) Ex quolibet genere inimici exurgant, siue ex numero malorum hoium, siue ex numero malorum angelorum, in dñi adiutorio despicientur, cui confitemur laudem, cui cantamus halleluia. Despectis autem inimicis, non sic mihi tanquam bonus homo se amicus opponat, ut ipse in se spem meam iubeat L
collocari. Bonū est, enim, confidere in dño, q̄ confidere in homine.) Nec quisquis secundum quendam modum dici potest angelus bonus, sic à me cogitetur ait, ut in eo confidere debeam. Nemo.n. Mat. 10.
bonus nisi solus deus. Et cum uidentur adiuuare homo uel angelus, cū hoc uera dilectione faciūt, ille p eos facit qui eos pro modo eorū bonos fecit. Bonum est, ergo, sperare in dño, quàm sperare in principibus.) Nā & angeli dicti sunt principes, sicut in Daniele legimus, Michael princeps uester. Danie. 12
Oēs gentes circundederūt me, & in nomine dñi ultus sum eos. Circundantes circundederunt me, & in nomine dñi ultus sum eos.) Quod ait, Oēs gētes circundederunt me, & in nomine domini ultus sum eos: significat Ecclesię labores atque uictoriā. Sed quasi causa quæreretur, unde tanta mala superare potuerit: respectum est ad exemplum, & dixit quid primo passa sit in capite suo: addendo quod sequitur, Circundantes circūdederūt me. Et bene ibi non repetitū est, oēs gentes, quod à Iudæis solis factū est. Et in nomine dñi ultus sum in eos: qa M
& illic ipse pius populus quod est corpus xp̄i persecutores sensit, de cuius genere caro illa suscepta & suspensa est, ꝑ qua factū est quicqd ab illa interiore diuinitate p exteriorē carnem uirtute immortali mortaliter factum est. Circundederūt me sicut apes fauū, & exarserūt sicut ignis in spinis, & in nomine dñi ultus sum in eos.) Hic iam ex ordine gestarum rerū, etiam uerborū ordo cōtexitur. Nā ipsum dñm caput Ecclesiæ rectè accipimus circundatum à psecutoribus, sicut circundant apes fauū. Quid.n. ab ignorantibus gestum sit, mystica subtilitate spiritussanctus loquitur, Mel quippe apes operantur in fauis. Nesciẽtes aūt persecutores dñi, fecerunt eum nobis in passione dulciorem, ut gustemus & uideamus quàm suauis est dñs, qui mor- Psal. 33.
tuus est pp delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrā. Iam uero quod sequit̃, Et ex- Roma. 4.
arserunt uelut ignis in spinis: in eius corpore, hoc est, in populo ubiq̃ diffuso melius intelligit̃ quē circundederunt oēs gentes, cum sit collectus de omnib' gētibus. Exarserūt qppe uelut ignis in spinis,

A qñ peccatricem carnem atque huius mortalis uitæ molestißimas compunctiones, persecutionis incẽdio cremauerunt: Et in noĩe, inq̃t, dñi ultus sum in eos. Siue q̃a & ipsi, malitia quæ in eis iustos persequebatur extincta, Christiano populo sociati sunt. Siue quia ceteri eorum qui contempserunt hoc tpe uocantis misericordiã, ueritatem indicantis in fine sensuri sunt. Tãquam cumulus harenæ impulsus sum ut caderem, & dñs suscepit me.) Quanuis.n. esset iam magna multitudo credẽtium, quasi harenę innumerabili comparanda, & in unam societatẽ tã quam in cumulum ducta, tñ qd est homo nisi qd̃ memor es eius? Non dixit abundantiã numeri mei, numerus gentium superare non ualuit: sed dñs, inquit, suscepit me. Multitudinẽ ergo fidelium in unitate fidei simul habitãtem, persecutio gentiũ quò impelleret ut deiiceret non habebat qñ in eum creditum est, q & singulos & omnes ubiq; susciperet, quia eis inuocantibus nusquam deesse potuisset.
Psal. 8.

Exo. 15. Esa. 12
Fortitudo mea & laudatio mea dñs, & factus est mihi in salutem.) Qui ergo cadunt cum impellentur, nisi q sua sibi fortitudo, & sua sibi uolunt esse
B laudatio? Nullus qppe in certamine cadit, nisi cui fortitudo & laudatio cadit. Quapp cuius fortitudo & laudatio est dñs, tam nõ cadit q̃ non cadit dñs: & ideo eis factus est in salutem: nõ quia ipse aliqd factus est quod ante non erat: sed quia ipsi cum in eũ crederent, qd non erant facti sunt, & iã ipse non sibi sed illis, qd auersis à se non erat, salus cœpit esse conuersis. Vox lætitiæ & salutis in tabernaculis iustoꝝ.) Vbi uocem mœroris & exitij putabant esse, q in eoꝝ corpora sæuiebant Non.n. sentiebãt interiora gaudia sanctoꝝ de spe futura: unde & Apostolus dicit, Quasi tristes, semp aũt gaudẽtes: & iterũ, Non solum autem, sed et gloriamur, inquit, in tribulationibus. Dextera dñi fecit uirtutem.) Quam uirtutem dicit? Dextera, inquit, dñi exaltauit me.) Magna uirtus exaltare humilem, deificare mortalem, pbere de infirmitate perfectionem, de subiectione gloriam, de paßione uictoriã, dare auxilium de tribulatione, ut afflictis uera salus dei pateſceret, affligentibus aũt uana salus hois remaneret. Magna hæc. Sed qd miraris si aliqd repetat? Au
2. Cor 6.
Rom. 5.
C di quid repetat, Non homo se exaltauit, nõ homo se perfecit, non sibi homo gloriã dedit, non homo uicit, non homo sibi saluti fuit. Dextera dñi fecit uirtutem. Non moriar sed uiuã, & enarrabo opera dñi.) At illi stragem funerũ ubiq; facientes, Ecclesiam xpi mori arbitrabãtur. Ecce nũc enarrat opa dñi. Vbiq; Christus beatorũ martyrum gloria est, uicit uapulando ferientes, patiendo impatiẽtes, diligendo sæuientes. Tñ cur tanta indigna pertulit corpus xpi, sancta Ecclesia, ppls in adoptionem, in dicet nobis, Emendans, inqt, emendauit me dñs, & morti non tradidit me.) Non ergo quicquam uiribus suis licuisse arbitretur fremitus impioꝝ. Non haberet istam potestatẽ, nisi sibi data esset desup. Sæpe filios paterfamiliãs per nequißimos seruos emendari iubet, cũ illis hæreditatẽ, illis compedes pararet. Quæ est ista hæreditas? Auri est, an argenti, an gemmaꝝ, ant fundoꝝ, amœnorumq; prædiorum? Vide qua intretur, & cognosce quid sit: Aperite, inqt, mihi portas iustitię.) Ecce audiuimus portas. Quid est intus? Ingressus, inquit, in eas confitebor dño.) Illa confeßio laudis est admirabilis usq; ad domum dei, in uoce exultationis & cõfeßionis, D
soni festiuitatẽ celebrantis. Hæc est æterna beatitudo iustoꝝ, qa beati sunt q inhabitãt in domo dei, in secula seculoꝝ laudantes eũ. Sed uide queãdmodum intretur in portas iustitię: Hæ portæ dñi, inquit iusti intrabunt in eas.) Has saltẽ nemo intrat iniustus, in illã Hierusalem, q non recipit incircumcisum carne, ubi dr, Canes foris. Satis sit qd in longinqua pegrinatione mea inhabitaui cũ tabernaculis Cædar, & cũ his q oderunt pacẽ eram pacificus, Pertuli usq; in finẽ permixtionẽ maloꝝ, sed hæ portæ dñi iusti intrabunt in eas. Confitebor tibi dñe qm̃ exaudisti me, & factus es mihi in salutem.) Quã sæpe ostenditur laudis esse ista confeßio, non uulnera medico oñdẽs, sed de pcepta sanitate gratias agens. Ipse aũt medicus salus est, Ac istum quẽ dicimus? Lapidem quẽ reprobauerunt ædificantes.) Nam Hic factus est in caput anguli.) Vt duos conderet in se in unũ nouum hoiem faciens pacẽ, & commutaret utrosq; in uno corpore deo, circuncisionem.s. & præputium. A dño factũ est ei.) Id est, capiti anguli à dño factus est. Quanuis.n. hoc non esset factus, nisi paßus esset, non tñ hoc ab eis à quibus paßus est, factus est. Nã illi q ædificabãt, reprobauerũt: sed in eo q dñs occulte ædificabat, fecit in caput anguli quod illi reprobauerunt: Et est mirabilis in oculis nostris.) In oculis interioris hominis, in oculis credentium, sperantium, diligẽtium: non in oculis carnalibus eoꝝ q quasi hoiem contemnendo reprobauerunt. Hic est dies quem fecit dñs.) Meminit iste homo se dixisse in superioribus psalmis, Qm̃ inclinauit aurem suam mihi, & in diebus meis inuocaui: dies suos cõmemorãs ueteres: unde modo dicit, Hic est dies quẽ fecit dñs, id est, quo mihi salutem dedit. Hic est dies de quo dixit dñs, Tẽpore acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiuui te: id est, dies de quo ille mediator factus est in caput anguli: Exultemus, ergo, & iocũdemur in eo. O dñe saluum me fac, ó dñe bene prosperare.) Iterum uero quia dies salutis est, saluũ me fac, qa de longinqua peregrinatione reuertentes se iungimur ab eis q oderant pacem cum quibus eramus pacifici: & cũ loqueremur eis, debellabãt nos gratis: Bene pspera iter redeuntibus, qa tu nobis factus es uia: Benedictus.n qui uenit in noie dñi.) Maledictus ergo ille qui uenit in noie suo: sicut in Euangelio dicit, Ego ueni in noie patris mei & nõ accepistis me, si alius uenerit in noie suo illũ accipietis. Benediximus uos de domo dñi.) Credo q ista uox magnoꝝ est ad pusillos, eorum.s. magnorum, qui uerbum deum apud deum sicut in hac uita possunt, mente contingunt: & tñ sermonẽ suum pp paruulos temperant, ut possint synceriter dicere qd̃ ait Apostolus, Siue.n. mente excesimus deo, siue temperantes sumus uobis, charitas.n. xpi compellit nos. Ipsi.n paruulos benedicunt de interiore domo dñi, ubi laus illa in secula seculoꝝ nõ deficit: & ideo uidete quid inde annuncient, Deus dñs & illuxit nobis.) Dñs ille qui uenit in nomine dñi, quem reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli: Mediator ille dei & hoium homo Christus Iesus deus est, æqualis est patri, & illuxit nobis, ut qd̃ credidimus intelligeremus, & uobis nondũ intelligentibus, sed credentibus enunciare mus: ut autẽ & uos intelligatis, Constituite diem

Psal. 41.
Psal. 83.
Apoc. 22.
Psal. 119.
Matt. 21.
1. Pet. 2.
E
Matt. 21.
Psal. 114.
Esai. 49.
2. Cor. 6.
F
Psal. 119.
Matt. 21.
Ioan. 5.
2. Cor. 5.

G festum in confrequentationibus, usq; ad cornu altaris.) Id est, usq; ad interiorē domum dei, de qua uos benediximus, ubi sunt altaria excelsa. Constituite diē festum non tepide ac segniter, sed in confrequentationibus. Ipsa est.n. uox exultationis so-
Psal. 41. ni festiuitatē celebrantis, ambulantiū in locum tabernaculi admirabilis usq; ad domum dei. Si.n. est ibi spiritale sacrificium, sempiternū sacrificiū laudis, & sacerdos sempiternus est, & altare sempiternum pacata mens ipsa iustorum. Hoc aptius dicimus frēs, quicunq; deum uerbū intelligere uolunt, non
Ioan 1. eis sufficiat caro qđ pp eos uerbum factum est, ut lacte nutrirent: nec in terra sufficiat iste dies fest⁹, quo agnus occisus est, sed constituat in confrequētationibus, quousq; perueniat, exaltatis a dño mentibus nostris, usq; ad eius diuinitatem interiorē, q nobis exteriorem humanitatē lacte nutr.endis prębere dignatus est. Et qđ ibi aliud, nisi laudes eius cantabimus? Quid ibi aliud dicemus, nisi Deus meus es tu & cōfitebor tibi, deus meus es tu, & exaltabo te: Confitebor tibi dñe qm̄ exaudisti me, & factus es mihi in salutem?) Nō strepitu uerborum
H ista dicimus, sed dilectio inhærens illi per semetipsam clamat istā uocem, & dilectio ipsa uox est. Itaque sicut cœpit laudē, ita terminat: Confitemini dño qm̄ bonus, qm̄ in seculum misericordia eius.) Hinc cœpit psalmus, huc definit, qm̄ sicut ab initio quod deseruimus, ita in finē quò redimus non est aliquid quod salubrius delectet, quàm laus dei & semper hallelu ia.

In Psalmum centesimumdecimumoctauum Enarratio.

Proœmium in psalmum octonarium, uel alphabeticum, uel halleluiaticum.

P Salmos omnes cęteros, quos codicem psalmorum nouimus cōtinere, quod Ecclesiæ consuetudine psalterium nuncupatur, partim sermocinando in populis, partim dictādo exposui, donante dño, sicut potui: Psalmum uero centesimum octauumdecimum, non tam pp eius notissimam longitudinem, q̄ propter altitudinē paucis cognoscibilem differebā. Et cum molestissimè ferrent frēs mei, eius solius expositionem, quātum
I ad eiusdem corpus psalmi ptinet, deesse opusculis nr̄is, meq; ad hoc soluendū debitum uehementer urgerent, diu petentib⁹ iubentibusq; nō cessi: Quia quotiescunq; inde cogitare tentaui, semp uires nr̄æ intentionis excessit. Quanto.n. uidetur aptior, tanto mihi pfundior uideri solet, ita ut etiam q̄ sit profundus demonstrare non possim. Alior̄ quippe q difficile intelliguntur, ēt si in obscuritate sensus latet, ipsa tñ apparet obscuritas. Huius autem nec ipsa, qm̄ talem præbet superficiem, ut lectorem atq; auditorem, non expositorem necessarium habere credatur. Et nunc q; tandem ad pertractationem eius accedo, quid in eo possim pr̄sus ignoro: spero tñ ut aliquid possim, affuturum atq; adiuturū deū. Sic.n. feci de omnibus quæcunq; sufficienter cum prius mihi ad intelligendū uel explicandum difficilia ac penè impossibilia uiderentur exposui. Statui aūt per sermones id agere, q proferuntur in populis, quas Græci ὁμιλίας uocant. Hoc.n. iustius esse arbitror, ut conuentus ecclesiastici nō fraudentur etiā psalmi huius intelligentia, cuius ut alior̄ delectari assolēt cātilena. Sed sit hucusq; pœmiū. Iā de ipso est loquēdū, de quo istic uisū est ploquendū. K

Concio prima.

a B exordio suo magnus psalmus iste charissimi, exhortat̄ nos ut q̄ramus beatitudinē, quā nemo est q nō expetat. Quis.n. unquā uel potest, uel potuit, uel poterit inueniri, q esse nolit beatus? Quid igitur ea exhortatione opus est ad eā rem quā sua sponte appetit aius? Nā pfecto q exhortatur, id agit ut excitetur uoluntas eius, cū quo agit ad illud pp quod exhortationis adhibetur alloquium. Vt qd ergo nobiscū agitur, ut uelimus qđ nolle non possumus, nisi quia oēs quidem beatitudinem concupiscunt, sed quo ad eam perueniatur plurimi nesciunt? Ideoq; hoc docet iste qui dicit, Cōtra 4. ser. dist. 49. de beatitu. dine.
Beati immaculati in uia, q ambulāt in lege dñi.) Aleph
Tanquam diceret, Scio qd uelis, beatitudinē quęris. Si ergo uis esse beatus, esto immaculatus. Illud ℵ
enim oēs, hoc autem pauci uolunt, sine quo nō peruenitur ad illud quod oēs uolunt. Sed ubi erit quisque immaculatus, nisi in uia? in qua uia, nisi in lege dñi? Ac per hoc, Beati immaculati in uia, qui ambulant in lege dñi: non superfluo uobis dicitur, sed exhortatio necessaria uestris mētibus adhibet̄. Quid L
enim boni sit, ad qd multi pigri sunt, id est, immaculatos ambulare in uia q̄ lex est dñi: sic ostendit, cum beatos esse qui hoc faciunt indicatur, ut propter illud quod oēs uolunt, ēt hoc fiat quod plurimi nolunt. Beatum quippe esse tam magnū est bonum, ut hoc & boni uelint & mali. Nec mirū est q; boni ppea sunt boni, sed illud est mirum, q; ēt mali ppea sunt mali ut sint beati. Nam quisquis libidinibus deditus, ut luxuria stuprisq; corrupatur, in hoc malo beatitudinē q̄rit, & se miserum putat, cū ad suæ concupiscentiæ uoluptatē, lætitiamq; non puenit: beatum uero non dubitat se iactare cū puenit. Et quisquis auaritiæ facibus inardescit, ad hoc congregat quocunq; modo diuitias ut beatus sit. Quicunq; molitur inimicorum sanguinē fundere, quicunq; desiderat dñationem, qsquis affectat crudelitatē suā explere, qsquis alienis cladibus pascit, in oibus sceleribus beatitudinē q̄rit. Hos igitur errantes, & uera miseria falsam beatitudinē requirētes, reuocat ad uiam: si audiatur uox ista diuina, Beati immaculati in uia, q ambulant in lege dñi: tanquā M
dicens, Quò itis? Peritis & nescitis, Nō illac itur quā pgitis, quò puenire desyderatis. Nam utiq; beati esse cupitis, sed misera sunt, & ad maiorem miseriam ducunt itinera ista q̄ curritis. Tam magnū bonum q̄rere p mala nolite. Si ad illud ptuenire uultis, huc uenite, hàc ite. Vię puersæ relinquite malignitatē, q non potestis relinquere beatitudinis uoluntatem. Frustra tendendo fatigamini, quò pueniendo inquinamini. Non aūt beati inqnati in errore qui ambulant in peruersitate seculi: sed, Beati immaculati in uia, q ambulant in lege dñi. Quid porrò adiungat attē dite: Beati q scrutant̄ testimonia eius, in toto corde exq̄runt eum. Non mihi uidet̄ aliud his uerbis commemoratū beator̄ genus, q̄ illud quod ante dictum est. Nam scrutari testimonia dñi, & eum in toto corde exq̄rere, hoc est, immaculatū in uia & in lege dñi ambulare: demq; seq̄tur & dicit, Non enim qui operantur iniquitatem, in uijs eius ambulauerunt.) Si ergo ambulantes in uia, id est, in lege dñi, ipsi sunt scrutātes testimonia ei⁹, & in toto corde exq̄rentes eū: pfecto qui operant̄ iniquitatē, nō

scrutantur

A scrutantur testimonia eius. Et tñ nouimus opera-
rios iniqtatis ad hoc scrutari testimonia dñi, nõ ꝙ
iam recte uiuãt, sed ut sciãt quẽadmodũ uiuere de
beãt. Tales ergo nondũ imaculati ambulãt in lege
dñi, ac per hoc nõdum beati. Qũo ergo intelligen
dum est, Beati qui scrutãtur testimonia eius, cum
uideamus hoies eius scrutari testimonia nõ btõs,
qa non imaculatos? Nam scribę & pharisęi sup ca-
thedram Moysi sedentes, de qbus dñs ait, Quæ di-
Matt.23. cunt, facite: quæ aũt faciunt, facere nolite, dicunt
enim & nõ faciũt: utiq; scrutabant̃ testimonia dñi,
ui haberent quę dicerẽt bona, q̃uis facerent mala:
sed hos omittamus. Rectè qppe rñdebitur nobis,
ꝙ isti non scrutantur testimonia dñi. Non.n. quæ-
runt ipsa, sed aliud q̃runt per ipsa: id est, ut glorifi-
Matt. 6. centur ab hoibus, uel ditentur. Non est hoc scruta
ri testimonia dei, nõ diligere qd ostendunt, & nol-
le puenire quò ducunt, id est, ad deũ. Nam aut si &
ipsi scrutãtur testimonia dei, q̃uis non ut ipm, sed
ut aliud ex his inueniant & acqrant: certe nõ in to
to corde exqrunt eum, qd nõ frustra hic additum
cernimus. Sciens.n. spũs qui hæc dicit, multos pp
B aliud non pp qd constitutum est scrutari testimo-
nia eius: non tantum dicit, Beati qui scrutãtur testi
monia eius: sed addidit, in toto corde exqrunt eũ:
tanq̃ docens quẽadmodum, uel pp qd scrutanda
sint testimonia dñi. Deniq; in libro Sapientiæ lo-
Prouer.1. quens ipsa sapientia, Quærũt, inqt, me mali & non
inuenient, oderunt.n. sapientiam. Qd qd est aliud,
q̃ oderunt me? Quęrunt ergo me, ait, & non me in-
ueniunt qui oderunt me. Qũo igitur dicũtur quę-
rere qd oderũt, nisi qa non hoc, sed aliud ibi quæ-
runt? Non.n. uolunt esse sapientes in dei gloriam,
sed uolunt uideri sapiẽtes pp hominum gloriam.
īfra psal Qũo.n. sapientiam non oderunt, quæ iubet & do
mo eodẽ cet contemnendũ esse qd diligunt? Proinde, Beati
Trac.29. imaculati in uia, qui ambulãt in lege dñi: Beati qui
scrutantur testimonia eius, in toto corde exqrunt
eum. Si.n. scrutãdo testimonia eius, aut in toto cor
de exqrunt eum, imaculati ambulant in lege dñi.
Nunqd tñ ille nõ scrutabatur testimonia eius, nec
Mat. 19. quærebat eum qui dicebat, Magister bone, qd bo-
ni faciam, ut uitam æternam consequar? Sed qũo
eum in toto corde quæsiuit, cuius cõsilio diuitias
C suas prætulit, quo audito tristis abscessit? Nam &
Esa. 55. ꝓpheta Esaias dicit, Quærite dñm, & cum inuene-
ritis eum, derelinquat impius uias suas, & uir ini-
quus cogitationes suas. Quærunt itaq; deum & im
pij & iniqui, ut eo inuento nõ sint impij nec iniq.
Qũo ergo iam beati cum adhuc testimonia eius
scrutãtur & exqrunt eum, cũ hoc facere possint &
impij & iniqui? Beatos aũt esse impios & iniquos,
qs uel impius dixerit aut iniquus? Ergo spe beati,
Matt. 5. sicut, Beati qui ꝑsecutionem patiuntur pp iustitiã:
non pp qd adest quandiu mala patiuntur, sed pp
qd aderit, qm̃ ipsoꝝ est regnum cœloꝝ: Et, Beati
qui esuriunt & sitiunt iustitiam: non qa esuriunt
& sitiunt, sed pp quod seqtur, qm̃ ipsi saturabũtur:
&, Beati qui plorant, non qa plorant, sed pp quod
seqtur, qa ridebunt. Proinde, Beati qui scrutantur
testimonia eius, in toto corde exquirunt eum: non
quia scrutantur & exqrunt, sed quia inuenturi sunt
qd exqrunt. In toto.n. corde, non negligenter exq-
runt. Si ergo spe beati, fortassis etiam spe immacu-
lati. Nam ꝑfecto in hac uita licet in lege dñi ambu
lemus, licet scrutemur testimonia eius, & in toto D
corde reqramus eum: & si dixerimus qa peccatum
non habemus nosipsos seducimus, & ueritas in no
bis non est. Sed hoc diligentius ingrendum est: se- 1. Ioan. 1.
quitur qppe. Non.n. qui operantur iniqtatem, in
uijs eius ambulauerunt. Ex quo uideri põt, qui am
bulant in uia dñi, id est, in lege dñi scrutando testi
monia eius, & in toto corde exqrẽdo eum, iam esse
posse immaculatos, hoc est, sine peccato pp uerba
sequentia, Non.n. qui operantur iniqtatem, in uijs
eius ambulauerunt. Qui aũt peccatum facit, & ini
quitatem facit, ait beatus Ioannes: & addidit, Pec- 1. Ioan. 3.
catum iniqtas est. Sed iam sermo iste claudendus
est, nec in angustum tanta quæstio coarctanda.

Concio secunda.

SCriptum est & legitur & uerum est in hoc
psalmo: Non.n. qui operantur iniqtatem, Sapiẽ. 7.
in uijs eius ambulauerunt. Sed elaboran-
dum est opitulante deo, in cuius manu sunt & nos
& sermones nostri, ne rectè dictum, nõ rectè intel-
lectum, lectorem auditorémue pturbet. Hucusq; 1. Ioan. 1.
cauẽdum est, plus uero habet cõtra Pelagianistas.
Cauendum est.n. ne oẽs sancti quoꝝ illa uox est, E
Si dixerimus qa peccatum non habemus, nosipsos
seducimus, & ueritas in nobis non est: aut non pu
tentur, nec possint ambulare in uijs dñi, qm̃ pctm̃
iniqtas est: & qui operantur iniqtatem, nõ utiq; in
uijs eius ambulauerunt: aut qa dubium nõ est eos
ambulare in uijs dñi, non credantur habere pecca
tum, qd ꝓculdubio falsum est. Neq;.n. pp arrogan-
tiam superbiamq́; uitandam scriptum est, Si dixeri
mus qa peccatum non habemus, nosipsos seduci-
mus: alioqui nõ adderetur, & ueritas in nobis non
est: sed diceretur, humilitas in nobis non est: præ-
sertim qa seqtur unde iste sensus clarius illustretur,
oẽisq́; auferat dubitationis ambages: cum.n. hoc
beatus Ioannes dixisset, adiunxit: Si autem cõfessi
fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus qui no 1. Ioan. 1.
bis peccata nr̃a dimittat, & mundet nos ab omni
iniqtate. Quid hic dicit, qd contradicit dãnabilis
impietatis elatio? Si.n. pp arrogantiam deuitandã,
non pp ueritatem fatendam, non dicunt sancti se
non habere peccatum, qd est qd confitentur ut re-
missionem mundationemq́; mereantur? An & hoc F
fit, ut arrogantia deuitetur? Qũo ergo impetrabi-
tur peccatoꝝ uera mundatio, quoꝝ est falsa confes
sio? Cõticescat igitur & arescat elatio fœnea super-
boꝝ seipsam seducens, quæ in auribus hominum
simulata humilitate dicit se habere peccatũ, in cor
de aũt suo impia elatione dicit se non habere pec-
catum. Qui.n. hoc dicunt, seipsos seducunt, & ueri
tas in eis non est. Sed qñ in auribus hominum hoc
dicũt, non tantũ seipsos, sed & alios quosq; doctri
næ insanæ puersitate seducũt. Cum uero id in cor
de suo dicunt, illic seipsos seducunt, illic ueritas in
eis nõ est: ac per hoc in corde seipsos seducũt, & in
suo corde ueritatis lumen amittunt. Exclamet aũt
sancta familia Xp̃i fructificans & crescẽs in uniuer
so mũdo, humilr uerax & ueraciter humilis: excla-
met inquam, Si dixerimus qa peccatum non habe
mus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis nõ est: 1. Ioan. 1.
qd si confessi fuerimus delicta nr̃a, fidelis est & iu-
stus ut dimittat nobis peccata nr̃a, & mundet nos
ab omni iniqtate. Hæc ut dicunt̃, ita sentiant̃. Tũc
enim erit humilitas uera, si non solũ ostentetur in

G lingua,ut fimus,fcdm Aplm,non alta fapiẽtes,fed
Roma.12 humilibus cõfentientes.Non,ait,colloquentes,fed
cõfentientes,qd non fit ore,fed corde. Hypocrita.
fi dicis te habere cum credas te non habere pecca-
tum,foris fingis humilitatẽ, intus amplecteris ua-
nitatẽ. Ergo & in ore & in corde nõ habes uerita-
tẽ. Quid tibi ꝓdeſt uideri hoibus humile effe qd
dicis,fi deus uidet altũ effe qd fapis? Certe fi auri-
bus diuinũ infonaret oraculum, Noli altum dice-
re: nec fic imerito dãnareris, fi humile in ore corã
hominibus, & altum in corde coràm domino lo-
Rom.11. quereris. Cũ uero audias,noli altũ fape, fed time:
non.n.ait,dicere:fed,fapere:cur non etiam intus es
humilis ubi fapis? An ideo mens altitudine inflaſ,
ut humilitatẽ lingua mentiaſ? Legis uel audis, No-
li altũ fapere,fed time: & tu intantũ fapis altũ ut te
peccatũ exiftimes nõ habere? Ac per hoc qa nõ uis
timere,nihil tibi aliud remanet,ꝗ timere. Et unde,
inqs, fcriptum eft, Non.n.qui opantur iniqtatem,
in uijs eius ambulauerunt? An uero fancti dñi non
ambulant in uiis dñi? Quòd fi ambulant in uiis
dñi,non operantur iniqtatem Si non opantur ini-
H quitatem,non hñt peccatum, qm̃ peccatum iniqui
1.Ioan.3. tas eft.Exurge in adiutorium mihi dñe Iefu, & con
tra hæreticum fupbientẽ opitulare mihi per Aplm
confitentem, Ecce ubi eft homo tuus exinaniens
fe ut impleatur teipfo? Ipfum audiamus fratres cha
rifsimi, ipfum de hac quæftione fi placet, imò qa
placet interrogemus. Dic nobis Paule beatifsime,
utrum ambulaueris in uiis dñi, cũ in carne adhuc
uiueres? Rñdet,Et unde dicebam,Veruntamen in
Philip 3. qd peruenimus, in eo ambulemus? Vnde dicebam,
2.Cor.12 Nunqd circumuenit uos Titus? Nõne eodem fpiri-
tu ambulauimus? Nõne iifdem ueftigiis? Vnde au
2. Cor.5. tem dicebam, Quãdiu fumus in corpore,peregri-
namur à dño? Per fidem.n.ambulamus nõ per fpe
ciem.Quæ certior uia dñi, ꝗ fides ex qua iuftus ui
Roma.1. uit? In cuius alterius uiæ itinere ad fuperna tende-
Philip.3. bam,qñ dicebam,Omnium aũt quę retro oblitus
in ea quę antẽ funt extentus,fcdm intentionem fe-
quor ad palmam fupnę uocationis dei in Chrifto
Iefu? Poftremo in qua alia uia cucurreram qñ dice
2.Tim.4. bam,Bonũ certamen certaui,curfum cõfummaui,
I fidem feruaui? Satis fint ifta rñfa,qbus aplm Paulũ
in uiis dñi ambulafce difcimus,fed ab illo & aliud
inqramus: Dic obfecro,ô Paule,qñ adhuc in carne
uiuens in uiis dñi ambulabas,habebas peccatum,
an fine peccato eras? Audiamus utrum fe ipfe fedu
1.Ioan.1. cat,an uero qd beatus Ioãnes eius coapoftolus fa-
piat,qm̃ ueritas erat in eis? Hic uero rñdet, Nõne le-
giftis ubi confiteor dicens, Non n.qd uolo, facio
Roma.7. bonum: fed qd nolo,malum hoc ago? Et hoc audi
uimus. Iam itaq illud iterrogemus, Quõ in uiis do
mini ambulabas, fi malum qd nolebas, hoc age-
bas? cum pfalmus fanctus intonet dicens, Non.n.
qui operantur iniquitatem, in uiis eius ambulaue
runt. Audi continuo rñdentẽ per fniam confequẽ-
Ibidem. tem: Si qd nolo,inquit,ego hoc facio,iam ego non
operor illud,fed qd habitat in me peccatum. Ecce
quemadmodũ qui ambulant in uiis dñi, non ope
rantur peccatum,& tñ non funt fine peccato: quia
iam non ipfi operantur iniqtatem, fed qd habitat
in eis peccatum. Hic dicit aliqs, Quõ agebat qd no
lebat malum,& quõ ipfe non id agebat,fed qd ha-
bitabat in illo peccatum? Interim iam ifta quęftio
foluta eft, fatifq; apparuit fcripturæ authoritate ca K
nonicæ fieri poffe, ut ambulantes in uiis dñi, ꝗuis
non fint fine peccato,non tñ id operentur ipfi. Non
enim qui opantur iniqtatem,hoc eft peccatum,qa 1.Ioan.3.
peccatum iniqtas eft, in uiis eius ambulauerunt,
Iam uero qua rõne pofsit intelligi, & agẽs illud pp
corpus mortis huius,in quo lex peccati habitat, & Roma.7.
non ipfe agens illud pp uias dñi,in qbus ambulat,
alius fermo neceffarius eft, qa ifte claudendus eft.

Concio tertia.

P Ropter id qd in pfalmo ifto fcriptum eft,
Non.n.qui operantur iniquitatem, in uiis
eius ambulauerunt: qm̃ peccatum iniqui- 1.Ioan.3.
tas eft, ficut Ioannes apls dicit, exorta difficilis eft
quæftio, quõ pofsint fancti in hac uita & non effe
fine peccato: quia & illud uerum eft, Si dixerimus 1.Ioan.1.
quia peccatum nõ habemus, nofipfos feducimus,
& ueritas in nobis non eft: & tñ ambulare uias do
mini, quas non ambulant qui operantur iniquita
tem: foluta eft dicente apoftolo Paulo, Iam nõ ego Roma.7.
operor illud,fed id quod in me habitat peccatum.
Quõ.n.eft fine peccato, in quo habitat peccatum? L
Ambulat tamen uias dñi, quas non ambulant qui
operantur iniquitatem, quia iam non ipfe opatur
illud,fed qd in eo habitat peccatum. Veruntamen
ita foluta eft quęftio ifta,ut difficilior altera nafce
retur, quõ agat homo quod non agit Vtrunq.n.di Ibidem.
xit,& non quod uolo,ago: & quod nõ ego operor
illud,fed qd habitat in me peccatum. Vnde intelli-
gere debemus, qñ peccatum quod habitat in no-
bis operatur in nobis,tunc nos id non operari, qñ
nequaquam ei uoluntas noftra confentit, & tenet
etiam corporis membra ut non obediant defyde-
riis eius. Quid.n.opatur peccatum nolentibus no-
bis,nifi fola illicita defyderia? Quibus fi uolunta-
tis non adhibeaſ affenfus, mouetur qdem nõnul-
lus affectus,fed nullus ei relaxaſ effectus Hoc præ-
cipit idem Apls ubi dicit,Non ergo regnet peccatũ Roma.6.
in ueftro mortali corpore ad obediendum defyde
riis eius,nec exhibeatis mẽbra ueftra arma iniqui-
tatis peccato. Sũt itaq defyderia peccati, qbus nos
ꝓhibuit obedire. Operantur ergo peccatum hæc
defyderia,qbus fi obedimus & nos opamur. Si aũt Roma.7.
obtemperantes Aplo non obedimus eis, nõ illud M
nos opamur,fed qd in nobis habitat peccatum. Si
autẽ defyderia nulla haberemus illicita, nec nos,
nec peccatum mali aliqd operaretur in nobis. Mo-
tum porrò illiciti defyderii, cui non obediẽdo nõ
eum nos opamur, ideo & nos agere dicimur, qm̃
non eft naturę uigor alienę,fed languor eft noftrę.
A quo languore omodo falui erimus, cum & aio
& corpore imortales facti fuerimus. Quapropter &
qa in uiis dñi ambulamus,non obedimus defyde-
riis peccati: & qa nõ fimus fine peccato,habemus
defideria peccati,ac per hoc iam nos ea non opera
mur, non eis obediendo, fed qd in nobis habitat
peccatum eadem cõmouendo. Non n qui operan
tur iniqtatem,id eft,qui obediunt defyderiis pecca
ti,in uiis dñi ambulauerunt. Sed adhuc quęrendũ
eft quæ petamus dimitti nobis qñ dicimus deo,
Dimitte nobis debita noftra: utrum quæ nos ope- Matt. 6.
ramur qñ peccati defyderiis obedimus,an ipfa de-
fyderia nobis dimitti uolumus,quæ nos nõ opera
mur,fed qd habitat in nobis pctm? Quãtum qui-
dẽ ego fapere poffum,languoris illius & infirmita-

A tis unde illicita desyderia cõmouentur, qd peccatum appellat Apls uniuersus reatus sacro baptismatis est solutus, cum omnibus quę illi obedientes fecimus, diximus, cogitauimus, nec deinceps nobis läguor iste obesset ꝗuis inesset, si desyderiis eius illicitis nullis unquã obedíẽtiam prẽberemus, siue opatione, siue locutione, siue tacita assensione, donec ẽt ipse sanaretur, cum id qd poscimus esset impletum, siue dicentes, ueniat regnũ tuũ, siue dicentes, libera nos à malo. Sed qm̃ tentatio est uita humana sup terram: etiã si à criminibus longe simus, non tñ deest ubi desyderiis peccati, uel facto uel dicto, uel cogitatu obediamus, qñ aduersus maiora uigilantibus quędam incautis minuto surrepunt. Quæ si aduersus nos colligantur: etsi non singula suis motibus conterunt omnia tñ aceruo nos obruunt. Et pp hoc etiam mihi uidetur, ꝙ hi qui ambulant in uiis dñi dicũt, Dimitte nobis debita nostra: qm̃ ad uias dñi & ipsa oratio pertinet & ipsa confessio, ꝗuis non ad ea peccata pertineant. Itaq; in uiis dñi quas omnes fides una complectit, qua B in eum creditur qui iustificat impiũ, qui etiam dixit, Ego sum uia: nemo peccatum operatur, sed cõfitetur. Deuiat ergo cum peccat, & ideo peccatum uiæ non tribuitur qd à deuiante cõmittitur, sed in uia fidei pro non peccantibus hñtur, qbus peccata non imputantur. De qbus apostolus Paulus iustitiam fidei cõmendans in psalmo scriptũ esse mõstrauit, Beati quoꝝ remissæ sunt iniqtates, & quoꝝ tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dñs peccatũ. Hoc præstant uiæ dñi, ac per hoc qm̃ iustus ex fide uiuit, ab ista uia dñi illa alienat iniquitas, quæ est infidelitas. In hac aũt uia domini, id est, in fide pia quisꝗ ambulat, aut peccatum nõ operatur, aut si qd à deuiante cõmittitur, pp uiam non imputatur, & tãquam non fuerit operatus accipitur. Et ideo bene etiam sic intelligitur, Non n. qui opantur iniqtatem in uiis eius ambulauerunt, ut hanc iniquitatem significauerit, quę recedit à fide, aut non accedit ad fidem. Quemadmodum.n. ait dñs de Iudæis, Si non uenissem peccatum non haberẽt. Nec utiꝗ sine ullo peccato erant antequã Christus ueniret in carne, & ex quo uenit cœperũt habere peccatum, sed quoddam peccatum certũ, id est, infidelitatis intelligi uoluit, qm̃ non credide C runt in eum: ita qui opantur iniqtatem, non quãlibet, sed hanc ipsam infidelitatem, non in uiis eius ambulauerunt, qa uniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas, Vtrunꝗ autem in Christo est, & prę ter Christum nusquam est. Dico.n. Christum, ait Apostolus, ministrum fuisse circuncisionis pp ueritatem dei, ad confirmandas ꝓmissiones patrum, gentes autem sup misericordiam glorificare deũ. In hoc igitur misericordia, qa nos redemit: in hoc ueritas, quia id quod promisit impleuit, & impleturus est quod promittit. Qui ergo operantur iniquitatem, id est, infidelitatem, non in uiis eius ambulauerunt, quia in Christum non crediderunt. Ergo conuertantur, & in eum qui iustificat impium pie credant, atꝗ in illo misericordiam peccatis dimissis, & ueritatem completis ꝓmissis, hoc est, uniuersas uias domini inueniant, in quibus ambulantes non operabuntur iniquitatem, quia non tenebũt infidelitatem, sed fidem quæ per dilectionem operatur, & cui peccatum non imputatur.

Roma. 7. *Matth. 6* *Iob. 7.* *Matth. 6* *Roma. 4.* *Ioan. 14.* *Roma. 4.* *Psal. 31.* *Ioan. 15. de uerbis domini, sermo. 2. & 60.* *Psal. 24.* *Rom. 15.* *Rom. 4.* *Galat. 5.*

Concio quarta.

Vis est fratres charissimi qui dño dicit, Tu D q præparasti mandata tua custodiri nimis. Vtinam dirigantur uiæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Tũc non confundar, dũ inspicio in oia mandata tua? Quis est qui hoc dicit, nisi unũquodꝗ membꝝ xpi, uel potius uniuersum corpus Christi? Et qd est, tu præcepisti mãdata tua custodiri nimis? Vtrum nimis præcepisti, an nimis custodiri? Quodlibet hoꝝ intelligamus contra illam memorabilem nobilemꝗ sniam hoc dictum uidetur, quam Gręci laudant in sapientibus suis & Latini laudando consentiunt, Ne qd nimis. Si.n. hoc uerum est, ut ne qd nimis fiat, quo uerum est qd hic dicitur, Tu præcepisti mãdata tua custodiri nimis? Qũo & qñ deus aliqd uel nimis præciperet, uel custodiri nimis uellet, si omne nimiũ reprehẽsione dignum esset? Diceremus ergo nos nulla Græcoꝝ sapientum authoritate terreri, intuentes qd scriptum est, Nõne stultam fecit deus sapientiam huius mũdi? & potius istam sniam falsam esse crederemus qua dictum est, Ne qd nimis, ꝗ diuinũ eloquium ubi legimus atꝗ cantamus, Tu præcepisti mandata tua custodiri nimis: nisi nos non Gręca elatio, sed uera ratio reuocaret. Nimis quippe dicitur, quicqd plus fuerit ꝗ oportet. Nã parum & nimium duo sunt inter se cõtraria. Parum est qd minus est ꝗ oportet: & nimium est qd plus est ꝗ oportet. Hoꝝ in medio modus est: qd dicit satis est. Cũ utiꝗ utile sit in uita & moribus ut amplius ꝗ oportet nihil oino faciamus, pfecto uerã esse sniam, Ne quid nimis, fateri potius ꝗ negare debemus. Sed aliqñ Latina lingua hoc uerbo sic abutitur, ut nimis pro eo qd est ualde, & positum inueniamus in literis sacris, & ponamus in sermonibus nostris. Nam & hic, Tu præcepisti mandata tua custodiri nimis: nõ nisi ualde intelligimus, si recte intelligimus. Et nimis te diligo, si alicui charissimo dicimus: non utiꝗ plus ꝗ oportet, sed ualde nos diligere intelligi uolumus. Deniꝗ illa Gręca snia non habet hoc uerbum qd hic legitur. Ibi.n. est ἄγαν, qd est nimis: hic est aũt σφόδρα, qd est ualde, sed aliqñ, ut diximus, nimis pro eo qd est ualde, & dictum inuenimus & dicimus. Vnde nõnulli etiam Latini codices nõ habent, Tu præcepisti mandata tua custodiri nimis: sed, ualde. Valde utiꝗ præcepit hoc deus, & ualde oportet dei custodire mãdata. Sed humilis pietas, uel pia humilitas, & fides nõ immemor gratiæ, qd adiungat attẽdite. Vtinam, inqt, dirigant̃ uiæ meę, ad custodiẽdas iustificationes tuas. Pręcepisti qdẽ tu, sed utinã qd præcepisti fiat mihi. Vbi audis, utinã, uocẽ optantis agnosce, & agnita uoce optãtis, depone superbiam psumẽtis. Quis.n. se dicat optare qd sic habet in arbitrij ptãte, ut nullo indigens adiumento id possit efficere? Ergo si optat homo qd pręcepit deus, ut det ipse qd pręcepit, rogandus est deus: A quo.n. optandum est, nisi ab illo patre luminũ à quo omne datum optimum & omne donum pfectum, sancta scriptura teste, descẽdit! Propter eos aũt qui putant hoc solo nos ad faciẽdam iustitiã diuinitus adiuuari, ꝙ dei pcepta nobis in notitiam pferũtur, ut ea cognita iam sine ulla dei gratia solis nr̃æ uoluntatis uiribus impleantur, nõ optat hic dirigi uias suas ad custodiẽdas iustificationes dei, nisi iã eius acceptis ipso pcipiente man-

1. Cor. 1. *Supra psal. 106* E *De beata uita capitibus 19. & 20.* F *Iacobi. 1.*

G datis. Ad hoc.n.ptinet quod præmisit, Tu præce-
pisti mandata tua custodiri nimis: tanquã diceret,
Roma. 7. Iam legem accepi, iam noui. Tu.n.præcepisti man
data tua custodiri nimis, & mandata tua sancta, &
iusta & bona, sed peccatũ meũ per bonũ mihi ope
rabitur mortẽ, nisi adiuuetur gratia. Vtinã ergo di
rigantur uiæ meæ ad custodiendas iustificationes
tuas, tunc nõ confundar dum inspicio in oia man
data tua. Mãdata dei siue cum leguntur, siue cùm
memoria recoluntur, tanq̃ speculum intuendũ est
Iacobi. 1. secundum Apostolum Iacobum dicentem. Si quis
auditor est uerbi & nõ factor, hic cõparabitur ui-
ro consyderãti uultum natiuitatis suæ in speculo:
Cõsyderauit.n. se & abijt, & statim oblitus est qua
lis fuerit: qui autẽ perspexerit in legẽ perfectã liber
tatis, & permanserit, nõ auditor obliuiosus factus,
sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Talẽ
se iste uult esse, ut inspiciat tanq̃ in speculum man-
data dei et nõ confundantur, quia nõ auditor eo-
Supra eodẽ Psal. tantum uult esse, sed factor: Propterea optat dirigi
uias suas ad custodiẽdas iustificationes dei. Vnde
H dirigi nisi gratia dei? Alioqui legẽ dei habebit, non
tibi gratuleĩ, sed ubi confundatur, si uoluerit man
data inspicere quæ non facit: Confitebor, inquit,
tibi dñe i directione cordis mei, in eo q̃ didicerim
iudicia iustitiæ tuæ.) Non est peccatorũ confessio
ista, sed laudis: sicut ait etiam ipse in quo peccatũ
Matt. 11. nullũ erat, Confiteor tibi pater dñe cœli & terræ:
Ecclesiastici 39. & sicut scriptum est in libro Ecclesiastico, Hęc di-
cetis in confessione, opera dñi uniuersa q̃m bona
ualde: Confitebor, inquit, tibi in directione cor-
dis mei. Vtiq; si dirigantur uiæ meæ, cõfitebor tibi
q̃m tu fecisti, & tua laus est ista non mea. Tunc.n.
confitebor in eo q̃ didicerim iudicia iustitiæ tuæ:
si directũ cor habebo, directis uidelicet uijs meis
ad custodiẽdas iustificationes tuas. Nã quid mihi
proderit q̃ ea didicerim, si corde peruerso uias abi
bo prauas? Non.n. lætabor in eis, sed accusabor ab
eis. Deinde adiũgit, Iustificationes tuas custodiã.)
Quæ oia ex illo utiq; connectuntur qđ ait, Vtinã
dirigantur uiæ meæ ad custodiendas iustificatio-
nes tuas, tunc non confundar dum inspicio in oia
mãdata tua, & cõfitebor tibi in directione cordis,
I & iustificationes tuas custodiam. Sed quid est qđ
sequitur? Ne derelinquas me usq; ualde.) Vel sicut
nõnulli codices habent, Vsq; nimis.) pro eo q̃ est
ualde: nã hoc uerbũ Græcum est: & hic est σφόδρα,
quasi relinqui se à dño uelit, sed nõ usq; ualde? Ab
sit. Sed quia reliquerat deus mundũ merito pecca
torũ, usq; ualde illũ reliquisset, si ei nec tanta medi
cina profuisset, hoc est, grã dei per Iesum Christum
dñm nrm. Nunc uero secundũ istam orationẽ cor
2. Cor. 5. poris Xpi nõ eum reliquit usque ualde, quia deus
erat in Xpo, mundũ reconcilians sibi. Potest hoc
etiã sic intelligi, ut eius ista sit uox qui cũ dixisset,
Psal. 29. In abundantia mea nõ mouebor in æternũ, uelut
sua uirtute confidens: ut ostẽderet ei deus q̃ meri-
to eius, sed in uoluntate sua pręstiterat decori eius
uirtutẽ: auertit ab eo faciẽ suã, & factus est contur
Ibid. batus. Inueniens ergo se, nec iam præsumens de se
clamat, Ne derelinquas me usq; ualde. Si.n dereli-
quisti, ut sine adiutorio tuo infirmus appaream,
noli usq; ualde, ne peream. Tu ergo pręcepisti man
data tua custodiri nimis: Iã de ignorantia me excu
sare non possum. Sed q̃m infirmus sum, utinã diri-
gantur uiæ meæ ad custodiendas iustificationes K
tuas, Tũc nõ confundar dũ respicio in oia manda
ta tua, tũc cõfitebor tibi i directione cordis, in eo
q̃ didicerim iudicia iustitię tuę, tũc iustificationes
tuas custodiã: & si dereliquisti me ne gloriari i me,
noli usq; ualde, & iustificatus abs te glorificabor i te.

Concio quinta.

Os uersus charissimi isto cõsyderemus in Beth.
h Psalmo, Et sicut dñs donat eius sacras lite ב
ras perscrutemur. In quo corrigit iunior
uiam suã? in custodiẽdo uerba tua.) Interrogat se,
& respõdet sibi: In quo corrigit iunior uiã suã? hu-
cusque interrogatio est: Deinde respõsio, in custo-
diendo uerba tua. Sed hoc loco custoditio uerbo
rum dei, intelligenda est operatio præceptorũ. Fru
stra.n. custodiuntur memoria, si nõ custodiantur
& uita. Nã quidã uerba dei tenendo agunt ne obli
uiscantur, nec agunt uiuendo ut corrigantur. Non
autẽ ait iste, in quo exercet iunior memoriã suam:
sed, in quo corrigit uiã suã: atq; ad hoc respondet,
in custodiẽdo uerba tua. Neq; ullo modo dicẽdo L
est uia correcta, quãdiu est uita peruersa. Sed quid
sibi uult iste iunior? Potuit.n. dicere, i quo corrigit
homo uiã suã: aut, in quo corrigit uir uiã suã, qđ
plerunq; in scripturis ita ponitur, ut à sexu honora
tiore homo intelligaĩ, modo locutionis quo signi-
ficatur à parte totũ. Neque.n. & fœmina nõ beata
quæ nõ abijt in consilio impiorũ: ubi tñ dictũ est,
Beatus uir. Hic uero nec homo ait, nec uir, sed iu- Psal. 1.
nior. Nã quid? Desperandus est senior? Aut in alio
corrigit etiã senior uiã suã, q̃ in custodiendo uerba
dei? An forte admonitio est qua ætate potissimum
fieri debeat: secundũ illud qđ alibi scriptũ est, Fili Ecclesiastici. 6.
à iuuentute tua excipe doctrinã, & usq; ad canos in
uenies sapientiã? Est & alius intellectus, ut ille hic Luca. 15.
agnoscatur filius euãgelicus iunior, qui profectus
à patre i regionẽ longinquã, effudit substantiã suã
uiuens cum meretricibus prodigè, & posteaq̃ por-
cos pauit egestatẽ famemq; perpessus, reuersus est
ad semetipsum, & dixit, Surgã & ibo ad patrẽ meũ.
In quo.n correxit uiã suam, nisi in custodiẽdo uer
ba dei, quę tanq̃ panẽ paternũ esuriens cõcupiuit? M
Neque.n. corrigit uiã suã frater eius senior qui pa-
tri suo dixit, Ecce tot annis seruio tibi, & nũquam Ibid.
mandatũ tuũ præterij. Iunior ergo ille correxit uiã
suam, quam se ita deprauasse peruersamq; habuisse
confessus est, ut patri diceret, Iã nõ sum dignus uo
cari filius tuus. Terti⁹ quoq; intellectus mihi occur
rit, quẽ quidẽ ego quantũ pro modulo meo sapio,
duobus superiorib⁹ antepono, Vt senior agnoscaĩ
uetus homo: & nouus, iunior. Senior q portat ima 1. Cor. 15.
ginẽ terreni hois, iunior q cœlestis: qa nõ prius qđ
spiritale est, sed quod aïale, postea spiritale. Sic ergo Ibid.
licet quilibet quantũ ad ętatem pertinet corporis,
annosa uetustate decrepitus, iunior erit apud deũ
percepta grã nouitate cõuersus, Et in hoc corrigit
iunior uiã suã in custodiendo uerba eius: Hoc est Gal. 5.
uerbũ fidei qđ prędicamus, & ipsa est fides quę per
dilectionẽ operaĩ. Sed iste iunior populus, gratiæ
fili⁹, hõ nouus, cãtator noui cãtici, hęres testamẽti
noui, iste iunior nõ Cain sed Abel, nõ Hismael sed Gene 4.
Isaac, nõ Esau sed Israel, nõ Manasses sed Ephraim,
nõ Heli sed Samuel, nõ Saul sed Dauid, quid adiun
gat attẽdite: In toto, inqt, corde meo exquisiui te,
ne repellas me à mãdatis tuis.) Ecce orat ut adiuue

tur ad

tur ad custodienda uerba dei,in quo dixerat uiam suã corrigere iuniorem.Nam utiq; hoc est, ne repel las me à mandatis tuis. Quid est.n. à deo repelli,ni si non adiuuari? Mandatis qppe eius rectis atq; ar duis humana non cõtẽperatur infirmitas,nisi præ ueniens eius adiuuet charitas.Quos aũt non adiu uat,hos merito phibetur repellere, & tanq̃ flãmea framea prohibeantur indigni,ne manũ extendant
Gene.3. ad arborem uitæ. Quis est aũt dignus, ex quo per unum hominem peccatũ intrauit in mundum, &
Rom.5. p peccatum mors,& ita in oẽs homines pertrãsijt, in quo oẽs peccauerunt? Sed indebita dei miseri cordia,sanatur debita nr̃a miseria. Nam iste q loq tur & dicit,In toto corde meo exqsiui te: & hoc un de posset, nisi eum auersum ad seipse conuerteret
Psal.84. cui dicitur,Deus tu cõuertẽs uiuificabis nos: & il le pditum quæreret,& errantem ille reuocaret q di
Ezec.34. cit,Quod perierat reqram,& qd errauerat reuoca bo?Inde est quod & corrigit uiam suã in custodiẽ do uerba dei,illo regente, illo faciente: neq;.n. per
B se ipse posset, cum Hieremias propheta fateatur &
Hiere.10 dicat,Scio dñe q̃m non est hominis uia eius, neq; uir ibit & corrigit uiam suam; A dño qppe hoc ẽt iste superius optauit ubi ait, Vtinam dirigãtur uiæ meæ:& hic ubi addidit, In corde meo abscondi eloqa tua,ut non peccem tibi.)Cõtinuo diuinum quæsiuit auxilium, Nam in corde eius dei eloquia sine fructu absconderentur, nisi opera iustitiæ se quererentur. Cum.n.hoc dixisset: adiunxit, Bene dictus es dñe,doce me iustificationes tuas.) Doce dixit,qũo eas discunt q faciunt, non quomodo hi q ut habeant quod loquãtur tantummodo memi nerunt. Nã utiq; iam dixerat, In corde meo abscon di eloqa tua, ut non peccẽ tibi. Quid ergo adhuc ea quærit discere,q̃ abscõdita iã custodit in corde. Quod utiq; non fecisset,nisi ea didicisset. Vt qd er go addit & dicit,Doce me iustificationes tuas,nisi qa eas uult faciẽdo discere,non loquendo uel me moria retinendo? Qm ergo sicut in alio Psalmo le
Psal.83. gitur,Benedictionẽ dabit q legem dedit: ideo be nedictus es dñe,doce me,inqt, iustificatiões tuas. Quia.n.in corde meo abscondi eloqa tua, ut non
C peccem tibi legem dedisti,da ẽt benedictionẽ gra tiæ,ut faciendo discam qd intimando iussisti. Hæc satis sint,ut uestræ mentes sine fastidio nutriãtur: aliũ sermonem hæc desyderant quæ sequuntur.

Concio sexta.

Nitiũ sermonis huius est nobis in Psalmo de quo disputamus hic uersus, In labijs meis pnunciaui omnia iudicia oris tui.) Quid est hoc dilectissimi qd est hoc? Quis omnia iudicia dei enũciare possit cũ inuestigare non pos
Rom.11. sit?An uero cũ Apl̃o exclamare dubitamus,O alti tudo diuitiaꝝ sapiẽtiæ & sciẽtiæ dei, q̃ inscrutabi
Ioan.16. lia sunt iudicia eius,& inuestigabiles uiæ eius? Dñs dicit,Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nõ po testis portare modò. Et q̃uis cõtinuò pmiserit eis oẽm ueritatẽ p spũm sanctũ,clamat tamen beatus
1.Cor.13. Paulus,Ex parte scimus:ut intelligamus spũ qdem sancto,unde pignus accepimus, pduci nos ad om nẽ ueritatẽ,sed cũ in alia uita post huius uitæ spe culũ & ænigmata uenerimus,& facie ad faciẽ uide
Ibidem. rimus.Qũo ergo iste dicit,In labijs meis pnũciaui omnia iudicia oris tui?Et ille hoc dicit q pauloan te supiore uersu pximo dixerat,Doce me iustifica

tiones tuas. Quo pacto igit enũciauit oĩa iudicia oris eius,q uult adhuc discere iustificationes eius? An iudicia qdem cuncta iam nouerat,iustificatio nes aũt adhuc discere cupiebat?Hoc uero esset mi rabilius,si iã sciebat inscrutabilia dei,& ea q̃ homi nibus pcepit facienda nesciebat. Iustificationes.n. sunt,nõ dicta sed facta iustitiæ,opera.s.iustoꝝ,quę imperat deus. Ideo aũt dei dicuntur q̃uis à nobis fiant,qa nisi ipso donante non fiunt. Iudicia por rò dei sunt,qbus ab eo mundus, & nunc & in fine seculi iudicat. Sed cũ eloquijs dei omnia cõtinean tur,& iustificationes uidelicet & iudicia, cur quæ rit iustificationes discere q eloquia dei se abscõdis se in corde dicit?Ait n.In corde meo abscondi elo quia tua,ut non peccẽ tibi. Tunc secutus adiũxit, Benedictus es dñe,doce me iustificatiões tuas. Ac deinde,in labijs meis,inqt,pnunciaui omnia iudi cia oris tui.Videntur qdem duo ista inter se nõ esse cõtraria,imò esse potius amica atq; coniuncta,ut qm in corde suo abscõdit eloqa dei, in labijs suis iudicia eius enũciet. Corde.n.credĩt ad iustitiam, ore aũt confessio fit ad salutẽ.Sed quod inter hæc E
duo mediũ posuit,benedictus es dñe, doce me iu stificationes tuas,qũo conueniat homini cuius in corde iam sunt eloqa dei,& q labijs suis enũciauit oĩa iudicia dei,ut adhuc uelit discere iustificatio nes dei,nõ inuenis,nisi ut eas discere uelle itelliga tur faciẽdo,non memoria retinendo & loquendo, & id à dño demonstrauit debere nos petere, sine quo nihil possumus facerẽ. Sed hoc ante istum alio iam sermone tractauimus:nũc uero qũo se dixerit oĩa iudicia oris dei in labijs suis enũciasse,cum di cta sint inscrutabilia,& de quoꝝ profunditate ali bi scriptũ est,Iudicia tua abyssus multa: q̃tum deᵒ Psal.35.
donat tractare suscepimus.Quid ergo hic intelliga mus attendite. Nunqd iudicia dei nescit Ecclesia? Scit planè.Nã scit utiq; qualibus dicturus sit iudex Matth.25
uiuoꝝ & mortuoꝝ,Venite benedicti patris mei p cipite regnũ:& qualibus dicturus sit,Ite in ignẽ æ ternum.Scit,inquã,neq; fornicatores,neq; idolis ser 1.Cor.6.
uiẽtes,neq; illos atq; illos, quos ibi Apostolus Pau Gala.5.
lus enumerat regnum dei non possessuros esse.Scit Rom.2.
irã & indignationẽ,tribulationem & angustias in F
oẽm animam hominis operãtis malum, Iudæi pri mũ & Græci, Gloriam uero & honorem & pacem omni operãti bonũ,Iudæo primum & Gręco Hęc atq; hmõi iudicia dei euidenter expressa nouit Ec clesia:sed non ipsa sunt omnia,cum sint quædã in scrutabilia,& sicut abyssus multa,profunda & oc culta. An & ipsa nota sunt qbusdã excellẽtioribus mẽbris hominis huius,q cum suo capite saluatore totus est Xp̃s? Inscrutabilia.n. fortasse dicta sunt homini,qa uiribus suis ea nõ potest pscrutari. Sed cur non possit dono spũs sancti,cuicunq; hoc dñs conferre dignatur?Sic.n. illud dictum est, Deus ha 1.Tim.6.
bitat lucem inaccessibilem: & audiuimus tamen, Psal.33.
Accedite ad eũ & illuminamini.Quę utiq; sic solui tur quæstio,ut inaccessibilis sit uiribus nostris,ac cedatur aũt ad deum muneribus suis, Quanq̃ & si nemini omnino sanctoꝝ q̃diu corpus quod corrũ Sapien.9.
pitur aggrauat animam,omnia iudicia dei scire cõ ceditur,qa reuera multum est ad hominẽ cũ profe cto ut aliquid exempli gratia dicam, unde iudicio rum dei conijciatur immẽsitas, cum nemo sine iu dicio dei sit tardus in animo,uel claudus in corpo

G re: habet tñ unde dicat Ecclesia, hoc est, populus acquisitionis, & ueraciter dicat, In labiis meis enũciaui omnia iudicia oris tui. i. nihil iudiciorũ tuorũ tacui, quæ mihi p eloqa tua innotescere uoluisti, sed oia prorsus i labijs meis enũciaui. Hoc.n. mihi uidet significare uoluisse q̃ nõ ait, oia iudicia tua: sed, oia iudicia oris tui. i. q̃ mihi dixisti, ut p os eius eloquium eius intelligamus, qd fecit ad nos in reuelationibus sanctorum pluribus, & testamentis duobus, quæ omnia iudicia usquequaq̃ in labijs suis enunciare non cessat Ecclesia. Deinde subiungit & dicit, (In uia testimoniorũ tuorũ iocundatus sum, quasi in omnibus diuitijs.) Viam testimoniorum dei nihil citius, nihil certius, nihil breuius, ni-
Col. 2. hilq̃ grãdius intelligimus esse q̃ Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Inde & iste ait se iocundatum siel delectatum in hac uia, quasi in omnibus diuitijs. Testimonia qppe dei sunt, quibus quantum nos diligat, nobis probare dignatur. Commendat autem suam cha-
Rom. 5. ritatem deus in nobis, quoniam cum adhuc pecca-
H tores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Cũ
Ioan 14. ergo ipse dicat, Ego sum uia, & humilitas eius carnalis natiuitatis atq̃ passionis, euidentia sint testimonia diuinç erga nos dilectionis, ꝓculdubio uia testimoniorũ dei Christus est. Per hæc quippe testimonia quæ in illo uidemus impleta, etiam futura erga nos, quæ sempiterna promissa sunt, expecta-
Rom. 8. mus, & speramus implenda. Qui.n. ꝓprio filio nõ pepercit, sed ꝓ nobis omnibus tradidit eum, quomodo non & cum illo omnia nobis donauit? Sequitur: In mandatis tuis garriam, & cõsyderabo uias tuas.) Quod Grçcus habet ἀδολεσχήσω, Latini interpretes qdam garriam, qdam exercebor interpretati sunt, quæ duo inter se uidentur esse diuersa: sed si exercitatio intelligatur ingenij cum quadam delectatione disputationis, utrunq̃ coniũgitur, & quasi ex utroq̃ unũ aliquid temperatur, ut non sit aliena ab huiusmodi exercitatione garrulitas. Solẽt n. garruli uocari loquaces. Si autem se in dei mandatis exercet Ecclesia aduersus omnes inimicos fidei Christianæ atq̃ catholicæ, copiosis doctorum di-
I sputationibus est garrula, quę tunc fructuosæ sunt disputantibus, si non ibi consyderẽtur nisi uię do-
Psal. 24. mini. Vniuersæ autem uiæ domini, sicut scriptum est, misericordia & ueritas, quorum duorum plenitudo inuenitur in Christo. Per hanc suauem exercitationem fit etiam hoc quod adiungit, In iustificationibus tuis meditabor, nõ obliuiscar uerborum tuorum.) Ideo utiq̃ meditabor, ut non obliuiscar. Vnde beatus ille in primo Psalmo, in lege dñi meditabitur die ac nocte. In his omnibus quæ ꝓut potuimus disputauimus, meminerimus charissimi eum q̃ abscondit in corde suo eloqa dñi, & enũciat in labijs suis omnia iudicia oris eius, & in uia testimoniorum eius delectatur sicut in omnibus diuitijs, & garriens uel sese exercens in mãdatis eiꝰ consyderat uias eius, & meditatur in iustificationibus eius, ne obliuiscatur uerborum eius, per q̃ omnia utiq̃ uerba dei atq̃ doctrinã in lege dei instructus apparet orare tamen & dicere, Benedictus es dñe, doce me iustificationes tuas: ubi nihil aliud intelligitur poscere, nisi adiutorium gratiæ, ut quod iam nouit sermone, discat & opere.

Concio septima.

I huius Psalmi superiora meministis charissi- K
ſ mi, adiuuare nos debent ad intelligẽda sequentia. Etenim quæ tanq̃ ex unius hominis psona loquuntur, membra sunt Christi, & ad unum caput tanq̃ ad unum ꝑtinent corpus. Nempe superius dixerat, In quo corrigit iunior uiã suã, in custodiendo uerba tua, Ecce nunc apertius ut id faciat, poscit auxiliũ. Retribue, inqt, seruo tuo, Gimel.
uiuam & custodiam uerba tua.) Si bona ꝓ bonis sibi postulauit retribui, iã custodierat uerba dei. Non aũt dixit, Retribue seruo tuo: quia custodiui uerba tua, tanq̃ mercedẽ bonã ꝓ bono obedientiæ flagitaret, sed dixit, Retribue seruo tuo, uiuã & custodiã uerba tua. Quod qd est aliud q̃ dicere mortuos ea custodire non posse: infideles uidelicet, de qbus dicitur, Sine mortuos sepelire mortuos suos: Matth. 8.
uerba dei custodire non possunt. Quapp mortuos intelligimus infideles, uiuos aũt fideles, qm̃ iustus ex fide uiuit. Non possunt custodiri uerba dei nisi Rom. 1.
p fidem, quæ p dilectionem operatur, hãc sibi po- Gala. 5.
scit q̃ dicit, Retribue seruo tuo, uiuã & custodiam uerba tua. Et qm̃ ante fidem non homini debent, L
nisi mala ꝓ malis, retribuit autem deus p indebitã gratiam bona pro malis: hanc retributionem rogat q̃ dicit, Ecce nunc retribue seruo tuo, uiuam & custodiã uerba tua. Quatuor.n. retributiões sunt. Supra
Aut.n. mala pro malis retribuuntur, sicut deꝰ ignẽ psal. 108.
æternũ retributurus est impijs. Aut bona ꝓ bonis, sicut regnũ æternũ retributurus est iustis. Aut bona ꝓ malis, sicut Xp̃s p gratiam iustificat impium. Rom. 4.
Aut mala pro bonis, sicut Iudas & Iudæi p malitiã persecuti sunt Christum. Harum quatuor retributionum duæ priores ptinent ad iustitiam, ut retribuantur mala ꝓ malis, bona ꝓ bonis: tertia ptinet ad misericordiam, ut retribuantur bona ꝓ malis: quartam deus nescit, nulli.n. malum pro bono retribuit. Hæc aũt quã tertio loco posui primitus necessaria est. Nisi.n. deus retribuisset bona ꝓ malis, nullo modo essent qbus retribueret bona pro bonis. Vide illũ Saulum postea Paulum, Nõ ex operi- Ad Tit. 3.
bus, inqt, iustitiæ quæ nos fecimus, sed secundum suã misericordiã saluos nos fecit p lauacrum rege- M
nerationis. Et iteꝝ, Qui prius fui blasphemus, & p- 1. Tim. 1.
secutor & iniuriosus, sed misericordiam cõsecutus sum, qa ignorans feci in incredulitate. Et iteꝝ, Consilium autem do tanq̃ misericordiam consecutus 1. Cor. 7.
à dño, ut fidelis essem, hoc est, ut uiuerem, Quia iu- Rom. 7.
stus ex fide uiuit. Mortuus ergo erat prius p suã iniustitiam, anteq̃ uiueret p dei gratiam. Ipsam porrò suam mortem sic confitetur, Adueniente aũt, inqt mandato peccatum reuixit, ego aũt mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum qd erat in uitam, hoc esse in mortem. Retribuit ergo illi deus bonũ pro malo, hoc est, uitam pro morte, talẽ. s. retributionem qualis hic poscitur ubi dicitur, Retribue seruo tuo, uiuã & custodiã uerba tua: & uixit & custodiuit uerba eius, & ptinere cœpit ad aliam retributionem, in qua retribuuntur bona ꝓ bonis: pp quã dicit, Bonũ certamen certaui, cursum consum- 2. Tim. 4.
maui, fidẽ seruaui, de cętero reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi dñs in illa die iustus iudex. Vtiq̃ iustus retribuẽdo bona pro bonis qa prius misericors retribuendo bona ꝓ malis, quis & ipsa iustitia qua retribuuntur bona ꝓ bonis, nõ est sine misericordia, qa & hoc scriptũ est, Qui co- Psal. 102

A ronat te in miſeratione & miſericordia. Qui.n.di-
1. Tim.6. xit, Bonum certamen certaui, qñ minceret, niſi illo
1. Cor.15. donante de quo ait, Gratias ago deo qui dat nobis
uictoriam p dñm noſtrum Ieſum Chriſtum? Et q
curſum conſummauit, qñ curreret, quando pueni
Rom.9. ret, niſi illo adiuuante de quo ait, Igitur non uolen
tis, neq; currentis, ſed miſerentis eſt dei? Et q fidem
1. Cor.7. ſeruauit, quãdo id faceret, niſi ut ipſe ait, miſericor
diam conſecutus, ut fidelis eſſet? Nuſq̃ ergo ſe ex-
tollat humana ſuperbia, donis ſuis deus retribuit
bona præmia. Sed iſte q iam orat & dicit, Retribue
ſeruo tuo, & uiuã: ſi penitus iã non eſſet, mortuus
nõ oraret, ſed ab illo accepit initium bonæ cõcu-
piſcentiæ & cõſcientiæ, à quo uitam poſcit obediẽ
Lucæ.17. tiæ. Habebant.n. aliquã fidẽ q dicebant, Dñe auge
nobis fidẽ. Ille uero & incredulitatẽ ſuam confite
batur, nec fidẽ diffitebatur, q cum eſſet interroga-
Marci.9. tus utrũ crederet: ait, Credo dñe, adiuua increduli
tatẽ meam. Iam utiq; uiuere incipiens poſtulat ui-
tam, q credens orabat obedientiã, non ꝓ ea ſerua-
ta præmium, ſed ut ſeruetur auxiliũ. Vita qppe cre-
B ſcente uiuiſcit & iuueneſcit p oẽm diem, q renouat
2. Cor. 4. de die in diẽ. Sciens autem uerba dei non poſſe cu
ſtodiri p obedientiam, niſi uideantur p intelligen-
tiam: hoc quoq; orationi addidit & dicit, Reuela
oculos meos, & cõſyderabo mirabilia de lege tua.
Ad hoc ẽt illud ptinet quod adiungit, Inquilinus
ego ſum in terra.) Siue ut nõnulli codices habent,
Incola ego ſum apud te in terra, ne abſcondas à
me mãdata tua.) Qd.n ait ſuperius, reuela oculos
meos: hoc poſtea dixit, ne abſcõdas à me: & quod
ibi dixerat: mirabilia de lege tua, hoc alio loco re-
petens ait, mãdata tua. Nihil eſt aũt mirabilius in
Matth.5. mandatis dei, q̃ diligite inimicos ueſtros, hoc eſt,
retribuite bona pro malis. Sed de iſto inquilinatu
uel incolatu non eſt ſermo coarctãdus, & ideo nõ
iſte de hac re, ſed alius expectandus & dño adiuuã
te reddendus eſt ſermo.

Concio octaua, de uerſu Pſalmi qui dicit, Incola ego ſum in terra, non abſcondas à me mandata tua, Concupiuit anima mea deſyderare iuſtificationes tuas in omni tempore.

C Xpectationi charitatis neſtræ de ſequenti-
† Vetera e bus huius magniſſimi † Pſalmi ſermo red
habẽt ma dendus eſt, ab illo uerſu. ſ. ubi ait, Incola
ximi. ego ſum in terra, nõ abſcõdas à me mandata tua.)
Siue ut nõnulli codices habent, Inquilinus ego ſum
in terra.) Qd.n eſt in Græco *πάροικος*, aliq nri inqli
nus, aliq incola, nonnulli ẽt aduenam interpretati
ſunt. Inqlini nõ habentes propriam domum, habi
tant in aliena. Incolæ aũt uel aduenæ, utiq; aduen-
titij phibent. Vbi magna de anima exorit quęſtio.
Neq;.n. ſcdm corpus dictũ uideri poteſt, incola uel
aduena uel inqlinus ſum in terra, cum de terra cor
pus origiñe ducat. Sed de hac profundiſſima quæ
ſtione nihil audeo definire. Siue.n. pp animã quæ
abſit, ut putetur ex terra, merito dici potuerit, inq-
linus uel incola uel aduena ego ſum in terra: ſiue
ſcdm totum hominem, qa paradiſi aliquãdo ciuis
Gene.3. fuit, ubi utiq; non erat q iſta dicebat: ſiue quod eſt
ab omni controuerſia liberius, non omnis homo
poſſit hoc dicere, ſed cui patria ꝓmiſſa eſt æterna
Iob.7. in cœlis, hoc ſcio qa tẽtatio eſt uita humana ſuper
terrã, & iugũ graue eſt ſup filios Adã. Veq; me plus
delectat ſcdm iſtam diſputare ſniam, ut ideo nos D
in terra inqlinos uel incolas eſſe dicamus, qa ſuper Eccleſia-
nam patriam unde pignus accipimus, & quo pue- ſtici.4.
nientes nunq̃ inde migremus, inuenimus. Nam &
ille q in alio Pſalmo dicit, Inqlinus ego ſum apud Pſal.38.
te & peregrinus, ſicut omnes patres mei: non ait, ſi
cut oẽs homines: ſed dicendo, ſicut omnes patres
mei: iuſtos ꝓculdubio uult intelligi q eum tempo
re præceſſerũt, & in hac peregrinatione gemitu pro
ſempiternæ patriæ ſuſpirarunt, De qbus ſcriptũ eſt
ad Hebræos, Scdm fidem mortui ſunt hi oẽs, cum Hebr.11.
non accepiſſent promiſſiones, ſed longe eas uiden
tes & ſalutantes, & confitentes, qa hoſpites & pere-
grini ſunt ſup terram. Qui.n. talia dicunt, oſtendũt
qa patriam quærunt. Et ſiquidem eius meniores eſ
ſent à qua diſceſſerant, habuiſſent tps reuertendi.
Nunc autem meliorem appetunt. i. cœleſtem, ideo
non confunditur de his deus uocari deus eoꝝ: pręe
parauit.n. eis ciuitatem. Et illud quod legimus, q̃- 2. Cor. 5.
diu ſumus in corpore peregrinamur à dño: poteſt
intelligi hoc non eſſe omnium, ſed fidelium. Non
enim omnium eſt fides. Et uidemus qd his uerbis E
Apls iungat. Cum.n. dixiſſet, quãdiu ſumus in cor- 2. Theſ.3.
pore peregrinamur à domino, Per fidem n. ambu-
lamus, inqt, & non p ſpeciem, ut intelligeremus eo 2. Cor.5.
rum eſſe iſtam peregrinationem q ambulant per fi
dem. Infideles autem quos deus non pręſciuit, nec
prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, nõ
poſſunt ueraciter dicere ſe in terra peregrinos, quã-
do ibi ſunt, ubi ſcdm carnem nati ſunt. Non.n. ha-
bent alibi ciuitatem, ac p hoc nõ ſunt in terra alie
nigenæ, ſed terrigenæ. Vñ ait alia ſcriptura de quo Eſa.28.
dam, Poſuit.n. apud mortem domum ſuã, & apud
inferos cum terrigenis axes ſuos. Sũt aũt & ipſi pe-
regrini & inqlini, non huic terræ, ſed populo dei à
quo ſunt alienigenæ. Vnde credẽtibus & ſanctã ci
uitatem, q̃ non eſt de hoc mundo, habere incipien
tibus Apls dicit: Igitur iam nõ eſtis peregrini & in- Ephe.2.
qlini, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici dei. Ip
ſi ergo ſunt ciues terreni, q ſunt in dei populo pere
grini: q uero ciues ſunt in populo dei, ipſi ſunt i ter
ra peregrini: qa totus idem populus quamdiu eſt i
corpore peregrinatur à dño. Dicat itaq;, Incola ego F
ſum in terra, ne abſcondas à me mandata tua. Sed
q tandem ſunt, à qbus deus abſcõdit mãdata ſua?
Nonne illa ubiq; deus uoluit prædicari? Vtinam q̃
multis clara ſunt, tam multis clara ſint. Nam quid
eſt clarius, q̃ Diliges dñm deum tuum ex toto cor-
de tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua, &
diliges ꝓximum tuum tanq̃ teipſum? In qbus duo Matt.22.
bus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Et quis
eſt quẽ lateant iſta mãdata? Nempe & omnibus fi-
delibus, & plurimis infidelibus nota ſunt. Cur er-
go poſcit fidelis ne abſcõdatur ſibi, qd nec infide-
li cernit abſcõdi? An qa deũ noſſe difficile eſt: Cõ- 3 ſen. diſ.
ſequens eſt utiq; ut diligas dñm deum tuum, diffi- 27. conſe-
cile intelligat, & interrogetur ne aliud ꝓ alio diliga quenter.
tur: Nã proximi facilior eſſe uidetur cognitio. Om-
nis qppe homo eſt omni homini proximus: nec ul
la cogitanda eſt longinquitas gñis, ubi eſt natura
communis, quanq̃ nec proximum nouerat q dño
ait, Et qs eſt mihi proximus? Quando ille eſt ꝓpoſi Lucæ.10
tus homo qdam, qui deſcendens ab Hieruſalem in
Hiericho, & incidit in latrones, cui proximum non
fuiſſe niſi qui cum illo fecit miſericordiam, ipſe

G q interrogauerat iudicauit, Patuitq; in facienda misericordia neminẽ alienum esse putãdum ab eo q diligit proximũ. Sed multi nec seipsos nouerũt, qa & seipsum nosse quemadmodũ homo sibi debet
Matt. 22. innotescere, non omniũ hominũ est. Qũo ergo diligit proximum tanq̃ seipsum, q nescit & seipsum? Non.n. frustra ille filius iunior qui profectus est in regionem longinquam, ubi ita dissipauit substan-
Luca. 15. tiã suã uiuẽs prodige ut diceret, Surgam & ibo ad patrem meũ: prius reuersus est in semetipsum, nisi qa tam lõge peregrinatus est, ut relinqueret etiam semetipsum: nec tñ reuerteretur ad se, si omnimodo nesciret se: nec diceret, surgam & ibo ad patrem meũ: si penitus ignoraret deũ. Quocirca & aliquatenus ista sciuntur, & ut magis magisq; sciantur, nõ immerito sciẽda poscũtur. Quapropter ut sciamus diligere deũ, sciendus est deus: & ut sciat homo diligere proximum tanq̃ seipsum, prius debet diligẽdo deum diligere seipsum. Quod unde poterit scire si nescit deũ, si nescit & seipsum? Recte itaq; dicitur deo, Incola ego sum in terra, ne abscõdas a me
H mandata tua. Merito nãq; absconduntur eis, q non sunt incolæ in terra. Hæc.n. mandata etsi audiunt
Philip. 3. nõ sapiunt, qa terrena sapiunt. Quorũ autem conuersatio in cœlis est, inquantũ hic conuersant profecto peregrinant. Petant itaq; ne abscõdãtur ab eis mãdata dei, p quæ ab hoc incolatu liberent diligendo deũ, cũ quo in æternũ erunt, & diligendo proximum, ut illic sit, ubi & ipsi erunt. Quid autẽ diligendũ diligitur, si ipsa dilectio non diligit? Vnde consequenter iste incola in terra cũ dei mãdata ne sibi absconderentur orasset, in qbus dilectio pcipit, uel sola uel maxima, & ipsius dilectionis dilectionẽ se uelle habere proclamat dicens, Concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas in omni tpe) Laudabilis est ista concupiscentia, non
Exod. 20 damnabilis Nõ de hac dictũ est, Non concupisces: sed de illa qua caro concupiscit aduersus spũm. De
Rom. 7. hac aũt bona concupiscentia, qua cõcupiscit spiri
Gala. 5. tus aduersus carnẽ, quære ubi scriptũ sit, & inuenies, Cõcupiscentia itaq; sapientię deducit ad regnũ.
Sapiẽ. 6. Et multa alia reperiunt bonæ concupiscentię testimonia. Sed hoc sanẽ interest q, non tacetur qd cõ-
I cupiscatur, qñ bona commemoratur concupiscentia: cum autem non additur qd concupiscatur, sed sola ponitur, nõ nisi mala intelligitur, sicut in hoc
Ibidem. quod cõmemoraui, Concupiscentia itaq; sapiẽtiæ deducit ad regnũ: si non adderet sapientiæ: nullo modo diceret, concupiscentia pducit ad regnũ. At
Rom 7. uero Apls quod posuit, Cõcupiscentiam nesciebã nisi lex diceret, Non concupisces: nõ utiq; ad didit cuius rei concupiscentiam, uel qd non cõcupisces. Certum est.n. nõ intelligi cum ita dicitur, nisi malam concupiscentiam. Quid ergo huius anima cõcupiuit? Desyderare, inqt, iustificationes tuas in oi tpe. Credo nondum eas desyderabat quando concupiuit desyderare. Iustificatiões autem facta sunt iusta.i. opera iustitiæ. Cum itaq; nondum habeat & q iam desyderat, q̃ longe ab his erat q adhuc eas desyderare concupiscebat? Et q̃ longius ab eis sunt qui neq; hoc adhuc concupiscunt? Mirum est autẽ quomodo cõcupiscatur desyderium, nec sit in nobis, cuius concupiscentia iam sit in nobis, Neq;.n. pulchrum aliquod corpus est sicut aurũ, uel caro aliqua speciosa, quam potest homo concupiscere nec habere, qa extra posita nõ est in hoĩe. Quis ne- K
sciat in homine esse cõcupiscentiã, in homine esse desyderium? Cur ergo concupiscitur ut habeatur, quasi forinsecus inferatur? Aut quomodo haberi eius concupiscentia sine ipso potest, cum nõ sit ipsum desyderium qd aliud q̃ concupiscentia? Nam & desyderare, pculdubio cõcupiscere est. Quis est enim iste mirabilis atq; inexplicabilis languor? Et tñ est. Nam & ægrotus qui fastidio laborat, & uult euadere hoc malũ, concupiscet utiq; desyderare cibum dũ cõcupiscit non habere fastidium, sed hoc fastidiũ morbus est corporis, Cõcupiscentia uero qua cõcupiscit desyderare cibũ, hoc est, carere fastidio, in animo est nõ in corpore, & habet eã non gutturis aut faucium delectatio q̃ fastidio restrin-
gitur †, sed recuperandæ ratio sanitatis q̃ ad pellen †al. extin dum escæ fastidiũ prouidetur Et ideo non est mi- guitur.
rũ si appetit animus, ut appetat corpus, quãdo appetit animus, nec appetit corpus. Cum autẽ utrũq; animi est, & utrunq; concupiscentia est, cur nõ concupisco desyderium iustificationum dei? Quomodo in uno eodemq; animo habeo concupiscentiã L
desyderij huius, & ipsum non habeo desyderium? Aut qũo ista duo sunt, & non unum? Vt qd n. concupisco desyderare iustificationes tuas, ac nõ ipsas iustificationes potius q̃ earum desyderium concupisco? Aut quo pacto possum iustificationũ desyderiũ cõcupiscere, & ipsas iustificationes nõ cõcupiscere, cum ideo eas desyderium cõcupiscam, qa ipsas habere concupisco? Qd si ita est, iã ipsas utiq; concupisco. Quid igitur opus est ut eas desyderiũ concupiscam, cum iam id habeam, & habere me sentiam? Non.n. possum concupiscere desyderium iustitiæ, nisi concupiscendo iustitiam. An hoc est quod superius dixi q, diligenda sit etiam ipsa dilectio qua diligitur qd diligi oportet: sicut odio habenda est dilectio qua diligitur qd diligi nõ oportet? Odio qppe habumus concupiscentiã nostrã,
qua caro concupiscit aduersus spũm. Et qd est ista Galat. 5.
cõcupiscẽtia, nisi mala dilectio? Et diligimus concupiscentiam nrãm qua spiritus concupiscit aduersus carnem. Et qd est ista concupiscẽtia, nisi bona dilectio? Cum aũt dicitur diligẽda est, quid aliud M
dicit q̃ concupiscenda est? Quocirca qm recte concupiscuntur iustificationes dei, recte cõcupiscitur concupiscẽtia iustificationum dei. Hoc.n. alio modo sic potest dici, Si recte diligũtur iustificationes dei, recte diligitur dilectio iustificationum dei. An aliud est concupiscere, aliud desyderare? Nõ q, nõ sit concupiscentia desyderium, sed qa non omnis concupiscentia desyderium est. Concupiscũtur.n. & quæ habentur, & quæ non habentur. Nam concupiscendo fruit homo rebus quas habet, desyderando aũt absentia concupiscit. Desyderium ergo qd est, nisi rerũ absentiũ concupiscẽtia? Sed dei iustificationes absentes esse qũo possunt, nisi quãdo nesciuntur? An & qñ sciuntur & non fiũt, absentes habẽdę sunt? Nam qd sunt iustificationes, nisi opera iusta, non uerba? Ac per hoc possunt infirmitate
animæ nõ desyderari, & ratione mentis uti, Videt 2. sen. dis.
qppe q̃ sint utiles atq; salubres, & ideo potest earũ 26. c. illa.
desyderiũ concupisci. Sæpe.n. qd agendum sit uidemus nec agimus, qa non delectat ut agamus, & concupimus ut delectet. Præuolat intellectus, & tarde sequtur, & aliquando non sequitur humanus

A atq; infirmus affectus. Ideo ergo desyderare cōcupiscebat, quæ bona esse cernebat, cupiens eorū hēre delectationem, quorū potuit uidere rōnem. Nō aūt ait concupiscit, sed concupiuit aīa mea desyderare iustificationes tuas. Fortasse quippe talis erat iste incola in terra, qui iam peruenerat ad id qd concupierat, tamq; desiderabat eas, quas se desyderiū aliqn̄ concupisse cōmemorat. Si aūt desyderabat, cur non habebat? Non.n. aliqd impedit quo minus habeantur iustificationes dei, nisi qa non desyderantur, dum nō in eas charitas feruet, quarū claritas lucet. An habebat eas atq; faciebat? Nam paulopost dicit, Seruus aūt tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Sed qbus quasi gradibus ad eas perueniatur

e. sent. di stinc. 26. cap. Illa. ostendit. Prius est n. ut uideatur q̄ sint utiles & honestæ, deinde ut earū desyderium concupiscatur, postremo ut proficiente lumine atq; sanitate delectet eas, & opatio, quarū sola ratio delectabat. Sed ea quæ sequūtur, qm̄ iam iste prolixus ēst, alio sermone adiuuante domino cōmodius differentur.

Concio nona de eo quod dicit, Increpasti superbos, male dicti qui declinant à mandatis tuis, usq; ad id, Nam & te

B *stimonia tua meditatio mea est, & consolatio mea iustificationes tuæ.*

Salmi huius quæ tractāda subsequunt̄, admonent nos causam nostræ miseriæ recordari. Etenim cum dixisset, Concupiuit aīa mea desyderare iustificatiōes tuas in omni tpe: siue.s. in rebus psperis, siue in aduersis, qa & in laboribus & doloribus debet delectare iustitia, nec ita est tpe diligenda tranquillo, ut turbulento tpe deseratur, sed amplectenda est in omni tpe: cōtinuo subiecit, Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.) Superbi.n. declinant à mandatis dei. Aliud est qppe mandata dei per infirmitatē, uel per ignorātiā nō implere, aliud ab eis per supbiam declinare, sicut fecerunt qui nos mortali-

Genes. 3. ter in hæc mala genuerūt. Delectauit.n. eos, Eritis sicut dii: ac si à mandato dei qd sibi eum mandasse sciebant, & qd facillime nulla infirmitate reuocante, impediēte, tardante, implere poterāt, per hāc supbiam declinarūt. Ecce ista tota dura & infœlix erumna mortaliū, quodāmodo hereditaria est in-

C crepatio superborū. Qn̄.n. dixit deus, Adam ubi es? nō ubi eēt deus ignorabat, sed supbū increpabat: & ubi tunc esset. i. ad quam miseriam peruenisset, nō scire cupiebat, sed interrogando increpans admonebat. Vide aūt quemadmodum cum dixisset, Increpasti superbos: non ait, maledicti qui declinauerunt à mandatis tuis: ut illud tantum primorū hominum peccatum ueniret in mentem: sed ait, maledicti qui declināt. Oportebat.n. ut omnes illo terrerent exemplo à diuinis non declinare mandatis, & diligendo iustitiam in omni tpe, in huius mun-

†al. ut diligēdo iustitiā etc. in huius mundi et miseria laborem recipere. di etiam labore recipere† qd in paradisi amisimus uoluptate. Sed qm̄ superbi nec in tanta deponunt increpatione ceruicem, & cum sint deiecti laboris mortisq; supplicio, extollūtur superbiæ typho, imitantes elationem cadentium, irridentes humilitatem surgentium, pro eis orat corpus Christi cū dicit, Aufer à me opprobrium & cōtemptū, qa testimonia tua exqsiui.) Testimonia Græce martyria nuncupant, quo uerbo iam utimur pro Latino eloquio. Vnde illos qui pp testimonium Christi diuersis passionibus humiliati sunt, & usq; ad mortem pro ueritate certarūt, non testes qd Latine usq; pos- D
semus, sed Græce utiq; martyres appellamus. Qm̄ hoc ergo familiarius auditis, & dulcius sic accipiamus hæc uerba tanq̄ dictum sit, Aufer à me opprobrium & contemptum, qm̄ martyria tua exquisiui. Christi corpus ista cum dicit, nunqd ab impiis & superbis audire opprobrium atq; contemptum ullam deputat pœnam, cum potius inde perueniat ad coronam? Cur ergo quasi graue aliqd & intolerabile à se poscit auferri, nisi qa, ut dixi, orat p ipsis inimicis suis, qbus esse prospicit noxium obiicere sanctum nomē Christi tanq̄ opprobrium christianis, & eius à Iudæis irrisam crucem tanq̄ humilitatis christiana medicinam, qua sola tumor ille sanatur quo inflati cecidimus, & iacentes amplius intumuimus eadem superbia pmanente & crescente cō temnere? Dicat itaq; corpus Christi, iam.n. diligere *Matt. 5.*
didicit inimicos suos, dicat dño Deo suo, Aufer à me opprobrium & cōtemptum, quia martyria tua exquisiui. i. opprobrium quod ideo audio, & contemptum quo ideo contemnor, quia martyria tua exquisiui, aufer à me. Inimici.n. mei, quos a me pręcipis diligi, qui magis magisq; moriunt̄ & pereunt E
cum martyria tua contemnunt & criminātur me, in me profecto reuiuiscunt & inueniuntur, si martyria tua uenerentur in me. Ita factum est, Hoc uidemus, Ecce martyrium Christi, & apud homines & in hoc mūdo non solum non est opprobrium, sed magnum est ornamentum. Ecce non solum in conspectu dñi, uerūetiam in conspectu hominum iam preciosa est mors sanctorū eius. Ecce non solū *Psal. 115.*
non contemnuntur, uerumetiam magnis honoribus pferuntur martyres eius. Ecce filius ille minor *Luce. 15.*
qui pro porcis quos pascebat. i. pro immundis dęmonibus quos colebat particulam suam in paucissimis christianis pręcedentem psequebat̄: iam nūc in tam multis & magnis populis gentium martyres, in qbus ingerebat opprobrium religiosissime prædicans, & maximis laudibus, quos contemnebat exaltans, mortuus erat & reuixit, perierat & in- *Ibidem*
uentus est. Hoc tam magno lucro correctionis, cōuersionis & redemptionis inimicorū suorū corpus Christi deo dixit, Aufer à me opprobrium & contemptum. Et quasi quæreret̄ de qua re opprobriū, de qua re contemptū: subiungit, Qm̄ martyria tua exquisiui. Vbi est nunc illud opprobrium? ubi est F
ille contemptus? Abierunt atq; transierūt, & qa inuenti sunt qui perierant, illa perierunt. Sed qn̄ ecclesia talia prædicabat & precabatur, illa patiebatur.

Etenim sederunt principes, inqt, & aduersum me loquebantur.) Inde psecutio grauis erat, quia eam sedētes, hoc est, iudiciarius sedibus eminētes, principes decernebant. Refer hoc ad ipsum caput, inuenies sedisse principes Iudæorū, consilium quærentes qūo Christum perderent. Refer hoc ad corpus *Matt. 26.*
eius. i. ad ecclesiam, inuenies reges terræ excogitasse atq; iussisse quomodo christiani nusquam eēnt. Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur. Seruus autem tuus exercebatur in tuis iustificationibus.) Qualis exercitatio hæc fuerit qui nosse desyderas, quod adiunxit intellige. Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consiliū meū iustificationes tuæ.) Recole quod superius commendaui testimonia esse martyria. Recole in iustificationibus domini nullam rem eē difficiliorem

G & mirabiliorem, q̃ ut suos quisq; diligat inimicos,
Matth.5 Sic ergo exercitabatur corpus Christi, ut & marty-
ria.i.testimonia eius meditaret: & ut diligeret eos
à qbus opprobrantibus & cōtemnentibus pp ipsa
martyria psecutiones patiebatur. Non.n.pro se si-
cut iam comendauimus, sed pro ipsis potius ora-
bat dicens, Aufer à me opprobrium & cōtemptū.
Sederunt ergo principes & aduersum me loquebā
tur, seruus aūt tuus exercebat in iustificationibus
tuis. Quo nā modo? Nam & testimonia tua medita
tio mea est, & consiliū meū iustificationes tuę. Cō
silium contra consiliū. Consiliū sedentium princi
pum fuit, inuentos martyres perdere: consiliū pa-
tientiū martyrū fuit, inimicos perditos inuenire.
Reddebant illi mala pro bonis, isti bona pro ma-
lis. Quid ergo mirū si illi occidendo defecerūt, isti
moriēdo uicerūt? Quid, inquā, mirū si martyres sę
uientibus gentibus tpalem mortem patientissime
pertulerūt, & gentes martyribus orantibus ad ęter
nam uitam puenire potuerunt, dum corpus Chri-
sti sic exerceretur, ut & martyria meditaret, & ma-
H lis martyrum persecutoribus bona precaretur.

Concio decima de uersu Psalmi, Adhæsit pauimento ani ma mea, uiuifica me secundum uerbum tuum.

Daleth. ד Sequitur in isto psalmo maiore qđ cōsyde-
rare & sicut dn̄s dederit pertractare debe-
mus. Adhæsit pauimento aia mea, uiuifi
ca me scdm uerbum tuum.) Quid est, adhæsit pa-
uimento aia mea? Nam cū adiungit & dicit, Viuifi-
ca me scdm uerbū tuū: quare se uiuificari poscat,
utiq; causam præmisit dicendo, Adhæsit pauimen
to aia mea. Ergo qa ppterea se uiuificari petit, qa
pauimento adhæsit aia eius, mirum si boni aliqd
hinc uult intelligi. Ita qppe se habet tota ista snia,
tanq̃ diceret, mortuus sum, uiuifica me. Quid est
enim pauimētum? Si tanq̃ unam quandam domū
magnam uniuersum mūdum uelimus accipere, ui
demus uelut eius cameram cœlum, pauimentum
terram. Erit igitur pauimentū terrenis erui, in terra
Philip.3. esse, & cum Aplo dicere, Conuersatio nr̄a in cœlis
est. Proinde terrenis adhęrere mors aię est. Cui ma
lo cōtraria pascitur uita, cum dicitur, uiuifica me.
Sed uidendum est, utrū congruāt huic uerba ista,
I qui superius talia dixerat, qbus magis deo uideat
adhæsisse q̃ pauimento, ut conuersatio eius non in
terrenis sed in cœlestibus haberetur. Quō n. potest
Supra eodem. intelligi terrenis adhæsisse qui dicit, Seruus autem
tuus exerbatur in tuis iustificationibus: nam & te-
stimonia tua meditatio mea est, & consiliū meum
iustificationes tuæ? Hæc sunt.n. uerba eius antece-
dentia, quoꝝ antecedentiū ista sunt consequētia,
Adhæsit pauimento anima mea. An ex hoc intelli-
gere debemus, quantumlibet quisq; pficiat in iusti
ficationibus dn̄i, habere eum mortalis carnis affe-
Iob.7. ctum circa ista terrena, in qbus uita humana tenta
tio est sup terram, & ab hac morte si perseueranter
pficit, quotidie reuiuiscere, uiuificante illo cuiꝰ gra
tia homo noster interior renouatur de die in diē?
2.Cor.5. Nam & illud Apostolus cum dicebat, Quādiu su-
mus in hoc corpore peregrinamur à dn̄o, & concu
piscebat dissolui, & esse cum Christo, adhæserat pa
uimento aia eius. Vnde & corpus ipsum, qa ex ter-
ra est, non absurde intelligitur pauimentum, quos
adhuc qa corruptibile est & aggrauat aiam, recte
Sapien.9 in illo ingemiscitur & dicitur deo, Adhæsit paui-

mento anima mea, uiuifica me secundum uerbum K
tuum. Neq;.n. non cum corporibus nostris semper 1.Cor.15.
cum dn̄o erimus: sed tunc qa non erunt corrupti-
bilia, nec animas aggrauabunt, si diligenter consy
deremus, non eis nos, sed ipsa nobis potius adhęre
bunt, nos aūt deo. Vnde alterius psalmi uerba illa
sunt, Mihi aūt adhærere deo bonū est, ut uiuāt cor Psal.72.
pora ex nobis adhærēdo nobis, nos aūt uiuamus
ex deo, qa nobis adhærere deo bonū est. Adhæsio
qppe ista de qua dictū est, adhæsit pauimento aia
mea, nō cōiunctionem carnis & aiæ, q̃uis & ipsam
quidam intellexerint, sed carnalem magis aiæ affe
ctum quo caro cōcupiscit aduersus spiritum: signi
ficare mihi uidet. Qđ si recte accipitur, pfecto qui Gal.5.
dicit, Adhæsit pauimento aia mea uiuifica me se-
cūdum uerbū tuū, non id orat ut de corpore mor
tis huius, morte ipsius corporis interueniēte solua
tur, qꝫ dies ultimus uitæ huius, qui pp eius breuita
tem non pōt esse diuturnus qn̄q; futurus est: sed ut
concupiscentia qua cōcupiscitur aduersus spm̄ ma
gis magisq; minuatur, & concupiscentia qua cōcu
piscitur aduersus carnem magis ac magis augeat, L
donec ista consumat in nobis, & illa consumet per
spūm sanctum qui datus est nobis. Bene aūt non
ait, uiuifica me scdm meritum meum: sed ait, secun
dum uerbum tuum. Qđ qd est aliud, nisi secūdum
pmissum tuum? Filius promissionis uult esse, & nō
filius elationis, ut secūdum grām firma sit promis-
sio omni semini. Hoc est.n uerbum promissionis,
In Isaac uocabitur tibi semen, hoc est, non qui filij Roma.9.
carnis hi filij dei, sed filij promissionis deputantur
in semine. Nam qd erat ipse per seipsum, in eo qđ se
quetur, confitetur. Vias meas annunciaui, & exau-
disti me. Nōnulli qdem codices hn̄t, uias tuas, sed
plures & maxime Græci uias meas, hoc est malas.
Nam hoc mihi uidetur dicere, Peccata mea confes-
sus sum, & exaudisti me, hoc est, ut dimitteres ea.

Doce me iustificationes tuas.) Cōfessus sum uias
meas, delesti eas, doce me tuas. Sic doce me ut agā,
non ut tantūmodo sciam qd agere debeā. Sicut.n.
dictum est de dn̄o qꝫ non nouerat peccatum, & in-
telligitur non fecerat, sic & iustitiam ille uere dicē 2.Cor.5.
dus est nosse qui facit. Proficientis hæc oratio est. M
Nam utiq; si omnino non faceret, profecto illa su- Supra eodem.
periora nō diceret, Seruus aūt tuus exacerbatur in
tuis iustificationibus. Non ergo in qbus exerceba
tur has uult à dn̄o discere, sed ab istis ad alia profi
ciendo uelut crescēdo desyderat peruenire. Deniq;
adiungit & dicit, Viam iustificationum tuaꝝ insi
nua mihi.) Vel ut nōnulli codices habēt, Instrue
me,) Qđ expressius de Græco dicitur, fac me intel-
ligere. Et exercebor in mirabilibus tuis.) Ipsas iu-
stificationes ampliores, quas proficiendo cupit ap
prehēdere, mirabilia dei uocat. Sūt ergo q̃dam dei
iustificationes ita mirabiles: ut humana īfirmitas
ab eis q experti nō sunt, nō ad eas posse puenire cre
dat. Vnde laborās iste & eaꝝ difficultate & quodā-
modo fatigatus, adiungit, Dormitauit aia mea, in
quit, præ tędio, cōfirma me in uerbis tuis.) Quid
est, dormitauit, nisi à spe refriguit, quā se apprehen
surā esse crediderat? Sed cōfirma me, inqt, in uerbis
tuis, ne ab eis quoq; ad quæ peruenisse me iam sen
tio decidam dormitando. Cōfirma itaq; me in eis
uerbis tuis quæ iam teneo, quæ iam facio, ut ex eis
ad alia possim pficiendo peruenire. Et qd impedit

A in uia iustificationum dei sic ambulare, ut homo facile posit ad illa et mirabilia peruenire? Quid putamus nisi qd a se moueri in cōsequentibus rogat dicēs, Viā iniquitatis amoue à me?) Et qa lex factoꝝ
Roma. 5. subintrauit ut abūdaret delictum: sequtur & dicit, Et à lege tua miserere mei.) Qua lege, nisi lege fi-
Roma. 3. dei? Audi Apſm, Vbi est gloriat o tua? Exclusa est. Per quā legē? Factoꝝ? Non sed per legem fidei. Hæc est lex fidei qua credimus & oramus per grām nobis donari, ut faciamus qd p nosmetipsos implere
Rom. 10 nō possumus, ne ignorantes dei iustitiam & nostrā uolentes cōstituere, iustitię dei nō simus subiecti. In lege itaq; factoꝝ est dei iubentis iustitia, in lege aūt fidei, subuenientis misericordia. Cum aūt dixisset, Et à lege tua miserere mei, de beneficijs eis quæ iam cōsecutus est, quodāmodo, si dici pōt, præscribit, ut impetret cętera quę nondū est cōsecutus. Ait enim, Viā ueritatis elegi, iudicia tua nō sum oblitus. Adhæsi testimonijs tuis dñe, noli me cōfundere.) Viā ueritatis elegi ubi currerem, iudicia tua nō sum oblitus ut currerē. Adhęsi testimonijs tuis, cū
B currerem, dñe noli me cōfundere. Quò curro pertendā, quò tendo perueniam. Non n. uolentis neq;
Roma. 9. currentis, sed miserentis est dei. Deniq; seqtur, Viā mādatoꝝ tuoꝝ cucurri, cum dilatasti cor meum.) Non currerem, nisi dilatasses cor meū. Prorsus isto uersu exponitur quemadmodū dictum sit, Viam ueritatis elegi, iudicia tuā non sum oblitus, Adhęsi testimonijs tuis. Cursus quippe iste uię sunt mandatoꝝ dei. Et qa potius eius beneficia, q̄ sua merita dño allegat, tanq̄ diceretur ei qūo istam uiam cu-
†al. eligēdo. curristi, diligendo† & dei iudicia non obliuiscendo, & eius testimonijs adhærendo, an per teipsum ista potuisti? Non, ait. Quid ergo? Viam mandatoꝝ tuoꝝ, inquit, cucurri, cum dilatasti cor meum Non ergo per ꝓprium, & quasi nullius tuæ opis indigū arbitrium meū, sed cum dilatasti cor meū. Cordis dilatatio, iustitię est delectatio. Hoc munus est dei, ut in præceptis eius nō timore pœnę angustemur, sed dilectione dilatemur, & delectatione institiæ delectemur. Hanc enim nobis promittit latitudi-
2. Cor. 6. nē dicens, Habitabo in eis & deambulabo. Quàm
Rom. 5. enim latum est ubi deambulat deus? In hanc lati-
C tudinem diffunditur charitas in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Vnde et
Prouer. 5. dictum est, Et in plateis tuis discurrent aquæ tuæ. Platea quippe de uerbo Gręco à latitudine nomen
Ioan. 8. accepit, quoniam Græce πλατὺ dicitur latum. Hæ sunt aquæ de quibus dñs clamat dicens, Si quis si-
†ali. ueniat et bibat. tit ueniat ad me†: qui credit in me, flumina aquæ uiuæ fluent de uentre eius. Et exponens Euangelista quid dixerit. Hoc autem, inquit, dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Multa dici possent de ista cordis latitudine, sed huius sermonis iam contradicitur longitudini.

Concio undecima de uersu psalmi, Legem pone mihi domine uiam iustificationum tuarum.

He ה I N psalmo magno isto sequtur quod nobis adiuuante dño consyderandū atq; tractandum est. Legem pone mihi dñe uiam iustificationum tuaꝝ, & exqram eam semper.) Apostolus dicit, Iusto non est lex posita, iniustis autem
1. Tim. 1. & non subditis, & cætera quæ ibi concludens ait, Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quę est secundum euangelium gloriæ beati dei, quod creditum est mihi. Nūqd ergo talis erat iste qui dicit, D
Legem pone mihi dñe, qualibus beatus Paulus dicit positā legem? Absit. Si. n. talis esset, nō superius dixisset, Viam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri, cum dilatares cor meum. Quid est ergo q̄ orat ut sibi lex à dño ponatur, si nō ponitur iusto? An eo modo nō ponitur iusto, qūo posita est populo cōtumaci in Exo. 30.
tabulis lapideis, non in tabulis cordis carnalibus 2. Cor 3.
secundum uetus testamentū ex monte Sina, quod Galat. 4.
in seruitutem generat: sed secūdum testamentum nouum, De quo scriptum est per Hieremiam ꝓphe- Hiere. 31.
tam, Ecce dies ueniunt dicit dñs, & consummabo domui Israel & domui Iuda testamētum nouum, Hebr. 8.
non scdm testamentum qd disposui patribus eoꝝ in die qua apprehēdi manum eoꝝ, cum educerem eos de terra Aegypti: quoniam ipsi non permanserunt in testameto meo, & ego neglexi eos dicit dominus: qm̄ hoc est testamentum qd constituā domui Israel, Post dies illos dicit dominus dabo leges meas in mentibus eoꝝ, & in cordibus eoꝝ scribam eas? Ecce qūo uoluit istam legem sibi poni à 1. Tim. 1.
dño, non sicut iniustis & non subditis ad uetus testamentum pertinentibus posita est in tabulis la- E
pideis: sed sicut sanctis filiis liberæ, hoc est, supnæ Hierlm, filiis promissionis, filiis hęreditatis ęternę, sancto spiritu tanq̄ digito dei in mente datur & in cordibus scrib. tur: non quam memoria teneant & uita negligant, sed quā sciant intelligendo, faciant diligendo in latitudine amoris, non in timoris angustiis. Nam qui timore pœnæ, non amore iustitię opus legis facit, profecto inuitus facit. Qd aūt inuitus facit, si posset fieri, mallet utiq; nō iuberi: ac per hoc legis, quam uellet non esse, non est amicus, sed potius inimicus: nec mundat ope, qui imūdus est cogitatione & uoluntate Talis non pōt dicere, qd iste dixit in supioribus uersibus, Viam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri, cum dilatasti cor meum: qa illa dilatatio charitatem significat, quæ secundum Apl'm Rom. 13.
legis est plenitudo. Cur ergo iste adhuc poscit sibi legem poni, quæ utiq; si non ei posita fuisset, nō in uiam mandatoꝝ dei in cordis latitudine cucurrisset? Sed qa ꝓficiens loquitur, & dei donū nouit esse qd proficit, qd aliud petit cum sibi legem poni petit, nisi ut in ea magis magisq; proficiat? Quēadmodum si poculum plenū teneas, & sitienti dare inci- F
pias, & haurit bibendo, & poscit desyderādo. Quibus aūt iniustis & nō subditis lex in lapideis tabu 1. Tim. 1.
lis ponit, preuaricationis reos, non ꝓmissionis efficit filios. Sed & ille q eius meminit, nec eam diligit, eo modo reus est, qa memoria et' lapis illi est quodāmodo scriptus, nō quo adornet, sed quo prematur, pōdus oneris, nō titulus honoris. Hanc aūt legem iste uiā iustificationū dei uocauit, nec alia uia est mandatoꝝ, eius quam se cucurrisse iam dixerat, cum dilatatū est cor eius Ergo & cucurrit, & currit donec pueniat ad palmā supnæ uocationis dei. Deniq; cum dixisset, Legē pone mihi dñe uiam iustificationum tuaꝝ: addidit, & exquiram eam semper. Quid. n. exquirit qd habet, nisi qa & habet agēdo, & exquirit perficiendo? † Sed qd est semper? Vtrum †al. proficiendo.
exqrendi non erit finis, sicut dictum est, Semp laus eius in ore meo: qm̄ laudandi nō erit finis? Neq;. n. Psal. 33.
deum non laudabimus, cum ad eius regnū puenerimus ęternū, cū legamus, Beati qui habitāt in domo tua, in secula seculoꝝ laudabūt te. An semp di- Psal. 83.

G ctum est quãdiu hic uiuitur, qa tamdiu proficitur?
Post hanc aũt uitam q bene hic proficiebat, ibi nõ
proficit, sed perficitur: sicut de quibusdã fœminis
dictum est, semper discentes, sed illæ male qa secu-
2. Tim. 3. tus adiũxit, & ad ueritatis scientiam nunq̃ peruenie-
tes. Qui uero in melius semp hic proficit, quo pro-
ficiendo nititur, puenit, ubi iam non proficiat, qa
iam pfectus sine fine consistit. Nec de illis tamẽ ita
dictum est, semp discentes, ut & post mortem di-
scere pseuerent uana & infructuosa, cum talib᷒ do-
ctrinis successerint, nõ studia, sed supplicia sempi-
terna. Hic ergo exqritur dei lex quãdiu in ea pficit,
& sciendo & diligendo: ibi aũt plenitudo eius ma-
net ad fruendũ, non remanet ad quærendũ. Sic et
Psal. 104 illud dictum est, Quærite faciẽ eius semp. Vbi sem
per, nisi hic? Non. n. & ibi semp quęremus dei faciẽ
1. Cor. 13. ubi uidebimus facie ad faciem. Aut si recte dicitur
exquiri quod sine fastidio diligitur, & id agitur ne
amittatur, semp omnino sine fine quærenus legẽ
dei, hoc est, ueritatem dei. In hoc qppe ipso Psalmo
H dicitur, Et lex tua ueritas. Quæritur nunc ut tenea
tur, tunc tenebitur ne derelinquatur, sicut de spiri-
tu dei dictum est, q̃ omnia scrutetur, ẽt altitudines
dei, nõ utiq̃ ut quod nescit inueniat, sed qa nihil re
1. Cor. 2. linquet omnino qd nesciat. Gratia itaq̃ dei nobis
pcipuæ cõmendatur, qñ sibi legẽ poni poscit à do
mino, q utiq̃ iam legem secundum literã nouerat.
1. Cor. 3. Sed qa litera occidit, spũs aũt uiuificat, orat ut per
spũmsanctum faciat quod p literam sciebat, ne per
scientiam mandati nõ obseruati ẽt præuaricatio-
nis ei crimẽ accedat. Quanq̃ ẽt ut sciatur lex quo-
modo scienda est. i. ut intelligatur qd sibi uelit, q̃re
sit eis posita, q eam non erant seruaturi, quidq̃ ha-
beat utilitatis ẽt hoc ipsum quod lex subintrauit
Rom. 5. ut abundaret delictum, nemo comprehendit, nisi
à dño acceperit intellectum: unde iste adiungit &
dicit, Da mihi intellectum & scrutabor legẽ tuã,
& custodiã illam in toto corde meo.) Cum n. q̃sq̃
legem scrutatus fuerit, & ad eius alta peruenerit, in q
bus tota lex pendet, profecto debet deum diligere
ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, &
Matt. 22. proximũ suum tanq̃ seipsum. In his. n. duobus mã
I datis tota lex pendet & Prophetæ: hoc uidetur p-
misisse cum dixit, Et custodiam illam in toto cor-
de meo. Sed qa & hoc non ualet uiribus ppriis, ni-
si adiuuetur ab illo q iubet, ut faciat quod iubet:
Deduc me, inqt, in semita mandator᷑ tuor᷑, qa ip-
Supra eodem Psalmo. sam uolui.) Parũ est mihi uoluntas mea, nisi in eo
quod uolui me ipse deducas. Et certe ipsa est semi-
ta, hoc est, uia mandator᷑ dei, quã se dilatato ab il-
lo corde suo cucurrisse iam dixerat. Quam propte
Matth. 7. rea et semitam uocat, qa angusta est uia quę ducit
ad uitam, & cũ sit angusta, nisi dilatato corde nõ
curritur. Sed qm̃ adhuc proficit, adhuc currit: &
Rom. 9. ideo diuinũ auxiliũ quo deducatur inqrit, qa neq̃
uolentis, neq̃ currentis, sed miserẽtis est dei. Deniq̃
qa & ipsum uelle deus operatur in omnibus bonis
Philip. 2. præparatur. n. uoluntas a dño: sequitur & dicit, In-
clina cor meũ in testimonia tua, & nõ in auaritiã.)
Quid est inclinatum cor ad aliqd habere, nisi hoc
uelle? Et uoluit ergo, & orat ut uelit: Voluit cum di
cit, Deduc me in semita mandator᷑ tuor᷑, qa ipsam
uolui: orat autem ut uelit cũ dicit, Inclina cor meũ
in testimonia tua, & non in auaritiã. Hoc itaq̃ orat
ut ipsa uoluntate proficiat. Quæ sunt autem dei te

stimonia, nisi qbus sibi ipse attestat? Testimoniis K
enim aliqd probatur, ac p hoc iustificationes dei &
mandata dei testimoniis dei probãtur. Et quicqd
nobis persuadere uult deus, suis testimoniis psua-
det: in quæ iste petit inclinari cor suum, & non in
auaritiã. Testimoniis qppe suis agit nobiscũ deus,
ut eũ gratis colamus, quod impedit auaritia radix
oium malor᷑. Tali uerbo Græco hic appellat à quo
possit intelligi generalis auaritia, qua plus appetit
q̃sq̃ q̃ sat est: πλέον. n. Latine plus est, ἕξις habitus est,
ab eo quod est habere. Ergo à plus habẽdo appel-
lata est πλεονεξία, quam Latini interpretes in hoc lo
co nonnulli interpretati, sunt emolumentũ: qdam
uero utilitatem, sed melius qui auaritiam. Dicit au
tem Apostolus, Radix omniũ malor᷑ auaritia est. 1. Tim. 6.
Sed in Græco, unde in nostrã linguam uerba ipsa
translata sunt: nõ legitur apud Apostolũ πλεονεξία,
quod in loco isto psalmi huius, sed φιλαργυρία, quo
uerbo significatur amor pecuniæ. Verum Aposto-
lus intelligẽdus est isto nomine genus significasse
p speciẽ. i. per amorem pecuniæ uniuersalem gene-
ralemq̃ auaritiam, quæ uere radix est malor᷑ om- L
nium. Nã ipsi primi homines p serpentem decepti
& deiecti non fuissent, nisi plus q̃ acceperant habe
re, & plus q̃ facti fuerant esse uoluissent. Hoc quip-
pe ille promiserat dicens, Eritis sicut dii. Ergo ista Gene. 3.
πλεονεξία subuersi sunt. Plus. n. uolentes habere quã
acceperant, & quod acceperant amiserũt. Cuius ue
stigiũ ueritatis legibus quæ ubiq̃ dispersæ sunt, &
in forensi iure deprehensum est qd institutum est,
ut plus petendo, causa cadat. i. ut q plus petierit q̃
ei debetur, & quod ei debebatur amittat. Oĩs aute
a nobis circumciditur auaritia, si gratis colaĩ deus.
Ad quod sanctũ Iob in agone tentationis ipse pro
uocat inimicus, cũ de illo dicit, Nunquid gratis co
lit Iob deum? Putabat. n. diabolus quod in deo eo Iob. 1.
lendo uir iustus cor inclinatum haberet in auari-
tiam, & causa emolumenti, uel utilitatis rerum tem
poralium, quibus eum ditauerat dñs, uelut merce-
narius ei pro tali mercede seruiret. Sed q̃ gratis deũ
coleret, tentatus aperuit & apparuit. Si ergo cor nõ
habeamus inclinatum in auaritiam, deum nõ co-
lamus nisi propter deum, ut sit cultus ipse sit mer
ces. Ipsum diligamus & in seipso, ipsum diligamus Matt. 22.
& in nobis, ipsum in proximis nostris, quos diligi-
mus sicut nosmetipsos, siue habeant eum, siue nõ
uelut habeant eum: quod nobis quoniam ipso do
nãte confertur, ideo illi dicitur, Inclina cor meum
in testimonia tua, & non in auaritiam. Sed quæ se-
quuntur alio sermone tractanda sunt.

Concio duodecima de eo quod dicit, Auerte oculos meos ne uideant uanitatem usq; ad, Ecce concupiui mandata tua, in iustitia tua uiuifica me.

SEquitur in Psalmo quẽ suscepimus differẽdũ,
Auerte oculos meos ne uideãt uanitatẽ, i. uia
tua uiuifica me.) Econtrario differunt inter se ua-
nitas & ueritas. Huius aũt mundi cupiditas, uani-
tas: sed xp̃s q ex hoc mundo liberãt, ueritas. Ipse est
& uia, i. qua se uult iste uiuificari, qa ipse est & uita,
ipse qppe ait, ego sum uia, ueritas & uita. Sed qd est Ioan. 14.
auerte oculos meos ne uideãt uanitatẽ? Nunqd q̃-
diu sumus in hoc mũdo, possumus nõ uidere uani
tatẽ? Oĩs. n. creatura uanitati subiecta est, q̃ intelli- Rom. 8.
gitur

A gitur esse in hoie, & omnia uanitas. Quæ abundan-
Ecclesiastes 1. tia hominis in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole? An iste fortassis hoc orat, ut nō sit eius uita sub sole, ubi omnia uanitas, sed in illo sit in quo se uiuificari petit? Ille qppe ascēdit nō sup solē tantum, sed sup oēs cœlos, ut adimpleret omnia. Et in
Ephe. 4. illo magis q̄ sub sole uiuunt, q nō inaniter audiūt
Col. 3. qd dixit Apls, Quæ sursum sunt qrite, ubi Christus est in dextera dei sedens, q̄ sursum sunt sapite, non quæ sunt sup terram: mortui.n. estis, & uita uestra abscondita est cum Xpo in deo. Ac per hoc si uita nr̄a ibi est ubi est ueritas, nō est uita nostra sub sole ubi est uanitas. Sed hoc tā magnū bonū magis habemus in spe, nondū tenemus in re. Et scdm spē nostram beatus Apls ista locutus est, quia & illud
Roma. 8. cum dixisset, Vanitati creatura subiecta est, adiecit atq; ait, nō sponte, sed propter eū q subiecit eam in spe. Ergo in spe qua speramus nos adhæsuros contemplandæ ueritati, subiecti sumus interim uanitati. Creatura qppe ista spiritalis, animalis, corporalisq; omnis in hoie est, imò homo est, Spōte peccauit, & inimica facta est ueritati, sed ut merito puniret, nō sponte subiecta est uanitati: deniq; post pauca, Non solū aūt, inqt, sed & nosipsi primitias spūs habentes. i. q nondū quidem ex toto quod sumus sed ex ea parte, qua pecoribus meliores sumus, deo nō uanitati subditi sumus, hoc est, p primitias spiritus, & ipsi i nobisimetipsis ingemiscimus, adoptionem expectantes redēptionem corporis nr̄i. Spe.n.
Ibidem. salui facti sumus Spes aūt q̄ uidet non est spes. Qd enim uidet qs qd sperat? Si aūt quod nō uidemus speramus, per patientiā expectamus. Quādiu itaq; hic secūdum carnem sumus, cuius adoptionem & redemptionem per patientiam spei adhuc expectamus, tādiu secundū id p quod sub sole sumus, uanitati subiecti sumus. Quādiu igitur ita sumus, unde possumus nō uidere uanitatē, cui ēt subiecti sumus in spe? Quid est ergo qd iste dicit, Auerte oculos meos ne uideant uanitatē? An hoc petit, ut nō qdem in uita qd in spe gerimus impleatur, sed ut in
Rom. 8. eā forte sit, q in illo quandoq; possit impleri, cū liberabitur a seruitute corruptionis & spū & anima
C & corpore in libertatē gloriæ filioꝝ dei, ubi iā non uideat uanitatem? Possunt qdem uerba ista sic intelligi, non præter regulā fidei: sed est hic alius sensus, quē mihi fateor plus placere. Dn̄s in Euāgelio
Matth. 6. dicit, Si fuerit oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit: Si autē oculus tuus fuerit neq;, totum corpus tuū tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Proinde magni interest cum aliqd boni facimus, cuius rei cōtemplatione faciamus. Officium qppe nostrum, non initio sed fine pensandum est, ut. s. non tantum si bonum est quod facimus, sed præcipue si bonū est pp quod facimus, cogitemus. Hos oculos qbus contemplamur quare faciamus qd facimus, auerti poscit ne uideant uanitatē. i. ne hanc attendat propter q̄ faciat cum boni aliqd facit. In qua uanitate præcipuū locum obtinet amor laudis humanæ, propter q̄ multa magna fecerunt, qui magni in hoc seculo nominati sunt, multumq; laudati in ciuitatibus gentiū, quærentes non apud deum, sed apud homines gloria, & propter hāc uelut prudentes fortiter, temperanter, iusteq; uiuētes, ad quam peruenientes perceperunt mercedem suam

uani uanam. Ab hac uanitate uolens dn̄s auertere D
oculos suoꝝ, Attendite, inquit, ne iustitiam uestrā *Matth. 6.*
faciatis corā hominibus ut uideamini ab eis, alioqn mercedem nō habebitis apud patrem uestrum q in cœlis est, Deinde cum ipsius iustitiæ quasdam partes exequeretur, præcipiens de eleemosynis, de orationibus, de ieiunijs, ubiq; id admonuit ne aliquid eoꝝ propter gloriam hominum fiat, & ubiq; dicit eos q propterea faciunt, percepisse mercedem suam. i. non æternam quæ sanctis reposita est apud patrem, sed temporalem quam quærunt q contemplantur in suis operibus uanitatē: non qa ipsa laus humana culpanda sit, (nam quid tam optandum est hominibus, q̄ ut eis placeant q debeāt imitari?) sed pp ipsam laudem bene operari, hoc est uanitatem in suis operibus intueri: quandoqdem & ipsa ab hominibus laus homini iusto quantacunq; peruenerit, nō ibi esse debet eius finis boni, sed ēt ipsa referēda est ad laudē dei, propter quē bona faciūt uere boni, qm̄ nec a seipsis, sed ab illo fiunt boni. Deniq; in eodem sermone dn̄s iam dixerat eis, Lu- E
ceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideāt *Matth. 5.*
uestra opera bona, & glorificēt patrem uestrū qui in cœlis est: ubi finē posuit, hoc est, in gloriam dei. Hoc debemus qn̄ aliquid boni facimus intueri, si auertunt a uanitate oculi nostri. Non ergo sit finis nostri boni operis in laudibus hominū, sed ipsas laudes hominum corrigamus, & ad dei laudes omnia referamus, a quo nobis datur qcqd in nobis si ne laudantis errore laudat. Porrò si uanū est pp hominū laudes bona facere, q̄to uanius pp adipiscendā pecuniā, uel augendā, siue retinendam, & si qd hmōi est cōmodi tpalis, quod nobis accedit extrinsecus, quia omnia uanitas? Quæ abundantia hois *Ecclesiastes 1.*
in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole? Propter ipsam deniq; tpalem salutem non debemus facere bona opera nostra, sed potius propter illam q̄ speramus æternā, ubi bono immutabili pfruamur qd nobis erit ex deo, imò quod nobis est ipse de⁹. Si.n. sancti dei propter hanc tpalem salutem bona opera facerent, nunq̄ martyres Christi bonū opus confessionis in eiusdem salutis amissione perficerent: sed acceperunt auxilium de tribulatione, nō F
intuentes uanitatē: qa uana salus hominis, & diem *Psal. 59.*
hominum nō concupierunt, qa homo uanitati si- *Hiere. 17*
milatus est, dies eius uelut umbra ptereunt. Cū au- *Psal. 143.*
tem deus rogatur ut ea quę uidentur esse in nostra ptāte. i. oculoꝝ auersio a uidenda uanitate, ab illo nobis cōcedat, qd nisi eius gratia cōmēdatur? Nōnulli.n. ab ea uanitate nō auerterunt oculos suos, qa putauerūt a seipsis se fieri iustos & bonos, & dilexerūt gl'iam hominū magis q̄ dei: qa & ipsi hoies *Ioan. 12.*
sunt q sibi nimiū placuerūt, & sui arbitrij uirib⁹ psumpserunt. Sed ēt hæc uanitas & psumptio spūs est. Cū uero dixisset, Auerte oculos meos ne uide- *Ecclesiastes 6.*
ant uanitatē, in uia tua uiuifica me, q uia nō uanitas, sed ueritas est, deinde subiūxit, Statue seruo tuo eloqum tuū in timore tuo.) Qd qd est aliud, q da mihi ut faciam quod eloqueris? Neq;.n statutū est eloquium dei his q in se mouent illud cōtra faciendo, eis autem statutum est, in qbus immobile est. Statuit itaq; deus eloquiū suum in timore suo eis qbus dat spiritum timoris sui. Timoris autem non illius de quo dicit Apostolus, Non.n. accepi- *Rom. 8.*
stis spiritum seruitutis iterum in timore. Hūc enim

G consummata charitas foras mittit timorem:sed il-
Esa.11. lius timoris,quem dicit Propheta spm̄ timoris dei,
Psal.18. timoris utiq; casti,pmanētis in seculū seculi,timo-
ris quo timetur offēdi qui amat. Aliter qppe timet
3.sen.di- adultera uirū suū, aliter casta. Adultera ne ueniat,
stinc. 34. casta ne deserat. Ampura opprobriū meum qd su
cap. Non spicatus sum,qa iudicia tua suauia.)Quis est q suū
putes. oppiobriū suspicatur, & non magis nouit suū qsq;
opprobrium q̄ cuiuslibet alienum? Suspicari.n.po
tius alienum pōt homo,non suum,qm̄ qd suspica-
tur,ignorat: in suo autē opprobrio non est cuiusq;
suspitio,sed scientia,ubi loqtur conscientia. Quid
est ergo qd ait, Opprobrium meum qd suspicatus
sum? Nimirum de supiore sensu etiā iste ducendus
est, qm̄ quādiu non auertit homo oculos suos ne
uideat uanitatem, qd in seipso agitur, hoc de alijs
suspicatur, ut pp quod ipse colit deum, uel pp qd
bona opera facit, pp hoc credat & alterum facere.
Possunt quippe hoies uidere qd agimus, cuius aūt
rei contemplatione agimus occultum est: & ideo
datur suspitionibus locus, ut audeat homo iudica
re de occultis hominū,& falsa plerūq;,etsi uera, tñ
H ei incognita temere suspicari. Propterea dñs cū de
ipso fine loqueretur, pp quem iustitiam facere de-
bemus,ut oculos nostros a contemplatione auer-
teret uanitatis,monuit,ne pp laudes hominum bo
Matth.6. na opa faciamus,dicens, Attēdite ne faciatis iusti-
tiam uestram corā hoibus,ut uideamini ab eis Mo
nuit,ne pp pecuniam,dicens: Nolite uobis thesau-
rizare in terra:&,Nō potestis deo seruire & māmo-
næ. Monuit, ne pp ipsum necessarium uictum atq;
uestitum,dicens: Ne solliciti sitis animę uestræ qd
manducetis,neq; corpori uestro qd induamini. Et
cum hæc oia monuisset,qa possumus suspicari eos
quos iuste uiuere uidemus,& quo fine faciant non
uidemus,pp aliqd hmōi bōfacere: continuo subie
Matth. 7 cit,Nolite iudicare,ut non iudicemini: unde & hic
cum dixisset,Amputa opprobrium meum qd suspi
catus sum:addidit,Quia iudicia tua suauia .i.iudi-
cia tua uera. Veritatis.n.amator suaue clamat esse
qd uerum est. Hominū aūt iudicia de occultis ho-
minum non suauia,qa temeraria: & ideo suū dixit
opprobrium, qd de alijs suspicatum est, qa & hoc
2.Cor.10 qd Apls ait,Comparantes semetipsos sibimetipsis,
I non intelligunt: hoc.n. pcliuius homo suspicatur
in alio,qd sentit in seipso.Hoc itaq; opprobriū suū
petebat auferri qd in se senserat,& in alijs fuerat su-
spicatus,ut non esset diabolo similis, qui de occul
Iob.1. tis sancti Iob suspicatus est, q̄ nō gratis deum cole
ret,quē poposcit tentandum, ut crimen qd obiece
rat inueniret.Sed cū libēter alterius opprobriū nō
nisi æmulatio suspicet,dum bonū opus reprehēdi
nō pōt, qa se exerit qd apertum est, & quo fine fiat
reprehenditur,qa non se exerit qd occultū est, atq;
ita male suspicari non debet qlibet non uidendo
qd latet,& non inuidendo qd eminet.Profecto cō
tra hoc malum quo qsq; libēter de hoie malum qd
non prospicit suspicatur, charitas hnda est quę nō
æmulatur,quam dñs præcipue cōmendat,dicens:
1.Cor.13. Mādatū nouū do uobis, ut uos inuicem diligatis:
Ioan. 13. & in hoc sciēt oēs qa discipuli mei estis,si dilectio-
nem habueritis in inuicem.Et de dilectione dei &
Matt.22. pximi loquens,In his,inquit,duobus mandatis to
ta lex pendet & pphetæ.Vnde & iste cōtra suę suspi
tionis opprobrium qd desiderat amputari, Ecce,

inqt,concupiui mandata tua,in tua iustitia uiuifi- K
ca me.)Ecce cōcupiui ex toto corde,& ex tota aīa,
& ex tota mēte diligere te,& pximū sicut me: non
in mea, sed in tua iustitia uiuifica me, hoc est,ista
charitate quā cōcupiui imple me:Adiuua me ut fa
ciā qd cōmendas,dona ipse qd mādas. In tua iusti
tia uiuifica me:qa in me unde morerer habui: un-
de aūt uiuā non inuenio nisi in te,iustitia tua Xps
est, qui factus est nobis sapiētia a deo, & iustitia &
sanctificatio & redēptio:ut queadmodū scriptum
est,Qui gloriatur, in dño glorietur Et in illo inue- 1.Cor.1.
nio mādata tua q concupiui,ut in tua iustitia,hoc
est,in illo uiuifices me.Ipse est.n.uerbū deus,& uer Ioan.1.
bum caro factum est, ut esset & proximus meus.

Concio tertiadecima.

Ermoni pristino quē de psalmo q ē oium Vat.
S pplixissimus nup habuimus,de uerbis eius
quę sequunt iste iungendus est.Hęc uerba
sunt, Et ueniat sup me misericordia tua dñe)Quę
snia superiori uidetur annexa. Non.n. ait,ueniat su
per me:sed ait,& ueniat. Est aūt illa superior Ecce
concupiui mādata tua, in tua iustitia uiuifica me.
Deinde seqtur, Et ueniat sup me misericordia tua L
dñe.Quid hic ergo poscit,nisi ut mādata quæ cō-
cupiuit p eius misericordiā faciat qui ea mādauit?
Exponit.n.quodāmodo qd dixerit, in tua iustitia
uiuifica me:cū subiungit, Et ueniat sup me miseri-
cordia tua dñe, Salutare tuū scdm eloqniū tuū.)
Hoc est,scdm pmissionē tuā Vnde nos uult Apo- Roma.9.
stolus filios promissionis intelligi, ne arbitremur
nostrum esse q̄ sumus, sed totum dei gratiæ retri-
buamus. Factus est.n.nobis Xps sapiētia a deo, &
iustitia,& sanctificatio,& redemptio,ut queadmo
dum scriptum est, Qui gloriatur,in dño glorietur. 1.Cor.1.
Quid ergo est q̄ ait, in tua iustitia uiuifica me? In
Christo utiq; uiuificari cupit, & ipsa est misericor-
dia quam sup se poscit uenire. Ipse Christus est &
salutare dei: quo uerbo exposuit quā misericordiā
diceret,ubi ait: Et ueniat sup me misericordia tua
dñe. Si ergo qrimus quæ sit ista misericordia tua,
audiamus quod sequitur, Salutare tuum scdm elo
quium tuū. Ab eo qppe hoc pmissum est,qui uo-
cat ea quę non sunt tanq̄ sint.Nondū.n.erant qui-
bus pmitteretur, ne quisquam de meritis gloriare M
tur, & qbus promissum est, etiam ipsi pmissi sunt, Roma.4.
ut totum corpus Christi dicat, Gratia dei sum id
quod sum. Et rñdebo exprobrantibus mihi uer- 1.Cor.15.
bum.)Vtrum,uerbum exprobrātibus:an,uerbum
rñdebo, ambiguum est. Sed quodlibet eoꝝ Chri-
stum sonat.Ipsi n. nobis exprobrāt,a qbus est cru-
cifixus, uel scandalum uel stultitiā, ignorantes qa 1.Cor.1.
uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, qd Ioan.1.
uerbum in principio erat,& apud deū erat,& deus
erat. Sed etsi non ipsi uerbū exprobrent qd eos la-
tet,qa diuinitas eius ab eis nō cognoscitur, a qbus
eius infirmitas in cruce cōtemnitur, nos tñ uerbū
rñdeamus nec exprobratione terreamur aut cōfun
damur.Verbum.n.si cognouissent,numq̄ dñm glo 1.Cor.2.
riæ crucifixissent. Ille autem rñdet uerbum expro-
brantibus super quem uenit misericordia dei,hoc
est ipsum salutare eius.Venit ut ptegat,non ut con
terat. Nam super quosdam conterendos uenturus
est,qui nunc in eum dum spernunt eius humilita-
tem offendendo quassantur Sic.n.dicit in euange
lio,Qui ceciderit sup lapidem istum conquassabi- Luca.20

A tur,sup quem uero ceciderit cōteret eum. Qui ergo
nobis exprobrant,offendunt,& cadunt in eū. Nos
aūt ne offendamus & cadamus, opprobria eorū ne
timeamus,sed rn̄deamus eis uerbū,hoc est, uerbū
Rom. 10 fidei qđ prædicamus,qa si credideris,inqt,in cor-
de tuo qa dn̄s est Iesus,& cōfessus fueris in ore tuo,
Ibidem. qa deus illum suscitauit à mortuis,saluus eris Cor
de.n.creditur ad iustitiā, ore aūt cōfessio fit ad sa-
lutem. Parum est ergo in corde hr̄e Xp̄m, & nolle
cōfiteri dum timet opprobrium,sed exprobranti-
bus rn̄dendum est uerbū. Vt aūt hoc martyres pos
Matt. 10 sent, ꝓmissum est eis & dictum, Nō.n.uos estis qui
loquimini, sed spūs patris uestri qui loqtur in uo-
bis. Ideo & iste cū dixisset, Rn̄debo exprobrātibus
mihi uerbum,cōtinuo seqtur, Qm̄ speraui in uer-
bis tuis.) Qđ est utiqꝫ i ꝓmissis tuis. Sed qm̄ quam
plurimi q̄uis ad ip̄m corpus cuius hæc uerba sunt
pertinentes,graui pondere p̄secutionis urgēte non
ualuerunt sustinere exprobrationem,& Xp̄m defi-
ciēdo negauerūt:ideo seqtur, Et ne auferas de ore
meo uerbum ueritatis usqꝫ ualde.) Ex ore suo quip
B pe dicit,qa unitas corporis loqtur,in cuius mēbris
etiam illi depntantur, qui defecerunt ad horam ne
gando,sed pœnitendo postea reuixerūt,uel ēt mar
tyrij palmam quam pdiderant reparata cōfessione
sumpserunt. Non igitur usqꝫ ualde,uel sicut qdā co
Matt. 26 dices hn̄t,nō usquequaqꝫ.) hoc est, non oino ex
ore Petri,in quo erat typus eccesiæ, uerbum uerita
tis ablatū est, qui etsi ad horā negauit,timore tur-
batus,tn̄ flēdo est reparatus, & cōfitēdo est postea
coronatus. Totum itaqꝫ corpus Christi loqtur, id
est,ecclesiæ sanctæ uniuersitas. In quo toto corpo
re, siue qa negātibus plurimis remāserūt fortes qui
usqꝫ ad morte pro ueritate certarēt, siue qa & ex iis
q negauerūt multi reparati sunt,nō est ablatum ex
Matt. 6. eius ore uerbū ueritatis usqꝫ ualde. Qđ aūt ait, ne
Luca. 22 auferas:intelligendū est ne auferri sinas:pp qđ orā
do dicimus, Ne nos inferas in tentationem. Et ait
ipse dn̄s ad Petrum,Rogaui,inqt,pro te ne deficiat
fides tua:hoc est,ne auferatur de ore tuo uerbū ue
ritatis usqꝫ ualde. Seqtur, Quia in iudicijs tuis spe
raui.) Vel sicut de Græco qdam diligentius expres
serunt, supsperaui.) Qđ uerbū & si minus usita-
te cōpositum est, tn̄ implet ueritatis interpretādæ
C necessitatem. Attentius ergo nobis loci huius rimā
dus est sensus,ut itelligamus quantū deus adiuuat
qđ sibi uelit,in uerbis tuis spaui,in iudicijs tuis su-
persperaui. Rn̄debo,inqt,exprobrātibus mihi uer
bum,qm̄ speraui in uerbis tuis:id est,qm̄ mihi hoc
ipse ꝓmisisti. Et ne auferas ex ore meo uerbum ue-
ritatis usqꝫ ualde, qm̄ in iudicijs tuis supersperaui:
id est,qm̄ iudicia tua qbus me corripis & flagellas,
non solum mihi non auferunt spem,uerūetiam au
gent,qm̄ quem diligit dn̄s corripit,flagellat autem
Hebr. 12 oēm filium quem recipit. Ecce.n.sancti & humiles
corde de te præsumendo in p̄secutionibus non de-
fecerunt: ecce etiam qui de se præsumendo defece
runt,& tn̄ ad ipsum corpus ptinuerunt,sibi innote
scēdo fleuerunt, & tuam gr̄am solidius inuenerūt,
qa suam supbiam perdiderunt. Ergo ne auferas ex
ore meo uerbum ueritatis usqꝫ ualde,qa in iudicijs
tuis speraui. Et custodiam legem tuam semp.) id
est, si non abstuleris ex ore meo uerbum ueritatis,
custodiam legem tuam semp, In seculum & in se-
culum seculi.) Ostendit quid dixerit semper. Aliqñ

D etenim semp intelligitur quandiu hic uiuitur, sed
hoc non est in seculum,& in seculū seculi. Melius
quippe ita interpretatum est,q̄ sicut qdam codices
hn̄t in æternum & in seculum seculi:qa non potue
runt dicere,& in æternum æterni. Lex itaqꝫ ista in-
tellīgē.la est, de qua dicit Apl̄s,Plenitudo legis cha Rom. 13.
ritas. Hæc.n.a sanctis quorū ex ore non auferē uer-
bum ueritatis, hoc est, ab ipsa Christi ecclesia cu-
stodietur,non solum in hoc seculo,id est, donec fi
niatur hoc seculum,sed etiam in alterum qđ appel
latur seculū seculi. Neqꝫ n.præcepta legis sicut hic
etiam ibi accepturi sumus quæ custodiamus, sed
ipsam legis,ut dixi, plenitudinem sine ullo peccan
di timore seruabimus,qa & deum plenius cum ui-
derimus amabimus & proximum,qa deus erit oia 1. Cor 15.
in omnibus,nec falsæ cuiquam de proximo suspi-
cationi erit locus,ubi nullus ulli erit occultus.

Concio decimaquarta de uersu psalmi ubi ait, Et in
grediebar in latitudine, usq; ad, Exerce
bor in iustificationibus tuis.

Vperiores uersus ꝓlixi psalmi huius orōnē
hn̄t,hi aūt qui sequuntur,de qbus nūc di-
sputandū est,narrationē. Petebat.n.homo E
dei supius adiutoriū gr̄æ dei, cū dicebat,In tua iu-
stitia uiuifica me, & ueniat super me misericordia
tua dn̄e:& alia similia uel supra uel infra: nūc aūt
dicit, Et ambulabā in latitudine,qa mandata tua
exqsiui. Et loqbar in testimonijs tuis in conspectu
regū,& nō cōfundebar. Et meditabar in mandatis
tuis quę dilexi. Et leuaui manus meas ad mādata
tua q̄ dilexi,& exercebar in iustificationibus tuis.)
Vbi narrātis uerba sunt,nō petentis,uelut impetra
tis q̄ petiuerat cōfitebaē in dei laudibus,qualē illū
fecerat misericordia dn̄i,quam sup se uenire popo
scerat. Neqꝫ.n.hæc ita superioribus coniunxerat ut
diceret,Et ne auferas ex ore meo uerbum ueritatis
usqꝫ ualde,qa in iudicijs tuis speraui Et custodiam
legem tuā semp in seculum & in seculum seculi. Et
ambulabā in latitudine,qa mādata tua exqsiui. Et
loqbar in testimonijs tuis in cōspectu regū & non
cōfundebar:& cætera isto modo. Sic n.uidetur se-
quentia p̄cedētibus debuisse cōnectere: sed ait,Et
ambulabā in latitudine. Vbi copulatiua cōiūctio,
id est,&,uelut in cōsequens posita est:qa nō ait, & F
ambulabo:qūo dicebat, & custodiā legē tuā sem-
per. Aut certe si optatiuo modo dictū est,custodiā
legem tuā: non ait,& ambulē in latitudine: quasi
utrūqꝫ optauerit & poposcerit: sed ait, Et ambula-
bā in latitudine. Vbi si cōiūctio ista nō esset, sed à
superiorū cōnexione libera inferreē, & soluta snia;
ambulabā in latitudine,nihil de inusitato loquen
di modo hic deberet mouere lectorē, ut occultus
sensus q̄rendus hic aliqs putareē. Nimirum ergo qđ
nō dixit intelligi uoluit,id est,exauditū se fuisse:ac
deinde subiunxit qualis factus fuerit,tanq̄ diceret.
Et cū orarē exaudisti me,& ambulabā in latitudi-
ne:& cętera q̄ isto modo dicta contexuit. Quid est
igiē,& ambulabā in latitudine: nisi, ambulabā in
charitate,quę diffusa est in cordibus nr̄is per spiri- Roma. 5.
tū sanctū qui datus est nobis? In hac latitudine am
bulabat ille q̄ dicebat,Os nr̄um patet ad uos ô Co 2. Cor. 6.
rinthij,cor nostrū dilatatum est, Hæc aūt charitas
duobus illis mandatis tota atqꝫ integra cōtinetur;
dilectione scilicet dei & dilectione ꝓximi, in qbus Matt. 22.
tota lex pēdet & ꝓphetę. Vnde & hic cum dixisset,

G Et ambulabam in latitudine: cũm subiunxit atq; ait, Quia mandata tua exqsiui. Nonnulli aũt codices non hñt mandata tua, sed testimonia. Sed man
" data in pluribus inuenimus, & maxime in Grecis.
" Cui linguę tanq̃ pcedenti, unde ad nos ista transla
" ta sunt magis credendum esse qs ambigat? Si ergo scire uolumus quo hæc mandata q̃sierit uel q̃renda sint, illud intueamur qd dicit magister bonus & doctor & dator: Petite & accipietis, q̃rite & inuenie
Matth.7. tis, pulsate & aperiet uobis. Et paulo pòst, Si ergo
Luca.11. uos, inqt, cũ sitis mali nostis bona data dare filiis uris, q̃to magis pater uester q in cœlis est dabit bona petẽtibus se? Vbi euidenter ostẽdit qd dixerat, Petite, q̃rite, pulsate, nõ nisi ad poscẽdi, hoc est, ad orãdi instantiã ptinere. Alius porrò Euãgelista nõ ait, Dabit bona petentibus se: quę multipli pñt intelligi, uel corporalia uel spiritalia: sed circuncidit inde alia, satisq; diligẽter expressit qd nos uehemẽter atq; instãter noluerit poscere dñs, & ait, Quãto magis pater uester de cœlo dabit spm̃ bonũ petentibus se? Hic est ille spũs per quem diffunditur cha
Rom.5.
H ritas in cordibus nr̃is, ut deum ,pximumq; diligen
Rom.8. do diuina mandata faciamus. Hic est spũs in quo clamamus, abba pater. Ac per hoc ipse nos facit petere qcqd desyderamus accipe, ipse nos facit q̃rere quę cupimus inuenire, ipse nos facit pulsare ad quę nitimur puenire. Hoc docet Apl̃s. Qui cum dicat in spiritu sancto nos clamare abba pater: rur
Galat.4. sus alio loco dicit, Dedit deus spm̃ filij sui in corda nostra, clamantẽ abba pater. Quõ nos clamamus si ipse clamat in nobis, nisi qa ipse clamare nos fe
Matth.7. cit dũ habitare cœpit in nobis? Etiã hoc itaq; agit acceptus, ut largius accipiẽdus petẽdo, q̃rẽdo, pulsando poscat. Siue.n. ut uita bona petat, siue ut bene uiuat, quotquot spiritu dei aguntur, hi filij dei
Roma.8. sunt. Ergo ambulabã, inqt, in latitudine, qm̃ mandata tua exq̃siui. Exq̃siuerat & inuenerat, quem petierat, & acceperat spm̃ bonum, quo factus est bonus, ut bene faceret bona ex fide quæ p dilectionẽ opatur. Et loquebar, inqt, de testimonijs tuis in cõspectu regũ, & non cõfundebar: tanq̃ ille qui petierat & accepat, ut r̃nderet exprobrantibus sibi uerbũ, & non auferret ex ore eius uerbũ ueritatis. Itaq;
I pro illa usq; ad mortem certans, nec in cõspectu regum confundebatur eam loqui. Testimonia qppe in qbus dicit qd loquebatur, Græce martyria nuncupantur, quo uerbo iam utimur pro latino. Vnde dictũ est ẽt uocabulum martyrum, qbus prædixit
Matt.10 Iesus ꝙ & ante reges eum fuerant confessuri. Et meditabar, inqt, in mandatis tuis quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mãdata tua quæ dilexi: siue qd nonnulli codices hñt in utroq; uersu dilexi ualde, aut nimis, aut uehemẽter, sicut interptari placuit, qd Græcę σφόδρα dicitur. Mãdata ergo dei dilexit, per hoc ꝙ ambulabat in latitudine per spm̃ scilicet sc̃tm̃, per quem dilectio ipsa diffunditur & dila
Roma.5. tat corda fidelium. Dilexit aũt & dilatat & cogitãdo & opando. Nam qd ad cogitationẽ ptinet, ait, Et meditabar in mandatis tuis. Qd aũt ad opationẽ, Et leuaui manus meas ad mandata tua. Vtriq; autem finẽ addidit, quę dilexi. Finis.n præcepti est
1. Tim.1. charitas de corde puro. Qñ isto fine, id est, huius rei contẽplatione fit mandatum dei, tunc fit uere opus bonum, & tunc leuant manus, qa supernum est quo leuantur. Propterea de ipsa charitate loqui tur Apostolus & dicit, Supereminentẽ uiam uobis
K
1. Cor.13. demonstro. Et alio loco, Cognoscere uos, inqt, uo
Ephe.3 lo etiam supeminẽtem scientiæ charitatẽ Christi. Nam si de opere mandatoꝝ dei merces terrenæ felicitatis expetitur, deponũtur manus potius q̃ leuantur: qa terrena emolumenta quæ nõ sursum sed deorsum sunt, illo opere requiruntur. Ad utrunq; autem pertinet qd sequitur, Et exercebar in iustificationibus tuis. Qd plures interpretes dicere maluerunt: q̃ lætabar aut garriebam, quod aliqui interpretati sunt ex eo qd Græcus ἠδολέσχουν. Exercetur quippe in iustificationibus dei lætatus, & quodãmodo garrulus, qui mãdata eius quæ diligit, & cogitandi & operandi delectatione custodit.

Concio decimaquinta.

Consyderemus quãtum donat dñs, & per-
Serm.
c tractemus hos uersus magni psalmi hui⁹.

Memẽto uerbi tui seruo tuo, in quo spem dedisti mihi, Hęc me cõsolata ẽ in humilitate mea qm̃ uerbũ tuũ uiuificauit me.) Nunqd obliuio sicut in hoiem, cadit in deũ? Cur ergo ei dicit, memẽto? Quãuis in alijs sanctæ scripturæ locis ipm uer-
L
Psal. 43. bũ oino ponat, ut est, Quare mei oblitus es, & obliuisceris inopiã nr̃am, & ipse deus per Prophetam, Oẽs, inqt, iniqtates eius obliuiscar. Et alibi atq; alibi sæpius hoc legit. Sed non ut hoibus ista contingunt, ita intelligunt in deo. Nam sicut deũ pœnitere dicitur, qñ præter hominum spem res mutat, cõ
Psal. 32. silio non mutato, qa consilium dñi manet in æternum: ita dicitur obliuisci qñ tardare uidetur adiutorium, uel ,pmissum, uel nõ retribuere digna peccantibus, uel si quid hmõi, tanq̃ eius memoria sit elapsum qd speratur siue timetur, & non fit. Dicuntur ista locutione morali qua humanus mouet affectus, quãuis.n. deus faciat certa dispositione, nõ deficiẽte memoria, nec obscurata intelligẽtia, nec uolũtate mutata. Cũ itaq; dicitur ei, memẽto, orantis desyderium, qa ,pmissum poscit, ostẽdit, & hoc extendit, nõ deus quasi ei de mẽte id exciderit admonet. Memento, inqt, uerbi tui seruo tuo: hoc est, ipse ,pmissum seruo tuo. In quo spem dedisti mihi: hoc est, in quo uerbo, qm̃ ,pmisisti mihi, me sperare fecisti: Hæc me cõsolata est in humilitate mea, hęc
M scilicet spes q̃ data est humilibus, dicẽte scriptura,
Iacobi. 4 Deus superbis resistit, humilib⁹ aũt dat grãm. Vnde
1. Pet.4. ore ,pprio etiam dñs ait, Qm̃ qui se exaltat, humi-
Luca.14. liabitur: & qui se humiliat, exaltabit. Bene hic intel
& 18. ligimus ẽt illam humilitatem, nõ qua se q̃sq; humiliat cõfitendo peccata, nec sibi arrogãdo iustitiã: sed qua q̃sq; humiliat aliquã tribulatione uel deiectione, quam meruit eius superbia, aut exercetur probatur q; ei⁹ patiẽtia. Vnde paulò pòst dicit hic psalmus, Priusq̃ humiliarer ego deliq. Et illud in libro
Ecclesia-
stici.2. Sapiẽtiæ, In dolore sustine, & in humilitate tua patientiã habe, qm̃ in igne ,pbat aurum & argentum, hoies uero acceptabiles in camino humiliationis. Qd ait acceptabiles, ibi spem dedit q̃ consolaret in humilitate. Et dñs Iesus hanc humilitatẽ cũ discipulis pdiceret à psecutoribus esse uenturã, nõ eos sine spe reliqt, sed hanc ẽt qua consolarent dedit dicens: In uestra patientia possidebitis animas uestras. De ipso quoq; corpore qd ab inimicis possent occidi, & quasi penitus interire, capillus, inqt, capi
Luca.21. tis uestri nõ peribit. Hęc spes data est corpori Christi qd est ecclesia, qua cõsolaret in humilitate sua.

Propter

A Propter quā spem dicit & Apostolus Paulus, Si aūt quod nō uidemus speramus, p patientiam expecta mus. Sed æternorum est spes ista pmiorum. Est & alia spes q in humilitate tribulationis plurimū cōsolatur, q sanctis data est in uerbo dei adiutoriū gratiæ pollicentis, ne quisq deficiat. De qua re dicit Apls,
1.Cor 10. Fidelis deus qui non permittet uos tentari super id quod potestis, sed faciet cū tētatione etiam exitum ut possitis sustinere. Hanc spē dedit etiam saluator
Luc.22. ore suo quādo ait, Hac nocte postulauit satanas uexare uos sicut triticū, & ego rogaui pro te Petre ne deficiat fides tua. Hanc spē dedit & in oratione quā
Matth.6. docuit, ubi monuit ut dicamus, Ne nos inferas in tentationē. Quodāmodo.n. promisit se daturū suis periclitantib' qd' dici noluit ab orantibus. Et nimirū de hac spe magis intelligē dus est dicere, Hæc me cōsolata est in humilitate mea, qm̄ uerbū tuū uiuificauit me. Quod expressius interpretati sunt, q nō uerbū sed eloquium posuerunt. Græcus enim λόγιον habet, qd' est eloquium, non λόγος, quod est uerbū. Sequitur autē, Superbi inique agebant usq ualde,
B à lege autem tua no declinaui.) Superbos intelligi uoluit psecutores piorum: & ideo subiecit, A lege autē tua nō declinaui, quia hoc eū facere illorum persecutio cōpellebat. Quos usq ualde inique dicit egisse, quia nō solū erant impij, uerumetiam pios impios esse cogebant. In hac humilitate, hoc est, in hac tribulatione spes cōsolata est, q data est in uerbo dei pollicētis adiutorium, ne deficiat fides martyrū, & psentia spiritus sui uires impertientis laborantib',
Psal.123. ut euadētes de muscipula uenantium dicerent, Nisi quia dñs erat i nobis, fortasse uiuos absorbuissent nos. An forte qd' ait, Hæc me cōsolata est in humilitate mea: illam dicit humilitatē qua homo est deiectus & proiectus in mortē ex peccato illo quod ual
Gene.3. de infœliciter i paradisi fœlicitate cōmissum est? In hac qppe humilitate, in qua homo uanitati similis
Psal.143. factus est, & dies eius sicut umbra ptereunt, oēs filij iræ sunt, nisi per mediatorē reconcilientur deo, qui pdestinati sunt in æternam salutem ante mundi cō
Ephes.2. stitutionē, in quo mediatore & antiqui iusti spē habebant, qn̄ eum in carne uenturū per pphetiæ spiritum puidebant. Quod ergo uerbū ad eos fiebat
C de illo, etiam hoc bene hic intelligitur uerbū, si & ipsorum accipimus istam uocem: de quo uerbo dictū est, Memento uerbi tui seruo tuo in quo mihi spē dedisti. Hæc me cōsolata est i humilitate mea, hoc est, in ista mortalitate mea: Quia eloquiū tuū uiuificauit me, ut spem uitæ haberē proiectus in mortē. Superbi inique agebant usq ualde, quandoquidē eorū superbiam nec humilitas mortalitatis edomuit. A lege aūt tua no declinaui, qd me facere cogebant superbi. Memor fui iudiciorum tuorum à seculo dñe, & consolatus sum.) Vel sicut alij codices habent, Et exhortatus sum,) .i. exhortationē accepi. Vtrunq enim potuit interpretari de uerbo Græco quod est, παρεκλήθην. A seculo ergo ex quo genus humanum sumpsit exordium, memor fui iudiciorum tuorum super
Rom.9. uasa iræ quæ parata sunt in perditionē, & cōsolatus sum: quia per hæc quoq ostendisti diuitias gratiæ & gloriæ tuæ in uasa misericordiæ tuæ. Tædiū tenuit me a peccatorib' derelinquentib' legē tuam. Cātabiles mihi erāt iustificationes tuæ i loco incolatus mei.) Vel sicut alij codices habēt, In loco peregrinationis meæ.) Ipsa est illa humilitas in loco mortalitatis & peregrinationis hominis de paradi- D
so & de illa superna Hierusalē electi, unde qdā descē Gene.3.
dens in Hiericho incidit in latrones, sed pp miseri- Luc.10.
cordiam q per illum Samaritanū cū illo facta est, cātabiles illi erant iustificationes dei in loco peregrinationis suæ, quis eū tædium teneret à peccatorib' relinquentibus legē dei, quia cū eis conuersari in hac uita uel ad tēpus cogitur, donec area uentiletur. Possunt autē isti duo uersus ad singulas partes unius superioris aptari: ut qd ait, Memor fui iudiciorū tuorum à seculo dñe: ad hoc referatur, Tædium tenuit me a peccatorib' derelinquentib' legē tuam: q uero ibi ait, Et consolatus sum: ad hoc referatur, Cātabiles mihi erant iustificationes tuæ i loco peregrinationis meæ. Memor, inquit, fui in nocte nominis tui dñe, & custodiui legem tuam.) Nox est illa humilitas ubi est mortalitatis ærūna, nox est i superbis inique agētibus usq ualde, nox in tædio à peccatorib' relinquentib' legē dei, nox est postremo i loco peregrinationis huius, donec ueniat dominus & illuminet abscondita tenebrarū, & manifestabit
cogitationes cordis, & tūc laus erit unicuiq à deo. 1.Cor.4.
In hac ergo nocte memor homo esse debet nomi- E
nis dei, ut qui gloriatur, in dño glorietur: pp quod Psal.113.
& illud scriptū est, Nō nobis dñe nō nobis, sed nomini tuo da gloriam. Sic.n. quisq non in sua, sed in dei gloria, quia nec in sua sed in dei iustitia .i. à deo sibi donata custodit legē dei: sicut iste ait, Memor fui in nocte nominis tui dñe, & custodiui legē tuā: Quā nō custodisset si in sua uirtute cōfidens, nominis dei memor nō fuisset. Adiutoriū.n. nostrum in nomine domini: propter quod secutus adiunxit,
Hæc facta est mihi, qm̄ iustitias tuas exquisiui.) Psal.123.
Iustitias utiq tuas quibus iustificas impium, non meas, q nunquā me pium faciunt sed superbū. Nō enim erat iste aliquis eorum, qui ignorantes dei iusti-
tiam, & suā uolentes cōstituere, iustitiæ dei nō sunt Roma.4.
subiecti. Has ergo iustitias qbus iustificant gratis p
gratiam dei qui per seipsos iusti esse nō possunt, me Rom.10.
lius alij interpretati sunt iustificationes, qa reuera δικαιοσύνη .i. iustitia, sed δικαιώματα Græcus habet, q sunt iustificationes, sed qd sibi uult qd ait, Hæc facta est mihi? Hæc qd? An forte lex, qa dixerat, Et custodiui legē tuā? Quib' ue bis subiunxit, Hęc facta
est mihi: tanquā diceret, hæc lex facta est mihi? Sed F
nō est rememorandū in exponēdo, quō sit ei facta lex dei Græca n. locutio unde ista trāslata est, satis indicat nō de lege dictū esse, hæc facta est mihi, qa lex in eadē lingua generis masculini est, & fœminino pnomine etiā ibi scriptū est, hæc facta est mihi. Quæritur ergo prius q illi facta sit, deinde quō illi facta sit: Quæcunq illa sit, hæc, inquit, facta est mihi: nō utiq hæc lex, qa hunc sensum sicut dixi Græcus expellit. Forte ergo hęc nox est, qa tota superior sententia sic se habet, Memor fui i nocte nominis tui dñe, & custodiui legē tuā: & sequitur, Hæc facta est mihi: qa utiq nō lex, pfecto nox est q facta est illi. Quid est igitur nox mihi facta est, qa iustificatiōes tuas exquisiui? Lux qppe potius est ei facta nō nox, qa iustificationes exquisiuit dei: ac sic recte intelligitur, facta est mihi: ac si diceretur, facta est p me .i. factū est ut prodesset mihi. Si.n. humilitas illa mortalitatis nō absurde intelligitur nox, ubi inuicē latēt corda mortaliū, ut de talib' tenebris innumerabiles & graues tētationes orian̄, ita ut in eadē nocte

G pertranſeant etiã beſtiæ ſyluæ, catuli leonũ rugien-
Pſal.113. tes, q̃rentes à deo eſcã ſibi: unde etiam de illo leone
s.Petri.5. rugiente & q̃rente quem deuoret, dñs ait quod iam
Luc.22. ſupra cõmemoraui, Hac nocte poſtulauit ſatanas
uexare uos ſicut triticum. i. hac nocte in qua ꝑtran
ſeunt beſtię ſyluæ, uos leo ille magnus q̃ſiuit à deo
eſcam ſibi: profecto hæc ipſa humilitas in loco pe-
regrinationis huius q̃ nox recte intelligitur, ꝓdeſt
eis qui ſalubriter exercent in ea ut diſcant nõ ſuper
bire, ꝓpter quod malũ in iſtam noctẽ pulſus eſt ho
Eccli.10. mo, Initium. n. ſuperbiæ hominis eſt apoſtatare à
deo: ſed gratis iuſtificatus, atq; ut in iſta humilitate
proficiat uarijs tentationib9 huius noctis exposit9,
iam intelligens dicat quod in hoc Pſalmo aliquãto
pòſt dicitur, Bonũ eſt mihi ꝙ humiliaſti me, ut di-
ſcam iuſtificationes tuas. Nã quid eſt aliud, bonũ
eſt mihi qa humiliaſti me, niſi hęc humilitas q̃ nox
uocat̃ facta eſt mihi. i. factum eſt ut ꝓdeſſet mihi?
Sed quare hoc? Quia ſcilicet iuſtificationes tuas, nõ
meas exquiſiui. Poſſumus etiam qđ dictũ eſt, hæc
facta eſt mihi, ſic intelligere, ut nec lex, nec nox ſub
audiatur, ſed hoc pronomẽ quod eſt, hæc, nõ acci-
H piatur aliter, q̃ ſe habet ille in alio Pſalmo loc9 ubi
Pſal.26. legitur, Vnam petij à dño, hanc requiram Nec dicit
quid unam, uel quã unam de qua dixerit, hanc re-
quirã, ſed fœmininũ genus quaſi pro neutro poſi-
tũ eſt: inuſitate quippe dictũ eſt, Vnã petij, hanc re-
quirã: ubi nõ ſubauditur q̃ illa una ſit: quod uſita-
tius diceret, Vnum petij à dño, hoc requirã, ut inha
bitem in domo domini. In his. n. neutris non ſolet
exigi neutrũ quod ſubaudiendum ſit, utputa unũ
bonum, aut unũ donũ, uel ſi quid huiuſmodi, ſed
quicquid illud eſt, etiam ſi maſculino uel fœmini-
no genere nuncupet̃, uel ſine ullo noie ullius gene-
ris qbuſlibet uerbis inſinuetur, ſolita omnino locu
tione ſub genere neutro intelligitur: ita ergo & hic
eo modo dici potuit, Hęc facta eſt mihi, tanq̃ dictũ
eſſet, hoc factũ eſt mihi. Si autẽ q̃ramus quid illud
ſit, occurrit quod ſupra dixerat, Memor fui i nocte
nominis tui dñe, & cuſtodiui legẽ tuam. Hoc factũ
eſt mihi. i. hoc quod cuſtodiui legem tuam, nõ per
meipſum feci, ſed factũ eſt mihi utiq; abs te, quia iu
Philip.2. ſtificationes nõ meas, ſed tuas exquiſiui. De9 eſt. n.
I inquit, Apſ̃s, qui operatur in uobis, & uelle & opera
ri pro bona uoluntate: hoc etiam p Prophetã deus
dicit, Et faciam ut in iuſtificationib9 meis ambule
tis, & iudicia mea obſeruetis & faciatis. Quapro-
pter, deo dicẽte, Ego faciam ut iudicia mea obſerue
tis & faciatis: rectiſsime iſte dicit, hoc factũ eſt mi-
hi: ut cũ q̃ſieris qd illud ſit, rñdeat quod ſupra dixe
rat, ut cuſtodirẽ legẽ dei. Sed quia iſte in longũ ſer-
mo proceſsit, ea q̃ ſequuntur, dño donante, ab alio
melius tractabuntur exordio.

Concio decimaſexta de uerſu Pſalmi, Pars mea dominus: uſque ad, Miſericordia tua domine plena eſt terra.

Os uerſus Pſalmi huius magni nunc aggre
Heth. h dimur in dei uoluntate tractandos, Pars
ח mea dñs.) Quod habent quidam, Portio
mea dñe.) Quod utrũ ideo dicat̃, qa particeps eius
Pſal.72. eſt qſquis adhæret, ſicut ſcriptũ eſt, Mihi aũt adhę-
rere deo bonum eſt: nõ. n. exiſtendo ſunt homines
dij, ſed fiunt participãdo illius unius qui uerus eſt
deus: an qa ſicut partes ſibi eligunt homines i hoc
mundo, ſiue ſortiuntur, alius hoc, alius illud unde
quiſq; uiuat, quodãmodo portio pioꝝ deus eſt un- K
de ſemper uiuant. Vterq; ſenſus nõ eſt abſurdus: ſed
qđ ſequitur hic audiamus, Dixi cuſtodire legem
tuam.) Quid eſt, portio mea dñe dixi cuſtodire le-
gem tuam: niſi quia ita erit portio cuiuſq; dñs, cum
legem eius cuſtodierit? Sed qũo cuſtodit, niſi hoc 2.Cor.3.
donet atq; ad hoc adiuuet ſpiritus uiuificans, ne li- Roma.7.
tera occidat, & peccatũ occaſione accepta p mãda-
tum operetur in homine omnẽ concupiſcentiam?
Inuocãdus eſt igitur. Sic. n. ab eo fides impetrat qđ
lex imperat: Quoniã qui inuocauerit nomẽ domi- Rom.10.
ni ſaluus erit: & ideo uide qd ſubiungat, Precatus
ſum faciem tuã in toto corde meo.) Et dicens qũo
ſit precatus, Miſerere mei, inquit, ſecundũ eloquiũ
tuũ.) Et tanquã exauditus atq; adiutus ab eo quẽ
precatus eſt. Quia cogitaui, inqt, uias meas, & auer
ti pedes meos in teſtimonia tua.) Auerti. ſ. à uijs
meis q̃ diſplicuerũt mihi: ut irent i teſtimonia tua,
atq; ibi haberent uiam. Plures. n. codices nõ habẽt,
quia cogitaui, ſicut in quibuſdã legitur, ſed tantũ
modo cogitaui: ꝙ autẽ hic poſitum eſt, Et auerti pe
des meos: nõnulli habent, quia cogitaui & auerti-
ſti pedes meos, ut hoc dei potius gratiæ tribuat̃, ſe- L
cundũ illud quod Apſ̃s ait, Deus eſt. n. qui operatur Philip.2.
in uobis: cui etiã dicitur, Auerte oculos meos ne ui
deant uanitatẽ. Si oculos ne uideant uanitatẽ, cur
nõ & pedes ne ſectentur errorem: propter quod &
illud ſcriptũ eſt, Oculi mei ſemper ad dñm, qa ipſe Pſal.24.
euellet de laqueo pedes meos. Sed ſiue auertiſti pe-
des meos, ſiue auerti pedes meos legat̃, ab illo fit ut
faciamus cuius faciem precatus eſt in corde ſuo, &
cui dixit, Miſerere mei ſecundũ eloquium tuũ: hoc
eſt, ſecundum uerbũ promiſsionis tuæ Filij quippe
promiſsionis, in ſemine deputantur Abrahę Deniq; Roma.9.
hoc impetrato gratiæ beneficio. Paratus ſum, in-
quit, & nõ ſum turbat9, ut cuſtodiam mãdata tua.)
Quod aliqui interpretati ſunt, ad cuſtodiendã mã-
data tua, aliqui ut cuſtodirẽ, aliqui cuſtodire, quod
Græcus poſuit, τὸ φυλάξασθαι. Quàm uero paratus
factus ſit ad cuſtodienda diuina mãdata, ſubdidit
dicẽs. Funes peccatoꝝ circũplexi ſunt me, & legis
tuæ nõ ſum oblitus. Funes peccatoꝝ impedimẽta
ſunt inimicoꝝ, ſiue ſpiritaliũ, ſicut diaboli & ange
loꝝ eius, ſiue carnaliũ in qb9 filijs infidelitatis dia-
bolus operat̃. Nõ. n. hoc nomẽ quod dictũ eſt pec- M
catorum, ab eo ꝙ ſunt peccata declinatũ eſt, ſed ab
eo ꝙ ſunt peccatores, quod in Gręco euidenter ap-
paret. Cum itaq; minantur mala quibus terreant iu Eſa.5.
ſtos, ne ꝓ lege dei patiant̃, quodãmodo ſunib9 im-
plicant, uelut ualida & robuſta reſte ſua. Trahũt. n.
peccata ſicut reſtẽ longã, & hinc ſanctos implicare
conant̃, & aliquando permittunt̃ & premunt. Sed ſi
implicant corpus, nõ implicant animũ, ubi nõ eſt
iſte dei legis oblitus, qa ſermo dei nõ eſt alligatus.
Media nocte, inquit, ſurgebã ad confitendũ tibi, 2.Tim.2.
ſuper iudicia iuſtitię tuæ.) Quia & hoc ipſum ꝙ fu
nes peccatoꝝ circũplectuntur iuſtum, iudicia ſunt
iuſtitiæ dei. Propter quod dicit Apſ̃s Petrus tẽpus
eſſe ut iudiciũ incipiat à domo dñi: Et ſi initiũ, in- s.Petri.4
quit, à nobis, qualis finis erit eis qui nõ credũt dñi
Euãgelio: Et ſi iuſtus qdẽ uix ſalu9 erit, peccator &
impius ubi parebunt? Hoc. n. ait de perſecutionib9
quas patiebat̃ Eccleſia, cũ funes peccatoꝝ circũple
cterent̃ eam. Proinde mediã noctẽ grauiora tribu-
lationis intelligendã exiſtimo, i qua dixit, Surgebã,

A quia nō eum ſic affligebat ut deijceret, ſed exercebat ut ſurgeret, id eſt, ut eaipſa tribulatione ad fortius cōfitendū ꝓficeret. Iā uerò qa iſta fiunt gratia dei per Ieſum Chriſtum dn̄m noſtrum, uocē pſonæ ſuæ p hanc prophetiam ſuo corpori adiūgit ipſe ſaluator: ad ipſum caput.n. proprie quod ſequiť pertinere arbitror, Particeps ego ſum oīum timētiū te, & cuſtodientiū mandata tua.) Sicuti eſt in
Hebr. 2 Epiſtola q̄ ad Hebręos ſcribitur, Qui.n. ſanctificat & qui ſanctificantur, ex uno oēs. Propter quā cauſam nō cōfunditur frēs eos uocare: & paulò pòſt, Propterea ergo, inqͬ, qa pueri cōmunicauerūt ſanguini & carni, & ipſe ꝓpemodū participauit eiſdē. Quod quid eſt aliud q̄ eoꝝ particeps factus eſt? Neque.n. efficeremur particeps diuinitatis eius, niſi ipſe mortalitatis noſtræ particeps fieret: nā & in Euāgelio, quo nos diuinitatis eiꝰ participes facti ſumꝰ,
Ioan. 1. ita dicitur, Dedit eis poteſtatē filios dei fieri his q credūt in nomine eius: Qui nō ex ſanguinibꝰ, neq; ex uolūtate carnis, neq; ex uolūtate uiri, ſed ex deo nati ſunt. Vt aūt hoc fieret, qa & ipſe factus eſt particeps mortalitatis noſtræ, ita ibi ſeqtur, Et uerbū caro factū eſt & habitauit in nobis. Per hāc eiꝰ par-
B ticipationē nobis gratia ſubminiſtrať, ut caſte timeamꝰ deū, & cuſtodiamus mādata eiꝰ. Proinde ipſe dn̄s Ieſus loqtur in iſta ꝓphetia, ſed q̄dam in mēbris ſuis & unitate corporis ſui, tanquā in uno quodam hoīe diffuſo toto orbe terrarū, & ſuccreſcente per uolumina ſeculorum, quædam uero in ſeipſo capite noſtro: unde & hoc eſt qd̄ ait, Particeps ego ſum oīum timentiū te, & cuſtodiētiū mādata tua. Et quia ꝓp hoc quod particeps factus eſt fratrum ſuorum deus oīum, immortalis mortaliū, ideo gra-
Ioan. 12. num cecidit in terrā, ut mortificatū multū fructū faceret: & de ipſo fructu ſecutꝰ adiūxit, Miſericor-
Pſal. 32. dia tua dn̄e plena eſt terra.) Et unde hoc, niſi cū iuſtificatur impius? In cuius gratiæ ſciētiæ ut ꝓficiať adiungit, Et iuſtificationes tuas doce me.)

Concio decimaſeptima de uerſu Pſalmi, Suauitatem feciſti cum ſeruo tuo domine: uſque ad, Bonum mihi lex oris tui ſuper milia auri & argenti.

I uerſus Pſalmi huius, de qbus nūc in uolū-
h tate dei diſputaturi ſumꝰ, ab hoc incipiūt,
Teth. Suauitatem feciſti cum ſeruo tuo dn̄e, ſe-
D cundum uerbū tuū.) Vel potius, ſecundū eloquiū tuū.) Sed quod ait Græcus χρηστότητα, aliqn̄ ſuaui-
C tatem, aliqn̄ bonitatem noſtri interpretes transtu-
In li. 50. lerunt. Verū quia ſuauitas poteſt eſſe & in malo, qn̄
ho. homi. illicita quæq; & immunda delectant, poteſt ēt eſſe
4. & in ea quæ cōceditur uoluptate carnali, ſic debemus intelligere ſuauitatē, quā χρηστότητα Greci uocāt, ut in bonis ſpiritalibꝰ deputeť. Propter hoc n. eā & bonitatē noſtri appellare maluerūt. Nihil hic ergo aliud dictū exiſtimo, ſuauitatē feciſti cū ſeruo tuo. niſi, feciſti ut me delectaret & bonū. Qn̄.n. delectat & bonū, magnū dei donū eſt. Qn̄ aūt bonū opus qd̄ lex imperat fit timore pœnæ, nō amore iuſtitiæ, cū deus metuitur nō amatur, ſeruiliter
Ioan. 8. fit, nō liberaliter. Seruus aūt nō manet in domo in æternū, filius manet in æternū, quia cōſummata cha-
1. Ioan. 4. ritas foras mittit timorem. Suauitatem itaq; feciſti cum ſeruo tuo dn̄e faciendo filium qui ſeruus fuit, ſecundū eloquiū tuum, hoc eſt, ſecundū ꝓmiſſum tuū, ut ſecūdū fidē firma ſit ꝓmiſsio omni ſemini.
Rom. 4. Suauitatē & eruditionē & ſcientiam doce me, in-

quit, qm̄ mandatis tuis credidi.) Augeri ſibi iſta poſcit & perfici: nā utiq; quia iā dixerat, Suauitatē feciſti cum ſeruo tuo, quo dicit ſuauitatē doce me, niſi ut ei gr̄a dei magis magiſq; abūdet, uel innoteſcat dulcedine bonitatis? habebāt.n. fidē qui dixerūt,
Dn̄e auge nobis fidem. Et quandiu uiuitur in hoc Luc. 17.
mundo, proficientiū eſt hæc cantatio. Addidit aūt & eruditionē, uel ſicut plures codices habēt, diſciplinā. Sed diſciplinā quā Græci appelāt παιδείαν, ubi ſcripturę noſtrę ponere cōſueuerūt, ibi intelligēda
eſt p moleſtias eruditio, ſecundū illud, Quē.n. dili- Prouer. 3.
git dn̄s corripit, flagellat autem oēm filium quē re- Hebr. 12.
cipit: hæc aūt apud Eccleſiaſticas literas dici aſſolet diſciplina, interp̄tata de Græco ubi legiť παιδεία. Hoc.n. uerbū in Græco poſitū eſt in Epiſtola ad Hebræos, ubi Latinus interpres ait, Oīs enim diſciplina ad præſens nō gaudij uideť eſſe ſed triſtitiæ, poſtea aūt fructū pacificum his q p eam certarūt reddet iuſtitię. Cū quo ergo facit deus ſuauitatē, id eſt, cui ꝓpicius inſpirat boni delectationē, atq; ut aptiꝰ id explicē, cui donatur à deo charitas dei, & ꝓp de-
um charitas ꝓximi, profecto inſtāter orare debet, Matt. 22.
quo tantū ſibi augeatur hoc donū, ut nō ſolū ꝓ il-
lo cōtemnat delectationes cæteras, ſed ēt pro illo E
quaſlibet ꝑferat paſsiones: Ita ſuauitati ſalubriter additť diſciplina: nō.n quātulæcunq; ſuauitati uel bonitati, hoc eſt charitati ſanctę poſcēda ē & obtinēda, ſed tā magnę, ut ſub eius ꝑſſura nō poſsit extingui, ſed ſicut ingēs flāma ſub impetu uēti quāto magis reprimiť, tāto ardētiꝰ excitari. Ideo parū fuit dicere, ſuauitatē feciſti cū ſeruo tuo: niſi rurſus repeteret, ut eū doceat ſuauitatē, tantā utiq; ut diſciplinā poſsit patiētiſsime ſuſtinere. Tertia poniť ſciētia, qm̄ ſi magnitudine ſua ꝑcedit ſciētia magnitudinē charitatis, nō ædificat ſed inflat. Cū ergo tā-
ta fuerit charitas in bonitate ſuaui, ut tribulatioñibꝰ nō poſsit extingui, quas adhibet diſciplina, tunc 1. Cor. 8
utilis erit ſcientia, qua innoteſcat ēt ſibi homo qd̄ ipſe meruerit, & q̄ à deo donata ſint ei, p quę poſſe
ſe ſciat quę ſe poſſe neſciebat, & p ſeipſum oīno nō 1. Cor. 2
poterat. Quod autem nō ait, da mihi. ſed, doce me: q̄uo ſuauitas docetur ſi non detur? Qn̄ quidē multi quod eos non delectat ſciunt, & quaꝝ reꝝ habēt cognitionem non habent ſuauitatem? Suauitas.n. diſci nō poteſt, niſi delectet. Item diſciplina quę ſignificat emendatoriā tribulationē, accipiēdo diſci- F
tur, id eſt, nō audiendo uel legēdo uel cogitando, ſed experiēdo. At uero ſcientia quā tertio loco poſuit in his q̄ ait, doce me, docendo datur. Nā qd̄ eſt aliud docere, q̄ ſciētiā dare? Et hæc duo ita ſibi conexa ſunt, ut alterū ſine altero eſſe nō poſsit. Nemo enim docetur niſi diſcat, & nemo diſcit niſi doceatur. Et ideo ſi diſcipulꝰ capax nō ſit eoꝝ q̄ a doctore dicūtur, nō poteſt doctor dicere, ego eū docui, ſed ipſe nō didicit: dicere aūt poteſt, ego ei dixi qd̄ dicendū fuit, ſed ille nō didicit, qa nō percepit, nō cōprehendit, nō intellexit. Nā profecto & ille didiciſſet ſi iſte docuiſſet. Et ideo deus qn̄ uult docere, prius dat intellectū, ſine quo ea q̄ ad diuinā doctrinā ꝑtinēt homo nō poteſt diſcere unde & iſte paulopoſt dicit, Da mihi intellectū ut diſcam mādata tua: Poteſt itaq; homo cū docere aliquē cupit, dicere illa q̄ dixit dn̄s diſcipulis ſuis poſteaquā reſurrexit à mortuis, ſed facere qd̄ ille fecit nō poteſt. ait n.
Euangeliū, Tūc aperuit eis ſenſum ut intelligerent Luc. 24

G scripturas,& dixit illis. Quid aût illis dixerit, ibi legitur: sed ideo ceperunt qđ dixit, qa unde caperent aperuit. Docet ergo deus suauitatẽ inspirando dele
†al. dilectionem. ctationem, † docet disciplinam tẽperando tribulationem, docet sciam insinuando cognitionẽ. Cũ itaq; alia sint q̃ ideo discimus ut tantũmodo sciamus, alia uero ut etiã faciamus, qñ deus ea docet, sic docet ut ea scienda sciamus aperiẽdo ueritatẽ, sic docet ut faciendo faciamus inspirando suauita
Psal. 142. tem: neq; n. frustra ei dicitur, Doce me ut faciã uoluntatem tuam. Sic, inqt, doce ut faciam, non tñmodo ut sciam. Ipsa qppe recte facta, fructus est nr̃ quem reddimus agricolæ nostro: sed scriptura di
Psal. 84. cit, Dñs dabit suauitatem, & terra nostra dabit fructum suũ. Quæ autẽ ista terra est, nisi de qua dicit
Psal. 142. eidẽ ipsi qui dat suauitatẽ, Aĩa mea ueluti terra sine aqua tibi? Quòd uero cũ dixisset, suauitatẽ & disciplinam & sciam doce me: adiunxit atq; ait, Qm̃ mãdatis tuis credidi: non immerito q̃ri potest cur nõ dixerit, obediui: sed, credidi. Alia n. sunt mandata, alia sunt ꝓmissa. Mandata facienda suscipimus, ut accipere promissa mereamur. Promissis ergo credi
H mus, mandatis obtẽperamus. Quid est ergo, mandatis tuis credidi: nisi, credidi ꝙ illa mãdauerit non aliquis homo, quamuis per hoĩes hominibus ministrata & mõstrata sint? Quia itaq; credidi tua esse mãdata, ipsa fides mea qua id credidi impetret abs te grãm, qua faciam qđ mandasti. Si n. homo mihi hæc iuberet forinsecus, nunqd ẽt ut facerem quod iubebat adiuuare intrinsecus? Doce ergo me suauitatẽ inspirando charitatẽ, doce me disciplinã donando patientiã, doce me sciam illuminãdo intelligentiam, qm̃ mandatis tuis credidi. Te illa credidi mãdasse qui deus es, & homini donas unde facias eum facere qđ mandas. Priusquã humiliarer, inqt, ego deliqui, ꝑp uerbum tuum:) Vel sicut alij expressius habent, ppea eloquium tuũ custodiui.) Vtiq; ne rursum humiliarer. Quod ad illã humilia
Gene. 3. tionem melius refertur q̃ facta est in Adam, in quo ois creatura humana tanquã in radice uitiata, qm̃ ueritati subiecta esse non uoluit, subiecta est uani
Roma. 9. tati. Quod uasis misericordiæ ꝓfuit experiri, ut deiecta & deleta supbia, diligat obedientia, & pereat
I nõ reditura miseria. Suauis es dñe.) Vel sicut plures habent, Suauis es tu domine.) Aliqui ẽt, Suauis es tu,) Vel, Bonus es tu:) Sicut de hoc uerbo superius tractauimus. Et in tua suauitate doce me iustificationes tuas.) Vere uult facere iustificationes dei, qñ eas in eius suauitate uult discere ab eo, cui dixit, Suauis es tu dñe: deniq; sequitur, Multiplicata est sup me iniquitas superborũ:) Eorum. s. quibus non profuit ꝙ postea q̃ deliquit, humiliata est humana natura. Ego autẽ in toto corde meo scrutabor mandata tua.) Quantalibet, inqt, abun
Mat. 24. det iniquitas, non in me refrigescet charitas. Tanquam ille hoc dicat, q in eius suauitate iustificationes dei discit. Quanto magis. n. suauia sunt q̃ iubet qui iuuat, tanto magis ea scrutaĩ amans ut cognita faciat, & faciendo cognoscat, qa pfectius cognoscũtur cũ fiunt. Coagulatũ est ut lac cor eoꝝ.) Quoꝝ nisi superboꝝ, quorum super se multiplicatã dixit iniquitatem? Ob durasse autem cor eoꝝ uult intelligi hoc uerbo & hoc loco: nam dicitur & in bono, sicut in Psalmo sexagesimo septimo dicit, Mõs incaseatus, mons uber: & intelligitur gratia plenus. Nã & illic quidam coagulatus interpretati sunt: sed ui K
de quid ad se opponebat duritiæ cordis illorum. Ego uero, inqt, legem tuã meditatus sum. Quam legem? Vtiq; iustissimam & misericordissimã: unde
illi dr̃, Et de lege tua miserere mei. Supbis resistit ut Iacobi. 4.
humilientur, ut obdurent, humilibus aũt dat gratiam, ut diligant obedientiã, & ne recipiant excellẽtiam. Meditatione qppe legis huius uoluntaria seruatur mihi humilitas, ut pœnalis euadatur humilitas: de qua mox dicit, Bonũ mihi qm̃ humiliasti me, ut discã iustificationes tuas.) Vicinum aliqd & superius iã dixerat, Prius q̃ humiliarer ego deliqui, ppea eloquium tuũ custodiui. Ipso quippe fructu ostendit ꝙ bonum illi fuerit humiliari: sed illic dixit & causam ꝙ humilitatem pœnalem delinquendo pcesserit. Quod uero ibi ait, Propterea eloquiũ tuum custodiui: hic autem, ut discam iustificationes tuas: satis significasse mihi uidetur hoc esse ista nosse qđ custodire, hoc est, custodire qđ nosse. Neque. n. xp̃s nõ nouerat quod arguebat, & tñ arguebat peccatum, cum dictum de illo sit ꝙ non noue
rat pc̃m. Nouerat ergo quadam noticia, & rursus 2. Cor. 5.
quadam ignorantia nõ nouerat. Sic & iustificationes dei multi discunt & non discunt. Nouerant. n. L
eas quadam noticia: & rursus quadam ignorantia, qm̃ non faciunt quod nouerunt, nõ nouerunt. Eo modo hic ergo intelligendus est dixisse, ut discam iustificationes tuas, ea notitia qua fiunt. Hæ autẽ quia non fiunt nisi per dilectionẽ, ubi qui facit habet delectationem, pp quod dictum est, In tua suauitate doce me iustificationes tuas, sequens uersus ostendit, ubi ait, Bona mihi lex oris tui, sup milia auri & argenti.) Vt amplius diligat charitas legem dei, quã diligit cupiditas milia auri & argenti.

Concio decimaoctaua de uersu psalmi, Manus tuæ domine fecerunt me & finxerunt me, da mihi intellectum ut discam mandata tua.

Q Vando deus hoĩem fecit ex puluere & ani Iob
mauit flatu, nõ ibi commemoratum est ꝙ manibus fecerit. Cur itaq; quibusdam ui
sum fuerit uerbo deum fecisse cætera, hoiem uero Iob. 19.
uelut aliquid præcipuum fecisse manibus suis nõ
uideo, nisi forte quia ex puluere formatum legitur Gene. 2.
hois corpus, non potuisse fieri nisi manibus arbi- M
trantur: nec attendunt qđ in Euangelio de uerbo
dei scriptũ est, Omnia per ipsum facta sunt: nõ pos Ioan. 1.
se constare si non per uerbũ factum est ẽt corpus humanum: sed adhibent testimoniũ de hoc Psalmo, & dicũt, Ecce ubi aptissime clamat hõ, Manus tuæ dñe fecerũt me & finxerunt me: quasi non ẽt
aptissime dictũ sit, Videbo cœlos opa digitoꝝ tuo Psal. 8.
rum: nec minus apte dictum sit, Et opera manuum Psal. 101.
tuaꝝ sunt cœli: multoq; aptius, Et aridã terrã ma & 94.
nus eius finxerũt. Manꝰ ergo dei sunt potestas dei. Aut si pluralis numerꝰ eos mouet qa non dictũ est, manus tua, sed manꝰ tuæ: accipiãt manꝰ dei uirtutẽ
& sapientiã dei, qđ utrunq; unus dictus est xp̃s: qui 1. Cor. 1.
etiã intelligiĩ brachiũ dñi, ubi legiĩ, Et brachiũ dñi Esa. 53.
cui reuelatũ est: aut accipiant manus dñi filium & spm̃sanctum, qa & spiritussanctus cooperator est 1. Cor. 12.
patris & filij: unde ait aplš, Omnia hæc opatur unus atq; idem spũs. Propterea quippe dixit, unus atque idem spiritus, ne tot spũs eius quot opera putarentur, non ꝙ sine patre & filio spũs operetur. Liberum est igitur quo intelligantur manus dei, dũ

tamen

A tamē nec ea q̄ facit manibus, uerbo facere negetur:
nec ea q̄ fecit uerbo, manib' facere nō putetur: nec
propter manus forma corporis, aut alia manus sini
stra, alia dextra: nec pp uerbū sonus oris, aut mot'
animi transitorius operāti deo inesse credatur. Nec
defuerunt q duo ista uerba, fecerūt me, & finxerūt
me, sic distinguerent, ut animā deum fecisse, corp'
Esa. 57. autē finxisse dicerent, qa de anima dixit deus, Om-
Gene. 2. nē flatum ego feci: de corpore aūt legitur, Et finxit
deus hominē de puluere terræ: tanquā fiat quidem
omne quod fingitur: nō tamē fingatur oē quod fit:
& ideo animā factā potius dicunt esse q̄ fictam, qa
nō est corpus sed spiritus, quasi nō scriptū sit, Qui
finxit spiritum hominis in ipso. Veruntamē quādo
utrunq; hoc uerbū de homine i loco uno ponitur,
& utrunq; hominis. i. & anima & corpus diuinitus
conditū nō negatur, nō ineleganter distribuuntur
singulis singula, ut anima facta, corpus autē fictū
intelligatur, siue formatū, siue plasmatū. Nam qui-
dā, interpretes noluerunt dicere, finxerunt me: sed,
plasmauerunt me: magis diligētes minus Latine de
clinare de Græco, q̄ dicere finxerunt, quod aliquan
B do etiam de simulatione dici solet. Sed utrū hoc se
cundum Adā dictum est, ex quo cū sint omnes ho
mines propagati, quis hominum qñ ille factus est,
etiam se factum nō potest dicere originis seminisq;
ratione? An etiam secundum hoc recte dici potuit,
Manus tuæ fecerūt me & plasmauerūt me, q; unus-
quisq; nō sine opere dei etiam de parentib' fit ipso
creante, illis generantibus? Qm̄ si operatoria dei po
tentia rebus subtrahatur, intereunt, nec aliquid oi-
no siue de mundi elementis, siue de genitoribus, si
ue de seminibus nascitur, si ea nō operetur deus: pp
Hiere. 1. quod ait Prophetæ Hieremiæ, Prius q̄ te formarē in
utero, noui te. Sed nunquid sine intellectu fecit ho
minē deus, siue primū, siue unumquēq; nascentiū,
ut nunc dicat ei, Manus tuæ fecerunt me, & plasma
uerunt me, da mihi intellectum? Nōne ipsi naturæ
humanæ intellectus est inditus, ut eo discernatur à
pecore? Aut sic est deformata peccando, ut etiā hoc
in ea reformandū sit? propter quod & Apl's omnib'
Ephe. 4. ad regenerationē pertinentibus dicit, Renouamini
spiritu mentis uestrę: & utiq; quia intellectus in mē
C te est, hinc rursus ait, Renouamini in nouitate men
† al sen- tis uestræ. † De his autē qui huius regenerationis
sus uestri. consortes nō erunt, Hoc, inquit, dico & testificor in
dño, ut nō iam ambuletis sicut & gētes ambulant
in uanitate mentis suæ, obscurati intelligentia alie
nati à uia dei per ignorantiam. q̄ est in illis propter
cęcitatem cordis eoꝝ. Propter hos igitur interiores
oculos, quorum cæcitas est deum nō intelligere, ut
Acto 17. aperiantur, & magis magisq; serenentur, fide mun-
dentur corda, Da mihi, inquit, intellectū, ut discam
3. sen. dis. mādata tua. Quāuis n. nisi aliquid intelligat, nemo
24. c. post possit credere in deum, tamē ipsa fide qua credit sa
hoc. natur, ut intelligat ampliora. Alia sunt. n. q̄ nisi in-
telligantur nō credimus, & alia sunt q̄ nisi credam'
Rom. 10. nō intelligimus. Nam cū fides sit ex auditu, auditus
autē per uerbū dei, quō credit p̄dicanti fidem, qui,
ut alia taceam, linguam ipsam quā loquitur nō in-
telligit? Sed nisi essent rursus aliqua q̄ intelligere nō
possumus, nisi antè credamus, Propheta non dice-
Esa. 7. ret, Nisi credideritis nō intelligetis. Proficit ergo no
ster intellectus ad intelligēda q̄ credat, & fides pro
ficit ad credenda q̄ intelligat, & eadē ipsa ut magis

magisq; intelligant in ipso intellectu proficit mens. D
Sed hoc nō fit proprijs tanquā naturalib' uiribus,
sed deo adiuuante atq; donante: sicut medicina fit,
nō natura, ut uitiatus oculus uim cernēdi recipiat.
Qui ergo dicit deo, Da mihi intellectū ut discā mā
data tua, nō omnimodo expers ei' est uelut pecus,
nec ita quāuis homo ut in eoꝝ numero deputādus
sit, q ambulant in uanitate mētis suæ, obscurati in- Ephe. 4.
telligentia, alienati à uia dei: nā si talis esset nec hoc
diceret, Nō aūt paruū est intellectus nosse à quo po
scēdus est intellectus. Et cogitandū est quāto sint
altius intelligenda diuina mandata, qñ ad ea discē
da sibi adhuc dari intellectū petit, q iam sic intel-
ligit, & qui eloquia dei se custodisse antè iam dixit.
Quod aut interpretati sunt nostri, da mihi intelle-
ctu, breuius dixit Gręcus συνέτισόν με: qa uno uerbo
cōplexus est, da mihi intellectū, qđ est συνέτισον, qđ
Latine uno uerbo dici nō potest, tanquā si nō pos-
set Latine dici, sana me, & diceret, da mihi sanitatē,
sicut hic dictū est, da mihi intellectū, aut sanū me
fac, sicut etiā hic dici potest, intelligentē me fac, qđ
quidē potuit & angelus facere: nā dixit Danieli, Ve Danie. 8.
ni intellectū dare tibi: & hoc uerbū est in Græco, E
quod etiā hic est, συνετίσαι, tanquā si diceret Latin',
sanitatē dare tibi, qđ Græcus dixisset, sanare te. Nō
enim circūloqueretur Latinus interpres dicēdo in-
tellectū dare tibi: si quemadmodū dici potest à sa-
nitate sanare te, ita dici posset ab intellectu intelle-
ctuare te. Sed si potest hoc & angel' facere, qđ est q;
iste hoc à deo sibi poscit ut faciat? An qa deus ange
lo iusserat ut faceret? Ita uere, nam Xp̄s intelligitur
hoc iussisse angelo ut faceret eo loco, ubi ait Pro-
pheta, Et factū est cū uiderem ego Daniel uisum, &
q̄rebam intellectū, & ecce stetit in cōspectu meo ut
uisus uiri, & audiui uocē uiri inter Vbal & uocauit
& dixit Vlai, Fac intelligere illū uisionē, & ibi i Grę
co uerbū hoc est qđ & hic. i. συνέτισον. Deus itaq; per
seipsum, qa lux est quæ illuminat pias mentes, ut ea Ioan. 1.
q̄ diuina dicunt, uel ostenduntur intelligant. Sed si
ad hoc ministro utitur angelo, potest qdē aliquid
agere angelus in mentē hominis, ut capiat lucē dei,
& p hanc intelligat: Sed ita dicitur intellectū dare
homini & quasi, ut ita dicā, intellectuare hominē,
quēadmodū quisquā dicitur lucē dare domui, uel F
illuminare domū cū fenestrā facit, cū eam nō sua
luce penetret & illustret, sed tantūmodo aditū quo
penetret atq; illustretur aperiat. Sed nec sol qui per
fenestrā illustrat domū, ipse creauit eandē domū,
aut hominē qui fenestrā fecit in domo, aut ipse illi
iussit ut faceret, aut adiuuit ipse faciente, aut aliqd
egit ut aperiret qua suū lumē infunderet. Deus autē
& hominis mentē rationabilem atq; intellectualē
fecit, q̄ posset capere lumē eius, & angelū talem fecit
qui operari posset aliquid, unde ad capiendū lumē
dei mens adiuuaret humana, & eandē sic adiuuat
mentē ut angelicam recipiat operationē, & eam sic
illuminat de seipso, ut nō solū illa q̄ a ueritate mon
strant, sed ipsam quoq; pficiendo pspiciat ueritatē.
Sed qm̄ res qdē necessarias quantū existimo tā p̄li-
xa disputatione tractauim', dilatis sequētib' Psal-
mi huius uersib', sermonē istū isto fine claudam'.

Concio decimanona de uersu Psalmi. Qui timent te uidebunt me & iucundabūtur: usque ad, Fiat cor meum immaculatum in tuis iustifi-cationibus ut non confundar.

G Ominus noster Iesus in hoc Psalmo p Pro-
d phetã sibi petiuit intellectũ dari à deo; &
corpori suo qđ est Ecclesia ad dei mãdata
discenda. Cũ ipso.n.uita corporis eius, hoc est, po-
puli eius abscõdita est in deo, & ipse in eodẽ corpo
re suo indigentiam patitur, & poscit qđ mẽbris suis
est necessariũ, Manus tuę, inquit, fecerũt me & plas-
mauerunt me, da mihi intellectũ ut discã mandata
tua. Quia tu, inquit, formasti me, tu reforma, ut fiat
Ephes.1. in corpore Xp̃i, quod ait Apl̃s, Reformamini in no-
uitate mẽtis uestrę. Qui timent te, inquit, uidebunt
me & iocundabũtur:) Vel sicut habẽt alij codices,
Lętabuntur, quia in uerba tua speraui.) Id est, i ea
Gene.12. & 26. q̃ promisisti, ut sint ꝓmissionis filij semẽ Abrahæ,
in quo benedicuntur omnes gẽtes. Qui sunt autẽ q
timent deum, & quẽ uidebunt & lætabũtur, qm̃ in
uerba dei sperauit? Si corpus Christi est i. Ecclesia,
cuius est uox ista per Xp̃m: uel in ipsa & de seipsa,
tanquã de seipso ista uox Xp̃i est? nunquid non ipsi
sunt in eis qui timent deũ? Quis est ergo ille quẽ ui
dent & iocũdabuntur? An ppl̃s ipse se uidet & iocũ
datur? & sic dictũ est, Qui timent te uidebũt me &
H lætabuntur, quia in uerba tua speraui: uel sicut alij
diligẽtius expresserunt, supersperaui: tanq̃ diceret,
Qui timent te uidebunt me Ecclesiam tuã, & iocũ-
dabunt, quia in uerba tua supersperaui, cũ ipsi sint
Ecclesia q uident Ecclesiam & iocundãtur? Sed cur
nõ dixit, q timent te uident me & iocundantur: sed
timent te uerbum p̃sentis temporis posuit, uidebũt
Iob.7. autẽ & iocundabunt futuri tẽporis uerba sunt? An
quia in p̃senti tẽpore timor est, quãdiu tentatio est
Matt.13. uita humana super terram? Iocunditas autẽ quã uo
luit hic intelligi, tunc erit, qñ iusti fulgebunt in re-
gno patris sui sicut sol: hinc.n. etiam illud in alio
Psal.30. Psalmo legitur, Quã multa multitudo dulcedinis
tuæ dñe, quã abscondisti timentibus te. Hunc ergo
quãdiu timent nondũ uident, sed uidebũt & iocũ-
dabunt: quia & illic sequitur, Perfecisti aũt speranti
bus in te: & hic, qa i uerba tua speraui, uel supersp e-
raui, ut in uerbo ita cõposito, & cura interpretis di-
ligẽtioris expresso, etiã illud intelligamus, quod di-
Ephe.3. citur, Potens est deus facere supra q̃ petimus & in-
telligimus: ut quia supra q̃ petimus & intelligimus
I sunt, parũ sit ea sperare, sed debeamus supersperare.
Quia ergo adhuc timet Ecclesia q̃ in hac uita est, &
nondũ se uidet i eo regno ubi erit eius secura iocun
ditas, sed inter periculosas tẽtationes in hoc mũdo
1.Cor.10. laborat, ubi audit, Qui se putat stare, uideat ne ca-
dat: cõsyderans huius mortalitatis miseriam i qua
Eccli.4. iugũ graue super filios Adã à die exitus de uẽtre ma
tris eoꝝ, sic in oibus ptenditur usq; in diem sepultu
Galat.5. ræ in matrẽ omniũ, ut propter carnẽ concupiscen-
tem aduersus spiritum etiam regenerati gemere sub
eius grauitate cogantur: hæc ergo cõsiderans, Co
gnoui, inquit, dñe quia iustitia iudicia tua, & in ue-
ritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tuá ut cõ
solet me secundũ eloquium tuũ seruo tuo.) Miseri
cordia & ueritas ita diuino eloquio cõmendãtur,
ut cũ in multis inueniant locis, maxime in Psalmis
Psal.24. quodã etiã loco legat, Vniuersæ uiæ dñi misericor-
dia & ueritas. Et hic quidẽ primo ueritatẽ posuit, q̃
humiliati sumus i mortẽ, iudicãte illo cuius iudicia
iustitia est: deinde misericordiã q̃ instauramur ad
uitã, ꝓmittẽte illo cuius beneficiũ gr̃a est: ideo ait,
Secundũ eloquium tuũ seruo tuo. i. secundũ quod
promisisti seruo tuo. Siue ergo regeneratio, qua hic K
in dei filios adoptamur, siue fides, & spes, & chari- 1.Cor.13.
tas, q̃ tria ædificant in nobis, q̃uis de misericordia
dei ueniant, tamẽ in hac ærũnosa & procellosa uita
solatia sunt miseroꝝ, nõ gaudia beatoꝝ: ideo dictũ
est, Fiat misericordia tua ut cõsolet me. Sed qa post
hæc & p hæc etiam illa uentura sunt, ideo sequitur,
Veniant mihi miserationes tuæ & uiuã.) Tunc.n.
uere uiuã, qñ nihil potero timere ne moriar. Ipsa.n.
& sine ullo additamento dicitur uita, nec intelligi-
tur nisi æterna uita & beata, tanquã sola dicẽda sit
uita, in cuius cõparatione ista quã ducim⁹ mors po
tius sit appellãda q̃ uita: quale illud est i Euãgelio,
Si uis uenire ad uitã, serua mãdata. Nunqd addidit Matt.19.
æternã uel beatã? Item de resurrectione carnis cũ lo
queret, Qui bene fecerũt, inquit, in resurrectionẽ ui Ioan.5.
tę. Neq; hic ait, ęternæ seu beatæ: sic & hic, Veniant,
inquit, mihi miserationes tuæ & uiuã: neq; hic ait, i
æternũ uiuã: uel, beate uiuã: quasi aliud nõ sit uiue
re q̃ sine ullo fine, & sine ulla miseria uiuet. Sed hoc
quo merito? Quia lex, inqt, tua meditatio mea est.)
Hæc meditatio nisi esset in fide, q̃ p dilectionẽ ope- Galat.5.
ratur, nunq̃ propter eam posset ad illã uitã quispiã L
peruenire. Hoc dicendũ putaui, ne quisquã cũ totã
legẽ memoriæ mãdauerit, eamq; creberrima recor-
datione cãtauerit, nõ tacens quod p̃cepit, nec tamẽ
uiuens ut p̃cepit, arbitretur se fecisse quod legit, qa
lex tua meditatio mea est, & hinc se adepturũ existi
met, qđ uerbis superioribus propter hoc meritũ po-
stulauit, ubi dictũ est, Veniant sup me miserationes
tuę & uiuã. Hæc meditatio amantis est cogitatio, & Matt.24.
tantũ amãtis ut charitas nõ frigescat huius medita-
tionis suæ, q̃talibet abundãtia cõstipetur iniquita-
tis alienæ: deniq; sequitur & dicit, Cõfundant sup
bi qm̃ iniuste iniquitatẽ fecerũt in me, ego aũt exer
cebor in mãdatis tuis.) Ecce qđ ait, meditatio legis
dei, uel potius, meditatio lex dei. Cõuertant, inqt,
ad me q timent te, & q cognoscũt testimonia tua.)
In nõnullis codicib⁹ inuenim⁹ & Gręcis & Latinis,
Cõuertant mihi.) Qđ tantundẽ ualere existimo,
q̃tũ si dicat ad me, Sed qs est iste q hoc dicit? Nõ.n.
qsquã hoium hoc dicere audebit, aut si dicat audiẽ
dus ẽ. Nimirũ ergo ille est q etiã superi⁹ interposuit
ꝓprietatẽ uocis suæ, dicẽs, Particeps ego sum oium M
timentiũ te, qa fact⁹ est particeps mortalitatis nr̃æ,
ut & nos participes diuinitatis ipsius fieremus. Nos
uni⁹ participes ad uitã, ad mortẽ uero particeps ille
multorũ. Ipse est.n. ad quẽ conuertuntur timentes
deum, & q cognoscunt dei testimonia, de illo p Pro
phetas tanto antẽ p̃dicta, in eius p̃sentia p miracu-
la pauloante mõstrata. Fiat, inquit, cor meũ ima-
culatũ in tuis iustificationib⁹, ut nõ cõfundar.) Re
dit ad uocẽ corporis sui sancti. s. populi sui, & ima-
culatũ fieri & cor suũ p̃catur, hoc est, cor membroꝝ
suoꝝ in iustificationib⁹ dei, nõ in uiribus eoꝝ. Po-
poscit.n. hoc, nõ præsumpsit: quod aũt addidit, ut
nõ cõfundar: tale aliquid & in primis huius psalmi
uersibus inuenitur, ubi dixit, Vtinam dirigant uiæ
meæ ad custodiẽdas iustificationes tuas: Tunc nõ
confundar dum inspicio in omnia mandata tua.
Qđ ibi qa dixit utinã, uno uerbo significauit optã
tis, hoc isto loco apertioribus uerbis expressit orãtis
dicẽdo, fiat cor meum imaculatũ, ut nec in illa nec
in ista sentẽtia q̃ utraq; una est, inueniatur audacia
de libero arbitrio cõtra gr̃am cõfitentis. Quod au-

A tem ait ibi, Tunc non cõfundar: hoc ait hic, ut nó
confundar. Fiat ergo cor meũ immaculatũ membro⁊ & corporis xpi, gratia dei per ipsum corporis
Ad Tit.3 caput, hoc est, Per Iesum Christum dñm nostrum,
per regenerationis lauacrum; ubi abolita sunt oia
Gala.5. præterita peccata nostra per spũs adiutorium, per
qd concupiscimus aduersus carnem, ne uincamur
in pugna nostra, per dñicæ orationis affectum, in
Matt.6 qua dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Ita donata nobis regeneratione, adiuti confessione, fusa
precatione fiat cor nostrũ immaculatũ ut non cõfundamur, quia & hoc ad iustificationes dei ptinet
Luc.6. qñ inter eius alia præcepta præcipitur, Dimittite & dimittetur uobis, date & dabitur uobis.

Concio uicesima de uersu psalmi, Defecit in salutare tuum anima mea: usque ad, Secundum misericordiam tuã uiuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

Caph. a. Diuuante dño istam magni huius psalmi partem consyderandã exponẽdamq́ suscepimus, ubi dicit, Defecit in salutare tuum aia mea, & in uerbum tuum speraui.) Non ois defectus uel culpę putandus est esse uel pœnæ. Est etiã
B defectus laudabilis uel optabilis. Nã cum sint inter se duo ista contraria, proficere & deficere, usitatius ꝓfectus in bono accipit, defectus in malo, qñ non addit uel subintelligitur in qd proficiatur uel deficiatur. Cũ uero additur, pōt & malum esse ꝓficere,
1.Tim 6. bonumq́ deficere: apte quippe dixit Apl's, Prophanas aũt uerbo⁊ nouitates euita, multum.n. ꝓficient ad impietatem: ait & de qbusdam, Proficient
2.Tim.3. in peius. Ita & defectus à bono in malũ malus est, à malo in bonũ bonus est: bono qppe defectu di-
Psal. 85. ctum est, Desyderat & deficit aia mea in atria dñi. Sic & hic non ait, defecit a salutari tuo: sed, defecit in salutare tuũ, hoc est, ad salutare tuum aia mea. Bonus est ergo iste defectus: Indicat.n. desiderium boni, nondũ qdem adepti, sed auidissime ac uehe-
1.Pet. 2. mẽtissime cõcupiti. Sed qs hoc dicit, nisi genus electum, regale sacerdotiũ, gens sancta, ppl's acquisitionis? Ab origine generis humani usq; ad huius seculi finem, in eis q suo quippe tpe hic uixerunt, uiuunt, uicturi sunt, desyderant xpm, teste sanctissimo sene Symeone, qui cũ eum infantẽ accepisset in
Luc. 2. manus, dixit, Nunc dimittis dñe seruum tuum secũ
C dum uerbum tuum in pace: qm̃ uiderũt oculi mei salutare tuũ. Acceperat.n. responsum diuinũ, non se gustaturum morté, donec uideret xp̃m dñi. Quale autem desideriũ fuit in isto sene, tale fuisse credẽdum est in oibus superio⁊ tempo⁊ sanctis: unde
Matt.13. & ipse dñs discipulis ait, Multi Prophetæ & reges uoluerunt uidere q̃ uos uidetis, & non uiderunt, & audire q̃ auditis, & nõ audierunt: ut ex ipsorum ẽt uoce hoc loco agnoscitur, Defecit in salutare tuum anima mea. Nec tunc ergo quieuit hoc desyderium sanctorum, nec nunc quiescit in xp̃i corpore quod
Aggei.2. est Ecclesia usq; ad terminum seculi, donec ueniat desyderatus cunctis gentibus, sicut promittitur p
2.Tim.4. Prophetam: pp quod dicit Apostolus, Superest mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi dñs in illa die iustus iudex, non solum autem mihi, sed & oĩbus qui diligunt manifestationem eius. Hoc itaq; desyderium de quo nunc agimus, de dilectione consur-
Col.3. git manifestationis eius: de qua itẽ dicit, Cum xp̃s apparuerit uita uestra, tunc & uos cum illo apparebitis in gloria. Prima.n. tpa Ecclesiæ ante uirginis partum, sanctos habuerunt qui desyderarẽt incar- D
nationis eius aduentum: ista uero tpa, ex quo ascẽdit in cœlum, sanctos habent qui desyderent eius manifestationẽ ad uiuos & mortuos iudicandos. Neq; hoc Ecclesiæ desideriũ ab initio usq; in finem seculi requieuit aliquantũ, nisi quandiu hic cũ discipulis in carne conuersatus est, ut totius corporis xp̃i in hac uita gementis uox conueniẽter intelligatur, Defecit in salutare tuum aia mea, & in uerbũ tuum speraui: hoc est, in promissum, quod spes facit, ut per patientiã expectetur quod a credentibus Roma. 8
non uidetur. Etiam hic Gręcus illud uerbũ habet, qd quidam nostri interpretes supersperaui transferre maluerunt, qa proculdubio plus futurum est q̃ dici potest. Defecerunt, inqt, oculi mei in eloquiũ tuum, dicentes, qñ consolaberis me?) Ecce rursus in oculis, sed utiq; interioribus laudabilis & fœlix ille defectus, non ueniens ex infirmitate animi, sed ex fortitudine desiderij in ꝓmissum dei. Hoc n. ait in eloquium tuum. Qũo autem tales oculi dicunt, qñ consolaberis me, nisi cum tali intentione & expectatione oratur & gemitur? Lingua.n. loqui non oculi solent, sed oculo⁊ quodammodo uox est de- E
syderium orõnis. Verum in eo quod ait, qñ consolaberis me, tanquã moras se perpeti ostendit: unde est ẽt illud, Et tu dñe usquequo? Quod aũt ideo fit Psal. 6.
ut dulcior ueniat dilata iocunditas, aut iste sensus est desyderantiũ, cũ spaciũ tpis ẽt quod subuenienti †breue est, longum est amanti. Nouit autem dñs †al. subito uenienti.
quid qñ faciat, qui in mensura & numero & pondere cuncta disponit. Ardentibus autem spiritalibus
desyderijs, carnalia desyderia sine dubitatione fri- Sap. 11
gescunt: pp hoc sequitur, Qm̃ factus sum tanquã uter in pruina, iustificationes tuas non sum oblitus.) Nimirum n. per utrem carnem mortis huius, per pruinam uero cœleste beneficium uult intelligi, quo carnis concupiscentiæ uelut frigore cohibẽte torpescũt: & fit hinc ut iustificationes dei de memoria non labantur, dũ non cogitat aliunde, quo fit quod ait Apostolus, Carnis ꝓuidentiam ne fece- Rom. 13.
ritis in concupiscentijs: ideo cum dixisset, qm̃ fact⁹ sum tanquam uter in pruina: subiecit, iustificationes tuas nõ sum oblitus: hoc est, ideo nõ sum oblitus, qm̃ talis fact⁹ sum. Feruor n. cupiditatis obtorpuit, ut ferueret memoria charitatis. Quot sunt F
dies serui tui, qñ facies de persequentibus me iudicium?) In Apocalypsi est ista uox martyrum, & eis Apoca.6.
imperat patientia, donec fratrum eo⁊ numerus impleatur. De diebus ergo suis interrogat corpus xp̃i, qui futuri sunt in hoc seculo, & ne quisquã putaret antè hic Ecclesiam nõ futuram q̃ finis seculi uenerit, & aliquid tpis futurũ in hoc seculo quo Ecclesia iam non sit in terris, propterea cum quęsisset de diebus suis, adiunxit ẽt de iudicio, profecto demõstrans usq; ad iudiciũ in quo de persecutoribus ei⁹ est futura uindicta, ipsam quoq; in terris futurã. Si autem quẽquã mouet cur qrat, quod cum discipu-
li qrerent, magister respondit, Non est uestrum sci- Act. 1.
re tpa quæ pater posuit in sua potestate: cur nõ credamus in isto loco psalmi huius esse ꝓphetatum, hoc ipsum illos fuisse q̃situros, & Ecclesię uocem q̃ hic tãto antè p̃dicta est illo⁊ interrogatione, completã? Quod aũt sequit, Narrauerunt mihi iniqui delectatiões, sed nõ ita ut lex tua dñe.) Eas sic trãsferre uoluerũt interpretes nr̃i, quas Gręci ἀδολεσχίας

G uocant, quod usqueadeo uno uerbo nequaquã di
ci Latine potest, ut aliq delectationes, aliqui fabula
tiones eas dicerent, ut non immerito accipiat esse
quidem illas exercitationes, sed in sermone cũ qua
dam delectatiõe. Has uero hñt in diuersis sectis ac
ꝓfessionibus & lr̃æ seculares & Iudæoꝝ q̃ deutero
sis nuncupantur, continentes ꝑter diuinarũ cano-
nem scripturarũ multa fabularum, habet eas & hę-
reticorum uana atq; errabũda loquacitas. Hos oẽs
iniquos intelligi uoluit, à qbus sibi narratas dicit
ἀδολεσχίας, id est, exercitationes delectabiles uerbis,
Sed non, inqt, ut lex tua dñe, quia me in ea ueritas
nõ uerba delectant: deniq; adiungit, Oia manda
ta tua ueritas, iniusti ꝑsecuti sunt me adiuua me.)
Et pendet totus de superioribus sensus, Quot sunt
dies serui tui, qñ facies de persequentibus me iudi-
cium? Vt.n. ꝑsequant me narrauerunt mihi sermo-
num suoꝝ delectationes, sed eis præposui legẽ tuã:
q̃ ideo plus me delectauit, qa omnia mandata tua
ueritas, non sicut in illoꝝ abundat sermonibus ua
nitas: ac per hoc iniuste ꝑsecuti sunt me, qa non in
me persecuti sunt nisi ueritatẽ. Ergo adiuua me ut
H certẽ pro ueritate usq; ad mortem, qa & hoc tuum
mandatũ est, & ideo & hoc ueritas est: qđ cum face
ret Ecclesia, passa est qđ adiunxit, Paulominus cõ
summauerunt me in terra.) Multa.s. strage marty-
rum facta, dñ confitentur & ꝑdicant ueritatẽ. Sed
quia non frustra dictũ est, adiuua me. Ego autẽ,
inqt, non reliqui mandata tua.) Atq; ut posset ꝑse-
uerare usq; in finem, Scdm misericordiã, inqt, uiui
fica me, & custodiã testimonia oris tui.) Quæ Græ
cus habet martyria Quod tacendũ nõ fuit pp dul-
cissimum martyrũ nomen, q ꝓculdubio qñ tanta
persequentium crudelitas sęuiebat ut Ecclesia pau
lomin' consummaret in terra, nullo modo dei mar
tyria custodirent, nisi fieret eis quod hic oratũ est,
scd'm misericordiam tuam uiuifica me. Viuificati
sunt.n. ne amando uitã, negarent uitã: & negando
uitam, amitterent uitã. Ac sic qui pro uita ueritatẽ
deserere noluerunt, moriẽdo ꝓ ueritate uixerunt.

Concio uicesimaprima de uersu psalmi, In æternum domine permanet uerbum tuum in cœlo: usque ad, Latum mandatum tuum ualde.

I Omo qui loqtur in isto psalmo tanquã tæ
h deret eum mutabilitatis hoium, unde uita
ista tentationibus plena est, inter tribula-
tiones suas pp quas supra dixerat, Iniq ꝑsecuti sunt
me, & paulominus consummauerũt me in terra, in
flammatus desyderio cœlestis Hierusalẽ in superna
Lameth. suspexit & dixit, In æternũ dñe permanet uerbũ
ל tuũ in cœlo.) Hoc est, in angelis tuis custodientib'
ęternã sine desertione militiã. Sequens autẽ uersus
post cœlum, ꝑtinet consequenter ad terrã. Vnus.n.
Infra eo- uersus est eoꝝ octo, q ad istam lr̃am ꝑtinent. Singu
dẽ ser.32. lis quippe literis Hebręis subduntur octoni, donec
psalmi huius ꝓlixitas terminetur. In gñatione &
generatione ueritas tua, fundasti terram & perma-
net.) Post cœlum.n. terram contuitu fidelis mẽtis
aspiciens, inuenit in ea gñationes quæ in cœlo nõ
sunt, & ait, In gñatione & generatione ueritas tua,
siue oẽs generationes ista repetitione significans, à
qbus nunquã defuit ueritas dei in sanctis eius, mo
do paucioribus, modo pluribus, ut sese temporum
uarietas habuit uel habebit: siue duas quasdã gña
tiones intelligi uolẽs, unam.s. ad legem & Prophe-
tas, alterã uero ad Euangeliũ pertinentem. Cur au K
tem nunquã ẽt istis generationibus ueritas delit,
uelut apiens causam, Fundasti, inqt, terram & ꝑma-
net: eos q in terra sunt terrã nuncupans. Fundamẽ
tum aũt aliud nemo põt ponere ꝑter id quod posi
tum est, qđ est xp̃s Iesus. Neq;.n. & illius generatio- 1.Cor.3.
nis ad legem Prophetasq; pertinentis fundamentũ
non erat xp̃s, testimonium habes a lege & Prophe-
tis. Aut uero Moyses & Prophetæ filij deputandi
sunt in seruitutem generantis ancillæ fuisse non li-
berę q̃ est mater nr̃a, cui mater Sion dicet homo, & Rom.4.
homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissi- Gal.4.
mus? Ipse est.n. & apud patrẽ altissimus, & pp nos Psal.86.
in ista matre factus humillimus, qm̃ qui deus erat
super eam homo factus est in ea. Hoc itaq; funda- Psal.103
mento dñe fundasti terram & permanet: quia in ta
li fundamento cõstabilita, non inclinabitur in se-
culum seculi, in eis utiq; permanens quibus es uitã
daturus æternã. Quos aũt ancilla peperit ad uetus
testm̃ pertinentes, in cuius tñ figuris latebat nouũ,
nihil aliud sapiendo q̃ promissa terrena non ꝑma-
nent. Seruus.n. non manet in domo in æternum, fi Ioan.8.
lius autem manet in æternum. Ordinatione tua L
perseuerat dies.) Ista qppe & omnis dies.i. & iste est Psal.117.
dies quem fecit dñs, exultemus & iocundemur in
eo, & sic ut in die honeste ambulemus. Qm̃ om-
nia seruiũt tibi.) Omnia s. de quibus loquebatur,
omnia q̃ pertinent ad hunc diem, seruiunt tibi. Im
pij quippe de quibus dicitur, Nocti simulaui ma- Osee.4.
trem uestram, non seruiũt tibi. Deinde respexit un-
de liberaretur hęc terra, ut fundata permaneat, at-
que subiecit, Nisi ꝙ lex tua meditatio mea est, tũc
forsitan perissem in humilitate mea.) Ista lex fidei
est, non inanis fidei, sed quæ per dilectionem ope-
ratur. Per hanc impetrat gratia q̃ fortes facit in tri- Gala.5.
bulatione tpali, ne pereant in humilitate mortali.
In æternũ non obliuiscar iustificationes tuas, qa
in ipsis uiuificasti me.) Ecce unde factũ est ut non
piret in humilitate sua. Nã deo nostro uiuificante,
qđ est homo q se occidere potuit, uiuificare autem
non põt? Subiecit deinde ac dicit, Tuus sum ego
saluũ me fac, qa iustificationes tuas exquisiui.) Nõ
transeunter intelligendũ est, qđ dictum est, Tuus
sum ego. Quid.n. non est eius? An forte qa in cœlis M
esse dr̃ deus, ideo putandũ est aliquid non esse eius
in terra, cum clamet alius psalmus, Dñi est terra & Psal.23
plenitudo eius, orbis terrarũ, & oẽs qui habitãt in
ea? Quid est ergo ꝙ iste ita se quodammodo fami-
liarius deo cõmendandũ putauit ut diceret, Tuus
sum ego saluum me fac: nisi intelligi uolens ꝙ ma-
lo suo suus esse uoluerit, qđ est inobediẽtiæ primũ
& maximũ malum? Et tanquã dicens meus esse uo
lui, & perditũ me feci: Tuus sum, inqt, saluũ me fac,
quia iustificationes tuas exquisiui: non uoluntates
meas qbus fui meus, sed iustificationes tuas, ut es-
sem iã tuus. Me, inqt, expectauerunt peccatores ut
ꝑderẽt me, testimonia aũt tua intellexi.) Quid est,
expectauerunt ut ꝑderent? An uero uelut insidijs
obsederũt uiam, expectantes ut qñ trãsiret occide-
rent? Nunqd ergo morte corporis perire metuebat?
Absit Et qđ est me expectauerũt, nisi ut eis ad ma-
lũ consentiret? Tunc.n. ꝑderent. Vnde.n. non pie-
rit dixit, testimonia tua intellexi. Sed familiari' hic
Ecclesiæ auribus Gręcũ uerbũ sonat, martyria tua
intellexi, quia scilicet me sibi non consentiẽtem, ẽt

A si occiderent, tua martyria cõfitens nõ perirẽ. Sed illi qui ut perderent expectabant qñ cõsentirẽ, torquebant eum etiam confiterer: nec tñ quod intellexerat relinquebat, intuẽs & uidens utiq; sine fine finem, etsi pseueraret usq; in finem. Deniq; secutus adiunxit, Ois consummationis uidi finem, latum mandatum tuũ ualde.) Intrauerat qppe in sanctuarium dei, & intellexerat in nouissima. Ois aũt con-
Psal. 27. summatio mihi uidetur hoc loco intelligenda usq;
Ecclesiastes. 4. ad mortẽ p ueritate certare, & pro uero ac summo bono mala oĩa tolerare. Cuius cõsummationis finis est excellere in regno xpi, quod non habet finẽ, & habere ibi sine morte, sine dolore, & cũ magno honore uitã, morte huius uitæ ac doloribus, & opprobrijs acquisitã. Quod aũt addidit, Latũ mandatum tuũ ualde: nõ intelligo nisi charitatem. Quid enim pfuisse quacũq; morte imminẽte, & inter quãtacunq; tormenta illa martyria confiteri, si charitas in cõfitente non esset? Audiamus Aplum, Et si
1. Cor. 13. tradidero, inq̃t, corpus meũ ut ardeam, charitatem
Rom. 5. aũt non habeam, nihil mihi prodest. Charitas aũt
B dei diffusa est in cordibus nostris p spiritũ sanctũ, qui datus est nobis. In hac diffusione latitudo est, in qua sine angustijs uia quoq; ambulatur ãgusta,
Psal. 17. donante illo cui dictum est, Dilatasti gressus meos subter me, & non sunt infirmata uestigia mea. Latũ est ergo mãdatũ charitatis nimis, mãdatũ illud geminũ quo iubetur de⁹, & pximus diligi. Quid aũt
Matt. 22. latius, q̃ ut ibi pendeat tota lex & omnes Prophetæ?

Concio uicesimasecunda de uersu Psalmi, Quomodo dilexi legem tuam domine: usq; ad, Propterea odio habui omnem uiam iniquitatis.

Saepe admonuim⁹ laudabilẽ latitudinẽ, in qua nullas cũ mãdata dei faciam⁹ patimur angustias, intelligendã esse charitatẽ. Propter qd ẽt in magno isto Psalmo cũ superi⁹ dixisset, Latũ mandatũ tuũ ualde: in hoc sequẽti uersu ostẽ
Mem. dit unde sit latum, dicens, Quõ dilexi legem tuã
D dñe.) Dilectio est igitur latitudo mãdati, Vnde qppe fieri potest, ut diligatur quod deus iubet diligi, & ipsa iussio nõ diligatur? Ipsa est enim lex. Tota, inquit, die meditatio mea est.) Ecce quõ eã dilexi
C ut tota die meditatio mea esset, uel poti⁹ sicut Grecus habet, ὅλην τὴν ἡμέραν totam diem, ubi magis continuatio meditantis exprimitur. Id autẽ intelligitur per omne tps, quod est semp. Tali expugnatur dilectione cupiditas, q̃ sæpe faciẽdis legis iussionibus contradicit, concupiscente aduersus spiritũ carne,
Gala. 5. aduersus quã spiritus cõcupiscens ita debet diligere legẽ dei, ut tota die meditatio eius sit. Dicit aũt
Rom. 3. Aplus, Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa ẽ. Per quã legẽ? Factorũ? Non, sed per legem fidei. Hæc est fides quæ per dilectionem operatur, qm̃ quærendo, pe-
Gala. 5. tendo, pulsando, impetrat spiritum bonum, p quẽ
Matt. 7. dilectio ipsa diffunditur in cordibus nostris. Hoc enim spũ dei qcunq; agũtur hi filij sunt dei. Qui re
Rom. 5. 8. cipiũtur ut recumbant cum Abrahã Isaac & Iacob
Ioan. 8 in regno cœlorũ, expulso seruo qui nõ manet in do
Matt. 8. mo in æternũ, id est, Israel secundũ carnem, cui dictũ est, Cum uideritis Abrahã Isaac & Iacob & oẽs Prophetas in regno dei, uos aũt expelli foras, & uenient ab Oriente & occidente, & aqlone & austro, & accumbẽt in regno dei. Et ecce sunt nouissimi q
Rom. 9. erant primi, & sunt primi q erãt nouissimi. Gentes aũt, sicut ait uas electionis, quę nõ sectabantur iu-

stitiam, apprehenderunt iustitiã, iustitiam aũt quæ D
ex fide est, Israel aũt persequens legẽ iustitię in legẽ iustitiæ non peruenit. Quare? Quia nõ ex fide, sed quasi ex operib⁹, offenderũt in lapidẽ offensionis. Ita facti sunt inimici huius q hic in prophetia loqtur. Ac deinde cõiungit, Sup inimicos meos sapere me fecisti mandatum tuum, qm̃ in æternũ mihi est.) Illi nãq; zelum dei habent, sed non secundum scientiã. Ignorantes enim dei iustitiã, & suam quæ- Rom. 10.
rentes cõstituere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Iste uero qui sup suos istos inimicos sapit, mandatum dei inuenire uult cum Aplo, non habẽs iustitiã suã Philip. 3.
quæ ex lege est, sed iustitiã per fidem xpi quæ est ex Rom. 9.
deo: nõ qa lex quã legũt inimici eius nõ est ex deo, sed quia eã non sapiunt, sicut iste q super inimicos Rom. 10.
suos eã sapit, cohærendo lapidi in quem illi offen- Rom. 3.
derunt. Finis enim legis xps ad iustitiam omni credenti, ut iustificentur gratis per gratiam ipsius: nõ sicut illi q uiribus suis se legem facere existimãt, & Rom. 10.
ideo nõ ex lege qdem dei, sed suam iustitiã consti- Matt. 5.
tuere quærunt: sed quõ filius promissionis qui esu Matt. 7
riens & sitiens iustitiã, petendo, quærendo, pulsan- E
do quodãmodo a patre mendicat, ut adoptatus p unigenitũ accipiatur. Sic aũt mandatum dei qñ sapuisset, nisi eũ ipse sic sapere fecisset cui dicit, Super inimicos meos sapere me fecisti mandatũ tuũ? Inimici qppe eius illi uelut ex Agar in seruitutem gene Gala. 4.
rati, ex eodem mandato tpalia præmia quæsierũt, & ideo nõ fuit illis in æternũ sicut est huic. Melius quippe intellexerunt, qui interpretati sunt in æternum, q̃ qui in seculum, tanquam finito isto seculo nullũ iã legis posset esse mandatũ. Iam uero nullũ erit, sed in tabulis uisibilibus librisq; cõscriptum. In tabulis uero cordis, dilectio dei & proximi manebit in æternũ. In quo mãdato geminato tota lex pẽdet & Prophetæ, eritq; prẽmiũ custodiẽdi mãdati huius ipse mãdator, & prẽmiũ dilectionis ipse dilectus, qñ erit deus oĩa in oĩbus. Sed quid est hoc quod sequitur, Super oẽs docentes me intellexi?) Quis est iste q sup oẽs docentes se intellexit? Quis est, inquam, qui super oẽs Prophetas, qui non solũ loquendo eos qui secum uixerunt, uerumetiã scribendo posteros tam excellenti authoritate docue- F
runt, audeat se intelligendo prępponere? Salomoni 3. Reg. 3.
qdem tanta est donata sapientia, ut ẽt his oĩbus q fuerunt ante illum uideatur esse prælatus. Sed non est credendũ ipsum hic a patre suo Dauid potuisse prophetari, maxime qa dici non posset ex persona Salomonis quod hic dicitur, Ab omni uia maligna phibui pedes meos. Porrõ si qd est acceptabilius, xpm prẽnũciat iste Propheta, nũc a capite qd est ipse saluator, nũc ab eius corpore quod est Ecclesia, uerba phetica digerens, & tanqñ unũ loquentẽ faciens, pp magnũ illud sacramentum, ubi dictum est, Erũt duo in carne una: agnosco eum planẽ q su Ephe. 5.
per oẽs docentes se intellexit: qñ cum esset annorũ duodecim remãsit puer Iesus in Hierusalem, & a pa Luc. 2.
rentibus suis post triduũ inuẽtus est illic in tẽplo sedẽs inter doctores, audiẽs illos & interrogãs eos, ubi stupebant oẽs qui eum audiebant sup prudẽtia & respõsis eius. Nec immerito, q per istum pphetam tanto ante prędixerat, super oẽs docẽtes me intellexi. Omnes enim utiq; homines uult intelligi, non deum patrem, de quo dicit ipse filius, Sicut docuit me pater hæc loquor. Quod difficillime ex p- Ioan. 8.

G sona uerbi intelligitur, nisi qs utcūq; capere ualeat, id esse filiū à patre doctū quod genitum Cui enim nō est aliud esse, aliud doctū esse, sed qd illi est esse, hoc est doctū esse, profecto à quo ei est esse, ab illo
Philip. 2. simul est ei doctū esse. Ex psona uero hois ubi formam serui accepit, facilius intelligitur à patre didicisse q̄ dixit, in qua forma serui constitutū maxime puerum potuerunt eum hoies maioris ætatis docēdum putare. Sed ille quē pater docuit, sup oēs docentes se intellexit. Quia testimonia, inqt, tua meditatio mea est.) Ideo super oēs docentes se intelligebat, quia testimonia dei meditabatur. Quæ me-
Ioan. 5. lius q̄ illi de seipso nouerat q dicebat, Vos misistis ad Ioannē, & testimoniū perhibuit ueritati. Ego autem non ab hoie testimonium accipio, sed hæc dico ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardēs & lucēs, uos aūt uoluistis exultare ad horā in luce eius. Ego aūt habeo testimoniū maius Ioāne, Talia testimonia meditabatur, qn̄ super oēs docentes se intellexit. Ille aūt doctores non absurde intelliguntur ēt
H ipsi esse seniores, de quibus continuo dicit, Super seniores intellexi.) Quod ideo mihi eo modo repetitum uidetur, ut nobis hæc legētibus illa ætas ei' ueniret in mentē, quæ nobis cōmendatur & inno-
Luc. 2. tuit ex Euangelio: qua ætate puerili inter maiores ætate, hoc est, iunior inter seniores sedebat, & sup oēs docentes se intelligebat. Solent. n. iunior & senior ad seinuicem dici minor & maior, & si neuter eoꝝ senili accessit aut propinquauit ætati: quāquā si & expressum nomē seniorū in Euāgelio uelimus inqrere supra quos intellexit, inuenimus qn̄ ei dixe
Matt. 15. runt Scribę & Pharisęi, Quare discipuli tui trāsgrediuntur traditiones seniorū? Non. n. lauant manus suas cum panē manducāt. Ecce obiecta est ei trāsgressio traditionis seniorū. Sed qui sup seniores intellexit, qd eis responderit audiamus. Quare, inqt, & uos transgredimini mandatū dei pp traditionē uestrā? Deinde paulo post, ut non solum ipse q est caput corporis, uerumetiā corpus ipsum & mēbra eius sup seniores illos intelligerent, quorum traditio de lauandis manibus ferebatur, conuocatis ad
Ibidem se turbis dixit eis, Audite & intelligite: tanquā diceret, Sup seniores illos & uos intelligite, ut ēt de uo-
I bis illa prophetia clareat esse pręmissa, sup seniores itellexi, nec solū capiti, uerūetiā corpori, ac sic uniuerso xp̄o aptata conueniat. Non quod intrat in os coinquinat hoiem, sed qd procedit ex ore, hoc coinquinat hoiem. Hoc seniores illi nō intelligebāt, qui de lauandis manibus sua uelut magna mādata tradiderūt. Ipsa quoq; mēbra capitis hui' sup seniores intelligentis, nondū quod ab eo dictum est intellexerant. Deniq; post pauca r̄ndens Petrus dixit ei, Edissere nobis parabolā istam. Putabat adhuc esse parabolam, quod dn̄s sine figuris fuerat elocu
Vbi sup. tus. At ille dixit: Adhuc & uos sine intellectu estis? Nō intelligitis quia omne quod in os intrat, in uentrē uadit, & in secessum emittitur? Quę aūt ꝓcedūt de ore, de corde exeunt, & ea coinqnāt hoiem. Adhuc & uos sine intellectu estis, & sup illos seniores nō intelligitis? Sed planè iam nunc audito tali magistro, capite nostro, potest unusquisq; nostrū dicere, sup seniores intellexi. Nam ēt corpori congruit quod secutus adiūxit, Quia mādata tua exqsiui.) Mandata tua, non mādata hoium: mādata tua, nō mādata senioꝝ, qui uolētes esse legis doctores, nō

intelligunt neq; q̄ loquūtur neq; de qbus affirmāt. K
Merito de mādatis dei, quę sunt exquirenda ut sup 1. Tim. 1.
seniores illos intelligātur, r̄nsum est iis qui eorū authoritatē ueritati pręferebāt, & dictum est, Cur & uos trāsgredimini mādatum dei, ut traditiones uestras statuatis? Iā uero quod adiūgitur, nō capiti ui Matt. 15.
detur cōuenire sed corpori. Ab omni uia mala ꝓhibui pedes meos, ut custodiā uerba tua.) Neq; n. caput illud nostrū ipse saluator corporis in aliquā malignā uiā carnali cupiditate ferebatur, ut ei necesse esset pedes suos inde ꝓhibere, quasi illuc euntes motibus suis: qd nos faciam' qn̄ ea q̄ ille nō habuit, ne uias malignas teneāt, desyderia nr̄a praua
cohibemus. Sic. n. uerba dei possumus custodire, si Ecclesiastici. 18.
post nr̄as nō eamus cōcupiscētias malas, ut ad mala cōcupita pedes nr̄i nō pueniant, sed eos poti' ad
uersus carnē spiritu cōcupiscente refrenem', ne nos Gala. 3.
raptos atq; subuersos p malignas uias pertrahant.
A iudicijs, inqt, tuis non declinaui, qm̄ tu legē posuisti mihi.) Dixit qd timuerit, ut ab omni uia ma-
ligna prohiberet pedes suos. Quid est. n. à iudicijs L
tuis nō declinaui, nisi qd alio loco dicit, à iudicijs aūt tuis timui? Perseuerāter eis credidi, qa tu legem posuisti mihi. Tu interior in intimis meis, tu intus in corde legē posuisti mihi spiritu tuo tanquā digito tuo, ut eā non tanquā seruus sine amore metuerē, sed casto amore ut filius diligerē, ut dilectione casta timerē. Et ideo uide qd sequitur, Quàm dulcia faucib' meis uerba tua.) uel qd de Gręco est expressius, Eloqa tua, sup mel & fauū ori meo.) Hęc est illa suauitas, quā de' dat ut terra nr̄a det fructū suū, ut bonū uere bene, id est, nō mali carnalis formidine, sed boni spiritalis delectatione faciamus. Nōnulli sanè codices nō habēt fauū, sed plures habent mel. Melli aūt est similis aperta doctrina sapiētiæ. Fauo uero occulta doctrina sapiētię, quę de abstrusioribus sacramētis tanquā de cellis cæreis ore differētis uelut mādentis exprimitur: uerū ori cordis, nō carnis est dulcis. Sed qd est quod ait, A mādatis tuis intellexi?) Aliud. n. est mādata tua intellexi, aliud est à mādatis tuis intellexi. Nescio ergo qd aliud se significat intellexisse à mādatis dei, qd est, quantū mihi uidetur faciendo mādata dei perue-
nisse se dicit ad eaꝝ rerū intelligentiā quas concu- M
piuerat scire: pp quod scriptum est, Concupisti sapi Ecclesiastici. 1.
entiam, serua mandadata, & dn̄s præbet illam tibi ne quisquā præposterus antequā habeat humilitatem obedientię, uelit ad altitudinē sapientiæ peruenire, quā capere nō potest nisi ordine uenerit. Au-
diat ergo, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne Ecclesiastici. 3.
scrutatus fueris, sed q̄ præcepit tibi dn̄s illa cogita semp. Sic homo ad occultoꝝ sapientiā peruenit p obediendiā mandatorū. Cum aūt dixisset, Quę tibi præcepit dn̄s illa cogita: ideo addidit, semp, qa & custodienda est obedientia ut percipiatur sapiētia, & percepta sapientia non est deserenda obediētia. Spiritalium itaq; membrorum xp̄i uox ista est, A mandatis tuis intellexi. Hoc enim recte dicit xp̄i corpus in eis, quibus mandata seruantibus pp istā custodiam mandatoꝝ præbetur uberior doctrina sapientię. Propterea, inqt, odio habui oēm uiā iniquitatis.) Necesse est enim ut oderit oēm iniqtatē amor iustitię, qa tāto maior est quāto eū magis inflammat amplioris dulcedo sapientię, quæ ꝓbetur ei qui obtēperat deo & à mādatis eius intelligit.

A *Concio uicesimatertia, de uersu Psalmi, Lucerna pedibus meis uerbum tuum & lumen, usq; ad, Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter æternam retributionem.*

Crutandos atq; tractandos pro uirib' quas
deus donat, nũc istos uersus psalmi huius
Nun aggredimur, quorũ primus est, Lucerna pe
dibus meis uerbũ tuũ, & lumen semitis meis.) Qđ
est lucerna, hoc repetitũ est, lumen: & qđ pedibus
meis, hoc semitis meis. Quod est ergo uerbũ tuum?
Ioan.1 Nunqd nã illud qđ in principio erat de' apud deũ,
uerbũ.s. per quod facta sunt oia? Non est ita. Nã il-
lud uerbũ lumen est, sed lucerna non est. Lucerna
qppe creatura est nõ creator, q̃ participatione incõ
Ioan.5 mutabilis lucis accẽditur. Hoc erat Ioãnes, de quo
dicit uerbũ de', ille erat lucerna ardẽs & lucẽs. Sed
lumen est & lucerna, & tñ in comparatione uerbi,
Ioan. 1. de quo dictũ est, deus erat uerbũ, nõ erat ille lumẽ
sed missus est, ut testimoniũ perhiberet de lumine.
Erat.n. lumen uerum, non quod illuminatur ut ho
mo, sed quod illuminat oẽm hoiem. Nisi autem &
B lucerna & lumen esset, non diceret Aplus, Vos estis
Mat 5. lumen mũdi. Quo audito ne id se putarent esse qđ
ille qui hoc dixerat: nã & de seipso quodã loco di-
Ioan.8. xit, Ego sum lumen mũdi: ait ille de illis, Nõ potest
Mat.5 ciuitas abscõdi supra montẽ constituta, neq; accẽ-
dunt lucernam & ponũt eã sub modio, sed sup can
delabrũ, ut luceat omnibus qui in domo sunt, sic
luceat lumen uestrũ corã hoibus: ut scirent se tan-
quã lucernas de illo lumine qđ immutabiliter lu-
cet accensas. Nulla qppe creatura, quãuis rationalis
& intellectualis, & seipsa illuminatur, sed participa
tiõe sempiternæ ueritatis accẽditur: & si aliqñ dies
uocatur, non dies dñs, sed quem fecit dñs. Et ideo
Psal.33. adhuc subdidit, Accedite ad eum & illuminamini.
Propter quam participationem, inquãtum homo
est ipse mediator, lucerna in Apocalypsi nuncupa-
tur. Sed singularis est ista susceptio. De nullo.n. san
ctorũ dici diuinitus potuit, aut dici ullo modo fas
Ioan. 1. est, uerbũ caro factũ est, nisi de uno mediatore dei
1. Tim.2. & hoium. Cũ igitur lumen dicatur unigenitũ uer-
bũ æquale gignenti, lumẽ dicatur & homo ab illo
C uerbo illuminat' q dicitur & lucerna, sicut Ioãnes,
Ioan.3 sicut Apli, nec ullus eorũ homo sit uerbum, & illud
Ioan.5 uerbũ a quo illuminati sunt lucerna non sit: qd est
hoc uerbũ, qđ ita lumẽ dicitur ut lucerna sit: ait.n.
Lucerna pedibus meis uerbũ tuũ, & lumen semitis
meis: nisi uerbũ intelligam' qđ factũ est ad Prophe
tas, uel qđ pdicatum est p Aplos? Nõ uerbum xpm,
Roma.10 sed uerbũ Christi, de quo scriptum est, Fides exau-
ditu, auditus autem per uerbum Christi. Nã & uer
bum propheticum lucernæ comparans Apls Petr',
Habemus, inquit, certiorẽ propheticum sermonẽ
cui benefacitis intendentes, uelut lucernæ lucenti
in obscuro loco. Quod itaq; hic ait, Lucerna pedi-
bus meis uerbũ tuum & lumẽ semitis meis: uerbũ
est qđ scripturis sanctis oibus continetur. Iuraui,
2.Pet. 1 inquit, & statui custodire iudicia iustitię tuæ.) Tã-
quã bene ambulãs ad illam lucernã, & rectas semi-
tas habẽs. Sequẽti aũt uerbo illud quod antecedit
expositũ est. Quasi.n. q̃reremus quid esset, iuraui,
adiunxit, & statui. Hoc.n. appellauit iuramentum,
quod statuit p sacramẽtũ: quia ita debet esse mens
fixa in custodiẽdis iudicijs iustitiæ dei, ut sit oino
pro iuratiõe quod statuit. Fide aũt custodiũtur iu
dicia iustitiæ dei, cũ sub deo iusto iudice, nec recte D
factũ infructuosum, nec pctm̃ creditur impunitũ.
Sed pro hac fide qa multa & grauissima mala cor-
pus ptulit xpi, Humiliatus sum, inqt, usq; ualde.)
Non aũt ait, humiliaui me, ut humilitatẽ, q̃ in pce-
pto est, intelligere sit necesse: sed ait, humiliat' sum
usq; ualde: maximam.s. passus persecutionem, pro
eo quòd iurauit & statuit custodire iudicia iustitię
dei. Et ne in tãta humiliatione fides ipsa deficeret,
addidit: Dñe uiuifica me scđm uerbum tuum.)
Hoc est scđm promissum tuum Nam & uerbũ pro-
missorũ dei lucerna est pedibus, & lumen semitis.
Sic & superius ut eũ deus uiuificet, orauit in humi-
liatiõe psecutionis, ubi ait, Paulominus cõsumma
uerũt me in terra, ego aũt nõ dereliq mandata tua,
secũdum misericordiã tuam uiuifica me, & custo-
diã testimonia tua, id est, martyria oris tui. Vbi in-
telligitur si ipse nõ uiuificet donãdo patientiã, pp
qđ dictum est, In uestra patientia possidebitis aias Luc.21.
uestras: & de quo dictũ est, Qm̃ ab ipso est patien- Psal.61.
tia mea: non corpus in psecutione mortificari sed
aiam, non custodiendo martyria, sed iudicia iusti- E
tiæ dei. Volũtaria oris mei beneplacita fac dñe.)
Hoc est, placeant tibi, noli reprobare sed approba.
Bene autẽ intelliguntur oris uoluntaria sacrificia
laudis, confessione charitatis, non timore necessi-
tatis oblata. Vnde dictũ est, uoluntarie sacrificabo Psal.33.
tibi: sed qđ ẽ qđ adiũgit, Et iudicia tua doce me?
Nõnne ipse in uersib' superioribus dixerat, A iudi-
cijs tuis nõ declinaui? Quõ istud, si ea nõ nouerat?
Porrò si nouerat, quõ hic dicit, Et iudicia tua doce
me? An sicut illud ẽ, suauitatẽ fecisti cũ seruo tuo
& postea dicit, suauitatẽ doce me? Qđ ita exposui-
mus, ut intelligeremus uerba proficiẽtis, & addi si
bi ad id qđ acceperat postulantis. Anima mea in
manibus tuis semp.) Nõnulli codices habẽt, in ma
nibus meis: sed plures, i. tuis: & hoc qdẽ planũ est.
Iustorum.n. animę i manu dei sunt. In cuius manu Sap.3. &
sunt & nos & sermones nři. Et legis, inquit, tuę nõ 7.
sum oblitus.) Tanquã ad non obliuiscendam dei
legẽ manib' adiuuetur eius memoria, ubi est eius
aia. Anima uero mea in manibus meis, quõ intelli
gatur, ignoro. Iusti quippe ista uerba sunt nõ iniu- F
sti, redeuntis ad patrẽ nõ discedentis à pře. Nã põt Luc.15.
uideri ille iunior filius animam suam in manibus
suis habere uoluisse, qñ dixit při, Da mihi substãtiã
meam q̃ me contingit. Sed ideo mortuus erat, ideo
perierat. An forte ita dictũ est, anima mea in mani-
bus meis: tanquã eã uiuificãdam offerret deo? Vn-
de alibi dicitur, Ad te leuaui aiam meam. Dixerat Psal. 24
enim & hic superius, uiuifica me. Posuerunt, inqt.
pctõres laqueum mihi, & à mandatis tuis nõ erra-
ui.) Vnde hoc, nisi qa eius anima in manibus dei,
uel in suis uiuificãda offertur deo? Hęreditate acq
siui testimonia tua in æternũ.) Nõnulli uno uerbo
uolentes dicere, qđ uno uerbo in Græco positum
est, hæreditaui interpretati sunt. Quod & si Latinũ
esse posset, magis significa: et eũ q dedit hęreditatẽ,
q̃ eum qui accepit, ut sic esset hæreditaui, quõ dita
ui. Melius ergo duob' uerbis insinuatur integer sen
sus, siue dicatur hæreditate possedi, siue dicat hęre
ditate acqsiui: nõ hæreditatẽ, sed hereditate. Si aũt
q̃ritur, qđ acquisierit hęreditate, testimonia, iqut,
tua, Quid uolẽs itelligi, nisi ut testis dei fieret, ei' q̃
testimonia cõfiteref: id est, ut martyr dei fieret, atq

G eius martyria diceret, ſicut martyres dicũt à pr̃e ſi-
bi cuius donũ eſt eſſe collatũ? Multi qppe pati uo-
luerunt neq; potuerũt: nulli tñ potuerunt, niſi qui
uoluerũt. Quia non potuiſſent ſi fidei dei teſtimo
nia negare uoluiſſent: ſed ẽt ipſoꝝ ꝑparata eſt uo-
luntas a dño. Ideo hæc hæreditate ſe acquiſiſſe iſte
teſtatur & hoc in æternũ, qa non eſt in eis gloria tẽ
poralis hoium uana quærentiũ, ſed æterna gloria
eſt breui tpe patiẽtium, & ſine fine regnantiũ. Vn-
de ſequitur, Qm̃ exultatio cordis mei ſunt.) Et ſi
afflictio corporis, exultatio tñ cordis. Deinde ſub-
iecit, Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificatio-
nes tuas in æternum, pp retributionem.) Qui di-
cit, inclinaui cor meũ: ipſe iam dixerat, inclina cor
meũ in teſtimonia tua: ut intelligamus ſimul hoc
eſſe & diuini muneris & propriȩ uolũtatis. Sed nũ-
quid in ȩternum facturi ſumus iuſtificationes dei?
Opa illa quidẽ q̃ opamur circa proximoꝝ neceſſi-
tates, æterna eſſe non pñt, ſicut nec ipſæ neceſſita-
tes: ſed ſi nõ diligendo iſta facimus, nulla eſt iuſti-
ficatio. Si aũt diligẽdo, æterna eſt ipſa dilectio, eiq́;
H æterna eſt parata retributio. Propter quã retribu-
tionẽ dicit ſe inclinaſſe cor ſuũ ad faciẽdas iuſtifi-
cationes dei, ut in æternum diligẽs, in æternũ me-
reatur habere quod diligit.

Concio uicesimaquarta de uersu Psalmi, Iniquos odio habui: usque ad id, Propterea dilexi testimonia tua semp.

Sãmech. ס P Salmi huius locus, de quo in uolũtate dei
diſputaturi ſumus, ſic incipit: Iniquos o-
dio habui, & legẽ tuã dilexi.) Non ait, Ini-
quos odio habui, & iuſtos dilexi: aut, iniquitatem
odio habui, & legẽ tuã dilexi: ſed cum dixiſſet, Ini-
quos odio habui, expoſuit quare, addendo, & legẽ
tuã dilexi, ut demõſtraret, nõ in ſe hoibus iniquis
odiſſe naturã qua hoies ſunt, ſed iniqtatẽ qua legi
quã diligit inimici ſunt. Deinde ſequitur, Adiutor
me⁹ & ſuſceptor me⁹ es tu.) Adiutor ad bona faciẽ-
da, ſuſceptor ad mala euadẽda. Quod aũt adiũgit,
In uerbũ tuũ ſupſperaui,) tanq̃ filius ꝓmiſſionis
loqtur. Sed qd ſibi uult uerſus q ſeqtur, Declinate
à me maligni, & ſcrutabor mãdata dei mei?) Nõ.n.
ait, faciam: ſed ſcrutabor. Vt ergo pfecte ea diligen-
I terq́; nouerit, malignos à ſe declinare deſyderat, eóſ
que etiam cõpellendo à ſe abigit. Nã maligni exer-
cent ad faciẽda mandata, à ſcrutandis aũt auocãt:
non ſolum cũ perſequuntur, aut litigare nobiſcum
uolunt, uerũetiam cum obſequũtur & honorãt, &
tñ cum ſuis uitioſis & negocioſis cupiditatib⁹ ad-
iuuandis ut occupemur, & eis nr̃a tempora impen-
damus efflagitãt, aut certe infirmos ꝑmunt, ut cãs
ſuas ad nos deferre cõpellant: qbus dicere non au-
Luc. 12. demus, Dic homo, quis me cõſtituit iudicẽ aut di-
uiſorẽ inter uos? Cõſtituit.n. talib⁹ cauſis Eccleſia-
1. Cor. 6 ſticos Apl̃s cognitores, in foro prohibens iurgare
xp̃ianos. Nec illis quidem qui non aliena rapiunt
ſed ſua cupide repetunt, dicimus, Cauete ab oi cu-
piditate, cõſtituentes eis ante oculos hoiem cui di
Luc. 12. ctũ eſt, Stulte hac nocte auferetur à te aia tua, q̃ prȩ
paraſti cuius erunt? quia & qñ dicimus, non rece-
dunt nec declinãt à nobis, ſed inſtãt, urgẽt, precan
tur, tumultuanſ, extorquẽt, ut ipſis potius ad iſta q̃
diligunt, q̃ ſcrutãdis dei mandatis q diligimus oc-
cupemur. O quãto tædio turbaꝝ turbulentarum,
& quãto deſyderio diuinoꝝ eloquioꝝ dictum eſt,
Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata dei
mei. Ignoſcãt obediẽtes fideles, q pro ſuis ſeculari- K
bus cauſis raro nos q̃runt, & iudicijs nr̃is facillime
acquieſcũt, nec nos coterunt litigãdo, ſed obtẽpe-
rando potius cõſolantur. Certe pp eos q & inter ſe
ptinaciter agunt, & qñ bonos ꝑmunt, nr̃a iudicata
contemnunt, faciuntq́; nobis perire tẽpora rebus
eroganda diuinis, certe, inquã, pp iſtos & nobis li-
ceat exclamare in hac uoce corporis xp̃i, Declinate
à me maligni, & ſcrutabor mãdata dei mei. Deinde
poſteaq̃ uelut ab oculis cordis ſui muſcas irruen-
tes abegit, redit ad eũ cui dicebat, Adiutor meus &
ſuſceptor meus es tu, in uerbũ tuũ ſperaui: precéq́;
cõtinuans, Suſcipe me, inqt, ſcd'm eloquium tuũ
& uiuã, & ne confundas me ab expectatione mea.)
Qui iã dixerat, ſuſceptor me⁹, poſcit magis magiſq;
ſuſcipi, & ad illud pp quod tolerauerat tam multa
moleſta perduci, ubi ſe q̃ in iſtis humanarum
rerum ſomnijs fidens eſſe uicturum. Sic.n. de futu-
ro dictum eſt, ut uiuã, tanquã in hoc corpore mor-
tuo nõ uiuatur. Corpus.n. mortuum eſt pp pctm̃.
Et expectantes redẽptionem corporis nr̃i, ſpe ſalui Roma. 8
facti ſumus, & quod non uidemus ſperantes, p pa- L
tientiã expectamus. Sed ſpes non confundit, ſi cha Roma. 5
ritas dei diffunditur in cordibus nr̃is per ſpiritum-
ſanctum, q datus eſt nobis. Propter q̃ largius acci-
pienda clamatur ad pr̃em, ne cõfundas me ab expe
ctatione mea. Et tanquã ei rñſum fuerit in ſilentio,
ſi non uis confundi ab expectatione tua, nõ inter-
mittas meditari iuſtificationes meas: ſentiẽs iſtam
meditationem plerunq; aiȩ languoribus impediri,
Adiuua me, inqt, & ſaluus ero, & meditabor in iu
ſtificationib⁹ tuis ſemp. Spreuiſti oẽs,) uel quod de
Græco diligentius uidetur expreſſum, Ad nihilũ
deduxiſti oẽs diſcedẽtes à iuſtificationib⁹ tuis, qa
iniuſta cogitatio eoꝝ.) Ideo ergo clamauit, Adiuua
me & ſaluus ero, & meditabor in iuſtificationibus
tuis ſemp, qa in nihilũ redigit deus oẽs diſcedẽtes
à iuſtificationib⁹ ſuis. Quare aũt diſcedunt? Quia i-
iuſta eſt, inqt, cogitatio eoꝝ. Ibi acceditur, ibi diſce
ditur. Omnia opa uel mala uel bona, à cogitatiõe
procedunt. In cogitatione quiſq; innocẽs, in cogita
tione reus eſt: pp quod ſcriptum eſt, Cogitatio ſan
cta ſeruabit te. Et alibi legitur, In cogitationib⁹ im M
pij interrogatio erit: Et Apl̃s, Cogitationibus ait ac Sap. 1
cuſantib⁹ aut ẽt excuſantib⁹. Vbi aũt fœlix eſt, qui Roma. 2
in cogitatione miſer eſt? Aut q̃uo ibi non miſer eſt,
qui ad nihilum redactus eſt? Magna quippe eſt ſte-
rilitas iniqtas: merito dictũ eſt, Confundantur ini-
q facientes uane: id eſt, inaniter, tanq̃ redacti in ni-
hilum. Sequitur in Pſalmo, Præuaricãtes deputaui,
uel, putaui, uel, exiſtimaui oẽs pctõres terræ.) Mul-
tis.n. modis nr̃i interpretati ſunt unũ uerbum Græ
cum, qd' eſt ἐλογισάμην; ſed profunda eſt illa ſenten-
tia, & ſi adiuuerit dñs, operoſius diſputatione alia
penetrãda eſt. Nam & qd' additum eſt, Propterea
dilexi teſtimonia tua ſemper.) multo amplius eam
profundam facit. Dicit.n. Apl̃s, Lex iram operatur. Roma. 4.
Huiuſq́; dicti rationem reddens, ubi.n. non eſt lex,
inquit, nec ꝑuaricatio: ita oſtendens non oẽs eſſe
præuaricatores. Non.n. omnes habent legem. Non
autem omnes habere legem, alio loco euidentius
ait, Qui ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Roma. 2
Quid ſibi ergo uult, præuaricatores deputaui oẽs
pctõres terræ? Sed hic q̃ſtionẽ ꝓpoſuiſſe ſuffecerit,
alio ſi de⁹ donauerit ſermone tractandã, ne hui⁹ ꝓ-
lixitas

A lixitas eam cogat angustius explicari, quam ut bene possit quod explicatur intelligi.

Concio uicesimaquinta de uersu Psalmi, Praeuaricatores reputaui omnes peccatores terrae, usque ad, A iudicijs enim tuis timui.

Quaerimus, si deo largiente inuenire possimus, quo intelligendum sit, quod in isto Psalmo magno dictũ est, Praeuaricatores: uel potius, praeuaricantes. Graecus.n. παραβαίνοντας ait, non παραβάτας. Quaerimus ergo quo intelligendum sit, Praeuaricantes deputaui oẽs peccatores terrae. Propter quod ait Apostolus, Vbi.n. lex non (Roma. 4.) est, nec preuaricatio. Hoc aũt dixit cum a lege promissa distingueret. Nam ut de superioribus sensus plenior colligatur, non n per legem, inqt, promissio Abrahae aut semini eius, ut haeres esset mundi, sed per iustitiã fidei. Si.n. qui per legẽ heredes sunt, exinanita est fides & euacuata est promissio, lex n. irã operatur. Vbi.n. non est lex, nec praeuaricatio. Ideo ex fide, ut scdm gratiã firma sit pmissio omni semini, non ei tm̃ quod ex lege est, sed & ei quod ex fide est Abraham, q est pater oium nostrum. Cur

B hoc Apl's ait, nisi ut ostenderet legem sine promissis gratia, non solũ non auferre uerũ & augere (Roma. 5.) pctm̃? Vnde & illud est, Lex subintrauit ut abundaret delictum. Sed qa oia per gratiam dimittuntur, non solũ q̃ sine lege, uerumetiam q̃ in lege commissa sunt, ideo ibi secutus adiunxit, Vbi aũt abundauit delictũ, superabundauit & gratia. Nõ itaq; puaricantes deputat oẽs peccatores Apostolus, sed eos tm̃ praeuaricantes deputat, qui transgrediuntur le- (Roma. 4.) gem. Vbi n non est lex, inqt, nec praeuaricatio. Ac per hoc scd'm Apostolum, omnis quidem praeuaricator est peccator, quia peccat in lege: sed non ois peccator est puaricator, quia peccat aliq sine lege. Vbi aũt non est lex, nec puaricatio. Porro si nemo sine lege peccaret, non idem ipse Apl's diceret, Qui- (Roma. 2.) cunq; sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Secundum uero istum Psalmũ, si puaricãtes sunt oẽs peccatores terrae nullum est utiq; sine preuaricatio ne pctm̃. Nulla est autẽ praeuaricatio sine lege: nullum est igitur nisi in lege pctm̃. Qui ergo dicit, Preuaricantes deputaui oẽs peccatores terrae: nullos esse

C se omnino nisi qui legem transgressi sunt, uult intelligi peccatores: & ob hoc aduersatur ille q dixit, Quicunq; sine lege peccauerũt, sine lege peribunt. Scdm illum quippe sunt aliqui peccatores, quãuis nõ sint puaricatores. i. q sine lege peccauerũt. Vbi (Roma. 4.) enim non est lex, nec puaricatio. Scdm istum autẽ nullus est sine praeuaricatione peccator, quia puaricantes deputat oẽs peccatores terrae. Nullus ergo scdm istum sine lege peccauit: quia ubi nõ est lex, nec praeuaricatio. An forte dictuti sumus, uerũ qui (Roma. 2.) dem esse q nec praeuaricatio sit ubi non est lex, sed uerum non esse q aliqui sine lege peccauerint: aut uerũ qdem esse, aliquos sine lege peccasse, sed uerũ non esse, ubi lex nõ est. praeuaricationem esse non posse? At utrunq; Apl's dixit. Verum est ergo utrunque, quia utrunq; per Apostolũ ueritas dixit. Quo ergo erit uerum, quod in psalmo isto eadem pculdubio ueritas dixerat, Praeuaricantes deputaui oẽs peccatores terrae? Respõdetur n. nobis. Qui sunt ergo illi qui scdm Apostolum sine lege peccauerunt? Non n. ex eis quisquam praeuaricans deputandus est, cum scd'm eundem Apostolum, puaricatio nõ

sit ubi lex non est. Sed nimirum cum diceret Apo- D stolus, Quicunq; sine lege peccauerũt, sine lege pibunt: de illa lege aiebat quam deus dedit per Moysen famulum suum ppło suo Israel. Hoc ipsa quę circunstant uerba eius ostendũt. Disputabat.n. de Iudaeis & Grecis. i. gentibus, non ad circuncisionem, sed ad pputium ptinentibus, ideo sine lege eos dicens, qa non acceperant legẽ, quam se accepisse gloriabantur Iudaei Vnde illis ait, Si aũt tu Iudaeus cognominaris, & requiescis in lege & gloriaris in deo. Deniq; unde ad hanc sniam uenerit intuendũ est, ut diceret, Quicunq; sine lege peccauerunt, sine lege peribũt. Ira, inqt, & indignatio, tribulatio, & angustia in oẽm animam hominis operãtis malum, Iudei primum & Greci: Gloria aũt & honor & pax (Roma. 2.) omni operanti bonũ Iudaeo primũ & Graeco Non est.n. personarum acceptio apud deum. Ad hęc addidit unde nunc qõ est & ait, Quicunq;.n. sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt. per legem iudicabuntur. Hos utiq; Iudaeos, illos autem graecos uolẽs intelligi, qm̃ de his agebatur, utrosq; sub peccato esse demonstrans, ut egere se gratia utriq; fateantur. Propter quod dicit, E Non.n. est distinctio, Oẽs.n peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, p redemptionem quae est in xpo Iesu. Quos itaq; dicit oẽs peccasse, nisi Iudaeos & Grecos, de quibus dixerat, Non.n. est distinctio? Nã de his paulo ante: Causati.n. sumus, inquit, Iudaeos & Grecos oẽs sub peccato esse. Ac per hoc qcunq; sine lege peccauerunt, illa s. de qua Iudaei gloriabantur, sine lege peribũt: & quicunq; in lege peccauerunt. i. ipsi Iudaei, per legem iudicabuntur: Nec ideo nõ peribunt, nisi credant in eũ q uenit qrere qd perierat. Nonnulli qppe (Luc. 19.) etiam catholici tractatores in his Apostoli uerbis aliter q̃ se res habet, parum attendendo sapuerunt, ut dicerent illos perire qui sine lege peccauerunt: hos aũt qui in lege peccauerunt iudicari tm̃modo (Roma. 2.) non perire: tanquam per poenas transitorias credãtur esse purgãdi: sicut ille de quo dictũ est, Ipse aũt saluus erit sic tñ quasi per ignem. Sed hoc merito fundamenti bene intelligit, de quo agebat Apl's ut hoc diceret Superius qppe dixerat, Vt sapiẽs architectus fundamentum posui, alius supędificat: unusF quisq; autem uideat quo superaedificet. Fundamẽ- (1. Cor. 3.) tum.n. aliud nemo potest ponere praeter id qd' positum est, quod est xps Iesus: & caetera, usq; ad eundem locum, ubi eum dixit per ignem saluari, q sup (4. sen. di. 21. cap. In illo.) hoc fundamentum, non aurum, argentum, lapides preciosos, sed ligna, foenũ, stipulã aedificat, non tñ respuit ne recipiat, nec receptũ deserit fundamentum: qñ oibus carnalibus suis quibus capitur atq; succũbit delectationibus anteponit, cũ ad hũc articulum uentũ fuerit ut aut illae deserant aut xps: ubi si non anteponitur Christus, nõ ille est fundamentum Oibus qppe structurae posterioribus par tibus anteponit fundamentũ. Nec cogitasse existimo eos q senserũt nõ pire, de qbus dictum est, Per legem iudicabuntur: nisi quia fundamentũ habẽt xpm. Parũ ergo attenderunt qd demonstrauimus, (Roma. 2.) atq; ipsa scriptura clamat, de Iudaeis hoc Aplm dicere, qui sine fundamento sunt Christo. Quis autem Christianus dixerit non perire Iudaeum, si non credat in xpm, sed tm̃modo iudicari: cum Christus ipse ad eandem gentẽ propter oues, quae inde pere-

G runt se missum esse testetur: & remissius & tolerabi
Mat. 15. lius dicat futurũ Sodomitis in die iudicij, qui utiq;
Mat. 10. sine lege perierunt, q̃ ciuitati Iudææ, q̃ in eum non crediderit, tanta uirtute mirabilia facientem? Si ergo
Rom. 2. Apostolus secũdum legem quam deus per Moysen populo Israel dedit, cæteris autẽ gentibus nõ dedit, sine lege dixit esse cæteras gentes, qđ intellecturi sumus in isto Psalmo dictũ esse, Præuaricantes æstimaui oẽs peccatores terræ: nisi intelligamus aliquã legem non per Moysen datã, sc̃dm quam sunt præuaricantes cæterarũ gentiũ peccatores? Vbi.n. lex nõ
Roma. 4. est, nec præuaricatio. Quæ ista lex est, nisi forte illa de
Roma. 2. qua id dicit Ap̃ls, Gentes q̃ legem non hñt, naturaliter q̃ legis sunt faciunt, hi legem non hñtes ipsi sibi sunt lex: Scdm hoc ergo quod dicit, legẽ non habentes, sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: secundum id uero qđ ait, ipsi sibi sunt lex, nõ immerito præuaricatores æstimantur oẽs peccatores terræ. Nullus.n. est qui faciat alteri iniuriam, nisi qui fieri sibi nolit Et in hoc transgreditur naturæ legẽ, quã non sinitur ignorare dum id qđ facit nõ uult pati. Nunqđ autẽ lex ista naturalis nõ erat in pp̃lo Israel?
H Erat plane, qm̃ & ipsi homines erant. Sine lege autẽ naturali essent, si præter naturam humani generis esse potuissent. Multo magis ergo præuaricatores facti sunt lege diuina, qua naturalis illa siue instaurata, siue aucta, siue firmata est. Iam uero si in oĩbus peccatoribus terræ nõ incongrue deputanẽ, & paruuli pp originalis uincula peccati, ẽt ipsi in sil'iudi
Rom. 5. ne præuaricationis Adæ, ad illam præuaricationẽ pertinere monstrantur, q̃ data lege in paradiso pri
Gene. 3. ma cõmissa est, Ac per hoc recte nullo prorsus excepto, præuaricatores æstimantur oẽs peccatores terræ.
Rom. 2. Omnes autẽ peccauerunt, & egent gloria dei. Oẽs igitur præuaricantes gratia saluatoris inuenit, alios magis, alios minus. Quanto.n. legis maior in quocunq; cognitio, tãto minor peccati excusatio. Quãto minor peccati excusatio, tanto manifestior præuaricatio. Restabat ergo ut oĩbus non sua sed dei.i. à deo donata iustitia subueniret. Vnde ait Apostol⁹,
Rom. 3. Per legẽ cognitio peccati. Non ergo ablatio sed cognitio. Nunc autẽ sine lege, inquit, iustitia dei manifestata est, testificata per legẽ & Prophetas. Proinde
I etiam iste subiunxit, Propterea, inquit, dilexi testimonia tua.) Tanquã diceret, Qm̃ lex siue in paradiso data, siue naturaliter insita, siue in literis p̃mulgata, præuaricatores fecit oẽs peccatores terræ, propterea dilexi testimonia tua, q̃ sunt in lege tua de gia tua, ut non sit in me iustitia mea sed tua Lex.n. ad hoc prodest ut mittat ad gratiam: non solũ.n. qđ attestatur manifestandæ iustitiæ dei q̃ sine lege est, uerumetiam hoc ipso q̃ præuaricantes fecit, ita
2. Cor. 3 ut ẽt quos litera occidit, ad uiuificantem sp̃m confugere timore compellat, per quem peccatorũ deleatur uniuersitas, & recte factorũ charitas inspiretur. Propterea, inq̃t, dilexi testimonia tua. Quidam codices habent semper, qdam non hñt. Sed si est sic, accipiendum est semp, ut sic intelligatur, quandiu hic uiuitur. Hic sunt.n. testimonia necessaria de lege & p̃phetis, attestantia iustitiæ dei qua iustificamur gratis: hic sunt & nr̃a testimonia necessaria, p̃ q̃bus ipsam q̃ hic agitur uitã martyres finiuerunt. Cognita itaq; dei gratia, q̃ sola liberat à præuaricatione, q̃ legis cognitione committitur, orando dicit, Confige clauis à timore tuo carnes meas.) Sic.n.

expressius interpretati sunt quidam nostri, qđ Græ K
ce uno uerbo dici potuit, id est, καθήλωσον: hoc alij confige dicere uoluerũt, nec addiderũt clauis, atq; ita dũ uolunt uno uerbo Græco unũ Latinũ interpretando reddere, iniam minus explicauerunt qm̃ in eo quod est confige non sonant claui: καθήλωσον autem sine clauis intelligi non potest, nec nisi duobus uerbis Latine dici pot, sicut dictũ est confige clauis. Vbi qđ uult intelligi, nisi qđ ait Apostolus, Galat. 6
Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo? Et iterum, in xp̃o, inquit, cõfixus sum cru Gala. 2.
ci, Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me xp̃s. Philip. 3.
Quod quid est aliud, nisi nõ est in me iustitia mea, quæ ex lege est, in qua præuaricator effectus sum, sed iustitia dei, id est quæ mihi ex deo est, non ex me? Sic quippe in me uiuit non ego sed xp̃s, qui factus est nobis sapientia à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, ut quemadmodũ scriptum est, Qui gloriatur, in dño glorietur. Item dicit, Qui autẽ sunt Iesu Christi, carnem suam crucifixerunt cum passionibus, & concupiscentijs. Cum hic dictũ sit, q̃ ipsi crucifixerunt carnem suam, in isto tñ Psalmo L
deus rogatur ut id faciat, cui dicitur, Cõfige clauis à timore tuo carnes meas: ut intelligamus ẽt id qđ recte facimus gratiæ dei esse attribuendum, qui in nobis operatur, & uelle & operari pro bona uolũtate Sed quid sibi uult quod cum dixisset, Cõfige clauis à timore tuo carnes meas: addidit, A iudicijs.n. tuis timui?) Quid est, confige à timore tuo, timui.n.? Si.n. iam timuerat uel timebat, cur adhuc ut à timore suo deus crucifigeret carnes suas orabat? An addi sibi uolebat timorem, ut tm̃ timeret quantum sufficeret crucifigendis suis carnibus.i. concupiscentijs affectibusq; carnalibus? tanquã diceñs, Perfice in me timorẽ tuum, timui.n. a iudicijs tuis? Sed est hic alius altior sensus, quantũ deus donat scrutato sinu scripturę huius eruendus, Confige, inq̃t, clauis à timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui. hoc est, a timore tuo casto, q̃ pmanet in seculũ seculi, carnalia mea desyderia comprimantur: à iudicijs.n. tuis timui, cũ nihi lex minaretur pœnã, q̃ mihi nõ poterat dare iustitiã. Sed hũc M
timorẽ quo pœna metuitur, consummata charitas foras mittit, q̃ nõ timore pœnę, sed delectatione iustitię liberos reddit. Timor nanq; iste quo nõ amatur iustitia, sed timet pœna, seruilis est, qa carnalis est. & ideo nõ crucifigit carnẽ. Viuit.n. peccãdi uoluntas, q̃ tũc apparet in opere, qñ speratur impunitas Cum uero pœna creditur secutura, latenter uiuit, uiuit tñ. Mallet.n. licere & dolet nõ licere, quod lex uetat: qa non spiritali delectatur eius bono, sed carnaliter malũ metuit, qđ minatur, Timore autem casto ipsa q̃ hũc timorẽ foras mittit, peccare timet 1. Ioan. 4
charitas, ẽt si sequatur impunitas: qa nec impunitatem iudicat secuturam, qñ amore iustitiæ peccatum ipsum deputat pœnã. Tali timore carnes crucifiguntur, qm̃ carnales delectationes, q̃ legis litera uetantur potius q̃ uitantur, spiritalium bonorũ delectatione uincuntur, & eadem usq; ad perfectionẽ crescente uictoria perimunẽ. Ergo confige clauis, inquit, a timore tuo carnes meas, a iudicijs.n. tuis timui: hoc est da mihi castum timorem, ad quem pe tendum me tanquam pædagogus timor legis illę perduxit, quo timore à iudicijs tuis timui.

Margin notes (right column): 1. Cor. 1. / Hiere. 9. / Gal. 5. / Philip. 2. / Psal. 17. / 1. Ioan. 4 / Super ca tholicam Ioan. Tracta 9

A *Concio uicesimasexta de uersu Psalmi, Feci iudiciũ & iustitiam ne tradas me calumniãtibus me: & reliqua.*

Aug. Stos magni Psalmi huius uersus consyderã
i dos nũc suscepim⁹ atq; tractãdos, Feci iu-
diciũ & iustitiã, ne tradas me nocẽtib⁹ me)
Nõ mirũ est eũ fecisse iudiciũ & iustitiã, q superius
Psal.18 poposcerat a timore dei utiq; casto confligi clauis
carnes suas, hoc est, carnales cõcupiscẽtias, q̃ solẽt
quo minus rectũ sit nostrũ impedire iudiciũ. Quã
uis aũt siue rectũ siue prauũ in quotidiano nr̃i ser-
monis usu iudiciũ nuncupet, unde hominibus in
Ioan.7. Euãgelio dicimus, Nolite iudicare personalr̃, sed re
De tẽpo- ctum iudiciũ iudicate: tñ hoc loco ita positum est
re ser.236 iudiciũ, tanq̃ si hoc rectum non fuerit, non debeat
iudiciũ nominari, alioquin nõ sufficeret dicere, fe-
ci iudiciũ, sed diceret, feci rectũ iudiciũ. Hoc gñe lo
Mat. 23 cutus est dñs Iesus ubi ait, Relinquitis grauiora le-
gis, iudicium & misericordiã & fidem. Et hic.n.iu-
dicium sic positum est, tanq̃ non sit iudicium si p-
uersum est. Et multis diuinarum scripturarum lo-
B cis ita ponit, quale illud est, Misericordiã & iudiciũ
Psal.100 cantabo tibi dñe Et illud apud Esaiam, Expectaui
Esa.5. ut faceret iudiciũ, fecit aũt iniquitatem: nõ ait, ex-
pectaui ut faceret iudicium iustum, fecit autem ini
quum: sed tanq̃ ideo iam iudicium sit, quia iustum
est: nec sit iudicium, qd' iniustũ est. Iustitia uero nõ
solet dici bona iustitia, uel mala iustitia, sicut ali-
qñ dicitur bonũ malũmue iudiciũ, sed eo ipso iam
bona est, qa iustitia est. Sic ergo habet consuetudo
loqñdi, ut dicat & bonũ iudicium, & malum iudi
cium, quẽadmodum habet ut dicatur & bonus iu
2. sen di. dex, & malus iudex. Sic autem non dicitur bona iu
27.cap.1. stitia uel mala iustitia: sicut nõ dicit, bonus iustus,
uel malus iustus, qa cõtinuo bon⁹ quisq; si iustus.
Iustitia Iustitia ergo uirtus ẽ animi magna pcipueq; lauda-
bilis, de qua nũc nõ est copiosi⁹ disputãdi necessi-
Iudicium tas. Iudiciũ uero qñ non nisi in bono ponit, distin-
ctior loquẽdi ratio hui⁹ uirtutis est opatio. Qui.n.
habet iustitiã, recte iudicat, imo scd'm istã locutio-
nẽ q habet iustitiam iudicat, qa nec iudicat si non
recte iudicat. Iustitiæ noie hoc loco non ipsa uirt⁹,
Roma.4. sed opus eius significatum est. Quis.n.fecit in hoie
C iustitiam, nisi q iustificat impium? hoc est p gratiã
suam ex impio facit iustum. Vnde ait Apl's, Iustifica
Roma. 3. ti gratis p grãm ipsius. Facit ergo iustitiã, id est, op⁹
iustitiæ, q habent in se iustitiam, id est, opus grãe Fe
ci, inquit, iudicium & iustitiam, ne tradas me nocẽ
tibus me: id est, feci iudicium iustum, ne tradas me
illis q ppea me psequuntur. Nam etiam quidã codi
ces habent, ne tradas me psequentibus me. Quod
enim Græce dictũ est, τοῖς ἀντιδικοῦσι, quidam inter-
pretati sunt nocentib⁹, quidã psequentibus, quidã
calumniantibus. Miror autem oium, quos in prõ-
ptu habere potui codicum, nunq̃ me legisse aduer-
santibus, cum sine controuersia qd' Græce ἀντίδικος
hoc Latine aduersarius appellat. Orans itaq; ne tra
datur à dño aduersantib⁹ sibi: qd orat, nisi qd ora-
Mat. 6. mus dicimus Ne nos inferas in tentationẽ? Aduer-
sarius est.n.de quo dicit Apl's, Ne forte tentauerit
1.Thes.3. uos q tentat, Et tradit deus, quẽ deserit. Eum quip-
pe ille non decipit quem iste non deserit, in uolun
tate sua pstans decori hois uirtutem. Ab illo autẽ
Psal. 29 qui dixerat in abũdantia sua, nõ mouebor in eter-
num, auertit faciem & factus est cõturbatus, sibiq;
monstratus. Quisquis igitur à timore dei casto cru D
cifixas habet carnes suas, & nulla carnali corrupt⁹ Psal.18
illecebra, facit iudiciũ opusq; iustitiæ, orare debet
ne aduersantib⁹ tradatur.i.ne timendo perpeti ma
la, ad faciẽda mala psequentib⁹ cedat. A quo.n.ac-
cipit uictoriam concupiscentię ne uoluptate ptra-
hatur, ab illo ẽt robur patientiæ ne dolore franga-
tur: qm̃ de quo dicitur, Dñs dabit suauitatem de il Psal.84.
lo ẽt dicitur, Ab ipso est.n.patientia mea. Deniq;
sequitur, Excipe seruum tuum in bono, ut non ca
lumnientur me superbi.) Illi impellunt ut cadam
in malũ, tu excipe in bonũ. Qui autem interpretati
sunt non calumnientur me: Græcam locutionẽ se-
cuti sunt, Latinæ linguæ minus usitatam. An forte
hãc habet uim cũ dicitur, nõ calũnientur me, quã
haberet si diceretur, nõ me capiãt calũniãdo? Mul-
tæ aũt pñt intelligi calũniæ superboꝝ, à quib⁹ hu-
militas xp̃iana despicitur, sed illa uel maxima est, si
hoies hoc loco accipiũtur supbi, qui à nobis mor-
tuum calumniãtur coli. Humilitas qppe ipsa xp̃ia-
na xp̃i morte insinuatur, commendaturq; diuini-
tus. Hæc autem calumnia utrisq; infidelibus, id est, E
Iudæis gentibusq; communis est. Habent calũnias
suas ẽt hæretici singulis qbusq; hæresib⁹ proprias.
Habent & schismatici, quos oẽs superbia de mem-
brorum xp̃i compage pcidit. Ipsius autem diabo-
li calumnia quãta uel qualis sit, qua calũniatus est
iusto dicẽs, Nunqd gratis colit Iob dñm? Quorum Iob 1.
omnium calumniæ superboꝝ tanquã colubrorũ Num.21.
uenena dicuntur, cum uigilantissima & diligentis-
sima pietate xp̃s crucifixus attenditur, pp quod p- Ioan.3
figurandum Moyses deo miserante ac iubente exal
tauit in eremo similitudinẽ serpentis in ligno, ut si
militudo carnis peccati crucifigenda pfiguraret in
xp̃o. Hanc intuentes salutiferam crucem, omne ca-
lumniantiũ superboꝝ uirus expellimus. Quã pror-
sus ẽt iste quodãmodo ualde intuente intuens ait,
Oculi mei defecerũt in salutare tuũ, & in eloquiũ
iustitiæ tuæ.) Xp̃m quippe ipm deus pp similitudi
nem carnis peccati, pc̃tm pro nobis fecit, ut nos si-
mus iustitia dei in ipso. In huius igitur eloquiũ iu- Roma.8.
stitiæ dei defecisse dixit ardenter oculos suos & si-
tiẽter intuẽdo, dum memor infirmitatis humanæ,
diuinam xp̃i desyderat grãm. Propter quod sequit, F
Fac cum seruo tuo scd'm misericordiam tuam.)
Non utiq; secundum iustitiam meam. Et iustifica
tiones, inqt, tuas doce me.) Illas pculdubio qbus
deus facit iustos, nõ ipsi se. Seruus tuus sum ego.)
Neq; enim bene mihi cessit qñ esse nolui liber me⁹,
non seruus tuus. Da mihi intellectum, ut sciam te
stimonia tua.) Nunq̃ intermittenda est ista petitio.
Non.n sufficit accepisse intellectum, & dei testimo
nia didicisse, nisi semp accipiatur, & quodãmodo
semp bibatur de fonte lucis ęternę. Testimonia qp
pe dei quãto sit quisq; intelligẽtior, tãto magis ma
gisq; sciuntur. Tempus, inquit, faciendi dño.) Id
enim plures codices hñt, nõ ut qdam, dñe.) Quod
ergo tp̃s uel quid faciẽdi uoluit intelligi dño? Illud
quidem quod pauloantè dixerat. Fac cũ seruo tuo
secundum misericordiam tuam, hoc faciendi tp̃s
dño. Quid est autẽ, nisi gratia quæ in Christo suo
tempore reuelata est? De quo tempore ait Aposto-
lus, Cum autem uenit plenitudo tp̃is misit deus fi Galat. 4.
lium suum. Propter quod alibi etiam testimoniũ
suum prophetico adiungẽs, ubi dixit, Tpe placito Esa. 49.

G exaudiui te,& in die salutis adiuui te, Ecce nūc, in-
2.Cor. 6. quit,tps acceptabile,ecce nunc dies salutis. Sed qd
est, ꝙ tanquā uolens oñdere tps dño esse faciendi,
continuo subiunxit, Dissipauerunt legem tuam.)
Velut ppea tps esset faciēdi dño,quia ipsi legē dis-
Rom. 10. sipauerunt supbi, qui ignorantes dei iustitiā & suā
quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti?
Quid est enim dissipauerūt legem tuam, nisi præ-
uaricationis iniquitate, eius integritatē non custo
dierunt? Oportebat ergo ut superbis & de liberta-
te sui arbitrij ꝓsumentibus lex daretur,qua puarica
ta quicūq; cōpūncti humiliarentur, nō iam p legē
sed p fidem ad subuenientem currerent grām Dissi
para ergo lege tps fuit, ut p unigenitum filium dei
Roma.5. misericordia mitteretur. Lex.n.subintrauit ut abū-
daret delictum,quo delicto lex dissipata est, & op-
portuno iam tpe xps aduenit, ut ubi abūdauit de-
lictū superabundaret gīa. Ideo,inquit,dilexi man
data tua super aurum & topazion.) Id agit gratia,
ut dilectione impleantur mandata dei,quæ timo-
re non poterāt. Gratia qppe dei diffunditur chari-
H tas in cordib'nīs p spiritūsanctum,q datus est no-
Matt 5. bis. Propter quod ipse dñs dicit, Non ueni legē sol-
Roma.13. uere,sed adimplere. Et idem Apls, Plenitudo legis
charitas est: ideo sup aurū & topazion. Hoc enim
Psal.18 & in alio Psalmo legimus, Sup aurū & lapidem ꝓ-
ciosum multū. Topazion qppe lapidem multū ꝑ-
hibent esse preciosum. In testamēto aūt ueteri latē
tē gratiam tanquam uelo interposito non intelli-
Exo. 34 gentes,qd' significabatur,qñ in faciem Moysi intē-
2.Cor.3 dere nō ualebant, pp mercedem terrenam atq; car-
nalem dei mandata facere conabantur, neq; facie-
bant, quia non ipsa sed aliud diligebant. Vnde illa
non erant opa uolentiū,sed onera potius inuitoꝝ.
Cum uero ipsa mandata diliguntur sup aurū & la
pidem ꝓciosum multū, omnis præ ipsis mandatis
terrena uilis est merces, nec ulla ex parte cōparant
quęcūq; alia hominis bona his bonis,quib' ipse fit
bonus homo: Propterea,inquit,ad oīa mandata
tua corrigebar.) Vtiq; corrigebar,quia diligebā,at-
que illis rectis,ut ēt ipse rectus fierē,dilectione co-
hærebā. Iam illud qd' adiūgit cōsequēs erat, Om-
I nem, inqt, uiam iniquitatis odio habui.) Vnde.n.
fieri poterat, ut iniquā uiā non odisset diligens re-
ctam? Nā sicut aurū & lapidem preciosum si dilige
ret, odisset profecto quicqd ei talium rerū damnū
posset inferre: ita qm dei mandata diligebat, iniq-
tatis uiā odio habuit, queādmodum aliqd imma-
nissimum marini itineris saxū declinabat, ubi tam
preciosarū rerū necesse est pati naufragium. Quod
ut nō cōtingat longe inde uelificat, q in ligno cru-
cis cū mandatoꝝ diuinoꝝ mercibus nauigat.

Concio uicesimaseptima de uersu Psalmi,

Mirabilia testimonia tua domine &c.

Po VErba Psalmi hæc sunt, de qbus adiuuante
dño disputaturi sum', Mirabilia testimo-
nia tua.pp hoc scrutata est ea anima mea.)
Quis enumerat talīe generatim testimonia dei? Cę
lum & terra uisibilia opa eius, dicunt quodāmodo
testimoniū bonitatis & magnitudinis eius, & ipse
cursus frequēs usitatusq; naturæ, quo tempor. tapa-
citas uoluitur, in rerū quaūmcūq; generib', quan-
uis tēporalib' atq; mortalib', q certe consuetudine
uiluerunt, si pius consideratoradnertat, perhibent
testimoniū creatori. Quid aūt horū est quod non
sit mirabile, si unūquodq; non usu sed ratione me- K
tiamur: si uero tanq̄ sub unius contēplationis aspe
ctu uelut audeamus cūcta cōtueri, nonne fit in no
bis qd' ait Propheta, Consyderaui opa tua & expa- Abac.3.
ui? Et tñ iste non est ipsa rerum admiratione ꝑterri
tus, sed eam potius dixit esse causam, cur ea debue
rit scrutari, qa mira sunt. Cum.n. dixisset, Mirabi-
lia testimonia tua: secutus adiūxit, pp hoc scruta-
ta est ea aia mea: qnasi factus sit ipse p inuestigādi
difficultatē curiosior. Quanto.n quæq; res abstru
siores habet causas, tāto est mirabilior. Si ergo no-
bis homo talis occurrat, qui pp hoc dicat se scruta
ri testimonia dei, qa mirabilia sunt, cū plena sit eis,
& quæ conspicitur, & quæ non conspicitur uniuer
sa creatura, nonne cōpescimus eū dicentes, Altiora Ecclesiastici 3.
te ne qsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed q̄
præcepit tibi dñs illa cogita semp? Sed si nobis re-
spondeat & dicat, Hac ipsa q̄ præcepit dñs, & q̄ iu-
bet ut cogitentur, mirabilia sunt eius testimonia,
eum quippe & dñm, quia iubet, & bonum & ma-
gnū, quia talia iubet, esse testantur, nunqd audebi-
mus hoiem ab eorū scrutatione reuocare, ac nō po L
tius ut sedulo id agat, & tantæ rei operā quantum
pōt impendat hortabimur? An forte dei ꝓcepta te-
stimonia qdem bonitatis ei' esse fatebimur, sed mi-
rabilia esse negabimus? Quid.n. mirū si bona impe
rat bonus dñs? Imò uero idipm est oino mirandū,
& cur ita sit perscrutādum, ꝙ cum deus bonus bo
na præceperit, eis tñ dederit bonā legem, quos ea-
dem lex uiuificare non posset, nec ulla esset ex bo-
na lege iustitia. Si.n. data esset lex, q̄ posset uiuifica Gala.3
re, omnino ex lege esset iustitia. Cur ergo data est q̄
uiuificare non posset, & ex qua esset nulla iustitia?
Nempe mirandū est, nēpe stupendum. Hæc sunt er
go mirabilia testimonia dei, pp hoc huius anima
scrutata est ea, qm deinde debilis † non ei dici pos- † al. de illis.
sit, Fortiora te ne scrutatus fueris, & q̄ præcepit tibi
dñs illa cogita semper. Ipsa sunt.n. quæ præcepit no Ecclesiastici 3.
bis dñs, & ideo cogitāda sunt semp. Potius itaq; ui-
deamus huius anima, quæ scrutata est, quid inue-
nerit. Manifestatio, inquit, uerborum tuorum illu
minat, & intelligere facit paruulos.) Quid est par-
uulus, nisi humilis & infirmus? Noli ergo superbi- M
re, noli de tua q̄ nulla est uirtute ꝑsumere, & intelli
ges quare sit à bono deo bona lex data, q̄ tñ uiuifi Gala 4
care non possit Ad hoc.n. data est, ut te de magno
paruulum faceret, ut te ad faciendam legem uires
de tuo nō habere monstraret: ac sic inops, indigus
& egenus ad grām confugeres & clamares, Miserere Psal. 6.
mei dñe qm infirmus sum. Hoc ergo scrutando in-
tellexit hic paruulus, quod minimus Apostoloꝝ Gala.3.
Paulus, id est, paruulus ostendit, ideo datā legem, q̄
uiuificare non posset, quia conclusit scriptura oia
sub pctō, ut promissio ex fide Iesu xpi daretur cre-
dentibus. Ita dñe, ita fac misericors dñe, impera qd
non possit impleri, immo impera quod non nisi p
tuam gratiam possit impleri, ut cum homines per
suas uires id adimplere nequiuerint, omne os ob-
struat & nemo sibi magnus uideat. Sint oēs paruu Roma.3.
li, & reus fiat oīs mundus tibi, qa non iustificabit
ex lege omnis caro corā te deo: per legem enim co-
gnitio peccati. Nunc autē sine lege iustitia tua ma-
nifestata est, testimoniū habēs à lege & prophetis.
Hęc sunt mirabilia testimonia tua, q̄ scrutata ē aia
paruuli hui', & ideo inuenit qa humiliat' est, & par
uulus

A uulus fact⁹ est. Quis.n.facit mãdata tua sicut facien-
Galat.5. da sunt.i.ex fide q̃ per dilectionẽ dei operatur, nisi
eius in corde per spiritũ sanctũ ipsa dilectio diffun
Roma.5. datur? Hoc etiã iste paruulus cõfitetur. Os meum,
inquit, aperui & attraxi spiritũ, qa mãdata tua desy-
derabã.) Quid desyderabat, nisi facere mãdata di-
uina? Sed no erat unde faceret infirm⁹ fortia, & par
uulus magna. Aperuit os cõfitens q̧ per se ipse non
Matt.7. faceret, & attraxit unde faceret. Aperuit os petendo,
q̃rendo, pulsando, & sitiens hausit spiritũ bonũ, unde
Roma.7. faceret qđ p seipsum non poterat, mandatũ sanctũ
Matt.7. & iustum & bonum. Si.n. nos cũ simus mali, noui-
mus bona data dare filijs nostris: quãto magis pa-
ter nr̃ de cœlo dabit spiritũ bonũ petentibus eum?
Roma.8. Nõ.n. q spiritu suo agunt, sed quotquot spiritu dei
agunt, hi filij sunt dei: nõ qa ipsi nihil agunt, sed ne
nihil boni agant a bono agunt ut agant. Nã tanto
magis efficitur quisq̧ filius bon⁹, quãto larg⁹ ei da-
tur a p̃re spiritus bonus. Deniq̧ iste adhuc petit, Os
quidẽ aperuit & attraxit spiritũ, sed adhuc ad patrẽ
pulsat & q̃rit. Bibit, sed quãto suauius sensit, tãto ar
B dẽtius adhuc sitit. Audi uerba sitientis: Respice in
me & miserere mei, secũdũ iudiciũ diligentium no
men tuũ.) Id est, secundũ iudiciũ qđ in eos fecisti,
q diligũt nomẽ tuũ: q̃m ut diligerẽt te, prius dilexi
1.Ioan 4. sti eos. Sic.n. Ioãnes Apl̃s ait, Nos diligimus, inquit,
deum: & uelut causa q̃reretur quare nos diligere fe-
cit, adiunxit, Q̃m ipse prior dilexit nos. Vide & iste
qđ apertissime dicat, Gressus meos dirige secundũ
eloquium tuũ, & nõ dominetur mei omnis iniqui-
tas.) Vbi quid aliud dicit, q̃ rectum & liberum me
fac secundũ p̃missum tuũ? Quanto.n. magis regnat
in unoquoq̧ dei charitas, tãto minus ei dominatur
iniquitas. Quid ergo aliud petit, q̃ ut donante deo
diligat deum? Diligendo.n. deum, diligit seipsum,
ut diligere salubriter possit & proximũ sicut seip-
Matt.22. sum. In quibus p̃ceptis tota lex pẽdet & prophetæ.
Quid igitur orat, nisi ut p̃cepta q̃ deus imponit iu-
bendo, impleri faciat adiuuando? Sed qđ est, quod
dicit, Redime me à calumnijs hominum, ut custo
diam mandata tua?) Si uera illi homines crimina
obijciunt, nõ calũniantur: si falsa, quid est q̧ se redi
mi desyderat a calũnijs.i.à criminib⁹ falsis q illi no
C cere nõ possunt? Crimẽ quippe falsum quod est ca
lumnia, reum nõ facit hominẽ, nisi apud iudicẽ ho
minẽ. Vbi autẽ deus iudex est, nullus falso crimine
læditur, qa nõ cui obijcitur, sed obijcienti potius im
putatur. An hic ecclesiæ p̃signat oratio & uniuersi
populi Xp̃iani, qui redẽptus est à calumnijs homi-
num, quibus exagitabãtur usquequaq̧ Xp̃iani? Sed
nũquid p̃pterea dei mãdata nõ custodit? Nõne in-
ter ipsas calumnias qñ feruebant, multo gloriosius
populus sanct⁹ in tribulationib⁹ dei mãdata seruabat,
cũ ad perpetrãdas impietates p̃sequentibus nõ
cedebat? Sed nimirũ hoc est, Redime me à calũnijs
hominũ, ut custodiã mãdata tua: tu age infuso spi-
ritu tuo, ne me calũniæ hominũ terrorib⁹ uincant,
& à tuis mãdatis ad sua mala facta traducant. Si.n.
hoc mecũ egeris.i.hoc modo me ab eorũ calũnijs,
ne criminationes eorũ falsas quas obijciunt perti-
mescam, cũ patientia donata redemeris, inter ipsas
calũnias custodiam mandata tua. Faciem tuam,
inquit, illumina super seruũ tuũ.) Id est, tuam ma-
nifesta subueniendo & opitulando presentiam. Et
doce me iustificationes tuas.) Doce utiq̧ ut faciam
quod euidentius alibi legitur, Doce me ut faciã uo D
luntatẽ tuã. Qui.n. audiunt, licet memoria teneant Psal.142.
quod audiunt, nequaquã didicisse putandi sunt, si
nõ faciunt. Veritatis namq̧ uerbũ est, Omnis q au- Ioan.6.
diuit à patre & didicit, uenit ad me. Qui ergo nõ fa
cit.i. nõ uenit, nõ didicit. Recolens autẽ iste dolorẽ
pœnitentiæ p̃uaricationis suæ, Exitus aquarum,
inquit, descẽderunt oculi mei, qa nõ custodierunt
legem tuã.) Id est, ipsi oculi mei. Nã in quibusdam
codicib⁹ & hoc legitur, qa nõ custodiui legẽ tuam.
Descẽderunt ergo exitus aquarum.i. effusiones la-
chrymarũ. Et ea locutione qua dicere potuit, Mon-
tes descẽderunt pedes mei, & si nõ diceret p mõtes
uel in mõtes: ea locutione dicitur scalas descendit,
etsi nõ dicatur p scalas: aut piscinã descẽdit, etsi nõ
dicatur in piscinã. Et bene ait, descẽderunt, humili-
tate scilicet pœnitendi. Ascẽderunt.n. qñ per super-
biam contumacẽ erecti fuerant & elati: sursum.n.
sibi esse uidebantur, qñ ignorantes dei iustitiam cõ Rom.10.
stituere nolebant suam, in qua fatigati & legis p̃ua-
ricatione cõfusi, ab illa elatione descẽderunt flẽdo,
ut iustitiã dei potius impetrarent petẽdo. Sũt codi E
ces q nõ habent descẽderunt, sed trãsierunt,) tanq̃
exaggerãter diceret trãsisse se flendo fontes aquas,
ut hoc intelligamus exitus aquarum, plus fleuisse q̃
manant aquæ de suis exitib⁹. Cur aũt nõ custodita
lege sic fletur, nisi ut impetretur gratia q̃ pœnitẽtis
delet iniquitatẽ, & credentis adiuuat uoluntatem?

Concio uigesimaoctaua.

d Ixerat superius, q cãtat hũc psalmũ, Exitus
aquarũ descenderunt oculi mei, q̃m nõ cu
stodierunt legẽ tuam: ubi se multũ fleuisse
testatus est p̃uaricationẽ suã. Proinde uelut rationẽ
reddens, cur multum flere debuerit, & suũ grauiter
dolere peccatũ, Iustus es, inquit, dñe, & rectũ iudi- Zadic.
cium tuũ. Mãdasti iustitiam testimonia tua, & ueri X
tatẽ tuã ualde.) Hæc itaq̧ iustitia dei rectumq̧ iu-
diciũ & ueritas, omni est metuẽda peccanti. Hac.n.
dãnantur diuinitus quicunq̧ dãnantur, nec est oi-
no qui de sua dãnatione cõtra deum iustum recte
cõqueri possit. Inde fletus rectus est pœnitẽtis, q̃m
si cor eius impœnitens dãnaretur, iustissime utiq̧
dãnaretur. Sanẽ iustitiã dicit testimonia dei. Iustũ F
quippe se probat mãdando iustitiã. Est.n. hæc ueri
tas ut deus testimonijs talibus innotescat. Sed quid
est, qđ sequitur? Tabefecit me zelus meus.) Vel si-
cut alij codices habẽt, zelus tuus.) Habent nõnulli
ẽt dom⁹ tuę.) Et nõ tabefecit me, sed comedit me.)
Quod ex alio psalmo quantũ mihi uidet putandũ,
est emendandũ, ubi scriptũ est, Zel⁹ domus tuæ co Psal.68.
medit me: quod cõmemoratũ etiam in Euangelio Ioan.2.
nouimus. Simile tamẽ aliquid est tabefecit ei quod
ibi est comedit. Zelus autẽ meus quod plures codi
ces habent, nullam ingerit q̃stionem. Quid.n. mirũ
est, si zelo suo quisq̧ tabescit? Quòd uero habẽt ali-
qui, zelus tuus, significat hominẽ deo zelantẽ, non
sibi: sed nõ repugnat si ipse dicatur & meus. Nã qđ
aliud dicit Apl̃s, Aemulor.n. uos deo æmulatione 2.Cor.11.
dei? Nam dicendo, Aemulor uos, quid nisi æmula-
tionem demonstrat suam? Sed quia dixit deo.i. nõ
sibi sed deo, ideo addidit, æmulatione dei. Hanc
quippe suo spiritu fidelib⁹ suis inspirat deus: amo-
ris enim est, non liuoris. Nam quę fuit causa ut hoc
Apostolus diceret? Aptaui.n. uos, inquit, uni uiro,
uirginem castam exhibere Christo. Timeo autẽ ne

G sicut serpens Euā seduxit uersutia sua, sic & uestræ mentes corrūpantur à simplicitate & castitate, q est in Xpo. Comedebat .n. zelus domus dei, quā tamē zelabat Xpo nō sibi. Sponsus .n. sibi zela sponsam suam: amicus autē sponsi, nō eam sibi zelare debet sed sponso. Bonus ergo & huius intelligēdus est zelus. Causam nanq̃ subiungit & dicit: Quia obliti sunt uerbor tuor inimici mei.) Retribuebāt ergo mala ꝓ bonis, qm̄ zelabat illos deo iam uehemēter & ardēter, ut eo zelo tabefactū se diceret: Illi autem ob hoc in ipsum inimicitias exercebant: qa utiq̃ ut deū amarent uolebat, quos amādo zelabat. No ingratus .n. grāe dei, p quā fuerat ex inimico recōciliatus deo, etiā ipse suos diligebat inimicos, & eos zelabat deo, dolens & tabescens q essent uerborum dei eius obliti. Deinde cōsyderans ipsū i uerbis dei, qua flāma dilectionis arderet: Ignitū, inquit, eloquiū tuū ualde, & seru⁹ tu⁹ dilexit illud.) Merito zelabat in suis inimicis cor impœnitens, q fuerāt obliti uerbor dei. Ad hoc .n. flagrabat eos adducere, qd̄ ipse flagrātissime diligebat. Iunior ego sum, inquit, &

H contēptus, iustificationes tuas nō sum oblit⁹.) Nō sicut inimici mei, qui obliti sunt uerbor tuor. Videtur autē minor ætate nō oblitus iustificationes dei dolere ꝓ inimicis suis ætate maioribus, q obliti sunt. Nā qd est, iunior ego non sum oblitus, nisi illi maiores obliti sunt? νεώτερος est .n. Græcū, quod est etiam in illo loco ubi dictū est, In quo corrigit iunior uiā suā. Hoc autē nomē cōparatiuū est, & ideo

Gene.25. bene intelligitur i cōparatione maioris. Duos ergo populos hic agnoscamus, q etiā in Rebeccæ utero luctabant, qn̄ nō ex operibus sed ex uocante dictū

Rom 9. est ei, Maior seruiet minori. Sed contēptum se dicit

1.Cor.1. hic iunior, ideo factus est maior, qa ignobilia & cōtemptibilia mundi elegit deus, & ea q nō sunt tanq̄

Matt.20. sint, ut q sunt euacuentur: Et ecce sunt nouissimi q

Rom.10. erant primi, & primi qui erant nouissimi. Nec imerito obliti sunt uerbor dei, q suam iustitiam cōstituere uoluerunt ignorātes iustitiam dei, Iste autem iunior nō est oblitus, qa nō suam uoluit habere iustitiam, sed dei. De qua etiā nunc dicit, Iustitia tua iustitia in æternū, & lex tua ueritas. Quō .n. nō ueri

I tas lex, p quā cognitio peccati, & quæ testimonium

Roma.3. perhibet iustitiæ dei? Sic .n. dicit Aps, Iustitia dei manifestata est, testificata per legem & prophetas. Propter hanc passus est persecutionē iunior a maiore, ut diceret iunior quod sequitur, Tribulatio & necessitas inuenerunt me, mandata tua meditatio mea est.) Sæuiant, psequantur, dum tamē mādata dei nō relinquantur, & ex ipsis mandatis etiam qui sæuiunt diligantur. Iustitia testimonia tua in æternū, intellectū da mihi & uiuam.) Intellectū poscit iste iunior, quē si nō haberet, nō super seniores intelligeret, sed eū poscit in tribulatione & necessitate, quo intelligat q̄ sit contemnendū, qd̄ ei possint auferre psequentes inimici, à qbus se dicit esse contemptū ideo dixit, & uiuā, quia si eo usq̃ tribulatio necessitasq̃ puenerit, ut p inimicor persequentium manus uita ista finiat, uiuet in æternū, qui temporalibus p̄ponit iustitiam, q manet in æternū. Quę iustitia i tribulatione & necessitate martyria sunt dei, hoc est, testimonia, ꝓ qbus sunt martyres coronati.

Concio uicesimanona de eo quod sequitur, Exclamaui in toto corde, exaudi me domine & cætera.

Clamor ad dnm̄ qui fit ab orātib⁹, si sonitu K

c corporalis uocis fiat, non intento in dnm̄ corde, qs dubitet inaniter fieri? Si autē fiat corde, etiā silente corporis uoce, aliū quēlibet hominē pōt latere, nō deum. Siue ergo cū uoce carnis qn̄ id opus est, siue cū silentio ad deum cū oramus, corde clamandū est. Est aūt clamor cordis, magna cogitationis intentio. Quæ cū est in orone, magnū exprimit desyderātis & petēns affectū, ut nō desperet effectū. Tunc porrò in toto corde clamatur, qn̄ aliunde nō cogitat. Tales orationes raræ sunt multis, crebræ aūt paucis, omnia uero utrū cuiquā, nescio, Talē suam cōmemorat orationē, q cantat hūc psalmū dicēs, Clamaui in toto corde meo, exaudi me dn̄e.) Cuius aūt rei suus clamor pficiat, adiunxit, Iustificationes tuas exquirā.) Ad hoc ergo clamauit in toto corde suo, & hoc sibi desyderauit à dn̄o exaudiēte pstari, ut iustificationes eius exquirat. Proinde qd̄ ut faciamus iubet, ut exquiramus oratur. Quàm lōge est adhuc à faciente, q exquirit? Nō .n. est cōsequens ut q exquirit inueniat: aut qui inuenit, faciat. Nō aūt potest nisi inuenerit, facere, & nisi qsierit, inuenire. Sed magnā spem dn̄s Iesus dedit dicēdo, Quærite & inuenietis. Rursus autē dicit sapientia (quæ quid est nisi ipse?) Quærent me mali, & nō inuenient. Non ergo malis, sed bonis dictū est, Quærite & inuenietis: imo uero eis dictum est, qbus eodē loco paulo post, Si ergo uos, inquit, cū sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris. Quo igitur malis dicitur, Quærite & inuenietis: cū rursus dicat, Quærent me mali, & nō inuenient? An aliud eos dn̄s q sapientiam q̄rere uolebat, qn̄ eos inuenturos si quærerent promittebat? In ea quippe sunt oia, q ab eis qui beati esse cupiunt inquirenda sunt. Ibi ergo sunt, & iustificationes dei. Quapropter restat ut intelligamus, non oēs malos no inuenire sapientiam si qsierint, sed eos qui intantum sunt mali ut odirent eam. Sic .n. & dixit, Quærent me mali & nō inuenient me. Oderūt .n. sapientiā. Ideo ergo nō inueniunt, qa oderunt. Sed rursus si oderunt, quo q̄runt nisi quia nō eam q̄runt propter ipsam, sed propter aliquid quod mali amant, & ad hoc se facilius putant peruenturos per ipsam? Multi .n. sunt qui dicta sapientiæ studiosissime inquirunt, eamq̃ in doctrina, nō in uita uolūt habere, ut nō p mores quos iubet sapientia pueniant ad dei lucē, qd̄ est ipsa sapientia, sed p sermones quos habet sapientia perueniant ad hominū laudes, quod est uana gloria. Nō ergo sapientiam q̄runt, & qn̄ eam q̄runt, qa nō quærunt ipsam, alioquin uiuerent secundum ipsam, sed uolūt uerbis eius inflari. Et q̄to magis inflant, tāto magis efficiunt extra ipsam. Iste aūt hoc ipsum poscens à dn̄o quod eū iubet facere dn̄s, ut ipse in illo etiam quod imperat operetur, Deus est .n. qui operatur in nobis, & uelle & operari pro bona uoluntate, Clamaui, inquit, in toto corde meo exaudi me dn̄e, iustificationes tuas exquirā: utiq̃ faciēdas nō tantūmodo sciendas, ne similis fiam illi seruo duro, q etiam si intellexerit nō obaudiet. Clamaui, saluū me fac.) Vel sicut nōnulli codices hn̄t & Greci & Latini. Clamaui te, & saluū me fac.) Quid est clamaui te, nisi clamādo inuocaui te? Sed cū dixisset, saluū me fac, qd adiunxit? Vt custodiā testimonia tua.) Ne te .f. per infirmitatē negē. Salus quippe animę facit ut fiat quod faciendū esse cognoscitur,

Kuph. P

L

Matt.7.

Prouer.1.

Matth.7.

Sup eodē tract.1.

M

Philip.2.

A & usq; ad mortem corporis, si hoc flagitat extrema tentatio, pro testimonijs diuinorum ueritate certetur. Vbi aût nô est salus, succumbit infirmitas, & deseritur ueritas. Sed qđ sequitur habet aliqđ obscuritatis, quod aliqñ diutius exponendû est. Præueni intempesta nocte & clamaui.) Plures codices non habêt, intempesta nocte: sed Immaturitate.) Vix aût unus inuentus est, qui haberet geminatam præpositionem, id est, In immaturitate.) Immaturitas itaq; in hoc loco nocturnum tps est, quod nô est maturum. i. opportunum, ut agatur aliquid uigilãdo, quod & uulgo dici solet, hora importuna. Nox quoq; intempesta, id est, media, qñ quiescendum est, hinc ꝓculdubio nuncupata est, qa inopportuna est actionibus uigilantium. Tempestiuum. n. dixerunt ueteres opportunũ: & intempestiuũ, importunum, à tpe ducto uocabulo, nô ab illa tẽpestate, q̃ consuetudine Latinæ linguæ cœli pturbatio iam uocatur: quanquã isto uerbo libenter utũtur historici, ut dicant ea tẽpestate, quod uolũt eo tpe intelligi: & qđ ait locutor egregius, Vnde hæc tam clara repente tẽpestas, Non cœlũ nimbis uen-

B tisue turbatũ, sed magis subdita & splẽdida serenitate fulgidũ significauit hoc noĩe. Quod ergo Græce dictũ est, ἐν ἀωρίᾳ, non uno uerbo sed duobus. i. ꝓpositione & noĩe, hoc interpretes nři quidã dixerunt, intẽpesta nocte, Plures immaturitate, nô duobus uerbis, sed uno, cuius uocabuli noĩatiuus est immaturitas. Nõnulli uero in duob⁹ uerbis, sicut Græcus posuit, in immaturitate: ἀωρία qppe immaturitas est, ἐν ἀωρίᾳ, in immaturitate: tanq̃ si uellet & ille q dixit intẽpesta nocte, ꝓpositione dicere geminata, in intẽpesta, ut una ꝓpositio significet, in qua hora, altera ptineat ad cõpositionẽ nominis. Nihil sanè interest ad sniam, utrũ qs dicat egisse se aliqd gallicãtu, an in gallicãtu. Ita nihil interesset, utrũ in tẽpesta nocte, an uero in intempesta nocte. i. in nocte intẽpesta clamasse se diceret. Græcus tñ in nocte intẽpesta dixit, qđ idẽ ualet si dicaf, in immaturitate. i. in tpe nocturno & immaturo. Hactenus de obscuro uerbo fuerit disputatũ, nũc uideamus qs ipse sit sensus. Præueni, inqt, nocte intẽpesta, & clamaui, In uerbis tuis speraui.) Si hoc ad unumquem-

C que fideliũ referamus, & ad ꝓprietatẽ rei gestę, sæpe contingit, ut tali noctis tpe uigilet amor dei, & magno urgẽte orõnis affectu nô expectet, sed præueniatur, ꝗ post gallicantũ cõsueuit esse tps orandi: si aût accipiamus hoc totum seculum noctem, utiq; intẽpesta nocte clamamus ad deum, & praeuenimus maturitatẽ tpis, in quo nobis redditurus est

Psal. 94. quod ꝓmisit, sicut alibi legitur, Præueniamus faciem eius in cõfessione: quanquã si uelimus intelli-

Gala. 4. gere immaturum tps noctis huius anteqũ ueniffet plenitudo tpis, id est, ipsa maturitas, qñ xps manifestaretur in carne, nec tũc ecclesia tacuit, sed præueniens istam maturitatẽ ꝓphetando clamauit, & in uerbis dei sperauit potẽtis facere qđ promisit, ut

Gene. 12. in semine Abrahæ benedicerent oẽs gentes. Ipsa & quod sequitur dicit, Præuenerũt oculi mei ad ma-

Esai. 9. tutinum, ut meditarer eloqa tua.) Ponamus. n. matutinum, qñ qui sedebant in umbra mortis, lux orta est eis. Nõne in sanctis, qui prius erãt in terra ad hoc matutinum oculi ecclesiæ puenerunt, qa hoc futurum antea præuiderunt, ut meditarentur eloquia dei, q̃ tunc erãt & in lege ac ꝓphetis & hęc fu-

tura nunciabant? Vocem meã, inquit, exaudi dñe secundum misericordiam tuam, & secundum iudi- D cium tuum uiuifica me.) Prius. n. deus secundũ misericordiam aufert à peccatoribus pœnam, eisq; postea iustis scdm iudicium dabit uitam, quia nô frustra illi hoc ordine dicitur, Misericordiam & iudi- *Psal. 100* cium cantabo tibi dñe: quamuis & ipsum tps misericordiæ nô est sine iudicio, & econtra: de quo di- *1. Cor. 11.* cit Apls, Si. n. nosipsos iudicaremus, à dño non iudicaremur: cum iudicamur aût à dño corripimur, ne cum mundo damnemur. Et eius coapostolus, Tempus est, inquit, ut iudiciũ incipiat à domo do- *1. Pet. 4.* mini: & si initiũ a nobis, qualis finis erit eis qui nô credunt dñi Euangelio? Et ultimum tps iudicij nô erit sine misericordia, quia coronat te, ait Psalmus, *Psal. 102* in miseratione & misericordia. Iudiciũ aût sine mi- *Iacobi. 2.* sericordia, sed sinistris q non fecerũt misericordiã. Appropinquauerunt, inquit, psequentes me iniquitate.) Vel sicut nonnulli codices habêt, Inique.) Tunc appropinquant qui persequuntur, qñ usq; ad carnem cruciandã perimendamq; perueniunt. Vnde Psalmus uicesimusprimus, ubi passio dñi ꝓphetata est, Ne discedas, inqt, a me, qm tribulatio pro- E xima est: cum ea dicantur, q̃ nô imminente, sed iã præsente ipsa passione perpessus est, Sed ꝓximã dixit tribulationẽ, q̃ fiebat in carne. Nihil est quippe aiæ propius carne quam gestat. Propinquauerunt ergo psequentes, affligendo eoꝝ carnem quos persequebantur. Sed attende qđ sequitur, A lege autẽ tua longe facti sunt.) Quanto magis propinquauerunt psequendis iustis, tanto longe facti sunt à iustitia. Sed qđ nocuerunt eis qbus psequendo ꝓpinquauerunt, qñ interior est propinquatio dñi eoꝝ, à quo nullatenus deseruntur? Denique sequitur, Prope es tu dñe, & oẽs uiæ tuæ ueritas.) Etiam in tribulationibus suis, ꝗ eas nô immerito patiũtur, tribuere deo ueritatẽ, sanctoꝝ est usitata cõfessio. Ita regina Hester, ita sanctus Daniel, ita tres uiri in ca- *Hester. 14* mino, ita eoꝝ sanctitatis alij socij confitent. Quæri *Dani. 3.* aût potest qũo hic dictũ sit, Oẽs uiæ tuæ ueritas: cũ in alio Psalmo legatur, Vniuersæ uiæ dñi miseri- *Psal. 24.* cordia & ueritas. Sed erga sanctos & uniuersę uiæ dñi misericordia, & uniuersæ uiæ dñi ueritas: qa & in iudicando subuenit, atq; ita non deest misericor- F dia: & in miserando id exhibet qđ promisit, ne ueritas desit. Erga oẽs aût & quos liberat, & quos dãnat, oẽs uiæ dñi misericordia & ueritas, qa ubi non miseretur uindictæ ueritas exhibetur. Multos qppe immeritos liberat, immeritũ aût neminem dãnat. Ab initio cognoui, inqt, de testimonijs tuis, quia in æternum fundasti ea.) Quod Græcus ait, κατ' ἀρχάς, aliqui nři ab initio, aliqui initio, aliquiꝗ in initijs, interpretati sunt. Sed q pluraliter hoc dicere maluerunt, Græcã locutionem secuti sunt. Latinæ aût linguæ illud potius usitatũ est, ut ab initio uel initio dicatur, qm κατ' ἀρχάς Græce quasi pluraliter, sed aduerbialiter dicif, quale est apud nos cũ dicimus, aliâs hoc facio, pluralẽ numerũ fœminini generis dicere uidemur, sed aduerbiũ est, & significat alio tpe. Quid est, ergo ab initio cognoui, uel potiꝰ ut & nos aduerbialiter id dicamus, initio cognoui de testimonijs tuis, qa in ęternũ fundasti ea? Testimonia dñi i ęternũ ab illo dicit eẽ fundata, & hoc se initio cognouisse testaf, nec aliũde cognouisse q̃ de ipsis utiq; testimonijs. Quę sunt ista testimonia,

G nisi quibus testatus est deus daturū se regnū suis fi
lijs sempiternū? Et qa hoc in unigenito se daturum
Luc. 1. esse testatus est, de quo dictū est, Et regni eius non
erit finis: ipsa testimonia dixit in æternū esse funda
ta, qa id qd per eas deus ꝓmisit, æternū est. Nam ꝑ
se ipsa testimonia tūc nō erunt necessaria, qn̄ res ip
sa uidebitur, ꝑꝑ quam credendam nūc testimonia
requiruntur. Et ideo bene intelligitur dictū, funda
1. Cor. 3. sti ea, quia in xp̄o uera monstrantur. Fundamentū
enim aliud nemo potest ponere præter id qd posi-
tū est, qd est xp̄s Iesus. Vnde hoc ergo iste initio co
gnouit, nisi quia ecclesia loquit̃, q̄ terris non defuit
Gene. 4. ab initio generis humani, cuius primitiæ Abel san
ctus est, immolatus & ipse in testimoniū futuri san
guinis mediatoris ab impio fratre fundendi? Nā &
Gene. 2 illud ab initio dictum est, Erunt duo in carne una.
Ephe. 5. Quod magnum sacramentū Apostolus Paulus ex-
ponens, Ego inquit, dico in Christo & in ecclesia.

*Concio tricesima de uersu Psalmi, Vide humilita-
tem meam & eripe me, &c.*

Emo in xp̄i corpore cōstitutus à se alienā
n arbitretur esse hanc uocem: qm̄ reuera to-
H tum xp̄i corpus in hac humilitate positū
dicit, unde & psalmi hu⁹ incipit lectio, de qua nūc
Res disputare suscepimus. Vide humilitatē meam &
ר eripe me, qa legem tuam non sum oblitus.) Hoc lo
co nullam dei legē cōuenientius intelligimus, nisi
qua immobiliter fixum est, ut oīs qui se exaltat hu
Luc. 14. miliabitur: & oīs qui se humiliat, exaltab̃. Superbus er
& 8. go malis ut humilietur innectitur, humilis à malis
ut exaltet̃ eripitur. Iudica, inqt, iudicium meum,
& redime me.) Superior quodāmodo sn̄ia repetita
est. Quod.n. ait, Vide humilitatem meam: hoc est,
iudica iudicium meum: & quod ait, eripe me, hoc
est, & redime me: quod uero suprà dictū est, Quia
legem tuam non sum oblitus: huic congruit quod
infrà est, Propter eloquiū tuū uiuifica me.) Ipsum
enim eloquium est lex dei, quā non est oblitus ut
se exaltandus humiliaret. Ad ipsam uero exaltatio
nem pertinet qd ait uiuifica me, qa sanctoꝝ exalta-
tio uita æterna est. Longe est, inqt, à peccatoribus
salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt.)
Quis n. te discernit, ô tu q dixisti, Longe est a pecca
I toribus salus? Quis te discernit à peccatoribus, ut
non à te longe sit, sed tecū sit salus? Hoc te nempe
discernit, qa id qd isti non egerunt, ipse fecisti, hoc
1. Cor. 4 est, dei iustificationes exquisisti. Quid.n. habes qd
non accepisti? Nōnne tu es, qui pauloante dicebas,
Clamaui in toto corde meo, exaudi me dn̄e, iustifi
cationes tuas reqram? Ergo ab illo ad quē clama-
sti, ut eas exquireres accepisti. Ipse te igit̃ discernit
ab eis, à quibus ꝓpterea longe est salus, quia iustifica-
tiones dei non exquisierunt. Vidit hoc ēt ipse, Neq;
enim ego id uiderem, nisi in ipso uiderē, nisi in ip-
so essem. Corporis.n. xp̄i uerba ista sunt, cuius mē-
bra sumus, Vidit hoc, inquā, continuoq; subiecit:
Miserationes tuæ multę dn̄e.) Etiam hoc ergo qd
exqrimus iustificationes tuas, ꝑtinet ad miseratio-
nes tuas. Scd'm iudicium tuum uiuifica me.) No-
ui.n. quia & iudicium tuum sine tua miseratione
non erit sup me. Multi ꝑsequentes me & tribulan
tes me, à testimonijs tuis non declinaui.) Factū est
nouimus, recolimus, agnoscim⁹. Purpurata est uni
uersa terra sanguine martyrū, floret cœlū coronis
martyrū, ornatæ sunt ecclesiæ memorijs martyrū,
insignita sunt tp̄a natalibus martyrum, crebrescūt K
sanitates meritis martyrum. Vnde hoc, nisi qa im-
pletum est, quod prædictum est de homine isto to
to terrarū orbe diffuso, Multi ꝑsequentes me & tri-
bulantes me, à testimonijs tuis non declinaui? A-
gnoscimus, & gratias agimus dn̄o deo nostro. Tu
nanq; homo, tu in alio Psalmo, tu ipse dixisti, Nisi Psal. 123.
qa dn̄s erat in nobis, fortasse uiuos absorbuissent
nos. Ecce quare ab eius testimonijs nō declinasti,
& ad palmā supnæ uocationis inter manus multo
rum ꝑsequentium tribulantiumq; uenisti. Vidi, in
quit, insensatos & tabescebā.) Vel sicut alij codices
hn̄t, Vidi non obseruantes pactū.) Et hoc plures
hn̄t. Sed qui sunt q pactū nō obseruauerunt, nisi q
declinauerūt à testimonijs dei, tribulationes mul-
toꝝ persequentiū nō ferentes? Hoc est aūt pactū, ut
q uicerit coronet̃. Hoc pactum non obseruauerūt,
q persecutiones non tolerātes, à testimonijs dei ne
gando declinauerūt. Hos ergo iste uidit & tabesce-
bat, qa diligebat. Zelus.n. bonus est, de amore ue-
niens, non liuore. In quo.n. nō seruauerunt pactū,
secutus adiunxit, Quia eloquia tua non custodie
runt.) Ea quippe in tribulationibus negauerūt. Et L
cōmendat se iste differēs ab eis, ac dicit, Vide qm̄
mandata tua dilexi.) Non ait, eloquia uel testimo-
nia tua non negaui, qd martyres facere cogebant̃,
& non facientes intolerabilia patiebantur: sed hoc
dixit ubi fructus est oīum passionum, quia si tradi 1. Cor. 13.
dero corpus meū ut ardeam, charitatē autem non
habeam, nihil mihi ꝓdest. Hanc iste commendans
ait, Vide qm̄ mandata tua dilexi. Deniq; deinde po
stulauit præmium. Dn̄e in tua misericordia uiui-
fica me.) Isti mortificant, tu uiuifica. Sed si pręmiū
poscitur in misericordia, quod reddere debet iusti
tia, quanto magis impensa est misericordia ut ob-
tineretur cui præmium debet̃ ipsa uictoria? Prin-
cipium, inquit, uerboꝝ tuorum ueritas, in æternū
oīa iudicia iustitiæ tuæ.) A ueritate, inquit, tua uer
ba procedunt, & ideo ueracia sunt, & neminem fal
lunt quibus pręnunciatur uita iusto, pœna impio.
Hæc sunt quippe in æternum iudicia iustitiæ dei.

*Concio tricesimaprima, de uersu Psalmi, Principes
persecuti sunt me gratis: &c.*

Vas ꝑsecutiones à regib⁹ terræ corpus xp̄i, M
q hoc est, sancta ecclesia ꝑtulerit, nouimus:
Agnoscamus ergo hic ēt eius uerba dicen-
tis, Principes persecuti sunt me gratis, & à uerbis Schin
tuis formidauit cor meum.) Quid.n. Christiani læ ש
serant regna terrena, quanuis eis regna cœloꝝ pro
miserit rex eoꝝ? Quid, inquam, læserant regna ter-
rena? Nunquid eoꝝ rex milites suos prohibuit im-
pendere & exhibere q debentur regibus terræ? Nō-
ne de hoc sibi calumniam molientibus Iudæis ait,
Reddite Cęsari quę Cęsaris sunt, & deo q̄ dei sunt? Matt. 22.
Nōne tributū de ore piscis ēt ipse persoluit? Nōnne & 17.
præcursor eius militibus regni huius qd facere de-
berent pro æterna salute qrentibus non ait, Cingu
lum soluite, arma ꝓijcite, regē uestrum deserite, ut
possitis dn̄o militare: sed ait, Neminē cōcusseritis, Luc. 3.
nulli calumniā feceritis, sufficiat uobis stipēdiū ue
strū? Nōne unus militū eius & dilectissimus comes
eius, cōmilitonibus suis, & quodāmodo xp̄i ꝓuin-
cialibus dixit, Oīs aīa potestatib⁹ sublimiorib⁹ sub Rom. 13.
dita sit? Et paulo post ait, Reddite oīb⁹ debita: cui
tributū, tributū: cui uectigal, uectigal: cui timorē,
timorem:

A timorē:cui honorē,honorē: Nemini quicq̄ debea-
1. Tim. 2. tis,nisi ut inuicē diligatis.Nōne pceptis ut pro ipsis
etiā regib⁹ oraret ecclesia? Quid ergo eos Xpiani of
fenderūt? Qd' debitū nō reddiderunt? In quo Xpia
ni non sunt terrenis regibus obsecuti? Ergo terreni
reges Xpianos gratis psecuti sunt. Sed quod subie-
cit attende. Et à uerbis tuis formidauit cor meū.)
Habuerūt quidē & illi uerba minacia,expello,pro-
scribo,occido,singulis torqueo,ignibus torreo,be
stijs subigo,mēbra dilanio: sed tua me potı⁹ uerba
Matt. 10. terruerūt,Nolite timere eos q corp⁹ occidūt,& po-
stea nō habēt qd faciant,sed eū timete q habet po-
testatē,& corp⁹ & animā pdere in gehennā. Ab his
uerbis tuis formidauit cor meū. Et cōtempsi homi
nē persecutorē meum, & uici diabolum seductorē
meum.Deniq sequitur, Exultabo ego sup eloquia
tua, sicut q inuenit spolia multa.) Per ea uerba ui-
cit,à qbus formidauit. Victis.n.spolia detrahūtur,
sicut uictus & spoliatus est ille de quo dicitur i Euā
Matt. 12. gelio,Nemo intrat in domū fortis,ut uasa eius diri
piat,nisi prius alligauerit fortē. Sed spolia multa in
B uēta sunt,qn patientiā mirati martyrū,etiā q perse-
cuti sunt crediderunt: & q regē nostrū detrimentū
militum eius sunt damnificare moliti, ab illo sunt
insuper acquisiti. Quisquis ergo à uerbis dei, ne in
certamine uincat formidat, sup eadē uerba uictor
exultat. Nā ne putaremus,ex illa formidine odium
uerbor. dei potuisse surrepere, quāuis iam dixerit,
Exultaui sup eloquia tua, qd' utiq nō diceret si odi
ret ea;tn̄ adhuc addit & dicit, Iniustitiam odio ha
bui & abominatus sum,legē aūt tuā dilexi.)Nēpe à
uerbis eius illa formido nō fecit eorundē uerborū
odiū,sed integrā tenuit charitatē.Neq.n.lex dei nō
sunt uerba & eloquia dei? Absit ergo ut timore pe-
reat amor,ubi castus est timor.Sic prēs à filijs pijs &
timent & amant:sic pudica cōiunx uir, & timet ne
ab illo deserat,& amat ut fruat. Si ergo & pater hō,
& cōiunx hō,& timeri & amari debet,multo magis
Psal. 44. pr̄ nr̄ qui in cœlis est, & ipse sponsus, nō carne præ
filijs hominū,sed uirtute formosus.A quibus.n.di-
ligitur lex dei,nisi à qbus diligitur deus? Et qd hēt
bonis filijs triste lex patris? An qm̄ quē diligit corri
C pit,& flagellat omnē filium,quē recipit?At qui hęc
Heb. 12. iudicia respuit,promissa nō recipit. Paterna ergo iu
dicia laudent & in flagello, si promissa diligant in
pmio. Ita planè fecit iste q dicit, Septies in die lau-
daui te,super iudicia iustitiæ tuę.)Septies in die qd
ait, significat semper. Solet esse qppe iste numerus
uniuersitatis indiciū, pp̄ter quod sex dieb⁹ diuinæ
Gene. 2. operationis,septimus adiectus est quietis Et p septē
dies currētes & recurrētes,tēpora uniuersa uoluun
Prou. 24. tur.Nec ob aliud dictū est,Septies cadet iustus & re
surget.i.nō perit iustus modis omnib⁹ humiliatus,
sed nō puaricatus,alioquin non erit iustus. Nā pro
omni genere tribulationis, qua in cōspectu homi-
nū deijcitur, positum est septies cadit. Et pro eo q
ex ipsis oibus tribulationibus proficit, positū est,
resurget. Satis illustrat i eo libro cōsequens sententia
pcedentem. Ibi.n sequitur,Impij autē infirmabunt
in malis:hoc est uaq iusto septies cadere & resur-
gere,in omnibus malis nō infirmari. Merito igitur
septies i die laudauit ecclesia deū super iudicia iu-
1. Petri. 4 stitiæ ipsius, qa cū tempus esset ut iudicium incipe
ret à domo domini,in oibus tribulationib⁹ suis nō
infirmata,sed coronis martyr. glorificata est. Pax
Tonus octauus.

multa, inquit, diligentib⁹ legē tuam,& non est eis D
scandalū.) Vtrū ipsa lex diligentibus se scandalum
nō est,an diligentib⁹ eam nullū est undecunq scan
dalum?Sed utrunq rectè intelligitur.Qui.n.diligit
dei legē,etiam quod in ea nō intelligit honorat: Et
quod ei sonare uidet absurdè,se potius nō intellige
re,& aliqd magnū latere ibi iudicat.Ideo lex dei nō
est ei scandalū. Vt aūt nullum scandalum omnino
patiatur, nō sic homines sanctæ cuiusq pfessionis
attēdat,ut fides eius ex eor. moribus pēdeat, ne ali
quibus cadentib⁹ quos p magno habebat,ipse scā
dalo pereat, sed ipsam dei legē diligat, & erit ei pax
multa, nullumq scandalū. Securus.n.diligit eam,
in qua etiā si multi peccant, peccare ipse nō nouit.
Expectabam,inquit,salutare tuū dn̄e, & mādata
tua dilexi.) Quid.n.iustis profuisset, antiquis dei
dilexisse mādata,nisi eos Xps qui est dei salutare li-
berasset,cuius etiā spiritu impertito mādata dei di-
ligere potuerunt? Si ergo iusti antiqui expectabant
salutare dei,q mādata eius dilexerant: quanto ma-
gis necessarius erat Xps qui est Iesus,hoc est,saluta-
re dei salus faciendis eis, qui mandata eius non di E
lexerunt? Potest ista etiam sanctis istor. tempor.,ex Col. 3.
quo gratia reuelata Euāgelium pdicatur, cōgruere
prophetia. Expectant.n Xp̄m qui mandata dei dili
gunt, ut cū Xpi apparuerit uita nostra;tunc & nos
appareamus cū illo in gloria. Custodiuit,inquit,
anima mea testimonia tua,& dilexit ea ualde.) Vel
sicut nonnulli codices habent, dilexi.) Vt subau-
diatur anima mea. Custodiuntur testimonia dei,
dum nō negantur, Hoc est martyrū officium, quia
testimonia Græce martyria nuncupant. Sed qa pro
testimonijs dei etiā flāmis cōcremari sine charitate
nihil pdest,ideo addidit, & dilexit ea ualde. Supra 1. Cor. 13.
autē dixerat,mādata tua dilexi:deinde sequēti uer-
su, testimonia tua & custodiui & dilexi postea &
mādata tua & testimonia tua custodiui. Ait.n. Cu-
stodiui mādata tua & testimonia tua.) Qui.n.dili-
git,ipse ueraciter libēterq custodit. Plerūq.n.dum
mādata dei custodiuntur, fiunt inimici, cōtra quo
rū uoluntatē custodiuntur. Tūc uero fortiter & te-
stimonia custodienda sunt,ne psequētib⁹ inimicis
negent. Cū ergo se iste utrūq fecisse dixisset, deo tri F
buit unde fecit, adiungendo atq dicendo, Quia
omnes uiæ meæ in cōspectu tuo dn̄e.) Ideo, inquit,
custodiui mādata tua & testimonia tua qa omnes
uię meę in cōspectu tuo, Tanq̄ diceret,Si auertisses
à me faciē tuam, fierē conturbatus,nec tua manda
ta & testimonia custodirē. Custodiui ergo, qa oēs
uiæ meę in cōspectu tuo Propitio qppe & adiuuā-
te cōspectu uoluit intelligi deū uidere uias suas,si-
cut orauit q dixit,Ne auertas faciem tuam à me. Nā Psal. 26.
utiq facies dn̄i est & super facientes mala,sed ut per Psal. 33.
dat de terra memoriam eorū. Non sic profectò iste
dixit uias suas ab illo uideri, sed sicut nouit domi-
nus uias iustor.,& sicut ait Moysi,Scio te prę omni Exo. 33.
bus. Nā si hoc eum nō adiuuaret gradientē,q eius
uiæ oēs sunt in conspectu dei,nō diceret ideo se cu
stodisse mandata & testimonia eius,qa oēs uiæ suę
sunt in conspectu domini. Nouit.n. audire, Seruite Psal. 2.
dn̄o in timore,& exultate ei cū tremore:apprehen-
dite disciplinam nequādo irascatur dn̄s,& pereatis
de uia iusta:quia nisi in cōspectu dn̄i esset,uia iusta
nō esset Nā hunc timorē & tremorē Apls ei ta Pau-
lus imponit eis qbus dicit, Cum timore & tremore Philip. 2.

G uestram ipsorum salutẽ operamini. Et cur hoc dixerit
aperiens, Deus est.n.inquit, qui operatur in uobis,
& uelle & operari pro bona uoluntate. Ad hoc sunt
ergo in cõspectu dñi uiæ iustorũ, ut dirigat gressus
eorum, quoniam ipsę sunt uię dñi, de quibus scriptum est in
Prou.4. Prouerbijs, Vias aũt quæ à dextris sunt nouit dñs, Per-
uersæ sunt aũt, inquit, quæ à sinistris sunt, ut intellige-
remus, quod eas nõ nouerit dñs, propter quod peruersis
Matt.7. dicturus est, Nõ noui uos. Porrò ut ostenderet quo
fructu uias, quæ à dextris sunt.i.iustorũ nouerit dñs,
Prouer.3. continuo subiecit, Ipse.n. rectos faciet cursus tuos,
& itinera tua in pace producet. Ecce quare ait etiam
iste, Custodiui mãdata tua & testimonia tua. Et ue
lut quæreremus hoc unde potuerit, quia oẽs, inquit,
uiæ meæ in conspectu tuo domine.

Concio 32. de uersu Psalmi, Appropinquet oratio mea in conspectu tuo domine &c.

Ocẽ nunc orantis audiamus, Quoniam quis oret
u forte nouimus, & nosipsos si reprobi nõ su
Tau. mus, in mẽbris huius orantis agnoscimus,
ח Appropinquet oratio mea in cõspectu tuo dñe.)
Id est, oratio mea quæ fit in cõspectu tuo appropinquet
H tibi. Prope est.n. dominus his, qui obtriuerunt cor.
Secundũ eloquium tuũ da mihi intellectũ,) Pro-
missum petit. Nam hoc ait secundũ eloquium tuũ:
tanquam diceret, secundũ promissum tuũ. Promisit.n.
Psal.31. hoc dñs, ubi ait, Intellectum dabo tibi. Intret po-
stulatio mea in conspectu tuo dñe, secundum elo-
quium tuũ eripe me.) Repetit quodãmodo quod
petiuit. Nã quod prius dixerat, Appropinquet ora-
tio mea in conspectu tuo dñe: huic simile est quod
ait posterius, intret postulatio mea in cõspectu tuo
dñe: & quod prius, secundũ eloquium tuũ da mihi
intellectum: huic congruit quod posterius, secun-
dum eloquium tuũ eripe me. Accipiendo quippe in
tellectum eripitur, qui per seipsum nõ intelligendo
decipitur. Eructabunt, inquit, labia mea hymnũ,
cũ docueris me iustificationes tuas.) Nouimus quẽ
admodũ doceat eos deus, qui sunt docibiles deo:
Ioan.6. Omnis.n. qui audiuit à patre & didicit, uenit ad eũ
Roma.4. qui iustificat impiũ, ut nõ solum memoria retinen
do, uerumetiam faciendo custodiat iustificationes
1.Cor.1. dei. Sic.n. qui gloriatur, nõ in seipso sed in dño glo-
I rietur, hymnusque eructatur. Sed iam quia didicit &
laudauit doctorẽ deum, deinde uult docere. Pro-
nunciabit, inquit, lingua mea eloquia tua, quia oia
mandata tua iudicia.) Cũ hæc se pronunciaturũ
dicit, utique minister fit uerbi. Quãuis n. deus doceat
Rom.10. intrinsecus, tamen fides ex auditu est. Et quõ audi-
1.Cor.3. unt nisi a prædicante? Neque n. quia deus dat incremen
tum, ideo nõ est plantandũ neque rigandum? Scit.n.
quæ pericula secutura sint à contradicentibus & perse-
quentibus, cũ fuerit pronunciator eloquiorũ dei,
propter quod adiunxit, Fiat manus tua ut saluum
me facias, quia mãdata tua elegi.) Vt nõ timerẽ, nec
solum ne cor meum timeret, sed lingua etiam pro-
nunciaret eloquia tua, mãdata tua elegi, timoremque
amore cõpressi. Fiat ergo manus tua ut saluum me
de manu facias aliena. Sic autẽ deus saluos marty-
Psal.59. res fecit, cũ eos in anima nõ permisit occidi. Nã se-
cundũ carnẽ uana salus hominis. Potest & sic acci-
pi, fiat manus tua: ut manus dei Xp̃s intelligatur,
Esa.53. iuxta illud Esaiæ, Et brachium domini cui reuela-
Roma.1. tum est? Nõ.n. erat factus unigenitus, cũ per eum fa
cta sint omnia, sed factus est ex semine Dauid, ut es-
set Iesus.i. saluator qui iam erat creator. Sed cũ fami K
liare sit scripturæ, fiat manus tua: & facta est manus
domini: nescio utrũ possit hic sensus in eis locis oi-
bus obtineri. Sanẽ ubi audimus, quod sequitur, Cõ-
cupiui salutare tuũ dñe.) Etiam nolentibus omni-
bus inimicis salutare dei nobis Xp̃s occurrat. Ipsum
se concupisse iusti antiqui ueracissime cõfitentur,
Ipsum concupiuit ecclesia uenturũ de uisceribus ma
tris, Ipsum cõcupiscit ecclesia uenturũ ad dexteram
patris. Subiungitur autẽ huic sententiæ, Et lex tua
meditatio mea est.) Quia lex perhibet testimoniũ Rom.10.
Xp̃o. Sed in hac fide cũ corde creditur ad iustitiam, Psal.2.
ore autẽ confessio fit ad salutẽ, fremant gentes, po-
puli meditentur inania, occidatur certe caro dum
prædicat te. Viuet anima mea & laudabit te, & iudi-
cia tua adiuuabunt me.) Iudicia quippe illa sunt, quæ
tẽpus erat ut inciperẽt à domo domini, Sed adiuua
bunt me, inquit. Et quis nõ uideat, quantũ adiuue 1.Petri.4
rit ecclesiã sanguis ecclesiæ quãta ex illa semente se
ges toto orbe surrexerit? Nouissime prorsus aperit
te, & quæ persona per totũ psalmũ loquebatur ostendit.
Erraui, inquit, sicut ouis perdita, quære seruum tuũ L
quia mãdata tua nõ sum oblitus.) Nõnulli codices
nõ habent quære, sed uiuifica.) Vna quippe syllaba in
terest, qua inter se in Græco distant ζῆσον & ζήτησον,
unde & ipsi codices Græci uariant. Sed quodlibet
horum sit, ouis perdita quæratur, ouis perdita † uiuificetur, †al mor-
propter quã pastor eius nonagintanouẽ dimisit in tua.
mõtibus, & eam quærens, Iudaicis laceratus est uepri- Matt.18.
bus. Sed adhuc quæritur, adhuc quæratur, ex parte inuen Luc.15.
ta adhuc quæratur. Ex ea namque parte qua dicit iste, mã
data tua non sum oblitus, inuenta est: sed per eos qui
mãdata dei eligunt, colligunt, diligunt, adhuc quæri-
tur, & per sui pastoris sanguinẽ fusum atque dispersum
in omnibus gentibus inuenitur. Vt potui quantũ Apologia
à dño adiutus sum, psalmũ istum magnum pertra- Augu. de
ctaui & exposui, Quod profecto melius sapientio- expõne.
res, doctioresque fecerunt, siue facturi sunt. Nec ideo Psal.118.
tamen ei nostrũ deesse debuit ministeriũ, maxime
id de me flagitantibus fratribus, quibus sum debitor
huius officij. Quod autẽ de alphabeto Hebręo, ubi Sup. eodẽ
octoni uersus singulis subiacent literis, atque ita psal Tract.22.
mus totus contexitur, nihil dixi, nõ sit mirum, quoniam M
nihil quod ad istud proprie pertineret inueni. Nõ.n.
solus habet has literas. Illud sanẽ sciant qui hoc in
Græca & Latina scriptura, quoniam nõ illic seruatum est,
inuenire nõ possunt, omnes octonos uersus in He-
braicis codicibus ab ea quæ illis præponitur litera in-
cipere, sicut nobis ab eis qui illas nouerunt literas,
indicatum est. Quod multo diligentius factũ est, quam
nostri uel Latine uel Punice, quos abecedarios uo-
cant psalmos, facere cõsueuerunt. Nõ.n. omnes uer
sus donec claudatur periodus, sed solos primos ab
eadem litera incipiunt, quam preponunt.

Enarratio in Psalmũ 119. qui est primus Cantici graduũ.

Reuis psalmus & ualde utilis ad cantandũ
b nobis, quẽ modo nobis cantatũ audiuimus,
& cantãdo respõdimus. Non diu laborabi-
tis in audiendo, nec infructuose laborabitis in ope
rando. Est.n sicut eius titulus prænotatur Canti-
cum graduũ) Græce scriptũ est, ἀναβαθμῶν. Gradus
uel descendentiũ sunt uel ascendentiũ. Sed gradus
qui modo in his psalmis positi sunt, ascẽdẽtes signi-
ficant. Intelligamus ergo tanquam ascensuri, nec ascen-
siones pedibus corporalibus quæramus: sed sicut in alio

A psalmo scriptũ est, Ascensiones in corde eius dispo
Psal. 83 suit, in conualle plorationis in locũ quẽ disposuit.
Dixit ascẽsiones, Vbi? Id est, in corde, Vnde? A con-
ualle plorationis. Et iã quò ascẽdat tanq̃ deficit ser
mo humanus, nec explicari põt, forte nec cogitari.
1. Cor. 2. Audistis modo cũ Apls legeretur, Quod oculus nõ
uidst, nec auris audiuit, nec in cor hois ascendit. In
cor hois non ascendit, cor hominis illuc ascendat.
Ergo qa oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in
cor hois ascendit, q̃uo dici posset, quò ascendendũ
Psal. 83 est? Ideo cũ dici non posit: ait, In locũ quem dispo
suit. Quid tibi plus dicturus sum? Ait huino p quẽ
spũs sanctus loquebatur in locum talem. Ad locũ
talẽ quicquid dixero, terrenũ cogitas, homo repis,
Sapi 9. carnẽ portas, corpus qđ corrumpitur aggrauat ani
mam, & deprimit terrena inhabitatio sensum mul-
ta cogitantẽ? Cui loquar? Quis auditurus est? Quis
capiet? Vbi erimus post hãc uitã, si in corde ascẽde
rimus? Quia ergo nemo sperat aliquẽ ineffabilem
beatitudinis locũ, quẽ sibi disposuit q ascensiones
Psal. 83 etiã in corde suo disposuit: sed ubi? In cõualle plo-
rationis. Cõuallis humilitatẽ significat, mons cel-
B situdinẽ significat. Est mõs quo ascẽdamus, spirita
lis q̃dam celsitudo: Et qs est iste mons quò ascẽdi-
mus, nisi dñs Iesus xp̃s? Ipse tibi fecit patiẽdo con-
uallẽ plorationis, q fecit manẽdo montẽ ascensio-
Ioan. 1 nis. Quid est uallis plorationis? Verbũ caro factum
est, & habitauit in nobis. Quid est uallis ploratio-
Mat 5 nis? Præbuit pcutienti se maxillã, saturatus est op-
Matt. 27. probrijs. Quid est uallis plorationis? Colaphizatus
est, sputis illitus, spinis coronat᷑, crucifixus est. Hęc
est uallis plorationis, unde tibi ascẽdendũ est Sed
Ioan. 1. quò ascendendũ est? In principio erat uerbũ, & uer
bũ erat apud deũ, & deus erat uerbũ. Ipsum n. uer-
bũ caro factũ est, & habitauit in nobis Sic descen-
dit ad te, ut maneret in se. Descẽdit ad te, ut fieret ti
bi cõuallis plorationis: mãsit in se, ut esset tibi mõs
Esa. 2. ascensionis Erit, inq̃t Esaias, in nouissimis diebus
manifestus mõs domus dñi, paratus in cacumine
montiũ. Ecce quò ascendẽdũ est: sed noli aliqd ter
renum cogitare, nec qa montẽ audisti, alta q̃dã co
gites terrę: nec cũ eũ saxum audis aut petrã, aliqua
duritia à te intelligaĩ: nec cũ audis leonẽ, cogites
C feritatẽ: nec cũ audis agnũ cogites pecus. Nihil ho-
1. Cor. 10 rum est in se, & oia factus est pro te. Hinc ergo ascẽ
Apo. 7. dendum est, illuc ascendendũ, ab exẽplo ipsius ad
id diuinitatẽ ipsius. Exemplum. n. tibi fecit humi-
liando se. Nã qui nolebant à conualle plorationis
ascẽdere, cõpressi sunt ab ipso. Pręproperẽ. n. uole-
bant hic ascensum, honores altos cogitabãt, uiam
humilitatis nõ cognoscebãt. Intelligat charitas ue-
Mat. 10. stra qđ dico, Duos discipulos uoluisse ad latera do
mini, unũ ad dexterã, alterũ ad sinistram sedere. Vi
dit eos dñs præproperè, & p̃postere de honoribus
cogitare, cũ prius discere deberẽt humiliari ut exal
tarentur, & ait eis dñs, Potestis bibere calicẽ quem
ego bibiturus sum? Ipse. n. in cõualle plorationis bi
biturus erat calicẽ passionis: illi aũt nõ attẽdentes
humilitatẽ xp̃i, comprehendere uolebant altitudi
nem xp̃i. Reuocauit illos adiurã tanquã aberrãtes,
non ut negaret illis qđ uellent, sed ut oñderet quã
uenirent. Itaq; frẽs mei hunc psalmum ascensionis
cantemus ascensum in corde, qa ut ascendamus de
Gene. 28. scensum est ad nos. Nã uidit scalas Iacob, & in ipsis
scalis demonstrati sunt ei ascendentes & descendẽ-
tes. Vtrunq; uidit. Possumus putare ascendentes, ui D
ros ꝓficientes: descendentes, deficientes: qa & reue
ra inuenimus hoc in pp̃lo dei, alij ꝓficiunt, alij defi
ciunt. Poterant istos significare illæ scalæ, sed for- De spe
te melius intelligunĩ oẽs boni in illis scalis, ascen- ser. 79.
dentes & descẽdentes. Non. n. frustra non dictum
est, cadentes, sed descẽdentes Multũ aũt interest in
ter descẽdere & cadere. Nã quia cecidit Adam, ideo
descendit xp̃s. Ille cecidit, ille descendit. Ille cecidit Gene. 3.
superbia, ille descendit misericordia. Non autẽ ipse
solus descendit, equidẽ de cœlo ipse solus descen-
dit, sed multi imitãtes eũ sancti descendũt ad nos,
& descenderunt ad nos. Nã in quadam altitudine
cordis habitabat Apostolus cũ diceret, Siue. n. mẽ 2. Cor. 5
te excessimus deo. Iam qđ mente excesserat, deo ex-
cesserat. Excedens. n. mente oẽm humanã fragilita
tem, oẽm seculi temporalitatem, omnia quæcunq;
nascendo & occidẽdo euanescũt transeũtia, hic ha
bitabat corde in quadã ineffabili cõtemplatione
quantũ poterat, de qua dicit q audiuit ineffabilia 2. Cor. 12
uerba q̃ non licet homini loq, sed tibi illa loq non
posset. Ipse aũt uidere illa utcunq; posset, q̃ tibi loq
nõ posset. Itaq; si semp manere uellet in eo qđ uide- E
bat, & loq non poterat, te non leuaret ubi & tu pos
ses uidere. Quid aũt fecit? Descẽdit. Nã ubi ait, Siue 2. Cor. 5
enim mẽte excessimus deo: ibi statim addidit, siue
tẽperantes sumus uobis. Quid est temperantes su-
mus? Sic loqmur ut capere positis, qa & xp̃s talem
se fecit nascẽdo & patiẽdo, ut possent de illo hoies
loqui, Quia de hoie homo facile loquiĩ. De deo ho
mo qñ loquitur sic, q̃uo deus est? Homo autem de
hoie facile loquitur. Vt ergo magni descenderẽt ad
paruos, & non illis tñ loquerentur nisi magnũ, ipse
q magnus erat, factus est paruus, ut de illo magni
paruis loquerenĩ. Audistis modo qđ dico cũ Apo-
stolus legereĩ, Ipse autẽ uidere illa utcunq; posset, q̃
tibi loq non posset, si aurib᷑ aduertistis. Dixit hoc, 1. Cor. 3
Non potui uobis loq quasi spiritalibus, sed quasi
carnalibus Ergo spiritalib᷑ in excelsis loqtur, car-
nalibus aũt ut loquaĩ descendit. Nã ut sciatis qa cũ
descẽdit, de illo q descẽdit loquiĩ. Ecce Ioãnes ma-
nentem in se loquiĩ, In principio erat uerbũ, & uer Ioan. 1
bũ erat apud deũ, & deus erat uerbum, hoc erat in
principio apud deũ, Oia p ipsum facta sunt, & sine F
ipso factũ est nihil. Cape si potes, arripe, cibus est.
Sed dicturus es mihi. Ille qdem cib᷑ est, sed ego in-
fans sum, lactãdus sum, ut idoneus fieri possim ad
manducandũ cibũ. Ergo qa tu lacte nutriẽdus es,
ille aũt cibus est, ipse cibus p carnẽ tibi traiect᷑ est
ad fauces. Q̃uo ergo cibũ mater comedit, ut p car- 1 Cor. 3
nẽ traijciat ad infantẽ lactentẽ lac factum: sic cib᷑
angelorũ dñs uerbũ caro factũ est, & factus est lac. Ioan. 1
Et dicit Apls, Lac uobis potũ dedi, nõ escam, non- 1. Cor. 3
dum. n. poteratis, sed nec adhuc qdem potestis. Er-
go dando lac descẽdit ad paruulos, & qa descẽdit,
descendentẽ dedit. Ait. n. Nunquid dixi me aliquid
inter uos scire, nisi Iesum xp̃m & hunc crucifixũ?
Quia si diceret tñ Iesum Christum, est Iesus Chri-
stus etiam scđm diuinitatem, scđm id qđ erat uer-
bum apud deũ filius dei Iesus xp̃s: sed hunc, id est, Ioan. 1.
hoc modo dictum, paruuli non capiunt. Q̃uo er-
go capiunt, qui lac capiunt? Iesum xp̃m, inquit, &
hunc crucifixũ. Suge qđ pro te factus est, & cresces
ad id qđ est. Sunt ergo & ascendentes & descẽden-
tes. In illis scalis & ascendẽtes sunt, & descẽdentes. Gene.

G Ascendentes qui sunt? Qui ꝓficiunt ad intellectum spiritaliũ. Descendentes, qui sunt? Qui quãuis quãtum hoĩes possunt fruant intelligentia spiritalium, tñ descendunt ad paruulos ut talia eis dicant qualia pñt capere, & lacte nutrıti possint idonei fieri &

1.Cor.3. ualidi ad capiendũ cibum spiritalẽ. Esaias, frẽs, et ipse ad nos de descendentibus fuit: nam & ipsi gradus eius descẽdẽtes apparent. Cum.n. diceret de

Esa.11. spiritusancto, Requiescet, inqt, super eũ spũs sapientiæ & intellectus, spũs consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris dñi: a sapientia cœpit, & usq ad timorẽ descendit. Quõ ille qui docebat à sapiẽtia descendit usq ad timorem, tu q discis & ꝓficis, à timore ascende ad sapientiã. Scriptum est.n. Initium sapientiæ timor dñi. Iam

Psal.110 ergo Psalmũ audite. Ecce ante oculos nostros ponamus ascensurũ hoiem. Vbi ascensurum? In corde. Vnde ascensurũ? Ab humilitate, id est, à conual-

Psal.83. le plorationis, in locũ quẽ disposuit. Quò ascensurum? Ad illud ineffabile, qđ cũ dici non posset, dictum est, in locũ quẽ disposuit. Cum ergo sic homo cœpit disponere ascensum, hoc dico aptius, cũ

H cœpit hõ xpianus cogitare ꝓficere, incipit pati linguas aduersantiũ. Quicunq illas nondũ passus est, nondũ ꝓficit: qcunq illas non patit, nec conat ꝓficere. Vult nosse qđ dicamus? imò qđ audiam⁹ si ex periatur. Incipiat ꝓficere, incipiat uelle ascendere, uelle contẽnere terrena, fragilia, tpalia, fœlicitatem seculi pro nihilo hře, deum solũ cogitare, lucris nõ gaudere, damnis non contabescere, omnia etiã sua uelle uendere & pauperibus tribuere, & sequi xpm. Videamus quemadmodũ patiatur linguas retrahẽtium & multa cõtradicentiũ, & quod est grauius, quasi consulendo à salute auertentiũ. Qui.n. cõsulit alicui, ad salutem consulit, ad id qđ prodest consulit: ille aũt quasi consulens retrahit a salute. Quia ergo uidet habere palliũ cõsulentis, & hẽt uenenũ pimentis, lingua dolosa dicta est. Ascensurus ergo cõtra ipsas linguas, primo deum deprecatur: ait.n.

Expositio Psalmi.

D te dñe cum tribularer clamaui, & exau-

a disti me.) Vnde illũ exaudiuit? Vt iã consti tueret eũ ad gradus ascẽndendi. Et qa iam

I ascensurus est, exauditus quid orat? Dñe erue animam meam a labijs iniustis, & a lingua dolosa.) Quæ est lingua dolosa? Subdola, habens imaginẽ cõsulendi, & pniciem nocendi. Ipsi sunt q dicunt. Et tu hoc facturus es, qđ nemo fecit? & tu solus eris xpianus? Et si ostenderit alios hoc facere, & legerit euangeliũ ubi pcepit dñs hoc fieri, & legerit Actus apostolor, illi quid dicunt in lingua subdola & la bijs iniquis? Nõ poteris forte implere, multũ est qđ aggrederis. Alij ꝓhibendo deterrent, alij laudando plus premunt. Quia.n. talis est uita q iam occupauit mundum, tanta authoritas xpi est, ut reprehendere iam xpm, nec paganus audeat: legitur ille qui

Matt.19. reprehendi non potest, quia dixit, Vade uende oĩa q habes, & distribue pauperib⁹, & sequere me. xpo contradici non põt, euangelio contradici non potest, reprehendi xps non potest, conuertit se lingua dolosa ad laudem ꝓhibentem. Si laudas, hortare. Quare laudando premis? Melius est ut tu uituperares, q dolose laudares. Quid.n. diceres uituperãdo? Absit, Fœda uita est ista, mala uita est. Sed quia nosti cũ hęc dixeris, prenu te posse authoritate euange-

lica, conuertis te ad aliud dissuadẽdi genus, ut laudando falsò, me à uera laude ꝓhibeas, imò laudando xpm, à xpo prohibeas dicẽs. Quid est hoc? Ecce illi fecerũt, forte tu non poteris. Incipis ascẽdere, ca dis. Mõnere uidetur, serpẽs est, dolosa lingua est, ue nenũ habet. Roga contra illã; si nis ascẽdere, & dic deo tuo, Dñe, erue aĩam meam à labijs iniustis, & à lingua dolosa. Et dicit tibi dñs tuus, Quid dabit K tibi, aut quid apponetur tibi ad linguã dolosam?) Id est, quod habeas aduersus linguã dolosam, qđ apponas linguæ dolosæ, quo te munias aduersus linguam dolosam, qđ tibi dabitur, aut quid apponetur tibi? Interrogauit exercens. Nã ipse dicturus est qđ interrogat. Respondit.n. sibijciẽs sibi interrogati, Sagittę potentis acutæ, cũ carbonibus desolatorijs, uel uastatorib⁹.) Siue desolatorijs dicas, siue uastatorib⁹ dicas, nã in diuersis codicib⁹ diuerse scriptũ, idẽ significat. Videte, Vastatores carbones dñr, qa uastando & desolando ad desolationẽ facile perducunt. Qui sunt isti carbones? Intelligat charitas uestra primo q sint sagittę. Sagittę potẽtis acutæ, uerba dei sunt. Ecce iaciunt & trãsfigũt cor da: sed cũ trãsfixa fuerint corda sagittis uerbi dei, L. amor excitat, nõ interitus cõparatur, Nouit dñs sagittare ad amorẽ: & nemo pulchri⁹ sagittat ad amo sem, q q uere uerbo sagittat: imò sagittat cor amantis, ut adiuuet amantẽ, sagittat ut faciat amantẽ. Sagittæ aũt sunt cũ agimus uerbis. Carbones aũt uastatores, q sunt? Parũ est uerbis agere cõtra linguã subdolã & labia iniqua: parũ est uerbis agere, & exẽplis agendũ est. Exẽpla sunt carbones uastatores. Et quare uastatores dñr? breuiter accipiat charitas ura: primo quo exẽplis agẽdum sit, uidete. Lingua subdola nihil sic nouit dicere, quo magis subdola est, nisi, Vide ne posis implere, multũ est ad te hoc aggredi. Accepisti tu pceptũ euãgelicũ, habes sagittã, sed carbones nondũ hẽs. Timendũ est ne sagitta sola nõ ualeat aduersus linguã dolosam. Sunt & carbones ntputa incipit.n. tibi dicere deus, Tu nõ potes? quare ille põt? quare alter potuit? Nunqd tu delicatior es illo senatore? nunqd tu infirmior es illo senatore? Nunqd tu infirmior es illo aut illo in na letudine? nunqd tu infirmior es fœminis? Fœminę potuerũt, uiri non pñt? delicati diuites potuerunt, M paupes nõ pñt? Sed ego, inqt, multũ peccaui, & multũ peccator sum. Numerant ẽt q multum peccauerunt, & eo ampli⁹ amauerũt, quo plura illis dimissa sunt pctã. Quo dictum est in Euãgelio? Cui modicũ dimittit, modicũ diligit, [cui uero plurimũ, plurimum diligit.] Cũ ergo fuerint ista enumerata, & Luc.7. nominatim dicti fuerint hoies q potuerunt, ille accepta sagitta in corde accedẽtibus ẽt carbonibus desolatorijs, desolatur in illo cogitatio terrena. Quid est.n. desolatur? Ad desolationem pducitur. Erant aũt in illo multa q male fronduerant, multæ carnales cogitationes, seculares multi amores. Ipsi uruni carbonib⁹ uastatorijs, ut fiat purus loc⁹ desolat⁹, in cuius loci puritate faciat deus ædificiũ suũ, qa facta erat ibi ruina diaboli, & ædificat ibi xps: nã quandiu manet ibi diabolus, non põt ædificari xps Accedũt carbones desolatorij, & deijciũt qđ male fuerat ædificatũ, & desolato loco accedit instructor fœlicitatis ppetuę. Videte ergo quare dicti sunt carbones? Quia qui se cõuertunt ad dñm, de mortuis reuiuiscunt. Carbones autem quando

A accenduntur, anteꝗ accenderentur extincti erant.
Nā extincti carbones mortui dñr, adenres uiuū ap-
pellantur. Exempla ergo multoꝝ iniquoꝝ qui con
uersi sunt ad dñm, carbones dicti sunt. Audis ho-
mines mirari & dicere, Ego illum noui, ꝗ ebriosus
fuit, ꝗ scelerat⁹, qualis amator circi, aut amphithea-
tri, qualis fraudator, modo quō deo seruit, ꝗ inno-
cens factus est? Noli mirari, carbo est, Viuum gau-
des, quem extinctum plangebas. Sed qñ laudas ui-
uum, si nosti laudare, adhibe illū mortuo ut accē-
datur, id est, quicūꝗ adhuc piger est sequi deū, ad-
moue illi carbonē qui erat extinctus, & habeto sa-
gittā uerbi dei, & carbonē uastatorē, ut occurras la
bijs iniquis & linguæ subdolæ. Quid sequitur? Ac-
cepit iste sagittas ardētes, accipiat carbones uasta-
tores. Iā repulit linguā subdolā & labia iniqua, iā
ascēdit gradū, incipit ꝓficere, sed adhuc uiuit iter
malos, & iter iniquos, nondū est area uentilata. Pu
ta qa triticū factū est, nunqd iā in horreo ē? Adhuc
necesse est multa palea ꝓmatur: & quantū proficit,
tm̄ uidet maiora scandala in populo: nam si non
proficiat, nō uidet iniquitates: si nō sit uerax xp̄ia-
B nus, non uidet fictos. Etenim fratres & de illa similitu
dine hoc nos docet dñs, & de frumentis & de ziza-
Matt. 13. nijs. Cum aūt creuisset herba & fructū fecisset, tūc
apparuerunt & zizania, id est, quia nulli homini ap
parent mali, nisi factus fuerit ipse bonus, quia cum
creuisset herba & fructū fecisset, tūc apparuerūt zi-
zania. Iā ergo iste cœpit ꝓficere, & cœpit uidere ma
los, & multa mala ꝗ ante nō nouerat, & clamat ad
deum, Heu me qđ incolatus meus longinquus fa
ctus est.) Multū à te recessi, peregrinatio mea facta
est lōginqua. Nondū ueni in patriā illā, ubi cū nul-
lo malo uicturus sum: nondū ueni in illā societatē
angeloꝝ, ubi scandala non timebo. Quare aūt nō-
dum sum ibi? Quia incolatus meus lōginquus fa-
ctus est. Incolatus peregrinatio est. Incola dicit qui
habitat in terra aliena, non in ciuitate sua. Longin-
quus, inqt, fact⁹ est, & prolongatus incolatu meus.
Et ubi longinquus? Aliqñ frēs mei cū peregrinatur
homo, inter meliores uiuit, ꝗ in patria sua forte ui-
ueret: sed non sic est qñ de illa Hierusalem cœlesti
peregrinamur. Mutat .n. homo patriam, & aliqñ in
peregrinatione illi bene est: Inuenit amicos fideles
C peregrinando, quos in patria inuenire non potuit.
Inimicos habuit ut de patria pelleret, & cū peregri
naretur inuenit qđ nō habebat in pr̄ia. Non sic est
patria illa Hierusalem, ubi oēs boni. Quicūꝗ inde
peregrinatur inter malos est, nec recedere à malis
pōt, nisi cū redierit ad societatē angeloꝝ, ut ibi sit
unde peregrinatur: Ibi oēs iusti & sancti, qui fruun
tur uerbo dei sine lectione, sine literis: quod .n. no-
bis per paginas scriptum est, per faciem dei illi cer-
nūt. Qualis patria? Magna patria, & miseri sunt pe-
regrini ab illa patria. Sed qd ait iste? Lōginqua facta
est pegrinatio mea. Maxime eoꝝ uox ē .i. ipsi⁹ eccle
siæ ꝗ laborat in hac terra illius uox est q clamat à
Psal. 60 finib⁹ terræ in alio loco Psalmi dicēs, A finib⁹ terræ
ad te clamaui. Quis nostrū clamat à finibus terrę?
Nec ego, nec tu, nec ille: sed à finib⁹ terræ ipsa sola
ecclesia, tota hæreditas xp̄i clamat, quia ecclesia hę
Psal. 2. reditas eius: & de ecclesia dictū est, Postula à me, &
dabo tibi gentes hęreditatē tuā, & possessionē tuā
terminos terrę. Si ergo possessio xp̄i usꝗ ad fines ter
ræ, & possessio xp̄i oēs sancti, & omnes sancti unus
homo in xp̄o, quia unitas sancta in xp̄o est, ipse u- D
nus homo dicit, A finib⁹ terræ ad te clamaui dum
angeretur cor meum. Huius ergo hominis longin-
qua peregrinatio facta est iter malos. Et tanꝗ si di-
ceretur illi, cū qbus ergo habitas ut gemas, peregri-
natio, inqt, mea longinqua facta est. Sed qd si cum
bonis? Si cū bonis eēt nō diceret, heu me. Heu uox
est miseriæ, uox est calamitatis & infœlicitatis, sed
tñ in spe, qa iam uel gemere didicit. Multi .n. & mise
ri sunt & non gemunt, & peregrinātur & redire no
lunt. Iste iam uolens redire, cognoscit infœlicitatē
peregrinationis suæ, qa agnouit illam, redit, & ascē
dere incipit, quia canticū graduum cœpit cantare.
Vbi ergo gemit, & inter quos habitat? Inhabitaui
cū tabernaculis cedar.) Verbū hoc qa Hebręū est,
proculdubio nō intellexistis. Quid est, inhabitaui
cū tabernaculis cedar? Cedar quantū meminimus
ex interpretatione noium Hebręoꝝ, tenebras signi
ficat. Interpretatū cedar latine, tenebræ dicuntur.
Nostis aūt duos filios habuisse Abrahā, quos qui- Gene. 21.
dem cōmemorat Apl's, & ad imaginem duoꝝ testa Gala. 4.
mentorum esse dicit, Vnus ex ancilla erat, alter de
libera. Ex ancilla Hismael erat: de libera Sara, quē E
suscepit ex desperatione per fidem, Isaac erat. Vterꝗ
ex semine Abrahæ, sed nō uterꝗ hæres Abrahæ. De
Abraham natus unus, sed tñ nō hæreditat: alter ēt
hæres: non solū filius, sed & hæres. In Hismael sunt
oēs q carnalr colunt deum. Ad ipsos .n. & uetus te-
stamentum ꝑtinet, qa sic dicit Apl's, Sub lege uolē-
tes esse, legem non audistis? Scriptū est .n. ꝙ Abra-
ham duos filios habuit, unū de ancilla, & unū de
libera, ꝗ sunt in allegoria. Hæc .n. sunt duo testamē
ta. Quæ sunt duo testamenta? Vnum uetus, & alte-
rum nouum. Vetus testm̄ a deo, & nouum testm̄ a
deo, quō de Abraham & Hismael & Isaac. Sed His-
mael ad terrenum, Isaac ad cœleste regnum. Ideo
uetus testm̄ promissiones habet terrenas, terrenam
Hierusalem, terrenam palęstinam, regnum terrenū,
salutem terrenam, hostium subiugationem, abun-
dantiam filiorum, fœcunditatem frugum. Omnia
ista promissiones sunt terrenę: In figura spiritaliter
intelliguntur, quō Hierusalem terrena umbra erat
regni cœlestis, & regnum terrenum umbra erat re-
gni cœloꝝ. Hismael in umbra, Isaac in luce. Si ergo
Hismael in umbra, non mirū, quia ibi tenebræ. Pin F
guiores etenim umbrę, tenebrę sunt. Ergo Hismael
in tenebris, Isaac in luce. Quicunꝗ hic etiam in ec-
clesia terrenam fœlicitatem quærunt a deo, adhuc
ad Hismael ꝑtinent. Ipsi sunt q cōtradicūt spiritali-
bus proficientib⁹, & detrahunt illis, & habēt labia
iniqua, & linguas subdolas. Contra quos rogauit
iste ascēdens, & appositi sunt ei carbones desolato
rij, & sagittę potētis acutę. Inter illos .n. adhuc uiuit
donec tota area uentilet: iō dixit, Inhabitaui cū ta- Matt. 3.
bernaculis cedar. Nā & ipsa tabernacula Hismael,
cedar dicta sūt. Sic habet liber Geneseos, sic habet
ꝙ cedar ad Hismael ꝑtinet. Ergo Isaac cū Hismael .i. Gene. 25.
q pertinent ad Isaac, inter illos uiuunt qui ꝑtinent
ad Hismael. Isti sursum uolūt ascēdere, illi deorsum
uellent ꝓmere. Isti uolare uolunt ad deū, illi conan
tur pennas euellere: namꝗ apud Apl'm ita dicitur, Galat. 4.
Sed sicut tunc qui secundum carnē natus erat, pse
quebatur eū qui secūdum spiritum, ita & nunc Spi
ritales ergo ꝑsecutionē patiuntur a carnalibus. Sed
quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filiū eius: Nō Gene. 21.

G enim heres erit fili⁹ancillę cum filio meo Isaac. Sed hoc quod dicit, eijce, qñ erit? Qñ area cœperit uentilari. Modo autē anteq̄ eijciat, dicit, Heu me q̄a incolatus meus longinquus factus est, inhabitaui cū tabernaculis cedar. Et exponit nobis q̄ sunt isti q̄ pertinent ad tabernacula cedar. Multum peregrinata est anima mea.) Ne peregrinationē corporalē intelligeres, animā dicit peregrinari. Corpus peregrinat locis, anima peregrinatur affectib⁹. Si amaueris terram, peregrinaris à deo: si amaueris deum, ascendis ad eū. In charitate dei & proximi exerceamur, ut redeam⁹ ad charitatē. Si cadamus in terrā, marcescimus & putrescimus. Iste aūt qui ceciderat, descensum est ad eum ut ascenderet: Intendens tps peregrinationis suæ, dixit se pegrinari in tabernaculis cedar. Quare? Quia multū peregrinata est aia mea. Ibi peregrinatur, ubi ascēdit: no corpore peregrinat, non corpore ascēdit. Sed ubi ascēdit? Ascē-
Psal. 83. siones, inqt, in corde. Si ergo ascēdit in corde, non ascēdit. Non ascendit p̄ ascensiones cordis, nisi aia quæ peregrinatur. Sed donec pueniat, multū peregrinata est anima mea. Vbi? In tabernaculis cedar.

H Cum his q̄ oderunt pacem eram pacificus.) Verū ut audiatis, fratres charissimi, nō poteritis probare q̄ uera cantetis, nisi cœperitis facere quod cātastis. Quantumlibet illud dicam, quolibet exponā, qua libuscunq̄ uerbis uersem, non intrat in cor eius, in quo nō est opus eius. Incipite agere, & uidete qd loquamur. Tūc ad singula uerba lachrymę profluēt, tūc Psalmus cantat, & facit cor qd in Psalmo cantatur. Quā multi.n. sonāt uoce, & corde muti sunt? Et quā multi tacēt labijs, & clamāt affectu, q̄a ad cor hoīs aures dei? Sicut aures corporales ad os hoīs, sic cor hominis ad aures dei. Multi clauso ore exaudiuntur, & multi in magnis clamorib⁹ nō exaudiūtur. Affectibus orare debemus & dicere, Multū peregrinata est aia mea, cū his qui oderūt pacem eram pacificus. Quid.n. aliud dicimus istis hæreticis, nisi cognoscite pacē, amate pacē? Iustos uos dicitis.
Mat. 3 Sed si iusti essetis, inter paleā grana gemeretis. Nam q̄a sunt grana in eccl̄ia catholica & uera grana sūt, ideo tolerāt paleā, donec uentilet area, q̄a inter paleā clamant, Heu me q̄ incolatus meus lōginquus factus ē, inhabitaui cū tabernaculis cedar. Inhabi-
I taui, inqt, cū paleis: sed quō de palea multus sum⁹ exit, sic de cedar tenebræ. Inhabitaui cū tabernaculis cedar, multū peregrinata est aia mea. Frumentorū uox est, inter paleas gementiū. Hæc loqmur illis qui oderunt pacē, & dicimus, Cum his qui oderunt pacem erā pacificus. Qui sunt qui oderūt pacē? Qui conscindunt unitatem. Si.n. pacem non odissent, in unitate mansissent. Sed uidelicet ppea se separauerūt ut iusti essent, ut nō haberēt mixtos iniustos. Aut nr̄a ē ista uox, aut illorū: elige cuius sit, Catholica dicit, Non est dimittēda unitas, non est pcidenda ecclesia dei, Iudicabit de⁹ de malis & bonis postea. Si nūc mali à bonis separari non pñt, ferēdi sunt ad tps. Mali in area nobiscū esse possunt, in horreo non possunt. Et forte hodie qui mali apparēt, cras boni erunt: & qui de bonitate hodie superbiūt, cras mali iuenient. Quisqs ergo humiliter malos ad tps fert, ipse pueniet ad requiē sempiternam. Hæc uox catholica est. Illorum aūt uox qualis est, non intelligentium neq̄ quæ loquūtur, neq̄
1. Tim. 1 de qbus affirmant? Ne tangas immundū: & qui tetigerit immundū, inquinabit. Separemus nos, ne commisceamur malis. Et nos illis, Amate pacē, diligite unitatē. Nescitis à q̄ multis bonis separemini, dū quasi malis calūniamini? Furiunt, sæuiunt, qñ ista dicimus, nā q̄runt & mortificare nos. Apparuerūt sæpe impetus eorū, apparuerūt insidiæ. Cum ergo inter insidias illorū uiuimus, & quib⁹ dicimus, amate pacē, aduersantur nobis, nōnne uox ista nr̄a est, cum his qui oderūt pacē eram pacificus? Cum loquerer illis debellabāt me gratis.) Quid est aūt fratres, debellabāt me? Et parū erat, si no adderet gratis. Quibus dicimus, amate pacem, xp̄m amate: nū quid dicim⁹, amate & honorate nos, sed honorate xp̄m. Nos nolum⁹ honorari, sed illū: nā nos quid sumus † ad Ap̄lm Paulum? qui tñ dicebat illis paruulis, quos mali hoīes & mali suasores præcidere ab unitate in schismata uolebant. Quid eis dicebat ille? Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in noīe Pauli baptizati estis? Hoc & nos dicimus, Amate pacem, amate xp̄m: si.n. amant pacē, xp̄m amāt. Cum ergo dicimus, amate pacē: hoc dicimus, amate Christū. Quare? Quia de xp̄o ait Apostolus, Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraq̄ unum. Si ergo Christus, ideo pax, quia fecit utraq̄ unū, quare uos de uno fecistis duo? Quō ergo pacifici estis, ut cum Christus faciat unū de duob⁹, uos faciatis de uno duo? Sed quia hæc dicimus, cum his qui oderūt pacem sumus pacifici, & tñ illi qui oderūt pacē, cum loqueremur eis debellabant nos gratis.

K
Esa. 52
Ecclesiastici 13.

† al. summus? Audite Paulum apostolum, Nos seruos per xp̄m. qd tamē etc.
L
1. Cor. 1
Ephe. 2

In Psalmum CXX. Enarratio.

Ecundus est iste psalmus eorū quorum titu-
S lus est, Canticum graduum.) Plures enim sunt significantes, ut iam in primo eorum audistis, ascensum nostrū, qui fit in corde ad deū, in conualle plorationis.i.ab humilitate tribulationis. Ascensus.n. utilis nobis non potest esse, nisi primo humilitatis, a conualle plorationis nobis ascē-
Psal. 83 dendum esse meminerimus: conuallis enim terræ locus est depressus: sicut loca terræ alta montes & colles, ita couallis loc⁹ humilis: ne dum p̄propere & p̄postere q̄rimus exaltari, nō ascēdamus sed ruamus. Docuit autem ipse dn̄s a couallé plorationis ascēdendum, qñ pro nobis humiliari usq̄ ad mortem crucis & pati dignatus est. Hoc exemplum nō relinquamus. Istā couallē plorationis martyres intellexerunt. Vnde intellexerunt? unde? Quia & ipsi de conualle plorationis ut coronarent ascēderunt. M
Congruit & hodierno diei psalm⁹ iste Canticū gra-
Psal. 125 duū: de illis.n. dictū est. Euntes ibant & flebāt, mittētes semina sua. Hęc est conuallis plorationis, ubi a flentib⁹ mittunt semina. Quę sunt aūt semina? Bona opa in ista tribulatione terrena. Qui bñ opatur in conualle plorationis, filis est homini seminanti p hyemem. Nunqd frigore ab opere deterretur? Sic nos pressuris mūdi nō debemus a bono ope deterreri, q̄a uides qd sequitur, Euntes, inquit, ibāt & flebant mittentes semina sua. Valde miseri si semp flebant, ualde miseri si nunq̄ de lachrymis sunt liberandi: sed uide qd sequitur, Venientes aūt uenient in exultatione, portantes germina sua. Nihil aliud istis canticis docemur fratres q̄ ascēdere, sed ascēdere in corde, in affectu bono, i fide, spe, & charitate, i
1. Thes. 5. desyderio perpetuitatis & uitę æternæ. Sic ascēdit: Congruit nos dicere quō ascendendum sit. Quāta terribiliora lecta de Euāgelio audiuit charitas ue-

strā? Videtis certe, quia hora dñi sicut fur in nocte
Matt.24. ita ueniet. Si sciret,inqt,paterfamiliās qua hora fur
ueniret,amē dico uobis qa non pateretur pfodi pa
rietē suū. Dicitis modo,Quis ergo nouit qua hora
ueniet,q̃ hora sicut fur erit?Nescis qua hora ueniat,
semper uigila,ut quod nescis qñ ueniat,paratum te
inueniat cum uenerit Et ad hoc forte nescis quādo
uenturus est,ut semp paratus sis Illum enim patrē-
familiās subito occupabit hora illa,qui paterfami-
liās supbus significat'est. Noli uelle esse paterfami-
liās,& nō te subito illa hora occupabit. Et qd ero,
Psal. 48. inquis?Qualē audisti de Psalmo,Paup & dolēs ego
Matt.24. sum. Si.n.paup & dolēs eris,nō eris pfamiliās quē
illa hora subito inueniet,& subito premet. Patref-
familiās sunt enim illi qui præsumentes de cupidi-
tatibus suis & in delitijs huius seculi diffluētes, tu-
mēt, & erigūtur aduersus humiles,& insultāt sanctis
intelligētibus angustā uiā.quæ ducit ad uitā.Tali-
Matt.7. bus.n.ueniet illa hora subito,quia tales erant & in
Matt. 24 diebus Noe, quoṛ dierū commemorationem au-
Gene.7. distis factā in Euangelio,Sic erit aduētus filij hoīs,
inquit,quō in diebus Noe, Māducabant, bibebāt,
B nubebant,uxores ducebant, nouellabant,ædifica
bant,donec introijt Noe in arcā,& uenit diluuiū &
perdidit oēs. Quid ergo? Oēs peribunt qui ista fa-
ciunt,q nubūt, qui uxores ducunt, qui nouellāt,q
1.Cor. 6. ædificāt? Non.Sed q de his p̃sumunt, sed q ista deo
præferunt,sed qui pp hæc offendere deum cito pa-
rati sunt. At uero qui istis inanibus oibus aut non
utuntur, aut utuntur tanquā non utentes,plus p̃su
mentes de illo qui dedit q̃ de his quæ data sunt,&
intelligentes in his eius consolationē & misericor-
diā,& nō sunt occupati donis, ne à donatore ruāt,
Mat. 24. q tales sint, nō illos inuenit imparatos hora illa si
1.Thes.5. cut fur:talibus dixit Apl's, Vos autem nō estis in te
nebris, ut dies ille uos tāquā fur cōprehendat: oēs
enim uos filij lucis estis, & filij diei.Ideo dñs cū di-
ceret timendam esse horam sicut furem,nocté po-
Mat. 24. suit:& Apostolus ita ait, Quia hora dñi sicut fur in
nocte ita ueniet. Non uis ut te inueniat,noli esse in
nocte. Quid est,noli esse in nocte?Filij lucis estis &
filij diei, nō sumus noctis neq tenebrarū. Qui sunt
1.Thes.5. filij noctis & tenebraṛ?Iniqui,impij,infideles. Sed
& ipsi audiant antequam ueniat hora, & dicat illis
C Apostolus, Fuistis aliqñ tenebræ, nunc autem lux
Ephe. 5 in dño.Sicut iste Psalmus habet euigilent, Iam illu
minati sunt montes. Quid adhuc dormiunt?

Expositio Psalmi.

Leuet oculos suos in mōtes,unde ueniet au
1 xiliū illis.) Quid est iā illuminati sunt mō
tes?Iā ortus est sol iustitię,iā ab Apl'is præ-
dicatū est Euangeliū,pdicatę sunt scripturę,patue
runt oia sacramēta,cōscissum est uelū patuit secre-
Matt.27. tum tēpli: iam tandē leuent oculos suos in mōtes,
unde ueniet auxiliū illis. Hoc.n. præcipit illis iste
Psalmus secūdus de his q inscribūtur,Canticū gra
duū. Sed non rursus p̃sumant de mōtibus, qa ipsi
mōtes non à se lucēt, sed ab illo lucent de quo di-
ctū est,Erat lumē uerū, qd illuminat omnē hoiem
Ioan. 1. uenientē in hūc mundū. Montes possunt intelligi,
homines magni,hoies clari. Et quis maior est Ioan
ne Baptista? Qualis ille mons erat de quo dñs ipse
Matt. 11. dicit, In natis mulierum nemo exurrexit maior Io-
anne Baptista? Vides certe istum magnū montē lu
centem,audi cōfitentem. Quid cōfitetur?Nos o-
mnes,inqt,de plenitudine eius accepimus. De cui' D
ergo plenitudine acceperūt mōtes, ab illo est tibi Ioan. 1.
auxiliū, non à montibus, [Salus igitur nostra & au
xilium nostrū xp̃s filius summi patris, & cū eodem
patre deus omnipotēs est, & cū ipso pmanēs semp
secundū id quod est.In illos deniq, quos comme-
moraui mōtes,] nisi leuaueris oculos p scripturas,
non admoueberis ut ab illo illumineris,Cāta ergo
qd sequtur. Si uis audire ut firmissime ponas pedes
in gradibus, ne in illa ascensione, aut fatigeris,aut
lapsus cadas. [Auxilium,inquit, meū à dño.)Non
a qualicunq, quia dicuntur dñi multi mortales,ca
duci,miseri,sed à dño dominorum, ut ab illo uide
licet Qui fecit cœlū & terrā.) Ecce summū dñm,q
& deus & dñs dicitur.Deus,quia q̃cunq facta sunt,
per ipsum sunt,& ab ipso sunt ut sint. Dominus au
tem, eo quòd omnia quæ sunt possidet ineffabili-
ter. Igitur bonus & summus dñs, qui & deus.Si ad
hunc p prænominatos mōtes leuaueris oculos,au
xilium tuum sempiternaliter erit. Vt ergo auxilium
tuū sit roga,& dic quod sequitur,] Ne des ad mo
uendū pedem meū.) Vnde mouentur pedes?unde
motus est pes illi q erat in paradiso?Sed prius attē- E
de unde mot'est illi pes q erat inter angelos, & mo
to pede cecidit, & de angelo factus est diabol':mo
to.n.pede cecidit. Quare unde cecidit,superbia ceci-
dit[de cœlo in terrā.Angelus erat in cœlo,cadēs in
terrā diabolus à seipso p suā supbiam effectus est.
Quisquis supbit, diabolo participat. Si participat,
idem est. Igitur ois superbus diabolus p bicipitem
portionē est,& hoc quandiu supbus est.]Non ergo
mouet pedē nisi supbia ad ruinam. Non mouet pe
dem nisi supbia. Ad ambulandū & proficiendū &
ascendendū charitas mouet pedē.[O lepidi ac lim
pidissimi pedes charitatis, q humiles ad celsitudi-
nem pueħunt.Hos pedes charissimi semp imitādo
& amādo sequamur, ut ad illū cuius sunt puenire
mereamur:qa ut Ioānes ait, Deus charitas est.Sup- 1.Ioan.4.
biam oino fugiamus, q̃ mouet pedes ad cadendū,
ne & nos simul supbiendo cadamus] Ideo & ille q
dicit in Psalmo, Filij aūt hoium sub tegmine alarū Psal.35.
tuaṛ sperabūt.Si sub tegmine, semp humiles,semp
de deo sperantes,semp de se non præsumentes.Sub
tegmine alaṛ tuaṛ sperabunt: non enim à se satiā-
tur ut beati sint.Sed qui sequtur? Inebriabuntur ab F
ubertate domus tuæ, & torrēte delitiarū tuaṛ po-
tabis eos.Ecce sitiētes,ecce inebriati:ecce sitiū,ecce
bibūt:sed non à se bibūt, nec ipsi sibi sunt fontes.
Sed unde bibūt?Sub tegmine alaṛ tuarū sperabūt.
Si sub alis,humiles sunt,quare?Quia apud te,inqt,
est fons uitæ.Nō ergo à se irrigātur mōtes,sicut a se
nō illuminātur mōtes:nā uide quid sequitur, In lu
mine tuo uidebimus lumē Si ergo in lumine ipsius
uidebimus lumē, quis cadit à lumine,nisi cui ipse
nō est lumē? Et qui uoluerit sibi esse lumē,ipse ca-
dit à lumine quo illuminatur.Ideo sciens nō cade-
re nisi eū q sibi uult lucere, cum sit p se tenebrę,sta
tim subiecit, Nō ueniat mihi pes supbiæ, & manus
peccatoṛ non moueat me:id est imitatio peccatoṛ
nō moueat me ut cadā à te Quare timuisti & dixi-
sti,Nō ueniat mihi pes supbiæ? Sequitur,ibi cecide
runt oēs qui operātur iniquitatem.Quos modo ui
des operari iniq̃tatem, iam dānati sunt:sed ut illam
narentur,ibi ceciderūt, cum illis uenit pes supbiæ.
Recte ergo iste audiēs ut ascēdat & non cadat,ut à

G côualle plorationis ꝑficiat, non in tumore ſupbiæ deficiat, ait deo, Ne des ad mouendū pedes meos. Et dñs illi, Neq; dormitet qui cuſtodit te.) Intēdat charitas ueſtra. Quaſi una ſentētia facta eſt ex duabus uocibus. Homo dicit aſcendēs & cātans cāticū nouū, cāticum graduū, Ne des ad mouendū pedē meū: & deus tanquā diceret ad te, Ne des ad mouē dum pedē meū, dicis mihi, Adde, Neq; dormitet q cuſtodit te, & nō mouebitur pes tuus, dixerit aūt ille, Nunquid in poteſtate mea eſt, ut non dormitet q cuſtodit me? Volo ut nō dormiat neq; dormitet. Ergo illum tibi elige qui non dormiet neq; dormitabit, & non mouebitur pes tuus. Deus nunquā eſt dormiens. Si uis habere cuſtodē non dormientē, deū elige cuſtodē. Ne des ad mouendū pedē meū dicis tu, bene, optime: ſed & ille dicit tibi, Neq; dormitet q cuſtodit te. Tu forte côuerſurus te eras ad hoies cuſtodes, & dicturus, Quem ſum inuenturus non dormientē? quis homo non dormitabit? quē inuenio? quò ibo? quò reuertar? Ille tibi oſtendit. Ecce non dormitabit neq; obdormiet, q cuſtodit Iſrael.) Vis habere ergo cuſtodē nō dormientē neq;

H dormitantē? Ecce non dormiet neq; dormitabit q cuſtodit Iſrael: xp̄s enim cuſtodit Iſrael. Eſto ergo Iſrael. Quid eſt Iſrael? Iſrael interpretatur homo uidens deū. Et quō uidetur deus? Primo p fidem, poſtea p ſpeciē. Sed ſi Iſrael per ſpeciem nondū potes, per fidē uide. Si faciē eius uidere non potes, ꝗ ibi ſpecies, poſteriora eius uide. Hoc dictū eſt Moyſi à

Exod.33. dño, Non potes uidere faciem meā: poſteriora mea

2. de tri. uidebis cū ptranſiero. Expectas forte ut tranſeat, iā

ca.16. tranſit, tu uide poſteriora ipſius. Vbi tranſit? audi

& 17 Ioannem, Cum ueniſſet, inqt, hora ut tranſiret de

Ioan 13 mundo ad patrem. Dñs noſter Ieſus Chriſtus iā fe-

2. Ad Ia- cit Paſcha Paſcha aūt tranſitus interpretatur. Nam

nuarium uerbū eſt Hebræum, & putant hoies Græcum eſſe

ca.1. quaſi paſsionem, ſed non eſt. A diligentioribus & à doctioribus inuentū eſt, quia Paſcha Hebræū uerbum eſt, & non interpretatur paſsionē, ſed trāſitū. Per paſsionem enim tranſit dñs à morte ad uitā, & fecit nobis uiā credentibus in reſurrectionē eius, ut trāſeamus & nos de morte ad uitā. Non magnū eſt, credere quia mortuus eſt xp̄s: hoc & pagani & Iudæi, & oēs iniqui credunt, hoc omnes credūt qa

I mortuus eſt. Fides xp̄ianorum reſurrectio xp̄i eſt. Hoc pro magno habemus, qa credimus eum reſurrexiſſe. Ergo tunc ſe uoluit uideri cū tranſiret, hoc eſt, cum reſurrexiſſet. Tunc in ſe uoluit credi cum

Rom.4. tranſiret, qa traditus eſt pp delicta noſtra, & reſurrexit pp iuſtificationem noſtram. Et ipſam fidē in reſurrectione xp̄i maxime commendauit Apoſto-

Rom.10. lus: ait enim, Si credideris in corde tuo, quia deus eum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris: nō dixit, Si credideris quia mortuus ē xp̄s, qd & Pagani & Iudæi, & oēs inimici eius crediderūt: ſed ait, Si credideris in corde tuo, qa deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris. Hoc credere, hoc eſt eſſe Iſrael, hoc eſt uidere deū. Quāuis adhuc in poſteriora eius uideas, tñ cum credideris in poſteriora, puenies ad uiſionē faciei. Quid eſt hoc? Cū credideris in id qd poſterius pro te factus eſt xp̄s, cū credideris in id quod poſterius ſuſcepit xp̄s. Nam in primo facies eius q̄

Ioan.1. eſt? In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deū, & deus erat uerbum. Poſteriora eius quę ſunt? Et uerbū caro factū eſt, & habitauit in nobis. Cū ergo credis in hoc quod pro te factū eſt uerbum, & K

reſurrexit in carne, ne tu de tua carne deſperares, efficeris Iſrael. Factus aūt Iſrael cū fueris, non dormitabit neq; dormiet q cuſtodit te, quia iam Iſrael es, & audiſti in Pſalmo, Ecce nō dormitabit neq; obdormiet q cuſtodit Iſrael: xp̄s enim ipſe dormiuit, ſed reſurrexit. Quid.n. ait ipſe in Pſalmo? Ego dor- Pſal.3.

mivi & ſomnū cepi. Nunqd remāſit in ſomno? Exurrexi, inquit, qm̄ dominus ſuſcepit me. Si ergo iā reſurrexit, iam tranſit: ſi iam tranſit, uide poſteriora eius. Quid eſt, uide poſteriora eius? Crede in reſur- Exod.33.

rectionem eius: & quia ait Apoſtolus, Etſi crucifi- 2.Cor.13.

xus eſt ex infirmitate, uiuit in uirtute dei: & iterum ait, xp̄s ſurgens à mortuis iam nō moritur, & mors Roma.6.

ei ultra non dominabitur. Recte tibi cātat, Ecce nō dormitabit neq; obdormiet, q cuſtodit Iſrael. Adhuc forte qris carnali ſenſu, Quid eſt q nō dormitabit neq; dormiet? Et cum quæris inter hoies, falleris, nunquā inuēturus es. Noli ergo præſumere de quoquam homine, Oīs homo dormit & dormitabit. Qñ dormitat? Cum portat carnem infirmitatis. Qñ dormiet? Cum fuerit mortuus. Noli ergo præſumere de homine: poteſt dormitare mortalis. Dor- L

mit moriēs, noli qrere inter homines. Et quis inqs, cuſtodit me, q nō dormitat neq; dormiet? Audi qd ſequitur, Dñs cuſtodit te.) Non ergo homo dormitans & dormiēs, ſed dñs cuſtodit te. Quomodo te cuſtodit? Dñs tegumentum tuum, ſuper manum dexteræ tuæ.) Eia fratres intelligamus adiuuāte domino quid ſibi uelit, Dominus tegumentum tuū ſuper manum dexteræ tuæ. Videtur enim mihi habere ſenſum occultum quare non dixerit, Dñs cuſtodiet te abſolute & ſimpliciter, ſed addidit, ſuper manū dexteræ tuæ. Quid enim? Dexterā noſtrā deꝰ cuſtodit, & ſiniſtrā noſtrā non cuſtodit? Nonne ipſe nos totos fecit? Nōnne q nobis fecit dexterā, ipſe fecit & ſiniſtram? Poſtremo ſi placuit dici de dextera ſola, quare dixit, ſup manū dexteræ tuæ, & nō iā ſuper manū dexterā tuā? Cur hoc diceret, niſi aliqd hic occultum ad quod pulſando perueniremus abſconderet? Diceret enim, aut dñs cuſtodiet te, & nihil adderet: aut ſi dexteram addere uoluit, dñs cuſtodiet te ſuper dexteram tuam: aut certe quia addit manum, hoc diceret, dñs cuſtodit te ſuper manum dexteram tuā, non ſuper manū dexteræ tuæ. M

Quod dñs ipſe ſuggerere dignatur promam uobis, qui & in uobis habitat, ſine dubio facit uos approbare uerum eſſe quod dico, Nam qd dicturi ſumus ignoratis, ſed cū dixerimus, nō ab ipſis nobis uobis oſtēdemus uerū eſſe quod dicimus, ſed uoſipſi agnoſcetis uerū eſſe qd dicimus. Vnde aūt agnoſcetis, niſi demonſtrāte illo q in uobis habitat, inquātum de illo numero eſtis, quoꝝ uox eſt, Ne des ad mouendū pedē noſtrū: & quibus dicitur, Neq; dormiet qui cuſtodit te? Oportet enim ut xp̄s non dormiat in uobis, & modo intelligitur uerū eſſe qd dicimus. Quō inquies? Quia ſi dormiet fides ueſtra dormit xp̄s in uobis Chriſtus.n. in corde ueſtro, fides Chriſti eſt. Ait Apoſtolus habitare xp̄m per fi- Ephe.3.

dem in cordibus ueſtris: in quo non dormit fides, uigilat xp̄s. Etſi forte dormiebat fides tua, & ideo in iſta qſtione fluctuabas, quaſi nauis illa quę tempeſtatē patiebatur ubi xp̄s dormiebat, excita xp̄m, Matt.8.

& ſedabuntur tempeſtates. Fidem ergo ueſtram interrogo chariſsimi, quoniā filij eſtis ecclię, & in ecclesia

A clesia profecistis, & in ecclesia ꝓficitis qui nōdum
profecistis, & in ecclesia pficiendi estis q iam profi
citis. Interrogo uos, quid soletis intelligere quod di
Matt. 6. ctum est in Euāgelio, Nesciat sinistra tua qd faciat
dextera tua? Hoc.n. intellecto inuenietis q̄ sit dexte
ra, & q̄ sit sinistra, simul intelligetis & utranq; partē
deum fecisse, & dexteram & sinistram, & tñ non de
bet scire sinistra qd faciat dextera. Sinistra nostra
dicitur, quicquid temporaliter habemus: Dextera
nr̄a dicitur, quicquid nobis æternum & incommu
tabile dñs pollicetur. Si autem ille qui dabit æter-
nam uitam, ipse & de istis tpalibus consolatur prę-
sentem uitā, ipse fecit dexteram & sinistrā: dicit de
Psal. 143 quibusdam Psalmus apud Dauid, Quoꝝ os locutū
est uanitatem, & dextera eoꝝ dextera iniqtatis. In-
uenit ergo quosdā & repcehendit, qui dexteram ue
ram pro sinistra habebant, & uerā sinistram dexte
ram sibi fecerunt. Qui sint isti, exponit consequen
ter. Ois homo q fœlicitatem non putat esse hois ni
si solum in istis temporalibus facultatibus & deli-
tijs, & affluentia & copia mundi huius, iste est stul-
tus atq; peruersus, q sinistram fecit sibi dexteram. Ta
B les illi erant, de qbus dicit Psalmus, nō qa à deo nō
acceperant ē t quę tpaliter possidebant, sed quia ip
sam solā putabant esse beatā uitam, & nihil aliud
requirebant: audite.n. quid de illis cōsequenter di
cit, Quoꝝ os locutum est uanitatē, & dextera eorū
dextera iniquitatis: & sequitur, Quorum filij eorū
uelut nouellæ constabilitæ, filiæ eoꝝ ornatæ sicut
tēpli silitudo: cellaria eoꝝ plena, eructantia ex hoc
in hoc, Oues eoꝝ fœcundæ, multiplicantes in exiti
bus suis, boues eoꝝ crassi: non est ruina sepis nec
exitus, neq; clamor in plateis eoꝝ. Magnā fœlicita-
tem quocundam descripsit. Posset tñ istam fœlici-
Iob. 1. tatē & aliquis iustus habere, sicut habuit Iob: sed
Iob pro sinistra illā habebat, non pro dextera. Nā
dexteram non habebat, nisi apud deū perpetuā &
sempiternam fœlicitatē. Ideo concessa est percutiē
da sinistra, & suffecit ei dextera. Q̄uo percussa est si
nistra? Tentationibus diaboli. Abstulit subito dia
bolus, pmissus quidem à deo ut iustus ꝓbaretur,
& impius puniret, abstulit oia. Sed Iob q nouerat
sinistram sinistram esse, & dexterā non nisi dexte-
C ram, q̄uo se tenuit ad dexterā? Exultauit in dño, cō
solatus est damna, quia non est passus damnū: de
interioribus diuitijs dei plenū cor habebat, Dñs,
inquit, dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit ita fa-
ctum est, sit nomen dñi benedictum. Hæc erat de-
xtera ipsius, ipse dñs, ipsa uita æterna, illa lucis pos-
Psal. 35 sessio, fons uitæ, lumen in lumine. Inebriabunt ab
ubertate domus tuæ, ipsa erat dextera: sinistra ue-
ro erat pro adiutorio cōsolationis, nō ad firmamē
tum fœlicitatis: nam fœlicitas eius uera atq; germa
Psal. 143 na deus erat. Isti aūt de qbus dicit Dauid, quia os
eoꝝ locutum est uanitatem, & dextera eoꝝ dextera
iniquitatis, non hinc eos reprehendit, qa his oibus
abundabant, sed qa os eoꝝ locutum est uanitatē.
Quid.n. sequitur? Cum enumerasset copias eorū:
ait, Beatum dixerunt ppl̄m cui hæc sunt Hęc est ua
nitas quam locutū est os eoꝝ, ꝙ beatum dixerunt
populum cui hæc sunt. Tu quid dicis, qui nosti qd
sinistra, & quid est dextera? Sequitur & dicit, Bea-
tus ppl̄s cuius est dñs deus ipsius. Intēdat ergo cha
ritas uestra. Audiuimus & uidimus sinistram, audi
uimus & dexteram. Audi hoc confirmatum in Cā
ticis canticoꝝ, Sinistra eius, inquit, sub capite meo. D
Sponsa dicit de sponso, de xp̄o ecclesia, in amplexu Cant. 2.
pietatis & castitatis. †Quid ait? Sinistra eius sub ca †al. cha-
pite meo, & dextera eius cōplectetur me Quid aūt ritatis.
quia sursum erat dextera, deorsum sinistra, & sic cō
plectebatur sponsus spōsam, supponens sinistrā ad
consolationē, imponens dexterā ad protectionē?
Sinistra, inqt, eius sub capite meo. Deus illā dat, iō
sinistra eius, quia oia ista tpalia deus dat? Quā uani
sunt, quā impij qui ab idolis, à dæmonibus ista pe
tunt? Quā multi à dæmonibus ista petunt, & non
illa hñt: & rursus, qui illa nō petunt à dæmonibus,
hñt ea: sed non à dęmonibus ista dantur. Itē mul-
ti petunt à deo, & non hñt. Nouit illa dispensare si
nistram, q uocat ad dexterā. Ergo si est sinistra, sit
sinistra, sed sub capite sit. Supra illā sit caput tuū.i.
supra illam sit fides tua, ubi habitat xp̄s. Noli tpa-
lia p̄ponere fidei tuæ, & non erit sinistra super ca-
put tuum: sed omnia temporalia subde fidei tuę, &
fidem tuam præpone omnibus tpalibus, & erit si-
nistra sub capite tuo, & recte dextera eius comple-
ctetur te. Audi hoc ipsum exponi in ꝓuerbijs, quid
est sinistra ipsa, qd est dextera: cū de sapientia dice E
ret, Longitudo, inqt, dierū, & anni uitæ in dextera Prouer. 3.
eius, in sinistra aūt eius diuitiæ & gloria. Lōgitudo
illa dierū, æternitas est. Hoc.n. ꝓprio modo dicit
scriptura longum, qd æternum est. Nā quicquid fi-
nem hēt breue est: alio loco, Lōgitudine, inqt, die-
rum replebo eū. Et nunqd aliter pro magno dice-
retur, Honora patrem tuum & matrem tuā, ut lon- Exod. 20
gęuus sis sup terrā? Super quam.n. terrā, nisi de qua
dicit, Spes mea es tu, portio mea in terra uiuentiū? Psal. 141.
Ibi esse longęuū qd est, nisi ibi uiuere in æternum?
Nā hic esse longęuum quid est, nisi usq; ad senectu
tem puenire? Et si longa uideat ætas, cum uenerit
mors conuincit breuis, quia finit. Et multi maledi
centes parentibus senescūt in hac terra, multi autē
obsequentes parentibus, cito eunt ad dñm. Nunqd Prouer. 3.
ergo impletur, ut longæuus sit scdm hanc uitā? Sed
longęuum pro ęternitate illa positum est. Lōga ui-
ta est in dextera eius. At uero diuitiæ & gloria.i. suf
ficientia uitæ huius, ea q̄ bona existimantur ab ho
minibus, sinistra est. Nescio quis uenit & uult tibi
pcutere dexteram.i. tollere tibi fidem tuam, Tu ac Matt. 5.
cepisti alapā in dexteram, præbe sinistrā.i. ut illud F
tollat quod temporale est, & nō ea quæ æterna ha-
bes. Audite Paulum Apostolum hoc facientem Ho
mines psequebantur in eo ꝙ Christianus erat: per-
cutitur illi dextera, ille sinistram opponebat, Ciuis Acto. 22.
Romanus sum ait. Dexterā contēnebant illi, & ille
de sinistra terrebat, qa illi dexterā eius timere non
poterant, nondum.n. xp̄o crediderant. Quid ergo?
Si dextera amplectitur, sinistra sub capite est. Quid Canti. 2.
est, Nesciat sinistra tua qd faciat dextera tua? Id est, Matt. 6.
qn̄ facis bonum opus, propter uitam æternam fac.
Nam si opus bonū in terra propterea feceris ut ter-
rena tibi abundent, scit sinistra tua quid faciat de-
xtera tua: miscuisti dexterā sinistræ. Noli facere ni-
si pp uitam æternam: ideo fac & securus facies: hoc
enim mandauit deus. Si pp solas res humanas, & so
lam uitam istam facis quod facis, sinistra sola ope-
ratur. Si aūt propter uitam ęternam opereris, dexte
ra sola operatur. Si autem habes intentionē ad ui-
tam æternam, sed surrepit tibi cupiditas uitæ tpa-
lis, ut attendas etiā istam quādo facis opus bonū,

G ut hic tibi aliqd retribuatur, miscet se sinistra operibus dexteræ Hoc uetat deus. Veniamus nũc ad illud quod ait Psalmus, Dñs tegumentum tuum sup manũ dexteræ tuæ. Manum, potestatem dicit. Vnde probamus? Quia & manus dei, potestas dei dicta est: nam diabolus q tentauit Iob, hoc ait deo, Mitte
Iob. 1. manũ tuam, & tange oĩa quæ habet. Quid est, mitte manũ tuã, nisi da potestatem? Euidentius audi frater, ne forte carnali sensu adhuc cogites qa membris distinctus est deus: audi euidẽter quõ dicatur manus potestas: ait quodã loco scriptura, Mors &
Proue. 18 uita in manibus linguæ. Nouimus linguas frusta quędã carnis, in ore mouẽtur, & pcutiendo palatũ & dentes distinguũt sonos qbus loquimur: ostẽdãtur mihi manus linguæ. Lingua ergo non habet manus, sed habet & man⁹. Quę sunt manus linguę? Potestas linguę. Quid est, mors & uita in manibus
Matt. 12. linguę: Ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condẽnaberis. Ergo si manus potestas, qd est man⁹ dexterę? Nihil arbitror intelligi congruẽtius, nisi ut intelligamus man⁹ dexteræ potestatem quã tibi dedit deus, ut si uelis, donãte deo ad dexterã sis. Erũt
H enim impij oẽs ad sinistram, erũt aũt oẽs filij boni
Matt 25. ad dexterã, qbus dicet, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Vt aũt sis ad dexteram, id est, ut posis dei filius fieri, potestatẽ accepisti. Quam potestatẽ?
Ioan. 1. De qua dicit Apl's Ioannes, Dedit eis potestatem filios dei fieri. Vnde accepisti hanc potestatem? Credentibus, inquit, in nomine eius Si ergo credis, ipsa tibi potestas data est, ut sis inter filios dei. Esse aũt inter filios dei, hoc est ad dexterã ptinere. Ergo fides tua manus dexteræ tuæ, id est, potestas q̃ tibi data est, ut sis inter filios dei, man⁹ est dexterę tuæ. Sed qd ualet ipsa potestas quam accepit homo, nisi dñs ptegat: Ecce credidit, iam ambulat in fine. Infirmus est inter tẽtationes, agitatur inter molestias, inter carnales corruptiões, inter suggestiones cupiditatis, inter uersutias & laqueos inimici. Quid ualet ergo qa habet potestatem, & credidit in xp̃m, ut sit inter filios dei? Væ homini illi, nisi & ipsius fidẽ dñs protegat, id est, ut non te permittat tentari su-
1. Cor. 10. pra quàm potes ferre, sicut dicit Apostolus, Fidelis
I deus qui non uos pmittet tentari supra q̃ potestis ferre. Ille ergo q non sinit tentari supra q̃ possumus ferre, quanuis iam fideles simus, quanuis iam manus dexteræ nostræ sit in nobis, protegit nos deus sup manũ dexteræ nostrę. Non nobis sufficit habere manũ dexteræ, nisi ille & ipsam manum dexterę protegat. Ecce hoc de tentationibus dixi, Intẽdite quid sequatur, Protegat te dñs super manũ dexteræ tuæ) Dixi & quod arbitror recognouistis. Si n. nõ recognouissetis, & de scripturis nõ recognouissetis, nõ uocibus uestris intellectũ uestrũ mihi significaretis. Ergo qa intellexistis fratres, uidete qd sequitur, quare protegat dñs & super manũ dexteræ, id est, sup ipsam fidẽ, in qua potestatẽ accepim⁹ esse inter filios dei, & esse ad dexterã. Quare opor-
Ioan. 1. tet ut protegat dñs? Propter scãdala. Vnde sunt scãdala? De duobus timenda sunt scandala, qa & duo
Matt. 22. sunt præcepta, in qbus tota lex pẽdet & Prophetę, dilectio dei & proximi. Ecclesia pp deũ, in deo proximus diligitur, deus autem pp deum. In deo intelligitur figurate dictus sol, in ecclesia intelligitur figurate dicta luna. Quisqs potest errare ut aliud de

deo credat q̃ oportet, non credat patrem & filium K & spiritumsanctũ unius esse substãtię, deceptus est uersutia hæreticorum, maxime Arrianorũ (q tres ὑποστάσεις ὑποστάσεων, id est, tres subsistẽtes substãtias, introduxerũt, sed dei miserãte auxilio primus hui⁹ author erroris exilio dãnatus catholicorum patrũ ppetuo, nunquam ad communionẽ dicitur morte interueniente peruenisse. Alius uero per totã Oriẽtis regionẽ digna & consimili multatus est pœna. Sed si aliquis horũ uel aliorũ, ut dixi, deceptus erroris uæsania,) aliquid minus in filio, aut minus in spiritusancto q̃ in patre crediderit, passus est scãdalum in deo, (a sole uritur.) Quisquis rursus putauerit ecclesiã in una parte esse, & non eã cognouerit diffusam toto orbe terrarum, & crediderit eis qui dicunt, Ecce hic est xp̃s, & ecce illic, sicut modo au- Matt 24. distis cum Euangeliũ legeretur, cũ ille totum orbẽ emerit, qa tantum precium dedit, ille tanquam in proximo scãdalizatur, a luna uritur. Quisquis ergo errat in ipsa substãtia ueritatis, à sole uritur, & per diem uritur, qa in ipsa sapientia errat, de qua dictũ Psal. 18. est, Dies diei eructat uerbũ: unde dicit & Apostol⁹, 1. Cor. 2. Spiritualib⁹ spiritalia cõparamus, Dies diei eructat L uerbũ, spiritalibus spiritalia cõparantes. Dies diei eructat uerbũ, sapientiã loquimur inter perfectos. Quid est, & nos nocti indicat sciẽtiã? Paruulis prędicatur humilitas xp̃i, & caro Christi, & crucifixio xp̃i, qa ipsũm est lac quod sufficit paruulis: & ideo non relinquũtur in nocte paruuli, quia lucet & luna etiam in nocte, id est, per carnem xp̃i prædicatur ecclesia, qa ipsa caro xp̃i caput ecclesię est. Quisquis ibi non scandalizatur, in ipsa ecclesia & in carne xp̃i, à luna non uritur. Quisquis scãdalizatus nõ fuerit in ueritate illa incommutabili & incontaminabili, a sole non uritur, nõ isto sole nõ uritur quẽ nobiscum uident muscæ & pecora, sed illo sole de quo dicunt impij in fine, Quid nobis profuit superbia, & diuitiarũ iactatio quid cõtulit nobis? Transierunt oĩa tanquam umbra. Et cum ista dixissent, ergo, inquiunt, errauimus à uia ueritatis, & iustitię lu- Sapien. 5. men nõ luxit nobis, & sol nõ est ortus nobis. Nunquid non iste sol oĩbus impijs oritur, illo instituẽte de quo dictũ est, Qui facit solẽ suũ oriri super bo- Matt. 5. nos & malos? Ergo aliũ solem fecit deus qui oritur M sup bonos & malos, istum quem uident & boni & mali. Alius est aũt ille sol, non factus, sed genitus, p quem facta sunt oĩa, ubi est intelligentia incõmu- Ioan. 1. tabilis ueritatis. De ipso dicũt impij, & sol nõ ortus est nobis. (De hoc sole pater Athanasius Alexandrinus Episcopus ita pulchre loquut⁹ est: filius, inqt, dei à patre solo est, nõ factus nec creatus, sed genitus.) Quisquis in ipsa sapiẽtia nõ errat, non uritur à sole. Quisquis in ecclesia & in carne dñi, & in his quæ pro nobis tẽpaliter gesta sunt non errat, nõ uritur a luna. Oĩs autem homo quanuis iam crediderit in xp̃m, aut hic errat, aut ibi, si non in illo sit qd dictum est, Dominus tegumentum tuum super manum desteræ tuæ: (quasi per diem a sole, & uritur a luna per noctem.) ideo enim cum dixisset, Dominus tegumentum tuũ super manum desteræ tuæ, quasi q̃sisset ille & dixisset, Iam ecce est manus dexteræ meæ, iam elegi credere in xp̃m, accepi potestatem inter filios dei esse, qd est quod deus tegumẽtum meũ est adhuc supra, id est, super manum dexteræ meæ? Seqtur, Per diem sol non uret te, neque

A luna per noctem.) Ad hoc igitur tegumentũ tuum est super manum dexteræ tuæ, ut non te urat sol p diem, neq; luna per noctẽ. Nam hinc intelligite fratres, quia figurate dictũ est. Etenim reuera fratres solem inuisibilem si cogitemus, urit p diem. Nunqd luna urit p noctem? Sed quid est ustio? Scãdalum:
2.Cor.11. audi Aplm dicentem, Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scãdalizatur, & ego nõ uror? Per diẽ ergo sol non uret te, neq; luna per noctem. Quare? quia Dñs custodiet te ab omni malo.) A scãdalis in sole, & a scandalis in luna, Ab omni malo te custodiet qui est tegumẽtum tuum super manũ dexteræ tuæ, q non dormit neq; dormitabit. Et ad quã rem? Quia in tentationibus sumus, dñs custodiet te ab omni malo. Custodiat animã tuam dñs.) Etiam in ipsa anima. Custodiat dñs introitũ tuũ & exitum tuum, ex hoc nũc & usq; in seculum.) Et non quasi corpus tuum, nam in corpore perempti sunt martyres, sed custodiet animam tuam dñs, qa
Passa est in Tyro. 8. kalen. Augu. de anima non cesserunt martyres, & sæuiebant pse cutores in Christianam, cuius hodie natalitia cele bramus, sæuiebant in fœminam diuitem & delica tam: sed fortis erat, quia dñs tegumentum eius sup
B manum dexteræ eius, ille qui eam custodiebat. Hęc enim fratres nunqd est qui in Aphrica ignoret? Clarissima etiam fuit, nobilis gñe, abundans diuitijs: sed hæc oĩa sinistra erant, sub capite erãt. Venit inimicus q feriret caput, & sinistra illi obiecta est quę erat sub capite. Caput supra erat, dextera desup cõplectebatur. Quid poterat facere psecutor, quãuis delicatæ fœminę? Erat qdem illa & sexu infirma, & diuitijs forte languidior, & cõsuetudine corporali infirmior. Sed qd ad tanta munimẽta? Quid ad il-
Canti. 2 lum sponsum mittentẽ sinistrã sub caput, & dextera sua complectentem? Qñ sic munitam percuteret inimicus? Et tñ percussit, sed in corpus. Quid autẽ dicit Psalmus? Custodiat dñs animam tuam. Anima non cessit, corpus percussum est. Et corpus ad tps percussum est: nam in fine resurrecturum est, quia & ipse q dignatus est esse caput Ecclesiæ, præbuit corpus suum ad tps percutiendũ. Sed carnem suam ille triduo resuscitauit, carnem nostrã in fine resuscitaturus est. Ideo suscitatũ est caput, quod attenderet corpus ut non deficeret. Custodiat aiam
C tuam dñs: ipsa non cedat, ipsa non frangatur scãdalis, in psecutionibus, in tribulationibus ipsa nõ ca
Mat.10 dat deficiẽdo, sicut dñs dicit, Nolite timere eos qui corpus occidunt, aiam autem non possunt occidere, sed eum timete qui habet potestatem corpus & animam occidere & mittere in gehennã ignis. Hãc ergo animam tuam custodiat dñs, ne cedas psuasori malo, ne cedas promittenti falsa, ne cedas minanti temporalia, & custodiat animã tuam dñs: & deinde custodiat dñs introitum tuum & exitum tuũ, ex hoc nunc & usq; in seculum. Nam introitum tuũ ad tempus attende. Custodiat dñs introitum tuũ & exitum tuum, ex hoc nunc & usq; in seculum: ex itum idem custodiat. Quid est introitum tuum? qd est exitum? Qñ tentamur, intramus: qñ uincimus tentationem, eximus. Audi introitum, audi exitũ.
Ecclesiastici 27. Vasa figuli probat fornax, ait scriptura, & homines iustos tẽtatio tribulationis. Si sic sunt homines ut sti, quõ uasa figuli, necesse est ut uasa fornacem intrent. Et non qñ intrant iam securus est figulus, sed cum exierint. Dominus autem securus est, quia no uit qui sunt eius, & nouit qui in fornace non cre-
D pent. Illi autem non crepãt, qui non habent uentũ
2.Tim.2. superbiæ. Humilitas ergo custodit in omni tentatione, qa a cõualle plorationis ascẽdimus cantãtes cã
Psal.83. ticum graduum nouum. Et custodit dñs introitũ, ut salui intremus. Sana fide simus qñ accedit tentatio, & custodit exitum ex hoc nunc & usq; in seculum. Cum enim exierimus ab omni tẽtatione, iam in ęternũ nulla nos tentatio terrebit, nulla cõcupiscentia saltem sollicitabit. Audi Aplm idipsum cõ
1.Cor.10 memorantem, quod pauloante commemoraui, Fidelis deus qui non permittet uos tentari supra quã potestis ferre. Ecce introitus tuus custoditur, qñ nõ tibi sinit deus accidere tentationem, quam nõ potes ferre. Introitum tuũ custodit, uidete si custodit & exitum. Sed faciet, inquit, cũ tentatione ẽt exitũ, ut possitis sustinere. Nũquid possumus nos fratres interpretari aliter, q̃ ipsa uerba Apostoli docuerũt?
Epilogus. Custodite ergo uos, sed nõ à nobis, quia dñs tegumentum tuum qui custodit, qui no dormitat nec dormit. Semel dormiuit ꝑ nobis, surrexit, iam non dormiet. Nemo de se præsumat, de conualle plorationis ascẽdimus, non remaneamus in uia. Gradus in uia restant, nõ debemus pigri remanere, nõ de-
E bemus superbi cadere. Dicamus deo, Non moueat pes noster, non dormiet q custodit nos. In nr̃a potestate est, deo donante, si eũ nobis faciamus custodem, q nõ dormit neq; dormitat, q custodit Israel. Quem Israel? Videtem deum. Ita erit auxilium tuũ à dño, ita erit tegumentum tuum sup manum dexteræ tuę, ita custodit introitus tuus & exitus tuus ex hoc nunc & usq; in seculum. Nam si de te psumpseris, motus est pes tuus: si motus ẽ pes tuus, iam putas te in aliquo gradu esse. Inde cadis si superbus es, qa humilis in conualle plorationis dicit, Ne des ad mouendũ pedẽ meũ. Etsi breuis psalmus est, lõga tñ tractatio, & longus sermo. Putate fratres quia p natalem beatæ Christianę inuitaui uos, & immoderatior fui in cõuiuio ꝑducẽdo. Nõne posset hoc uobis fieri, si quis uos militaris inuitaret, & ad mẽsam sine mẽsura bibere cogeret? Liceat nobis hoc facere in sermone diuino, ut inebriemini & satiemini, queadmodũ & dñs pluuia sua tẽporali dignat' est terrã irrigare, ut cũ maiore gaudio uos nõ teneret ire ad locũ martyrũ, sicut hesterno die ꝑmisera
F mus. Illi.n. martyres sine labore hic sunt nobiscũ.

In Psalmum CXXI. Enarratio.

Sicut amor immundus inflãmat animam, & ad terrena concupiscẽda & peritura sectãda uocat perituram, & in ima pcipitat, atq; in profunda demergit: sic amor sanctus ad superna eleuat, & ad æterna inflãmat, & ad ea q nõ trãseunt neq; moriuntur, excitat animam, & de profundo inferni leuat ad cœlum. Habet tñ omnis amor uim suam, nec potest uacare amor in aia amantis: necesse est ut ducat. Sed uis nosse qualis amor sit? Vide quõ ducat: nõ.n. monemus ut nil ametis, sed monemus ne mundũ ametis, ut eũ q fecit mundũ libere ametis. Obligata n aia amore terreno, quasi uiscũ habet in pennis, uolare non potest: mundata uero ab affectib' sordidissimis secul., tanq̃ extensis pennis & duabus alis resolutis ab omni impedimẽ
Matt. 22 to ad est, duobus pceptis dilectionis dei & pximi, uolat. Quõ nisi ad deũ ascendit uolando, q ascendit amando? Quod anteq̃ possit, gemit in terra, si

G iam ineſt ei uolandi deſiderium,& dicit, Quis dabit mihi pennas ſicut columbę,& uolabo & requieſcam? *Pſal. 54.* Quo aũt uolabit, niſi de medijs ſcãdalis,ubi gemebat ẽt iſte cuius hæc uox eſt quã commemoraui? De medijs ergo ſcandalis a commixtione malorum hoi um,ã paleis qbus grana commixta ſunt uolare uult, ubi non patiaẽ coniunctionẽ & ſocietatẽ iniq alicuius, ſed uiuat in ſancta ſocietate angelorũ, ciuiũ in æterna Hieruſalẽ. Ideo pſalmus iſte quẽ hodie ſuſcepimus tractandũ ſanctitati ueſtræ, ipſam Hieruſalem deſiderat.i.iſte q aſcẽdit in hoc pſalmo:eſt.n. Canticum graduũ.)Quod ſæpe diximus charitati neſtræ,qa non ſunt ibi gradus deſcendentium,ſed aſcendentiũ. Aſcendere ergo uult iſte. Et quò uult aſcẽdere,niſi in cœlũ? Quid eſt in cœlo? Vtrum ideo uult aſcẽdere, ut ſit cũ ſole & luna & ſtellis? Abſit. Sed eſt in cœlo æterna Hieruſalem ubi ſunt ciues nr̃i angeli: ab ipſis ciuibus nr̃is pegrinamur in terra. In pegrinatione ſuſpiram⁹,in ciuitate gaudebim⁹. Inuenim⁹ aũt & ſocios i iſta pegrinatiõe terrę,q iã uiderũt ipam ciuitatẽ, & inuitãt nos ut curram⁹ ad illã. Ad hos gaudet iſte, q dicit,

H *Expoſitio Pſalmi.*

Iocundatus ſum in his q̃ dixerunt mihi, in domum dñi ibimus.)Frẽs,ueniat in mentẽ charitati uẽſ,ſi qua forte feſtiuitas martyrũ & locus aliqs ſanctus noiaẽ, quò certo die turbę cõfluunt ad celebrandã ſolennitatẽ, illæ turbæ quõ ſe exuſcitant, quõ ſe hortanẽ & dñt, eamus eamus? Et qrunt, Quo eamus? Et dĩ, Ad illum locum, ad ſanctum locũ. Inuicem ſibi loquunẽ, & tanquã incẽſi ſingillatim faciunt unam flammam, & ipſa una flamma facta ex collocutione ſeſe aſcẽdentiũ rapit illos ad locũ ſctm̃,& cogitatio ſancta ſanctificat eos. Si ergo ad locum temporalẽ ſic rapit amor ſanctus, qualis amor debet eſſe q concordes rapit in cœlũ,& dicentes ſibi in domum dñi ibimus? Ergo curramus, curramus, quia in domũ dñi ibimus. Curramus,& non fatigemur,quia illuc peruenimus ubi non laſſabimur. Curramus in domũ dñi,iocũdetur anima noſtra in his q ea nobis dicunt. Qui enim ea nobis dñt, priores uiderunt ipſam patriã, de longinquo clamãtes ad poſteriores, In domum

I dñi ibimus,ambulate, currite: uiderũt illã Apoſtoli,& dixerũt nobis, Currite, ambulate, ſequimini, in domum dñi ibimus: Et qd dicit unuſquiſq; noſtrum? Iocundatus ſum in his q̃ dixerunt mihi, in domum dñi ibimus. Iocũdatus ſum in prophetis, iocundatus ſum in Apoſtolis. Oẽs.n. iſti dixerunt nobis, in domum dñi ibimus. Stantes erãt pedes noſtri in atrijs Hieruſalẽ)Ecce habes domũ dñi,ſi quęrebas quid ſit domus dñi. In illa domo dñi laudatur,qui condidit domum, ipſe & delitiæ oĩum habitantium in domo. Ipſe ſola ſpes hic, & res ibi. Ergo qui currunt qd debent cogitare? Quaſi ibi iã ſint & ibi ſtent. Magnum eſt n ibi ſtare inter angelos,& non deficere. Qui.n. indhe lapſus eſt, in ueritate non ſtetit. *Ioan. 8.* Quicunq; non ſunt lapſi, in ueritate ſtãt:& ille ſtat q deo fruiẽ: qui aũt ſe frui noluerit, cadit. Quis aũt ſe frui uult? Qui ſuperbus eſt: Ideo ille q ſemp ſtare uolebat in atrijs Hieruſalẽ, In lumine tuo, inqt, uidebimus lumẽ: non in lumine meo. *Pſal. 35* Et apud te, inquit, fons uitæ: non apud me:& quid adiecit? Non ueniat mihi pes ſupbiæ,& manus peccatorum nõ moueat me. Ibi ceciderũt oẽs q operã

tur iniquitatẽ, expulſi ſunt nec, potuerunt ſtare. Si K ergo illi ideo nõ potuerunt ſtare qa ſupbi fuerunt, humiliter tu aſcende, ut dicas, Stãtes erãt pedes nr̃i in atrijs tuis Hieruſalẽ. Cogita qualis ibi futur⁹ ſis. Et quãuis adhuc in uia ſis, hoc tibi pone ante oculos quaſi ibi ſtes, quaſi iã inter angelos indeficiẽs gaudeas:& fiat in te qd dictũ eſt, Beati qui habitãt in domo tua, in ſecula ſeculoꝝ laudabũt te. *Pſal. 83.* Stãtes erant pedes nr̃i i atrijs Hieruſalẽ. Cuius Hieruſalẽ? Solet.n. dici & iſta Hieruſalẽ: ſed iſta Hieruſalẽ umbra eſt illius Et qd magnũ eſt ſtare in iſta Hieruſalẽ, qñ iſta Hieruſalẽ ſtare nõ potuit, q̃ in ruinã conuerſa eſt. Hoc ergo ꝓ magno ſpũſſanctus ex inflammato corde amantis huius eloqtur, qa dicit, Stãtes erãt pedes nr̃i in atrijs tuis Hieruſalẽ? Nõne illa eſt Hieruſalẽ, cui dixit dñs, Hieruſalẽ Hieruſalẽ q̃ interficis ꝓphetas,& lapides miſſos ad te: *Matt. 23.* Quid magnũ ergo iſte cõcupiſcebat, ſtare inter illos q interficiebãt ꝓphetas,& lapidabãt miſſos ad ſe? Abſit ut de iſta Hieruſalẽ ſic cogitet q ſic amat, q ſic ardet, q ſic uult peruenire ad illã Hieruſalẽ matrẽ nr̃am, de qua dicit Apl̃s, ęternã in cœlis. *Gala. 4* Audi poſtremo, noli mihi credere, audi qd ſequaẽ, & quã Hieruſalem deſignet metibus nr̃is: L cũ.n. dixiſſet, Stãtes erant pedes nr̃i in atrijs tuis Hieruſalẽ: quaſi diceret illi, De qua Hieruſalem dicis, de qua Hieruſalẽ loqueris, ſubiecit ſtatim, Hieruſalẽ q̃ ædificatur ut ciuitas,)Fratres, qñ dicebat iſta Dauid, perfecta erat illa ciuitas non ædificabatur. Neſcio quã ergo ciuitatem dicit q̃ modo ædificatur, ad quã currunt in fide lapides uiui, de qbus Petrus, Et uos tanq̃ lapides uiui coædificamini in domũ ſpiritalem.i.templũ ſctm̃ dei. *1. Petr. 2.* Quid eſt, lapides uiui coædificamini? Viuis, ſi credis: ſi aũt credis, efficieris tẽplum dei: qa dicit Apl̃s Paulus, Templũ.n. dei ſctm̃ eſt qd eſtis uos. *1. Cor. 3* Ipſa ergo modo ciuitas ædificaẽ: Præciduntẽ de montib⁹ lapides p manus pdicantium ueritatẽ, conquadrãtur ut intrent in ſtructurã ſempiternã. Adhuc multi lapides in manib⁹ artificis ſunt, nõ cadunt de manibus artificis, ut poſſint pfecti coędificari in ſtructurã tẽpli. Eſt ergo iſta Hieruſalẽ, q ędificaẽ ut ciuitas, fundamentũ ipſius xp̃s eſt: dicit Apl̃s Paulus, *Ibid.* Fundamentũ aliud nemo põt ponere præter id qd M poſitum eſt, quod eſt xp̃s Ieſus. Fundamentum qñ ponitur in terra, deſuper ædificanẽ parietes,& pondus parietũ ad ima tendit, qa in imo poſitũ eſt fundamentum. Si autem fundamentum noſtrũ in cœlo eſt, ad cœlũ ędificemur. Corpora ędificauerunt iſtam ſtructurã quã uidetis amplã ſurrexiſſe huius baſilicæ:& qa corpora ædificauerũt, fundamentũ in imo poſuerunt. Quia uero ſpiritalr̃ ędificamur: fundamentũ nr̃m in ſummo poſitũ eſt. Illuc ergo curramus, ibi ædificemur, qa de ipſa Hieruſalẽ dictum eſt, Stantes erãt pedes nr̃i in atrijs tuis Hieruſalem. Sed quã Hieruſalem? Hieruſalem q̃ ædificaẽ ut ciuitas. Parum dixit ut oſtenderet Hieruſalẽ, qa dixit ut ciuitas ędificatur: Adhuc poteſt illa corporalis intelligi. Quid ſi.n. exiſtat aliqs & dicat, Iã quidem & cum iſta dicerentur ſpibus Dauid,& iſta canerentur, erat ciuitas illa pfecta, ſed uidebat in ſpiritu ruituram,& iterum ædificandã *4. Re. 25.* Expugnata eſt enim illa ciuitas,& factus eſt trãſitus in Babyloniã ppl̃i captiuati,& dicta eſt iſta in ſcripturis, tranſmigratio i Babyloniã. Et ꝓphetauit Hieremias poſt ſeptuaginta ãnos captiuitatis ędificari poſſe illã ciuitatem *Hier. 25. & 29.*

tatē quæ destructa erat à debellantibus. Forte ait
aliqs, Hoc uidebat Dauid in spū ruiturā ciuitatem
Hierusalē à debellātibus, & iterū posse post septua-
ginta annos ædificari: & ideo dixit, Hierusalē quæ
ædificatur ut ciuitas. Noli ergo putare illam ciuita
tē esse dictā, sed quæ constat ex sanctis, tanq̄ ex la-
pidibus uiuis. Quid seqtur ut tollat totā dubitatio
nē? Ait.n. Stantes erant pedes nři, in atrijs tuis Hie-
rusalē. Sed quā dico Hierusalem? Nunqd istā, inqt,
quā uidetis stare corporeis parietibus erectā? Non,
sed Hierusalē quæ ædificatur ut ciuitas. Quare nō
ciuitas, sed ut ciuitas, nisi qa ista structura parietū
q̄ erat in Hierusalem, uisibilis ciuitas erat, sicut pro
prie dicitur ab omnibus ciuitas: illa aūt ędificatur
tanq̄ ciuitas, qa & illi q in eam intrant, uiui tanquā
lapides sunt: non.n. uere lapides sunt. Sicut illi alij
ut lapides, non lapides: sic illa ut ciuitas, non ciui-
tas, qa dixit, ædificatur. Nomine qppe ædificij, stru
cturam compagemq; corpoꝝ atq; parietum uoluit
intelligi. Nā ciuitas ꝓprie in hominibus habitanti
bus intelligiť. Sed manifestauit nobis ciuitatem se
B urbē dixisse, qa dixit ædificatur: & qa ædificiū spi-
ritale similitudinē habet quandā ad ędificiū cor-
porale, ideo ædificatur ut ciuitas. Sed dicat qd seq
tur, auferat oēm dubitationem, qa non carnaliter
debemus accipere, Hierusalē quæ ædificatur ut ci
uitas: Cuius participatio eius in idipsum.) Iam er
go fratres qsqs erigit aciem mentis, qsqs deponit ca
liginē carnis, qsqs mūdat oculum cordis, eleuet &
uideat qd est in idipsum. Idipsum qūo dicā nisi id
ipsum? Fratres si potestis, itelligite qd est idipsum.
Nā & ego qd aliud dixero, non dico idipsum. Con
tendimus tamen qbusdam uicinitatibus uerborū
& significationum ꝑducere infirmitatē mentis ad
Libro. 5. de trinitate. c. 2. cogitādum idipsum. Quid est idipsum? Quod sem
ꝑ eodem modo est, quod non modo aliud, & mo-
do aliud est. Quid est ergo idipsum, nisi quod est?
Quid est qd est? Qd æternū est. Nā qd semper aliter
atq; aliter est, non est, qa non manet. Non omnino
non est, sed non summe est. Et qd est quod est, nisi
Exod. 3. ille q quando mittebat Moysen, dixit illi, Ego sum
qui sum? Quid est hoc nisi ille cui diceret famulus
C eius, Ecce mittis me, si dixerit mihi populus, quis
te misit, qd dicā ei? nomen suū noluit aliud dicere
q̄, ego sum qui sum: & adiecit & ait, Dices itaq; filijs
Ibidem. Israel, Qui est misit me ad uos. Ecce idipsum, Ego
sum q sum. Qui est misit me ad uos. Nō potes cape
re, multū est intelligere, multū est apprehēdere. Re
tine qd ꝓ te factus est, quē non possis capere. Reti
Luce. 10 ne carnem Christi, in quā leueris ægrotus, & à uul
neribus latronū semiuiuus relictus, & ad stabulū
ꝑducaris, & ibi saneris. Ergo curramus ad domum
dñi, & ꝑueniamus ad ciuitatē ubi stent pedes nři,
ciuitatem quæ ædificatur ut ciuitas, cuius partici-
patio eius in idipsum. Quid.n. debes tenere? Quod
pro te factus est Xp̄s, qa ipse Xp̄s est: & ipse Xp̄s re-
cte intelligitur, ego sum qui sum, qūo est in forma
Exod. 3. dei: Vbi non rapinam arbitratus est esse æqualis
deo, ibi est idipsum. Vt autē efficiaris particeps in
idipsum, factus est ipse prior particeps tui: Et uer-
bū caro factū est, ut caro participet uerbum. Quia
Ioan. 1. uero qd uerbū caro factū est, & habitauit in nobis
ex semine uenit Abrahā: ꝓmissum est autē Abrahę
& Isaac & Iacob, q; ex semine eorum benediceren-
tur omnes gentes, & inde uidemus Ecclesiam toto
orbe diffusam: loqtur ad infirmos deus. Firmitatē D
cordis q̄siuit, cū diceret, Ego sum q sum. Firmitatē
cordis q̄siuit & aciem cōtemplationis erectā, cum
dixit, Qui est misit me ad uos. Sed nondum habes
forte contēplationē: Noli deficere, noli desperare:
Qui est uoluit esse homo ut tu es, & ideo secutus
ait Moysi quasi expauescenti nomē. Qđ nomē? Qđ
est, est. Et dixit, inqt, dñs ad Moysen, Ego sum deus
Abraham & deus Isaac & deus Iacob, hoc mihi no
men in æternum. Noli de te desperare qa dixi, ego *Exod. 3.*
sum q sum, & qui est misit me ad uos, qa tu modo
fluctuas, & mutabilitate reꝝ & uarietate mortalita
tis humanæ ꝑcipere nō potes qd est idipsum. Ego
descendo, quia tu uenire nō potes: Ego sum deus
Abrahā & deus Isaac & deꝰ Iacob. In semine Abra-
ham spera aliqd, ut cōfirmari possis ad uidendū q
uenit ad te in semine Abrahæ, Ergo hoc est idipm,
de quo dictū est, Mutabis ea & mutabunť, tu autē *Psal. 101*
idē ipse es, & anni tui nō deficiēt. Ecce idipsum cu
ius anni nō deficiēt, Fratres, nōne anni nostri quo
tidie deficiūt, nec stant omnino? Nā & q uenerunt
iā nō sunt, & q futuri sunt nondū sunt. Iā illi defece E
runt, & illi defecturi uenturi sunt. In hoc ergo ipso
uno die fratres, ecce modo qđ loqmur in mometo
est: Præteritæ horæ transierūt, futuræ nondū uene
runt: & cū uenerint, & ipsæ trāsibunt & deficient.
Qui sunt anni q non deficiunt, nisi q stant? Si ergo
ibi anni stant, & ipsi anni q stāt unus annus est, &
ipse unus annus q stat unus dies est: quia ipse unus
dies nec ortum habet nec occasum, nec inchoatur
ab hesterno, nec excluditur à crastino, sed stat sem
ꝑ ille dies. Et qđ uis uocas illū diē, si uis anni sunt,
si uis dies est, quodcunq; cogitaueris stat tñ: Ipsius
stabilitatis participat illa ciuitas, cuius participa-
tio est in idipsum: Merito ergo qa illius stabilitatis
fit particeps, dicit iste q illuc currit, Stantes erāt pe-
des nři in atrijs Hierusalē. Omia.n. ibi stant, ubi ni
hil transit. Vis & tu ibi stare & non transire? Illuc
curre, idipsum nemo habet ex se. Intendite fratres.
Corpus habet, nō est idipsum, qa nō in se stat. Mu-
tať ꝑ ætates, mutatur ꝑ mutationes locoꝝ ac tēpo-
rū, mutatur ꝑ morbos & defectus carnales: non er
go in se stat. Corpora cœlestia nō in se stāt, habent F
quasdā mutationes suas, & si occultas: certe de lo-
cis in loca mutanť, ascendunt ab oriente in occidē
tē, & rursus circumeunt ad orientē. Nō ergo stant,
nō sunt idipm. Anima humana nec ipsa stat. Quan
tis.n. mutationibus & cogitationibus uariať, quā-
tis uoluptatibus immutatur, quātis cupiditatibus
diuerberatur atq; discinditur? Mens ipsa hominis,
q̄ dicitur rationalis, mutabilis est, nō est idipsum.
Modo uult, modo nō uult: modo scit, modo non
scit: modo meminit, modo obliuiscit. Ergo idipm
nemo habet ex se. Qui uoluit ex se hr̄e idipsum, ut
quasi ipse sibi esset idipsum, lapsus est. Cecidit an- *Gene. 3.*
gelus, & factus est diabolus: Propinauit homini su
ꝑbiā, deiecit secū inuidētia eū q stabat. Isti sibi uo
luerūt idipsum esse, sibi principari, sibi dominari
uoluerūt. Noluerūt hr̄e uerū dñm, q uere est idipm
cui dictū est, Mutabis ea & mutabunť, tu aūt idem *Psal. 101.*
ipse es. Iam ergo post tantū languorē, post tantos
morbos, difficultates, labores, redeat anima humi
liata ad idipsum, & sit in illa ciuitate cuius partici-
patio eius in idipsum: Illuc.n. ascenderunt tribꝰ.)
Quęrebamus.n. quò ascēdat q cecidit, qa diximus

G ascendētis hominis uox est, ascēdētis Ecclesię. Pu-
tamúsne quò ascēdit? Quò it? Quò erigit? Illuc ascē
derunt, inqt, tribus. Quo ascenderūt tribus? In ciui
tatē, cuius participatio eius in idipsum. Ergo illuc
Luc.10. ascendit in Hierusalē. Homo aūt q. descendebat de
Hierusalē in Hiericho, incidit in latrones. Si nō de-
scēderet, nō incideret in latrones. Quia uero descē
dendo incidit in latrones, ascendendo ueniat ad
angelos. Ascendat ergo, qa ascenderunt tribus. Sed
qd sunt tribus? Multi nouerunt, multi nō nouerūt.
Sed & q nouimus descēdamus ad illos q nō noue-
rūt tribus, ut nobiscū ascendāt quò ascēderunt tri
bus. Tribus alio nomine dici possunt curię, sed nō
ꝓpriè. Itaq tribus uno nomine alio ꝓpriè dici nō
possunt, sed uicino dicunt curiæ. Nā propriè si di-
xerimus curias, non intelligunt nisi curię, q̄ sunt in
ciuitatibus singulis singulæ: Vnde dicuntur curia
les & decuriones i. q sint in curia uel de curia: &
nostis qa tales curias singulas habēt singulæ ciui-
tates. Sunt aūt uel erant aliqn̄ in istis quoq ciuita-
tibus curiæ ēt populoꝝ, & una ciuitas multas cu-
H rias habet, sicut Roma trigintaquinq curias habet
populi. Hæ dicunt tribus: Has populus Israel duo-
decim habebat, scdm filios Iacob: Duodecim tri-
bus erāt populi Israel, sed erāt ibi mali, erāt ibi bo-
ni. Quā.n. malæ tribus q̄ crucifixerunt dñm, q̄ bo-
næ tribus q̄ cognouerunt dñm? Illæ ergo tribus q̄
crucifixerunt dñm, tribus sunt diaboli: cum ergo
hic diceret, Illuc.n. ascenderūt tribus: ne oēs tribus
intelligeres, addidit, Tribus dñi.) Quid est, tribus
dñi? Quæ cognouerūt dñm. Ex ipsis.n. duodecim
tribubus mali ibi erant, boni de bonis tribubus, q̄
cognouerunt fabricatorem ciuitatis: Et ipsæ erant
grana inter illas tribus, q̄ iter paleas cōmixta sunt.
Ascenderunt aūt non cum paleis, sed tribus purga
tæ, electæ, quasi tribus dñi. Illuc ascēderūt tribus,
tribus dñi. Quid est, tribus dñi? Testimonium
Israel.) Hoc quid sit fratres audite. Testimonium
Israel. i. in qbus cognoscatur, qa est uel Israel. Quid
est.n. Israel? Interpretatio nominis eius dicta est iā,
& sæpe dicat. Forte.n. & si recens dicta est, excidit:
I Dicendo nos faciamus ut non excidat etiam eis q
legere non nouerunt, aut noluerunt, nos simus co
dex ipsoꝝ. Israel uidēs deum interpretatur, imò di-
ligentius excusso uerbo sic interpretatur, Israel est
uidens. Vtrunq est uidens deum, quia homo in se
non est: Mutatur.n. & uertitur, si non participet ei⁹
qui est idipsum. Tunc est qn̄ uidet deum. Tunc.n.
est quando uidet eum q est, & uidendo eum q est,
fit & ipse pro modo suo ut sit. Ergo ipse est Israel,
Israel est uidens deum. Supbus ergo non est Israel,
qa non est participatio eius in idipsum: qa ipse sibi
uult esse idipsum Qui sibi uult esse principium, nō
est Israel. Omnis ergo fictus non est Israel, qa ois su
pbus necesse est ut fictus sit. Hoc dico fratres mei
necesse est ut omnis supbus uelit uideri qd nō est:
aliter nō potest. Et fratres mei utinam sic uellet su-
perbus uideri quod nō est, ut uellet uideri & quod
est, uerbi causa, coraula cū coraula non esset. Cito
enim ꝓbaretur si diceretur ei, cāta, uideamus utrū
coraula sis: cū non posset, inueniretur falso se uide
ri uoluisse qd non erat. Dixit se eloquentē, dicet ei,
Loquere & ꝓba. Si locutus nō fuerit, inuenitur hoc
non esse qd professus est Supbus quod peius est, iu
stū se uult uideri, cum non sit: Et qa iustitiam intel

ligere difficile est, difficile est supbos agnoscere. Vo- K
lunt ergo supbi uideri quod nō sunt, ideo non est
participatio eoꝝ in idipsum, non ptinet ad Israel, q
non est uidens deum. Quis ergo pertinet ad Israel?
Qui est particeps in idipsum. Qui est q participat i
idipsum? Qui cōfitetur se nō esse qd deus est, & ab
illo habere qd bonum pōt habere: a se aūt nō esse
nisi peccatum, ab illo sibi esse iustitiam. Talis est i
quo dolus nō est. Et dñs uidens Nathanaelem qd
ait? Ecce uerè Israelita, in quo dolus nō est. Si ergo Ioan.1.
uerus Israelita in quo dolus nō est, tribus illæ ascē
dunt ad Hierusalem, in qbus dolus nō est: Et ipsæ
sunt testimoniū Israel. i. p illas agnoscitur quia erāt
grana inter illam paleam, qn̄ area cum uideret tota Matt.3.
palea putabatur. Erant ergo ibi grana: Sed cū ascē-
derint in sublimitatē illam splendoris, cum fuerit
area uentilata, tunc erit testimoniū Israel: tūc dicēt
oēs mali, Vere qa erant ibi iusti inter malos, quan-
do nobis oēs mali uidebantur, & quales nos era-
mus, tales oēs putabamus. Testimoniū Israel: Quò
ascēdunt? Quare ascendunt? Ad confitendū no-
mini tuo dñe.) Magnificentius dici non pōt. Sicut L
supbia præsumit, sic humilitas confitet. Qūo ergo
præsumptor est q uult uideri qd nō est, sic cōfessor
est q non uult uideri qd ipse est, & amat qd est ille.
Ad hoc ergo ascendūt Israelitæ, in qbus dolus nō
est, qa sunt uere Israelitæ, qa in ipsis est testimoniū
Israel. Ad hoc ascēdūt ad confitendū nomini tuo
dñe. Qm̄ ibi sederunt sedes in iudicio.) Mirum
ænigma, mira quæstio si non intelligatur. Sedes di
cit, quos Græci thronos appellant. Thronos Gręci
sellas dicūt, tanq̄ honorabiles. Ergo fratres mei nō
est mirū, si sedeant homines in sedibus, in sellis. Vt
aūt ipsæ sedes sedeant, qūo possumus intelligere?
Tanq̄ si dicat aliquis, Sedeant hic cathedræ, aut se
deant hic sellæ. In sella sedet, in sedibus sedet, in ca
thedris sedet, non ipsæ sedes sedent. Quid est ergo
hoc, Qm̄ ibi sederunt sedes in iudicium? Certe sole
tis audire deo dicente, Cœlū mihi thronus est, ter Esa.66.
ra autem scabellum pedum meoꝝ. Latine aūt totū
† sic dicitur, Cęlum mihi sedes est. Qui sunt isti ni † al. throni.
si iusti? Qui sunt cœli, nisi iusti? Qui cœlū, ipsi cęli,
quia quæ Ecclesia, ipsæ Ecclesiæ: sic sunt multæ ut M
una sit. Sic ergo & iusti. Ita sunt iusti cœlū, ut cœli
sint. In ipsis aūt sedet deus, & de ipsis iudicat deus.
Et nō sine causa dictū est, Cœli enarrāt gloriā dei. Psal.18.
Aplī.n. facti sunt cœlum. Vnde facti sunt cœlum?
Quia iustificati. Qūo peccator factus est terra, cui
dictum est, Terra es & in terram ibis: sic iustificati Gene.3.
facti sunt cœlū. Portauerūt deum, & de ipsis deus
coruscabat miracula, tonabat terrores, pluebat cō
solationes. Erāt ergo illi cœlū, & enarrabant gl'iam Psal.18.
dei. Nā ut noueritis ipsos dictos cœlū, ibi ait in ip-
so Psalmo, In oēm terram exiuit sonus eorum, & in
fines orbis terræ uerba eoꝝ. Quæris quoꝝ, & inue
nies cœloꝝ. Si ergo cœlum sedes dei, Apostoli autē
cęlum, & ipsi facti sunt sedes dei, ipsi sunt thronus
dei: dictū est alio loco, Anima iusti thronus sapien
tiæ. Magna res, magna res dicta est, thronus sapien
tiæ anima iusti. i. in anima iusti sedet sapiētia tanq̄
in sella sua, tanq̄ in throno suo, & inde iudicat qc-
qd iudicat. Ergo erant throni sapientiæ, & ideo di-
xit illis dñs, Sedebitis super duodecim thronos, iu Matt.19.
dicantes duodecim tribus Israel. Sic & ipsi sede-
bunt super duodecim [tribus Israel, & sup duode-

A cum sedes iudicantes easdem, qa] & ipsi sunt sedes dei:de illis quippe dictum est, Ibi.n.sederunt sedes, qm̄ ibi sederunt sedes. Qui sederunt? Sedes. Et qui sunt sedes? de qbus dictū est, Anima iusti, sedes sapientiæ. Qui sunt sedes? Cœli. Qui sunt cœli? Cœ-
Esa.66. lum. Quod est cœlū? de quo dicit dn̄s, Cœlū mihi sedes est. Et ipsi iusti sunt sedes, & hn̄t sedes, & in illa Hierusalē sedebunt sedes. Ad quam rem? In iu-
Matt.19. dicium Sedebitis, inqt, sup duodecim sedes. O uos sedes, iudicātes duodecim tribus Israel. Quos iudicantes? Infra q sunt in terra. Qui iudicabūt? Qui facti sunt cœlū. Illi aūt qui iudicabūtur, in duas partes diuidenf, una ad dexterā, altera ad sinistrā erit.
Esa.3. Iudicabūt cum xp̄o sancti. Veniet enim in iudiciū cum senioribus populi sui, ait Esaias. Alij sunt ergo q cum illo iudicabunt, alij qui ab illo iudicabunt, & ab illis q cū eo iudicabunt diuidentur. Ergo isti in duas partes diuidētur, una ponetur ad dexterā, cui enumerabūtur eleemosynę quas fecerunt: Alia ponetur ad sinistram, cui enumerabit crudelitas & sterilitas misericordiæ: & illis ad dexterā cōstitutis
Matt.25. dicetur, Venite benedicti patris mei, pcipite regnū
B quod nobis paratum est ab origine mūdi. Quare? Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare. Et illi, Qn̄ & qūo te uidimus esurientem? Et ille, Cum uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ergo quid est fratres? Illi iudicabunt de quibus dictū est, ut fiant
Luc.16. amici de mammona iniquitatis, ut & ipsi, inqt, recipiant uos in æterna tabernacula. Sancti sedebūt cum dn̄o attendere qui fecerunt misericordiam, & assument illos separatos in dexteram in regnū cœlorum, & ipsa est pax Hierusalem. Quæ est pax Hierusalem? Vt opera misericordiæ corporalia iungantur operibus prædicationis spiritalibus: & fiat pax dando & accipiendo. Ait.n. Apostolus, qui rationē dati & accepti dicit esse istas eleemosynas: ait ergo,
1.Cor.9. Si nos uobis spiritalia seminamus, magnum est si
2.Cor.8 uestra carnalia metamus: Et ipse re ait alio loco, Qui multū habuit, non abūdauit: & q modicum, non defuit illi. Quare q multum, non abundauit? Quia qd plus habebat, dedit indigēti. Et quid est, q modicum, non defuit illi? Quia accepit ab illo q abundauit, ut fiat, inquit, ęqualitas. Ipsa est pax, de
C qua dr̄, Fiat pax in uirtute tua. Nanq; cum dixisset, Qm̄ ibi sederūt sedes in iudicio. Sedes sup domū Dauid.) Id est, super familiam xp̄i, cui dederunt in tpe cibaria, statim tanquā ipsis sedibus ait, Interrogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.) O uos sedes, quia iam sedetis ut iudicetis, & facti estis sedes domini iudicantis, qm̄ qui iudicant interrogant, q iudicantur interrogantur, Interrogate, inquit, quæ sunt ad pacem Hierusalem Interrogādo quid inuenient? Alios fecisse misericordiam, alios non fecisse. Quos inuenient fecisse misericordiam, ipsos uocabunt ad Hierusalem, qa ipsa sunt ad pacem Hierusalē. Dilectio fortis res est frēs. dilectio fortis res est. Vultis uidere q sit fortis dilectio? Quisquis p aliquam necessitatem non potuerit implere qd iubet deus, amet illū qui implet, & in illo implet. Intēdat charitas uestra, uerbi gratia: Vxorem habet quā di-
1.Cor.7. mittere non potest, oportet ut obtemperet Ap̄lo dicenti, Vxori uir debitū reddat: Et alligatus es uxori, ne q̄eris solutionem. Venit in mentem quia melior est uita illa, de qua dicit idē Ap̄lus, Vellem oēs esse sicut memetipsum. Attendit eos qui hoc fece-

runt, amat eos, & in ipsis implet quod in se non po- B
test. Fortis res est dilectio: Ipsa est uirtus nostra, qa si in illa non fuerimus, nihil pdest quicquid aliud habuerimus. Si linguis hoium loquar, dicit Apo- 1.Cor.13.
stolus, & angelorum, charitatem aūt non habeam, factus sum quasi æramentū sonans, aut cymbalum tinniens: adiungit aliud magnū, Quōd si distribuero (in cibos pauperū) oēm substantiam meam, & si tradidero corpus meū ut ardeam, charitatem autē non habeam, nihil mihi pdest. Si aūt sit sola charitas q nō inueniat qd distribuat pauperibus, diligat, solum calicē aquæ frigidę det, tm̄ illi imputabitur quantum Zachæo, qui dimidium patrimonij do- Matt.10.
nauit pauperibus. Quare hoc? Ille tam modicū de- Luc.19.
dit, ille tam multum dedit, & tm̄ illi imputabitur? Tm̄ planē. Impar.n. facultas, sed non impar charitas. Illi ergo interrogant, uos cogitate qd estis: iā ecce dictum est nobis, In domum dn̄i ibimus. locum dati sumus certe in his q dixerunt nobis, in domū dn̄i ibimus. Videte ergo si imus. Non.n. pedibus imus, sed affectib⁹. Videte si imus, interroget se unusquisq; uestrum qualis est erga pauperem sctm̄, E
erga indigentem fratrem, qualis est erga indigentē mendicum: Videat si uiscera eius nō sunt angusta, qa interrogate te hn̄t sedes q sedebunt in iudicio, & debent inuenire q sunt ad pacē Hierusalem. Et qūo interrogant? Tanquā sedes dei. Deus interrogat. Si deum latet aliqd, & illas sedes aliquid interrogantes fugere potest. Interrogate q sunt ad pacē Hierusalem. Sed q sunt ad pacem Hierusalem? Et abundantia, inquit, his qui diligunt te.) Ad ipsam Hierusalem conuertit uocē Abundantia est illis q diligunt eā. Abundantia ex inopia, hic inopes, ibi abundantes: hic infirmi, ibi firmi: hic egeni, ibi diuites. Vnde facti diuites? Quia dederūt hic qd acceperūt à deo ad tp̄s, & accepunt ibi qd postea deus retribuet in æternū. Hic frēs mei & diuites paupes sunt. Bonum est diuiti ut agnoscat se pauperem. Si enim plenū se putat, tumor est illi, non plenitudo. Agnoscat se inanem, ut possit impleri. Quid habet? Aurū. Quid nondum hēt? Vitā ęternam. Attendat quid habet, & uideat quid nondū habeat. Frēs ex eo qd habet, det, ut accipiat qd nō habet. Emat ex eo quod habet, illud quod non habet. Et abundātia his q diligūt illam. Fiat pax in uirtute tua.) O F
Hierusalem, o ciuitas q ædificaris ut ciuitas, cuius participatio tua in idipsum: fiat pax in uirtute tua, fiat pax in dilectione tua, qa uirt⁹ tua, dilectio tua. Audi canticacanticorum, Valida est sicut mors dilectio. Magnū uerbū frēs, Valida est sicut mors dile- Canti.8.
ctio Magnificēti⁹ exprimi nō potuit fortitudo charitatis, q ut diceret, Valida est sicut mors dilectio. Quis.n. resistit morti? Frēs intendat charitas ur̄a. Resistit ignibus, undis, ferro, resistitur potestatib⁹, resistitur regibus: Venit una mors, quis ei resistit? Nihil est illa fortius. Propterea uiribus eius charitas cōparata est: & dictū est, Valida est sicut mors dilectio. Et quia & ipsa charitas occidit qd fuimus, ut simus qd non eramus, facit in nobis quandam mortē dilectio. Ipsa morte mortui erat, q dicebat, Mundus mihi crucifixus est, & ego mūdo. Ipsa mor- Gala.6.
te mortui erant, qbus dicebat, Mortui.n. estis, & ui- Col.3.
ta uestra abscondita est cū Christo in deo. Valida est sicut mors dilectio. Si ergo ualida est, fortis est & magnę uirtutis & ipsa est uirt⁹, & p ipsam regunt

infirmi à firmis, terra à coelo, populi à sedib⁹. Ideo
fiat pax in uirtute tua, fiat in dilectione tua. Et per
istam uirtutē, p istam dilectionē, per istam pacem:
Fiat abundantia in turribus tuis)Id est, in excel-
sis tuis. Pauci n sedebūt sedes in iudicio, sed multi
ad dexterā positi, faciūt pplm ciuitatis illius. Multi
enim pertinebunt ad singulos quosq; excelsos, à q-
bus recipiantur in tabernacula æterna: Et erit abū
dantia in turribus eius. Plenitudo aūt delitiarū &
sufficientia diuitiar. ipse deus, ipse idipsum, ipse cu
ius participatio est ciuitatis in idipsum: Ipsa erit a-
bundantia nostra. Sed unde? Per charitatē, hoc est,
Phili.2. per uirtutē. In quo aūt est charitas frēs? Qui nō sua
qrit in hac uita: audi Aplm Paulum habentē chari
1.Cor.10 tatem, ait, Placete oībus per omnia, sicut & ego oī-
Gala.1. bus per omnia placeo: ubi est ergo qđ dixisti, Si ad
huc hominibus placerem, xpi seruus non essem? &
modo dicis te placere, & modo cohortaris ut & il-
li placeant? Sed nō ibi posuisti finem, ut quis pp se,
non propter charitatem placeat. Qui gloriam suā
quærit, non qrit salutem aliorū: ait.n. Sicut & ego
omnibus per omnia placeo, non qrens quod mihi
H prodest, sed quod multis, ut salui fiant. Ideo & hic
cum de charitate diceret, Propter frēs meos, inqt,
& propinquos meos, loquebar autē pacem de te.)
O Hierusalem ciuitas cuius participatio eius in id-
ipsum, ego in hac uita & in hac terra, ego pauper,
peregrinus & gemēs, nondū perfruens pace tua, &
prędicans pacem tuam, non pp me illam prædico,
sicut hæretici, q quærentes gloriam suam, dicunt,
1.Thes.2. Pax uobiscū, & pacem non hnt quam populis prę-
dicant, Si.n. haberent pacē, non conscinderent uni
tatem. Ego, inqt, loquebar pacem de te. Sed quare?
Propter fratres meos & pximos meos: non pp ho-
norem meum, non propter pecuniam meam, non
Philip.1. propter uitam meam: Nam mihi uiuere xps est, &
mori lucrum, sed loquebar pacem de te propter fra
tres meos & propinquos meos. Nam cupiebat ipse
dissolui, & esse cum xpo. Et quis istam prædicaret
propinquis & fratribus? Manere, inqt, in carne ne-
cessarium propter uos. Propter frēs meos & propin
quos meos, loquebar, ait, pacem de te. Propter do
mum dñi dei mei, qsiui bona tibi.) Non pp me q-
I siui bona tibi, nam non tibi qrerem sed mihi, ideo
nec ego haberem, quia non tibi quærerem: sed pp
domum dñi dei mei, propter Ecclesiam, pper san
ctos, propter peregrinos, pper inopes eius ut ascē-
dant, qa dicimus eius, In domum dñi ibimus: pro-
pter ipsam domum dñi dei mei, quæsiui bona ti-
bi. Hæc fratres prolixiora & necessaria carpite, man
ducate, bibite, conualescite, currite, apprehendite.

In Psalmum centesimum uicesimumsecundum Enarratio.

Scendentis cantica ex ordine cum sanctita
te uestra consyderanda suscepi: Ascenden-
tis & amantis, & ideo ascendentis qa amā-
tis. Omnis amor aut ascendit aut descendit. Desy-
Psal.120. derio.n. bono leuamur ad deū †, & desyderio ma-
lo ad ima pręcipitamur. Sed quia iam malo desyde
rio lapsi cecidimus, superest nobis si agnoscamus
quis ad nos non ceciderit sed descenderit, hærēdo
illi ascendere, quia uiribus nostris non possumus:
Ioan.3 ipse dixit dñs Iesus Christus, Nemo ascendit in coe
lum, nisi qui de coelo descendit, filius hominis qui
est in coelo: tanquam de se solo uidetur dixisse. Er-
go cæteri remanserunt, quia solus ascendit qui so- K
lus descendit? Quid debent cęteri facere? Vniri cor
pori ipsius, ut sit unus Christus qui descendit & a-
scendit. Descendit caput, ascendit cum corpore, ue
stitus Ecclesia sua, quam sibi exhibuit sine macu- Ephe.5.
la & ruga. Solus ergo ascendit: Sed & nos qn cum il
lo sic sumus, ut in illo membra eius simus, & nobi
scum solus est, & ideo unus & semper unus. Vnitas
nos compaginat uni: Et illi soli cum illo non ascē-
dunt, qui cū illo unus esse noluerunt. Iam uero qm
ipse qui in coelo positus est, & carne suscitata im-
mortalis, per quam fuit ad tps mortalis, & nihil in
coelo persecutionum patiens, nihil malitiarum &
opprobriorum, sicut in hac terra qn pro nobis oia
sustinere dignatus est, compassus tn corpori suo in
terra laboranti, dixit, Saule Saule, quid me psequę- Acto.9.
ris? Iam ipsum nemo tangebat, & se pati persecutio
nem de coelo clamabat. Non pręter spem esse debe
mus, imò cum magna fiducia præsumere. quia si p
charitatem ipse nobiscum in terra est, per eandem
charitatē & nos cū eo in coelo sumus. Sed diximus
quemadmodū nobiscū ipse in terra sit, uocē eius
diximus de coelo sonantis, Saule Saule, quid me p- L
sequeris: cū eum Saulus oino non tangeret, sed nec
uideret. Qūo autem ostenditur, quia & nos cū illo
in coelo sumus? Eodem ipso Paulo Apostolo dicen
te, Si consurrexistis cum xpo, quæ sursum sunt quę Colos.3
rite, ubi xps est in dextera dei sedens, quæ sursum
sunt sapite, nō q sunt super terram: Mortui.n. estis,
& uita uestra abscondita est cū Christo in deo. Er-
go & ille adhuc deorsum est, & iam nos sursum su-
mus. Ille deorsum est cōpassione charitatis, nos sur
sum sumus spe charitatis: Spe.n. salui facti sumus.
Sed qa spes nra certa est, quanuis futurū sit, sic de Rom.8.
nobis dr quasi iam factū sit. Ascendat ergo iste cā-
tator: sed in unoquoq; corde uestrûm cātet hic ho-
mo, & unusquisq; sit iste homo. Cum.n. dicitis il-
lud singuli, quia oēs unum estis in Christo, unus
homo illud dicit: Et non ad te dñe leuauimus ocu
los nostros: sed, Ad te dñe leuaui oculos meos.)
Debetis quidem putare unumquemq; uestrum lo-
qui, sed unus ille maxime loquit, qui et diffusus est
toto orbe terrarū: unus ille loqtur, qui alibi dicit, Psal.60.
A finibus terræ ad te clamaui, cū angeret cor meū. M
Quis est qui clamat à finibus terræ? Quis unus ho
mo diffusus est usq; ad fines terræ? Vnusquisq; ho- Psal.2.
mo in regione sua pōt clamare, Nunqd à finib⁹ ter-
ræ? Sed hæreditas illa xpi, de qua dictū est, Dabo
tibi gentes hæreditatē tuam, & possessionē tuā ter
minos terræ: ipsa clamat & dicit, A finib⁹ terræ ad
te clamaui, cū angeretur cor meum. Angat cor no- Psal.60.
strum, & clamemus, Vnde angatur cor nostrū? Nō
de his q hic patiunt & mali, uerbi gratia, quia dam
num patiuntur. Nā si inde angit cor, cinis est: Quia
nescio quē nuor ex uoluntate dei amisisti, si inde
angitur cor, qd magnum? Hinc anguntur & corda
infideliū, ista patiuntur & qui nondum in xpo cre
diderunt. Vnde angit cor Christiani? Quia nondū
cum xpo uiuit. Vnde angitur cor Christiani? Quia
peregrinatur & desyderat patriam. Si inde angitur
cor tuum, ēt si foelix secundum seculum fueris, ge-
mis: & si oia psperа confluant, & si undiq; tibi iste
mundus arrideat, tu tn gemis, quia in peregrinatio
ne te coastitutum uides, & sentis iam qdem te quā
dam habere foelicitatem secundum oculos stulto-
rum,

rum,sed nondũ scdm promissionem Christi.Illam
quærens gemis,illam quęrens desyderas,& desyde
rando ascendis,& ascendendo cantas canticũ gra-
duum,& cantando canticum graduũ,dicis, Ad te
dñe leuaui oculos meos: Qui habitas in cœlo.)
Ascendẽs quò leuaturus erat oculos,nisi illuc quò
tendebat,& ascendere desyderabat? De terra.n.ad
cęlum ascendit.Ecce terra deorsum, quã calcamus
pedibus nostris:ecce iã cœlũ sursum, qd uidemus
oculis nostris,& ascendendo cantamus,Ad te leua
ui oculos meos,q habitas in cœlo. Vbi sunt ergo
scalæ?Tanta.n.interualla conspicimus inter cœlũ
& terram,tantam separationem,& tanta spatia lo-
corũ:Illuc uolumus ascendere, scalas nõ uidemus.
Nunqd forte fallimus nos, qa canticũ graduum.i.
canticũ ascensionis cantamus?Ascendimus ad cœ
lũ,si cogitamus deũ,q ascẽsus in corde fecit.Quid
est ascendere in corde?Proficere in deũ. Qũo om-
nis q deficit non descẽdit sed cadit:sic omnis q p-
ficit,ascendit:Sed si sic pficiat ut nõ supbiat, si sic
ascendat ut non cadat.Si aũt proficiendo supbiat,
B ascendendo iterũ cadit.Sed ut nõ supbiat, qd de-
bet facere?Leuet oculos suos ad illũ qui habitat in
cœlo,non se attendat.Omnis.n supbus se attẽdit,
& magnus sibi uidetur q sibi placet, sed q sibi pla-
cet,stulto homini placet, qa ille ipse stultus est,cũ
sibi placet solus.Solus securus placet, qui deo pla-
cet Et qs est q placet deo?Cui placuerit de⁹.Displi-
cere sibi deus non põt:Placeat & tibi,ut placeas il
li.Sed tibi ille placere nõ poterit, nisi tu tibi displi
cueris.Si aũt displices tibi,tolle à te oculũ. Vt qd
te.n.attendis?Si.n.uerum te attendis, inuenis in te
Psal. 50. qd tibi displiceat,& dicis deo,Peccatũ meum ante
me est semp.Peccatũ tuũ sit ante te,ut non sit ante
deum,& tu noli esse ante te, ut sis ante deũ. Qũo
enim uolumus ut non à nobis auertat faciem tuã
deus,sic uolumus ut auertat faciẽ suam à peccatis
nostris:nã utrunq illi cantatur in Psalmis, Ne auer
tas faciem tuam à me.Vox est Psalmi, uox est ergo
Psal. 26. nostra:& ille q dicit,Ne auertas faciem tuã à me:ui
Psal. 50. de qd dicat alio loco,Auerte faciẽ tuam à peccatis
meis.Si uis ut auertat faciẽ suã à pecatis tuis,tu ipse
C à te auerte faciẽ tuã,& à peccatis tuis noli auertere.
Si.n.nõ ab eis auerteris faciem tuã, tu ipse irasceris
peccatis tuis Si aũt tu nõ auertis faciẽ tuam à pec-
catis tuis,tu agnoscis,& ille ignoscit.At uero à te le
ua oculos ad illũ,& dic,Ad te leuaui oculos meos,
q habitas in cęlo. Cœlũ fratres mei si corporaliter
intellexerimus hoc qd uidemus oculis corporeis,
uere sic errabimus,ut non putemus nos illuc ascẽ-
dere,nisi scalis positis,aut aliqbus machinamẽtis.
Si aũt spiritaliter ascendimus,spiritaliter cœlum in
telligere debemus.Sit ascensus in affectu, cęlum in
iustitia Quid est ergo cœlũ dei? Omnes sanctę ani
mæ,oẽs iustæ animæ Nam & Apl'i q̃uis in terra es-
sent carne,cœlũ erant, qa in illis dñs sedens ptotũ
mundum ambulabat.Ergo habitat in cœlo. Quo
Psal. 21. modo?Qũo dicit in alio Psalmo, Tu aũt in sancto
habitas laus Israel.Qui habitat in cœlo, habitat in
sancto.Sancto qd,nisi in tẽplo suo? Templũ.n.dei
1. Cor. 3. sanctum est,quod estis uos. Sed omnes adhuc in-
firmi,& scdm fidem ambulantes, scdm fidem sunt
templum dei: erant.n.aliquando & scdm speciem
templum dei. Quamdiu sunt templum secundum
fidem? Quamdiu in ipsis Christus per fidem habi

tat, sicut dicit Apl's habitare Christum per fidem D
in cordibus nostris.Sunt autem iam cœli, in qbus Ephe. 3.
iam p speciem habitat deus,uidentes eum facie ad
faciem,oẽs sancti angeli, omnes sanctæ uirtutes,
potestates,sedes,dominationes, Hierusalẽ illa cœ-
lestis unde peregrinando ingemiscimus, & quã de
syderando oramus.Ibi habitat deus, illuc leuauit
iste fidẽ,illuc ascendit affectu desyderando: & ip-
sum desyderiũ facit animam desudare sordes pec-
catorũ,& mundari ab omni labe, ut fiat & ipsa cœ
lum,qa leuauit oculos ad eũ q habitat in cęlo. Nã
si cœlum istud corporeum quod oculis uidemus,
intellexerimus esse habitationẽ dei, transitura est
habitatio dei,qa cęlũ & terra trãsient.Deinde ante Mat. 24.
quã faceret deus cœlum & terram, ubi habitabat?
Sed dicit aliquis,Et anteq̃ faceret deus sanctos ubi
habitabat?In se habitabat de⁹, apud se habitabat,
& apud se est deus Et qñ dignatur habitare in san-
ctis,non sic sunt sancti domus dei, ut ipsa subtra-
cta cadat deus.Aliter.n.nos habitamus in domo,
aliter deus in sanctis.Tu habitas in domo, si sub-
tracta fuerit,cadis Deus aũt sic habitat in sanctis,
ut si ipse discesserit,ipsi cadãt.Quicũq ergo sic por E
tat deũ,ut sit tẽplum dei,non putet sic à se portari
deũ,ut terreat deũ si se subducat. Væ illi si se sub-
traxerit deus,qa ipse cadit:nã deus in se permanet.
In qbus nos habitamus,ipsa nos cõtinent:in qbus
deus habitat,ipse illos cõtinet.Iam uidete q̃tum in
terest inter nostram habitationem & dei, & sic di-
cat anima,Ad te leuaui oculos meos, q habitas in
cœlis:ut intelligat quia deus nec cœlo indiget ubi
habitet,sed cœlũ ipso indiget ut ab ipso inhabite-
tur.Quid ergo sequit, qa dixit, Ad te leuaui oculos
meos,q habitas in cœlo? Qũo leuasti oculos tuos
in cœlũ? Ecce sicut oculi seruorũ in manus dñorũ
suorũ:Et sicut oculi ancillæ in manus dñæ suæ, sic
oculi nostri ad dñm deum nostrum quoadusq mi
sereatur nrĩ.)Et serui sumus & ancilla sumus:Ille &
dñs est & dña est.Aut qd sibi uolunt ista uerba?Et
qd sibi uolunt istæ similitudines rerũ?Attẽdat ali-
quantulũ charitas uestra.Non mirũ si serui sumus,
& ille dñs est:sed mirum si ancilla sumus,& ille do
mina est.Sed neq hoc mirum qa ancilla sumus, Ec F
clesia.n.sumus:nec illud mirum,qa & ipse domina
est,uirtus est & sapientia dei:audi ergo Apl'm dicẽ-
tem,Nos aũt prædicamus Christum crucifixũ, Iu- 1. Cor. 1.
dæis qdem scandalũ, gentibus autem stultitiam:
ipsis uero uocatis Iudæis & Græcis Christum dei
uirtutem & dei sapientiam,ut iam sit seruus popu-
lus,& sit ancilla Ecclesia. Vtrunq audisti, Christũ
dei uirtutem & dei sapiẽtiã.Cum ergo audis Xpm,
leua oculos tuos in manus domini tui: cum audis
dei uirtutem & dei sapientiam,leua oculos tuos in
manus dominæ tuæ,qa & seruus & ancilla es. Ser-
uus.qa populus es:ancilla,qa Ecclesia es. Ipsa autẽ
ancilla magnam dignitatem inuenit apud deum.
Vxor facta est,sed donec ueniat ad amplexus illos
spiritales ubi secure pfruatur eo quẽ dilexit, & cui
suspirauit in ista diuturna peregrinatione: sponsa
est,& accepit arram magnam,sanguinem spõsi,cui
secura suspirat.Nec illi dicitur,Noli amare:quõmo
do dicitur aliquando uirgini iam despõsatæ & nõ
dum nuptę,& iustè dicitur,Noli amare Cum facta
fueris uxor,tunc ama:Rectè dicitur, quia præpro-
perum & præposterũ desyderium est & non castũ,

G amare eum cui nescit an nubat. Potest.n. fieri ut alius sponset,& alius ducat uxoré. Quia uero nullus est alius q Xpo præponatur, secura amat ista. Et antequ illi adiungatur amet,& de longinquo suspiret, & de longinqua peregrinatione: Solus ducet, quia solus talé arram dedit. Quis.n.potest sic ducere, ut moriatur pro ea quá uult ducere? Si.n. mori pro ea, quá uult ducere uoluerit, non erit q ducat: Securus aút ille pro sponsa mortuus est, quá resurgens erat ducturus. Veruntamen fratres, interim simus quo
Ioan.15. serui & ancillæ: dictum est qdem, Non uos dicá seruos, sed amicos: Sed forte solis discipulis dixit dñs. Audite Apostolú Paulum dicentem, Itaq iam, in
Gala 4. quit, nó est seruus, sed filius: si aút filius & hæres p deum. Populo dicebat, fidelibus dicebat. Iam ergo in nomine dñi redempti sanguine ipsius, loti lauacro ipsius, filij sumus, filius sumus, qa sic multi sumus, ut in illo unus simus. Quid sibi ergo uult qd adhuc tanq serui loqmur? Nunqd tátum meritum habere possumus in Ecclesia, quis iam filij facti ex seruis, quantum habuit ipse Apostolus Paulus? Et
H tamen qd dicit in epistola? Paulus seruus Xpi Iesu.
Rom.1. Si ille se adhuc dicit seruum p quem nobis Euágelium prædicatum est, quanto magis nos debemus agnoscere códitionem nostram, ut maior sit in nobis gratia ipsius? Primo.n. seruos fecit quos redemit. Sanguis.n.ille pro seruis precium est, pro sponsa pignus est. Agnoscentes itaq conditioné nřam, & si iam filij p gratiam ipsius, serui tamen pp creaturam, qa uniuersa creatura deo seruit, dicamus, Sicut oculi seruoꝝ, in manibus dominoꝝ suoꝝ: & sicut oculi ancillæ in manus dominæ suæ, sic oculi nostri ad dñm deum nostrum, quoadusq misereatur nostri. Dixit & quare, Sicut serui oculos habent in manus dñi sui, & sicut ancillæ oculos habent in manus dñæ suæ: sic, inqt, oculi nostri ad dominú deum nostrum. Et quasi quæreres, ut qd? Quoadusq, inqt, misereatur nostri. Quales ergo seruos uoluit intelligi fratres? Qui oculos habent in manus dñoꝝ suoꝝ. Et quales ancillas? Quæ oculos habét in manus dominæ suæ, quoadusq misereatur do-
I mina eaꝝ. Qui sunt isti serui & ancillæ, q sic habent oculos in manus dominoꝝ suoꝝ, nisi q iubentur cædi? Oculi nostri ad dñm deum nostrum, quoadusq misereatur nostri Quomodo? Sicut oculi seruoꝝ, in manus dominoꝝ suoꝝ, & sicut oculi ancillæ in manus dominæ suæ. Ergo & illi & illæ, quoadusq misereatur, uel dominus uel domina. Fac ergo aliquem dñm iussisse seruum suum cædi. Vapulat seruus, sentit plagarum dolores, attendit ad manus dñi sui, quoadusq dicat, parce. Manum.n. ipsam, potestatem dicit. Ergo qd dicimus fratres? Iussit nos cædi dñs noster, & domina nostra sapiétia dei iussit nos cædi, & in hac uita uapulamus, & tota ista uita mortalis plaga nostra est. Audi uocem
Psal.38 Psalmi. Pro iniqtate erudisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneá animam meam. Attendite fratres, q tabida est aranea, ut leui tactu conquassetur & moriatur. Et ne quasi carnem solam infirmitaté mortalitatis putaremus nos habere tabidam: non dixit, Tabescere me fecisti, ne secundum carnem intelligeremus: sed ait, Tabescere fecisti sicut araneá animá meam. Nihil.n. infirmius anima nostra, posita in medijs tentationibus seculi, in medijs gemitibus & parturitionibus molestiaꝝ: nihil ea infirmi⁹

donec hereat soliditati cœlesti,& sit in templo dei K unde iam nó cadat: Quia primo ut ueniret ad hãc infirmitatem & tabificationem, sicut aranea infirma facta est, & de paradiso expulsa est: Tunc iussus est seruus cædi. Fratres mei, uidete ex quo uapulemus. In omnibus q ab initio generis humani nati sunt, in omnibus q nunc sunt, in omnibus q postea nascentur, Adam uapulat. Vapulat Adá.i.genus humanum: multi sic obduruerunt, ut nec plagas suas sentiát. Qui uero ex ipso genere filij facti sunt, receperunt sensum doloris: sentiunt se uapulare, & nouerunt qs iussit ut uapulent, & leuauerunt oculos suos ad eum q habitat in cœlo, & sic sunt oculi eoꝝ in manus domini sui, quoadusq misereatur, sicut oculi seruoꝝ in manus dominoꝝ suorum, & sicut oculi ancillæ in manus dominę suæ. Vides fęlices aliquos in isto seculo ridentes, iactantes se, nó uapulant, imó peius uapulant. Hoc ipso grauius cæduntur, quo sensum iam perdiderunt. Euigilent & uapulent, sentiant qa uapulant, sciant qa uapulant Ecclesia. & doleant qa uapulant: quoniam q apponit scien- stes.1. tiam, apponit doloré: hoc scriptura dixit, ideo dñs L in Euangelio, Beati lugentes, quoniam ipsi consola Matt.5. buntur. Audiamus uocem hominis qui uapulat, & sint istæ uniuscuiusq nostrum uoces, & iam quando nobis bene est. Nam qs non intelligat uapulare se quando ægrotat, qñ in carcere est, quando in catena, quando forte latrones patitur, quando ab aliqbus improbis ei aliquæ molestiæ irrogantur? Sentit uapulare se. [Magnus inimicoꝝ Christi metus sed quasi fumus eoꝝ terror euanescat. Nam qs dubitet nuprime, sicuti audiuimus a fratribus, q interfuerunt, coepiscopis nostris, damnatum illú Boetium inimicum contra dñm latrãtem digne flagellatum fuisse? Flagellum autem dñi non cognouit, quando damnationem magis q concordiá elegit.] Magnus sensus est uidere qa uapulat, & quando illi bene est. Non.n. ait scriptura in Iob, tentationibus abundat uita humana: sed ait, Nunqd non ten Iob.7. tatio est uita humana sup terram? Totam ipsam uitá tentationé dixit. Omnis ergo uita tua sup terrá, plagæ tuæ sunt. Plange qdiu uiuis in terra, siue fœ- M liciter uiuas, siue in aliqua tribulatione constitutus sis: clama, Ad te leuaui oculos meos, q habitas in Psal.38. cœlo. Ad manus dñi qui te iussit cædi, cui dicis in alio psalmo, Propter iniqtatem erudisti hominé, & tabescere fecisti sicut araneam animam meam: clama ad manus cædentis, & dic, Miserere nostri domine, miserere nostri.) Nonne sunt istæ uoces uapulátis, miserere nři dñe, miserere nostri? Quoniá repleti sumus despectione. In plurimum repleta est anima nostra opprobriú eis q abundant, & despectio superbis.) Qui despicitur, coténitur. Oés q secundum Xpm pie uolunt uiuere, necesse est patiatur opprobria, necesse est coténantur ab his q nolút impié uiuere, quoꝝ fœlicitas tota terrena est. Irrident illi q fœlicitatem uocant quam oculis terrenis uidere non possunt: & dicitur eis, Quid credis insane? Vides quod credis? Reuersus est aliqs ab inferis, & retulit tibi qd ibi agitur? Ecce ego qd amo uideo, & fruor. Despiceris qa speras quod non uides, & despicit te ille q quasi tenet quod uidet. Attende ipse si tenet, Noli turbari: Vide si ipse tenet, & non tibi insultet, ne cú putas eum fœlicé in præsenti, amittas ueram fœlicitaté futurá. Noli turbari, attende si te

A net. Labitur hoc ab illo quod tenet, uel ipse ab eo qd tenet: necesse est transeat aut ipse p res suas, aut res ipsius p illum. Per quê res trãseunt suas? Qui uiuus labefactauerit. Qui transijt per res suas? Qui in diuitijs morit, qa cum moritur non eas secũ aufert ad inferos. Domũ meam habeo, iactauit se. Quæris, Quã domum tuam? Quã mihi dimisit pater meus: & ille, Vnde habuit hanc domũ? Auus nr̃ illi eã dimisit. Recurret & ad ,pauum, inde ad atauum, & iã noĩa non potest dicere. Nõne inde potius terreris, quia multos attendis transisse per illam domum, & neminem ipsorũ secum illam tulisse ad æternam domum? Pater tuus hic eã dimisit, transijt per illã, sic & tu trãsibis. Si ergo transitũ habetis in domo uestra, stabulũ est itinerantium, non habitatio cõmanentium: & tñ quia nos ea quæ futura sunt speramus, & in futuram fœlicitatẽ suspiramus, & non

1. Ioan 3. dum apparuit quod erimus, quanuis iã filij dei simus,

Colos 3. qa uita nostra abscõdita est cum xp̃o in deo: repleti sumus despectione. i. contemptu ab his qui fœlicitatem q̃runt uel habent in isto seculo. In plurimum repleta est aĩa nostra, opprobriũ eis q abũdant & despectio superbis. Quærebamus q sunt q

B abundant, exposuit tibi cum dixit superbis. Quod est aũt opprobriũ, hoc est, despectus: & quod est, qui abundant, hoc est, superbis. Repetitio sniæ est, & opprobriũ eis qui abũdant, & despectio supbis, Quare abundant supbi? Quia hic uolunt esse fœlices. Quid? Qñ & ipsi miseri sunt, nunqd abundãt? Sed forte qñ miseri sunt, non nobis insultant. Intendat charitas uestra. Tunc insultãt forte qñ fœlices sunt, qñ se iactant in pompa diuitiarum suarum, qñ se iactant in uentositate falsorum bonorum †,

† al. bonorum. tunc insultant nobis, & quasi dicũt, Ecce mihi bene est, fruor ego rebus p̃sentibus, recedãt à me qui ,pmittunt quod non ostendũt, qd uideo teneo, qd uideo fruor, bene mihi sit in hac uita. Tu securior esto, quia resurrexit xp̃s, & docuit te qd in alia uita daturus sit: Certus esto, qa dat. Sed insultat ille, qa tenet. Ferto insultantem, & ridebis gementẽ: postea

Sapien. 5. enim ueniet tẽpus qñ dicturi sunt illi ipsi, Hi sunt quos aliqñ habuimus in risum. Verba sunt libri Sa

C pientię, quia prodidit nobis scriptura quæ dicturi sunt illi ipsi qui nos modo irrident, & qui nos despiciunt, & à qbus impleti sumus opprobrio & despectione. Quæ uerba habebũt tunc qñ à ueritate despiciuntur? Videbunt. n ad dexterã fulgere quos secum cõmixtos contẽpserunt, cum factum fuerit

Col. 3. in illis qd dixit Apostolus, Cum xp̃s apparuerit uita uestra, tunc & uos cũ illo apparebitis in gloria: & dicent, Hi sunt quos aliqñ habuimus in risum & in similitudinem improperij. Nos insensati uitam illorum æstimabamus insaniam, & finẽ illorũ sine honore. Quõ computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est? & sequentur in eodem ser

Sapien. 5. mone, & adijcient, Ergo errauimus à uia ueritatis, & iustitiæ lumen nõ luxit nobis, & sol nõ ortus est nobis, Quid ,pfuit nobis superbia, & diuitiarũ iactãtia qd contulit nobis? Ibi tu non eis insidias, qa ipsi sibi iã insultant. Quod donec fiat frẽs leuemus oculos nr̃os ad eum qui habitat in cœlo, & nõ ab illo tollamus oculos, quoadusq; misereatur nostri, & liberet ab omni tẽtatione & opprobrio & despectu. Huc accedit ꝙ aliqñ & ipsi qui sunt in flagello infœlicitatis tẽporalis insultant nobis. Inuenis ali-

quem pro merito iniquitatũ suarũ, siue occulto iudicio dei, siue manifesta dãnatione mitti in carcerem, portare catenã, & ipse insultat: & cũ ei dictum D
fuerit, Quare nõ bene uixisti? Ecce quõ uenisti malè uiuendo? ille respondet, Quare illi q bene uiuũt Prouer. 3.
ista patiuntur? Sed illi propterea patiunt ut probentur, ut tentationibus exerceantur, ut flagellis proficiãt, qa flagellat deus oẽm filiũ quem recipit. Et si Heb. 12.
unicũ sine peccato flagellauit, & pro nobis omnibus tradidit eum, quõ debemus nos flagellari q secimus, quare flagellemur? Cũ ista dixerimus illis, & de infœlicitate adhuc supbiunt, & afflicti nõdum humiliati rident, & dicunt, Ista sunt uerba Xp̃ianorum uanorum, q credunt quod non uident Sed & ipsi insultant: qd putamus fratres, quasi nõ eos cõmemoratos in hoc Psalmo cũ diceret, Opprobriũ eis q abundant & despectio supbis. Quandoqdẽ insultatur Christianis & ab eis q non abundant: sed cũ sint in egestate & erumnis, nec ipsi cessant insultare? Certe ergo opprobriũ eis q abundant. An forte nullus inuenitur q etiam positus in calamitate insultet, si nõ insultauit latro q cum crucifixo dño Luc. 23.
crucifixus erat? Ergo si insultant & illi q non abun E
dant, quare Psalmus ait, Opprobrium eis q abundant? Si diligenter discutiamus, & ipsi abundãt. Vnde abundant? Nã nisi abundarent, supbi nõ essent. Alius. n. abundat pecunia & inde supbus est, alius abundat honoribus & inde supbus est, aliud abũdare se iustitia putat, & inde supbit, quod peius est. Qui uidentur non abundare pecunia, & iustitia sibi uident abundare, aduersus deũ, & positi in calamitatibus se iustificãt, deũ accusant & dicũt, Quid admisi, aũt qd feci? Et tu dicis, Respice, Recordare peccata tua si nihil fecisti. Titillat aliquantũ conscĩetia, & redit ad se, & cogitat facta sua mala: & cũ cogitauerit facta sua mala, nec sic uult cõfiteri, qa digna patit, sed dicit, Ecce manifeste feci multa, sed multos uideo peiora fecisse, & nihil mali pati, iust° est cõtra deũ. Abũdat ergo & ipse, plenũ habet pectus in iustitia, qñquidem illi deus uidet maleface re, & ipse sibi uidetur iniuste pati Et si dares illi na uim gubernãdã, in naufragiũ iret cũ illa. Vult aũt deũ excutere de gubernatione huius mũdi, & ipse F
tenere gubernacula creaturæ, & distribuere omnibus dolores & lætitias, pœnas & præmia. Et qd miramini. Infœlix anima abũdat, sed abũdat nequitia, abundat malitia: & eo plus abundat nequitia, quo sibi uidet abũdare iustitia At uero Xp̃ian° homo nõ debet abũdar, sed paupem se debet cognoscere Et si habet diuitias, scire debet qa nõ sunt illę ueræ diuitiæ, ut alias desyderet. Qui n diuitias falsas desyderat, ueras nõ q̃rit, q aũt ueras q̃rit, adhuc paup est, & recte dicit, Paup & dolẽs ego sum. Rursus ille q & paup est, & neq̃a plenus est, unde Psal. 48.
dicit abũdare? Quia displicet illi qa paup est, & iustitia ipsa uidet abũdare in corde suo aduersum iustitiã dei. Et q̃ abundãtia iustitiæ nostræ? Quantacunq; iustitia nostra in nobis fuerit, ros est nescio qs ad illũ fontẽ, ad saginã illam tantam, stillicidia qdam sunt, q̃ uitam nostram molliant, & durã iniqtatem soluant. Modo desyderemus de pleno fonte iustitiæ saginari, desyderemus ubertate illa satiari de qua dicit in Psalmo, Inebriabuntur ab uberta Psal. 35.
te dom° tuæ, & torrẽte uoluptatis tuę potabis eos. Hic aũt cũ sum°, inopes nos esse intelligam°, & egẽ

G tes,non solum harum diuitiaꝝ,quia non sunt,uerę
diuitiæ,sed & ipsius salutis. Et qn̄ sani sumus,intel
ligamus qa infirmamur. Quādiu.n.corpus hoc esu
rit & sitit, quādiu corpus hoc uigilando fatigatur,
stando fatigatur,ambulando fatigat,sedendo fati-
gatur,manducando fatigatur:quocunq; se uerterit
ad subsidiū fatigationis,ibi inueniet aliam fatiga-
tionē. Nō est ergo pfecta sanitas,nec in ipso corpo-
re. Non sunt ergo illę diuitiæ,sed mendicitas. Quia
quanto magis abundant,tāto magis crescit inopia
& auaritia. Nō est ista salus corporis, sed ifirmitas.
Paragorizamur quotidie medicamentis dei,qa mā
ducamus & bibimus. Medicamenta ipsa sunt,q̄ no
bis apponuntur. Frēs,si uultis uidere qualis morb⁹
nos habeat:q ieiunat septem diebus,fame cōsumi-
tur. Ergo illa fames ibi est, sed ideo illā non sentis,
quia quotidie illam curas. Ergo nec ipsa sanitas no
bis est pfecta. Intendat charitas uestra qūo nos in-
telligamus inopes,ut gaudeamus ad eū,& leuemus
oculos ad eū qui habitat in cœlo. Non sunt illę ue
ræ diuitię,plus augent cupiditatē ei q eas possidet.
Non est illa uera corporis sanitas,qa portatur infir
H mitas ubiq; defectiua. Quocūq; se uerterit,deficit.
In ipso adiutorio non inuenies firmamentū. Lassat
stando,sedere uult, nunquid uel sedendo durabit?
Quod si elegit ut non fatigaretur, ibi habet defice
re. Lassatus est uigilando, dormiturus est: nū quia
dormiuit non deficit? Lassatus est ieiunando, refe-
cturus est. Si plus refecerit,inde deficit. In nulla re
potest pseuerare ista infirmitas. Iustitia qd? Quan-
ta iustitia est inter tātas tentationes? Possumus cō-
tinere ab homicidio,ab adulterio,à furtis & periu-
rijs,à fraudib⁹. Nunqd ab iniquis cogitationibus?
Nunqd & à suggestionib⁹ malaꝝ cupiditatū? Quæ
est ergo iustitia nr̄a? Totum ergo esuriamus,totum
sitiamus,& ueras diuitias,& uerā sanitatē,& ueram
iustitiā. Quæ sunt uerę diuitię? Cœlestis illa māsio
in Hierusalem. Quis.n.dr̄ diues in hac terra? Qn̄ lau
datur diues quid dr̄? Multum diues est,nihil illi de-
est. Laus certa laudantis illa est. Nā ista nō est cum
dicit,nihil illi deest: attēde si nihil deest. Si nihil cu
pit,nihil illi deest. Si aūt adhuc cupit maiora q̄ quę
habet,ad hoc accesserunt diuitiæ, ut egestas cresce
I ret. In illa uero ciuitate ueræ erunt diuitię,qa ibi ni
hil nobis deerit, quia nec idigebimus aliqua re,&
1. Cor. 15. uera sanitas erit. Quę est uera sanitas? Cū absorpta
fuerit mors i uictoria,& cū corruptibile hoc indue
rit incorruptionē,& mortale hoc induerit immor-
talitatem,tunc erit uera sanitas, tūc erit uera & pfe
cta iustitia,ut nihil mali non solum facere, sed nec
cogitare possimus. Modo aūt inopes,pauperes,egē
tes,dolētes,suspiramus,gemimus, oramus,leuam⁹
oculos ad deum, qm̄ & illi qui fœlices sunt in hoc
mundo,despiciunt nos. Abundant.n.& illi qui in-
fœlices sunt in hoc seculo,despiciunt nos,qa & ipsi
abundant. Et iustitia est in corde ipsorū, sed falsa.
Ideo non pueniunt ad ueram,quia repleti sunt fal-
sa. Tu aūt ut peruenias ad ueram,esto egens & mē-
Matth. 5 dicus ipsius iustitię:& audi Euangelium, Beati qui
esuriunt & sitiunt iustitiam,qm̄ ipsi saturabuntur.

In Psalmum centesimum uicesimumtertium

Præfatio.

b Ene nostis iā frēs charissimi canticum gra
duum esse cāticum ascensionis nostrę,eam
demq; ascensionem non corporis pedibus
fieri,sed cordis affectibus. Hoc sępissime insinuaui K
mus uobis. Nec eadē sępius repetēda sunt,ut sit lo-
cus dicendi q̄ nondum dicta sunt. Et ergo iste psal
mus quē nunc nobis cantatum audistis, Canticū
graduum) superscribitur. Ipse est titulus eius. Can-
tant ergo ascēdentes,& aliqn̄ tanquam unus cātat,
aliqn̄ tanquam multi, quia & multi unus, quia &
unus Christus,& in xp̄o membra Christi cum xp̄o
unum faciūt, & horum omnium membroꝝ caput
in cœlo est. Corpus autem ēt si laborat in terra,nō
est præcisum à capite suo. Desuper.n.caput prospi-
cit & consulit corpori. Nam si non consideret,non
diceret illi psecutori adhuc Saulo nōdum Paulo,
Saule Saule qd me persequeris? Et hæc optimè no- *Act. 9.*
stis,& usitata sunt uobis. Non aūt cū fastidio com
memorentur eis qbus nō exciderunt,ut per eoꝝ pa
tientiam redeant in cor ēt eoꝝ quibus exciderant.
Salubria sunt.n & sæpius dicenda. Siue ergo unus
cantet, siue multi cantent:& multi hoies unus ho-
mo est,qa unitas est,& xp̄s,sicut diximus,unus est,
& oēs Christiani membra sunt xp̄i. Quid ergo isti
cantant? Hæc membra xp̄i quid cantant? Amāt.n.
& amando cantant,& desyderando cantant, Aliqn̄ L
cum tribulatione cantant, & aliqn̄ exultando can
tant cum in spe cātant. Tribulatio est.n.nostra in
præsenti seculo, spes uero nostra de futuro seculo,
& nisi in tribulatione p̄sentis seculi consoletur nos
spes futuri seculi,pimus. Gaudium ergo nostrū fra-
tres nondū est in re,sed iam in spe, Spes aūt nostra
tam certa est,quasi iam res perfecta sit. Neq; n.time
mus promittente ueritate. Veritas.n nec falli pōt,
nec fallere. Bonum est ut hæreamus illi. Illa nos li-
berat:sed si māserimus in uerbo eius. Modo.n.cre-
dimus,tunc uidebimus. Cum credimus, spes est in
isto seculo: cū uidebimus, res erit in futuro seculo.
Videbimus aūt facie ad faciem. Tunc aūt uidebi- *1. Cor. 13.*
mus facie ad faciē, cū habuerimus corda mūdata.
Beati n.mundo corde,qm̄ ipsi deum uidebūt. Vn- *Matt. 5.*
de aūt corda mundantur,nisi per fidē,sicut Petrus
ait in Actibus Apostoloꝝ,Mundās fide corda eoꝝ? *Act. 17.*
Mundantur aūt corda nostra per fidem, ut possint
esse idonea capere speciē. Ambulamus.n.nunc per *2. Cor. 5*
fidē,nondum p speciem,sicut Apl̄s dicit, Quandiu
enim sumus in corpore,peregrinamur à dn̄o. Et qd M
est peregrinamur? Per fidem.n.ambulamus, inqt,
& non per speciem. Qui ergo peregrinatur & per fi-
dem ambulat,nondum est in patria, sed iam est in
uia. Qui aūt non credit,nec in patria est,nec in uia.
Sic ergo ambulemus tanquā in uia simus,quia ip-
se rex patriæ factus est uia. Rex patriæ nostræ,dn̄s
Iesus Christ⁹. Et ibi ueritas,hic aūt uia. Quò imus?
Ad ueritatem. Quà imus? Per fidem, Quo imus? Ad
Christū. Quà imus? Per xp̄m. Ipse.n.dixit, Ego sum
uia,ueritas,& uita. Dixerat autem aliqn̄ credentib⁹ *Ioan. 14.*
in se, Si manseritis in uerbo meo, uere discipuli mei *Ioan. 8.*
estis,& cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit
uos. Et cognoscetis,inquit,ueritatem,sed si manse-
ritis in uerbo meo. In quo uerbo? Sicut dicit Apo-
stolus, Hoc est uerbum fidei quod prędicamus. Pri
mo ergo uerbū fidei est, in quo uerbo fidei si man
serimus,cognoscemus ueritatē, & ueritas liberabit
nos. Veritas immortalis est, ueritas incōmutabilis
est: ueritas illud uerbū est de quo dr̄, In principio *Ioan. 1.*
erat uerbū,& uerbū erat apud deū,& deus erat uer
bum. Et quis hoc uidet nisi corde mundato? Vnde

A mundantur corda? Et uerbum caro factū est, & habitauit in nobis. Qđ ergo manet uerbum in se ueritas est, ad quā uenimus, & quæ nos liberat. Qđ aūt prędicatur uerbum fidei, in quo nos uult dñs permanere ut cognoscamus ueritatē: hoc uerbū caro factum est, & habitauit in nobis. Crede in Xp̄m natum in carne, & peruenies ad Xp̄m natū est de Deo, deum apud deum. Exultantes cantāt isti psalmos, quos legimus, mēbra ista Christi exultantia & cantāt psalmū istum. Et qs hic exultat nisi in spe sic ut dixi? Et ut nobis certa sit ipsa spes, exultādo cantemus. Non n. qui cātant alieni sunt à nobis: aut nō in hoc psalmo uox nostra est. Sic audite, tanq̄ uosipsos audiatis. Sic audite tanq̄ in speculo scripturarum uosipsos attēdatis. Cum.n. tanq̄ in speculum attendis scripturas, exhilaratur facies tua. Cum similem te inuenies exultatione spei, membris qbusdam Christi, quæ membra ista cantarunt, eris & tu in ipsis membris & cantabis ista. Cur ergo ista cantant exultando? Quia euaserūt. Ergo spes est in qua cātāt. Cū n. hic sumus & peregrinamur à domino nondum euasimus. Prçterierunt quidem membra
B quædam de corpore illo, de quo & nos sumus, quę possunt esse in ueritate & cantare. Et hoc cantarūt martyres sancti. Iam.n. euaserunt, & in exultatione cum Christo sunt recepturi corpora iam incorrupta, eadem ipsa quæ primo erant corruptibilia, in quibus passi sunt pœnas. Inde illis fient ornamenta iustitiæ. Ergo siue illi iam in re, siue nos iam in spe coniungentes affectum coronis† eoꝝ, & desyderantes talem uitam, qualem hic non habemus, sed habere non potenmus nisi eam hic desyderauerimus, cantemus simul omnes & dicamus.

† ali. cordis.

Expositio psalmi.

N Isi quia dñs erat in nobis.) Respexerunt in quasdā tribulationes quas passi sunt, & cōsyderauerūt in eo iam loco, & in beatitudine, & in securitate constituti, quā trāsierint, quò uenerint: & qa difficile erat inde liberari nisi adesset manus liberantis, in gaudio dixerūt, Nisi quia dñs erat in nobis. Sic cœperunt cātare, nondū dixerūt unde euaserunt, tāta est exultatio, Nisi qa dñs erat
C in nobis. Dicat nunc Israel, nisi qa dominus erat in nobis.) Nūc dicat, qa iam euasit. Euidētes.n. id est, eos q iam euaserūt, cōstituit intuēdos psalmus iste. Cōstituamus illos & nos in corde iam triūphātes, & tanq̄ ibi & nos simus, sicut in superiore psal-
Psal.121. mo dictum est, Stantes erāt pedes nr̄i in atriis tuis Hierl'm. Nondum ibi erant, sed in uia erant. Tanta aūt lætitia erat festinantium, & tanta perueniendę spes, ut adhuc in uia positi & laborātes, iam sibi illic cōstituti uiderent. Sic & nūc ponamus nos in illo triūpho, q erit in futuro seculo, qñ isultabimus morti iam finitæ, iam cōsumptæ, quādo dicemus,
1.Cor.15. Vbi est mors cōtētio tua? Vbi ē mors aculeus tu'? Iam coniuncti angelis, & exultantes cum rege nr̄o, qui primus resurgere uoluit, quāuis prior mori noluerit. Multi.n. ante illū mortui sunt, sed nemo ante illum resurrexit in æternū. Exultantes aūt cum illo, ēt ibi spe & corde constituti, q̄s euasimus, cogitemus qđ euasimus, quæ scandala, q̄s tribulationes mūdi, quas persecutiones omnium paganoꝝ, quos dolos oim hereticoꝝ, quas suggestiones diaboli, quas cupiditatū conflictationes. Omnia ista quis euaderet, nisi qa dñs erat in nobis? Dicat nūc

Israel. Securus.n. dicat Israel, nisi qa dñs erat in nobis. Qñ? Cum insurgerent homines super nos.) D
Noli ergo mirari, uicti sunt, homines.n. erant. Dñs aūt erat in nobis, non homo erat in nobis. Homines autem surrexerunt super nos. Sed tū opprimerēt homines alios homines, nisi in his hominibus qui non potuerunt opprimi, non homo esset, sed dñs. Ergo nisi quia dñs erat in nobis, cum insurgerent homines sup nos. Quid.n. facerent uobis homines, exultantibus & cantantibus & secure tenentibus beatitudinem sempiternam. Quid uobis facerent homines insurgētes in uos, nisi dñs esset in nobis? Quid facerent? Forsitan uiuos absorbuissent nos.) Viuos absorbuissent? Non prius occidissent, & sic absorbuissent. O imanes, ò crudeles, nō sic absorbet ecclesia. Petro macta & manduca dictum est, non uiuos absorbe. Qūo ergo Petrus i. ecclesia mactat & sic mādučat? Et qūo isti q exurrexerunt sup nos, forsitan uiuos absorbuissent nos, nisi qa dñs erat in nobis? Quia in ecclesiæ corpus nemo intrat, nisi prius occisus, moritur qđ fuit, ut sit qđ non fuit. Alioquin, qui nō occiditur & nō manducatur ab ecclesia, esse in numero populi potest E
qui uidetur oculis humanis: in numero aūt populi qui cognitus deo est, de quo dicit Ap̄ls, Nouit dominus qui sunt eius, non pōt esse nisi mādučatus, 2.Tim.2.
nec manducari poterit nisi primo mactatus. Venit paganus, adhuc in illo idolotria uiuit, inserendus est membris Christi, necesse est manducetur ut inseratur, sed non pōt manducari ab ecclesia, nisi primo mactatus, Renunciet seculo, tūc mactatur. Credat in deum, tunc mādučatur. Qūo ergo illi uiuos absorbuissent nos, nisi quia dñs erat in nobis? Surrexerunt.n. multi persecutores aliqñ, & nunc non desunt. Singillatim insurgunt, & aliqñ uiuos absorbent, sed in qbus non est dñs. Ideo ante omnia illi dixerunt, Nisi quia dñs erat in nobis, qa multi absorbentur, in quibus non est dñs. Hi sunt qui uiui sorbentur, qui sciunt malum esse, & lingua confitentur. Surrexerunt.n. quidam persecutores, & dixerunt hominibus. Thurificate: si non feceritis, occidimus uos. Illi amauerunt hanc uitam, & dulcedo uitæ huius tenuit eos. Non plus dilexerunt ea quæ F
ꝑmisit deus, q̄ ea quæ uidebāt in terra. Illa.n. credere iubebantur, quæ nondum uidebant, ista quæ amabant uidebant. Plus retinentes ea quæ uidebant, excluserunt de cordibus dñm, & qa non erat in eis dñs, uiui absorpti sunt. Quid est.n. uiui absorpti sunt? Thurificādo idolis, scientes quia nihil est idolum. Nam si aliquid putarent esse idolum, mortui absorberentur. Cum autem putant nihil esse idolum, & nouerunt omnia illa gentilium uana esse, uiuunt: & tamen cum faciūt quod uolunt persecutores, uiui absorbētur. Sed ideo uiui absorbentur, qa non in eis est dñs. In quibus autē inest dominus, occiduntur & non moriuntur. Qui autē consentiunt & uiuunt, uiui absorbentur, absorpti moriuntur. Isti aūt qui passi sunt, & non consenserunt tribulationibus, exultāt & dicunt, Dicat nūc Israel, dicat exultans, dicat securus, Nisi qa dñs erat in nobis, cum insurgerent homines super nos, forsitan uiuos absorbuissent nos. Cum irasceretur furor eoꝝ super nos.) Nostis fratres in aliquo de superioribus psalmis, in ipso initio canticoꝝ graduum contra linguā subdolam petisse auxilium quēdam

Acto. 27. uerunt cũ Paulo, Amatores huius seculi passi sunt
A naufragium,& nudi oẽs exierunt:illi & qđ fortè ha
bebãt amiserunt, & domum cordis sui inuenerũt
inanẽ: Paulus aũt in corde ferebat patrimoniũ fi
dei suæ,nullis fluctibus,nullis tẽpestatibus potuit
auferri,Nudus exiit,& diues exiit.Tales diuitias de
bemus q̃rere. Sed non eas uideo,dicis mihi.Stulta
aĩa,non eas uides oculis carnis tuæ.Habeto oculũ
cordis & uides eas,Sed non fides fidẽ.Quare illam
uidet in altero? Quare clamas q̃n tibi frangitur, si
non eam uides? Frangat tibi aliquis fidem,clamas.
Vis ergo tibi exhiberi? Et tunc uides cum petis,ut
exhibeas tunc nõ uides? Quod clamas aliũ nõ ha
bere erga te,plange te nõ habere erga aliũ, & uide
quia peccatum qđ facis sine substantia est. Qđ n.
acquirur de peccato, uidetur esse substantia. Sed &
hoc non acquiritur. Ille.n.habet aurum,qui nouit
uti auro. Qui aũt auro uti non nouit, habetur,nõ
habet,possidetur,non possidet. Estote dñi auri,&
non serui auri:q͂a & aurum deus fecit, & te sup au
Gene. 1. rum ipse fecit. Aurum fecit ad subsidiũ tuum,& te
B ad imaginem suam.Vide qđ supra te est,& calca qđ
infra te est.Quid ergo acquisisti? Vis uidere qualis
aqua sine substãtia sit? Tolle tecum ad inferos qđ
acqsisti? Quid facturus es? Acquisisti aurum,perdi
disti fidem. Post paucos dies exis de hac uita,aurũ
quod acqsisti perdita fide,auferre tecum nõ potes.
Cor tuum inane fidei ad pœnas exit,qđ plenum fi
de ad coronam exiret.Ecce nihil est quod fecisti,&
p̃pter nihil deum offendisti? Aqua sine substantia
est,quæ te demersit. Propter qđ irritauit deũ pecca
Psal. 9. tor? Cõfundantur iniqua facientes uane. Nemo.n.
Psal. 4. non inaniter inique facit,sed nemo cõsyderat. Eũt
homines,audiunt uerbũ dei & p̃uerbia dei,& dor
mitant in eis,audiũt illud uulgare p̃uerbium & ui
gilant in eo. Qđ prouerbium? Malo quod teneo,q̃
quod spero. O infœlix qđ tenes? Ecce dicis, malo
qđ teneo. Tene sic ut non amittas, & dic, malo qđ
teneo. Si aũt non tenes,quare nõ illud tenes quod
nõ potes amittere? Quid ergo tenes? Aurũ. Tene er
go si tenes,non tibi auferatur inuito. Si autẽ & per
aurum traheris quò non uis; & ideo te q̃rit maior
raptor,q͂a inuenit minorem raptorẽ:ideo te quęrit
maior aq͂la,quia prior cepisti leporem: præda tibi
fuit minor,prẽda eris maiori.Hæc nõ uident hoĩes
in rebus humanis,tãta cupiditate cæcant. Mirares
C est fratres,horrent qui cõsyderant.Quęrit potẽtior
infirmiorem, & q̃rit eum opprimere, non ob aliud
nisi q͂a habet quod illi auferat. Videt illũ pati sub
se tribulationem, nõ ob aliud nisi p̃p quod habet.
Et hoc ipse,p̃p quod ille patitur tribulationem, ad
se congerit. Non attendebat q̃n illum persequeba
tur:Ille fugiebat,ille torquebatur, ille timebat, ille
ubi se absconderet q̃rebat. Vnde pateret ista mala,
nisi q͂a habebat? Vel in illo disce qđ fugias,quia res
quę illũ torquebat te persequẽte ne auferretur à te,
& te sic habet torquere alio p̃sequente. Attendis q͂a
pinguis est.Si propterea illum persequeris quia pin
guis est,time pinguescere,ne alter te quærat, & oĩa
inaniter fiunt. Quærere finem,tenebræ occurrũt.
Quære,Quare? Nihil occurrit. Ergo exultent & læ
tentur in Christo qui dicũt, Pertransiit aĩa nostra
aquam sine substantia,& recipiunt substantiã suã.
Luce. 15. Perdiderũt illam uiuentes p̃digẽ: sed num pauper
factus ẽ pater. Redeãt,& inueniẽt ibi diuitias,quas

in longinqua peregrinatione cũ meretricibus con D
sumpserunt, euadant aquã sine substãtia, & dicãt,
Benedictus dñs, qui non dedit nos in uenationẽ
dentibus eorũ. Venantes enim erant persequẽtes,
& posuerunt escã in muscipulam.Quam escã? Dul
cedinem uitæ huius, ut unusq̃sq̃ p̃pter dulcedinẽ
huius uitæ mittat caput in nequitiam,& muscipu
la comprimatur: non illi in q̃bus erat dñs, illi quì
dicunt,nisi q͂a dñs erat in nobis, non capti sunt in
muscipula.Sit in te dñs,& nec tu capieris in muscis
pula,clama, Benedictus dñs, qui non dedit nos in
uenationẽ dentibus eorũ. Anima nostra sicut pas
ser eruta est,de muscipula uenantiũ. Quia in ipsa
anima dñs erat, ideo sicut passer eruta est anima
de muscipula uenãtiũ.Quare sicut passer? Quia in
cauta ceciderat sicut passer, & poterat dicere post
ea,Ignoscet mihi deus.O passer instabilis, fige po
tius fidei pedes in petra,noli ire ad muscipulã. Ca
peris,cõsumeris,obtineris.Sit in te dñs,& de maio
ribus minis eruet te,de muscipula uenantiũ. Quo
si uideas autem ueluti iam cadere in muscipulã, fa
cis maiorem strepitũ & uolat de muscipula: sic &
martyrum iam forte aliqui ipsorũ intendebant col E
lum in dulcedinem uitę huius,dñs qui erat in illis,
fecit strepitum gehẽnæ, & erutus est passer de mu
scipula uenantiũ. Anima nr̃a sicut passer eruta est,
de muscipula uenantiũ.Et qđ? Semper erit illa mu
scipula? Muscipula erat dulcedo uitæ huius. Illi nõ
hęserũt in muscipula,& occisi sunt.Illis occisis mu
scipula fracta est iã non remansit dulcedo uitę hu
ius,per quã possent iterum capi,sed illa cõtrita est.
Nunqđ & passer cõtritus est? Absit,q͂a non hęserat
in muscipula. Muscipula cõtrita est,& nos eruti su
mus. Clament,ergo,q͂a eruti sunt,uolent ad deũ,
triũphent in deo,q͂a eruti sunt, q̃n dñs erat in eis,
ne à muscipula caperentur. Quare muscipula con
trita est,& nos eruti sumus? Vis scire quare? Adiu
torium nostrũ in nomine dñi, qui fecit cœlũ & ter
ram. Nam si adiutorium hoc nõ esset, non q̃dem
æterna maneret muscipula:sed cũ captus esset,con
tereretur passer. Nam uita ista transitura est, & qui
dulcedine eius capti fuerint & irretiti, & per hanc
dulcedinem offenderint deum,cum ista uita tran F
sibunt.Nã conteret muscipula,certi estote, Omnis
dulcedo uitæ istius præsentis non erit impleta for
te loci sui:sed opus est nõ hęrere,ut q̃n contereteur
muscipula, tunc exultes & dicas, Muscipula contri
ta est,& nos eruti sumus. Sed ne putes te uirib⁹ tuis
hoc posse,attende cuius est opis,esto pius ut erua
ris:nã si supbieris,in muscipulã cadit:& dic, Adiu
toriũ nostrũ in noĩe dñi, qui fecit cœlum & terrã.
Psalmus tractatus est,& quantum dñs adiuuare di
gnatus est,ut puto expositꝰ est. Crastino et die ser
monẽ deberi charitati ur̃ę optimẽ nostis. Adesto
te & adiuuate nos orõnib⁹ uestris. Pollicitationis
enim nr̃e meminisse debetis. Nec dicerem qđ essem
tractaturus, nisi adiuuari uolẽs studio fidei & ora
tionum uestrarũ. Meministis.n.me p̃misisse uobis
de hoc tractare qđ dictum est in euangelio, lex per
Moysen data est,gratia & ueritas per Iesum christũ Ioan. 1.
facta est. Solent enim omnes hæretici maximẽ Ma
nichæi reprehendere legem, & dicere quia deus il
lam nõ dedit. Exponendus est locus iste,ut cogno
scatur,quia & legem deus dedit, & lex per Moysen
data est, ut non saluaret p̃pter certã causam. Non

G saluauit lex, ut lator legis ipse imperator desyderaret qui indulgentiā daret peccantibus: & data qdem lex esset per Moysen, gratia autem & ueritas per Iesum xpm fieret. Ad hoc intentos uos facere uolui, aderit dñi misericordia, non ex meritis nřis, sed forte pro merito desyderij uestri, neq; ex facultatibus nostris, sed ex abundantia donoꝝ suoꝝ: ut sic tractetur res satis necessaria hominibus positis in nouo testamēto, ut omnino nullas latebras inueniat inimicus ubi se occultet ad decipiendos fideles.

In psalmum centesimum uicesimumquartum Praefatio.

Psalmus iste ptinens ad numerum Canticorum graduum,) de quo titulo in aliis iam multa diximus, & repetere nolum², ne uos obtundamus potius q̄ instruamus, docet nos ascēdentes & leuantes animas nostras ad dñm deū nostrum affectu charitatis atq; pietatis, non intendere in homines qui prosperantur in hoc seculo fœlicitate falsa atq; uentosa & prorsus seductoria, ubi nihil aliud nutriunt q̄ superbiam, & cor eoꝝ congelascit aduersus deum, & fit durum aduersus imbrem gratiæ ipsius, ne fructum ferat. Præsumentes

H enim omnia sibi abundare quæ uidentur huic uitæ necessaria & ultra q̄ necessaria, extollunt. Et cū sint homines per iniqtatem iferiores omnibus hominibus, per supbiam superiores se putant omnibus hominibus. Atq; utinam sicut alios uel homines se esse deputarent. Hos autem aliqñ intuendo & nimis attendendo, etiam illi qui deum colūt, fluctuant & nutant, quasi perierit merces eoꝝ. Quare deum colunt cum se uident in laboribus, in egestate, in erūna, in morbo, in dolore, in aliqua necessitate, & uident alios habere sanitatē corporis, abundare tpalibus, incolumitate suoꝝ gaudere, nitore honoꝝ florere eos qui nō solum deum non colūt, sed omnibus hoibus aduersantur, attēdentes eos, nutant, & dicunt apud se quod aperte scriptum est

Psal. 72. in quodam psalmo, Qūo sciuit deus, & si est scientia in altissimo? Ecce ipsi pctōres & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. Et sequtur, nunqd uane iustificaui cor meū, & laui inter innocentes manus meas? Nunquid forte uanus fui qui uolui iuste

I uiuere, & innocenter inter homines conuersari, qñ scio eos qui nolunt seruare innocentiā habere tantam fœlicitatem, & insultare iustis per iniqtatē fœlices? Sed qs illud dixit ibi in psalmo? Cuius nondum erat rectum cor. Sic.n. cœpit ipse psalmus de quo modo testimonium dedimus, non iste quem consyderādum & tractandum modo suscepimus: sed ubi dictum est, Qūo sciuit deus & si est sciētia in altissimo? Ecce ipsi pctōres abundantes in seculo obtinuerunt diuitias: Nunquid uane iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas? Ille ergo psalmus ubi uidetis qa periclitatur aia, ubi uidetis quia nutant pedes, sic cœpit, Quàm bonus deus Israel rectis corde: Mei aūt, inqt, penè cōmoti sunt pedes, paulomin² effusi sunt gressus mei. Quare? Quia zelaui in pctōribus, pacem peccatoꝝ intuens. Inde ergo dixit cōmotos pedes suos & penè effusos gressus, lapsos ad ruinam à deo, qa intuitus est & inspexit fœlicitatem peccatoꝝ, & uidit eos habere pacem, se aūt laborem. Narrauit aūt hoc cum iam euasisset, cum iam recto corde deo inhæsisset, narrauit præterita pericula sua, Ergo bonus deus Israel. Sed qbus? rectis corde. Qui sunt recti corde?

Qui non reprehendunt deū. Qui sunt recti corde? K Qui uoluntatem suam ad uoluntatē dei dirigunt, non uoluntatem dei ad uoluntatem suam curuare conantur. Breue preceptum est, ut homo dirigat cor suum. Vis habere rectū cor? Tu fac quod uult deus, Noli deum uelle facere quod uis tu. Prauicordes ergo sunt.i. qui rectum cor non hñt, qui sedent & disputant qūo debuit facere deus, non laudādo quod fecit, sed reprehendendo, Corrigere illum uolunt. Parum est qui corrigi ab eo nolunt, & dicūt, Non debuit deus facere pauperes, sed soli diuites esse debuerunt, & ipsi soli uiuerēt. Vt qd factus est pauper? Vt qd uiuit? Reprehēdit deum pauperum. Quanto melius eēt pauper dei, & diues eēt de deo, hoc est, sequeretur uoluntatem dei, & uideret paupertatem suam tpalem esse & transituram, diuitias aūt sibi spūales ita uenturas, ut nullo pacto possent præterire, & haberet in diuitiis cordis fidem si ei non cōtingit aurum habere in arca: qa si aurum haberet in arca, furem timeret, & aurum de arca eē nolens perderet: fidem aūt de corde non perdet, si ipse illam inde non expulerit. Cito aūt responderi

L pōt charissimi. Fecit deus pauperem, ut probet hominem: & fecit deus diuitem, ut pbet illum de paupere. Et omnia quæ fecit deus recte fecit. Et si non possumus uidere consilium ipsius, quare illud sic fecit & illud sic, bonū est nobis ut subdamus nos sapientiæ ipsius, & credamus quia bene omnia fecit, & si nondum nouimus quare sic fecit: & habeamus cor rectum, ut præsumamus & confidamus in dño, & non mouebunt pedes nostri, & fit in nobis ascendentibus unde cœpit iste psalmus.

Expositio psalmi.

Qui confidunt in dño sicut mons Sion, non cōmouebitur in æternum.) Qui sunt isti? Qui habitant in Hierusalem.) Ipsi non cōmouebuntur in æternū qui habitant in Hierusalē. Si hanc Hierusalem intellexerimus, oēs qui illic inhabitabāt, bellis & euersione ipsius ciuitatis exclusi sunt. Modo si qris Iudæū in ciuitate Hierusalem; non inuenies. Quare ergo non mouebunt in æternum qui inhabitant in Hierusalem: nisi qa est alia Hierusalē, de qua multa soletis audire? Ipsa est mater nřa cui suspiramus & gemimus in ista peregri- M natione, ut ad illā redeamus. Errraueramus à uia, & uiā non habebamus Rex ipsius uenit, & uia nobis factus est, ut ad illam redire possimus. Ipsa est illa ubi stātes erant pedes nři in atriis Hierusalē, sicut Psal. 121. audistis in psalmo canticoꝝ graduū supiore, iam uobis exposito & tractato qui iterfuistis: cui suspirabat ille qui cantabat, Hierusalē quę ędificat ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Qui ergo ibi habitant, non mouebuntur in æternū. Qui aūt habitarunt in ista Hierusalē, moti sunt, primo corde, postea exilio. Qñ moti sunt corde & ceciderūt; tunc regem ipsius supernæ Hierusalē crucifixerūt, Iam spūaliter foris erāt, & ipsum regem foras excludebant. Eiecerunt.n. illum extra ciuitatē suam, Matt. 27. & eum foris crucifixerunt. Et ipse eiecit illos extra ciuitatem suam.i. æternā Hierusalem matrem oim nostrum quæ est in cœlis. Qualis est ista Hierusalem? Breuiter describit eam. Montes in circuitu eius.) Magnum ergo aliquid est, esse nos in ea ciuitate quam circundederunt montes? ipsa est tota fœlicitas nostra, quia habebimus ciuitatem, quam

A quam circundederunt montes? Num.n.non noui-
mus mõtes, aut qđ sint mõtes, nisi tumores terrarũ?
Alij sunt ergo mõtes amabiles, montes excelsi, præ
dicatores ueritatis, siue angeli, siue apostoli, siue ꝓ
phetæ. Ipsi sunt in circuitu Hierl̃m. Ambiũt illam,
& quasi murũ illi faciunt. De his montibus amabi
libus & delectabilibus assidue scriptura loqt. Ad-
uertite uel cũ auditis uel legitis, pluribus locis i ue
nitis mõtes delectabiles, q̃ nos possumus cõmemo
rare. Veruntñ quantum dñs suggerit, delectat nos
de his montibus multa dicere, & diuina testimo-
nia de literis sanctis occurrũt nobis. Ipsi sunt mon
tes qui illuminant à deo. Et primitus illuminãtur,
ut ab ipsis lumen descẽdat ad ualles, uel ad colles,
qa non tãtæ sunt altitudinis quãtę sunt mõtes. Ipsi
sunt per quos nobis prærogat scriptura, siue in pro
phetia, siue in epistolis, siue in euangelio. Ipsi sunt
Psal. 120 mõtes, de qbus cantamus, Leuaui oculos meos in
montes, unde ueniet auxiliũ mihi: qa de scripturis
sctis in hac uita habemus auxiliũ. Sed qa ipsi mon
tes non à se ꝓtegunt nec à seipsis nobis consulũt,
B nec spes nr̃a debet esse in mõtibus, ne maledicti si-
Hiere. 17 mus q spem in hoie ponimus: iam dixerat, Leuaui
Psal. 120 oculos meos in montes, Vnde ueniet auxiliũ mihi:
Auxilium, inqt, meum à dño qui fecit cœlum & ter
Psal. 71. ram. Ipsi sunt montes de qbus item dicit, Suscipiãt
montes pacem pplo tuo, & colles iustitiã. Montes
magni sunt, colles minores sunt. Montes ergo ui-
dent colles credunt. Qui uident, pacem suscẽperũt
& attulerũt ad illos qui credunt: Qui enim credũt
Roma. 1. suscipiunt iustitiã, qa iustus ex fide uiuit. Angeli ui
dent, annũciant qđ uident, & credimus nos. Ioan-
Ioan. 1. nes ille, In principio, inqt, erat uerbum, & uerbum
erat apud deũ, & deus erat uerbũ. Videbat, prædi-
cauit nobis ut crederemus. Et per montes suscipiẽ
tes pacẽ, susceperũt colles iustitiã: qa de ipsis mon-
tibus ait, Suscipiunt montes pacem pplo tuo: non
dixit, à se hñt pacem, uel instituũt pacem, uel gene-
rant pacem, sed suscipiũt pacem. Vnde suscipiũt pa
Psal. 120 cem, dñs est. Sic ergo leua oculos tuos ad montes
pp pacem, ut auxilium tuum sit à dño qui fecit cœ
Psal. 75. lum & terram. Rursus illos montes cõmemorans
spiritus sanctus hoc ait, Illuminans tu mirabiliter
C à montibus æternis. Non dixit, illuminãt montes,
sed illuminans tu à montibus æternis. Per montes
istos quos æternos esse uoluisti prædicans euange
liũ, tu illuminas, non mõtes. Tales ergo montes in
circuitu Hierl̃m. Et ut noueritis quales sint mõtes
in circuitu eius, ubi cõmemorauit montes bonos
scriptura, ualde raro & difficile, aut forte nunq̃, &
non statim ibi nominat dñm, aut simul significat,
ne spes remaneat in montibus. Ecce uidete q̃ mul-
ta cõmemoraui: Leuaui oculos meos in mõtes, un
Psal. 120 de ueniet auxiliũ mihi. Et ne ibi remaneas. Auxi-
liũ meũ, inqt, à dño, qui fecit cœlum & terrã. Rur-
Psal. 71. sus suscipiũt montes pacem pplo tuo. Cum dixit,
suscipiũt, ostendit aliũ esse montem pacis unde illi
Psal. 75. suscipiunt. Rursus, à montibus illuminãs, ut dixit
mox adiunxit, Illuminans tu mirabiliter à monti-
bus æternis. Item hoc loco cũ dixisset, Mõtes in cir
cuitu eius: ne tu sursum remaneres in mõtibus: sta
tim subiũxit, Et dñs in circuitu plebis suę.) Vt tua
spes nõ sit in mõtib⁹, sed in illo qui illuminat mõ-
tes. Cum.n. ille habitat in montibus.i. in sanctis,
ipse est in circuitu plebis suę, & ipse murauit plebẽ
suam munimẽto spirituali, ne moueatur in æternũ. D
At uero de illis montibus malis qñ loqtur scriptu-
ra, non eis addit dñm. Tales montes iam sæpe dixi-
mus uobis, significant magnas quasdã animas, sed
malas. Non.n. putetis fratres, qa potuerunt fieri hę
reses per aliquas paruas aias. Non fecerunt hęreses,
nisi magni hoies, sed quantum magni, tantum ma
li montes. Non.n. montes erãt tales qui susciperẽt
pacem, ut colles susciperẽt iustitiam, sed illi dissen- Psal. 71.
sionem susceperunt à diabolo patre suo. Montes er
go erant: ad tales montes caue ne fugias. Vẽturi.n.
sunt homines, & dicturi tibi, Magnus ille uir, & ma
gnus ille homo. Qualis fuit ille Donatus? qualis est
Maximinianus? & nescis Photinus qualis fuit? & il-
le Arrius qualis fuit? Oẽs istos montes noiauimus,
sed naufragosos. Videtis qa lucet de illis aliqua flã
ma sermonis, & aliqs de ipsis ignis accendit. Si na-
uigatis in ligno, & noctem patimini.i. caliginẽ hu-
ius uitæ, non uos fallãt, nec dirigatis illuc nauim.
Ibi sunt saxa, ubi naufragia magna fiũt. Cum ergo
tibi laudati fuerint isti mõtes, & cœperit tibi sua-
deri ut uenias ad ipsos montes quasi ad auxiliũ, & E
ibi requiescas: Rñde, In dño confido, quõ dicitis aiæ Psal. 10.
meæ, transmigra in montes sicut passer? Bonũ est,
enim, tibi ut ad illos montes leues oculos, unde ti
bi auxilium à dño sit, ut euadas sicut passer de mu Psal. 120
scipula uenantiũ, non transmigres in montes. Pas-
ser enim instabiles res est, Cito mouetur, cito uo-
lat hinc & inde. Sed tu confide in dño, & eris sicut
mons Sion, nõ moueberis in æternum, & nõ trans
migrabis in montes sicut passer. Nunqd ibi sic no-
minauit montes, ut de dño diceret? sed montes ta
les ama, in quibus dñs est. Tunc aũt te amant ipsi
montes, si non in illis spem posueris. Videte fratres
quales sunt montes dei. Nam inde sic noiati sunt
in alio loco, Iustitia tua sicut mõtes dei. Non iusti- Psal. 35.
tia ipsoꝝ, sed iustitia tua. Audi talem montẽ Aplm, Philip. 3.
Vt inueniar in illo, inqt, non hñs iustitiã meã quæ
ex lege est, sed eam quæ per fidem Christi. Illi autẽ
qui per iustitiã suam montes esse uoluerunt, sicut
Iudęi qdam uel pharisęi principes eoꝝ, sic reprehen
duntur: Ignorantes.n. dei iustitiam & suam nolen- Rom. 10
tes cõstituere, iustitię dei nõ sunt subiecti. Qui aũt F
subiecti sunt, sic sunt alti ut humiles sint. Et qa ma
gni sunt montes dicuntur. Quia uero subiecti sunt
deo, ualles sunt. Et qa hñt capacitatem pietatis, su-
scipiunt abundantiã pacis, & inundatione trãsmit
tunt ad colles. Modo tñ tu uide quos mõtes ames.
Si uis amari à bonis montibus, noli spem ponerę
nec in bonis montibus. Nã qualis mons erat Pau-
lus? Qñ inuenitur talis? De magnitudine loqmur
hominũ. Tantę gratię qsquam põt facile inueniri?
Et tñ timebat ne passer ille in illo ponere spem. Et
qđ ait? Nunqd Paulus pro uobis crucifixus est: Sed 1 Cor. 1
leuate oculos in montes unde auxilium ueniat uo Psal. 120
bis, qa ego plantaui, Apollo rigauit: sed auxiliũ ue- 1 Cor. 3.
strum à domino qui fecit cœlum & terrã, qa deus
incrementum dedit. Ergo montes in circuitu eius.
Sed quõ montes in circuitu eius, sic & dominus in
circuitu plebis suæ. Ex hoc nunc & usq; in secu-
lum.) Si ergo montes in circuitu eius, & dominus
in circuitu plebis suæ, constringit dominus plebẽ
suam in unũ uinculũ charitatis & pacis: ut qui cõ-
fidunt in domino sicut mons Sion, nõ cõmoueam
tur in æternũ. Et hoc est ex hoc & usq; in seculum.

G Quoniam non derelinquet uirgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.)Modo qdem iusti aliquantū laborant, & modo aliqñ iniusti dominantur iustis. Quibus modis? Aliqñ iniusti perueniunt ad honores seculi. Cum peruenerint & facti fuerint uel iudices.uel reges, qa hoc facit deus pp disciplinam plebis suæ,pp disciplinam populi sui,non pōt fieri nisi ut exhibeatur illis honor debitus potestati. Ordinauit.n.sic deus ecclesiam suam,ut omnis potestas ordinata in seculo habeat honorem,& aliqñ à melioribus.Sed,exempli gr̃a,unam rem dico, hinc conicite gradus omnium potestatū.Prima & quotidiana potestas hōis in hoīem, domini est in seruum.Propè omnes domus hñt huiusmodi potestatem.Sūt dñi,sunt & serui. Diuersa sunt nomina,dominus seruus., sed hoīes & homines paria sunt nomina.

Ephes.6. Et qd dicit Apl's,docens seruos dominis suis subditos esse? Serui,obedite dominis uestris secundum carnem,qa est & dominus secundum spiritū. Ille est uerus dominus & æternus,illi aūt tpales

H secundum tempus. Tu cum ambulas in uia,cum uiuis in hac uita,nō uult te facere superbū Christus. Contigit tibi ut christianus efficereris, & haberes dñm hominem : non ideo christianus factus es,ut dedigneris seruire. Cum.n.Christo iubente seruis homini,non illi seruis,sed illi qui iussit.Et hoc ait, Obaudite dominis uestris scd'm carnē, cum timore & tremore & in simplicitate cordis,non ad oculum seruientes quasi hoībus placētes, sed quasi serui Christi facientes bonam uoluntatem dei ex aīo cū bona uolūtate. Ecce non fecit de seruis liberos, sed de malis seruis bonos seruos. O q̃tum dēnt diuites Christo,qui illis cōponit domū: ut si fuit ibi seruus infidelis, conuertat illum Xp̄s, & non ei dicat,Dimitte dñm tuū:iam cognouisti eum qui uerus est dñs, ille fortè impius est & iniquus, tu iam fidelis & iustus Indignū est ut iustus & fidelis seruiat iniquo & ifideli. Nō hoc ei dixit,sed magis seruiat. Et ut corroboraret seruū,hoc dixit, Exemplo meo serui, qa prior ego seruiui iniqs. Dñs.n.tanta in passione sustinēs,a qbus sustinuit nisi dominus à seruis?Et à qbus,nisi à malis seruis? Nā si fuissent

I boni serui,honorarent dñm suum. Sed qa mali serui erant iniuriauerūt dominum.'Ille qd cōtra reddidit?Dilectionē pro odio. Ait enim, Pater ignosce illis,qa nesciunt qd faciunt. (Lucæ 23.) Si dominus cœli & terræ per quem facta sunt oia seruiuit indignis, rogauit pro sæuientibus & furentibus, & tanq̃ medicū se exhibuit adueniens: Nā & medici & arte & sanitate meliores seruiunt ægrotis: quanto magis non debet dedignari homo,ex toto aīo,& ex tota bona uoluntate,cum tota dilectione seruire domino et malo? Ecce seruit melior deteriori.sed ad tp̄s. Qđ aūt dixi de dño & seruo,hoc intelligite de potestatibus & regibus, & de oibus culminibus huius seculi. Aliqñ.n potestates bonæ sunt & timent deū, aliqñ non timent deū. Iulianus extitit infidelis imperator,Nōne extitit apostata,iniquus,idololatra? (1 q 3.c. Iulianus extitit.) Milites xp̄iani seruierunt impatori infideli. Vbi ueniebat ad cām Xp̄i, non agnoscebant nisi illū qui in cœlo erat Qñ uolebat ut idola colerent,ut thurificarent,prçponebant illi deum.Qñ aūt dicebat, producite aciem, ite cōtra illam gentē, statim obtemperabant. Distinguebāt dñm æternum à dño

K tpali, & tamen subditi erant pp dominum ęternū, etiam domino tpali. Sed nunquid sic erit semper, ut iniqui imperent iustis?Non sic erit. Videte.n.qd dicat ipse psalmus,Qm̃ non derelinquet dñs uirgā peccatorum super sortem iustorum. Sentitur ad tempus uirga peccatorum super sortem iustorum, sed non ibi relinquitur,non erit in æternū. Veniet tempus quando unus agnoscatur deus : ueniet tempus quando unus Christus in claritate sua apparens congreget ante se omnes gētes, & diuidat eas sicut diuidit pastor hædos ab ouibus:oues ponet ad dexterā,hædos ad sinistram. Et uidetis ibi multos seruos inter oues, & multos dominos inter hædos : & rursus multos dominos iter oues,& multos seruos inter hædos. (Matt.25.) Non.n.quia sic consolati sumus seruos, omnes serui boni sunt: aut qa sic reprehēdi sumus superbiam dominorum, oēs domini mali sunt. Sunt boni & fideles dñi,& sunt mali. Sunt boni & fideles serui,& sunt mali. Sed q̃diu serui boni seruiunt malis dominis,ferant ad tp̄s,quia non derelinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum. Quare hoc ? Vt non extēdant iusti ad iniquitatem

L manus suas, ut ad tp̄s ferāt iusti iniquos dominantes,& intelligant non esse hoc sempiternū,sed præparent se ad possidendam sempiternam hæreditatem. Quam hęreditatem? Vbi destruetur oīs potentatus & oīs potestas,ut sit deus omnia in oibus. (1.Cor.15.) Ad hoc se seruantes & hoc corde cōtemplantes, & adhuc in fide retinentes,& ut uideāt perdurantes,nō extendunt manus suas in iniqtatē.Nam si uideant quia semp est uirga peccatorum super sortem iustorum, cogitant apud se & dicunt, Quid mihi pdest,quia iustus sum?Semper mihi dominabitur iniquus, & semp seruus ero ? Faciam ergo & ego iniquitatem, quia nihil pdest tenere stultitiam.Ne autem hoc dicat,insinuatur illi fides,quia ad tempus potest esse uirga peccatorum super sortem iustorum, non.n.eam relinquet dominus super sortem iustorum, ut nō extendant iusti ad iniquitatem manus suas: sed teneant ab iniquitate manus suas,& ferant iniqtatem, non faciāt:melius est.n.iniustitiam ferre,q̃ facere. Vnde non semper erit ? Quia non derelinquet dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum.Hoc cogitat qui recto sunt corde,de qbus pauloante dixit, qui (Psal.72.)

M uoluntatem dei sequuntur non uolūtatem suam: sed qui sequi deum uolunt, faciūt illum præcedentem & se sequentes:non aūt se præcedētes,& illum sequentem. Et in omnibus eum bonum inueniūt, siue emendantem,siue conflantem, siue consolantem,siue exercentem, siue coronātem, siue purgantem,siue illuminantē:sicut Apl's ait, Scimus qm diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum. (Roma 8.) Et ideo seqt, Benefac dñe bonis & rectis corde.) Sicut aūt qui declinat à malo & facit bonū, rectus corde est,qa non zelat in peccatoribus, pacem peccatorum intuens:sic prauū cordis est qui scandalizatur in uis dñi,qui declinat à deo & facit malum,& inescatur dulcedine seculi, & ea illaqueatus & captus,amaras pœnas luit. (Psal 36.) (Psal.72.) Declinātes aūt a deo,cuius disciplinā ferre noluit, fit illi per iudicium dei uerus laqueus falsa malorum fœlicitas. Vnde continuo subiungit, Declinantes aūt in strangulationē adducet dñs cum opantibus iniustitiam.)Id est,quorum facta imitati sunt, quia eorum præsentes lætitias amauerunt, & futura supplicia non crediderunt,

A Qui ergo recti sunt corde & nō declinant qd habe bit?Iam ueniamus ad ipsam hęreditatē fratres,qa filij sumus.Quid posidebimus?Quę est hęreditas? Quæ pria nra?Quid uocatur?pax. Per hāc uos salu
Psal.71 tamus, hāc uobis annūciamus,hāc suscipiūt mon
Ephes.2. tes & colles iustitiam,ipsa est Xps Ipse.n.est pax no stra qui fecit utraq; unū,& mediū parietem in macenæ soluit,qa filij sumus, hęreditatē habebimus. Et qd uocabitur ipsa hæreditas, nisi pax?Et uidete qa exhæredati sunt qui non amāt pacem. Non aūt amant pacem qui diuidunt unitatem. Pax possessio pios, est,possessio hęredū. Et qui sunt hęredes?
Matt. 5. Filij.Audite euāgeliū, Beati pacifici, qa ipsi filij dei uocabuntur.Audite & cōclusionem huius psalmi,

Pax sup Israel.) Israel est uidens deū, Hierlm uisio pacis interpretatur.Intelligat charitas uestra. Israel interpretatur uidens deum, Hierlm uero interpretatur uisio pacis.Qui non mouebuntur in ęternū?
Psal.124. Qui habitant in Hierusalem, non mouebuntur in æternum. Ergo non mouebuntur in æternum qui inhabitant uisionem pacis, Et pax sup Israel. Ergo Israel qui uidens deum est, uidēs pacem est, & ipse
B Israel est & Hierlm,qa populus ille dei ipsa est ciuitas dei. Si ergo uidens pacem, hoc est, uidens deū, merito & deus ipse est pax. Ergo qa Christus filius dei pax est, ideo uenit colligere suos, & secernere ab iniquis. A qbus iniquis? Qui oderunt Hierusalem,qui oderunt pacē, qui uolunt cōscindere unitatem,qui nō credunt paci,qui falsam pacē annunciant in populo, & nō illam hñt. Quibus rñdetur cum dixerint,Pax uobiscum,& cū spiritu tuo. Falsa dicunt,& falsum audiunt. Quibus dicūt pax uobiscum?Quos separant à pace orbis terrar.Et quibus dicitur,Et cū spiritu tuo? Qui dissensiones amplectuntur,& odiunt pacem. Si.n in spiritu eorum esset pax,nōne unitatem diligerēt, & relinquerent dissensionem? Falsum ergo pronunciant,& falsum audiunt. Nos uerum ꝓnunciemus, & uerū audiamus. Simus Israel & amplectamur pacem,quia Hierusalē est uisio pacis, & nos Israel, & pax sup israel.

In psalmum centesimum uicesimumquintum.

Enarratio.

Sicut iam meministis ex ordine nobis tractātibus iste psalmus est centesimus uicesimus qntus qui inter illos psalmos est,quo-
C rum est titulus, Cāticum gradnum. Est aūt sicut nostis uox ascendentiū.Quò nisi ad illā supernam Hierlm,matrem oium quæ in cœlis? Quæ supna, ipsa & æterna.Hæc aūt quæ in terra fuit, umbram habebat illius.Itaq; ista cecidit,illa permanet.Hæc impleuit tēpus prędicationis, illa tenet æternitatē reparationis nrę.Ab illa peregrinamur in hac uita, ad eius reditū suspiramus. Suspiramus tādiu miseri & laborātes,donec ad illā redeamus: nec ciues nostri angeli dimiserūt nos in peregrinatione,sed annunciauerūt nobis ipsum regē uenturū ad nos: &
Matt.16. uenit ad nos,& contēptus est inter nos à nobis: & postea nobiscū fuit & docuit nos contemni, qa contēptus est:docuit nos tolerare,qa tolerauit,docuit pati,qa passus est:& ꝓmisit resurrecturos,qa resurrexit,in seipso ostendens qd sperare debeamus. Si ergo fratres ꝓphetæ annqui patres nostri antequā dominus Iesus Christus ueniret in carne, antequā mortuus resurrexisset & ascēdisset in cœlum,suspirabant tamen illi ciuitati,quātum oportet nos desyderare quò nos ipse præcessit,& unde nunq̄ reces
D sit? Non.n.dñs sic uenit ad nos, ut desereret angelos:& cum illis mansit,& ad nos uenit.In illis mansit in maiestate,ad nos uenit in carne. Eramus aūt ibi,ubi redemptor noster ille uenisse dicitur,& captiui tenebamur. Si redemptor noster ille dicit,captiui tenebamur. Vbi ergo tenebamur,ut ille ueniret redimere captiuos? Vbi tenebamur? Forte apud Barbaros. Peior ē Barbaris diabolus & angeli eius. Ipsi antea tenebant genus humanū,ab eis redemit nos, qa non aurū neq; argentū, sed sanguinem suū pro nobis dedit. Quò aūt homo uenerat in captiuitate, Paulū apostolū interrogemus. Etenim ipse ꝑcipue gemit in ista captiuitate,suspirās ęternā Hierusalē, & docuit nos gemere ex ipso spiritu, quo &
ille implet' gemebat. Hoc.n.ait, Ois creatura cōgemiscit & dolet usq; nunc. Et ites, Vanitati.n.creatura subiecta est, ait,non spōte, sed pp eum qui subiecit eam in spe. Oēm creaturā dixit in hominibus etiam nondum credentibus,sed tñ crediturus,ingemiscere creaturā in laboribus. Nunqd nam in his tantum gemit qui nondū crediderūt? Iam uero in Roma.8.
his qui crediderūt nō gemit nec parturit creatura? E
Non solum aūt, inqt, sed & nosipsi primitias spūs habentes.i.qui iam spiritu deo seruimus, qui iam mente deo credimus,& in ipsa fide primitias quasdam dedimus,ut primitias nostras sequāur: ergo & nosipsi in nobismetipsis igemiscimus,adoptionem expectantes redemptionē corporis nři. Gemebat ergo & ipse, & gemunt oēs fideles, adoptionē expectātes redemptionē corporis sui. Vbi gemūt? In ista mortalitate.Quam redemptionē expectant? Corporis sui quæ præcessit in dño,qui resurrexit à
mortuis,& ascēdit in cœlum. Hoc nobis antequā Marci.16
reddatur necesse est gemamus,etiā fideles, etiā sperātes.Ideo sequitur ibi & dicit, Cum diceret,& ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem,expectantes redemptionē corporis nostri: quasi diceretur ei, Quid tibi ergo ꝓfuit Christus si adhuc gemis? & quo saluator saluū te fecit? Qui gemit,adhuc ægrotat: subiunxit & ait, Spe.n.salui facti su-
mus.Spes autē quæ uidet non est spes. Qd.n.uidet Roma.8.
quis qd sperat?Si aūt quod nō uidemus speramus,
per patientiam expectamus. Ecce quare gemimus, F
& quo gemimus, quia quod speramus iam qdem expectamus,sed nondum tenemus,& donec teneamus in tpe suspiramus, quia desyderamus quod nondum tenemus. Quare? Quia spe salui facti sumus.Iam caro sumpta de nobis in domino, nō spe sed re salua facta est. Resurrexit.n.& ascendit in capite nostro caro nostra salua in mēbris adhuc saluanda est.Secura gaudeant membra, quia à capite suo nō sunt deserta.Dixit.n. mēbris laborantibus,
Ecce ego uobiscū suum [omnibus diebus] usq; ad Matt.28.
cōsummationem seculi: ita factum est ut cōuerteremur ad deū.Spem.n.nō habueramus,nisi ad seculū, & inde serui miseri, & bis miseri, qa & in hac uita spem posueramus & faciem hñtes ad seculum, dorsum contra deum. Cū uero cōuerterit nos dominus,ut iam incipiamus faciē habere ad deum,& dorsum ad seculum,quia adhuc in uia sumus,& tamen ad patriam attēdimus:& qn forte aliquam tribulationē patimur, sed tñ tenemus uiam & ligno portamur, Asper qdem uentus est,sed uentus ꝓsper est,cum labore qdem,sed cito ducit & cito ꝑducit.

G Quia ergo de captiuitate nr̃a gemebamus, gemũt aũt & illi qui iam crediderunt. Qũo autẽ facti fuimus captiui? Obliti fuimus, sed per scripturam cõmemoramur. Paulum ipsum Apl̃m interrogemus. *Roma.7.* Ait enim. Scimus.n.qa lex spiritalis est, ego aũt carnalis sum, uenũdatus sub peccato. Ecce unde facti sumus captiui, qa uenundati sumus sub pct̃õ. Quis nos uendidit? Nosipsi q cõsensimus seductori. Vendere nos potuimus, redimere nos nõ possumus. Vẽdidimus nos cõsensione peccati, redimimur in fide iustitię. Sanguis.n.innocẽs datus est ꝓ nobis ut redimeremur: Non quẽcunq; sanguinem ille fudit persequẽdo iustos. Qualẽ sanguinem fudit? Iustoꝝ qdem sanguinem fudit, ꝓphetaꝝ, patrum nostroꝝ, iustorum sanguinem fudit & martyrum, tñ omnes de propagine peccati uenientes. Vnũ sanguinẽ fudit eius qui non iustificatus, sed iustus natus est. Ille sanguine fuso perdidit quos tenebat. Pro qbus enim datus est innocens sanguis, redempti sunt, & conuersi à captiuitate cantant ipsum psalmum.

Expositio Psalmi.

H Cum conuerterit dñs captiuitatem Sion, facti sumus sicut cõsolati) Hoc uoluit dicere, facti sumus gaudentes. Qñ? Cũ cõuerterit dñs captiuitatem Sion. Quæ Sion? Ipsa Hierl̃m æterna Sion. Qũo æterna Sion? Qũo captiua Sion? In angelis æterna, in hoibus captiua. Non n. oẽs illius ciuitatis ciues captiui sunt, sed qui inde peregrinantur ipsi captiui sunt. Homo ciuis est Hierusalẽ, sed uenditus sub peccato, factus est peregrinus. De propagine ipsius natũ est genus humanũ, & impleuit terras captiuitas Siõ. Et ista captiuitas Siõ quo *Hiere.25. & 29.* est umbra illius Hierl̃m? Vmbra illius Sion quã acceperunt Iudæi in imagine, in figura fuit in captiuitate in Babylonia, & post septuaginta annos rediit ille ppl̃s ad ciuitatẽ suam. Septuaginta anni significant omne tp̃s, qđ septem diebus uoluitur. Cũ aũt transierit omne tp̃s, tunc redimus & nos ad patriã nr̃am, qũo ille ppl̃s post septuaginta annos rediit à *1 Esdr.1.* captiuitate Babyloniæ. Babylonia est.n.mundus iste. Babylonia.n.interpretatur confusio. Videte si non est confusio tota uita humana. Quicqd agũt homines in spe uana, qñ cognouerint qd agũt, eru-
I bescunt. Quare laborant? Cui laborãt? Filiis meis, inqt. Et ipsi cui? Filiis suis. Et ipsi qbus? Filiis suis. Nemo ergo sibi. Ab ista ergo cõfusione iam cõuer- *Roma.6.* si erant qbus dicit Apl̃s, Quam.n.gloriam habebatis in his, in qbus nunc erubescitis? Cõfusio est ergo ista tota uita rerum humanarũ, non ptinens ad deum. In hac cõfusione.i.in ista Babylonia, captiua tenet Sion. Sed conuertit dñs captiuitatẽ Sion, & facti sumus, inqt, sicut consolati.i.gauisi sumus tanq̃ consolationem accipientes. Consolatio non est nisi miseroꝝ, consolatio non est nisi gemẽtium & lugentium. Quare quasi consolati, nisi qa adhuc gemimus? Gemimus in spe, cõsolamur in re. Cum trãsierit spes, de gemitu gaudiũ ueniet æternũ, ubi nõ opus erit cõsolatione, qa nulla miseria sauciabimur. Quare aũt uel ut consolati ait, & non ait cõsolati? Non semp quasi ad similitudinẽ ponitur hoc uerbum, sicut, qđ dicimus aliqñ ad ꝓprietatem refertur, aliqñ ad similitudinem: modo ad proprietatem relatũ est. Sed exẽpla nobis etiam de cõmuni locutione hominũ danda sunt, ut facile intelligatur, qũo dicimus, Sicut uixit pater, ita & filius, ad similitudinem hoc dicimus: & sicut pecus morit̃, K ita homo morit̃, ad similitudinẽ hoc dicitur. Qñ *Ecclesiastes.3* aũt hoc dicimus, Fecit sicut uir bonus, nunqd nõ est uir bonus, sed similitudinẽ habet uiri boni? Fecit tanq̃ iustus. Hoc tanq̃ non negat eum iustũ esse, sed ꝓprietatem eius ostendit. Fecisti sicut senator, ergo nõ sum senator si dicat: imò qa es, sicut senator fecisti: & qa iustus es, sicut iustus fecisti: & quia bonus es, sicut bonus fecisti: Ergo qa & isti uere cõsolati erãt, sicut consolati gaudebant.i.magnũ erat gaudium ipsoꝝ tanq̃ consolatoꝝ, illo consolante morituros qui mortuus est. Oẽs.n.mori gemimus, Consolatus est ille q mortuus est ne mori timeremus, Prior resurrexit ut haberemus qđ sparemus. Quia ergo prior resurrexit, spẽ nobis dedit, qa i miseria positi spe cõsolati sum⁹. Hinc gaudiũ magnũ. Et conuertit dñs captiuitatem nr̃am, ut iam de captiuitate uiã teneamus, & eamus ad patriã. Iã ergo redẽpti in uia nõ timeamus insidiãtes hostes nr̃os. Ideo.n.redemit nos, ut nõ audeat hostis insidiari nobis, si de uia nõ recesserimus. Ipse.n.Xp̃s factus est uia. Vis nõ pati latrones? Ait tibi, Viã tibi straui ad patriã, noli de uia recedere. Talẽ uiã muniui, ut L latro ad te nõ audeat accedere. Tu ab illa noli recedere, & latro ad te nõ audebit accedere. Ambula ergo in Xp̃o & canta, gaudẽs cãta tanq̃ cõsolatus, qa ille te præcessit qui iussit ut sequaris. Tũc repletũ est gaudio os nr̃um, & lingua nr̃a exultatione.) Os fratres mei qđ habemus in corpore qũo replet̃ gaudio? Nõ solet impleri, nisi aqua aut cibo, aut potu, aut aliqua re tali missa in os. Implet̃ aliqñ os nr̃m, & plus est qđ dicimus sanctitati ur̃ę, qñ os plenum habemus loqui nõ possumus. Habemus aũt intus os.i.in corde, unde qcqd ꝓcedit, si malũ est inqninat nos, si bonũ est mundat nos. De ipso.n.ore audistis, dum euangeliũ legeret̃. Insultabant.n.Iudæi dñs, qa discipuli eius nõ lotis manibus manduca- *Matt.15.* bant. Illi insultabãt qui munditiã foris habebãt, & intus maculis pleni erãt. Illi insultabãt quoꝝ iustitia nõ erat, nisi in oculis hominum, dñs aũt quęrit munditiã nr̃am interiorẽ: quæ si fuerit, necesse est ut & quę foris sunt mũda sint. Mundate, inqt, quæ *Matt.23.* intus sunt, & quæ foris sunt munda erunt. Ipse dñs
M dicit alio loco, Verũ date eleemosynas, & ecce oĩa *Luce.11.* munda sunt uobis. Vnde aũt ꝓcedit eleemosyna? De corde. Si n.manum porrigas, nec in corde misereraris, nihil fecisti. Si aũt in corde miserearis, etiam si non habeas quod porrigas manu, acceptat deus eleemosynã tuã. Illi aũt iniqui foris q̃rebant mũditiã. De talibus erat ẽt ille Pharisęus qui inuitauerat dñm, qñ accessit ad eũ mulier quæ in ciuitate pec- *Luce.7.* catrix erat & famosa, quæ lachrymis lauit pedes dñi, tersit capillis, unxit unguẽto. Pharisęus ergo q inuitauerat dñm, & munditiã nõ habebat nisi forinsecus corpis, intus aũt in corde plenus erat iniquitate & rapina, dixit apud semetipsũ, iste si esset *Ibidem.* Propheta, sciret q̃ mulier illi accessit ad pedes. Vnde nouerat utrũ sciret an nesciret? Sed ideo eũ ne- *In li. 50. homi. homi.23.* scire arbitratus est, qa nõ à se eam repulit. Si.n accessisset ad ip̃m Pharisęũ talis mulier, ille q munditiã tenebat, q̃si in carne exufflaret, repelleret, abiiceret, ne imunda tangeret mundum, & cõtaminaret eius munditiã. Quia hoc non fecit dñs, ideo illum credidit nescisse qualis mulier illi accessisset ad pedes. Dñs autem nõ solum illam nouerat, sed & cogitationes

A gitationes illius audiebat: quia etsi cõtactus corporis aliquid facit ô immunde Pharisæe, caro dñi posset pollui cõtactu mulieris, an mulier mũdari cõtactu domini? Permittebat aũt medicus ægrotantẽ tangere medicamentũ, & illa q̃ uenerat nouerat medicũ, & q̃ solebat in sua fornicatione fortasse esse frõtosa, frõtosior facta est ad salutẽ. Irrupit in domum quò non erat inuitata, sed uulnera habebat, & illuc uenerat ubi medicus recũbebat. Ille aũt q inuitauerat medicũ sanus sibi uidebat, propterea non curabatur. Iam q̃ sequuntur in Euãgelio nostis, quõ cõfusus est ipse Pharisæus, cũ ei ostenderet quia & illã mulierem nouerat, & cogitationẽ cordis ipsius audierat. Sed ad id reuertamur quod modo de Euãgelio lectũ est, quod pertinet ad p̃sentem uersum, ubi dictũ est, Impletum est gaudio os nostrũ, & lingua nostra exultatione. Quærimus.n. quod os & q̃ lingua, attẽdat charitas uestra. Insultatũ est dño, quia nõ lotis manib⁹ discipuli eius mãducarent, Respõdit illis dñs sicut oportebat, & uocatis turbis ait, *Matt. 15.* Audite oẽs & intelligite, Omne quod intrat in os nõ coinquinat hominẽ, sed qđ exit. Quid est hoc?

B Cũ dixit, quod intrat in os, nõ nisi os corporis uoluit ostẽdere. Intrant.n. cibi, & nõ coinquinant homines cibi, qa omnia mũda mundis, & omnis crea- *Ad Tit. 1.* *1. Tim. 4.* tura dei bona est, & nihil abijciendũ quod cũ gratiarumactione pcipitur. In figura Iudæis posita erãt *Leuit. 11.* q̃dam, & immunda dicta sunt Sed põsteaquã figurarũ lux ipsa uenit, & remotæ sunt umbræ, nõ sumus *2. Cor. 3.* retẽti in litera, sed uiuificati in spiritu, & nõ est impositũ iugũ obseruationis Christianis qđ impositum erat Iudæis, quia dñs dixit, Iugum.n. meũ sua- *Matt. 11.* ue est, & sarcina mea leuis est. Et omnia, ait Apo- *Ad Tit. 1.* stolus, mũda mundis, immundis autẽ & infidelib⁹ nihil est mundũ, sed polluta sunt eorũ & mens & cõscientia. Quid uoluit intelligi? Mundo homini & panis & porcina mũda est, immundo autem nec panis nec porcina. Immundis aũt, inquit, & infidelibus nihil est mũdũ. Quare nihil est mũdũ? Sed polluta sunt, inquit, eorũ & mens & conscientia: quia si interius quod est, immundum est, foris qđ est, nihil mundum esse potest. Si ergo illis qb⁹ interiora immunda sunt, exteriora mũda esse nõ possunt: si uolueris ut exte-

C riora munda sint, interiora mundato, Ibi est.n. os quod implebitur tibi gaudio, & quãdo taces. Quãdo taces.n. & gaudes, os tuũ clamat ad deum. Sed uide unde gaudeas, si de sæculo gaudes, immũdo gaudio uociferaris ad deum: si uero de redẽptione gaudes, quõ dixit psalmus iste, Cũ conuerterit dñs captiuitatẽ Sion facti sumus iocũdati, tunc impletur uero gaudio os tuũ, & lingua tua exultatione. Manifestum est quia in spe gaudes, & acceptũ est gaudiũ tuũ apud deũ. In ipso gaudio uel in ipso ore qđ habemus intus, & mãducamus & bibim⁹, sicut de isto ore ad refectionẽ corporis, sic & de illo ore ad *Matth. 5.* refectionẽ cordis. Nã unde beati q esuriunt & sitiũt iustitiam, q̃m ipsi saturabuntur? Si autẽ nõ facit immundũ nisi quod exit de ore, & hoc cũ audimus in Euãgelio, nõ intelligam⁹ nisi os corporis, absurdũ est & nimis stultũ, ut tunc putem⁹ nõ fieri immundũ hominem cũ mãducat: tunc autẽ putemus immun- *Matt. 15.* dum, si uomat. Ait.n. dñs, Nõ quod intrat in os, sed quod exit coinquinat. Quãdo ergo manducas non sis immundus, & quãdo uomis efficeris immundus? Quãdo bibis nõ es immundus, & qñ spuis immundus es? Quãdo spuis.n. de ore tuo exit aliquid: quando D bibis, in os intrat aliquid. Quid uoluit dicere dñs, Nõ quod intrat in os, sed qđ exit inquinat? Secutus eodẽ loco secundũ aliũ Euãgelistã dixit, Quæ sunt *Marci. 7.* q̃ pcedunt de ore? ut intelligas nõ de ore corporis eũ dixisse, sed de ore cordis. Ait enim, De corde n. *Matt. 15.* exeunt cogitationes malæ, fornicationes, homicidia, blasphemiæ, hæc sunt q̃ coinquinant hominẽ: nõ lotis aũt manibus mãducare nõ coinquinat hominem. Illa ergo fratres mei q̃ũo exeunt de ore, nisi quia exeunt de corde, sicut ipse dñs dicit? Nõ enim qñ illa loquimur tunc nos maculant. Ne qs dicat, Cũ loquimur, de ore nostro exeunt, quia uerba & uoces de ore nostro exeunt, & qñ mala loquimur, immundi efficimur. Quid si aliquis nõ loquat, & tamẽ cogitet mala? Mundus est qa de ore ipsius corporis nihil pcessit? Sed de ore cordis iam deus audiuit. Ecce fratres mei attẽdite q̃ dico, Nomino furtũ, modo nominaui furtũ: nunquid qa nominaui furtũ, cõtaminauit me furtũ? Attẽdite qđ dico, Ecce de ore meo exijt, & nõ me fecit immundum. Fur autem surgit in nocte, & nihil dicit ore, & faciendo fit E immundus. Non solum autẽ non dicit, sed & premit facinus toto silentio, & usquea deo uocẽ suã timet audiri, ut nec uestigia sua uelit sonare. Nũquid ergo qa ita silet mũdus est? Plus autẽ dico frẽs mei Ecce adhuc in stratu suo iacet, nondum surrexit ut furtũ faciat, uigilat, & expectat ut hoĩes dormiant, iã deo clamat, iam fur est, iam immundus est, iam facin⁹ de ore interiore processit. Quãdo.n. facinus ex ore procedit? Quãdo uoluntas faciẽdi decernitur Decreuisti facere, dixisti: dixisti, fecisti. Si furtũ non feceris foris, forsitã ille nõ meruit perdere cui disponebas auferre Et ille nihil pdidit, & tu de furto dãnaberis. *De pæ. dist. 1. Si propria.* Decreuisti occidere hominẽ, dixisti in corde, sonuit de ore tuo interiore homicidiũ, Adhuc uiuit hõ, & tu homicida puniris. Quid sis.n. apud deũ q̃ritur, nõ quid nondũ apparueris apud hoĩes. Certe ergo nouim⁹ & nosse debem⁹ & tenere, qa est os cordis, est & lingua cordis. Ipsum os implet gaudio, in ipso ore intus oramus deũ, qñ labia clausa sunt & patet cõscientia. Silentiũ est & clamat pectus, Sed aurib⁹ cuius? Nõ hominis, sed dei. Securus ergo esto, ille audit qui miseretur. Et rursus qñ nemo hominũ audit F mala si pcedunt de ore tuo, noli esse securus, qa ille audit qui dãnat. Susanna non audiebat ab iniustis *Danie. 13.* iudicib⁹, tacebat & orabat, Os eius nõ audiebat ab hoĩbus, cor eius clamabat ad deũ. Nũquid qa uox eius & de ore corporis nõ pcessit, ppterea exaudiri nõ meruit? Exaudita est illa, & qñ orauit nemo hominũ sciuit. Ergo fratres qđ habeamus in ore interiore cogitate, ibi uidete ne qđ mali dicatis intus, & nihil mali facitis foris: nõ potest n. fieri ab hominibus foris, nisi qđ dictũ fuerit intus Custodi os cordis à malo, & innocens eris, inocens erit lingua corporis tui, innocẽtes manus erunt, etiã pedes innocẽtes erũt, oculi innocẽtes erũt, aures innocẽtes erũt, Oĩa mẽbra tua iustitię militabunt, quia Imperator iustus tenuit cor. Tunc dicent inter gẽtes, Magnificauit dñs facere cum eis: magnificauit dñs facere nobiscũ, facti sumus iocũdati.) Videte fratres si modo Sion nõ illud dicit inter gẽtes per totũ orbẽ terrarũ, uidete si nõ ad Ecclesiã curritur In toto orbe terrarũ ptium nrm̃ accipitur, Amẽ rñdetur. Dicunt ergo inter gẽtes Hierosolymitani captiui, Hieroso-

G lymitani redituri,peregrini,ſuſpirantes patriæ ſuæ.
Quid dicunt?Magnificauit dñs facere nobiſcum,fa
ĉti ſumus iocũdati.Nũquid ipſe ſecũ fecerunt? Ipſi
male ſecũ fecerũt,qa ſub peccato ſe uẽdiderunt. Re
dẽptor uenit, & bene cũ illis fecit, & magnificauit
dñs facere cũ eis, Magnificauit dñs facere nobiſcũ,
facti ſumus iocundati. Conuerte dñe captiuitatẽ
noſtram,ſicut torrens in auſtro.) Quid ſit hoc at-
tendat charitas ueſtra. Iam dixerat,Cũ conuerteret
dñs captiuitatẽ Sion.Quaſi de ꝑterito loquebatur:
ſed ſolet fieri,ut de ꝑterito loquens, futura prænun
ciet Propheta.Nam quaſi de ꝑterito loquebatur cũ
Pſal.21. in alio Pſalmo diceret,Foderunt manus meas & pe
des meos,dinumerauerunt omnia oſſa mea.Nõ di-
xit,foſſuri ſunt,nõ dixit,dinumerabunt,non dixit,
diuident ſibi ueſtimenta mea,nõ dixit,ſuper ueſti-
mentũ meum mittent ſortẽ.Futura n.erant & qua
ſi facta cantabant. Omnia.n.q̃ futura ſunt,deo iam
facta ſunt. Hic ergo cũ diceret, Cũ conuerteret dñs
captiuitatẽ Sion,facti ſumus uelut conſolati,Tunc
repletũ eſt gaudio os noſtrũ,& lingua noſtra exul-
tatione : quod ut oſtenderet ſe figura ꝑteriti futura
H cogitare,ait, Tũc dicent inter gẽtes. Dicent,iam de
futuro eſt:Magnificauit dñs facere nobiſcũ,facti ſu
mus iocũdati,de ꝑterito. Tunc cũ cantabantur fu-
tura erant,& nunc uident præſentia:ergo orat tanq̃
de futuris,qui futura tanq̃ præterita ꝓcinebat,Con
uerte dñe captiuitatem noſtram. Nondũ erat ergo
conuerſa captiuitas,quia nondũ redẽptor aduene-
rat.Ergo quando cantati ſunt Pſalmi,quod orabat
tunc,iam factum eſt. Conuerte dñe captiuitatẽ no
ſtram ſicut torrens in auſtro. Sicut conuertunt tor
rentes in auſtro, ſic conuerte captiuitatẽ noſtram.
Quærebat qd ſit,ſed patebit modo,adiuuãte dño
& ueſtris orationibus. Quodã loco dixit ſcriptura,
cũ ꝑciperet & moneret de operib⁹ noſtris bonis:ait
Eccli.3. enim, Sicut glacies in ſereno, ita ſoluentur peccata
tua. Ergo peccata ligabant nos. Quo? Quo frigus
ligat aquã ne currat,ita & nos illigati frigore pecca-
torũ gelauimus. Auſter autẽ calidus uẽtus eſt. Quã
do flat auſter liqueſcit glacies, & implent torrẽtes.
Torrentes aũt dicuntur flumina hyemalia, magno
enim impetu repẽtinis aquis impleta currunt. Gela
ueramus ergo in captiuitate,cõſtringebãt nos pec-
I cata nr̃a : flauit auſter ſpiritus ſanctus,dimiſſa ſunt
nobis peccata,ſoluti ſum⁹ a frigore iniquitatis,tanq̃
glacies in ſereno ſic ſoluunt peccata nr̃a.Curramus
ad patriã quaſi torrẽtes in auſtro. Diu.n.laboraui-
mus & laboram⁹,etiã faciẽtes bene. Nã ipſa uita hu
mana quã ingreſſi ſum⁹ miſera eſt, laborib⁹ plena,
dolorib⁹,periculis,erũnis,tẽtationib⁹. Nolite ſedu-
ci gaudio rerũ humanarũ,flenda in rebus humanis
aduertite. Poterat ridere prius puer q̃ naſcitur? Qua
re à fletu incipit uiuere?Ridere nondũ nouit,quare
plorare iam nouit?Quia cœpit ire in iſtã uitã.Sed ſi
de illis captiuis eſt,hic flet & gemit,ſed ueniet gau-
diũ,ſequitur enim, Qui ſeminant in lachrymis,in
gaudio metẽt.)In iſta uita,q̃ plena eſt lachrymis,ſe
minem⁹. Quid ſeminabimus?Opera bona Opa mi
Galat.6. ſericordiæ ſemina nr̃a ſunt. De qbus ſeminibus ait
Apl's,Bonũ autẽ facientes nõ deficiamus,tẽpore.n.
ibidem. ꝓprio metemus infatigabiles. Itaq; dũ tẽpus habe-
mus operemur bonũ ad oẽs,maxime aũt ad dome
ſticos fidei. Loquẽs itaq; d' ipſis eleemoſynis qd ait?
2.Cor.9. Hoc aũt dico,Qui parce ſeminat,parce & metet:Er-

go q multũ ſeminat multũ metet : Qui parce,ſemi- K
nat parce & metet:& qui nihil ſeminat,nihil metet.
Quare deſyderatis latos fundos, ubi multa ſemina
ſeminetis? Latior uobis nõ eſt ubi ſemineris q̃ Xp̃s,
q i ſe uoluit ſeminari. Terra ueſtra Eccleſia eſt,ſemi
nate quantũ poteſtis Sed parũ habes uñ facias Ha-
bes uoluntatẽ? Quo nihil eſſet qđ habes,ſi nõ adeſ
ſet bona uolũtas: ſic & qa nõ habes,noli eſſe triſtis
ſi eſt tibi bona uolũtas. Quid.n. ſeminas? Miſericor
diã. Et qd metis? Pacẽ. Nunquid aũt dixerunt ange-
li,Pax diuitib⁹ hoibus in terra?Sed pax in terra ho- Luc.2.
minibus bonę uolũtatis. In uidua magna uolũtas.
In Zacchæo magna uoluntas,in Zacchęo charitas Luc.19.
magna, Suſcepit dñm hoſpitio,gaudens ſuſcepit,&
dimidiũ patrimonij ſui pauperib⁹ promiſit ſe datu
rũ, & ſi cui aliqd abſtulerat, q̃druplum redditurũ:
ut intelligas ꝓpterea ſibi eũ tenuiſſe dimidiũ,nõ ut
haberet qđ poſſideret, ſed ut haberet unde debita
redderet. Magna uolũtas,multũ dedit,multũ ſemi-
nauit Ergo uidua illa,q̃ duo minuta miſit,parũ ſe-
minauit? Imò tantũ quantũ Zacchæus. Minores n. Matt.12.
facultates ferebat,ſed parẽ uoluntatẽ habebat. Mi-
ſit duo minuta de tãta uolũtate,de quãta Zacchæ⁹ L
dimidiũ patrimonij ſui. Si attẽdas qd dederunt,di-
uerſa inuenies. Si attẽdas unde dederũt,paria inue
nies. Quicqd habuit illa dedit, & qđ habuit dedit Matt.10.
ille. Fac aliquẽ non habere uel duos nũmos. Eſt ali
quid uilius qđ ſeminemus, ut metam⁹ illã meſſem?
Eſt. Calicẽ aquæ frigidæ qui dederit diſcipulo,non In lib.50.
perdet mercedẽ ſuam. Calix aquæ frigidæ nõ duo- hom. ho-
bus nũmis,ſed gratis cõſtat. Tamẽ aliquãdo ſic gra mi. 8. &
tis cõſtat,ut habeat illũ alius,& alius nõ habeat. Si 13.
ergo ille q illum habet, dederit illi q nõ habet,tan-
tũ dedit ſi de plena charitate dedit qđ dedit,tantũ
dedit quantũ illa in duobus nũmis, quantũ Zac-
chæus in dimidio rerum ſuarum. Non.n.ſine cauſa Luc.19.
addidit,frigidę,ut pauperẽ oſtẽderet. Ideo,dixit,ca
licẽ aquę frigidæ,ne quis uel inde cauſaret,ꝙ lignũ
nõ habuerit unde calefaceret aquã. Calicẽ aquę fri Matt.10.
gidæ qui dederit uni ex minimis,nõ perdet merce-
dẽ ſuam. Quid ſi nec hoc habeat? Securus ſit. Et ſi
nec hoc habet, pax in terra hoibus bonæ uolunta-
tis:tantũ illud timeat ne habeat & non faciat. Si.n. Luc.2.
habet & non facit,intus gelauit,nondũ ſoluta ſunt
peccata eius ſicut torrẽtes in auſtro,qa uolũtas fri- M
gida eſt. Quid ualent tãta bona q̃ poſſidem⁹? Acce-
dit uolũtas feruens iã ſoluta calore auſtri:& ſi nihil
habebat,totũ illi cõputat. Quanta ſibi ꝓſtant men
dici? Intendat charitas ueſtra qũo fiat eleemoſyna.
Certe mẽdici ſunt i quos facis eleemoſynã, mẽdici
egent. Attẽditis forte fratres ueſtros,ſi aliquo egẽt,
tribuitis,ſi eſt in uobis Xp̃s,etiam exteris. Sed ſi illi
ſunt mẽdici qui ꝓfeſſionẽ habent petẽdi in erũna,
& ipſi habent quod ſibi ꝓſtent inuicẽ. Nõ illos de-
ſerit deus unde ꝓbentur,qa faciunt eleemoſynas.
Iſte nõ poteſt ambulare, q põt ambulare pedes ſuos
accõmodat claudo Qui uidet,oculos ſuos accõmo
dat cæco. Et q iuuenis eſt & ſanus, uires ſuas accõ-
modat uel ſeni uel ægroto,& portat illũ. Ille idiget,
ille diues eſt. Aliqñ & diues inuenitur pauper, & à
paupere ꝓſtat illi aliquid. Venit neſcio qs ad flumẽ,
tãto delicatior quãto ditior,trãſire nõ poteſt. Si nu
datis mẽbris trãſierit,frigeſcet,ęgrotabit,morietur.
Accedit pauper exercitatiore corpore,traijcit diuitẽ,
eleemoſynã fecit in diuitẽ. Ergo nolitẽ tantum eos

A putare pauperes q non habent pecuniā. In quo qſq;
paup eſt, ibi illū uide: quia forte tu in eo diues es in
quo ille paup eſt, & habes unde accōmodes. Forte
mēbra tua accōmodas, & plus eſt q̃ ſi pecuniam ac
cōmodares. Conſilio indiget, tu plenus es cōſilio.
In conſilio ille paup, tu diues es. Ecce nec laboras
nec aliqd perdis, das conſiliū, & p̄ſtitiſti eleemoſy-
nā. Modo frēs mei cū loquimur quaſi pauperes ad
nos eſtis, & qa nobis deus dignat⁹ eſt dare, damus
inde uobis, & oēs ab illo accepimus q ſolus eſt di-
ues. Sic ſe ergo tenet corpus xp̄i, mēbra ſocia ſic cō
pingūtur & adunātur in charitatē & in uinculū pa
cis, cū quiſq; id quod habet p̄ſtat ei qui non habet:
in eo qd habet diues eſt, in eo quod ille non habet
pauper eſt. Sic uos diligite, ſic uos amate. Nolite ad
uos ſolos attēdere, ſed attēdite indigētes circa uos.
Sed qa cū laboribus & ęrumnis fiūt iſta in iſta ui-
ta, nolite deficere. In lachrymis ſeminatis, i gaudio
metetis. Quid.n. fratres mei? Ipſe agricola qn̄ proce
dit cum aratro & portat ſemen, nonne aliqn̄ frigi-
dus eſt uētus, & imber deterret? Attendit cœlū, ui-
det triſtē diem, tremit frigore, & tn̄ p̄cedit & ſemi-
B nat. Timet.n. ne cum triſtem diem attendit & ex-
pectat diē lætū, ne tp̄s tranſeat, & non inueniat qd
metat. Nolite differre frēs mei, ſeminate in hyeme,
ſeminate bona opera & cum ploratis, quia q ſemi-
nant in lachrymis, in gaudio metēt. Mittūt ſemina
ſua, bonā uoluntatē & bona opa. Euntes ibant &
flebāt, mittentes ſemina ſua.) Quare flebant? Quia
inter miſeros erāt, & miſeri erant. Melius eſt fratres
mei ut nullus ſit miſer, q̃ ut tu facias miſericordiā.
Qui.n. ut faciat miſericordiam optat eſſe miſeros,
crudelem habet miſericordiam: qūo ſi medicus ut
exerceret artem ſuam optaret eſſe multos ægrotos,
crudelis medicina eſſet. Melius eſt ut oēs ſani ſint,
q̃ ut exerceatur ars medici. Meli⁹ eſt ergo ut oēs bea
ti regnent in illa patria, q̃ ut ſint quibus impendat
miſericordia. Tn̄ quandiu ſunt quibus impēdatur
miſericordia, non deficiamus in iſta erumna mitte
re ſemina. Et ſi cum fletu ſeminamus, tn̄ cū gaudio
metemus. In illa enim reſurrectionem mortuorum
[uenientes uenient cū exultatione portātes manipu
los ſuos, id eſt, tūc] recipiet quiſq; manipulos ſuos,
id eſt, fructū ſeminis, coronā gaudioꝝ & exultatio
C nis. Tunc erit triūphus lætantiū & ipſi morti inſul
tantiū, in qua gemebatur. Tunc dicent morti, Vbi
1. Cor. 15. eſt mors cōtentio tua? Vbi eſt mors aculeus tuus?
Sed quare iam gaudent? Quia portant manipulos
ſuos) Quia eūtes ibāt & flebāt, mittētes ſemia ſua?
Quare mittētes ſemina ſua? Quare aūt hoc? Quia q
ſeminātin lachrymis, i gaudio metēt. In iſto pſal-
mo exhortati uos fuerimus maxime ad faciendam
miſericordiā, qa hinc aſcēditur, & uidetis qa ille cā
tat canticū graduum q aſcendit. Mementote, nolite
amare deſcēdere & nō aſcēdere, ſed & de aſcēſione
Luca 10. cogitate, Quia q deſcēdebat de Hieruſalē in Hieri-
cho, incidit in latrones. Niſi deſcēderet, nō incide-
ret in latrones. Iā ergo Adā deſcēdit & incidit in la-
trones. Oēs.n. nos Adā ſumus: ſed trāſiit ſacerdos
& contēpſit, trāſiit Leuites & contēpſit, qa lex ſana
Ioan. 8. re nō potuit. Trāſiit Samaritanus qdam, id eſt, dn̄s
noſter Ieſus xp̄s. Illi enim dictū eſt, Nōnne uerū di-
cimus nos, qa Samaritanus es & dæmoniū habes?
Ille aūt non dixit, non ſum Samaritanus: ſed dixit,
ego dæmoniū non habeo. Samarites.n. interpretat

custos. Si diceret, nō ſum Samaritanus: diceret non D
ſum cuſtos. Et qs alius cuſtodiret? Deinde ponēs ſi-
militudinē, Trāſiit Samarites & fecit cū illo miſeri Luc. 10.
cordiā ſicut ſcitis. Iacebat aūt in uia uulneratus, qa
deſcēdit. Tranſiēs Samaritanus nō nos contēpſit;
curauit nos, leuauit in iumentū, id eſt, in carne ſua,
pduxit ad ſtabulū ſuū, id eſt, ad Eccleſiā: cōmenda
uit ſtabulario, id ē, Ap̄lo: dedit duos denarios un-
de curaret, charitatē dei & charitatem p̄ximi. In his
duobus n. p̄ceptis tota lex pēdet & Prophetę. Dixit Matt. 22.
aūt ſtabulario, Curā illius habe, Si qd amplius ero
gaueris, in redeūdo reddā tibi. Amplius erogauit
Apoſtolus, quia cūm oibus Ap̄lis permiſſum eſſet 1. Cor. 4
ut acciperent tanq̃ milites xp̄i ſtipendia a prouin-
cialibus xp̄i, ille manibus ſuis laborauit, & anno-
nas ſuas prouincialibus donauit. Oia facta ſunt, Si
deſcēdimus, & uulnerati ſum⁹: aſcēdamus, cātem⁹
& proficiamus ut perueniamus.

In Pſalmum centeſimum uigeſimum ſextum Enarratio.

INter omnia cantica quibus eſt titulus, Cā
ticum graduum: iſte pſalmus aliquid am-
plius in titulo accepit, quod additū eſt Sa- E
lomonis. Sic.n. prænotatur, Canticum graduū Sa
lomonis.) Itaq; fecit nos intētos inuſitatior titulus
cæteris, ut q̃ramus quare ſit additū Salomonis. Nā
quid ſit canticū graduū, non opus eſt ſępe repete-
re. Plura.n. hinc dicta ſunt, qa cātat aſcendētis uox
in affectu pietatis & charitatis ad illā ſupernā Hie-
ruſalē, cui ſuſpiramus quādiu peregrinamur, & ubi
lętabimur cū a peregrinatione redierimus. Aſcēdit
ad hanc ois qui proficit, cadit ab hac ois qui defi-
cit. Nec pedibus aſcendere quæras, nec pedibus te
deſcēdere putes. Amādo deū aſcēdis amādo ſecu-
lū cadis. Sunt ergo iſta cātica amantiū, & quodam
ſancto deſyderio flagrantiū. Ardēt q iſta cātant ex
corde, quoꝝ ēt cor ardēs inuenitur in moribus, in
bona couerſatione, in operib⁹ ſecundū p̄cepta dei,
in contēptu temporaliū, in charitate æternoꝝ. Sed
quare ſit additū Salomonis, quantum inſpirauerit
dn̄s, dicā charitati ueſtræ. Salomō erat tpe ſuo fili⁹
Dauid, magnus ille p quē multa ſancta p̄cepta & ſa
lubria monita & diuina ſacramēta ſpiritus ſanctus
in diuinis literis operatus eſt. Nā ipſe Salomo mu-
lieꝝ amator fuit, & reprobatus eſt a deo: Et uſquea F
deo laqus illi fuit illa cupiditas, ut a mulieribus ēt 3. Reg. 11
idolis ſacrificare cogeret, ſicut de illo ſcriptura te-
ſtis eſt. Sed ſi illo cadēte q p illū dicta ſunt deleren
tur, indicaret qa ipſe dixerat, nō qa p illū dicta erāt.
Optime igitur ēt hoc egit miſericordia dei & ſpiri-
tus eius ut quicqd boni p Salomonē dictū eſt, deo
tribueretur: peccatū aūt hois homini. Quid mirū
qa in populo dei cecidit Salomō? In paradiſo nō ce Gene. 3.
cidit Adā? Nō cecidit angelus de cœlo, & diabolus Eſa. 14.
factus eſt? Ideo docemur in nullo hoium ſpē eſſe
ponendā, qa & iſte Salomō ædificauerat templum 3. Reg 6.
dn̄o, in typo qdē & in figura futuræ Eccl̄iæ & cor-
poris dn̄i: unde dicit in Euāgelio, Soluite templum Ioan. 2
hoc & in triduo excitabo illud. Quia ergo ipſe ędi
ficauerat illud templū, ędificauit ſibi templū uer⁹
Salomō dn̄s noſter Ieſus xp̄s, uer⁹ pacificus. Nomē
enim Salomonis interpretat pacific⁹. Eſt aūt ille ue
rus pacificus, de quo dicit Ap̄ls, Ipſe eſt.n. pax nr̄a Ephe. 2
q fecit utraq; unū. Ipſe ē uerus pacific⁹, q duos parie
tes ē diuerſo uenientes in ſe copulauit, qb⁹ factus eſt

G lapis angularis. Venientem populũ ex circuncisione credentium,& uenientem ppl'm ex præputio gentium & ipsorũ credẽtium, fecit unam Ecclesiam de duobus populis, & factus est illis lapis angularis, & ideo uerus pacificus,qa uerus Salomon.Salomõ aũt ille filius Dauid de muliere Bersabee, rex in Israel,figurã gestabat huius pacifici qñ templũ ædificauit:ideo ne illum putes Salomonem qui ædificauit domum deo, alium Salomonẽ tibi ostendẽs ista scriptura sic cœpit in psalmo.

3.Reg.6.

Expositio Psalmi.

Nisi dñs ædificauerit domum,in uanum laborauerunt ædificantes eã.)Dñs ergo ædificat domum, dñs Iesus Christus ædificat domum suam. Laborant multi in ædificando,sed si non ille ædificet, in uanũ laborauerunt ædificãtes eam.Qui sunt isti q laborant ædificantes ? Oẽs qui in Ecclesia pdicant uerbum dei, ministri sacrorum dei.Omnes currimus,oẽs laboramus,oẽs ædificamus modo,& ante nos alij cucurrerunt, laborauerunt,ædificauerunt. Sed nisi dñs ædificauerit domum,in uanum laborauerunt ędificantes eam.

H Ideo quosdã uidentes ruere Apostoli, & ,pprie Paulus ait,Dies obseruatis & annos & menses & tpa,timeo ne forte sine causa laborauerim i uobis. Quia nouerat se intus à dño ædificari, plangebat istos, qa sine causa laborauerũt in eis. Nos ergo loqmur foris,ille ædificat intus Qũo audiatis nos aduertimus, qd cogitetis ille solus nouit qui cogitationes uestras uidet.Ipse ędificat,ipse monet,ipse terret,ipse intellectũ aperit,ipse ad fidẽ applicat sensum uestrum:& tñ laboramus & nos tanq̃ oparij, sed nisi dñs ædificauerit domũ,in uanũ laborauerunt ędificantes eam. Quæ aũt domus dei, ipsa & ciuitas. Domus.n.dei populus dei, qa domus dei templũ dei.Et qd dicit Apl's? Templum.n. dei sc̃m est, qđ estis uos,Oẽs aũt fideles qui sunt domus dei, non solum q modo sunt, sed & qui ante nos fuerunt,& iã dormierunt,& qui post nos futuri sunt, adhuc q nasci hñt in rebus humanis usq; in finem seculi,congregati in unum fideles innumerabiles,sed deo numerati, de quibus dicit Apostolus, Nouit dñs qui sunt eius,grana illa q̃ modo gemunt inter paleas,q̃ massam unã factura sunt,(numerata erũt,) qñ area in fine mundi fuerit uentilata. Omnis ergo numerus fideliũ sanctorũ ex hominibus commutandorũ, ut fiant ęquales angelis dei, adiuncti ẽt ipsis angelis q modo nõ pegrinantur, sed expectant nos qñ à peregrinatione redeamus, oẽs simul unã domum dei faciũt,& unã ciuitatẽ,ipsa est Hierusalẽ, Habet custodes. Qũo habet ædificãtes,laborantes,ut ędificetur,sic hẽt & custodientes. Nã ad custodiã pertinet qđ dicit Apl's, Timeo ne sicut serpens Euã seduxit astutia sua, sic & uestræ mentes corrumpant à castitate,q̃ est in xpo. Custodiebat,cautus erat,uigilabat quantũ poterat super eos qbus præerat. Et Ẽpi hoc faciunt. Nam ideo altior locus positus est Ẽpis,ut ipsi superintendant, & tanq̃ custodiant populum. Nã & Græce quod dicitur Ẽps, hoc Latine superintentor interpretaẽ, qa supintendit,qa desuper uidet. Qũo n.uinitori altior fit locus ad custodiendam uineam,sic & Ẽpis altior locus factus est Et de isto alto loco piculosa redditur ratio, nisi eo corde stemus hic,ut humilitate sub pedibus urĩs simus,& pro uobis oremus,ut q nouit mẽtes uestras

Gala.4

1.Cor.3

2.Tim.2.

Matth.3.

I

2.Cor.11.

ipse custodiat:qa nos intrantes uos & exeuntes possumus uidere:usqueadeo aũt non uidemus qd cogitetis in cordibus uestris, ut neq; qd agatis in domibus uestris uidere possimus.Qũo ergo custodimus?Qũo homines,quantum possumus,quantum accepimus.Et qa nos sicut hoĩes custodimus,& pfecte custodire non possumus,ideo sine custode remanebitis? Absit.Nam ubi est ille de quo dr̃, Nisi dñs custodierit ciuitatẽ, in uanum laborant q custodiunt eam?)Laboramus in custodiendo,sed uanus est labor noster, nisi ille custodiat q uidet cogitationes uestras. Custodit ille cũ uigilatis,custodit & cũ dormitis.Ille.n.dormiuit in cruce semel & surrexit,iã non dormit Estote Israel,qa nõ dormit neq; dormitabit q custodit Israel. Eia frẽs si uolumus sub umbra alarum dei custodiri,simus Israel, Custodimus.n.uos ex officio dispẽsationis, sed custodiri uolumus uobiscũ : tanq̃ uobis pastores sumus,sed sub illo pastore uobiscũ oues sumus. Tanquã uobis ex hoc loco doctores sum', sed sub illo uno magro in hac schola uobiscũ condiscipuli sumus Si uolumus custodiri ab illo q humiliatus est p nos,& exaltatus est ad custodiẽdos nos, humiles simus,Nemo sibi arroget aliqd,nemo hẽt aliqd boni,nisi ab illo accepit q solus bonus est.Qui autem sibi uoluerit arrogare sapientiã, stult' est Sit humilis ut inueniat sapientiã & illuminet illũ.Si aũt antequã ueniat in illũ sapiẽtia, pntat se esse sapientẽ, ante lucẽ surgit,& ambulat in tenebris.Et quid audit in isto psalmo? In uanũ est uobis ante lucẽ surgere.) Quid est,in uanũ est uobis ante lucem surgere? Si surgatis ant eq̃ surgat lux, necesse ẽ ut in uanitate remaneatis, qa i tenebris erit Surrexit lux nr̃a xp̃s,bonũ est tibi ut surgas post xp̃m, nõ surgas ante xp̃m.Qui surgunt ante xp̃m? Qui se uolunt ppõnere xpo. Et qui sunt se uolunt ppõnere xpo? Qui uolunt hic excelsi esse,ubi humilis ille fuit.Sint ergo hic humiles, si uolũt ibi esse excelsi ubi xp̃s excelsus est. Ait n.de ijs q illi adhæserãt fide, in qbus & nos sumus, si & nos puro corde in illũ credim', P̃f,inqr,quos mihi dedisti, uolo ut ubi ego sum,& ibi ipsi sint mecum.Magnũ donũ,magna gr̃a,magna ,pmissio,fratres mei, & quis non uult esse cum Christo ubi est Christus? Sed iam excelsus xp̃s est. Vis ibi esse ubi est excelsus?Esto humilis ubi & ille humilis fuit.Propterea illis dicit ipsa lux, Nõ est discipulus sup magr̃m,nec seruus sup dñm suũ. Qui uolebant discipuli esse super magr̃m, & serui uolebant esse sup dñm suum, ante lucẽ uolebant surgere,& in uanũ ibant,qa non post lucẽ ibant.Illis ergo dicit iste psalmus,In uanũ est uobis ante lucem surgere. Tales erant filij Zebedęi,qa anteqũ humiliarentur scd̃m passionem dñi,iã sibi loca eligebãt ubi sederẽt. Vbi?Vnus ad dexterã, alter ad sinistrã. Ante lucẽ uolebant surgere,ideo in uanũ ibant. Reuocat illos dñs ad humilitatem cum hoc audiret, & ait illis, Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum?Ego ueni humilis esse,& uos ante me uultis esse excelsi?Quò ego eo, illuc sequimini ait. Nã si hãc uultis ire quo ego nõ eo,in uanũ est uobis ante lucẽ surgere.Et Petr' ante lucẽ surrexerat,qñ cõsilium dño dare uolebat, ut non pateretur pro nobis. Dixerat n.ille de passiõe sua in qua salui futuri eramus,de ipsa hũilitate:humilis.n. passus ẽ. Cũ ergo de passione sua futura diceret, expauit Petr',q illũ pauloante

K

Psal.120

L

M

Ioan.17

Mat.10.

Matt.20

A paulo ante dixerat filiũ dei, timuit ne moreretur, &
Matt.16. ait illi, Absit à te domine, propitius esto tibi, nõ fiet
istud. Ante lucẽ uolebat surgerẽ, & luci cõsiliũ dare.
Sed qd fecit dñs? Fecit illum ut post lucem surgat,
Redi post me satanas. Ideo.n. satanas, quia ante lu-
cẽ uis surgere, redi post me ut ego pcedam, tu sequa
ris, Quò ego eo, illuc eas, nõ quò tu uis ire, illuc me
uelis ducere. Ergo illis q uolebant ante lucẽ surgere
dicit psalmus, In uanum est uobis ante lucẽ surge-
re. Et quando surgimus? Cum fuerimus humiliati.

Surgite posteaq̃ sedistis.) Surrectio exaltationem
significat, sessio humilitatẽ significat. Alijs locis in-
telligitur sessio in honore iudicãdi, alijs locis humi
litate ostẽdit. Quõ in honore iudicãdi sessio? Sede-
Matt.19. bitis super duodecim sedes iudicãtes duodecim tri
Ioan.4. bus Israel? Quõ in signo humilitatis sessio? Hora
sexta dñs fatigatus sedit ad puteum. Fatigatio dñi,
infirmitas dñi fuit, infirmitas uirtutis, infirmitas sa
pientiæ, sed ipsa infirmitas humilitas. Ergo si sedit
ex infirmitate, sessio illa humilitatem significat. Et
ipsa sessio ipsius.i. humilitas ipsius, ipsa nos fecit sal
1.Cor.1. uos, qa quod infirmũ est dei, fortius est q̃ homines.
B Ideo dicit in quodã psalmo, Dñe tu cognouisti ses-
Psal.138. sionẽ meam & resurrectionẽ meam.i. humilitatem
meam & exaltationẽ meam. Quid ergo uos ante lu
Matt 20 cẽ uultis exaltari ô filij Zebedæi? Sic.n loquamur
& ipsos potius nominemus, q nõ nobis irascuntur,
qa ideo de illis illa cõscripta sunt, ut alij cauerẽt su-
perbiã, in qua ipsi correpti sunt. Quid ergo uultis
ante lucẽ surgere? in uanũ est uobis. Exaltari uultis
anteq̃ humiliemini? Dñs ipse uester qui est lux ue-
stra, humiliatus est ut exaltaret. Audite Paulũ dicẽ-
Philip 2. tem, Qui cũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus
est esse æqualis deo. Quare illi nõ erat rapina. Quia
natura erat, qa ad hoc natus erat, ut esset ęqualis illi
à quo genitus est. Sed qd fecit? Propter nos semetip-
sum exinaniuit formã serui accipiens, in similitudi
nẽ hoium factus & habitu inuẽtus ut hõ Humilia
uit semetipsum factus obediens usq; ad mortẽ, mor
tẽ aũt crucis. Hæc est sessio ipsius. Sed audi & resur
rectionẽ, Propter qd & deus illũ exaltauit, & dona-
uit illi nomen qd est super oẽ nomẽ. Iam uos ad il-
lud nomẽ festinatis, surgite sed posteaquã sedistis.
Surgere uultis, sed primo sedete: Et surgẽs ab humi
C litate perueniis ad regnũ Nam si pripis regnũ, cadis
Matt.20 à regno antequã surgas. Potestis bibere, inqt, calicẽ
quẽ ego bibitur' sum? Et illi, possumus. Et ille, Cali
cẽ, inquit, meũ bibetis. sedere aũt ad dexterã uel ad
sinistrã meam, ait nõ est meum dare uobis, alijs pa-
ratũ est à patre meo. Quid est, nõ est meũ dare uo-
bis? Nõ est meum dare superbis: hoc.n. adhuc erãt.
Sed si uultis illud accipere, nolite esse qd estis. Alijs
paratũ est, & uos alij estote, & uobis paratũ ẽ. Quid
est, alij estote? Prius humiliamini, q iã uultis exalta-
ri. Intellexerũt ergo humilitatẽ pfuturã sibi, & cor
recti sunt. Ergo & nos hoc audiam', quia hoc dicit
psalm' iste, surgite posteaq̃ sedistis. Sed ne qs putet
se ad hoc sederẽ ut honoret, ut ostẽderet qa sessione
ista humilitatẽ uoluit cõmendare, ne qs se putaret
iussum esse sedere, aut ad iudicandũ, aut ad epulan
dũ & gaudendũ, & maiorẽ superbiã ibi q̃reret, in si
gnificationẽ humilitatis addidit, Qui mãducatis
panẽ doloris) Illi ergo mãducant panẽ doloris, q
gemunt in ista peregrinatione. Ipsi sunt in cõualle
Psal.83. plorationis. Ascensiones.n. facit deus in corde Sed
ubi illas disponit? Ascẽsiones, inquit, in corde eius D
disposuit. Quis? deus. Si ascẽsiones in corde, ideo cã
tant canticũ graduũ. Humiliemur ĩ seculo, ut ascen
damus. Quõ? Corde. Quia ipsa ascẽsio in cordib',
à cõualle plorationis surgit. In conualle, inquit, plo
rationis. Quõ erecti sunt mõtes, sic sederũt cõual-
les. Conualles.n. dicuntur loca depressa terrarum.
Colles.n. eminentiora loca, minus tamẽ q̃ montes.
Multũ excelsa loca terrarũ, montes dicuntur. Parũ
est. Nõ ait à colle surgite, nec ait à cãpo, sed à cõual
le, ut sit aliqd humilius q̃ cãpus est. Si ergo in cõual
le plorationis mãducas panẽ doloris, & dicis, Factę Psal.41.
sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum
dicitur mihi quotidie ubi est deus tuus: bñ surgis,
qa sedisti, Et quasi diceres, qñ surgimus? Modo iube
mur sedere, qñ erit nostra resurrectio? Qñ fuit dñi.
Ad eum attẽde qui te pcessit. Nã si nõ ipsum atten-
dis, in uanũ est tibi ante lucẽ surgere. Ipse qñ exalta
tus est: Cũ mortuus est. Ergo & tuã exaltationem
post mortẽ spera, in resurrectionẽ mortuor. spera,
quia ille resurrexit & ascendit. Sed ubi dormiuit? In
cruce. Qñ dormiuit in cruce signum gestabat, imò
implebat quod significatũ erat in Adã, qa cũ dor- E
miret Adã costa illi detracta est, & Eua facta est. Sic Gene.2.
& dñs cũ dormiret in cruce, latus eius lancea pcus-
sum est, & sacramenta profluxerunt, unde facta est Ioan.19.
Ecclesia. Ecclesia.n. coniunx dñi facta est de latere,
quõ Eua illa facta est de latere. Sed quõ illa nõ est
facta nisi de latere dormientis, sic ista non est facta
nisi de latere dormientis.† Si ergo ille nõ resurrexit † al. morientis.
nisi mortuus, tu exaltationẽ speras nisi post hãc ui-
tã? Sed ut doceat te iste psalmus, quasi interrogares
quando surgã, fortassis priusquã sedero: Cũ dede
rit, inquit, somnũ dilectis eius.) Dat hoc ergo de',
Cũ dormierint dilecti eius, tũc surgẽt dilecti eius i.
Christi. Omnes.n. surgent, sed nõ quõ dilecti eius.
Omnium est.n. resurrectio mortuor. Sed quid ait
Apls, Omnes quidẽ resurgemus, sed nõ omnes ĩmu 1.Cor.15.
tabimur. Resurgunt illi ad pœnas, resurgimus nos
quõ resurrexit dñs noster, ut sequamur caput nřm,
si mẽbra ipsius simus. Si aũt membra eius sumus,
tunc sumus dilecti eius, tunc ad nos pertinet illa re
surrectio quæ pcessit in dño, ut lux surrexerit ante
nos, nos post lucem: quia in uanũ est nobis ante lu F
cẽ surgere i. altitudinem q̃rere antequã moriamur,
cũ Christus lux nostra nõ sit exaltatus in carne, ni-
si posteaquã mortuus est. Costituti ergo membra
eius, & in mẽbris eius dilecti eius, cum somnũ acce
perimus, tunc resurgemus in resurrectione mortuo
rũ. Vnus resurrexit, iam non moriturus. Resurrexit Ioan 11.
Lazarus sed moriturus, resurrexit filia archisynago- Matt 9.
gi sed moritura, resurrexit filius uiduæ sed moritu-
rus, resurrexit Xps non moriturus. Audi Aplm, Xps Roma.6.
resurgens ex mortuis iam nõ moritur & mors ei ul
tra nõ dominabitur. Talem spera resurrectionẽ, &
propter hoc esto Christianus, nõ propter fœlicita-
tẽ terræ huius Nã si propter fœlicitatẽ uitæ huius
uis esse Xpianus, qñ illa lux tua nõ hic q̃siuit mun-
danã fœlicitatẽ, ante lucẽ uis surgere, necesse est ut
in tenebris perseueres Mutare, sequere lucẽ tuã: qua
resurrexit, surge Sede prius, & sic surge cum dederit
somnũ dilectis eius Quasi q̃reres iterũ, quibus dile
ctis? Ecce hæreditas dñi filij merces fruct' uẽtris.)
Quãdo dicit fructus uentris, parturiti sunt filij isti.
Est q̃dam mulier in qua spiritaliter ostẽditur quod

G dictū est Euæ, In gemitu parturies. Parit.n. Ecclesia
Gene.3. filios coniunx Christi: & si parit, parturit. In cuius
figura etiam Heua mater uiuorū appellata est. In mē
Galat.4. bris parturiētis erat ille q dicebat, Filioli mei quos
iterū parturio, donec Xp̄s formet in uobis. Sed non
frustra parturiuit, nec frustra peperit. Erit semē san-
ctū in resurrectione mortuorū, Abundabunt iusti q
diffusi sunt modo toto orbe terrarum. Genuit illos
Ecclesia, parturit illos Ecclesia. In illa autē resurre-
ctione mortuorū apparebit partus Ecclesiæ, trāsiet
dolor & gemitus. Et qd dicetur? Ecce hæreditas do
mini, filij merces fructus uētris. Huius fruct⁹ uētris,
nō hic fruct⁹: merces huius fruct⁹ uētris. Quæ ē ipsa
merces? Ipsa merces resurgere à mortuis. Quæ ē ipsa
merces? Surgerē posteaq̄ sedisti. Quæ est ista merces?
Lætari posteaq̄ māducasti panē doloris. Cuius uen
Gene.25. tris? Ecclesiæ, i cuius uētre, qa eius typū Rebecca ge
stabat, duo illi gemini tanq̄ duo populi luctabant.
Vna mater in uiscerib⁹ suis, dissentientes fratres nō
dū natos cōtinebat. Pulsabant materna uiscera di-
scordijs internis, gemebat illa, uim patiebat, sed pa
riēs discernebat quos geminos p̄gnans ptulerat. Sic
H & modo fratres q̄diu gemitus datus est Ecclesiæ, q̄-
diu parturit Ecclesia, ipsi sunt intus & boni & ma-
li. Fructus aūt uētris in Iacob erat, qa ipsum dilexit
Malac.1. mr̄. Iacob dilexi dicit & deus, Esau aūt odio habui.
Rom.9. Ambo de uno utero pcesserūt, unus amari meruit,
alius reprobari. In dilectis ergo eius fruct⁹ erit. Ergo
merces fruct⁹ eius uētris. Sicut sagittæ in manu po
tētis, sic filij excussorū.) Vnde.n. facta est hæreditas
ista fratres? Vnde facta est tā multa hæreditas, de q̄
dici habet i fine, Ecce hæreditas dñi, filij merces fru
ctus uentris? Excussi sunt quidā de manu dñi tanq̄
sagittæ, & ierunt lōge, & totā terrā impleuerunt, un
pullulant sancti. Nā ipsa est hæreditas de q̄ dicitur,
Psal.2. Postula à me & dabo tibi gētes hęreditatē tuam &
possessionē tuā terminos terræ. Et qūo ipsa posses-
sio ptenditur & crescit usq; ad fines terræ? Quia si-
cut sagittę i manu potētis, sic filij excussorū. De arcu
excutiunt sagittæ, & qnāto fortior excusserit, tanto
lōgius uadit sagitta. Quid aūt forti⁹ excutiēte dño?
De arcu suo mandat Aplos suos, Nō potuit esse resi
duū quò nō perueniret sagitta à tam forti excussa,
puenit usq; ad fines terræ. Ideo nō ultra, quia nihil
I est ultra generis humani. Nā tantas uires ille habet,
ut etiā si ultra esset quò ptenderet sagitta, excuteret
illuc sagittā. Sic aūt sunt & filij excussorū, qūo & illi
excussi. Quæsitū est.n. de hoc uerbo etiā ab ijs qui
ante nos ista tractarunt, quare filij excussorū dicti
sunt, uel qui sunt intelligendi filij excussorū, & qui-
busdā uisum est sicut modo dixi, filios excussorū, fi
lios esse Aplorū. Intendat paululum charitas uestra.
Quæsitū est quare excussi dicti sunt Apl̄i, Dictū est
à quibusdā, ideo illos appellatos excussos, quia prę
Matt.10. cepit eis dñs, Si exieritis de ciuitate in qua non au-
diūt uos, excutite puluerē de pedib⁹ uestris. Sed ait
alius, Nō ergo filij excussorū dici debuerunt, sed filij
excutientium. Excutientes.n. illos fecit dñs & intel
ligi uoluit qbus dixit, Excutite puluerē de pedibus
uestris, nō excussos: subtiliter quidē quasi cōtradi-
cere uoluit p̄cedenti sententiæ, ille à quo iam dicta
tractata & dicta erant: uerūtamē nos, quantū adiu
uat dñs, q̄rentes qūo recte dici potuerint etiam ex-
cussi, quibus ait dñs, Excutite puluerē de pedibus
uestris, inuenim⁹ nō absurde dici potuisse. Quāuis
enim ipsi excuterent, seipsos excutiebāt. Hoc dico, K
Qui excutit, aut se excutit, aut aliquid aliud. Si ali-
quid aliud excutiat, excutiens est, excussus non est.
Si aūt se excutiat, & excutiens est & excussus. Intēdi
te, hoc planius dicā si potuero. Si aliud excutiat, ex
cutiens est nō excussus: si ab alio excutiat, excussus
est nō excutiens. Si autē excutiat seipsum, excutiens
est, qa excutit se: & excussus, qa excutitur a se. Quęri
tur ergo quos excusserint Apl̄i, utiq; seipsos: à pedi-
bus.n. suis puluerē excusserūt. Sed ait aliquis, Nō se
excusserunt, sed puluerem. Hoc planè nec calūniose
dicitur. Duob⁹.n. modis dicimus aliqd excuti: siue
illud qd inde excutitur, siue illud unde excutit. Nā
& excussus est puluis dicim⁹, & excussa est uestis. Te
nent aliqui & excutiūt uestē, & exit inde puluis qui
inhęserat. Quid dicis de puluere? Excussus ē puluis.
Quid dicis de ueste? Excussa est uestis. Si ergo & qd
inde excutiēdo exilit, & illud unde exilit qd inhęse
rat, excussum dicitur, & puluis excussus est, & Apl̄i
excussi sunt. Quarē ergo nō dicant filij excussorū, filij
Aplorū? Sed est alia sentētia, quā p̄termittere nō de-
bemus. Ideo.n. forte obscurius positum est, ut mul
tos intellectus generet, ut doctiores & ditiores di- L
scedant hoies, qa clausum inuenerunt quod multis
modis aperiretur, q̄ si uno modo apertū inuenirēt.
Dicimus excuti etiā aliquid, ut exeat inde qd' forte
absconditū est. Aliter.n. dicimus excuti uestē, ut ex
cutiant inde puluerē: & aliter dicim⁹ excuti saccū,
ut illud qd' intus latebat appareat & exeat. Ergo in
telligo fratres quantū possum filios excussorū, for-
tasse ipsos Aplos dictos filios Prophetarū. Prophetę
enim clausa sacramēta & operta cōtinebant, excus-
si sunt ut inde manifestata pcederēt. Puta ergo Pro
phetā dixisse sicut & dixit, Agnouit bos possessorē Esa.1.
suū, & asinus p̄sepe dñi sui, Israel aūt me nō cogno-
uit. Hoc mihi interim ad p̄sens occurrit qd de Pro-
pheta dicerē, si aliud occurrisset hoc dixissem. Hoc
aūt audiens homo, si asinū & bouē, & pecora & iu
mēta q̄ uidet cogitauerit, nescio qd intus tanquā in
inuolucro positū forinsecus ptractauit, & qd ibi sit
nescit, Asin⁹ & bos aliqd significāt. Quid ergo dicit
homini iam pnunciarī uolenti? Expecta, clausum est
qd' tāgis, excute inuolucrū. Propheta nescio qd illis
uelaminibus nominū texit, & nescio quē asinū, ne-
scio quē bouē significat. Nā asinus in figura popu- M
li dei, iumentū dei est, portans sessorē dñm ne erret
in uia: & bos ille de quo dicit Apl̄s, Boui trituranti 1.Cor.9.
os nō infrenabis. Nūquid de bobus ptinet ad deū,
qa hæc dixit? Sed pp̄ter nos scriptura dicit, Omnis
ergo qui p̄dicat uerbū dei, monet, obiurgat, terret,
triturat areā, & bouis implet officiū. Veniebat bos
de gente Iudæorū, inde enim p̄dicatores Apostoli.
Veniebat & asinus de gente p̄putij.i. à gentib⁹. Ve-
nit enim ut portaret dñm: & ideo in asino sedit do
minus qui nunquā portauerat hominē, q̄m ad gen
tes lex non missa erat nec Prophetæ. Ergo quia &
dñs noster Iesus Christus cibaria nostra uoluit es-
se, & propterea natus in pręsepio collocatus est, co-
gnouit bos possessorē suū, & asinus p̄sepe dñi sui.
Sed nunqd ista exirent, nisi saccus excuteretur? Nisi
pphetia inuoluta accedēte diligentia discuteretur,
nunquid operta exirent ad nos? Oia ergo ista clau-
sa erant anteq̄ ueniret dñs. Venit dñs & excussit illa
clausa, & manifestata sunt, & excussi sunt Prophetę,
& generati sunt Apostoli. Quia ergo excussis Pro-

A phetis generati sunt Apli, filij sunt excussoꝝ:ipsi in manu potentis positi tanq̃ sagittæ, peruenerũt usq; in fines terræ:unde dici habet in fine, Ecce hæreditas dñi filij merces fructus uentris. Quia ideo de finibus terræ colligitur ista hæreditas, qa sicut sagittę in manu potentis, sic filij excussoꝝ.i. sic filij Prophetarum Apli fuerunt, quasi sagittæ in manu potẽtis. Si potẽs ille potenter excussit : si potenter excussit, usq; in fines terræ ꝑuenerunt quos excussit. Beatus hõ q impleuit desyderiũ suũ ex eis.) Eia fratres mei, qs replet desyderiũ suum ex eis? Qui non amat seculum : q desyderio seculi plenus est, nõ est quò intret qđ illi ꝑdicauerũt. Funde quod portas, & capax fiere ad id qđ nõ habes. i. desyderas diuitias, non potes implere ex eis desyderiũ tuũ, Desyderas honores in terra, desyderas ea q̃ ẽt iumentis donauit deus, hoc est, uoluptatẽ tẽporalem, & salutẽ corporis, & talia, non ex eis implebis desyderiũ

Psal. 42. & 83. tuum. Si aũt sic desyderas, quõ ceruus desyderat ad fontes aquarum, si dicis, desyderat & deficit anima mea in atria dñi, imples desyderiũ tuum ex eis, non quia iam illi pñtale desyderium implere, sed tales

B imitãdo uenis ad eũ qui impleuit desyderiũ ipsoꝝ.

Nõ confundet cũ loquet inimicis suis in porta.) Fratres in porta loquamur: id est, ut oẽs nouerint quid loquamur. Qui.n. nõ uult loqui in porta, latere uult qđ loquit, & forte ideo uult latere quia malũ est. Si fidit, in porta loquatur, sicut dicit de sapiẽ

Prouer. 8 tia, In portis aũt ciuitatum audenter dicit. Quanto ꝑe iustitiam innocentes tenuerint, non erubescẽt: hoc est in porta ꝑdicare. Et quis est qui prędicat in porta? Qui ꝑdicat in xpo, quia Christus est porta, qua intramus ad illam ciuitatẽ. Mentior si nõ ipse

Ioan. 10. dixit, Ego sum ianua. Si ianua ẽ, & porta ẽ. Ianua enim dicit domus, & ianua ciuitatis porta est, porta domus ianua est: sed forte non bene dicit porta, si nõ bene dicit ciuitas q̃ dicta est domus: utrũq;.n. pauloante dictũ est, Nisi dñs ędificauerit domum, in uanũ laborauerũt ædificantes eã: & ne istã domũ audiendo paruũ aliquid putares, Nisi dñs, inquit, custodierit ciuitatẽ, in uanũ laborauit qui custodit eã. Illa est ergo domus q̃ est ciuitas. Ipsa ergo habet ianuã tanq̃ domus, & habet portam tanq̃ ciuitas. Qui est ergo ianua domus, ipse est porta ciuitatis. Ergo si xps porta ciuitatis, ille non erubescit

C qui in xpo stat & sic prædicat. Qui aũt cõtra xpm prædicat, cludatur contra illũ porta. Qui sunt isti qui contra xpm prædicant? Qui negant, quia missæ sunt sagittæ de manu potẽtis, & peruenerũt usq;

Psal. 2. in fines terrę, & ipsa est hęreditas dñi de qua dictũ est, Postula à me & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & possessionem tuam terminos terræ. Prędicatum est, auditum est antequam fieret, & iam factũ nolũt agnoscere. Qui disputant ergo contra xpm, extra portam sunt, quia suos honores quærunt, non xpi. Qui autem prædicat in porta, xpi honorem quærit, non suũ: & ideo qui ꝑdicat in porta dicit, Nolite in me ꝑsumere, nõ enim per me, sed per portam in-

In exposi tione sup Ioãnem, Tract. 6 trabitis. Illi aũt q uolunt hoies in seipsos ꝑsumere, nolunt eos intrare per portam : non mirum si clauditur contra illos porta, & ociosi pulsent ut aperiatur. Adestote ergo animo fratres etiam pp crastinũ sermonem, ex nostra pollicitatione adiuuãte dño uobis reddendum ex Euangelio de columba: In cuius nomine ꝓmisimus, in illius misericordia red-demus. Sed ut possim' esse idonei redditores, ne audaces fuerimus promissores, orate pro nobis. D

In Psalmum centesimum uicesimumseptimum Enarratio.

S Icut dicit Apostolus fratres charissimi, Spiritalibus spiritalia comparamus, Animalis aũt homo non percipit q̃ sunt spiritus dei, 1. Cor. 2

Cauendũ est ne hoies animales non percipientes q̃ sunt spiritus dei, scãdalizẽtur potius in hoc Psalmo q̃ ædificentur: nã breuiter, quãquam eum cum cãtaretur audiuimus, qa breuis est, curro eũ, nõ tractãs sed legẽs: Et uidete qa si talia quisq; cõcupierit pro magno à deo qualia cõtinet iste Psalm', & forte nõ qa desertus est ab illo, sed qa magis diligitur nõ acceperit: uideritq; illa q̃ hic sic audiuit esse pręmia timentiũ deũ, abũdare illis qui nõ timẽt deũ, nutẽt gressus illius & effundãtur lapsu uestigia ei', & dicat in corde suo sine causa se deũ timuisse, qñ illa dona nõ meruit q̃ promisit timẽtibus se, insup & illi acceperũt qui eũ non solũ non timuerũt, sed etiam blasphemauerũt. Videte.n. quid dicat, Beati oẽs qui timent dñm, qui ambulant in uijs eius. Labores fructuũ tuoꝝ mãducabis, beatus es & be- E ne tibi erit.) Adhuc possumus hic, & quãuis animales beatitudinẽ futuri seculi cogitare. Sed uidete qđ sequatur, Vxor tua sicut uinea fertilis, in laterib' domus tuæ. Filij tui sicut nouellatio oliuaꝝ, in circumitu mẽsę tuę. Ecce sic benedicetur homo q timet dñm.) Quõ? Vt sit uxor eius tanq̃ uinea fertilis in lateribus domus eius, & filij eius circũdẽt in circuitu mẽsam eius, tanq̃ oliuaꝝ nouellatio. Ergo ꝑdiderunt mercedẽ suã qui pp deũ etiã uxores ducere noluerũt? Sed ait q noluit ducere uxorẽ. Qualiter me deus bñdicet? Imõ uero aut sic te benedicit, aut te nõ benedicit. Aperta dicta sententia est, Ecce sic benedicet homo q timet dñm. Quid hoc ergo sibi uult frẽs? Ne desyderãdo temporalẽ & terrenã fœlicitatẽ ꝑdamus cœlestẽ, Propheta tanq̃ inuolucrũ nobis cõstituit. Inuolucrũ hoc nescio qđ habet intus. Meminit aũt charitas uestra cũ superiorẽ psalmũ uobis tractaremus, q est ante istũ, incurrisse nos in quendã uersum obscurũ, ubi dictũ est, Sicut sagittæ in manu potẽtis, sic filij excussoꝝ: & cũ q̃reremus q̃ sint filij excussoꝝ, uisum esse nobis suggerente, quantũ credimus dño, filios excussoꝝ Aplos esse dictos filios Prophetarũ. Quare? Quia Prophe- Psal. 126 F tę in ęnigmatibus locuti sunt, & figuris reꝝ tanq̃ mysterioꝝ inuolucris cooperuerũt intellectũ q intellectus ꝑdire nõ potuit ad hoies, nisi inuolucra illa excuterẽtur. Vnde dicti sunt illi filij excussoꝝ, q de Prophetis excussis ꝓfecerunt. Ergo & nos excutiamus istũ, ne p inuolucra fallamur, & tãgẽtes qđ intus est & nõ uidẽtes, quã' forte lignũ ꝑ auro, aut testã ꝑ argẽto. Excutiam' ergo si uidet charitati uestræ, Aderit dñs ut ꝓcedat qđ intus est, maxime frẽs mei, qa martyrũ natalitia celebramus. Quãta mala passi sunt martyres, quãta exitia, quãta tormẽta, squalores carcerũ, stricturas catenaꝝ, sęuitias feraꝝ, ardorẽ flammaꝝ, aculeos contumeliaꝝ. Ista oia passi essent, nisi nescio qđ uiderẽt quo se tẽderẽt qđ ad hui' seculi fœlicitatẽ nõ ptinet? Turpe est aũt ut natalitia martyꝝ celebrem', horũ uidelicet seruoꝝ dei cõtẽnentiũ mundũ istũ pp sempiternã fœlicitatẽ, & accipiamus qđ hic scriptũ est ꝑ pñsenti fœlicitate, ut cuicunq; forte hoi dei fideli, ciui il-

lius Hierusalē contingat ēt ducta uxore filios non habere: dicamus, Non timet homo iste dn̄m. Nam si timeret dn̄m, uxor eius tanquam uinea fertilis esset in domo eius, nō sterilis ut nullū generaret: & si timeret dn̄m homo iste, filij ipsius circundarēt mē
1.Cor.2 sam ipsius, tanq̄ arbores oliuarū. Si.n. talia dixerimus, animales sumus, non percipientes q̄ sunt spiritus dei. Incipiamus & nos excutere, ut simus & nos filij excussor. Si n. erimus filij excussorum, erimus
Psal.126. in manu potentis tanq̄ sagittæ, & iaculabitur nos de præcepto suo in corda hoīum nondū amantiū, ut percussi sagittis uerborum dei ament. Nā si talia illis uel cœperimus prædicare, filij aut fratres mei timete dn̄m, ut habeatis filios & nepotes, ut gaudear domus uestra. nō sagittamus ut ameēt illa ęter na Hierusalē. Remanebūt in amore terrenor, & uidentes ista abūdare impijs, & si nobis non audent, in corde suo dicūt, Quare ille q̄ non timet deū, ple nā domū habet filijs? Et forte alius dicit illi, Adhuc nescis qd illi possit cōtingere. Quid si efferet illos, qa n̄ timet deū, & ad hoc illi plures nati sunt, ut maiorē dolorē de illor morte patiatur? Sed si talia
H dixeris, respōdebit tibi & ille, Ego noui hoīem ipsum, paganū, sacrilegū, adoratorē idolorū, & forte nouit & uerū dicit, nec unū tantū nouit, nec duos uel tres, quē deduxerūt ad fossam, sēnē, decrepitū, mortuū in lecto suo turbæ filiorū & nepotū. Ecce nō timuit dn̄m, & proles fœcūdissima domus eius clausit oculos eius. Quid ad hoc dictū sumus? Nihil illi potest euenire mali, ut efferat filios suos uiuus, qn̄ iā mortuus à filijs ad sepulchrū gloriosum deductus est. Excutiamus ergo, excutiamus si uolumus esse filij excussor, Exeat huc aliqd. Est.n.q̄dam homo q̄ sic benedicetur, & nemo timet dn̄m, nisi q̄ est in mēbris ipsius hoīs. Et multi hoīs sunt & unus homo est: multi enim xp̄iani, & unus xp̄s. Ipsi xp̄iani cum capite suo quod ascendit in cœlū, unus est xp̄s. Non ille unus & nos multi, sed & nos multi in illo uno unū. Vnus ergo homo xp̄s caput & corpus. Quod est corpus eius? Eccl̄ia eius, dicete
1.Cor.12. Apostolo, Qm̄ mēbra sumus corporis eius, & uos aūt estis corpus xp̄i & membra. Intelligamus ergo uocē huius hoīs, in cuius corpore unus sumus ho-
I mo, & ibi uidebimus ista uera bona Hierusalē: sic enim dixit in fine, Vt uideas bona q̄ sunt Hierusalē. Si aūt ista bona terreno oculo attēderis, abūdantiā filior, & nepotū, & fertilitatē fœcūditatemq̄ cōiugis, & nō sunt bona illius Hierusalē, qa bona ista & in terra morientiū sunt, illa terra uiuentiū ē. Noli ualde pro magno habere, si habes filios morituros, etsi non ante te, certe post te. Vis habere filios
Ibid. nunq̄ morituros, & tecū semp uicturos? Esto in illius corpore, de quo dictū est, Vos aūt estis corpus xp̄i & mēbra. Nā ut hoc ostēderet & ipse Psalmus, qa sic est obscurus ut admoneat pulsari, sic coopt' ut uelit excuti, à pluribus cœpit, Beati oēs q̄ timēt dn̄m, q̄ ambulāt in uijs eius. Multis loqur, Sed qa ipsi multi unū sunt in xp̄o, seqtur & singulariter iā dicit, Labores fructuū tuor manducabis: superius dixerat, Beati oēs qui timent dn̄m, qui ambulāt in uijs eius: modo quare labore fructu tuor mandu cabis: & non, manducabitis? Et quare, labores fructuū tuor: & nō, labores fructuū uestror? Tam in pximo oblitus est, qa pluribꝰ loqbatur? Sed si iā ex cussisti, qd tibi respondit? Cum plures xp̄ianos appello, in uno xp̄o unum intelligo. Plures ergo estis, K
& unus estis: plures sumus, & unus sumus. Qūo plures sumus, & unus sumus? Quia illi inhæremus cuiꝰ mēbra sumus, & quor caput in cœlo est, ut mēbra sequātur. Ergo ipse describbat iā, q̄ manifestatū est quē describit: sic patebunt oīa quæ sequuntur: tantum uos timete dn̄m & ambulate in uijs eius, & nolite zelare eos q̄ non ambulant in uijs eius, qn̄ illos uidentis esse fœlices infœliciter. Seculi.n. hoīes infœliciter fœlices sunt. Martyres aūt fœliciter infœlices erāt: erant n ad tempus infœlices, sed in æternum fœlices, & in eoīp o ꝙ erant ad tempus infœlices, putabantur magis infœlices q̄ erant: quid.n.
dicit Apostolus? Quasi tristes, semp aūt gaudentes. 2.Cor.6
Quare semp? Et hic & ibi, prorsus & hic & ibi. Hic enim unde gaudemus? De spe. Ibi unde gaudemus? De re. Magnū gaudiū habet spes gaudentis. Et si spe
gaudētes, uidete quid seqtur, In tribulatione patiē Rom.12.
tes. Martyres ergo ideo i tribulatione patietes erāt, quia spe gaudebant. Sed quia nondū erat illud qd
promittitur, quod dicit Ap̄ls, Spes.n quæ uidetur Rom.8.
non est spes: Si aūt quod nō uidemus speramus, p
patientiā expectamus. Ecce quare oīa martyres ptu L
lerunt, quia qd non uidebant p patientiam expectabant. Illi qui eos occidebāt, q̄ uidebāt amabāt: illi qui occidebātur, ad ea q̄ non uidebant suspirabant, & ea q̄ nōn uidebāt, apprehēdere festinabāt, & ꝙ tardius occidebantur, moras sibi fieri arbitrabantur. Ergo frēs Felix martyr & uere fœlix, & nomine & corona, cuius hodie natalis est, cōtempsit mundū. An forte qa timebat dn̄m, inde erat fœlix, inde erat beatus, qa uxor eius tanquā uinea fertilis erat in terra, & filij eius circundederūt mēsam eius? Oīa ista pfecte habet, sed in corpore illius qui hic describitur, Et qa sic ille intellexit, cōtempsit psentia, ut acciperet futura. Noueritis aūt fratres nō eū passum mortē, quam alij martyres passi sunt. Confessus est.n. dilatus est ad tormēta, & alio die inuentū est corpus exanime. Clauserāt.n. illi carcerē, sed corpori, nō spiritui. Quē illic parabāt torquere carnifices, absēntē inuenerūt, pdiderunt sęuitiā suam: iacebat.n. exanimis sine sensu illis ne torqueretur, cū sensu apud deū ut coronaretur. Vnde & iste Fe-
lix frēs, non tantū nomine, sed & præmio uitę ęter M
næ sic ista dilexit. Ergo sic audiam' istū Psalmū tāquam de xp̄o dicatur: Et oēs hærentes corpori xp̄i & effecti mēbra xp̄i, ambulemus uias dn̄i, & timeamus dominum timore casto, timore permanēte in
seculum seculi, Est enim alius timor quē charitas Psal.18
excludit, dicente Ioanne, Timor non est in charita 1.Ioan.4
te, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Non de omni timore dicit, ꝙ mittitur foras à charitate: habes enim Psalmum dicentem, Timor dn̄i castus permanēs in seculū seculi. Alius ergo timor dn̄i pmanet, alius excluditur. Timor q̄ excludit, castus non est: qui autē pmanet, castus est. Quis est timor qui excluditur? Dignamini aduertere. Aliqui ppea tantū timēt, ne aliquid mali in terra patiātur ne illis ægritudo accedat, ne damnū, ne orbitas, (ne alicuius admissio criminis,)ne alicuiꝰ amissio chari, ne exiliū, ne damnatio, ne carcer, ne aliq̄ tribulatio, ppea timēt & tremūt. Adhuc timor iste nō ē castꝰ. Adhuc audi: aliꝰ nō in hac terra pati timet, sed gehē
nā timet. Vn̄ terruit & dn̄s: audistis cū Euāgeliū le- Esa.66.
geret, Vbi uermis eor nō morież, & ignis eor non Marci.9.

A extinguetur. Audiunt hæc hoies,& quia uere futura ſunt impijs,timēt, & continent ſe a peccato Hūt
23.q.6.c. timorem, & per timoré continent ſe à peccato. Ti-
Cum per ment qdem,ſed non amant iuſtitiā. Cum aūt per ti
timorem. morem continent ſe a peccato,fit conſuetudo iuſti
tiæ,& incipit qd durū erat amari,& dulceſcit deus:
& iam incipit homo iuſte uiuere, ppea nō qa timet
pœnas,ſed quia amat ęternitaté. Excluſus eſt ergo
Pſal. 18. timor a charitate, ſed ſucceſsit timor caſtus. Quis
eſt iſte timor caſtus? Scdnt, quem debemus fratres
mei intelligere qd dictum eſt, Beati oés qui timent
dnm,qui ambulāt in uijs eius. Si potuero digne di-
cere de iſto timore caſto,dicam adiuuante dño no
ſtro Ieſu xpo, Multi fortaſſe hoc timore caſto inflā-
mabuntur in amorem caſtū. Nec poſſumus expli-
3 ſen.diſ. care fortaſsis, niſi ppoſita aliqua ſilitudine. Pone
34.ca Nō aliquam fœminā caſtam, timenté uirum: aliā pone
potes. adulteram,& ipſa timet uirū. Caſta timet, ne diſe-
dat uir: adultera, ne ueniat. Quid ſi ambo abſentes
ſunt? Illa ne ueniat, illa ne tardet. Abſens eſt quodā
modo cui deſponſati ſumus, abſens eſt q nobis ar-
ram dedit ſpm ſanctū, abſens eſt q nos redemit ſan
B guine ſuo, ſponſus eſt ille quo nihil eſt pulchrius,
q quaſi fœdus apparuit inter manus pſequentium,
Eſaie.59. de quo paulo ante dicebat Eſaias, Et uidimus eū,
& no habebat ſpecié neq; decorem. Ergo ſponſus
nī fœdus eſt? Abſit. Qūo.n. illum uirgines amarēt,
q in terra maritos non qſierunt? Ergo pſequentib⁹
fœdus apparuit,& niſi eū fœdū putarent, non inſi
lirent, non flagellis cæderent, nō ſpinis coronarēt,
Matt.27. nō ſputis inhoneſtarent: ſed qa fœdus illis appare-
bat, fecerunt illi iſta: non.n. habebāt oculos unde
xps pulcher uideretur. Qualib⁹ oculis xps pulcher
apparuit? Quales oculos quęrebat ipſe xps, qn̄ dice
Ioan. 14. bat Philippo, Tanto tpe uobiſcum ſum,& non me
uidiſtis? Iſti oculi mundandi ſunt, ut poſsint uide-
re illā lucem:& leuiter tn̄ perſtricti ſplendore, accē
duntur amore ut ſanari uelint, & fiant illuminati.
Nam ut noueritis quia pulcher eſt xps qui amatur,
audi prophetam, Specioſus forma præ filijs homi-
Pſal. 44. num. Oés hoies ſuperat illius pulchritudo. Quam
rem amamus in xpo? Membra crucifixa, latus per-
foratum, an charitatem? Qn̄ audimus quia paſſus
C eſt pro nobis, qd amamus? Charitas amatur. Ama-
uit nos ut redamaremus eū:& ut eū redamare poſ-
ſemus, uiſitauit nos ſpiritu ſuo. Pulcher eſt ille, &
abſens eſt. Interroget ſe ſpōſa, ſi caſta eſt. In mēbris
ſumus oés frēs mei, in membris ipſius ſumus, ideo
unus homo ſumus. Videat unuſquiſq; qualē timo-
Pſal.18. rem habeat, an eū qué excludit charitas, an caſtū
1.Ioan.4. pmanentem in ſeculū ſeculi. Modo pbauit dico,&
probabit. Abſens eſt ſponſus noſter: interroga cō-
ſcientiam tuā, uis ut ueniat, an adhuc uis ut tardet?
Videte frēs, Ego pulſaui ad oſtia pector⁊ ueſtrorū,
uocé inhabitantiū ille audiuit. Quid ſingulorum
quorumq; modo conſciæ dixerint, ad aures meas,
qa homo ſum, puenire non potuit: ille q abſens eſt
pſentia corporis, ſed pſens eſt uigore maieſtatis, au
diuit uos. Quā multi ſi dicat illis, Ecce iam xps, cras
dies iudicij, non dnt, utinā ueniat. Qui.n. dnt, mul
tum amant:& ſi dicat illis, Tardabit: timent ne tar
det, qa timor caſtus eſt. Qūo autem nunc timetur
ne tardet, ſic cū uenerit timebit ne diſcedat. Erit au
tem caſtus iſte timor, qa tranquillus & ſecurus. Nō
enim deſeremur ab eo, cū inuenerit nos homo ali-

quis credens in eum. Qn̄ quæſiuit nos? Antequam D
qreremus eum. Caſtus ergo timor frés mei hoc ha Tal.noſſe
bet, qa uenit de amore. Ille aūt timor nondum ca- mus.
ſtus, præſentiam dñi & pœnas timet, timore facit 3.ſen.diſ.
quicquid boni facit, non timore amittēdi bonum 34.ca. Et
illud, ſed timore patiendi illud malū. Non timet ne quia in
pdat amplexus pulcherrimi ſpōſi, ſed timet ne mit medio.
tatur in gehennā. Bonus eſt & iſte timor, utilis eſt,
non qdem pmanebit in ſeculū ſeculi, ſed nondum
eſt iſte caſtus pmanēs in ſeculū ſeculi. In quo eſt ca
ſtus? Iā iterum aliquid interrogo, qđ uoſmetipſos
interrogetis. Si deus ueniēs uoce ppria loqueretur
nobis, quanquā nō taceat loq per līas ſuas,& dice-
ret homini, Peccare uis, pecca: fac quicquid te dele
ctat: quicquid amaueris in terra, tuū fiat: cui fueris
ratus, intereat: qué rapere nolueris, rapiat: qué cæ-
dere, cædatur: qué damnare, damnetur: qué poſsi-
dere poſsideas. Nemo tibi reſiſtat. nemo tibi dicat,
qd facis: nemo, noli facere qđ uelis: nemo, quare fe-
ciſti: abundent tibi oia iſta terrena q concupiſti,&
uiue in illis non uſq; ad tps, ſed ſemper, faciem tm̄
meam nunquā uidebis. Fratres mei unde ingemui E
ſtis, niſi qa iam natus eſt timor caſtus permanēs in Pſal.18.
ſeculū ſeculi? Quare pcuſſum eſt cor ueſtrū ſi dice-
ret deus, faciem meam nūquā uidebis? Ecce omni
iſta terrena fœlicitate, oibus rebus abundabis, cir-
cumfluent te bona tpalia, non illa amittis, non il-
la deſeris, qd uis amplius? Fleret quidē, gemeret ti-
mor caſtus,& diceret, Imò tollantur oia, & faciem
tuam uideā. Timor caſtus exclamaret de Pſalmo,
& diceret, Deus uirtutū cōuerte nos, & oñde faciē Pſal.79.
tuam & ſalui erimus. Timor caſtus exclamaret de
Pſalmo & diceret, Vnam petij à dño. Vide qūo ar- Pſal.26
deat timor iſte caſtus, timor uerus, timor ſyncer⁹,
Vnā petij à dño hanc requiram. Quid? Vt inhabitē
in domo dñi, per oés dies uitæ meę. Quid ſi pp ter
renam fœlicitatem? audi quid ſequitur, Vt contem
pler delectationé dñi, & protegar à templo ſancto
eius: id eſt, eſſe templū eius, & ptegi ab eo: hāc unā
petij a dño. Hanc unā ſi petieritis, accipietis, ad hāc
unam ſi cor ueſtrū exercueritis,& hoc ſolū amitte-
re timueritis, nec inuidebitis fœlicitatib⁹ terrenis,
& illam fœlicitaté uerā ſperabitis,& eritis in ei⁹ cor
pore cui cantatur, Beati oés qui timent dñm, q am F
bulant in uijs eius, Labores fructuum tuo⁊ mādu
cabis. O uos, ô tu: uos multi q unus eſtis, labores
fructuum tuo⁊ manducabis. Quaſi peruerſe uidet
dicere nō intelligentibus: debuit.n. dicere, fructū
laborum tuo⁊ manducabis: multi.n. manducant
fructum laborum ſuo⁊. Laborant in uinea, ipſum
laboré non manducant, ſed qđ de labore ipſo⁊ na
ſcitur hoc manducant. Laborant circa arbores po
miferas, qs manducet labores? Nemo inquā, ſed qđ
illæ arbores attulerint: Fructus laboris,& ipſe iocū
dat agricolā. Quid ſibi uult, labores fructuū tuo⁊
māducabis? Modo labores habem⁹, fructus poſtea
erit. Sed qa & ipſi labores non ſunt ſine gaudio pp
ſpem, de qua paulo antè diximus, Spe gaudētes, in Rom. 12.
tribulatione patientes, modo nos ipſi labores nrī
iocūdāt,& lętos nos faciūt de ſpe. Si ergo labor nr̄
potuit māducari,& potuit iocūdare, māducat⁹ fru
ctus ipſius laboris qualis erit? Māducabāt labores Pſal.126.
ſuos, q eūtes ibāt & flebāt mittētes ſemina ſua. Quā
to iocūdius māducabunt fructus labo⁊, qui uenié
tes uenient cum exultatione portantes manipulos

G suos?Et ut noueritis fratres quia manducat labor iste,in supiore Psalmo audistis dictũ supbis, q̃ ante lucẽ uolebant surgere.i. ante Christum, non per humilitatẽ,qua surrexit Xp̃s:dictum est illis, Surgite posteaq̃ sedistis i. humiliamini & inde surgite, q̃a & ille humiliari uenit,q̃ exaltatus est pp uos. Et qd dictum est?Qui manducatis panẽ doloris. Iste est labor fructuum,panis doloris. Nisi n. manducaretur,non diceretur panis. Nisi aũt Haberet aliquam suauitatem panis iste,nemo illum manducaret cũ tanta suauitate.Plorat in gemitu q orat. Dulciores sunt lachrymæ orantium,q̃ gaudia theatrorũ.Et audi flãmam desyderij qua manducatur ipse panis,de qbus dicit, Qui manducatis panem doloris.Alio loco dicit amãs iste:cuius uoce in Psalmo
Psal.41 plerunq; agnoscimus, Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Vnde factę sunt lachrymę panes?Dum dicit mihi quotidie ubi est deus tuus. Anteq̃.n. uideamus eum q nos dilexit, q nobis pignus dedit,cui desponsati sumus, insultant nobis pagani, & dicunt, Vbi est quẽ colunt Christiani?
H Ostendant nobis quẽ colunt,Ecce ego ostendo illis deũ meũ,& ipsi ostẽdant mihi deũ suum. Dum tibi hoc dicit paganus,nõ inuenis qd illi ostendas q̃a nõ est cui ostendas. Redis ergo & plãgis ad deũ q̃a illi suspiras anteq̃ uideas,& desyderio ipsius gemis,& q̃a in ipsius desiderio ploras, dulces sunt & ipsæ lachrymæ,& p cibo tibi erunt,q̃a factus est tibi & ipse panis die ac nocte dum dicitur tibi quotidie ubi est deus tuus.Sed ueniet de⁹ tuus, de quo
Apo.21. dicitur,Vbi est,& absterget lachrymas, & ipse p pane lachrymas succedet, & te in æternũ saginabit, q̃a erit nobiscũ uerbũ dei quo pascuntur angeli.Interim modo labores fructuũ,postea fructus laboris.Labores fructuũ tuo⁊ mãducabis, beatus es & bene tibi erit.Beatus es, de præsenti est : bene tibi erit,de futuro est.Cum manducas labores fructuũ tuo⁊,beatus es:cũ pueneris ad fructũ labo⁊ tuorũ,bene tibi erit. Quid dixit?Nam si bene tibi erit, utiq; beat⁹ eris:& si beatus eris,bene utiq; tibi erit. Sed interest inter spẽ & rẽ Si spes tã dulcis est,quãto res dulcior erit?Iã ueniamus ad illam, Vxor tua;
I Xp̃o dicit:ergo uxor eius, Ecclesia eius: Ecclesia ei⁹ uxor eius,nõ ipsi sicut uinea eius fertilis. Sed in qbus uinea fertilis?Videmus.n. parietes istos intrantes multos steriles. Videmus q̃a istos parietes intrãt multi ebriosi,fœneratores, mangones , quærentes sortilegos,euntes ad præcantatores & præcãtatrices,q̃n illis caput dolet.Ista est fertilitas uineæ? Ista est ubertas uxoris?non ipsa est.Istæ spinæ sunt, sed nõ ubiq; spinosa.Habet quandã fertilitatẽ, & est uinea fertilis,sed in quibus?In lateribus domus tuæ. Non oẽs dicunt latera domus.Quæro.n. q̃ sint latera domus?qd dicam? Parietes sunt quasi lapides fortes.Si de hoc habitaculo corporali diceret, forte hoc intelligeremus latera.Latera dicimus dom⁹, eos q inhærẽt Xp̃o. Nõ.n. sine causa & in sermone quotidiano dicimus de aliquo q forte male agit ex malo⁊ cõsilijs amico⁊,de illo dicimus, Mala latera habet. Quid est,mala latera habet?Mali illis inhęrẽt.Ergo & de alio,bona latera habet: bonis consilijs nitit.Quid est hoc?Bonis cõsilijs regit. Ergo latera domus sunt illi q inhęrent Xp̃o,nec sine causa
Gene.2. & ipsa cõiux de latere facta est. Viro dormiẽte Eua facta est:moriente Xp̃o,Ecclesia facta est. Et illa de latere uiri,cũ costa detracta est:& ista de latere uiri qñ latus lãcea pcussum est,& sacramenta profluxerũt.Ergo uxor tua ut uinea fertilis. Sed in qbus?In lateribus domus tuæ.i.in his qui adhærẽt Xp̃o. In alijs,q nõ adhærent Xp̃o,sterilis.Sed nec illos in uinea cõputabo.Filij tui.Quæ est uxor,& q̃ sunt filij. In istis carnalibus nuptijs & coniugijs , alia uxor & alij filij:in Ecclesia q̃ uxor,ipsi filij. Ad Ecclesiã.n. ptinebant Ap̃li,& in mẽbris Ecclesiæ erãt. Ergo in cõiuge ipsius erant,& coniunx erant scdm portionẽ suã,quã in mẽbris obtinebant. Quare ergo de illis dicitur,cũ recesserit ab eis spõsus, tunc ieiunabunt filij spõsi?Ergo ipsa cõiunx,& ipsa filij. Mirũ dico fratres mei,In uerbis aũt dñi inuenimus Ecclesiã & fratres ipsius esse,& sorores ipsius esse, & matrẽ ipsius esse. Nã cũ ei nunciarent mr̃ eius & fratres foris stãtes,q̃a foris stabãt,typũ gerebãt. Quis typ⁹ mr̃is?Synagoga,Quis typus fratrũ carnaliũ? Iudæi foris stãtes:& foris stat synagoga.Nã Maria in lateribus dom⁹ eius,& cognati eius ex uirginis Mariæ cõsanguinitate ueniẽtes,q in eũ crediderũt, in lateribus domus eius,nõ inquãtũ carnali cõsanguinitate iũcti erãt,sed inquãtũ uerbũ dei audiebant & faciebãt.Hoc.n. r̃ndit dñs & ait, Quæ mihi mater, aut q fratres?Vnde tentauerũt qdã dicere,q̃a Christus matrẽ nõ habuit,q̃a dixit,Quæ mihi mr̃? Quare?Ergo Petrus & Ioãnes & Iacobus & alij Ap̃li patres nõ habuerũt in terra?Et tñ qd eis dicit? Nolite uobis dicere patres sup terrã,unus est.n. p̃r uester q in cœlis est. Quod ergo in p̃re docebat discipulos, hoc in mr̃e ipse demõstrauit. Vult.n. dñs,ut cõsanguinitatibus terrenis præponamus deũ . Defer p̃ri, q̃a pater est:defer deo,q̃a deus est. Generauit te pater accommodãdo carnẽ suã,creauit te deus adhibendo potentiam suam.Ne irascatur pater cũ deus illi præponit,imõ gaudeat sibi tantũ deferri,ut illi inuentus esset q ei deberet præponi. Ergo qd dicã? dñs qd ait?Quæ mihi mater:aut q fratres? Et extendit inqt Euangelista manus sup disci pulos suos, & ait,Ecce mater mea & fratres mei. Fratres erãt, mater qũo erant?Addidit,Et q fecerit uoluntatem patris mei,ipse mihi frater & soror & mater est . Puta frater,pp sexum uirilem quem habet ecclesia,quos hic in membris habet Xp̃s.Mater qũo , nisi q̃a ipse Xp̃s est in Christianis,quos Xp̃ianos p baptismum quotidie parit ecclesia? Ergo in qbus intelligis cõiugẽ,in illis matrẽ,in illis filios.Dicatur ergo quales debent esse filij,quales?Pacifici?Quare pacifici? Quia beati pacifici,q̃a ipsi filij dei uocabunt.Quia ergo in oliua fructus est pacis:oleũ.n. pacẽ significat,quia charitatem significat, sine charitate nulla pax est.Et manifestũ est,q q diuiserunt pacẽ, non habent charitatẽ. Vnde iã exposui charitati uestrę, quare columba folia cum fructu portauit ad arcã, ut significaret q̃a & illi q foris baptizati sunt, sicut ligna illa extra arcã baptizata sunt,nõ sola folia habuerunt i.uerba sola,sed habuerunt & fructũ , qd est charitas.Ipsa colũba illos reportat ad arcã,& ueniunt ad unitatẽ. Tales ergo filij debent esse in circumitu mensæ dñi,uelut nouellatio oliua⁊. Perfecta res est , magna beatitudo. Iam qs ibi nolit esse? Cũ uideris aliquẽ blasphemum habere uxorem,filios,nepotes,& te forte nõ habere,noli zelare:uide q̃a & in te cõpletũ est,sed spiritaliter. An forte non es in mẽbris?Si nõ ibi es, plãge q̃a non hic,nec ibi.

Ioan.19 K
Mat.9.
Matt.12.
L
De fide cõtra Manichaos. cap.25.
Mat.23.
Matt.12.
M
Matth.5.
Sup Ioã. Tract.6.
Gene.8

A Si ibi, securus esto: qa & si ibi & nõ hic, fructuosi⁹ ibi q̃ hic. Si ergo habemus, quare habem⁹? Quia timemus dñm. Ecce sic benedicet homo qui timet dñm. Ille est homo, qui sunt homines, & ipsi homines homo, quia multi unum, quia Christus unus.

Benedicat te dñs ex Sion.) Cœperas enim attendere, Ecce sic benedicetur homo qui timet dñm. Iam forte oculi tui ibant p illos q non timẽt dñm, & uidebant ibi uxores fœcundas, filios abundantes circũire mensam pr̃is sui. Nescio qua ibas, & nõ ex Sion, Benedicat te dñs, sed ex Sion. Noli quærere illas benedictiones, q̃ non sunt ex Sion. Non benedixit dñs tales, fratres mei? Benedictio ista dñi est. Aut si non est à dño, quis duceret uxorem, si nolit dñs? Quis possit esse sanus, si nolit dñs? Aut quis posset esse diues, si nollet dñs? Dat illa, sed non uides, quia & pecorib⁹ dedit. Nõ ergo de Sion est ista benedictio. Bñdicat te dñs ex Sion. Et uideas bona Hierusalem.) Nam illa bona non sunt Hierusalẽ. Vis uidere quia non sunt bona Hierusalem? Et auibus dictũ est, Crescite & multiplicamini. Pro ma- *Gene. 1.*
B gno uis habere, qđ auib⁹ donatum est? Voce quidẽ dei donatũ esse quis nesciat? Sed utere bonis istis, si accipis: & magis cogita quõ nutrias q nati sunt, q̃ ut nascantur: non.n. iam fœlicitas est habere filios, sed bonos habere. De nutriẽdis labora, si nati fuerint: si aũt non nati, age gr̃as deo, forte minus sollicitus eris, & tñ sterilis non remansisti illius mr̃is. Forte filij p te nascuntur spiritalr̃ de ista matre, qui sunt in nouellis oliuarũ circũeuntes mensam dñi. Consoletur ergo te deus, ut uideas bona Hierusalem. Illa.n. bona sunt: quare sunt? quia ęterna sunt: quare sunt? qa ibi est rex. Ego sum, q sum. Ista uero bona sunt, & non sunt: nõ.n. stant, labunt̃, fluunt. Fili sunt paruuli, blandiris paruulis, blandiunt̃ paruuli. Nunqd stant in eo? Sed optas ut crescãt, ut accedat ætas optas, Sed uide qa cũ accedit una, altera morit̃ Veniẽte pueritia, moritur infantia: ueniente adolescẽtia, moritur pueritia: ueniẽte iuuẽtute, moritur adolescẽtia: ueniẽte senectute, moritur iuuentus: ueniente morte, moritur oĩs ætas. Quot optas gradus ætatis, tot simul optas & mortes ætatũ. Nõ *Exod. 3.*
C sunt ergo ista. Num deinde nati sunt tibi filij in terra tecũ uicturi, an te potius exclusuri & successuri? Ad eos gaudes q nati sũt, ut excludaris? Nati.n. pueri tanq̃ hoc dicãt parentib⁹ suis, Eia cogitate & uos ire hinc, agamus & nos minimũ nostrũ. Minus † est enim generis humani tota uita tẽtationis, qa dictũ est, Vniuersa uanitas oĩs homo uiuẽs. Et tñ si gaudetur ad filios successuros, quãto gaudendũ est ad filios cũ qbus pmanebimus, & ad illũ patrem cui nati sumus nõ morituri, sed ut nos cũ illo semp uiuamus? Ipsa sunt bona Hierusalẽ, qa ipsa sunt. Benedicat te ergo dñs ex Siõ, & uideas q sunt bona Hierusalẽ. Nã ista quæ attendis bona, cæcus uides: uideas, sed illa bona q̃ corde uidentur. Et quãdiu uidebo bona Hierusalẽ? Oẽs dies uitæ tuæ.) Sed si uita tua æterna fuerit, in æternũ uidebis bona Hierusalẽ. Ista aũt fratres mei bona sunt, sed non oẽs dies uitæ tuæ uides: non enim qñ exis de corpore moreris, Perseuerat uita tua: corpus moritur, sed uita spiritus pseuerat. Oculi nõ uident, quia discessit qui per oculos uidebat. Vbicunq; est qui p oculos uidebat, uidet aliquid. Non.n. mortuus erat diues ille, q in terra induebat̃ purpura: si mortuus esset, *† al. minimum nostrũ. Minimus. Psal. 38* *Luc. 16.*

apud inferos nõ torqretur. Optandũ illi forte erat ut moreretur, sed malo suo uixit apud inferos. Torquebatur.n. & non uidebat illa bona q̃ in terra dimiserat. Hęc erat uita ipsius talis, & bona illa nõ uidebat. Ergo tu talia desideria bona quę uideas oẽs dies uitæ tuæ, id ẽ, ut cũ ipsis uiuas in ęternũ. Quę sunt ergo illa bona? Frẽs attẽdite. Dici possunt bona ista? aurũ est, argentũ est, fundus amœn⁹ est, marmorati parietes sunt, tecta laqueata sunt? Absit ista abũdantius pauperes habẽt in hac uita. Plus est.n. pauperi uidere cœlũ stellatũ, q̃ diuiti tectũ inauratũ. Fratres ergo qd est illud bonũ quo accẽdimur, cui suspiram⁹, quo inflãmamur? Propter qđ bonũ adipiscendũ & uidendũ tãtos labores sustinem⁹, sicut audistis cũ legeret̃ Apls̃, quia oẽs qui nolũt pie uiuere in xp̃o Iesu, persecutionẽ patiuntur. Non.n. modo quia diabolus p reges non sæuit, ideo xp̃iani non patiuntur persecutionẽ. Si mortuus est diabolus, mortuæ sunt psecutiones: si autem ille aduersarius noster uiuit, unde non tentationes suggerit? unde non sæuit? unde non minas aut scandala pcurat? O si incipias pie uiuere, uidebis qa oĩs qui uult pie uiuere in xp̃o Iesu, psecutionem patietur. Propter qd ergo patimur tantas psecutiones? Si.n. in hac uita in xp̃o sperantes sumus tm̃, ait Apls̃, miserabiliores sumus oĩbus hominibus. Propter qd damnati sunt ad bestias martyres? quod est illud bonũ? dici potest? unde? aut q̃ lingua dicat? aut q̃ aures audiãt? Et quidẽ illud nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Amemus tñ, proficiamus tm̃: uidetis.n. quia pugnæ non desunt, & pugnam⁹ cum concupiscentijs nostris. Pugnamus foris cum infidelibus & inobedientibus hominibus, pugnamus intus cũ suggestionib⁹, cum perturbationib⁹ carnalib⁹. Vbiq; pugnamus adhuc, quia corpus qđ corrũpitur aggrauat aĩam. Pugnamus adhuc, qm̃ si spiritus uita est, tñ corpus mortuũ est pp pctm̃. Sed quid futurum est? Si autem spiritus eius habitat in uobis, qui suscitauit xp̃m ex mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra pp spiritum eius, qui habitat in uobis. Cum ergo uiuificata fuerint membra nostra mortalia, iam nihil resistet spiritui nr̃o: non fames erit, nõ sitis erit, quia de corruptione corporis ista nascunt̃: ió reficis, quia à te aliqd deficit. Concupiscẽtiæ delectationẽ carnaliũ contra nos pugnant. Mortẽ portamus infirmitatẽ corporis, sed cũ mors ipsa conuersa fuerit in illã incõmutabilitatẽ, & corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ, qd audiet tũc mors? Vbi est mors contẽtio tua? ubi est mors aculeus tuus? Et forte morit̃, & dicet̃, Restant aliqui inimici? Nõ, sequit̃ nouissima inimica mors: cũ hæc destructa fuerit, imortalitas succedit. Si nullus erit inimic⁹, quasi nouissima destruet̃ mors. Bonũ nostrũ cui suspiramus, pax erit. Ecce bonũ fratres, magnũ bonum pax uocatur. Quærebatis qd uocaret̃? Aurũ est, an argentũ est, an fundus, an uestis? Pax est. Non pax qualẽ inter se habent hoies, infidã, instabilẽ, mutabilem, incertã: nec pax talis qualem secũ habet ipse unus homo: Diximus.n. qa & secũ pugnat homo, Vsquequo domet oẽs cupiditates, adhuc pugnat. Qualis ergo pax? Quã ocul⁹ nõ uidit, nec auris audiuit. Qualis pax? De Hierusalẽ, Quia Hierusalẽ iterpretat̃ uisio pacis. Si ergo benedicat te dñs ex Sion, & uideas bona quæ sunt in D *1. Tim. 3* E *1. Cor. 15.* *1. Cor. 2* *Sap. 9.* *Roma. 8.* F *1. Cor. 15.* *1. Cor. 2*

G Hierusalē,ut uideas oēs dies uitæ tuę. Et uideas.) Non filios tuos tm̄:sed Filios filiorum tuorum.) Quid est filios tuos?Opera tua q̄ hic agis. Qui sunt filij filioꝝ? Fructus operum tuoꝝ. Facis eleemosynas,filij tui sunt:pp eleemosynas accipis uitā æternam, filij filioꝝ tuorum sunt. Videas filios filiorū tuoꝝ,& erit qd̄ sequitur,quo concluditur, Pax super Israel.)Hæc pax nobis pdicaꝝ a nobis, ipsa ama tur a nobis,ipsa ut a uobis ameꝝ, optamus.Ad illā pacem peruenīunt,qui & hic pacifici fuerint.Illi sunt & hic pacifici,q & ibi:q circūeunt mensam dñi tāquam nouellatio oliuarū, ut non sit sterilis arbor, qualis fuit illa ficulnea ubi fructū non inuenit esu
Matt.21. riens dn̄s.Et uidetis quid ei cōtigerit, Folia sola ha bebat,fructū non habebat.Sic sunt q uerba hn̄t.& facta non habent.Veniens esuriens dn̄s non ibi inuenit qd̄ māducet, quia fidem nr̄am & facta bona esurit dn̄s.Pascamus illum bene uiuendo,& pascet nos in æternum nobis uiuere donando.

In Psalmum centesimum uicesimumoctauum.

Enarratio.

Salmus quem cantauimus breuis est:sed si
H P cut scriptū est in Euāgelio de Zachæo, sta
Luce.19. tura breuis, & magnus in opere:sicut scri-
Marc.12. ptum est de illa uidua,q̄ duo minuta misit in gazo phylatium:breuis pecunia, sed magna charitas:sic & iste Psalmus si uerba numeres,breuis est:si snias appendas,magnus est. Nō ergo nos poterit diutius usq; ad fastidium detinere. Quare? Aduertat prudētia uestra, & assit intētio xp̄iana:sonet uerbum dei uolentibus opportune,nolentibus importune.Inuenit sibi locū,inuenit corda ubi requiescat,inuenit terrā ubi germinet,& fructū ferat.Nā qa multi mali sunt & iniquos portat Ecclesia usq; in finē, mani festum est, & hi sunt qbus uerbum dei superfluum
Matt.13. est:& aut sic in illos cadit,quō semen in uia cōculcatur, & a uolatilibus colligiꝰ: aut sic in eos cadit quō semen in petrosa loca, ubi non hēt terrā multam,statim exijt,& calefacto sole arefcit, qa non ha bebat radicē:aut sicut inter spinas, qd̄ & si germinet & coneꝰ in auras surgere, suffocatur tn̄ multitudine spinaꝝ. Tales aūt sunt, q uerbum dei contem nunt sicut uia:aut q ad horam gaudent,& facta tri
I bulatione sicut ab æstu solis arescūt:aut q cogitationibus & curis & solicitudine huius mūdi, tanq̄ spinis auaritię suffocāt, qd̄ in illis cœpat germinare.Est aūt ēt terra bona,quō semen cū ceciderit affert fructū,aliud tricētum, aliud sexagenum, aliud centenum:siue parum siue multum,oēs in horreo erunt Sunt ergo tales,& pp hos loquimur.Propter hos loqr scriptura, pp hos non tacet Euangeliū Sed & illi audiant ne forte aliud sint hodie, aliud cras,ne forte mutenꝰ audiendo,aut arēt uiā, aut lapides purgēt,aut spinas euellāt. Dicat spūs dei,dicat nobis,cātet nobis:siue uelimus saltare, siue nolimus,cantet ipse.Sicut.n.qui saltat, mēbra mouet ad cantū:sic q saltant ad pceptum dei, opibus obtemperant sono Ideo q noluerūt hoc facere,quid
Matt.11. illis dn̄s dicit in Euangelio? Cantauimus uobis,& nō saltastis:planximus & nō lamētastis. Cantet ergo:credimus in dei misericordiā,quia erūt de quibus nos cōsoletur.Nā q pertinaces sunt, perseuerātes in malitia,quanuis audiāt uerbū dei,scādalis quotidie perturbant Ecclesiā:de talib⁹ dicit iste Psalmus, sic.n.cœpit, Sæpe expugnauerūt me a iuuentute mea.)Ecclesia loquiꝰ de his quos tolerat, & tāquā K diceretur,Nunqd modo & non olim est Eccl̄ia? Ex quo uocantur sancti est Ecclesia in terra. Aliqn̄ in solo Abel Ecclesia erat,& expugnat⁹ est a fratre ma lo & pdito Cain. Aliqn̄ in solo Enoch Eccl̄ia erat, Gene. 4. & translatus est ab iniqs. Aliqn̄ in sola domo Noe Gen. 5. Ecclesia erat,& ptulit oēs q diluuio perierunt, & sola arca natauit in fluctib⁹,& euasit ad siccū. Aliqn̄ Gene. 6. in solo Abrahā Ecclesia erat,& quāta ptulit ab iniqs,nouimus.In solo filio fratris eius Loth,& in domo eius in Sodomis Ecclesia erat, & pertulit Sodo Gene.19. moꝝ iniquitates & peruersitates,quousq; deus eū de medio ipsoꝝ liberauit. Cœpit esse & in pp̄lo Israel Ecclesia,pertulit Pharaonē & Aegyptios. Cœpit & in ipsa Ecclesia i.in populo Israel numerus sanctorum,Moyses & cæteri sancti ptulerunt iniquos Iudæos pp̄lm Israel. Ventū est & ad dn̄m nr̄m Iesum xp̄m,pdicatum est Euangeliū:dixit in Psalmis,An- Psal. 39. nunciaui & locutus sum,multiplicati sunt sup numerū.Quid est sup numerū?Non solum illi q credi derunt,& qui pertinent ad numerum sanctoꝝ, sed & sup numerū intrarunt multi iusti, sed plures ini qui,& ptulerunt iusti iniquos Qn̄ in Ecclesia.Nū- L quid modo solū ex quo enumerat,ex quo comme morat?Ideo ne mireriꝰ modo Ecclesia, uel ne quis quā mireriꝰ in Ecclesia, uolēs esse mēbrum bonū Ecclesiæ,audiat & ipsam Ecclesiā matrē suā dicentem sibi,Noli mirari ad ista fili, Sæpe expugnauerunt me a iuuētute mea Magn⁹ affectus sic cœpisse Psalmū, Sæpe expugnauerūt me a iuuentute mea: quasi aliqd iā loquebaꝰ: uidetur.n nō cœpisse,sed respondisse. Respōdit aūt, Quibus? Cogitantib⁹& dicentibus,Quāta mala pferimus, quāta scandala crebrescūt quotidie, qn̄ iniqui intrāt in Ecclesiam & portamus eos? Respōdeat aūt Ecclesia de qbusdam.i de fortioꝝ uoce respōdeat querelis infimorum,& cōfirment firmi iniquos, & grandes paruulos,& dicat Ecclesia,Sæpe expugnauerūt me a iuuē tute mea. Dicat uero nūc Israel, Sæpe expugnauerūt me a iuuētute mea. Dicat illud, nō illud timeat. Quō.n.ualet qd̄ cum dixisset, sæpe expugnauerūt me:addidit,a iuuentute mea?Iā modo Ecclę senectus expugnaꝰ,sed nō timeat, dicat, Sæpe expugnauerūt me a iuuētute mea. Nunqd ideo non puenit M ad senectutē,qa nō cessauerūt illi expugnando? nū qd delere potuerūt?Dicat uero Israel,& consoleꝰ se Israel,consoletur seipsa Eccl̄ia de pteritis exēplis,& dicat,Sæpe expugnauerūt me a iuuētute mea.Quare expugnauerūt? Etenim nō potuerūt mihi. Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores, longe fecerūt iniustitiā suā.)Quare expugnauerunt?quia nō potuerūt mihi.Quid est,nō potuerūt mihi?Fabricare.Quid est,nō potuerūt mihi?Nō illis cōsensi ad malū. Omnis.n. malus ideo psequiꝰ bonū, qa nō illi cōsentit bonus ad malū. Faciat aliqd mali, nō obiurget Eps,bonus est Eps:obiurget Eps,malus est Eps. Rapiat aliqd, taceat cui rapuit, bonus est.Saltem loquatur & reprehendat, etsi non repetat,malus est. Malus est q reprehendit raptorem,& bonus est q rapit?Ambulet, manducemus & bibamus,cras.n.moriemur.Ecōtra Apls,Corrūpūt bo- Esa 22. nos mores colloqa mala. Sobrij estote & iusti,& no 1.Cor.15. lite peccare. Sonat uerbū, sonat sermo cōtradictor libidinis.At ille amic⁹libidinis suę,& inimicus sermoni cōtradicēti amicę suę,infestus est,& odit sermonem

A monem dei. Facta est amica auaritia, inimicus de⁹.
Contradicit.n. deus auaritiæ, & uult nihil posside
ri ab auaritia. Ego possidear clamat. Quid uis ab
auaritia possideri? Dura iubet, leuia iubeo. Onus
Matt. 11. eius graue, sarcina mea leuis est. Iugũ eius asperum
est, iugũ meum leue est. Noli uelle ab auaritia pos-
sideri. Iubet auaritia ut mare trãseas, & obtẽperas,
iubet ut te uẽtis ꝓcellisq; committas: iubeo ego ut
ante ostiũ tuũ ex eo qd habes des pauperi. Piger es
ad faciendũ ante te opus bonũ, & strenu⁹ es ad trã-
seũdum mare. Quia auaritia impat, seruis: qa deus
iubet, odisti. Et qd? Cum odisse cœpit, incipit uelle
criminari eos a qbus audit bona p̃cepta, & uelle p
suspiciones suas crimina q̃rere seruoꝝ dei, Qui no-
bis ista dñt, & ipsi nõ faciũt ista: Et ista siue q̃ fiũt,
siue q̃ non fiunt: & q̃ non fiunt, dñr fieri, & q̃ fiunt
bene, dñr male fieri: & quæ toleramus, ad culpam
nr̃am applicantur. Nos qd respondemus? Noli me
attendere, sermonẽ istius attende ipse tibi loqtur p
Matth. 5. quemlibet, huic tu inimicus es. Cõcorda cũ aduer
sario tuo cum es cũ eo in uia. Aduersarium tuũ ser-
monem dei fecisti Noli attendere, qa ille tibi loqui
B tur. Malus est per quẽ tibi loquitur, sed non est ma
lus, q tibi loquitur, sermo dei. Accusa deũ, accusa
si potes Creditis frẽs hucusq; puenisse eos, de qui-
bus dr̃, Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea. ut
etiã ipsum deum accusare non dubitent? Accusas
auarũ, & ille accusat deum qui fecit aurũ. Noli aua-
rus esse, & non faceret deus aurũ. Iam hoc restat, qa
mala tua opa cohibere non potes, accusas opa bo-
na dei. Displicet tibi creator & fabricator mundi.
Non faceret & solẽ, quia multi in fenestris conten-
dunt de luminaribus, & ad iudicia se trahũt? O si
uitia nr̃a cohibeamus, quia bona sunt oia, quia bo
Gene. 2. nus deus q fecit oia: & laudant illũ opa sua, consy-
derata quia bona sunt ab eo q habet spm̃ consyde
randi, spm̃ pietatis & sapientiæ: undiq; deus laudat
ab operibus suis. Qũo illum laudant opa sua? Per
Danie. 3. os trium pueroꝝ in camino ignis qd pretermissum
est? Laudat cœlũ, laudant angeli, laudãt sydera, lau
dant sol & luna, laudant dies & noctes, laudat qc-
quid germinat de terra, laudat qcquid natat in ma
ri, laudat quicquid uolitat in aere, laudant oẽs mõ
C tes & colles, laudant frigora & æstas, & cætera oia
q̃ deus fecit. Audistis qa laudant deũ, nunqd audi-
stis ibi quia laudat deũ auaritia, qa laudat deũ lu-
2. ser. di. xuria? Non laudant ista, quia nõ ipse illa fecit. Lau-
37. ca. In dant ibi hoies deũ, quia hominis creator est deus.
hoc. In si Auaritia opus est mali hois, hõ ipse opus est dei. Et
ne. quid uult deus? Occidere in te qd ipse fecisti, & sal-
uare te quẽ fecit ipse. Noli fœnerare: tu accusas scri-
Psal. 14. pturam dicentẽ, Qui pecuniã suã non dedit ad usu
ram. Non ego illud scripsi, non de ore meo primo
exijt: deũ audi. Et ille, Clerici nõ fœnerent. Et for-
te q tibi loquitur, nõ fœnerat: sed si fœnerat, fac qa
& ipse fœnerat, Nunqd fœnerat, q p ipsum loquit?
Si facit qd tibi dicit, & non facis tu: tu in ignem ua
dis, ille in regnũ. Si nõ facit qd' tibi dicit, & pariter
Esa 40. facit mala q̃ facis, & dicit bona q̃ non facit, pariter
Psal. 118. in igne fœnũ ardebit, uerbũ aũt dñi manet in æter
num. Nunqd ardet sermo, qui tibi p illũ locut⁹ est?
Aut Moyses est q tibi loquitur. i. bonus & iustus fa
Matt. 23. mulus dei, aut Pharisæus est cathedrã Moysi sedẽs:
audisti & de ipsis, Quæ dñt, facite: quæ aũt faciũt,
facere nolite. Non habes tu unde te excuses: qñ ser-
mo dei loquit, tibi loquitur: quia nõ potes interfi-
cere sermonẽ dei. Criminari qris eos, p quos loquit D
tibi sermo dei. Quære quantũ uis, dic quantũ uis,
blasphema quantũ uis, Sæpe expugnauerunt me à
iuuentute mea: dicat uero Israel, Sępe expugnaue-
runt me à iuuẽtute mea, Audent ẽt fœneratores di-
cere, Nõ habeo aliud unde uiuã. Hoc mihi & latro
diceret, deprehensus in fauce: hoc & effractor dice
ret deprehẽsus circa parietẽ alienũ: hoc mihi & le-
no diceret, emẽs puellas ad ꝓstitutionẽ: hoc & ma
lefic⁹ incantãs mala, & uendẽs malitiã suã. Quicqd
tale ꝓhibere conaremur, responderent oẽs, qa nõ
haberent unde uiuerent, qa inde se pascerẽt: quasi
nõ hoc ipsum in illis maxime puniendũ est, qa ar-
tem neqtiæ delegerunt unde uitã transigant, & in-
de se uolunt pascere unde offendant eũ à quo oẽs
pascuntur. Sed cũ clamaueris hoc, & dixeris, illi re-
spondent, Si sic, nõ huc accedimus: si sic, non intra
mus in ipsam Ecclesiã. Veniãt, intrent, audiãt, Sępe
expugnauerunt me à iuuẽtute mea: Etenim nõ po
tuerũt mihi, sup dorsum meũ fabricauerunt pctõ-
res: hoc est, nõ potuerũt agere ut consentiã, fecerũt
qd portem. Quã præclare dictum est, q̃ optime si E
gnificatum est, Etenim nõ potuerũt mihi, sup dor-
sum meũ fabricauerunt peccatores. Agũt nobiscũ
primo, ut cõsentiamus illis ad facta mala: si nõ cõ-
senserimus, tolerate nos dñt. Ergo qa non potuisti
mihi, ascẽde in dorsum meũ, Portare te habeo quo Luc. 8.
usq; ueniat finis. Sic.n. mihi p̃ceptum est, ut fructũ
afferã cum tolerantia: non te corrigo, tolero te: aut
forte cũ tolero te, corrigis te. Sed si nõ te corrigis us
que in finẽ, tolero te usq; in finẽ, & usq; in finem su
per dorsum meũ eris, usq; ad tp̃s. Nunqd semper su-
per dorsum meũ eris? Veniet.n. q inde te excutiat,
Veniet tp̃s messis, ueniet finis seculi, immittet deus
messores: messores autem angeli sunt. Separant ma
los de medio iustoꝝ, sicut zizania à tritico, frumen Mat. 13.
tum recondent in horreo, paleas aũt cõburẽt igni
inextinguibili. Portaui quousq; potui, iã gaudens
transeo in horreũ dei, & securus canto, Sæpe expu-
gnauerunt me à iuuẽtute mea. Quid.n. mihi facere
potuerunt, qa expugnauerunt me à iuuẽtute mea?
Exercuerunt me, nõ oppresserũt. Valuerũt mihi si-
cut ignis ad aurũ, non sicut ignis ad fœnũ. Ignis.n. F
accedens ad aurum, sordem tollit: accedens ad fœ
num, in cinerem uertit. Etenim non potuerunt mi
hi, qa non consensi, qa non me fecerũt quales sunt
ipsi. Sup dorsum meũ fabricauerũt peccatores, lon
ge fecerunt iniustitiam suam. Fecerunt quod tole-
rem, & non fecerunt cui consentirem. Iam ergo in-
iustitia ipsoꝝ lõge est à me. Mali mixti sunt bonis,
non solũ in seculo, sed & in ipsa intus Ecclesia ma Ibidem
li mixti sunt bonis. Nostis & ꝓbastis, & magis ꝓba
bitis si boni fueritis. Cũ.n. creuisset herba & fructũ
fecisset, tũc apparuerũt zizania. Nulli apparẽt mali
in Ecclesia, nisi ei q fuerit bon⁹. Nostis ergo qa mi-
xti sunt, & semp & ubiq; dicit scriptura, qa nõ sepa-
rabunt nisi in fine. Sic qũo mixti sunt, longe sunt
à se. Ne qs ergo ex eo q mixti sunt mali iter bonos
putaret iniqtatem esse iuxta iustitiã, nõ potuerũt,
inqt, mihi: id est, dixerunt, & male dixerunt, Mãdu-
cemus & bibamus, cras.n. moriemur: Nõ corrupe- Esai. 22.
runt sermones mali mores bonos, in eo qd audiui 1. Cor. 15.
à deo, non cessi sermonibus hoium. Fecerunt mihi
peccatores qd portarem, nõ cui commiscerer, & fa-

G ƈta eſt iniquitas eoꝝ longe à me. Quid.n.tam prope,q̃ duo homines in una Eccleſia? Quid.n.tã longe,quã iniquitas a iuſtitia? Vbi eſt.n.conſenſio,ibi propinquitas. Ligantur duo & mittantur ad iudicem,latro & colligatus: Ille ſceleratus,ille innocẽs: una catena ligantur,& longe ſunt à ſe. Quantũ lõge ſunt à ſe: Quantũ longe eſt ſcelus ab innocẽtia. Ecce iſti longe ſunt à ſe ab inuicem. Alius latro in Hiſpania facit ſcelera,ꝓximus eſt ei q facit in Aphrica. Quantum ꝓximus? Quantũ ſibi iunguntur ſcelus & ſcelus,quantũ ſibi iunguntur latrocinũ & latrocinium. Nemo ergo timeat mixtos ſibi corpore malos: Longe ab illis ſit corde,& ſecurus portat qd non timet. Longe fecerũt iniuſtitiã ſuam: Quid occurrit? Florent illi q regnant inique, & ut ſermonẽ loquamur uulgi,tonant iniq, extollunt in typhos, in calumnias. Quid ergo? Semp hoc? Non:audi qđ ſequitur, Dñs iuſtus cõcidet ceruices peccatoꝝ.) Intendat charitas ueſtra,Dñs, inquit,iuſtus concidet ceruices peccatoꝝ. Quis nõ cõtremiſcat? Quis enim non peccauit? Dñs iuſtus concidet ceruices peccatoꝝ. Oĩbus qui audiũt intrat tremor in cor,

H ſi credũt ſcripturę dei. Si.n ſibi ſine cauſa tundunt hoĩes pectora, mentiuntur quia tundunt pectora ſi iuſti ſunt,& in eo qđ mentiuntur deo, fiunt peccatores. Si ergo ueraciter ſibi tundũt pectora, peccatores ſunt. Et qs nãm non ſibi tundit pectus? Et quis noſtrum non elidit oculos ad terrã ſicut ille

Luc. 18. publicanus,& dicit, Dñe ꝓpicius eſto mihi peccatori? Si ergo oẽs peccatores, & nemo inuenitur ſine peccato, oĩbus timẽdus eſt gladius in ceruices,qa dñs iuſtus concidet ceruices peccatoꝝ. Non puto frẽs mei quia omnium peccatoꝝ,ſed in mẽbro qđ percutit,ibi deſignat quos peccatores pcutiat: non enim dixit, Dñs iuſtus concidet manus peccatoꝝ, aut,Dñs iuſtus concidet pedes peccatorũ, non dixit: ſed quia peccatores ſuperbos uolebat intelligi: ſuperbi autem oẽs ceruicati ſunt, qui non ſolũ faciunt mala,ſed nec agnoſcere uolunt, & qn obiurgantur,Ecce feciſti,ſaltẽ agnoſce quid feceris. Odit deus peccatorem,oderis & tu: coniungere deo, ſimul pſeqmini pctm̃ tuum: iuſtificant ſe, & dicunt, Nõ,inquit,Ego bene feci,deus male fecit. Quid eſt

I hoc? Ego nihil mali feci, inqt, quia Saturnus fecit, quia Mars fecit,qa Venus fecit. Ego nihil feci,ſtellę fecerunt. Iuſtificas te, accuſas deũ q fecit ſtellas,qui ornauit cœlum. Itaq qm̃ iuſtificas pctm̃ tuum, & ſuperbis aduerſus deum, quia te facis extra culpã, & deũ in culpa,& tm̃ erexiſti ceruicem tuam, & cu

Iob. 15. curriſti contra deũ,ſicut ſcriptum eſt in Iob, dicebat de impio peccatore,currens aduerſus deum in craſſa ceruice ſcuti ſui, & ibi ceruicem nominauit,

Luc. 18. qa ſic te erigis,& non elidis oculos ad terrã, & tundis pectus,& dicis, Dñe propicius eſto mihi peccatori,ſed iactas te de meritis tuis. Et uis mecũ, inqt deus,iudicio contendere, intrare mecũ in iudiciũ, cu debeas in reatu tuo ſatisfacere deo, & clamare

Pſal. 129. ad illũ quod clamatur in alio Pſalmo, Si iniqtates obſeruaueris dñe,dñe quis ſuſtinebit? Clamare ad

Pſal. 40. illum,qđ clamat in alio Pſalmo, Ego dixi dñe miſerere mei, ſana aĩam meam qa peccaui tibi: Qm̃ hęc non uis dicere,ſed iuſtificas facta tua aduerſus ſermonem dei,uenit in te qđ ſequitur ſcriptura,& dicit, Dñs iuſtus concidet ceruices peccatoꝝ. Confundantur & auertant retrorſum oẽs, qui oderunt Sion) Qui oderunt Sion,oderunt Eccleſiam Sion

K Eccleſia eſt. Et qui intrant in Eccleſiam ficte, oderunt Eccleſiã. Qui nolũt obſeruare uerbũ dei, oderunt Eccleſiam. Sed ſup dorſum meum fabricauerunt. Quid factura eſt Eccleſiã, niſi portatura uſq in finẽ? Sed quid de illis ſeqtur & dicit? Fiãt ſicut fœnum tectoꝝ, qđ priuſquam euellatur aruit.) Fœnum tectoꝝ, herba eſt q naſcit in tectis, in ſolario integulato: in alto uidet,& radicẽ non hẽt. Quãto melius humilius naſceret, & lætius uireſceret: Modo naſcitur altius ad celeriorẽ ariditatẽ, nondum euulſum eſt & aruit. Nondũ finiti ſunt in iudicio dei,& iã non hñt ſuccũ uiriditatis. Attendite opera ipſoꝝ,& uidete qa exaruerũt: Sed uiuũt & hic ſunt, nondũ ergo auulſi ſunt. Aruerunt,ſed nondũ auul

Matt. 13. ſi ſunt. Facti ſunt ſicut fœnum tectoꝝ, qđ priuſquã euellatur exaruit. Et ueniẽt meſſores, ſed non de illis implent manipulos: Venturi ſunt.n. meſſores, & collecturi ſunt triticũ in horreum,& zizania alligabunt & mittẽt in ignẽ: Sic & fœnũ tectoꝝ expurgatur,& qcquid inde euellitur, in ignẽ mittitur, qa & priuſquã euelleretur aruit,non inde implet meſſor manus: ſeqtur.n.& dicit, Non replebit manũ

L ſuã meſſor, & ſinum ſuum q manipulos colliget.) Meſſores autẽ angeli ſunt dicit dñs. Et non dixerunt tranſeuntes uiã benedictio dñi ſuper uos, benediximus uobis in nomine dñi.) Noſtis.n. fratres qñ tranſitur per operantes,eſt conſuetudo ut dicatur illis, Benedictio dñi ſuper uos. Et magis iſta cõſuetudo erat in gente Iudæoꝝ. Nemo tranſibat & uidebat aliquos facere aliqđ opus in agro,uel in uinea,uel in meſſe,uel aliquid eiuſmodi,non licebat tranſire ſine benedictione. Alij ſunt q manipulos colligunt,alij ſunt tranſeuntes uiã. Qui manipulos colligunt,nõ de illis replẽt manus, qa non colligit ad horreũ fœnũ tectoꝝ. Qui ſunt q manipulos colligunt? Meſſores. Qui ſunt meſſores? Dñs dixit, Meſ-

Matt. 13. ſores autem angeli ſunt. Qui ſunt tranſeuntes? Illi qui iam per uiã iſtam.i. per uitam iſtam tranſierũt hinc ad patriam: Apoſtoli tranſeuntes erant in iſta uia, Prophetę tranſeuntes erant. Quos bñdixerũt Prophetæ & Apoſtoli? Illos in qbus radicẽ charitatis uiderunt. Quos aũt inuenerunt in tectis eminere,& ſupbire in ceruices ſcuti ſui, dixerunt cõtra il

M los qđ futuri erant, benedictionem autem dñi ſup eos non dederunt. Ergo iſtos oẽs malos quos portat Eccleſia,q legitis in ſcripturis, inuenitis maledictos deſignatos ad antichriſtũ ptinere,ad diabolũ ptinere,ad paleam ptinere,ad zizaniã pertinere. Et multa innumerabilia per ſiĩtudinem dñr de illis,

Matt. 7. Quia non omnis qui dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnum cœloꝝ. Nullam inuenis ſcripturã, q̃ de illis bene loquatur,quia tranſeuntes uiã nõ illos benedixerunt: Tranſeuntes Prophetæ oĩa mala de illis dixerũt. Ecce & iſte quẽ portamus Dauid tranſiit uiã. audiſtis quid de illis dicit, Dñs iuſtus concidet ceruices peccatoꝝ, confundantur & auertant retrorſum oẽs qui oderunt Sion. Fiant ſicut fœnũ tectoꝝ, quod prius q̃ euellatur aruit: Non repleuit manum ſuam meſſor,& ſinum ſuum qui manipulos colligit. Hæc de illis dixit. Non ergo ſupra illos iſte tranſiens bñdixit, & impletum eſt et per illum qđ ipſe dixit, Et non dixerunt tranſeuntes uiã, benediximus uos in nomine dñi. Et iſti tranſeuntes ſiue Prophetæ, ſiue Patriarchę, ſiue Apſi quicunq

A transierunt, si bene uiuimus frés, bñdixerunt nos
in nomine dñi. Qñ me, inquis, benedixit Paulus?
Qñ me benedixit Petrus? Attende in scripturis, ui-
de si bene uiuis, & uide ibi benedictum te fuisse.
Omnes bene uiuentes benedixerūt. Et quō benedi
xerunt? In nomine dñi, non in nomine suo sicut hę
retici. Qui.n. dicunt, quod nos damus, hoc est san-
ctum, in noie suo uolunt benedicere, non in noie
dñi. Qui autem dicunt, non sanctificat nisi deus,
nec quisquam est bonus nisi dono dei, ipsi in noie
dñi benedicunt, non in noie suo: Quia qui amici
sunt sponsi, nolunt esse adulteri sponsæ.

In Psalmum centesimum uicesimumnonum

Enarratio.

Voniam uos non solum oculis corporeis,
q sed etiam corde uigilare psumimus, intelli
genter nos cantare oportet, De profundis
clamaui ad te dñe, dñe exaudi uocem meam) Et-
enim uox hæc ascendentis est ptinens ad canticū
graduū. Debet itaq; unusquisq; nostrum uidere in
quo profundo sit, de quo clamet ad dñm. Clama-
Ionæ 2. uit de profundo Ionas de uentre ceti: Erat nō solū
B sub fluctib⁹, uerūetiam in uisceribus beluæ, nec tñ il
lud corpus & illi fluctus intercluserūt orationē ne
pueniret ad deū, & uenter bestię nō potuit tenere
uocē deprecātis. Penetrauit oia, dirupit oia, puenit
ad aures dei: si tñ nūc dicendum est, qa diruptis o-
mnibus peruenit ad aures dei, qñ aures dei in cor-
de precantis erant. Vbi.n. deum præsentem nō ha-
bet, cuius fidelis est uox? Verūtamen & nos debe-
mus intelligere de quo pfundo clamem⁹ ad dñm.
Profundum enim nobis est uita ista mortalis, Quis
quis se in profundo intellexerit, clamat, gemit, su-
spirat, & donec de profundo eruatur, & ueniat ad
eū q sup oēs abyssos sedet, sup cherubin, sup oia q̄
creauit, non solum corporalia, sed etiam spiritalia,
donec ad eum ueniat anima, donec ab illo liberet
imago ipsius quod est homo, q̄ in hoc profundo
tanq̄ assiduis fluctibus exagitato detrita est, & nisi
renouetur & reparet à deo q illā impressit, qñ for-
mauit hoiem, idoneus potuit esse homo ad casum
suū, non est idoneus ad resurrectionē suam: Semp
C in profundo est, nisi liberetur, ut dixi, semp in pro-
fundo est. Sed cū de profundo clamat, surgit de p-
fundo, & ipse clamor non eū pmittit multū in imo
esse. Valde.n. in profundo sunt, qui nec clament de
Pro. 18. pfundo: dicit scriptura, Peccator cū uenerit in p-
fundum maloꝝ, cōtemnit. Iam uidete fratres quale
profundū sit, ubi contēnitur deus. Cum quisq; ui-
derit se quotidianis peccatis obrutū, aceruis qbus-
dā & molib⁹ quibusdā iniquitatū premi, si dictum
illi fuerit ut deū roget, irridet. Quib⁹ modis? Primo
dicit, Si deo displicerēt facinora, ego uiuerē? Si cu-
raret de⁹ res humanas, ad tāta scelera q̄ feci, non so-
lum nō uiuerē, sed & bene mihi non esset. Solet.n.
hoc illis euenire qui multum in profundo sunt, &
prosperantur in iniquitatib⁹ suis: Et tāto magis in
profundū merguntur, quāto magis uident esse fœli-
ces: fallax.n. fœlicitas, ipsa est maior infœlicitas.
Deinde & hoc solēt hoies dicere, Iam qm̄ multa fe-
ci & damnatio imminet, hoc perdo q non facio qc
quid possum, & ex hoc perdor, cur non facio quic-
quid possum? Quō solent desperati latrones dice-
re, Sic me occisurus est iudex pro decē homicidiis,
quō pro quinq;, quō pro uno, quare iam non faciā?
D Quicquid mihi occurrerit facio: Hoc est, peccator
cum uenerit in profundum maloꝝ, contemnit. Sed
dñs Iesus Christus, qui nec profunda nostra contē
psit, qui usq; ad istam uitā uenire dignatus est, pro-
mittēs remissionem omnium peccatoꝝ, & iam de
profundo excitauit hominem, ut clamaret de pro-
fundo sub molibus peccatorum, & perueniret uox
pctōris ad deū. Vnde clamantis, nisi de profundo
maloꝝ? Et uidete qa uox peccatorū clamat de pro-
fundo, De profundis clamaui ad te dñe, dñe exau-
di uocem meā. Fiant aures tuæ intendentes, in uo
cem deprecationis meæ.) Vnde clamat? De profun
do. Quis est ergo q clamat? Peccator. Et qua spe cla
mat? Quia q uenit soluere peccata, dedit spem etiā
in profundo posito peccatori: ideo qd sequit post
istas uoces? Si iniquitates obseruaueris dñe, dñe
quis sustinebit?) Ecce aperuit de quo pfundo cla-
maret: Clamat.n. sub molibus, & fluctibus iniqui-
tatū suarum. Circūspexit se, circūspexit uitam suā,
uidit illam undiq; flagitiis & facinoribus cooper-
tam. Quacūq; respexit, nihil in se bonum inuenit,
nihil illi iustitiæ serenū potuit occurrere. Et cū tan
E ta & tam multa peccata undiq; & cateruas scelerū
suorum uideret, tanq̄ expauescēs exclamauit, Si ini
quitates obseruaueris dñe, dñe quis sustinebit? Nō
dixit, ego non sustinebo: sed quis sustinebit? Vidit
enim propè totam uitam humanā circūlatrari pec
catis suis, accusari omnes conscientias cogitationi-
bus suis, non inueniri cor castum, pręsumēs de sua
iustitia. Si ergo cor castum non potest inueniri qd
præsumat de sua iustitia, præsumat omniū cor de
misericordia dei, & dicat deo, Si iniquitates obser-
uaueris dñe, dñe quis sustinebit? Quæ autem spes
est? Qm̄ apud te propiciatio est.) Et q̄ est ista pro-
piciatio, nisi sacrificium? Et quod est sacrificium,
nisi quod pro nobis oblatum est? Sanguis innocēs
fusus deleuit oia peccata nocentiū: precium tm̄ da
tum redemit oēs captiuos de manu captiuantis ini
mici. Ergo est apud te propiciatio. Nam si nō esset
apud te propiciatio, si iudex solū esse uelles & mise
ricors esse nolles, obseruares oēs iniqtates nr̄as, &
q̄reres eas, qs sustineret? Quis ante te staret & dice-
ret, Innocēs sum? Quis staret in iudicio tuo? Spes er F
go una est: Qm̄ est apud te propiciatio. Propter
legem tuam sustinui te dñe.) Quam legē? Quę reos
facit? Data est.n. lex sancta, iusta, bona Iudæis, sed
reos eos potuit facere. Non data est lex q̄ posset ui- Galat. 3
uificare, sed q̄ ostenderet peccata peccatori. Pecca-
tor.n. oblit⁹ erat se, nec uidebat se: Data est illi lex,
ut uideret se. Fecit reū lex, liberauit lator legis. La-
tor.n. legis impator est. Lex data est q̄ terreat & cō-
stringat in reatū, & nō soluit lex à peccatis, sed ostē
dit peccata. Et forte sub ipsa lege posit⁹, aiaduertit
iste in profundo quāta fecerit cōtra legē, & sic ex-
clamauit, dicēs, Si iniquitatē obseruaueris dñe, do
mine qs sustinebit? Est ergo lex misericordiæ dei,
lex ppiciationis dei. Illa timoris fuit, ē alia lex cha-
ritatis. Lex charitatis dat ueniā peccatis, delet pteri
ta, admonet de futuris. In uia nō deserit comitē, co Matt. 5.
mes fit ei quē ducit in uia. Sed cōcordandū est cū
aduersario, dū es cū eo in uia. Est.n. sermo dei ad-
uersarius tuus, quādiu cū illo non concordas. Cō-
cordas aūt cū cœperit te delectare facere quod di-
cit sermo dei. Iam qui erat aduersarius, fit amicus:
sic finita uita † nō erit q tradat te iudici. Ergo pp le † al. uia

G gem tuam ſuſtinui te dñe, quia dignatus es legẽ mi
ſericordiæ afferre, mihi dimittere oĩa peccata mea,
dare mihi de cætero monita, ne te offendã: In ipſis
monitis ſi qđ forte titubauero, dediſti mihi reme-
Matth. 6 dium quo te orẽ, dicens, Dimitte nobis debita no-
ſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.
Hãc lege ſtatuiſti mihi, ut quõ dimitto, dimittatur
mihi: Propter hanc legẽ ſuſtinui te dñe. Expectaui
qñ uenias & liberes ab omni neceſsitate, quia in ip
ſa neceſsitate non deſeruiſti legẽ miſericordiæ. Au
di quã legẽ dicat, ſi nondũ intellexiſti: Quia legem
Gala. 6. modo dicit charitatis, audi Apl'um, Inuicem onera
ueſtra portate, & ſic implebitis legem xp̃i Qui por-
tant inuicẽ onera ſua, niſi q habent charitatẽ? Qui
non habent charitatẽ, graues ſunt ſibi: qui aũt ha-
bent charitatẽ, portant ſe. Læſit te aliquis, petit ue-
niã: ſi nõ dimittis, non portas onus fratris tui: ſi di
mittis, portas infirmũ. Et tu ſi forte in aliquã infir-
mitatẽ incideris quaſi homo, oportet ut ſic te por-
tet & ille, quẽadmodũ & tu: audi qđ p̃ceſſerit, Frẽs,
inqt, ſi p̃occupatus fuerit homo in aliquo delicto,
uos q ſpiritales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu
H lenitatis. Et ne forte qa ſpiritales monuerat, uelut
ſecuri ſibi uiderẽtur, cõtinuo ſubiecit, Intẽdẽs teip
ſum, ne & tu tẽteris: deinde qđ cõmemoraui ſubiũ
xit, Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis
De uerb. legẽ xp̃i: unde & dicit, Propter legẽ tuã ſuſtinui te
Apoſtoli dñe. Dicuntur cerui qñ tranſeunt freta in p̃ximas
ſer. 21. Et inſulas paſcuæ gratia, capita ſup ſe inuicẽ ponere:
ĩ li 83. q. Et unus q ante eſt ſolus portat caput, & non ponit
quaeſt. 71. ſup alterũ Sed cũ & ipſe defecerit, tollit ſe ab ante-
riore parte, redit poſterius, ut & ipſe in altero requi-
ſcat, & ſic portant oẽs onera ſua, & p̃ueniunt ad qđ
deſyderãt, & non patiũtur naufragiũ, qa quaſi na-
uis eſt illis charitas. Itaq; charitas portat onera, ſed
nõ timeat ne p̃matur talibus oneribus: Ne peccatis
ſuis unuſquiſq; p̃matur, attendat. Nã qñ portas in-
firmitatẽ fratris tui, non te onerant peccata ipſius.
Planẽ ſi cõſentias, iam tua te p̃munt, non alterius.
Quiſqs.n. cõſenſerit peccatori, nõ alienis ſed ſuis
grauatur. Conſenſio enim ad peccatũ alterius, tuũ
fit peccatũ, & nõ eſt quare queraris, q; peccata alie-
I na te premãt: dicitur enim tibi, Premut te, ſed tua.
Pſal. 49. Vidiſti furẽ, cucurriſti cũ eo. Quid eſt hoc? Pedib'
ambulaſti ad furtũ, imò mente cõiunxiſti te furto.
Quod ipſius ſolũ erat, factũ eſt & tuum, quia pla-
cuit tibi. Si aũt diſplicuerit tibi & oraueris pro eo,
& deprecatus ueniã dederis, ut poſsis libera fronte
dicere in p̃cibus tuis, quas tibi iuriſperitus cœleſtis
Matt. 6 dictauit, Dimitte nobis debita nr̃a, ſicut & nos di-
mittimus debitoribus nr̃is: didiciſti portare onera
fratris tui, ut & alius portet ſi qua ſunt tua, & fiat in
Galat. 6. uobis qđ ait Apl's, Inuicem onera ueſtra portate, &
ſic implebitis legẽ xp̃i. Ita ſecurus cantas qđ modo
dictũ eſt, Propter legem tuam ſuſtinui te dñe. Hanc
aũt legem qui non ſeruat, non ſuſtinet dñm: nec ſi
uelit ſuſtinere, cauſa eſt quare ſuſtineat, inaniter ſu
ſtinet. Venturus eſt enim dñs, & inuenturus pecca-
ta tua: quod aũt p̃fecta iuſtitia uixiſti, non eſt inuẽ
turus. Homicidia forte: Grauia ſunt enim & ualde
maiora: Nõ eſt inuenturus adulteriũ? Non eſt inuẽ
turus furta? Nõ eſt inuenturus rapinã? Nõ eſt inuẽ-
turus maleficia? Nõ eſt inuenturus idololatriã? Nõ
eſt iſta inuẽturus. Nihil eſt ergo inuẽtur'? Audi ſer-
Matth. 5. monẽ Euãgelij: Qui dixerit fratri ſuo fatue. Ab iſtis

etiã peccatis linguæ minutiſsimis qs abſtinet? Sed K
forte dicis, Parua ſunt, Reus erit, inqt, gehẽnę ignis.
Si paruũ tibi uidet aut modicũ fratri dicere fatue,
uel gehenna ignis uideatur tibi magna. Si contẽne 4. ſer. di.
bas minui peccatũ, uel pœnę magnitudine deterre 16. c Sed
re: ſed dicis, Minora ſunt, minuta ſunt, ſine qb' non illa. et de
poteſt eſſe iſta uita. Cõgere minuta, & faciũt ingen- pe. di. 1.
tẽ aceruũ. Nam & grana minuta ſunt, & tñ maſſam ca. Tres
faciũt: & guttæ minutæ ſunt, & flumina implẽt & ſunt. §.
moles trahũt. Ideo & ille cõſyderãs, q̃ multa minu- Eſt n.
ta peccata quotidiana committat hõ, ſi nihil aliud
uel p cogitationes & linguã attendit q̃ multa ſunt:
& ſi attedit q̃ minuta ſint, uidet p multa minuta fie
ri aceruũ magnũ, & non quaſi peccata ſua priſtina
cogitãs, ſed ipſam fragilitatẽ humanã, iã aſcendens
clamat, De profundis clamaui ad te dñe, dñe exau-
di uocẽ meam: Fiant aures tuæ intẽdentes in uocẽ
deprecationis meæ: Si iniqtates obſeruaueris dñe,
dñe qs ſuſtinebit? Vitare poſſum homicidia, adul-
teria, rapinas, periuria, maleficia, idololatriã: Nun-
quid & peccata linguæ? Nunqd & peccata cordis?
ſcriptum eſt, Peccatum iniquitas eſt. Quis ergo ſu- 1 Ioan. 3.
ſtinebit, ſi tu iniqtates obſeruaueris? Si nobiſcũ ſe- L
uerus iudex agere uolueris, nõ miſericors pater, qs
ſtabit ante oculos tuos? Sed eſt apud te p̃pitiatio,
pp legem tuã ſuſtinui te dñe. Quæ & qualis lex eſt
iſta? Inuicem onera ueſtra portate, & ſic implebitis Gal. 6.
legem xp̃i. Qui portant inuicem onera ſua? Qui fi
deliter dicunt, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut Matth. 6.
& nos dimittimus debitoribus noſtris. Suſtinuit
aĩa mea in uerbũ tuum) Nemo ſuſtinet, niſi q nõ-
dum accepit quod promiſſum eſt. Nam q iam acce
pit, qđ ſuſtinet? Accepimus remiſsionem peccatorũ,
ſed promiſſum eſt nobis regnum cœlorum. Debita
noſtra deleta ſunt, ſed merces noſtra adhuc futura
eſt. Accepimus ueniã, ſed æternã uitam nondum te
nemus: Sed qui dedit ueniã, ipſe promiſit uitã ęter-
nam. Si uerbum noſtrũ eſſet, deberemus timere: qa
uerbũ dei eſt, nõ fallit. Securi ergo ſperamus in uer
bis eius q fallere non poteſt. Sperauit anima mea
in dñm: A uigilia matutina uſq; ad noctem. Quid
eſt, qđ ait? Vna die ſperauit in dño, & finita eſt tota
ſpes ipſius? A uigilia matutina uſq; ad noctem ſpe-
rauit Iſrael in dñm. Iſta uigilia matutina, finis no- M
ctis eſt: hinc uſq; ad noctem ſperauit anima mea in
dñm. Ergo intelligendum eſt, ne putemus uno die
nobis ſperandum eſſe in dñm, a uigilia matutina
uſq; ad noctem. Quid ergo fratres putatis hoc eſſe,
à uigilia matutina uſq; ad noctẽ, ſperauit aĩa mea
in dñm? Quia dñs per quẽ nobis dimiſſa ſunt pec
cata, i uigilia matutina reſurrexit a mortuis, ut hoc
ſperemus i nobis futurum, quod p̃ceſsit in dño. Iã
enim peccata noſtra dimiſſa ſunt, ſed nondum re-
ſurreximus. Si nondum reſurreximus, nondum in Marci. 16
nobis factũ eſt qđ præceſsit in capite noſtro Quid
p̃ceſsit in capite noſtro? Quia & caro ipſius capitis
reſurrexit: ſpiritus illius capitis nunquã mortu' eſt.
Sed qđ in eo mortuus eſt, reſurrexit: Reſurrexit aũt
tertia die: & quodammodo hoc nobis dixit domi-
nus, Quod in me uidiſtis, ſperate in uobis: id eſt, qa
erit reſurrectio, reſurgetis & uos. Sed ſunt q dicant,
Ecce reſurrexit dñs, nunquid propterea ſperandũ
eſt & me poſſe reſurgere? Vtiq; ppea In hoc enim re-
ſurrexit dñs, quod a te accepit. Non enim reſurge-
ret, niſi mortuus eſſet. Non aũt mortuus eſſet, niſi
carnem

A carnē portasset. Quid accepit à te dñs? Carnē. Quid uenit ipse? Verbū dei quod erat ante omnia, ꝑ quod

Ioan. 1. facta sunt omnia. Sed ut acciperet abs te aliqd, uerbū caro factū est, & habitauit in nobis. Accepit abs te quod offerret ꝑ te, q̄uo accepit à te sacerdos qđ pro te offerat q̄ū uis placare deū pro peccatis tuis. Iam factū est, ita factū est: Sacerdos noster à nobis accepit quod pro nobis offerret. Accepit.n. à nobis carnē, in ipsa carne uictima factus est, holocaustū factus est, sacrificiū factus est. In passione sacrificiū factus est, in resurrectione innouauit illud qđ occisum est, & tanꝙ primitias tuas dedit deo, & ait tibi, Consecrata sunt iam omnia tua, q̄n tales primitiæ tuæ de te datæ sunt deo. Spera ergo & in te futurū, quod p̄cessit in primitijs tuis. Ergo ille q̄a uigilia matutina resurrexit, cœpit anima nr̄a ex hoc sperare. Et quousꝙ? Vsꝙ in noctem, quousꝙ moriamur. Omnis.n. mors nostra carnalis, quasi somnus est. Cœpisti sperare ex quo resurrexit dñs, noli deficere sperare quousꝙ exeas ab hac uita. Nam si nō usꝙ ad noctem speraueris, deletur totū quod sperauc-

B ras. Sunt.n. homines qui incipiunt sperare, sed non perseuerant usꝙ ad noctē. Incipiunt pati tribulationes aliquas, incipiunt pati tentationes, uidēt homines malos & iniquos fœlicitate tēporali pollere, & q̄m talia sperabant de dño, ut hic essent fœlices, attendunt eos q scelera fecerunt habere qnod ipsi habere desyderabant, & deficiunt pedes eoꝝ, & desinunt sperare in dño. Quare? Quia nō à uigilia matutina cœperūt sperare. Quid est hoc? Nō hoc sperare cœperunt de dño, quod p̄cesit in dño ab illa uigilia matutina, sed sperabāt de domino, ut si essent Xp̄iani, haberent plenam domū frumento, uino & oleo, auro & argento, nullus eoꝝ moreretur imaturus: si quis eoꝝ nō haberet filios, acciperet: si uxorē nō duxisset, duceret: nō abortiret nō solum aliqua mulier in domo eius, sed nec pecus eius: nō acescerent cupę eius, nō grandinaretur uinea eius. Qui sic sperabat in dño, animaduertit his rebus abundare eos, qui nō colunt dñm, & defecerunt pedes eius, & nō sperauit usꝙ ad noctem: quia nō cœpit à uigilia

Psal. 171. matutina sperare. Quis ergo sic incipit à uigilia ma-

C tutina sperare? Qui hoc sperat de dño, quod cœpit ostēdere à uigilia matutina in qua resurrexit. Antea enim nemo resurrexerat semper uicturus. Intendat charitas uestra. Resuscitati sunt iā mortui ante ad-

3. Re. 17. uentū domini. Nam Helias resuscitauit mortuū &

4. Re. 4. Helisæus, sed resurrexerunt iterū morituri. Dñs ipse quos resuscitauit, morituri resurrexerunt, siue ille

Luc. 7. iuuenis filius uiduæ, siue illa puella duodecim an-

Matt. 9. noꝝ filia archisynagogi, siue Lazarus. Aliter resusci-

Ioan. 11. tati sunt oēs morituri. Semel nati sunt, sed bis mortui sunt. Nemo resurrexerat nunquā moriturus nisi dñs. Quādo aūt resurrexit dñs nunquā moriturus? A uiglia matutina. Hoc spera & tu de dño resurrecturū te, non q̄uo Lazarus resurrexit, nō q̄uo filius uiduæ & archisynagogi filia resurrexerunt, nō q̄uo quos suscitauerunt antiqui prophetæ: sed resurrecturū te spera q̄uo dñs, ut post resurrectionem qua resurrexeris nō te iam timeas moriturū: Et cœpisti sperare à uigilia matutina. Spera aūt usꝙ ad noctē, quousꝙ finiatur hæc uita, quousꝙ fit nox uniuersi generis humani in occasu seculi. Quare hucusque? Quia post hanc uitæ noctem iam non erit spes, sed

Roma. 8. ipsa res. Spes.n. quæ uidetur nō est spes, Ap̄ls dicit, Quod.n. uidet quis, quid sperat? Si autē quod non **D** uidemus speramus, ꝑ patientiam expectamus. Si ergo patienter expectare debemus quod nō uidem⁹, usꝙ ad noctem speremus. i. usꝙ ad finem huius uitæ nostræ uel seculi. Cū autē nox ista trāsierit, iam ueniet quod sperabamus, & non iam spe. abimus, nec tamē desperati erimus. Est.n. uituperatio desperatoꝝ, & aliquando detestamur hominem, & dicimus, nō habet spem. Nō semper malum est nō habere spem, In hac uita, cū sumus, malum est non habere spem. Qui.n. modo spem non habet, rem postea nō habebit. Ergo modo spem debemus habere. Sed cum res uenerit, nunquid spes erit? Quod.n. uidet quis, quid sperat? Veniet dñs deus noster primo, formā ipsam in qua crucifixus est & resurrexit demostraturus generi humano, ut uideant pij & impij. Illi uideant & gratulenē inuenisse se quod crediderunt anteꝙ uiderent, & illi erubescant nō se credidisse, quod uidebunt. Erubescētes dānabuntur, & gratulati coronabuntur: dicetur cōfusis, Ite in ignē Matt. 25. ęternū, qui paratus est diabolo & angelis eius: dicetur gaudentib⁹, Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod uobis paratū est ab origine mūdi. Quod cū acceperint, iam spes nō erit, quia res tenebitur. Trāsacta ergo spe, trāsibit nox illa, sed donec **E** fiat à uigilia matutina speret anima nostra in dño: & redit ad illud, A uigilia matutina. Speret Israel in dñm.) A uigilia matutina usꝙ ad noctem, speret anima mea in dñm. Sed quid sperabit? A uigilia matutina speret Israel in dñm. Non solum speret Israel in dñm, sed à uigilia matutina speret. Israel ergo culpo, spem seculi quādo sperat de deo? Non: Sed alia Israel est propria. Non pro summo suo bono super Israel diuitias, nō salutem corporis, nō abundantiā terrenoꝝ, imò tribulationē hic habiturus est, si forte cōtigerit illi propter ueritatem pati aliquas molestias. Nō.n. non sperabant in deum martyres, & tamen talia sunt passi, qualia latrones, qualia iniqui, subiecti ad bestias, ignib⁹ cōcremati, gladio percussi, ungulis exarati, catenis obstricti, carcere necati. Ista omnia mala passi, non sperabant in dñm? Aut ideo sperabāt, ut istis malis carētes, hac uita fruerentur? Nō planē, q̄a à uigilia matutina sperabāt. Quid est **F** hoc? Consyderabant illam uigiliam matutinā, qua resurrexit dñs eoꝝ, & uidebant quia antequā resurgeret talia & ipse passus erat, qualia & ipsi patiebantur, & nō desperabant etiam se post tales passiones resurrecturos ad uitā ęternā. Sperauit Israel in dñm à uigilia matutina usꝙ ad noctē. Q̄m apud dñm misericordia est, & multa apud illum redemptio.) Magnifice: Melius dici non posset loco suo, propter illud quod dixit, A uigilia matutina speret Israel in dominum. Quare? Quia à uigilia matutina resurrexit dñs, & hoc debet sperare corpus, quod in capite præcessit. Sed ne suggeratur ista cogitatio, Capiti licuit resurgere, q̄a peccatis nō premebatur, & nullū peccatū erat in illo: Quid nos facturi sumus? Sperabimus talem resurrectionem qualis in domino pręcessit, cū peccatis nostris aggrauentur? Sed uide qđ sequitur, Quoniam apud dominum misericordia, & multa apud illum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.) Ergo si premebatur peccatis suis, adest misericordia dei. Ideo præcessit ille sine peccato, ut deleat peccata sequentium. Nolite in uobis præsumere, sed à uigilia ma-

G tutina presumite. Videte caput uestrũ resurrexisse & ascendisse in cœlũ. In illo culpa nõ erat, sed p illum uestræ culpæ delebuntur. Ipse redimet Israel ex oĩbus iniquitatibus eius. Quia Israel uendere se potuit, & fieri uenũdatus sub peccato, redimere se ab iniquitatib⁹ nõ potest. Ille potuit redimere, q se nõ potuit uendere. Qui non cõmisit peccatum, ipse est redemptor à peccato, ipse redimet Israel. Vnde redimet? Ab illa iniquitate, an ab illa? Ab oĩbus iniquitatibus suis. Nõ ergo timeat accessurus ad deum aliquas iniqtates suas, tantũmodo accedat pleno corde, & desinat ipsam facere quę antea faciebat, & nõ dicat, illa iniquitas nõ mihi dimittitur. Si enim hoc dixerit, propter ipsam quã putat sibi nõ dimitti, nõ se conuertat, & faciendo cætera non illi dimittitur & illud quod non timebat, Quia feci, inquit, scelus magnum, & nõ mihi potest dimitti, iam faciam & cætera. Hoc enim perdo, quod non facio. Noli timere: In profundo es, noli contemnere de profundo clamare ad dñm & dicere, Si iniquitates obseruaueris dñe, dñe quis sustinebit? Obserua illum, & expe

H ćta illum, & sustine propter legem ipsius. Quã legẽ

Matth.6. tibi dedit? Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Spera te resurrecturum, & tunc futurum omnimodo sine peccato, qm̃ ille surrexit, qui primus fuit sine peccato. A uigilia matutina spera, Noli dicere, Ego non sum dignus propter peccata. Non est dignus, sed multa apud illum redemptio: Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

In Psalmum 130. Enarratio.

I N isto psalmo cõmendatur nobis humilitas serui dei & fidelis, cuius uoce cantatur, quod est uniuersum corpus Xp̃i. Sæpe.n. admonuimus charitatem uestram, nõ quasi unius hominis cãtantis uocẽ accipi debere, sed omnium qui sunt in Christi corpore. Et qa in illius corpore sunt omnes, tanquã un⁹ homo loquitur, Et ipse est unus, qui & multi sunt. Multi.n. sunt in seipsis, unus sunt in illo, quia unus est: ipsum est autẽ etiam tem

1.Cor.3. plum dei, de quo dicit Apl̃s, Tẽplum.n. dei sanctũ est, quod estis uos. Omnes qui credunt in Xp̃m, &

I sic credunt ut diligant. Hoc est.n. credere in Xp̃m,

Iacobi.2. diligere Xp̃m: non qũo dęmones credebant, sed nõ diligebant Xp̃m, & ideo quãuis crederent, dicebãt,

Marc.16. Quid nobis & tibi est fili dei? Nos aũt si credamus,

Luc.4. ut in ipsum credamus diligentes eum, & non dicamus, quid nobis & tibi est: sed dicamus potius, ad

1.Petr.2. te pertinemus, tu nos redemisti. Omnes ergo q sic

Gen.6. credunt, tanquã lapides sunt uiui, de quibus templum dei ędificatum est: & tanquã ligna imputribilia quibus arca illa cõpacta est, quæ in diluuio mergi nõ potuit. Hoc autẽ templum est.i. ipsi homines, ubi rogatur deus & exaudit. Quisquis.n. p̃ter templum dei orauerit deum, nõ exauditur ad illam pacem supernæ Hierusalem, & si exauditur ad quædã temporalia, quæ deus & Paganis donauit. Nam & ipsi dæmones exauditi sunt, ut irent ĩ porcos. Exau

Matt.8. diri ad uitam æternam aliud est, nec cõceditur nisi ei qui in templo dei orat. Ille autẽ in tẽplo dei orat, qui orat in pace ecclesiæ, in unitate corporis Xp̃i, quod corpus Xp̃i constat ex multis credentibus in toto orbe terrarũ, & ideo exauditur, qa orat in tem

Ioan.4. plo. Ipse.n. orat in spiritu & ueritate, qui orat in pace ecclesiæ, nõ in illo templo ubi figura erat. Secundum figurã enim dñs exclusit homines de templo K

illos, qui sua q̃rebant.i. propter uendendum & emẽdum ibant in tẽplum. Si autẽ figura erat illud tem Ioan.2.

plum, manifestum est quia & corpus Xp̃i, quod est uerũ tẽplum cuius illa imago erat, habet pmixtos ementes & uendentes.i. sua quærentes, nõ quæ Iesu Christi. Sed excluduntur inde flagello resticulę. Restis.n. peccata significat, sicut dicitur per Prophetã,

Væ eis qui trahunt peccata uelut restem longã. Illi Esa.5.

autẽ trahunt peccata sicut restem longã, qui addũt peccata peccatis, qui cũ fecerint unum peccatũ ut cooperiant illud faciunt alterum. Qũo.n. ut restis fiat additur spartum sparto, non autẽ in rectum it, sed torquetur: sic omnia praua facta q̃ sunt peccata cũ adduntur sibi, & addendo peccato peccatum, & peccatũ ad peccatũ annectitur, fit restis lõga: Quorum semitæ prauæ, & flexuosi gressus eorũ. Quo ualet autem ista restis, nisi ut inde ligentur ei manus & pedes, & proijciatur quisq; ĩ tenebras exteriores? Meministis.n. dictum de quodã peccatore in Euan

gelio, Ligate illi man⁹ & pedes, & proijcite illum in Matt.22.

tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentiũ. L

Nõ ergo esset unde illi ligarent manus & pedes, nisi ipse sibi restem fecisset: unde apertissime alio loco

scriptũ est, Criniculis peccatoꝝ suorum unusquisq; Prouer.5.

cõstringitur. Ergo qd de peccatis suis homines ua

pulans, ideo dñs flagellum de resticula fecit, & in Ioan.2.

de expulit de tẽplo omnes qui sua q̃rebant, nõ quæ Philip.2.

Iesu Xp̃i: huius ergo templi uox est ĩ Psalmo, In hoc tẽplo, ut dixi, rogatur deus, & exaudit ĩ spiritu & ue

ritate, nõ in illo corporali. Nam illic umbra erat, in Ioan.4.

qua demonstraret quod uenturũ erat. Ideo illud iã cecidit. Cecidit ergo domus orationis nr̃æ? Absit, Non.n. illud tẽplum, quod cecidit hoc potuit dici domus orationis, de qua dictũ est, Domus mea domus orationis uocabitur oĩbus gentibus. Audistis

enim quid dixerit dñs Iesus Xp̃s, Scriptum est, Do Matt.21.

mus mea domus orationis uocabitur oĩbus genti Ioan.2.

bus, uos autẽ fecistis eam speluncam latronũ. Nunquid illi, qui uoluerunt facere domũ dei speluncã latronũ, fecerunt ut rueret templum? Sic & illi qui male uiuũt in ecclesia catholica, quantũ in ipsis est domũ dei uolunt facere speluncã latronũ, nec ideo

euertunt tẽplum. Veniet.n tempus quãdo de reste M

peccatoꝝ suoꝝ foras mittantur. Hoc autẽ templum dei, hoc corpus Xp̃i, hęc cõgregatio fidelium unam uocẽ habet, & tanquã unus homo, cantat ĩ psalmo. Eius uocẽ iam in multis psalmis audiuimus, audiamus & in isto. Si uolumus nostra uox est, si uolum⁹ aure audimus cantantem, & nos corde cantamus. Si autẽ nolumus, erimus in illo templo tanq̃ ementes & uendentes.i. nostra quęrentes: Intramus ecclesiam, nõ ad ea quæ placent oculis dei. Videat ergo in numero uestro quis qũo audiat, utrum audiat & irrideat, utrum audiat & post se ponat, utrum audiat & cõsonet.i. sentiat hic uocem suam, & adiungat uocẽ cordis sui uoci psalmi huius. Tamen uox psalmi huius non tacet: instruantur qui possunt, imó qui uolunt, qui nolunt, non impediant. Cõmendetur nobis humilitas, inde cœpit.

Expositio Psalmi.

D Omine nõ est exaltatũ cor meum.) Sacrificium obtulit. Vnde pbamus, qa sacrificiũ obtulit? Quia humilitas cordis nr̃i sacrifi

cium est: dr̃ in alio psalmo, Qm̃ si uoluisses sacri Psal.50.

A ficiũ dediſſem utiq;:ſatis uolebat facere deo ꝓ pec-
catis ſuis, ꝓpiciare illũ uolebat, ut acciperet indul-
gentiã peccatorũ. Et quaſi q̃rens unde illũ ꝓpicia-
ret, Si uoluiſſes, inquit, ſacrificiũ dediſſem, utiq; ho
locauſtis nõ delectaberis. Ergo ſuperflue quęrebat
aut arietes, aut tauros, aut aliq̃ talem uictimã unde
placaretur deus. Quid ergo? Quia holocauſtis non
delectatur deus, nõ accipit ſacrificiũ, & ſine ſacrifi-
cio placatur? Si nullũ ſacrificiũ eſt, nullus ſacerdos
eſt. Si aũt habemus ſacerdotẽ in cœlis q pro nobis
Rom. 8. interpellat patrem: Intrauit .n. in ſancta ſanctorũ in
Heb. 9. interiora ueli, quò non intrauit ſacerdos in figura
niſi ſemel in anno, ſicut & dñs in toto tempore ſe-
mel oblatus eſt: Ipſe obtulit ſe, ipſe ſacerdos, ipſe ui
ctima, & intrauit in ſancta ſanctorũ ſemel, & iã non
Roma. 6 morietur, nec mors ei ultra dominabitur. Securi ſi-
mus qa habemus ſacerdotem, ibi offeramus & ho-
Sacrifici- ſtiã. Videamus, quod ſacrificiũ debemus offerre, qa
um Chri holocauſtis nõ delectatur deus noſter, ſicut audi-
ſtianorũ. ſtis in pſalmo, ſed ibi ſeqtur & oſtendit qd offerat,
Pſal. 50. Sacrificiũ deo ſpiritus contribulatus, cor contritũ
B & humiliatũ deus non ſpernit. Si ergo humiliatum
cor ſacrificium deo eſt, ſacrificium obtulit, q dixit,
Dñe non eſt exaltatũ cor meum: uide alio loco ſic
Pſal. 130. offerentẽ, dicit deo, Vide humilitatẽ meã & labo-
rem meũ, & dimitte oia peccata mea, Dñe non eſt
exaltatũ cor meũ. Neq; in altum elati ſunt oculi
mei: Neq; ingreſſus ſum in magnis, neq; in mirabili
bus ſup me.) Hoc planius dicatur & audiatur, Nõ
fui ſupbus, nolui quaſi in mirabilibus innoteſcerẽ
hoibus, & nec quæſiui aliqd ſupra uires meas, un-
de me apud imperitos iactarẽ. Intẽdat charitas ue-
ſtra: Magna res cõmendatur, qũo Simõ ille magus
in mirabilibus ingredi uolebat ſuper ſe, ppea plus
illum delectauit potentia Apoſtolorum, q̃ iuſtitia
Chriſtianorum. At ubi uidit per manus impoſitio
Act. 2 nem Apoſtolorum & p orationes eoꝝ deũ dare fi-
delibus ſpiritumſanctũ, & qa tunc p miraculũ de-
monſtrabatur aduẽtus ſpiritusſancti, ut linguis lo
querentur quas non didicerãt oẽs, ſup quos uenie-
bat ſpiritusſanctus. Nec ideo modo nõ datur ſpiri-
tusſanctus, qa linguis nõ loquuntur, q credũt. Ideo
C enim tũc oportebat ut linguis loquerẽtur, ut ſigni
ficarent oẽs linguas xp̃o credituras: Vbi impletum
Act. 8 eſt qd ſignificabatur, miraculũ ablatũ eſt. Cũ ergo
hoc uideret Simõ magus, uoluit talia facere, nõ ta-
lis eſſe: & noſtis qa ẽt pecunia putauit cõparandũ
ſpiritumſanctũ. Erat ergo de talibus, q in templum
intrant ad emendũ & uendẽdũ: emere uolebat qd
uendere diſponebat. Et uere fratres mei quia talis
erat ille, & ſic itrauerat ad eos, dñs illos expulit de
templo q columbas uendebant. Columba aũt ſpi-
ritumſanctũ ſignificabat. Volebat ergo Simõ eme-
Matt. 21. re columbã & uendere columbã. Acceſſi dñs Ieſus
xp̃s, qui habitabat in templo Petri, & flagello reſti-
culæ expulit foras malum mercatorem. Ergo ſunt
Ioan. 2 hoies quos delectat miraculum facere, & ab eis q
profecerunt in eccleſia miraculum exigunt, & ipſi
qui quaſi profeciſſe ſibi uidentur talia uolũt face-
re, & putant ſe ad deũ non ptinere ſi non fecerint.
Dñs autẽ deus noſter qui nouit quid cui tribuat, &
ut ſeruetur compago corporis in pace, alloqtur ec-
1. Cor. 12. cleſiam p Apoſtolũ, Non poteſt dicere oculus ma-
nui, opꝰte nõ habeo, aut iterũ caput pedibus, opus
uobis nõ habeo. Si totũ corpꝰ oculus, ubi auditus?

Si totũ corpus auditus, ubi odoratus? Ergo in mẽ- D
bris noſtris uidetis fratres, qũo ſingula officiũ ſuũ
habeãt mẽbra. Oculus uidet & nõ audit, auris au-
dit & nõ uidet, manus operatur, nec audit nec ui-
det, pes ambulat nec audit nec uidet, nec facit qd
facit manus. Sed in uno corpore ſi ſit ſanitas, & nõ
aduerſum ſe litigẽt mẽbra, & auris uidet in oculo,
& oculus audit in aure: nec obijci poteſt auri quod
nõ uidet, ut dicatur ei, Nihil es, minor es. Nunqd ui
dere & diſcernere colores potes, qd facit oculus? Re
ſpõdit .n. auris de pace corporis & dicit ibi ſum ubi
eſt oculus, in eo corpore ſum: in me nõ uideo, in il-
lo cũ quo ſum uideo. Ita cũ auris dicit, oculus mi-
hi uidet: oculus dicit, auris mihi audit: oculi & au-
res dicũt, manus nobis operant̃: manus dicũt, ocu
li & aures nobis uident & audiũt: oculi & aures &
manus dicunt, pedes nobis ambulant: Oia in uno 1. Cor. 12.
corpore cũ operant̃, ſi ſit ibi ſanitas & cõcordent
mẽbra, gaudet & congaudent ſibi: Et ſi aliqd mo-
leſtię ſit in aliquo mẽbro, nõ ſe deſerũt, ſed compa
tiunt̃ ſibi. Nunqd qa in corpore pes, quaſi lõge ui-
det̃ ab oculis? Illi .n. ſunt locati i ſublimitate, illi au E
tẽ infra poſiti. Qñ forte pes ſpinã calcauerit, deſe-
rũt oculi, & nõ ſicut uidemus totũ corpus cõtrahi
tur, & ſedet hõ, curuat̃ ſpina dorſi, ut qrat̃ ſpina q̃
hæſit in planta? Oia mẽbra quicqd poſſunt faciũt,
ut de infimo exiguo loco ſpina quæ inhæſerat edu
catur. Si ergo fratres quiſquis in corpore xp̃i nõ po
teſt reſuſcitare mortuũ, non illud quærat, ſed q̃rat
ne diſcordet in corpore, qũo ſi auris quærat uide-
re, diſcordare poteſt. Nam quod non accepit, non
poteſt facere. Sed ſi ei obiectum fuerit & dictum ſi
iuſtus eſſes, reſuſcitares mortuos, qũo reſuſcitauit
Petrus. In xp̃o enim maiora uidẽtur feciſſe Apoſto Act. 9
li, quàm ipſe dñs. Sed unde fieri poteſt, ut plus ua-
leant ſarmenta quàm radix? Quomodo autem qua
ſi maiora uidentur feciſſe illi, quàm ille? Ad uocem
dñi ſurrexerunt mortui, ad umbra tranſeuntis Pe- Ioan. 11
tri ſurrexit mortuus: maius hoc uidetur q̃ illud. Sed Act. 5
xp̃s facere ſine Petro poterat, Petrus niſi in xp̃o nõ
poterat: Quia ſine me, inquit, nihil poteſtis facere. Ioan. 15.
Cũ ergo hoc audierit homo q proficit, quaſi obie-
cta n calumniam ab ignaris paganis, ab homini- F
bus neſcientibus quid loquantur, in compage cor-
poris xp̃i reſpondeat & dicat, Quid dicis? Non es 1. Cor. 12
iuſtus, quia non facis miraculum. Poſsis & audiri
dicere, Non es in corpore, quia non uides. Faceres,
inquit, & tu ſicut & Petrus fecit. Sed ipſe Petrus &
mihi fecit, qa in eo corpore ſum, in quo Petrus fe-
cit. In illo qd poteſt poſſum, à quo diuiſus nõ ſum.
Quòd minus poſſum, cõpatitur mihi: & ꝙ plus po
teſt, cõgaudeo illi: ipſe dñs deſup clamauit pro cor
pore ſuo, Saule Saule, qd me perſequeris: & ipſum Act. 9
nemo tãgebat, ſed ꝓ corpore in terra laborante ca
put de cœlo clamabat. Si ergo frẽs unuſquiſq; qd
poteſt iuſte egerit, & in eo ꝙ alius plus poteſt nõ i-
uiderit, ſed cõgratulatus fuerit, tanquã in uno cor-
pore cũ eo conſtitutus, ptinet ad eum uox iſta Pſal
mi, Dñe non eſt exaltatum cor meum, neq; in altũ
elati ſunt oculi mei, neq; ingreſſus ſum in magnis,
neq; in mirabilibus ſuper me. Quod enim exceſsit
uires meas, ait, nõ q̃ſiui, nõ ibi me extẽdi, nolui ibi
magnificari. Nã iſta exaltatio de abundãtia gratia-
rũ q̃ ſit timẽda, ne qs de dono dei ſupbiat, ſed ma-
gis ſeruet humilitatẽ, & faciat qd ſcriptũ eſt, Quan-

G to magnus es, tanto humilia te in oĩbus, & coram
Eccli.3. deo inuenies gratiam: Quã ergo timenda sit sup-
bia de dono dei, ẽt atq; etiam commendandũ est
charitati uestræ maxime qa Psalmus breuissimus
permittit nos loqui. Paulus Apostolus quanuis ex
psecutore factus sit prædicator, abundantiorẽ gra
tiam consecutus est in omni labore apostolico, q̃
cęteri Apostoli, ut magis deus ostenderet suũ esse
quod dat, non hominis. Q̃uo solent medici poten
tiam suę artis in desperatis ostendere: sic & dñs no
ster Iesus xp̃s medicus & saluator noster in despera
to, q persecutor ecclesiæ fuit, ostendit magnitudi-
nem artis suę, ut non solum eum xp̃ianum faceret
1.Cor.15. sed & Apostolum: nec tm̃ Apostolum, sed sicut ip-
se dicit, plus oĩbus illis laboraret. Excellentissimæ
ergo grãæ fuit. Et uidetis frẽs, quia modo in ecclesia
Pauli Apostoli eplæ uigent, magis q̃ coapostolorũ
eius. Alij.n.nõ scripserunt, sed tm̃ locuti sunt in ec-
De fide clesia Nam quæ proferuntur ab errantibus sub no
contra mine ipsorũ, quia non sunt ipsorum, improbantur,
Mani.ca. nec acceptantur ab ecclesia: Alij autem qui scripse
5.&.38. runt, nec tm̃, nec tanta gratia scripserunt. Cum er-
H go esset magnæ gratiæ, & magna dona meruisset à
deo, qd dicit quodam loco? Propter magnitudinẽ
aũt reuelationum ne extollar. Intendite, rem tremẽ
2.Cor.12. dam uobis dico, Propter magnitudinem, inquit, re
uelationũ ne extollar, datus est mihi stimulus car-
nis meæ, angelus Satanę q me colaphizet. Quid est
hoc frẽs? Ne extolleretur tãquam iuuenis, colaphi-
zabatur tanquam puer. Et à quo? Ab angelo Sata-
næ, Quid est hoc? Dolore quodã corporis traditur
exagitatus uehementer. Dolores aũt corporũ plerũ
que immittunt ab angelis Satanæ, sed hoc nõ pos-
Iob.1. sunt nisi pmissi. Nam & Iob sanctus sic ꝓbatus est.
Permissus est ad eum ꝓbandum Satanas, & percus
sit eũ uulnere, ut uermibus putresceret. Immũdus
enim pmittebatur, & sanctus ꝓbabatur. Nescit dia
bolus quanta bona de illo fiant, ẽt cum sæuit. Sæ-
Ioan.13 uiens intrauit in cor Iudæ, sæuiẽs tradidit xp̃m, sę-
uiens crucifixit, & crucifixo xp̃o redemptus est or-
bis terrarũ. Ecce sæuitia diaboli diabolo obfuit, no
bis aũt ꝓfuit. Sæuiendo.n. quos tenebat amisit, re-
demptos sanguine dñi, quem cum sæuiret effudit.
I Si sciret tm̃ damnum se passurum, non funderet in
terrã precium, quo redemptum est genus humanũ.
2.Cor.12 Sic ergo ille angelus Satanæ, quasi libenter permis
sus est colaphizare Apostolũ, sed tñ Apostolus cu-
rabatur. Et qa illud quod medicus apposuerat, mo
lestum erat infirmo, rogauit medicum ut auferret.
Q̃uo cum medicus apponit uisceribus aliquod for
te epithema molestum & ardens, inde tñ curandus
est ille cuius uiscera tumebant, cum ille inde arde-
re cœperit & cruciari medicamento, rogat medicũ
ut auferat medicamentum: Medicus autem conso-
latur, monet eum patientiam, quia nouit q̃ utile sit
qd apposuit: ita & Apostolus sequitur & dicit, cum
Ibid. dixisset, Datus est mihi stimulus carnis meæ, ange-
lus Satanæ q me colaphizet: prędixit aũt quare, Ne
magnitudine reuelationũ extollar, datus est mihi
stimulus carnis meæ, angelus Satanę q me colaphi
zet: propter quod ter dñm rogaui, ut auferret eum
à me: hoc est dicere, Rogaui medicũ, ut auferret à
me molestũ epithema, quod mihi apposuerat. Sed
2.Cor.12. audi uocem medici, Et dixit mihi, Sufficit tibi grã
mea. Nã uirtus in infirmitate perficitur. Ego noui
quid apposuerim, ego noui unde ęgrotes, ego noui K
unde saneris. Si ergo charissimi Paulus potuit Aplũs
extolli magnitudine reuelationũ, nisi acciperet an
gelum Satanę q se colaphizaret, quis de se possit es
se securus? Tutius uidet ambulare qui minus acce-
pit, sed si non puerse q̃rat quod recte non accepit.
Quærat sine quo nõ potest esse in corpore xp̃i, aut
sine quo male est illic. Tutior est.n. in corpore digi
tus sanus, q̃ lippiens oculus. Digitus exigua quædã
res est, oculus magnifice multũ potest: & tñ melius
est digitum esse, & sanum esse: q̃ oculum esse, & per
turbari, lippire, & excæcari. Non ergo quęrat quisq;
in corpore Christi nisi sanitatem. Secundum sani-
tatem habeat fidem, & ex fide mundatur cor eius,
ex mundatione cordis uidebit illã faciem, de qua
dictum est, Beati mundo corde, qm̃ ipsi deum ui- Matt.5.
debunt. Et q fecit miracula, & qui nõ fecit miracu-
la in corpore xp̃i, non debet gaudere nisi de facie
dei. Redierunt Apostoli, & dixerunt dño, cũ missi
essent à domino, Ecce dñe in nomine tuo etiam dę Luc.10.
monia nobis subiecta sunt. Vidit dñs, ꝙ tẽtaret eos
superbia ex potentia miraculorum, & ille qui me-
dicus uenerat sanare tumores nostros, & ferre infir L
mitates nr̃as: continuo ait, Nolite in hoc gaudere
quia dęmonia uobis subiecta sunt, sed gaudete qa
nomina uestra scripta sunt in cœlo. Non oẽs xp̃ia-
ni boni dæmones eijciunt, omniũ tñ nomina scri-
pta sunt in cœlo. Non eos uoluit gaudere ex eo ꝙ
proprium habebant, sed ex eo ꝙ cum cæteris salu-
tem tenebãt. Inde uoluit gaudere Apostolos, unde
gaudes & tu. Intendat charitas uestra. Nullus fide-
lis habet spem, si nomen eius non est scriptũ in cœ
lo. Omnium fidelium q diligunt xp̃m, q ambulãt
uiã eius humiliter quam ipse docuit humilis, noia
scripta sunt in cœlo. Cuiusuis contẽptibilis in ec-
clesia, qui credit in xp̃m & diligit xp̃m & amat pa-
cem xp̃i, nomen scriptũ est in cœlo, cuiuslibet quẽ
contemnis. Et quid simile ipse & Apostoli, q tanta
miracula fecerunt? Et tñ Apostoli reprimunt ex eo
ꝙ de bono proprio gaudebant, & iubent hinc gau
dere unde gaudet, & ille contẽptibilis. Nõ immeri-
to frẽs mei cũ ista humilitate dicit, Dñe non est ex
altatũ cor meum, neq; in altũ elati sunt oculi mei,
neq; ingressus sum in magnis, neq; in mirabilibus M
sup me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui
aĩam meam:) Quemadmodũ q ablactatus est à la-
cte super matrem suam, sic retributio in animam
meã.) Videtur.n. uelut maledictio se obstrinxisse:
q̃uo alio loco in Psalmo dicit, Dñe deus meus si fe Psal. 7.
ci istud, si est iniquitas in manibus meis: Si reddi-
di retribuentibus mihi mala, decidã merito ab ini
micis meis inanis &c. sic uidet & hic dixisse, Si non
humiliter sentiebã, sed exaltaui animam meã. Age
quasi dicturus est, illud mihi cõtingat, q̃uo & ibi,
Si reddidi retribuentibus mihi mala, contingat mi
hi illud. Quid? Decidã merito ab inimicis meis ina
nis: sic & hic, Si nõ humiliter sentiebã, sed exaltaui
aĩam meam, quemadmodum q ablactatus est a la
cte super matrem suam, sic retributio in aĩam meã.
Intendite, nostis quia quibusdã infirmis dicit Apo
stolus, Lac uobis potum dedi, non escam: nõdum 1.Cor 3
enim poteratis, sed nec adhuc qdem potestis. Sunt
infirmi q non sunt idonei ualido cibo, nolũt se tẽ-
dere ad id qd capere non possunt. Et si aliqd utcũ-
que accepint, aut uisi sibi fuerint capere qd non ce
perunt

A perunt, extolluntur inde & superbiunt, inde uidétur
sibi quasi sapientes. Hoc aũt contigit omnibus hę-
reticis, qui cũ essent animales & carnales, defenden
do sententias suas prauas, quas falsas esse nõ potue
runt uidere, exclusi sunt de catholica. Dicã charita-
Ioan. 1. ti uestræ quod possum, Dñs noster Iesus Xp̃s noster
quia uerbũ dei est, secundũ illud Ioannis, In princi-
pio erat uerbũ, & uerbum erat apud deum, & deus
erat uerbũ: Hoc erat in principio apud deum: Oĩa
per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Pa
nis ergo est, inde uiuunt angeli. Ecce panis paratus
est tibi, sed cresce de lacte, ut ad panẽ peruenias. Et
quõ, inquis, cresco de lacte? Quod tibi fact⁹ est Xp̃s
ad infirmitatẽ tuam, hoc primo crede & fortiter te-
ne. Quõ ergo mater cum uiderit filium minus ido-
neum ad capiendum cibum, ipsos cibos ei dat, sed
traiectos per carnẽ suam. Nam ipse est panis de quo
infans pascitur, quo & mater eius pascitur: sed ad
mẽsam infans minus idoneus est, ad mãmillã ido-
neus est. Panis ergo de mẽsa traijcitur p matris mã-
millam, ut sic perueniat idem alimentum ad paruũ
B infantem: sic dñs noster Iesus Xp̃s cũ esset uerbum
Philip. 2. apud patrem, per quod facta sunt omnia, qui cũ in
forma dei esset nõ rapinam arbitratus est esse æqua
lis deo, qualẽ caperent pro modo suo angeli, & un-
de i cœlo potestates & uirtutes, spiritus intellectua
les pascerentur, homo autẽ infirmus, & carne inuo
Psal. 77. lutus iaceret in terra, nec posset ad eũ peruenire pa-
Exo. 10. nis cœlestis, ut panem angelorũ mãducaret homo,
Ioan. 1. & mãna descenderet ad uberiorẽ populum Israel,
uerbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Qua-
1. Cor. 3. propter ipsis infirmis Paulus Apostolus hoc dicit,
quos dicit animales & carnales, Nũquid dixi me sci
1. Cor. 2. re aliquid in uobis, nisi Iesum Xp̃m & hunc crucifi
Ioan. 1. xum? Nam Xp̃s erat, & nõ crucifixus. In principio
3 sen. dis. erat uerbum & uerbũ erat apud deum, & deus erat
21. ca. Re uerbũ. Et quia ipsum uerbũ caro factũ est, & ipsum
cedente. uerbũ crucifixum est, sed nõ est mutatum in homi
nem, homo in illo mutatus est: Mutatus est homo
in illo, ut melior fieret q̃ erat, non ut ipsa substantia
Marci. 15. uerbi conuerteretur. Per id ergo quod homo erat,
& 16. mortuus est deus: & p id quod deus erat, excitatus
C est homo, & resurrexit, & ascẽdit in cœlum. Quic-
quid passus est homo, nõ potest dici non passus est
deus, qa deus erat hominẽ assumẽdo, sed nõ est mu
tatus in hominẽ: quõ nõ potes dicere nõ te passum
iniuriam, si uestis tua cõscindatur. Et qñ q̃reris uel
amicis uel in iudicio, hoc dicis iudici, Cõscidit me:
nõ dicis cõscidit birrhum meum, sed cõscidit me.
Si potuit & meruit uestis tua dici tu, q̃ nõ est tu, sed
uestis tua, quãto potius meruit audire caro Christi
3. sen. dis. templum uerbũ unitum cũ uerbo? Et quicquid in
21. ca Re carne pateretur, deus ipse pateretur, quamuis uerbũ
cedente. nec mori potuerit, nec corrũpi, nec mutari, nec oc-
cidi, sed quicquid horũ passum est, in carne passum
est. Et noli mirari, qa uerbum nihil passum est: nec
anima hominis potest pati aliquid occisa carne, di
Matt. 10. cente ipsó domino, Nolite timere eos qui corpus oc
cidunt, animã autem non possunt occidere. Si ani-
ma non potest occidi, uerbũ dei poterat occidi? Et
tamen quid dicit? Flagellauit me, colaphizauit me,
percussit me, dilaniauit me: totũ hoc nõ fit in ani-
ma, & tamen nõ dicit nisi me, propter unitatẽ con-
sortij ipsius. Dñs ergo noster Iesus Christus panis,
se fecit nobis lac, incarnatus & apparens mortalis,

ut in eõ finiretur mors, & nõ aberraremus à uerbo, D
credentes in carnẽ, quod factũ est uerbũ. Hinc cre-
scamus, ipso lacte nutriamur: antequã ualidi simus
ad capiendũ uerbũ, non recedamus a fide lactis no
stri. Illi autẽ hęretici nolentes disputare de eo quod
nõ poterant capere, dixerunt quia filius minor est,
q̃ pater, & dixerunt quia spiritussanctus minor est
q̃ filius, & fecerunt gradus, & miserunt in ecclesiam
tres deos. Nõ. n. possunt negare deum esse patrem;
nec possunt negare filium deum, nec possunt nega-
re spiritumsanctum deum. At si pater deus, & filius
deus, & spiritussanctus deus, inæquales sunt, & non
sunt eiusdẽ substãtiæ, nõ unus deus est, sed tres dij:
Disputãtes ergo quod capere nõ poterant, elati sunt
in superbiam, & factũ est in eis quod dicitur in isto
Psalmo, Si nõ humiliter sentiebam, sed exaltaui ani
mã meam: quemadmodũ qui ablactatus est à lacte
super matre suam, sic retributio in animam meam.
Mater enim ecclesia dei est, unde illi separati sunt, q
lactari & nutriri debebant, ut crescerent ad capien-
dum uerbũ deũ apud deum, in forma dei ęqualem
patri. Visa est hic qdẽ ab his, q ante nos ista tracta- Ioan. 1.
uerunt & alia sententia, & alius intellectus in his uer E
bis, quem non tacebo charitati uestræ. Hoc. n. dixe
runt, Omnis superbus displicet deo, & debet se hu-
mana anima humiliarẽ ne deo displiceat, & toto cor
de intueri quod dictũ est, Quãto magnus es humi- Eccli. 3.
lia te in oibus, & corã deo inuenies gratiã. Sed rur-
sus sunt quidam homines, qui cũ audierint quia hu
miles esse debent, dimittũt se, nihil uolunt discere,
putãtes qa si aliqui didicerint superbierũt, & rema
nent in solo lacte. Quos rephendit scriptura dicẽs,
Et facti estis opus habẽtes lacte, nõ solido cibo. Sic Heb. 5.
enim nos de⁹ uult nutriri lacte, ut nõ ibi remaneã-
mus, sed crescẽdo per lac, ad solidum cibum perue
niamus. Ergo nõ debet homo extollere cor suũ in
superbiam, sed debet eleuare in doctrinã uerbi dei.
Nam si leuanda anima nõ esset, nõ diceretur in alia
uoce Psalmi, Ad te domine leuaui animã. Et nisi se- Psal. 122.
ipsa anima super se effundat, nõ perueniet ad uisio-
nẽ dei, & ad cognitionẽ substantiæ illius incõmu-
tabilis. Nam modo cũ adhuc i carne est dicitur ei,
ubi est deus tuus? Sed intus est deus eius, & spiritali Psal. 41.
ter intus est, & spiritaliter excelsus est, nõ quasi in- F
teruallis locorũ, quõ p interualla loca altiora sunt.
Nã si talis altitudo q̃renda est, uincunt nos aues, ad
deũ. Ergo intus deus altus est, & spiritaliter alt⁹, nec
puenier anima ut contingat eũ nisi transierit se. Nã
quicquid de deo sentis secundũ corpus, multum er
ras: multũ infans es si sentis de deo etiam secundũ
animam humanam, q̃ deus nõ obliuiscatur, aut ita
sapiat ut desipiat, aut faciat aliquid & pœniteat eũ:
omnia. n. ista posita sunt i scripturis, ut nobis lactẽ
tibus cõmendaretur deus, nõ ut proprie de illo sic
audiamus ista, & intelligamus quasi pœniteat deũ,
& modo aliquid discat quod nõ nouerat, & intelli-
gat quod nõ intelligebat, & reminiscatur quod obli-
tus erat. Talia. n. animæ sunt non dei. Nisi ergo ho-
mo transierit & modũ animæ suæ, nõ uidebit quia
deus est quod est, qui dixit, Ego sum qui sum. Itaq; Exo 3.
illi cui dicebatur, ubi est deus tu⁹, qd dixit? Factæ sunt Psal. 41.
mihi lachrymæ meę panes die ac nocte, dũ dicitur
mihi quotidie, ubi est deus tuus. Vt autẽ inueniret
deum suũ, quid egit? Hæc meditatus sum, inquit, &
effudi super me animã meam. Vt inueniret deum,

G effudit super se animã suam. Non ergo sic tibi dici-
tur humilis esto ut nõ sapias, humilis esto ꝓpter su
perbiã, altus esto propter sapientiam. Audi eũdem
1.Cor.14. tem sententiã de hac re, Nolite pueri effici mentib⁹,
sed malitia infantes estote, ut mentib⁹ perfecti sitis.
Certe explicatũ est fratres mei, ubi nos deus uoluit
esse humiles, ubi altos: humiles propter cauendam
superbiam, altos propter capiendã sapientiam. La-
ctare ut nutriaris, sic nutrire ut crescas, sic cresce ut
panẽ manduces. Cũ enim cœperis panem mãduca
re, ablactaberis. i. iam tibi nõ opus erit lacte, sed so
lido cibo. Et hoc uidetur dixisse, Si non humiliter
sentiebam, sed exaltaui animam meam i. si nõ men
te sed malitia paruulus fui. Quod significans dixit
superiora uerba, Domine nõ est exaltatũ cor meũ,
neq; in altũ elati sunt oculi mei, neq; ingressus sum
in magnis, neq; in mirabilibus super me. Ecce quia
malitia paruulus fui, sed quia sensu nõ fui paruul⁹:
si nõ humiliter sentiebam, sed exaltaui animã meã,
retribuatur mihi quod retribuitur paruulo q ablа-
ctatur à matre, ut iam panẽ sim idoneus mãduca-
H re. Et hæc ergo fratres sententia nõ displicet, qa nõ
est contra fidẽ. Mouet me tamẽ, quia nõ tantum di
ctum est, quemadmodũ qui ablactatus est a lacte,
sic retributio in animã: sed additũ est, quemadmo-
dum q ablactatus est à lacte super matrẽ suam, sic
retributio in animã meam. Hic mihi nescio quid ta
le occurrit, ut uideam quia male dictũ est. Ablacta
tur. n. non infans, sed iam grandiusculus. Qui autẽ
infirmus est prima infantia, q̃ uera infantia est, su-
per matrẽ suã est. Si forte fuerit à lacte ablactatus,
extinguitur. Nõ frustra ergo additũ est, super matrẽ
suam. Ablactari enim omnes possunt crescẽdo, qui
crescit & sic ablactatur, bonũ est illi: qui aũt adhuc
super matrẽ suam est, perniciosum. Ergo cauendũ
fratres & timendum est, ne quis ante tẽpus ablacte
tur. Nam omnis grandis puer separatur a lacte. Sed
ne quis tunc à lacte separetur, quando adhuc super
matrem suam est. Cũ autẽ portatur manib⁹ matris
qui portatus est utero (portatus est. n. utero ut na-
sceretur, portatur manibus ut crescat lacte opus ha
bet, adhuc super matrẽ suam est. Nõ ergo uelit tunc
exaltare animam suam, cũ forte minus idoneus est
ad capiendũ cibũ, sed impleat ꝑcepta humilitatis.
Habet ubi se exerceat, credat in Xp̃m, ut possit intel
ligere Xp̃m. Videre uerbũ non potest, capere nõ po
test æqualitatem uerbi cũ patre, æqualitatẽ spiritus
sancti cũ patre & uerbo, nondum potest uidere, cre
dat hoc & sugat. Securus est, quia cũ creuerit, mãdu
cabit quod nõ poterat antequã sugendo cresceret,
Eccli. 3. & habet ubi se extendat. Altiora te ne q̃sieris, & for-
tiora te ne scrutatus fueris. i. ad q̃ capienda minus
idoneus es. Et quid facio, inquis? Sic remanebo?
Sed quæ præcepit tibi dñs illa cogita semper. Quæ
tibi præcepit dominus? Fac misericordiam, pacem
ecclesiæ noli dimittere, in hominẽ spem noli pone
Matt.13. re, desyderando miracula noli tẽtare deum. Si iam
in te est fructus cognoscis, quia cũ bonis toleras zi
zania usq; ad messem, quia cũ malis ad tempus po-
tes esse, non in æternum, Palea hic tibi mixta est in
hoc tempore in area, in horreo tecum nõ erit. Hæc
quæ tibi præcepit dominus, illa cogita semper. A la
cte nõ separaberis, quoadusq; super matrẽ tuam es,
ne prius fame moriaris, antequã panẽ manducare
sis idoneus. Cresce, erunt ualidæ uires tuæ, & uide-
bis quod nõ poteras, & capies quod non capiebas. K
Quid ergo? Cum uidero q non poteram uidere, &
cepero q non poteram capere, iam securus ero? ꝑfe-
ctus ero? Non, quãdiu hic uiuis. Ipsa est ꝑfectio no-
stra humilitas. Audistis quo conclusit modo apo-
stolica lectio, si hæsit in memoria uestra, qũo ille q
accepit colaphum ne extolleretur in reuelationib⁹,
quanta ei reuelabantur, propter ipsam magnitudi-
nem reuelationum, quia poterat extolli, nisi accipe
ret angelum Satanæ. Et tamẽ cui tanta reuelabant:
quid ait? Fratres, ego meipsum nõ arbitror apphen Philip.3.
disse. Paulus dicit, Fratres ego meipsum nõ arbitror
apprehendisse, quia ad hoc accepit colaphizantem
angelum Satanæ ne extolleretur in magnitudine re
uelationũ suarũ. Quis audet dicere quia cõprehen
dit? Ecce Paulus apprehendit & dicit, non me arbi-
tror apprehendisse. Et quid ais ô Paule? Adhuc cur-
ro, inquit, ut apprehendã. Adhuc Paulus in uia est,
& tu te putas in patria? Vnũ autẽ, inquit, quæ retro
sunt oblitus. Hoc fac. & tu, & uitam præteritam ma
lam obliuiscere. Si te delectauit aliq̃ uanitas, nõ te
delectet. Quæ retro oblitus, inquit, in ea quæ antè L
sunt extentus, secundũ intentionem sequor ad pal-
mam supernę uocationis dei in Xp̃o Iesu. Audio uo
cẽ dei desuper, & curro ut apprehendam. Nõ. n. di-
misit me in uia remanere, qa non cessat alloqui me.
Ergo fratres, nõ cessat deus alloqui nos. Nam si ces-
sat, qd est quod agimus? Quid est, quod agũt lectio
nes diuinæ & cantica diuina? Obliuiscimini ergo q̃
retro sunt, & in ea q̃ antè sunt uos extendite. Sic su-
gite lac, ut crescatis ad cibũ. Cum ergo ueneritis, in
patria gaudebitis. Et adhuc attendite Ap̃lm sequi
ad palmam supernę uocationis. Dicit enim, Quot- Philip.3.
quot ergo perfecti, hoc sapiamus. Non loquor, in-
quit, imperfectis, quibus adhuc non possum loqui Heb.2.
sapientiã, qui adhuc lacte potantur, nõ solido cibo
pascunt, sed illis dico qui iam manducant solidum
cibum. Iam uidentur esse perfecti, quia intelligunt
ęqualitatẽ uerbi cũ patre. Adhuc nõ sic uident, qũo
uidendũ est facie ad faciẽ, adhuc ex parte in ænig- 1.Cor.13.
mate. Currant ergo, quia cum uia finita fuerit, tunc
redimus ad patriam. Currant currant, extẽdant se.
Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus. Et si qd ali- M
ter sapitis, hoc quoq; uobis deus reuelabit. Si forte Philip.3.
erras in aliquo, quare nõ redis ad lac matris? Quia
si non extollimini, qa si non exaltatis cor uestrum,
qa si nõ ingredimini in mirabilibus super uos, sed
seruatis humilitatẽ, reuelabit uobis deus quod ali-
ter sapitis. Si autẽ hocipsum quod aliter defendere
uultis, & pertinaciter astruere, & contra pacẽ eccle-
siæ, fit uobis maledictũ hoc quod dixit, super ma-
trẽ cum estis, & foris à lacte separabimini, foris à ui
scerib⁹ matris fame moriemini. Si autẽ perseueraue
ritis in pace catholica: si quid forte aliter sapitis q̃
oportet sapere deus uobis reuelabit humilib⁹. Qua Iacobi.4.
re? Quia deus superbis resistit, humilibus autẽ dat 1.Petri.5.
gratiam. Ideo ad hoc cõclusit hic Psalmus. Speret
Israel in dño, ex hoc nunc & usq; in seculũ.) Quod
autem scriptũ est Græce ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος,
hoc est positũ, ex hoc nunc & usq; in seculum. Sed
nõ semper seculi nomẽ hoc seculum significat, sed
aliquando æternitatem: quia ęternum duobus mo
dis intelligitur, Vsq; in æternũ. i aut semper sine fi-
ne, aut quousq; perueniamus ad æternitatẽ. Hic er-
go qũo intelligendum est? Quousq; ueniamus ad

A æternitatem, speremus in dominum deum, quia cum uenerimus ad æternitatem, iam spes non erit, sed ipsa res erit.

In Psalmum centesimum trigesimumprimum Enarratio.

VStum quidem erat charissimi, ut fratrem potius audiremus collegam meum, præsentem oibus nobis. Et modo nō negauit, sed distulit. Et ideo hoc indico charitati uestræ, ut mecum promissum teneatis. Non fuit autem absurdū charitati uestræ, ut prior obtemperarem iubenti. Extorsit .n. mihi ut esset modo auditor meus, eo sanè pacto ut & ego sim ipsius, quia in ipsa charitate oēs eius auditores sumus, qui unus in cœlo nobis
Mat. 23 magister est. Ergo animum intendite ad Psalmum, quem in ordine sicut nostis tractandū habemus. Est etiam ipse prænotatus, Canticum graduū.) & aliqñ cæteris sub eodem titulo prolixior. Non ergo immoremur, nisi ubi necessitas coegerit, ut totum, si dñs permiserit, explicare possimus: Quia & uos
B non tanquam rudes oia debetis audire, aliquid & de pteritis auditionibus adiuuare nos debetis, ne oia tanquam noua à nobis dici necesse sit. Et noui qdem esse debemus, quia uetustas nobis obrepere non debet, sed etiam crescendum & proficiendum
1. Cor. 4 est. De ipso quippe profectu ait Apostolus, Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Nō sic proficiamus, ut ex nouis ueteres efficiamur, sed ipsa nouitas crescat. Memento dñe Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit dño, uotum uouit deo Iacob.) Dauid secundum fidem rerum gestarū unus homo erat, rex Israel, filius Iesse. Erat quidem ipse mansuetus, sicut eum indicat atque commendat scriptura di-
1. Reg. 24 uina, & ita mansuetus ut nec persecutori suo Sauli malum pro malo redderit. Seruauit autem erga eum tantam humilitatem, ut illum regem fateretur, se autem canem. Et non proterue nec superbe cum esset in deo potētior respondebat regi, sed eū placare potius affectabat humilitate, quam concitare superbia. Etiam in potestate datus est ei Saul, & hoc à domino deo, ut ei faceret quicquid uellet. Sed quia non præceptum illi erat ut occideret, sed tantum in potestate datum illi erat, Licuit autem
C homini uti potestate sua: ad lenitatem potius deslexit quod ei deus concessit: qui si uellet occidere, ca-
Mat. 6. reret inimico. Sed quomodo diceret, Dimitte mihi debita mea, sicut & ego dimitto debitorib⁹ meis?
1. Reg. 24 In speluncā intrauit Saul ubi erat Dauid, nesciens quod illic esset Dauid. Ad necessaria uentris ille intrauit, surrexit Dauid sensim & lente post ipsum, pscidit illi de ueste panniculum quem illi ostenderet, ut nosset qa habebat illū in potestate, & nō necessitate, sed uolūtate pepercerat, & noluit occidere. Forte ipsam mansuetudinē cōmendauit modo dicens, Memento dñe Dauid, & ois mansuetudinis eius. Hoc secundū rerum gestarū fidem quam scriptura diuina, ut diximus, continet. Sed solemus in Psalmis nō ad literā attēdere sicut i omni Prophetia, sed p literā scrutari mysteria. Et meminit charitas uestra, quia cuiusdā hois uocem in oibus Psalmis solemus audire, quia unus habet caput & corpus. Caput aūt in cœlo est, corpus in terra. Sed quò præcessit caput, & corpus secuturum est. Et iam nō dico quis caput sit, q corpus sint, qa scientibus loquor. Cōmendatur ergo humilitas Dauid, cōmendatur māsuetudo Dauid, & dicitur deo, Memento dñe Dauid, & ois mansuetudinis eius. Ad quā rem memēto dñe Dauid? Sicut iurauit dño, uotum uouit deo Iacob. Ergo ad hoc memēto, ut impleatur quod promisit. Ipse Dauid uouit tanq in potestate habens, & rogat deum ut impleat quod uouit. Est de uotio uouētis, sed est humilitas deprecātis. Nemo psumat uiribus suis se reddere, qd uouerit. Qui te hortatur ut uoueas, ipse adiuuat ut reddas. Quid Psal. 75
ergo uouit uideamus, & hinc intelligimus quemadmodū sic accipiendus in figura Dauid. Dauid aūt interpretatur manufortis. Erat .n. magnus bellig-erator, præsumens qdem de dño deo suo. Confecit bella oia, pstrauit oēs inimicos suos deo se adiuuāte, quemadmodū se habebat illius imperij dispensatio, præfigurans tñ fortem manu quendā ad debellādos inimicos, diabolū & angelos ei⁹. Hos aūt inimicos ecclesia debellat. Et quo debellat? Māsuetudine. Māsuetudine enim ipse rex noster uicit diabolum. Sæuiebat ille, iste sufferebat. Victus est qui E
sæuiebat, uicit qui sufferebat. In ista mansuetudine corpus xpi, qd est ecclesia, uincit inimicos. Sit manufortis, operando uincat. Cū aūt corpus xpi est, & templum & domus, & ciuitas, & ille q caput corporis est, & habitator domus ē, & sanctificator tēpli est, & rex ciuitatis est: quo ecclesia omnia illa, sic xps omnia ista. Quid ergo uouimus deo, nisi ut simus templum dei? Nihil gratius ei possumus offerre, q ut dicamus ei quod dicitur in Esaia, Posside nos. Equidē in istis possessionibus terrenis patrisfamilias præstatur, qñ ei datur possessio. Non sic est possessio, q est ecclesia. Ipsi possessioni pstatur ut à tali possideatur. Quid ergo dicit? Sicut iurauit dño uotū uouit deo Iacob. Videamus qd uotū est, nisi ut simus templū dei? Nihil gratius ei possumus offerre, q iure iurare. Iurare est aūt firme promittere. Attendite uotū hoc, id est, qd uouerat quo ardore uouerit, quo amore, quo desyderio, & tñ ad hoc implendum dñm deprecatus est dicens, Memento dñe Dauid & omnis māsuetudinis eius. In hac māsuetudine uotū uouit, ut sit domus dei. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero sup lectū strati mei. Si dedero somnum oculis meis.) Parum uisus est dicere, somnū oculis meis. Et pal- F
pebris meis dormitationē, Et requiem tpibus meis si dedero, quoadusq inueniam locum dño tabernaculum deo Iacob.) Vbi quærebat locum dño? Si mansuetus erat, in se quærebat. Quo est enim locus dñi? Audi prophetam, Super quem requiescet spiritus meus? Super humilem & quietum & tremē- Esa 66.
tem uerba mea. Vis ergo esse locus dñi? Esto humilis & quietus, & tremens uerba dei, & tuipse efficieris quod quæris. Si .n. in te non fiat quod quęris, in altero quid tibi prodest? Operatur quidem deus aliqñ per Euangelistam salutem alterius, tantum si ipse dicit & nō facit: & fit per linguam eius in alio locus dño, non aūt fit ipse loc⁹ dño. Qui aūt q docet ipse bene facit, & sic docet, fit locus dño cū eo quē docet, qa oēs credentes unū locū faciunt dño. In corde enim habet locū dñs, quia unum cor est oium in charitate copulatorū. Quā multa milia crediderūt fratres mei, qñ precia rerū suarū posuerunt Act. 2. & 4.
ante pedes Apostolos. Sed qd de illis dicit scriptura? Certe facti sunt templū dei, non tantum templa

G dei finguli, fed & oẽs fimul tẽplum dei. Facti funt ergo locus dño. Et ut noueritis quia unus loc⁹ factus eſt dño in omnibus, ſcriptura dicit, Erat illis
Acto.4 anima una & cor unũ in deum. Multi aũt ne facerẽt locum dño, ſua quærunt, ſua diligũt, poteſtate ſua gaudent, priuatũ ſuum concupiſcunt. Qui autem uult facere locũ dño, non de priuato ſed de cõmuni debet gaudere. Hoc illi fecerũt de reb⁹ ſuis priuatis, fecerunt illas cõmunes. Quod habebant ſuum, nũ quid amiſerũt? Si ſoli haberẽt & unuſquiſq; ſuũ haberet, hoc ſolum haberet quod ſuũ hẽbat. Cum autem quod proprium erat commune fecit, & ea q̃ erant cæterorum, ipſius facta ſunt. Intendat charitas ueſtra, quia pp illa quæ ſinguli poſsidemus, exiſtunt lites, inimicitiæ, diſcordiæ, bella inter hoĩes, tumultus, diſſenſiones aduerſum ſe, ſcãdala, peccata, iniqtates, homicidia. Propter q̃? Propter ipſa quę ſinguli poſsidemus. Nunquid pp iſta q̃ cõmuniter poſsidemus litigamus? Aerẽ iſtũ communiter ducimus, ſolem cõmuniter oẽs uidemus. Beati ergo qui ſic faciunt locum dño, ut priuato ſuo nõ gaudeat.
H Talem enim deſcribebat iſte q̃ dicebat, Si introiero in tabernaculũ domus meæ: Priuatũ hoc erat. Sciebat priuato ſe impediri, ne faceret locum dño, & ea cõmemorat quæ ad ſeipſum pertinebant. Nõ introibo in tabernaculũ domus meæ, donec inueniam. Quid? Cum inueneris locum dño, intrabis in tabernaculũ tuũ? An ipſum erit tabernaculum tuum, ubi inueneris locum dño? Quare? Quia ipſe eris locus dñi, & cum eis qui fuerint locus dñi unũ eris. Abſtineamus ergo nos fratres à poſſeſsione rei priuatæ, aut ab amore ſi non poſſumus à poſſeſsione, & facimus locum dño. Multum eſt à me ait aliquis. Sed uide quid ſis facturus locum dño. Si uellet apud te hoſpitium habere aliquis ſenator (non dico ſenator, procurator alicuius magni ſecundũ ſeculũ) & diceret, offendit me qddã in domo tua, & ſi amares hoc, auferres tñ, ne eũ offenderes, cuius amicitiã ambires. Et quid tibi prodeſt hoĩs amicitia? Forte ibi non ſolũ nullum auxiliũ, ſed & periculũ inuenires. Nam multi non periclitabãtur anteq̃ maioribus iungerentur, exoptarunt maiorum amicitias, ut maiora pericula incurrerent. Securus
I opta amicitiam xp̃i. Hoſpitari apud te uult, fac illi locũ. Quid eſt, fac illi locũ? Noli amare teipſum, illum ama. Si te amaueris, claudis contra illũ: ſi ipſum amaueris, aperis illi. Si aũt aperueris & intrauerit, nõ peribis amãdo te, ſed inuenies cũ amãte. Si introiero in tabernaculũ domus meæ, ſi aſcẽdero ſup lectũ ſtrati mei. Priuata.n.res ipſa ubi homo acquieſcit ſupbos facit: ideo dixit, ſi aſcẽdero. In re q̃ priuatim quiſq; poſsidet, neceſſe eſt ſupbus ſit. Inde ſe enim tendit homo ad hoĩem, cum ambo ſint caro. Quid eſt homo frẽs? Caro. Et quid eſt alter homo? Altera caro. Et tñ caro diues extendit ſe cõtra carnẽ pauperẽ, quaſi aliquid illa caro attulerit qñ nata eſt, aut aliquid auferat qñ morit̃. Ad hoc plus habuit, ut plus timeret. Iſte aũt qui uult inuenire locum dño, dicit, Si aſcendero ſuper lectum ſtrati mei, ſi dedero ſomnũ oculis meis. Multi.n.cũ dor-
Ephe.5. miunt, non faciunt locũ dño. Tales excitat Apoſto-
1.Theſ.5. lus, Surge q̃ dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te xp̃s. Et alio loco, Nos autẽ qui diei ſumus uigilemus, & ſobrij ſimus. Nam qui dormiunt, nocte dormiũt, & q̃ inebriantur, nocte ebrij ſunt. Nocte dicens iniquitatem, in qua illi obdormiũt, cupiditaſta terrena. Et oẽs iſtæ fœlicitates quæ uidetur ſeculi, ſomnia ſunt dormientium. Et quo qui uidet theſauros in ſomnis, dormiens diues eſt, ſed euigilabit & paup erit: Sic oĩa iſta uana huius ſeculi, de quibus hoĩes gaudent, in ſomno gaudent. Euigilabunt qñ nolunt, ſi nõ modo euigilant qñ utile eſt, & inuenient ſomnia illa fuiſſe, & tranſiſſe, ſicut dicit ſcriptura, ueluti ſomnũ exurgẽtis. Et alio loco, Psal.72
Dormierũt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt oẽs Psal.75
um diuitiarũ in manibus ſuis. Dormierunt ſomnũ ſuum, finitus eſt ſomnus, & nihil inuenerũt in manibus ſuis, q̃a in ſomnis uidebant diuitias trãſituras. Iſte ergo qui uult inuenire locum dño, dixit ẽt, Si dedero ſomnũ oculis meis. Sunt autem quidam qui non dormiunt, ſed dormitant. Aliquãtulũ retrahunt ſe ab amore temporaliũ, & rurſus reuoluuntur in eũ, quaſi dormitãtes caput crebro inclinãt. Euigila, excute ſomnũ, dormitando caſurus es: Nõ uult Pſalmus oculis ſuis dare ſomnũ, nec palpebris dormitationẽ, eum q̃ uult inuenire locum dño. Et requiem, inquit, temporibus meis. A reqe temporũ L
ſomnus uenit ad oculos. Tẽpora circa oculos ſunt. Veluti futurus ſomnus, grauedo temporũ eſt. Nam oĩbus dormituris grauari tempora incipiunt, & cũ ſenſerint ſibi grauari tẽpora, iã imminet ſomnus. Qui ſi dãdus eſt oculis, dat requiẽ tẽporibus ſuis, & uenit ſomnus. Si nõ dederit requiem tẽporibus ſuis, nõ uenit ſomnus. Cũ ergo cœperit te aliqd tẽporale delectare ad peccatũ, iã grauãtur tibi tẽpora. Vis euigilare, & nõ dormire nec dormitare? Noli te credere tali delectationi, maiores dolores habebis q̃ ſuauitates. Iſta cogitatione quaſi cõfricans frontẽ excutis ſomnũ, & paras locũ dño, donec inuenias locũ dño tabernaculum deo Iacob. Quanq̃ aliqñ dicitur tabernaculum dei domus dei, & domus dei tabernaculum dei: diſtinctiꝰ tñ accipitur fratres chariſsimi tabernaculum eccleſia ſecundũ hoc tempus. Domus aũt eccleſia cœleſtis Hieruſalem, quo imus. Tabernaculum.n. tanq̃ militantiũ & pugnantiũ: tabernacula militũ in procinctu, in expeditione, unde cõtubernales dicũtur milites, quaſi tabernacula eadẽ habentes & habitãtes. Quandiu ergo habemus hoſtẽ cũ quo pugnemus, M
tabernaculũ deo facimus. Cum aũt trãſierit tẽpus pugnæ, & uenerit pax illa q̃ præcellit oẽm intellectũ, ſicut dicit Apoſtolus, Et pax dei quæ pcellit Philip. 4
oẽm intellectũ: quantuncunq; enim cogitaueris de pace illa, minus eã capit animus adhuc in iſta corporis grauedine cõſtitutus: cũ uenerit illa patria, iam domus erit, nullus aduerſarius tentabit ut tabernaculum uocetur. Non procedemus ad pugnãdum, ſed pmanebimus ad laudandum. Quid.n. dicitur de illa domo? Beati q̃ habitant in domo tua, Psal. 83
in ſecula ſeculorũ laudabũt te. In tabernaculo adhuc gemimus, in domo laudabimus. Quare? Quia gemitus eſt peregrinantiũ, laudatio iã in patria cõmanentiũ. Hic primo q̃ratur tabernaculũ deo Iacob. Ecce audiuimus eã in Effrata.) Quam eam? Sedem dñi. Audiuimus in Effrata. Inuenimus eã in campis ſaltuũ.) Ibi audiuit, ibi inuenit. An alibi audiuit, & alibi inuenit? Quæramus ergo qd ſit Effrata ubi audiuit: item q̃ramus qd ſit in cãpis ſaltuũ ubi inuenit. Effrata uerbũ Hebræum, interpretatur Latine ſpeculũ, ſicut tradiderunt qui uerba

A Hebræa scripturis posita in aliã linguam transtulerunt, ut ad nos pueniret intellectus. Nã ex Hebræa trãstulerunt in Græcã, & ex Græca trãslata sunt nobis in Latinã. Fuerunt.n. qui uigilarunt in scripturis. Si ergo Effrata speculũ, illa domus q̃ inuenta est in cãpis saltuum, in speculo audita est. Speculum imaginẽ habet, Ois ꝓphetia imago futuroꝝ. Dom⁹ ergo dei futura in imagine ꝓphetiæ prædicata est. Audiuimus.n. illã in speculo, id est, audiuimus in Effrata, inuenimus in campis saltuũ. Qui sunt campi saltuũ? Campi syluarum. Non.n. quemadmodũ uulgo dicit, Saltus ille, uerbi gra, centurias habens tot, saltus ꝓprie locus adhuc incultus & syluester dr. Nam & qdam cod ces, in campis syluæ habent. Qui ergo erant campi saltuũ, nisi gentes incultæ? Qui erant cãpi saltuũ, nisi ubi adhuc uepres erant idololatriæ? Sic tñ q̃uo uepres ibi erãt idololatriæ, ibi inuenimus locum dño tabernaculum deo Iacob. Quod audiuimus in Effrata, inuenimus in cãpis saltuum. Quod pdicatũ est in imagine Iudæis, manifestatum est in fide gentium. Intrauimus in tabernacula ei⁹.) Cuius? Dñi dei Iacob. Qui intrãt

B ut inhabitent, ipsi sunt q intrant ut inhabitentur. In domũ tuam ut inhabites intras, in domũ dei ut inhabiteris. Est.n. melior dñs, qui cum te cœperit inhabitare, beatum te facit. Nam si tu ab illo non inhabiteris, miser eris. In sua potestate esse uoluit il

Luc.15. le filius q dixit, Da mihi patrẽ patrimonij q̃ me cõtingit. Bene seruabatur apud patrẽ, ne cum meretricibus dissiparet. Accepit, facta est in eius potestate, Profectus in regionẽ longinquam, effudit oia cum meretricibus. Passus est tandẽ famem, recordatus est patrem, reuersus est ut pane saturaret. Ergo intra ut inhabiteris, & nõ quasi tuus sis, sed illius. Intrauimus in tabernacula eius. Adorabimus in loco ubi steterũt pedes eius.) Cuius pedes? Dñi, an ipsius dom⁹ dñi? Domus.n. dñi est, ubi dicit qua debet adorari. Adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Præterq̃ domum suam non exaudit deus ad uitã æternã. Ille.n. ad domũ dei ptinet, qui est in charitate cõpaginatus lapidibus uiuis. Qui aũt charitatẽ non habuerit, ruinam facit, & illo ruente domus stat. Nemo.n. minatur domui, ubi esse qua-

C si lapis cœpit, si ruere noluerit quasi aliqd domui noceat. Sic.n. superbierat & primus ppls Iudæoꝝ dicens, Neq̃.n fraudaturus est deus patrem Abrahã, cui ꝓmisit tanta de semine eius: & faciebãt oia mala tanquã securi de pollicitatione dei, qa nõ pro illorum meritis qui scelera faciebant, sed pro meritis Abrahæ parceret eis, & qualescunq̃ malos filios Abrahæ cógregaret in domũ suam ad uitã æternam.

Matth.3. Sed qd Ioannes? Gñatio, inquit, uiperarum. Qñ ad illum uenerunt ipsi filij Abrahæ ut baptizarent in aqua pniæ, non eis dixit, Generatio Abrahæ, sed uiperarum. Tales.n. erant quales quos imitabantur: non filij Abrahæ, sed filij Amorræi, Chananæi, Gergesæi, Hebusæi, & oium qui offenderunt deũ, ipsorum filij erant, qa ipsoꝝ facta sectabant. Generatio uiperarum qs ostendit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructũ dignum pniæ. Et ne dixeritis, patrem habemus Abrahã. Potens est.n. deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Nescio quos lapides tunc uidebat in cãpis saltuum unde suscitati sunt filij Abrahæ. Filij.n. magis q fidẽ imitati sunt, q̃ qui de carne nati sunt. Nemo ergo minet domui

dei, quasi dicat, subtraho me, & ruet domus. Bonũ D est.n. nulli ut coædificetur & habeat charitatẽ. Nam si ipse ruerit, stabit domus. Itaque frẽs in his est domus dei, quos pdestinauit & præsciuit perseueraturos. De illis dictũ est ubi steterunt pedes eius. Sunt enim q non pseuerant, nec stant pedes eius in eis. Non sunt ergo ipsi ecclesia, nõ ipsi ptinent ad illud modo tabernaculũ tunc domũ. Sed ubi nõ steterunt pedes eius? Qm̃ abũdauit iniquitas, refrigescit Matt.24.
charitas multoꝝ. In his quibus charitas refrigescit, non stant pedes eius. Sed qd secutus est? Qui autẽ pseuerauerit usq̃ in finẽ, hic saluus erit. Ecce in quibus steterũt pedes eius, in eo loco adora.i. de talibus esto, in qbus steterũt pedes dñi. Si autẽ de ipsa domo intelligere uolueris, ubi steterũt pedes dñi, pedes tui in xpo stent. Tunc autẽ stabunt pedes, si pseueraueris in xpo. Quid.n. dicitur de diabolo? Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit. Ioan.8.
Diaboli ergo pedes non steterunt. Itẽ de superbis qd dicit? Nõ ueniat mihi pes supbiæ, & manus peccatorum non moueant me. Ibi ciciderũt q operantur iniquitatem, expulsi sunt nec potuerunt stare. Ergo domus dei cuius pedes stant. Vnde ille gaudens E Psal.35.
Ioannes qd ait? Qui hẽt sponsam sponsus est, amicus aũt sponsi stat & audit eũ. Si nõ stat, nõ audit eum. Et gaudio gaudet pp uocẽ spõsi. Merito stat, qa pp uocem sponsi gaudet. Nam si pp uocẽ suam gauderet, caderet. Iã uidetis ergo quare ciciderint, qui ad uocem suam gaudent. Amicus autẽ ille spõsi dicebat, Hic est q baptizat. Qdidam dñt, Nos baptizamus, ad uocẽ suam stare gauisi nõ potuerũt, & non ptinent ad istam domũ de qua dicitur, ubi steterũt pedes eius. Exurge dñe in requiem tuã.) I. Para.6 Ioan.3.
Dño dormienti dicit, exurge. Iam nostis quis dormiuit, & qs surrexit, Ipse.n. quodã loco dicit in Psalmo, Dormiui cõturbatus. Bene illi dicitur, Exurge Psal.56
dñe in requiem tuam. Iam non cõturbaberis, qa xps surgens à mortuis, iam non moritur, & mors ei Rom.6
ultra non dñabitur. Ipsius est uox in alio Psalmo, Ego dormiui & somnũ cepi & exurrexi, qm̃ dñs suscepit me. Ipse dormiuit, ipsi dicitur, Exurge dñe in Psal.3.
requiem tuam. Tu & arca sanctificationis tuæ,) id est, exurge, ut exurgat & arca sanctificatiõis tuę, quam sanctificasti. Ipse caput nostrũ, arca eius, ecclesia eius. Surrexit prior, surgat & ecclesia. Nõ aũt F
auderet sibi resurrectionẽ corpus promittere, nisi prius exurgeret caput. Exurge dñe in requiem tuã, tu & arca sanctificationis tuæ. Et corpus dñi nři le I. Par. 6.
su xpi quod ex Maria natum est, intellectum est, à qbusdã arca sanctificationis, ut hoc diceret, Exurge dñe in requiẽ tuã, tu & arca sanctificatiõis tuæ, cũ corpore exurge, ut palpent q nõ credebant. Exurge dñe in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. Sacerdotes tui induant iustitia, & sancti tui lætent.)Te exurgẽte à mortuis & eunte ad patrem, regale illud sacerdotiũ induat fide, qa iustus Rom.1.
ex fide uiuit, & accepto pignore spũsancti, lætetur mẽbra spe resurrectionis q præcessit in capite. Eis enim Apls dicit, Spe gaudentes. Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciẽ xpi tui.) Hoc deo patri dictũ est, Propter Dauid seruum tuum, nõ auertas faciem xpi tui. Crucifixus est dñs in Iudæa, crucifixus est à Iudæis, ab ipsis turbat⁹ dormiuit. Inter quoꝝ sæuientiũ manus dormiuit, ad eos indicandos surrexit & dicit quodã loco, Exuscita me & reddam Psal.40.

G dam illis : & reddidit & redditurus est. Nã quanta
postea Iudæi passi sunt occiso dño, norunt ipsi. De
ipsa ciuitate ubi illũ occiderunt, oẽs expulsi sunt.
Quid ergo? Etiam oẽs de stirpe Dauid perierunt, &
de tribu Iuda? Non. Nã credidei ũt inde aliq, & mul
ta milia hominũ crediderunt inde, & hoc iam post
resurrectionem dñi. Sæuierunt ut crucifigerent, &
Io. 2. postea cœperunt uidere fieri miracula in noie Xpi
crucifixi, & plus cõtremuerunt tantũ posse eius no
men, q quasi inter manus eorũ nihil poterat, & cõ-
puncti corde iã credentes diuinitatem occultã fuis
se in illo quẽ cæteris similem hominibus putaue-
L runt, & consiliũ petentes ab Apostolis, audierunt,
Agite pœnitentiã, & baptizetur unusquisq; uestrũ in
nomine dñi nři Iesu Christi. Ergo qa ad iudicãdos
eos à qbus crucifixus est surrexit Christus, & auer-
tit faciẽ suã a Iudæis & cõuertit ad gentes, tanq̃ ro-
gatur deus pp reliqas Israel, & dicitur ei, propter Da
uid seruũ tuũ non auertas faciem Christi tui. Si pa
Esa. 10 lea damnata est, frumenta colligantur. Reliqę sal-
Rom. 9. uæ fiant, sicut dicit Esaias, Et planè factæ sunt reli-
H quię saluæ. Inde erãt duodecim Apostoli, inde plus
1. Cor. 5 q̃ qngenti fratres, quibus se dñs demonstrauit post
Act. 4 resurrectionẽ, inde tot milia baptizata, q̃ precia re-
rum suarũ ante pedes Apostolorũ ponebãt. Ergo im
pletum est qd hic rogatus est deus, Propter Dauid
seruũ tuũ ne auertas faciem Christi tui. Iurauit
dñs Dauid ueritatem & non pœnitebit eũ.) Quid
est, iurauit? promissum per seipsum firmauit. Quid
est, nõ pœnitebit eũ? Nõ mutabit. Non. n. dolorem
pœnitentię patitur deus, aut in aliquo fallitur ut ue
lit corrigere in quo errauit. Sed quõ hominem cũ
pœnitet mutare uult qd fecit: sic ubi audis, qa pœ-
nitet deũ, mutationẽ ipsam spera. Aliter illam facit
deus, quis nomine pœnitentiæ appellet, aliter tu.
Tu. n. facis, qa erraueras. Ille aũt facit, qa uindicat,
1. Re. 15 aut qa liberat. Mutauit regnum Saul cum pœnite-
ret eũ, sicut dictũ est, Et in eoipso loco ubi scriptu-
ra dicit, Pœnituit eũ, ubi paulopost dicit, Nõ. n. sic
est ut homo ut pœniteat eũ. Cũ ergo mutat opera
sua p incommutabile consiliũ suum, pp ipsam nõ
cõsilij sed operis mutationẽ pœnitere dicitur. Hoc
Psal. 109 aũt sic ꝓmisit, ut nõ mutaret, quõ dicitur & illud,
Heb. 7. Iurauit dñs & non pœnitebit eum, tu es sacerdos
I in æternum scd̃m ordinẽ Melchisedech. Sic & hoc
qa ita promissum est ut non mutaretur, qa necessa
rio futurum erat & pmansurum, dixit, Iurauit dñs
Dauid ueritatem, & non pœnitebit eũ. Ex fructu
uentris tui ponam sup sedem tuam.) Poterat dice-
re, ex fructu fœmoris tui. Quare ex fructu uẽtris no
luit dicere? Et illud qdem si diceret, uerum diceret:
sed significantius dicere uoluit, ex fructu uentris,
Luce. 2 qa de fœmina natus est xp̃s, quò uir non accessit.
Quid ergo? Iurauit dñs Dauid ueritatem, ex fructu
uentris tui ponam sup sedem tuam. Si custodie-
rint filij tui testm̃ meum, & testimonia mea hæc q̃
docebo illos. Et filij eorũ sedebunt in æternum sup
sedem tuam.) Si filij tui custodierint, & filij eorũ se-
debunt in æternũ. Meritum filijs parentes faciunt.
Quid si filij ipsius custodierint, & filij eorũ non cu-
stodierint? Quare ad meritũ patrũ ꝓmittitur beati
tudo filiorũ? Quid. n. ait? Non ait, si custodierint fi-
lij tui, & filij eorũ sedebunt in æternum. Non ait, si
custodierint filij tui sedebunt sup sedem tuã : & si
custodierint filij eorũ, & ipsi sedebunt super sedem

tuã: sed ait, Si filij tui custodierint, & filij eorũ sede- K
bunt sup sedem tuam, nisi qa filios hic uoluit intel
ligi fructus ipsorum? Si filij tui, inqt, custodierint
legem meã, & mandata mea hæc quæ docebo eos
seruauerint, filij tui, & filij eorũ sedebunt sup sedem
tuã. i. hic erit fructus ipsorũ, ut sedeant sup sedem
tuã. Modo. n. fratres oẽs q laboramus in Christo,
oẽs q cõtremiscimus uerba ipsius, q quõcunq; co-
namur facere uoluntatem ipsius, & ingemiscimus
petentes, ut adiuuet nos quo impleamus qd iubet,
nunqd iam sedemus in illis sedibus beatitudinis q̃
nobis promittuntur? Non, sed mandata tenentes
speramus hoc futurum. Ipsa spes tanq̃ in filijs dicta
est, qa hominis in hac uita uiuentis spes filij sunt,
fructus filij sunt. Propterea & homines excusantes
auaritiã suã, dicunt se filijs suis seruare qd seruant,
& nolentes dare inopi, pietatis nomine se excusant
qa filij eorũ spes eorũ sunt. Omnes homines. n. qui
scd̃m hoc seculum uiuunt, spem suam dicunt filios
gñare & relinquere. Ideo nomine filiorum spẽ ip-
sam posuit & ait, Si custodierint filij tui testamen-
tum meũ, & testimonia mea hæc q̃ docebo illos, &
filij eorũ sedebunt in æternũ sup sedem suam. i. ta- L
les fructus habebunt, ut spes eos nõ fallat, ut illuc
ueniant quò sperant se uenturos. Modo ergo tanq̃
patres sunt homines spei futuræ. Cũ aũt adepti fue
rint qd sperãt, filij sunt, qa illud quod adipiscuntur
pepererunt & generauerunt in operibus bonis. Et
hoc illis seruatur in posterum, qa & ipsa posteritas
in filijs appellari solet. Aut si filios ipsos hoies acci-
pis, intellige & de ipsis dictum, Si custodierint filij
tui testamentũ meũ, & testimonia mea hæc q̃ doce
bo illos: ut iste sit sensus, Si custodierint filij tui te-
stamentũ meũ, & testimonia mea hæc q̃ docebo il
los, & filij eorum. i. si custodierint: ut hic subdistin
guas, & deinde inferas, sedebũt in æternũ sup sedẽ
tuã. i. & filij tui & filij eorũ, sed oẽs si custodierint.
Quid ergo si nõ custodierint? Perijt promissio dei?
Non. Sed ideo dictũ est, & ideo ꝓmissum est, qa p̃-
dicauit deus. Quid nisi credituros? Sed ne aliqs q̃si
minaretur ꝓmissis dei, & in potestate sua uellet po
nere qd ꝓmisit deus ut impleretur, ideo ei iurauit
& dixit, In quo ostẽdit, qa sine dubio uenturũ est.
Quõ ergo posuit ibi si custodierint? Ne iam glorie
ris de ꝓmissis, & dimittas te non custodire. Tunc M
eris filius Dauid si custodieris. Si aũt non, non eris
filius Dauid. Filijs Dauid ꝓmisit deus. Noli dicere,
Filius sum Dauid si degeneras. Si Iudæi illud nõ di
cunt q de ipsa stirpe nati sunt, immo dicunt illud,
sed delirant: aperte. n. dñs ait, Si filij Abrahæ estis, Ioan. 8.
facta Abrahæ facite. Inde illos negauit filios, qa fa-
cta nõ faciebant. Nos quõ nos dicimus filios Da-
uid, q de eius stirpe non sumus scd̃m carnẽ? Restat
ut filij non simus, nisi imitãdo fidem, nisi colendo
deũ sicut & ille coluit. Si ergo qd tibi p stirpẽ non
speras, p facta non uis asseq, quõ in te complebitur
qa sedebis sup sedem Dauid? Etsi non in te comple
bitur, putas qa nõ complebitur? Et quõ inuenit eã
in campis saltuum? Et quõ steterunt pedes eius?
Qualiscunq; ergo fueris, illa domus stabit. Quo-
niam elegit dñs Sion, præelegit eam in habitatio-
nem sibi.) Sion, ipsa est ecclesia, ipsa est & Hierusa-
lem, ad cuius pacem currimus, quæ non in angelis
sed in nobis peregrinatur, q̃ ex parte meliore expe-
ctat partẽ redituram, unde nobis literę uenerũt q̃

A quotidie recitant. Ipsa ciuitas, ipsa est Sion, quā pręelegit deus. Hæc requies mea in secula seculo℞.) Iā dei uerba sunt, Requies mea, ibi requiesco. Quātū nos amat deus frēs, ut qa nos requiescim⁹, se dicat requiescere. Non n ipse aliqñ turbatur, aut sic requiescit, sed ibi se dicit requiescere, qa nos in illo requiē habebimus. Hic habitabo qm præelegi eā. Viduam eius benedicens benedicam, & pauperes eius saturabo panibus.) Omnis anima q intelligit se desertam omni auxilio, nisi solius dei, uidua est.
1.Tim.3 Quō n Apl's describit uiduam? Quę autem uere uidua est & desolata, sperauit in dñm. Agebat autem de istis uiduis, quas oēs dicimus in ecclesia. Dixerat autem, q in delitijs degit, uiuens mortua est, & non illam numerauit inter uiduas. Describens aūt uiduas & sanctas, quid ait? Quæ aūt uere uidua est & desolata, sperauit in dño, & persistit in precib⁹ & obsecrationibus nocte ac die. Ibi subiecit, Quæ autem in delitijs agit, uiuens mortua est. Vnde ergo uidua est? Quia non habet auxilium aliūde, nisi solius dei. Ille q habent uiros, quasi superbiūt de auxilio uiro℞. Desertæ uidentur uiduæ, & robusti⁹ est
B auxilium earum. Ergo tota ecclesia, una uidua est, siue in uiris, siue in fœminis, siue in cōiugatis, siue in maritatis fœminis, siue i adolescētib⁹, siue in senibus, siue in uirginib⁹. Ois ecclesia una uidua est, deserta in hoc seculo, si sentit illud, si nouit uiduitatē suā. Tūc.n. auxiliū pstō est illi. Nonne agnoscitis istā uiduā in Euāgelio frēs mei, cum diceret dñs oportere semp orare & nō deficere? Erat quidā iu-
Luc.18. dex, in ciuitate dixit, q nec deū timebat nec hoies uerebatur, & interpellabat eū qdam uidua quotidie & dicebat, Vindica me de aduersario meo. Et interpellādo quotidie uidua fregit illū. Ait.n. ipse iudex apud se, qui nec deum timebat nec hoies uerebatur. Et si deū nō timeo, nec hoies erubesco, uel pp tædium quod mihi facit ista uidua uindicabo eam. Si audiuit iudex malus uiduā ne tędiū pateretur, deus nō audit ecclesiā quā hortatur ut deprecetur? Itē pauperes eius saturabo panib⁹. Quid est f. ēs. Simus pauperes, & tunc saturabimur. Multi psumentes de seculo, & supbi xpiani sunt, adorant xpm, sed non saturantur. Saturati.n. sunt, & abun-
Psal.122. dant in supbia sua, De talib⁹ dicitur, Opprobriū eis
C qui abundant, & despectio superbis. Illi abūdant, & ideo māducant, sed non saturātur. Et qd de illis dictū est in Psalmo? Manducauerūt & adorauerūt
Psal.21 oēs diuites terræ. Adorāt xpm, uenerātur xpm, supplicant xpo, sed non saturantur sapientia & iustitia ipsius. Quare? Quia non sunt pauperes. Pauperes autem.i. humiles corde, quanto plus esuriunt, tāto plus manducant: tanto aūt plus esuriunt, quāto à seculo inanes sunt. Qui plenus est, quicqd illi daturus es, respuit, qa plenus ē. Da mihi esurientē,
Mat.5 da mihi de quib⁹ dictū est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qm ipsi saturabunt, & erunt hi pau-
Psal.21. peres de quib⁹ modo dicit, Et pauperes eius saturabo panib⁹: qa & in ipso Psalmo ubi dictū est, Manducarunt & adorauerūt oēs diuites terrę, dictū est illic & de pauperib⁹, & prorsus eo modo quo & in isto psalmo, Edēt pauperes & saturabunt & laudabunt dñm q requirunt eū. Vbi dictū est, Manducauerunt & adorauerunt oēs diuites terræ, ibi dictū est, Edent pauperes & saturabunt. Quare qñ diuites dicti sunt adorasse, saturati non dicti sunt: Qñ

aūt pauperes dicti sunt, saturati dicti sunt? Et unde D
saturati? Hęc saturitas fratres qualis est? Deus ipse ē panis. Panis ut lac nobis fieret descēdit ad terrā, & Ioan.6
ait suis, Ego sum panis uiuus qui de cœlo descēdi. Ideo illic in Psalmo, Edēt pauperes & saturabunt. De quo saturabūtur? Audi qd sequitur, Et laudabūt dñm q requirūt eū. Psal.3
Estote ergo pauperes, estote in mēbris illius uiduæ, nō sit auxiliū uestrū nisi in uno deo. Pecunia nihil est, nō inde auxiliū habebitis. Multi pp pecuniam pręcipitati sunt, multi pp pecuniam perierunt. Multi pp pecuniam multā qsiti sunt à raptoribus. Tuti essent, si non haberent quare quærerentur. Multi de amicis potentioribus psumpserunt, ceciderūt illi de quibus psumpserūt, & inuoluerūt eos qui de se psumpserant. Respicite exempla gnis humani. Quid magnum est qd' uobis dicitur? Nō solū de his scripturis ea loquimur, legite ea in orbe terrarū. Attendite non psumere de pecunia, de amico hoie, de honore & iactātia seculi. Tolle ista oia, sed si habes illa, age deo gras si cōtemnis illa. Si autē inflaris inde, noli attendere qñ eris præda hoium, iam diabolo præda es. Si autem de his rebus non psumpseris, eris in mēbris illius E
uiduæ q est ecclesia, de qua dictū est, Viduam eius benedicens benedicā: eris & pauper, de qualib⁹ dictum est, Et pauperes eius saturabo panibus. Aliqñ aūt, quod non est prætermittendum dicere, inuenis pauperē superbū, & diuitem humilē: quotidie patimur tales. Audis pauperem quasi gementē sub diuite, & qñ potētior premit diues, tūc illū humilē uides: aliqñ nec tunc, sed & tunc superbum: unde uides, quid esset, si aliquid haberet? Ergo paup dei in animo est, non in sacculo. Procedit aliqñ homo habens plenam domum, uberes terras, multa pdia multū auri & argenti, nouit qa in ipsis non est psumendū, humiliat se deo, facit inde bene, ita cor ipsius erigitur ad deū, ut nouerit quia non solū nihil illi prosunt diuitiæ ipsæ, sed & impediūt pedes ipsius, nisi ille regat & ille subueniat, & numerat inter pauperes q saturantur panib⁹. Inuenis aliū mēdicū inflatū, aut ideo nō inflatū, quia nihil habet, quærentem tñ unde infletur. Non attendit deus facultatē sed cupiditatē, & iudicat eū secundum cupiditatem, qua inhiat reb⁹ tēporalibus, non scd'm facultatem quā nō ei contigit adipisci. Vnde.n. de F
diuitibus dicit Apl's, Diuitibus huius seculi præci- 1.Tim.6.
pe non supbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui nobis pstat omnia abundanter ad fruendum. Quid ergo faciant de diuitijs suis? Seqtur & dicit, Diuites sint in operib⁹ bonis, facile tribuāt, cōicent. Et uide qa hic pauperes sunt, Thesaurizēt, inqt, sibi fundamentū bonū in futurū, ut apprehendant ueram uitam. Cum apprehenderint, tunc erūt diuites. Qñ autem non ea adhuc habeant, nouerint se pauperes. Ita fit ut oēs humiles sancto corde, & i charitate germana cōstitutos, quicqd habuerint in hoc seculo, iter pauperes suos numeret deus, quos saturat panib⁹. Sacerdotes ei⁹ induā salutari, & sancti ei⁹ exultatione exultabūt.) Iā in fine psalmi sumus, paululū aduertat charitas uestra, Sacerdotes ei⁹ induā salutari, & sancti ei⁹ exultatione exultabunt. Quis est salutaris noster, nisi xps ni? Quid est ergo, sacerdotes eius induā salutari? Quotquot in xpo baptizati estis. xpm induistis, Gal.3
Et sancti eius exultatione exultabūt. Vnde exulta-

G bunt? Vnde? Exultatione, quia induti sunt salutari. Non in se.n.lux facti sunt, sed in dño. Nam erāt ante tenebræ: & ideo subiecit, Ibi suscitabo cornu Dauid.) Vt de xp̃o psimatur ipsa erit altitudo Dauid. Cornu.n. significat altitudinē. Et qualem altitudinem? Non carnalē. Ideo oia ossa carne inuoluta, cornu excedit carnem. Altitudo spiritalis cornu est. Quę aūt altitudo spiritalis est, nisi de xp̃o psumere, non dicere, Ego facio, ego baptizo, sed hic est q baptizat. Ibi est cornu Dauid. Et ut nouerttis, qa est cornu Dauid, attēdite qd sequatur, Paraui lucernam xp̃o meo.) Quę est lucerna? Iam nostis dñi uerba de Ioanne, Ille erat lucerna ardēs & lucēs. Et qd ait Ioannes? Hic est q baptizat. In hoc ergo exultabūt sancti, in hoc exultabūt sacerdotes, qa omne qd ipsoꝝ bonum est, non est ipsoꝝ, sed illius. Et qa ille habet potestatē baptizandi, securus accedit ad templum eius oīs q accipit baptismū, quia non hominis, sed illius est in quo excitatum est cornu Dauid. Super ipsum aūt florebit sanctificatio mea.) Super quem? Super xp̃m meum. xp̃o.n. meo, cum dicit, uox est patris qui dicit, Viduam eius benedicēs

H benedicam, & paupes eius saturabo panibus Sacerdotes eius induā salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. Qui dicit, Ibi suscitabo cornu Dauid, deus est. Ipse dicit, Paraui lucernam xp̃o meo, quia & xp̃s noster, & xp̃s patris. Christus noster est, cum saluat nos & regit nos, quō & dñs noster est: filius autem patris: Christus autem & noster & patris. Nā si patris Christus non esset, nō diceretur superius, Propter Dauid seruum tuū ne auertas faciem xp̃i tui Super ipsum aūt florebit sanctificatio mea. Super xp̃m floret, Nemo hoium sibi illam assumat, qa ipse sanctificat: Alioquin non erit uerum, Super ipsum aūt florebit sanctificatio mea. Gloria sanctificationis florebit. Sāctificatio ergo xp̃i in ipso xp̃o, potestas sanctificationis dei in xp̃o. Florebit.n.q̄ dixit, ad gloriam uult pertinere. Qñ enim floret arbores, tunc pulchræ sunt. Ergo sanctificatio in baptismo, unde floret & claret. Vnde cessit mundus huic pulchritudini? Quia in xp̃o floret. Nam pone illam in hominis potestate, quō floret, qñ omnis caro fœnum, & omnis claritas carnis ut flos fœni?

I *In Psalmum centesimum trigesimumsecundum Enarratio.*

Psalmus breuis est & ualde notus, sed ualde est nominatus. Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum habitare fratres in unum.) Ita sonus iste dulcis est, ut & qui psalterium nesciunt, ipsum uersum cantent. Tam dulcis est quā dulcis est charitas, q̃ facit fratres habitare in unum. Et hoc q̄dem frēs non indiget interpretatione aut expositione, q̃ bonum & quā iucundum sit habitare in unum. Sed ea q̃ sequuntur hñt aliquid quod pulsantibus apiatur. Veruntamen ut ab isto uersu descendat nobis intellectus uniuersæ texturę Psalmi, hoc primum etiam atq; ēt consyderemus: utrū de omnibus Christianis dictum sit, q̃ bonum & quā iucundum sit habitare fratres in unum: an aliqui sint certi atq; perfecti, qui habitāt in unum, nec ad oēs pertineat ista benedictio, sed ad quosdam, à q̄bus tñ descēdat ad cæteros. Ista n. uerba Psalterij, iste dulcis sonus, ista sua..is melodia, tam in cantico q̃ in intellectu, etiā monasteria peperit Ad hunc sonum excitati sunt fratres, qui habitare in unum cōcupierunt. Iste uersus fuit tuba ipsorum, Sonuit per orbem terrarum, & qui diuisi erant, congregati sunt in unum. Clamor dei, clamor spiritussancti, clamor ꝓpheticus non audiebatur in Iudæa, & audītus est in orbe terrarum. Aduersus istū sonū surdi erant, inter quos cantabatur, & apertis auribus inuenti sunt, de quibus dictum est, Quibus nō est nunciatum de illo uidebunt, & q non audierūt intelligent. Veruntamen dilectissimi si cōsyderemus de illo pariete circuncisionis, prius nata est ista benedictio. Num.n. oēs Iudæi perierūt. Et unde Apli, filij Prophetarum, filij excussoꝝ? Sicut iā sciētibus loquimur. Vnde illi quingenti qui dñm post resurrectionem uiderunt, quod cōmemorat Apostolus Paulus? Vnde illi centū uiginti, qui simul erant in uno loco post resurrectionem dñi & ascensionē in cœlum, q̄bus in uno loco constitutis supuenit spiritussanctus die pētecostes missus de cœlo, sic missus sicut ꝓmissus? Oēs inde erant, & ipsi primo habitauerunt in unū, q omnia q̃ habebant uendiderunt, rerumq; suarum precia ad pedes Aplorum ponebant, sicut in Actibus Aplorum legitur, Et distribuebatur unicuiq; sicut cuiq; opus erat, & nemo dicebat aliqd proprium, sed erāt illis omnia cōia. Et quid est, in unum? Et erat illis, inqt, anima una & cor unū, in deum. Ergo ipsi prius audierunt, Ecce q̃ bonum & q̃ iocundum habitare fr̃es in unū. Primi audierunt, sed non soli audierunt, Non.n. usq; ad illos ista dilectio & unitas fratrum uenit. Venit enim & ad posteros ista charitatis exultatio & uotum deo. Vouetur.n. aliqd deo, & dictū est, Vouete & reddite dño deo uestro. Melius est aūt nō uouere & reddere, q̃ uouere & non reddere. Sed debet esse impiger animus, ut & uoueat & reddat, ne cum se minus idoneū putat ad reddendum, piger sit ad uouendū. Planē nunq̃ reddet, si de suo se putauerit redditurum. Ex uoce huius psalmi appellati sunt & monachi, ne q̄s uobis de isto noie insultet catholicis. Qñ uos recte hereticis de Circūcellionibus insultare cœpitis, ut erubescendo saluent, illi uobis insultant de monachis. Primo si comparandi sunt uos uidete, si uerbis nr̃is opus est, iam laboratis, nō opus est, nisi ut admoneā unūquemq; ut attendat, solū attendat & cōparet. Quid opus est ut uerbis nr̃is comparentur ebriosi cū sobrijs, pcipites cum consyderatis, furentes cū simplicibus, uagantes cū congregatis? Sed tñ dicere consueuerunt: quid sibi uult nomen monachoꝝ? Quanto melius dicimus nos: qd sibi uult nomē Circellionum? Sed nō, inquit, uocant Circelliones, forte corrupto sono nominis eos appellamus. Dicturi sum̃ uobis integrū nomē ipsoꝝ. Forte Circūcelliones uocanť, nō Circelliones. Planē si hoc uocant exponāt qd sint? Nā Circūcelliones dicti sunt, qa circum cellas uagantur. Solēt.n ire hac atq; illac, nusquā hn̄tes sedes, & facere q̃ nostis, & q̃ illi norunt, uelint nolint. Verūtamen charissimi, sunt & qui monachi falsi sunt Et nos nouimus tales, sed nō perijt fraternitas pia pp eos qui ꝓfitentur quod non sunt. Tam sunt.n. monachi falsi, q̃ & clerici falsi, & fideles falsi. Oia ista tria genera fratres mei; quæ aliqñ uobis commēdauimus, & ut puto non semel, habēt bonos suos, habent malos suos. De tribus.n. ipsis generibus dictū est, Duo in agro, unus assumetur, & unus relinquetur. Et duo in lecto, unus assumetur, & unus relinquetur

Marginal references: Ephes. 5. (G); Ioan. 5.; Esai. 40. (I); K; Esa. 65.; Psal. 126.; 1. Cor. 15.; Act. 1.; Act. 2.; Act. 4.; Act. 2.; L; Act. 4.; M; Matt. 24.

A quetur:Et duæ in molẽdino,una assumetur,& una
relinquet.In agro sunt,q gubernãt ecclesiam.Vnde
1.Cor.3 dicit Apls, uidete si non in agro erat,Ego plantaui,
Apollo rigauit,sed deus incrementũ dedit.In lecto
aũt eos intelligi uoluit, qui amauerunt quieté:p le
ctum.n.quietem uoluit intelligi , non se miscentes
turbis,nõ tumultui generis humani, in ocio seruiẽ
tes deo:& inde tñ unus assumetur,& unus relinque
tur.Sunt ibi ꝓbi,& sunt ibi reprobi.Ne expauesca-
tis qñ ibi inueniũtur reprobi . Nã & latent quidã q
Matt.24. non inueniũtur nisi in fine.Duę item in molẽdino
ex nomine generis fœminini appellauit , plebes.n.
intelligi uoluit.Quare in molendino ? Quia in isto
mũdo uersantur , ubi molendinũ intelligitur,quia
sic uertitur mundus iste qũo mola : uæ enim quos
cõterit . Sic ibi uersantur fideles boni,ut una ex eis
consumatur, altera assumatur.Quosdã.n.actiones
mũdi faciũt dilectores seculi,fraudatores,simulato
1.Cor.7. res.Alij aũt sic ibi sunt qũo ait Apostolus, Et q utũ
tur hoc mũdo,tanq̃ nõ utentes sint . Præterit.n.fi-
gura huius mũdi , Volo uos sine sollicitudine esse.
Audis q̃ assumẽtur de molendino ? Certe.n.mulra
B peccata uidentur ad diuites ptinere . Cum.n. plus
agũt,& plus administrãt,& plus ad eos pẽdet res fa
miliaris ampla,difficile est ut nõ plura peccata cõ-
Matt.19. trahãt.Et de illis dictũ est , Quia facilius est intrare
camelũ p foramen acus, q̃ diuité in regnũ cœlorũ.
Et cum cõtristati essent discipuli pro illis , de qbus
iam desperabant,consolatus est eos dñs dicẽs,Quę
hoĩbus impossibilia sunt,deo facilia sunt.Qũo aũt
illud facilè facit deus?Audi Apostolũ,si non negli-
1.Tim.6. gas quod pręcepit,Pręcipite,inquit,diuitibus hu⁹
seculi,non superbe sapere. Inuenis enim pauperem
superbientem,diuitem humilem , Christianu bene
consyderatum , quia illa oia prætereunt & præter-
fluũt,quia nihil attulit in hũc mundũ,nihil põt de
mundo auferre, cogitantem quemadmodũ diues
Luc.16. ille qui ardebat in flamma apud inferos, guttã sibi
distillari de digito desyderauit eius q micas de mẽ
sa eius cõcupierat. Cogitãtes ista, faciũt qđ ait Apo
1.Tim.6. stolus, Neq; sperare in incerto diuitiarũ , sed in deo
uiuo qui præstat nobis oia abundanter ad fruen-
C dum.Diuites sint,inqt,in operibus bonis,facilè tri
Mat.24. buant,cõmunicent,thesaurizẽt Et qd inde illis lu-
cri? Thesaurizẽt sibi fundamentũ bonũ in futurũ,
ut apprehendãt ueram uitam. Ecce q̃ assumetur de
Luc.16. molendino . Qualis autem diues ille erat q indue-
batur purpura & bysso, & epulabaẽ quotidie splen
dide,& iacenté ad ianuã suã pauperé cõtemnebat?
Relinquetur , qa de molendino unà assumetur, &
Ezec.14. una relinquetur . Sic dicit & Ezechiel de tribus pso
nis,in qbus non absurde tria hæc genera intelligi-
mus . Cũ miserit dñs gladium in terra , & si fuerint
in medio eoꝶ Noe,Daniel & Iob,non liberabũt fi-
lios neq; filias,sed ipsi soli salui erunt.Iam illi olim
liberati sunt , sed in istis tribus nominibus tria ge-
Gene.7 nera q̃dam significauit. Noe significat rectores ec-
Danie.6. clesię,qa ipse arcã in diluuio gubernauit.Daniel au
&.14. tẽ uitã quietã elegit in cœlibatu seruire deo,id est,
Danie.9. uxoré nõ q̃rens, Erat uir sanctus in desyderijs cœle
stibus uitã gerẽs, tẽtatus in multis, & inuẽtus auꝶ
obryzũ.Quàm quietus erat, q & inter leones secu-
rus erat?Ergo in nomine Danielis q etiam uir desy-
deriorum est appellatus, sed uniq; castrorum atque
sanctorũ,significãtur serui dei, de qbus dicitur,Ec

ce q̃ bonum & q̃ iocundũ habitare fratres in unũ. D
In nomine Iob significatur una illa de molendino Matt.24
quæ assumetur . Habebat.n.uxoré, habebat filios, Iob.1.
habebat multas diuitias:& tam mulra habebat in
isto seculo,ut diabolus hoc ei obijceret,qa nõ gra-
tis sed pp ea q̃ acceperat colebat deũ . Hoc obiecit
aduersarius sancto uiro,,& in tẽtationib⁹ suis ꝓba-
tus est q̃ gratis Iob coleret deum,& non pp illa quę
acceperar , sed pp eũ q dederat. Amissis itaq; oĩbus
repẽtina afflictione & tẽtatione,amissa hęreditate,
amissis hæredibus, sola cõiuge sibi relicta non ad
consolationem, sed ad tentationẽ,ait quod nostis,
Dñs dedit,dñs abstulit,sicut domino placuit ita fa Ibid.
ctum est,sit nomen dñi benedictum.Impletum est
in eo quod quotidie cantamus, si & moribus cõso
nemus,Benedicam dñm in omni tempore, semper Psal.33.
laus eius in ore meo. Ergo in istis tribus hominib⁹
significata sunt tria genera hoĩum, & in illis tribus
rursus in Euãgelio q̃ commemoraui. Quid ergo di
cunt illi qui nobis de nomine monachoꝶ insultãt?
Fortasse dicturi sunt,Nostri nõ uocantur Circum-
celliones : uos illos ita appellatis cõtumelioso no-
mine,nã nos eos ita non uocam⁹.Dicãt qd eos uo- E
cent,& audietis,Agonisticos eos uocãt. Fatemur &
nos honesto noĩe,si & res cõueniret. Sed interim il
lud uideat sanctitas uestra , Qui nobis dñt, osten-
dite ubi scriptũ sit nomen monachoꝶ,oñdant ubi
scriptũ sit nomẽ Agonisticoꝶ. Sic eos appellamus,
inqunt,pp agonem.Certant.n.illi,& dicit Apls,Cer 1.Tim.6.
tamen bonũ certaui:qa sunt q certãt aduersus dia-
bolum & præualent milites xp̃i,Agonistici appellã
tur . Vtinam ergo milites xp̃i essent , & non milites
diaboli,à qbus plus timetur deo laudes,† q̃ fremi- † al. timẽtur dei laudes.
tus leonis.Hi etiã insultare nobis audent, quia frẽs
cum uident hoĩes,deo gratias dicunt . Quid est in-
quiunt,deo gratias?Itá ne surdus es ut nescias quid
sit deo grãs?Qui dicit,deo gratias,gratias agit deo.
Vide si nõ debet frater deo grãs agere,qñ uidet fra-
trem suum.Non.n.non est locus gratulationis , qñ
se inuicem uident qui habitant in xp̃o ? Et tñ uos,
deo gratias nostrum ridetis,deo laudes uestrũ plo
rant homines . Sed certe reddituri estis rationẽ de
nomine quare appelletis Agonisticos.Ita fiat ut ap
pellatis:ita fiat,omnino fauemus.Præstet dñs ut il F
li contra diabolum certent, & non contra xp̃m cu
ius persequũtur ecclesiam. Tñ quia certant,dicitis
Agonisticos,& inuenistis unde appelletis, quia di-
xit Apostolus,Bonũ agoné certaui . Quare ergo & 1.Tim.6.
nos non appellemus monachos,cũ dicit Psalmus,
Ecce q̃ bonum & q̃ iocundum habitare fratres in
unum?μόνος enim unus dicitur , Et non unus qũo-
cunq;,nam & in turba est unus , sed unà cum mul-
tis dici potest:μόνος non potest.i.solus:μόνος enim
unus solus est. Qui ergo sic uiuunt in unũ , ut unũ
hominem faciant, ut sit illis uere qũo scriptum est,
una aĩa & unum cor,mulra corpora, sed non mul- Acto.4.
tæ animę,multa corpora,sed non multa corda, re-
cte dicitur μόνος, id est,unus solus.Vnde & ille unus
sanabaẽ in piscina. Respondeant nobis & exponãt
qui insultant nomini monachoꝶ,quare ille q inuẽ
tus est triginta octo annos habens in infirmitate,
hoc respondisset dño:Cum cõmota fuerit aqua nõ Ioan.5.
habeo q me deponat,alius ante me descẽdit.Descẽ
derat unus,iã alius nõ descẽdebat. Vnus solus sana
batur,unitaté ecclĩæ figurabat. Merito insultãt no

G mini unitatis, q se ab unitate præciderunt. Merito
illis displicet nomē monachoꝝ, quia illi nolūt ha-
bitare in unum cum fratribus, sed sequentes Dona
tum, xp̄m dimiserūt. Hęc denuo & de uno solo au-
diuit charitas uestra: iam iocundemur cū Psalmo
ut sequentia uideamus Breuis est, pōt à nobis cur-
ri quantū dn̄s suggerit. Puto n ex his q̄ dicta sunt
patere posse q̄ sequuntur, quamuis & illa uideantur
obscura, Ecce q̄ bonum & quàm iocūdum habita
re frēs in unum. Ostēdebat qui dicebat, ecce. Vide
mus & nos frēs & benedicimus deū, & oramus ut
dicamus & nos, ecce. Et cui rei sīles sint, dicit Psal-
mus, Sicut unguentū in capite, quod descēdit in
barbam barbam Aaron Quod descēdit in orā ue-
stimenti eius.) Aaron quid erat? Sacerdos. Quis est
sacerdos, nisi unus sacerdos q intrauit in sanctasan
ctorum? Quis est sacerdos iste, nisi ille q fuit & ui-
ctima? Et qs est sacerdos, nisi ille q cum in mundo
nō inueniret mundū qd offerret, seipsum obtulit?
In capite ipsius unguentū, quia totum xp̄s cum ec-
clesia. Sed a capite uenit unguentū. Caput nostrū
H xp̄s est, crucifixum & sepultum, resuscitatū ascēdit
Act. 2 in cœlū, & uenit sp̄us sanctus à capite. Quò? Ad bar
bam. Barba significat fortes, barba significat iuue
nes, strenuos, impigros, alacres. Ideo qn̄ tales descri
bimus, barbatus homo est dicimus. Ergo illud pri
mum unguentū descendit in Ap̄los, descēdit in il-
los q primos impetus seculi sustinuerūt. Descendit
ergo in illos sp̄us sanctus. Nā & illi qui primum in
unū habitare cœpunt, p̄secutionem passi sunt. Sed
qa descēderat unguentū in barbā, passi sunt nō ui
cti. Etenim & caput iā passum præcesserat unde de
scēdit unguentū. Præcedēte tali exemplo, qs uince
ret barbā? Ex illa barba erat Stephanus sanctus. Et
hoc est nō uinci, ut charitas nō uincatur ab inimi-
cis. Nā uisi sunt sibi uicisse q p̄secuti sunt sanctos: il
li cædebāt, illi cędebant: illi occidebāt, illi occide-
bant. Quis nō putaret illos uincere, illos uinci? Sed
qa non uicta est charitas, iō unguentū descēdit in
barbā. Attēde Stephanū, Sęuiebat in illo charitas,
sęuiebat in eos cū audirēt, rogauit pro eis cū lapi-
Act. 7 darēt. Quid. n. ait cū audirēt, Dura ceruice & incir-
cūcisi corde & auribus, uos semp restitistis spiritui
sancto? Vide barbā, nunqd adulauit, nūqd timuit?
I Illi cū audirēt ista q̄ in illos dicebant, sęuiebāt: q̄si
sęuiebat. n. Stephan⁹, sęuiebat ore, corde diligebat,
& nō est uicta ipsa charitas in eo. Nā illi abhorren-
tes à uerbo, tanq̄ tenebrę fugiētes à lumine, ad lapi
des currere cœperūt Stephanū lapidare. Sicut an-
tea Stephani uerba lapidabāt illos, sic postea lapi-
des eoꝝ Stephanū. Qn̄ debuit plus irasci Stephan⁹,
qn̄ lapidabat, aut qn̄ audiebat? Ecce mitis factus ē
cū lapidaret, & sęuiebat cū audiretur. Quare sęuie
bat cū audiretur? Quia mutare uolebat eos a qbus
audiebatur. Veniētib⁹ in se lapidib⁹ nō uicta ē cha-
ritas, qa unguentū a capite in barbā descēderat, &
Mat. 5 audierat ab ipso capite, Diligite inimicos uestros,
& orate pro eis q uos p̄sequūtur. Audierat ab ipso
Luc. 23. capite pēdente in cruce & dicēte, Pr̄ ignosce illis, qa
nesciūt qd faciūt. Eo mō ergo unguentum a capite
descēderat in barbā, qa & ille cū lapidaret fixo ge-
Act. 7 nu ait, Dn̄e, ne statuas illis hoc p̄ctm̄. Ergo ille tanq̄
barba erat. Multi. n. fortes erāt, & multas p̄secutio-
nes passi sunt. Sed si nequaq̄ a barba descēdisset un
guentum, modo monasteria non haberemus: sed

quia descēdit & in orā uestimenti: sic. n ait, qd̄ de- K
scendit in orā uestimenti eius, secuta est ecclesia de
ueste dn̄i, peperit monasteria. Nam uestis sacerdo-
talis ecclesiam significat Ipsa est uestis de qua dicit
Ap̄ls, Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiā, nō habē Ephe. 5.
tem maculam neq̄ rugam. Mundatur ut non hēat
maculam, extēditur ut non habeat rugā. Vbi eam
extēdit fullo nisi in ligno? Videmus quotidie a ful-
lonib⁹ tunicas quodāmodo crucifigi. Crucifigūtur
ut rugā non habeāt. Quid est ergo ora uestimenti?
Fratres mei, in orā uestimēti quid acceptum sum⁹?
Ora finis uestimēti est. Quid acceptum sumus in fi
ne uestimēti? An qa in fine tēpoꝝ habitura erat ec-
clesia frēs habitātes in unū? An in ora perfectionē
intelligimus, qa in ora uestimentū p̄ficitur? Et illi
p̄fecti q norunt habitare in unum, illi perfecti qui
legem implent. Quō autem impletur lex xp̄i ab eis
qui habitant fratres in unum? Audi Ap̄lm, Inuicem Gal. 6
onera uestra portate, & sic implebitis legē xp̄i. Hæc
est ora uestimēti, Quō fratres mei itelligimus quā
oram dicat, quō potuit descendere unguētum? Nō
puto q̄ oram uestimenti in lateribus uoluit intelli L
gi. Sunt. n. ora in lateribus, sed a barba descendere
unguentum ad oram potuit q̄ in capite est, ubi a-
peritur capitium. Tales sunt q habitant in unum,
ut quō p oras istas intrat caput hominis ut uestiat
se: sic per concordiam fraternam xp̄s intrat qui est
caput nr̄m ut uestiatur & hæreat illi ecclesia. Quid
aliud dicit? Sicut ros Hermon qui descendit sup
montem Sion.) Hoc noluit intelligi fratres mei gra
tiam dei esse q̄ fratres habitant in unū, non ex suis
uiribus, non ex suis meritis, sed ex illius dono, sed
ex illius grā, sicut ros de cœlo. Num enim terra sibi
pluit? aut nō quicqnd genuerit arescit, nisi pluuia
desuper descendat? Dicit quodam loco in Psalmo:
Pluuiam uoluntariam segregans deus hæreditati Psal. 67
tuę. Quare dixit uoluntariam? Quia nō meritis no
stris, sed illius uoluntate. Quid n. boni meruimus
p̄ctōres? Quid boni meruim⁹ iniqui? Ex Adā Adā,
& sup Adam multa peccata nascūtur. Quisquis na-
scitur, Adam nascitur, dānatus de dānato, & addi-
dit male uiuendo sup Adam. Quid. n. boni meruit
Adam? Et tn̄ misericors amauit, & sponsus dilexit
nō pulchrā, sed ut faceret pulchrā. Ergo grām dei
dixit rorē Hermon. Sed Hermon quid sit, nosse de- M
betis, mons est quidam longe disiunctus ab Hieru
salem, id est, a Sion. Itaq̄ mirum est q̄ sic ait, Sicut
ros Hermon, qui descendit super montem Sion, cū
mons Hermon longe sit disiūctus ab Hierusalem.
Nā trans Iordanē eē dicitur. Ergo aliqd in interpre
tatione Hermon q̄ramus. Nomen. n. Hebræum est,
& habemus interpretationē ab eis q illam linguā
nouerunt Hermon interpretari dicitur lumen exal
tatum. A xp̄o ergo ros. Nam nullum lumen exalta-
tum est nisi xp̄s. Quō exaltatū est? Primo in cruce,
postea in cœlo. Exaltatus in cruce cum humiliare-
tur, sed humiliatio illius non potuit nisi alta esse.
Hominis dispensatio minor minorq̄ fiebat, q̄ signi
ficabatur in Ioanne: dei dispensatio in dn̄o nr̄o Iesu Ioan. 3
xp̄o crescebat, quod & natalibus eorum ostēditur.
Nam ille natus est sicut tradit ecclesia octauo calē Mat. 27
das Iulias, cū iam incipiunt minui dies: dn̄s autem & 14
natus est octauo calendas Ianuarias, qn̄ iam dies
incipiunt crescere. Audi ipsum Ioannem confiten-
tem, Illum oportet crescere, me autē minui Et pas-

A siones ipsorum hoc indicant, Dñs in cruce exaltatus
est, ille cæso capite diminutus est. Ergo lumen exal
tatum xp̄s, Inde est ros Hermon. Sed quicunq; uul-
tis habitare in unum, optate rorem istum, coplu-
mini inde, alioquin non poteritis tenere qd ꝓfite-
mini: nec ꝓfiteri audere poteritis, nisi ille intonue-
rit: nec pmanere poteritis, nisi eius sagina nō desit
uobis. Ipsa.n. sagina descēdit sup montē Sion. Iam
montes Sion magni in Siō. Quid est Sion? Ecclesia.
Et q ibi sunt mōtes? Magni. Quos significant mon
tes, hos significat barba, hos significat hora uesti-
menti, Barba nō intelligit nisi in pfectis. Non ergo
habitāt in unū, nisi in quibus pfecta fuerit chari-
tas xp̄iana. Nā in qbus non est pfecta charitas xp̄i,
& cū in uno sint, nō in unū habitant: Ergo si sunt,
odiosi sunt, molesti sunt, turbulēti sunt, anxietate
sua turbant cæteros, & qrunt quid de illis dicant,
qūo in iunctura inquietū iumentum non solū nō
trahit, sed & frangit calcibus qd iunctū est: Si autē
hēt rorē Hermon q descēdit sup montē Sion, quie-
tus est, placatus, humilis, tolerās, pro murmure pre
cē fundēs. Nā murmuratores oēs magnifice descri
B pti sunt quodā loco scripturarum, Præcordia fatui
Eccli. 33. sicut rota carri. Quid est, pcordia fatus sicut rota
carri? Fœnum portat & murmurat. Non.n. pōt rota
carri qescere a murmure. Sic sunt multi frēs, nō ha-
bitant in unū nisi corpore. Sed q sunt qui habitant
Act. 4. in unū? Illi de qbus dictū est, Et erat illis aīa una, &
cor unum in deū: & nemo dicebat aliqd suū esse,
sed erant illis omnia cōia. Designati sunt, descripti
sunt, q pertineant ad barbā, qui ptineant ad oram
uestimenti, q numerentur inter montes Sion: Et si
sunt ibi alij murmuratores, meminerint dicti dñi,
Matt. 24. Vnus assumetur & unus relinquetur. Qm̄ ibi mā-
dauit dñs benedictionem.) Vbi mandauit? In fra-
tribus qui habitant in unum. Ibi pręcepit benedi-
ctionem, ibi benedicunt dñm qui habitant cócor
diter. Nā in discordia non benedicis dñm. Sine cau
sa dicis qa lingua tua sonat benedictionem dñi, si
corde nō dices. Ore benedicis, & corde maledicis.
Psal. 61. Ore suo benedicebāt, & corde suo maledicebant.
Nunqd uerba nostra sunt? Significati sunt quidā.
Benedicis dñm cum oras, & sequeris in prece tua,
C & maledicis inimico tuo Hoc est qd audisti ab ip-
Matt. 5. so dño, diligite inimicos uestros. Si aūt facias ut di
ligas inimicū tuū & ores pro eo, ibi mandauit dñs
benedictionem suam: Ibi habebis Vitam in secu-
lum.) Id est, in æternum. Multi.n. amantes uitam
istam, maledicunt inimicis suis Pro qua re, nisi pro
ista uita, nisi pro cōmodis secularibus? Vbi te angu
stauit inimicus tuus, ut cogaris maledicere? In terra
angustatus es, migra, habita in cœlo. Qūo, inqes,
habitabo in cœlo homo carne indutus, carni de-
ditus? Corde pcede, ut prosequaris corpore. Noli
surdus audire. Sursum habe cor, & nemo te coangu
stauit in cœlo. Et ideo bene seqtur & alius psalm⁹:

In Psalmum centesimum tricesimumtertium

Enarratio.

Ecce nunc benedicite dñm, oēs serui dñi:
Qui statis in domo dñi, in atrijs dom⁹ dei
nostri.) Quare addidit, in atrijs? Atria am-
pliora spatia domus intelligūtur. Qui stat in atrijs,
non angustatur, non premitur, quodammodo de-
† al. dilatatur. lectatur. † In latitudine mane, & potes diligere ini
micum tuum, qa non ea diligis ubi ab inimico an
gustias pateris. Qūo intelligeris stare in atrijs? Sta D
in charitate, & stas i atrijs. In charitate latitudo est,
in odio angustia. Audi Aplm, Ira & indignatio, tri- Roma. 2.
bulatio & angustia in oēm animam hominis ope-
rantis malum. De latitudine aūt charitatis quid di
cit? Qm̄ charitas dei diffusa est in cordibus nostris Roma. 5
per spm sanctum qui datus est nobis. Vbi audis dif
fusionem, intellige latitudinē. Vbi audis latitudi-
nem, intellige atria dñi, & habebis uerā bñdictio-
nem dñi, qn non maledicis inimicis. Alloquitur.n.
spūs eos qui patiuntur tribulationem, ut glorient
in tribulationibus, & dicit eis: Ecce nunc benedici
te dñm, omnes serui dñi. Quid est, ecce nūc? In hoc
tpe. Nam post trāsactas tribulationes manifestum
est quia benedictioni dñi uacabimus: Et dictum
est, Beati qui habitant in domo tua, in secula secu- Psal. 83.
lorum laudabunt te. Qui tunc benedicturi sunt si
ne defectu, hic incipiunt bñdicere dñm: Hic in tri-
bulationibus, in tentationibus, in molestijs, inter
aduersitates seculi, inter insidias inimici, inter frau
des & impetus diaboli: Hoc est, Ecce nunc benedi
cite dñm, oēs serui dñi, q statis in domo dñi. Quid
est, qui statis? Qui perseueratis, quia dictum est de E
quodā q archangelus fuit & in ueritate non stetit: Ioan. 8.
Et dictum est de amico sponsi, Amicus aūt sponsi Ioan. 3.
stat & audit eū, & gaudio gaudet pp uocem spōsi.
Ergo q statis in domo dñi in atrijs domus dei no-
stri. In noctibus extollite manus uestras i sancta,
& benedicite dñm.) Facile est benedicere in dieb⁹.
Quid est, in diebus? In rebus ꝓsperis. Nox.n. tristis
res est, dies res est lęta. Qn̄ tibi bene est, benedicis
dñm: Qn̄ filium desyderas, & nascitur, benedicis
dñm. Liberata est uxor tua à periculo partus, bene
dicis dñm Aegrotabat filius, liberatur, benedicis
dñm. Aegrotabat filius, forte quæsisti mathemati-
cum, sortilegum, forte non de lingua, sed de mori-
bus tuis exijt maledictio in dñm, exijt de moribus
& de uita tua. Noli gloriari quia lingua benedicis,
si uita maledicis. Qūo, inquis, uita maledico? Quia
attendit uita tua & dicitur, Ecce Christianus, ecce
quales sunt xp̄iani. Blasphematur pp te Christus.
Ecce cū uita tua maledicat, quid ꝓdest qd lingua
tua benedicit? Benedicite ergo dñm. Qn̄? In nocti-
bus. Qn̄ benedixit Iob? Qn̄ tristis nox erat. Ablata F
sunt omnia quæ possidebantur: ablatis filijs qbus
seruabantur, q̄ tristis nox? Sed uideamus si non in
noctibus benedicit: Dominus dedit, dñs abstulit, Iob. 1.
sicut dño placuit ita factum est, sit nomen dñi be-
nedictum. Quā nox atrox? Percussus uulnere à ca-
pite usque ad pedes, putrefactus liquescebat in se-
Tunc.n. Eua † ausa est eū tentare, Dic aliqd in deū † al. uxor
tuū & morere. Audi benedicentē in noctib⁹. Locu- Iob. 2.
ta es, inqt, quasi una ex insipientibus mulieribus. Si
bona suscepimus de manu dñi, mala quare nō tole
ramus? Ecce qd est, in noctib⁹ extollite manus nr̄as
in sancta, & bñdicite dñm Quid dixit Iob? Locuta
es tanq̄ una ex insipientib⁹ mulieribus. Adā putris
repulit Euā tanquā dicens, Sufficit ꝙ pp te morta- Gene. 3.
lis effectus sum. Valueras in paradiso, sed uinceris Psal. 84.
in stercore. Magna gr̄a dei Sed unde hoc, nisi quia
ros Hermō copluerat illā aīam, & dederat dñs sua-
uitatem, ut terra nr̄a daret fructum suum? In nocti
bus extollite manus uestras in sancta, & benedici-
te dñm. Benedicat te dominus ex Sion, qui fecit
cœlum & terram.) Plures hortatur ut benedicāt, &

G ipſe unum benedicit, quia ex pluribus unum fecit:
Pſal.127. Quia bonū & iocundum eſt habitare frēs in unū:
Pluralis numerus frēs, ſed ſingularis habitare in u-
num. Ideo benedicat te dn̄s ex Sion, qui fecit cœlū
& terram. Nemo ueſtrum dicat, Ad me non puenit
iſta benedictio. Puta, quis eſt, quē benedixit: Bene
dicat te dn̄s ex Sion. Vnum benedixit. Eſto unum
& in uno, & perueniet ad te benedictio.

In Pſalmum centeſimum triceſimumquartum Enarratio.

U Alde nobis dulce eſſe debet, & dulce nobis
eſſe gaudendum eſt, quò nos Pſalmus iſte
cohortatur. Dicit.n. Laudate nomē dn̄i.)
Cauſamq́ ipſam quare iuſtum ſit ut laudemus no
men dn̄i, continuo ſubiecit, Laudate ſerui dn̄m.)
Quid iuſtius? quid dignius? quid gratius? Etenim
ſi non laudauerint ſerui dn̄m, ſuperbi, ingrati, irre-
ligioſi, erunt Et quid faciunt non laudando dn̄m,
niſi ut ſeuerum ſentiant dn̄m? Neq́.n. ſeruus ingra-
tus ſi dn̄m ſuū laudare noluerit, ideo efficit ut ſer-
uus non ſit. Laudes, non laudes, ſeruus es. Sed ſi lau
des propiciabis, ſi non laudes offendis. Bona ergo
H exhortatio & utilis: unde magis ſatagere debemus
quemadmodū laudandus ſit deus, q̄ dubitare lau-
dandū. Laudate ergo nomen dn̄i. Hortaſ nos Pſal-
mus, hortatur nos ꝓpheta, hortatur nos ſpūs dei,
hortatur poſtremo nos ipſe dn̄s ut laudemus do-
minum. Non.n. laudibus nr̄is ille creſcit, ſed nos.
Deus nec melior fit ſi laudaueris, nec deterior eſt ſi
uituperaueris: ſed tu laudando bonū melior eris,
uituperādo deterior: Bonus autē ille manet ut eſt.
Si.n. ſeruos ſuos ipſos bene de ſe meritos, p̄dicato-
res uerbi ſui, rectores eccleſię ſuæ, ueneratores no-
minis ſui, obtēperatores mādati ſui id docet, ut in
conſcia ſua habeant dulcedinē bonæ uitæ ſuę, ne
corrumpanſ laudibus, ne frāgantur uitupationib⁹
hoium: quanto magis ipſe, incōmutabilis ſup oia
qui hæc docet, nō utiq́ maior fit ſi laudaueris, nec
minor ſi uituperaueris? Sed qm̄ nobis expedit lau-
dare dn̄m, miſericorditer iubet ut laudemus eum,
nō arroganter. Audiamus ergo quid dicit, Laudate
nomen dn̄i, laudate ſerui dn̄m. Non aliquid incon
gruum facitis laudando ſerui dn̄m. Et ſi ſemp tm̄-
I modo ſerui eſſetis, deberetis laudare dn̄m: quanto
magis debetis laudare dn̄m ſerui, ut eſſe mereami-
ni & filij? Sed qm̄ ſcriptum eſt in alio pſalmo, Re-
Pſal.32. ctos decet laudatio: Et item alibi ſcriptum eſt, Nō
Eccli.15 eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: Itemq́ alibi dici
Pſal.49 tur, Sacrificiū laudis glorificauit me: Et ibi uia eſt
in qua oſtendam illi ſalutare dei: & conſequenter,
Peccatori aūt dixit deus, Vt qd tu enarras iuſtitias
meas, & aſſumis teſtm̄ meum p os tuum, tu aūt odi
ſti diſciplinam, & ꝓiecisti ſermones meos poſt te?
Ne forte quiſquam qm̄ dictum eſt, laudate ſerui do
minum, ēt ſi in domo iſta magna fuerit malus ſer-
Pſal.133. uus, putet ſibi prodeſſe laudem dn̄i, continuo qua
les ſint qui laudare debeant dn̄m ſubijcit & docet.
Qui ſtatis in domo dn̄i, in atrijs domus dei nr̄i.)
Qui ſtatis, non qui ruitis. Illi autem ſtare dnr̄ qui
in mandatis eius perſeuerant, qui in fide non ficta,
& ſpe firma, & charitate ſyncera ſeruiunt deo, & ho
norant eccleſiam eius, & nō dant offenſionē male
uiuendi eis q uenire uolunt, & in uia lapides offen
ſionis inueniunt. Ergo q ſtatis in domo dn̄i, lauda
te nomen dn̄i. Grati eſtote ne foris erretis. Quia er-
go ſtatis, parū ne eſt uobis? ubi laudādus eſt q uos K
erexit iacētes, & fecit in domo ſua ſtare & ipſum a-
gnoſcere ipſumq́ laudare? Paruúm ne hoc benefi-
cium eſt ꝙ ſtamus in domo dn̄i? Hic iterim in hac
pegrinatione, in hac domo qd etiā peregrinationis
tabernaculū dicitur, qa hic ſtamus, nunquid parū
grati eſſe debemus? Nōne cogitandū eſt qa hic ſta-
mus? Nōne cogitandū eſt quid facti fuerimus? Nō-
ne cogitandū eſt nobis ubi iacebamus, & quò col
lecti ſumus? Nōne cogitandum eſt qa omnes impij
dn̄m non q̄rebant, & ipſe illos non quærentes quę
ſiuit, ipſe inuētos excitauit, ipſe excitatos uocauit,
ipſe uocatos introduxit, & in domo ſua ſtare fecit?
Hæc qſquis cogitat & ingratus non eſt, oīno deſpi-
cit ſe præ amore dn̄i ſui, à quo ſibi tāta p̄ſtita ſunt.
Et qm̄ non habet qd pro tantis beneficijs deo retri
buat, qd ei reſtat, niſi gratias agere & nō repēdere?
Ad ipſam gratiaꝝ actionem pertinet, & calicē dn̄i Pſal.115.
accipere & nomē eius inuocare. Nā quid retribuat
dn̄o ſeruus pro omnibus q̄ retribuit illi? Ergo qui
ſtatis in domo domini in atrijs domus dei noſtri.
Laudate dn̄m.) Quid dicturus ſum quare laude-
tis? Qm̄ bonus dominus.) Breuiter uno uerbo ex L
plicata eſt laus dn̄i dei noſtri. Bonus dn̄s, ſed bo- Gene.1.
nus non ut ſunt bona quæ fecit. Nā fecit deus oīa
bona ualde: non tm̄ bona, ſed & ualde. Cœlum &
terram & omnia quæ in eis ſunt fecit bona, & ual-
de bona fecit. Si hæc omnia bona fecit, qualis eſt il
le qui fecit? Et tn̄ cum bona fecerit, multoq́ ſit me-
lior qui fecit q̄ iſta quæ fecit, non inuenies melius
quod de illo dicas, niſi quia bonus eſt dn̄s, ſi tn̄ in-
telligas proprie bonū à quo ſunt cætera bona. O-
mnia.n. bona ipſe fecit: Ipſe eſt bonus quē nemo fe
cit. Ille bono ſuo bonus eſt, non aliunde participa
to bono. Ille à ſeipſo bono bonus eſt, nō adhęren-
do alteri bono. Mihi aūt adhærere deo bonū eſt: q Pſal.72.
non eguit à quo fieret bonus, ſed eguerūt illo cęte
ra ut fierent bona. Vultis audire q̄ ſingulariter ille
ſit bonus? Dn̄s interrogatus dixit, Nemo bonus ni Matt.19.
ſi ſolus unus deus. Hāc ſingularitatē bonitatis eı⁹,
& p̄terire breuiter nolo, & cōmendare cōgrue non
ſufficio. Metuo ne ſi hinc cito trāſiero, ego ingrat⁹
inueniar: Itē metuo ne hoc cū explicandū ſuſcepe-
ro, ſub tāta laudis dn̄icę ſarcina defatiger. Sic tn̄ fra M
tres accipite me & laudantem & non ſufficientem,
ut ēt ſi non impletur illius laudis explicatio, acce-
pteſ laudatoris deuotio. Approbet me ipſe uoluiſ-
ſe, ignoſcat nō ipleuiſſe. Ineffabili dulcedine teneor
cum audio bonus dn̄s: conſyderatisq́ oibus & col
luſtratis q̄ forinſecus uideo, qm̄ ab ipſo ſunt oia, ēt
cum mihi hæc placent, ad illum redeo à quo ſunt,
ut intelligam qm̄ bonus eſt dominus. Rurſum cū
ad illum quantum poſſum ingreſſus fuero, interio
rem mihi & ſuperiorem inuenio, qa ſic bonus eſt
dn̄s, ut iſtis non indigeat quo ſit bonus. Deniq́ iſta
non laudo ſine illo, illum aūt ſine iſtis perfectum,
non indigum, incommutabilem, nullius bonum
quærentem quo augeatur, nullius malum timentē
quo minuatur inuenio. Et quid dicā amplius? Inue
nio in creatura cœlum bonum, ſolem bonū, lunā
bonam, ſtellas bonas, terrā bonam, q̄ gignuntur in
terra & radicibus nixa ſunt bona, q̄ ambulāt & mo
uentur bona, q̄ uolitant in aere & natant in aqs bo
na. Dico & hoīem bonum. Homo.n. bonus de bo-
no theſauro cordis ſui profert bonū. Dico & ange-
lum

lum bonum q non est lapsus supbia & diabolus factus est, sed inhæret obediendo ei à quo factus est. Omnia ista dico bona, sed tamen cũ suis nominibus, cœlũ bonũ, angelum bonum, hominẽ bonũ: Ad deũ aũt cũ me refero, puto melius nihil dicere q̃ bonum. Ipse qppe dñs noster Iesus Xp̃s dixit, Homo bonus: Et ipse item dixit, Nemo bonus nisi solus deus. Nónne stimulauit nos ad inqrendum & ad distinguendũ qd sit bonũ, & alio bono bonũ, & bonũ seipso bonum? Quã ergo bonũ est à quo sunt omnia bona? Omitto nullũ inuenias bonum qd non ab illo sit bonũ. Bonum bona faciẽs sicuti est ꝓprie, sic & bonus est ꝓprie. Neq̃. n. ea quæ facit nõ sunt, aut iniuria illi fit cum dicimus nõ esse quæ fecit. Quare. n. fecit, si non sunt quæ fecit? Aut qd fecit, si non est qd fecit? Cum ergo sint & illa q̃ fecit, uenitur tamẽ ad illius comparationem, tanq̃

Exod. 3. solus sit, dixit, Ego sum q sum. Et dices filijs Israel, Qui est, misit me ad uos. Non dixit, Dñs deus ille omnipotẽs, misericors, iustus: Quæ si diceret, utiq;

B uera diceret. Sublatis de medio omnibus qbus appellari posset & dici deus, ipsum esse se uocari respõdit, & tanq̃ hoc esset ei nomen, Hoc dices eis, inqt: Qui est, misit me. Ita. n. ille est, ut in eius cõparatione ea quæ facta sunt, nõ sint illi comparanda, qm̃ ab illo sunt: Illi autem nõ comparata sunt, quoniã ab illo sunt. Illi. n. comparata, non sunt, qa uerũ esse, incõmutabile esse est, qd ille solus est. Est. n. est, sicut bonorum bonum, bonum est. Cogitate & uidete quoniam qcqd aliud laudatis, ideo laudatis qa bonum est. Insanit q laudat quod nõ est bonũ, Si laudes iniquũ eo ipso q iniquus est, nónne & tu iniquus es? Si laudes furẽ eoipso q fur est, nónne & tu particeps eris? Si laudes iustum i eoipso q iustus est nónne & tu habes inde partem laudando? Non enim laudares iustum nisi amares: nõ amares, si nihil inde haberes. Si ergo qcqd aliud laudam⁹, ideo laudamus qa bonum est, nulla tibi maior causa & melior & firmior dari potuit quare laudes deum, nisi qa bonus est. Ergo laudate dñm, quoniã bon⁹ est. Quãdiu dicamus eius bonitatem? Quis corde concipiat aũt complectatur q̃ bonus sit dñs? Sed

C & ad nos redeamus, & in nobis illũ agnoscamus, & in operibus artificem laudemus, qa ipsum contẽplari idonei non sumus. Et si contemplari idonei aliquando erimus, cum fuerit mandatum cor nostrum fide, ut postremo gaudeat ueritate: nunc qm̃ ipse à nobis uideri non põt, opera eius uideamus, ne sine eius laude remaneamus: Ergo dixi, Laudate dñm qm̃ bonus est. Psallite nomini eius qm̃ suauis est.) Forte esset bonus, & suauis non esset, si tibi non daret posse gustare: Talem aũt se præbuit ho-

Ioan. 6. minibus ut ẽt panem de cœlo miserit, & filium suũ æqualem q hoc est qd ipse, dederit hominem faciẽdum, & pro hominibus occidendũ ut ꝑ hoc qd tu es, gustes qd non es. Multum. n. ad te erat gustare suauitatem dei, qa remota erat illa & nimis alta, tu autem nimis abiectus & in imo iacens. In magna ista separatione missus est mediator, Nõ poteras ad deũ homo, deus factus est homo, ut qm̃ homo potes ad hominẽ q non posses ad deũ, ꝑ hominem ue-

I. Tim. 2. nires ad deũ, & factus est mediator dei & hominũ, homo Xp̃s Iesus. Sed si homo solũ esset, hoc sequendo qd es, nunq̃ ꝑuenires. Si deus solum esset, nõ cõprehendendo quod nõ es, nunq̃ ꝑuenires. Deus factus est homo, ut hominem sequendo quò potes,

D ad deum ꝑuenias quod non poteras. Ipse est mediator, inde factus est suauis. Quid suauius pane angelorum? Quõ ergo non est suauis dñs, quando panem

Psal. 77. angelorum manducauit homo? Non. n. aliunde uiuit homo, & aliunde uiuit angelus: Ipsa est ueritas, ipsa est sapientia, ipsa est uirtus dei: sed quõ ea ꝑfruũtur angeli, tu non potes. Illi. n quomodo ꝑfruũtur?

Ioan. 1. Sicuti est, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, per qd facta sunt omnia. Tu aũt quomodo cõtingis? Quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vt aũt panẽ angelorum manducaret homo, creator angelorum fact⁹ est homo. Psallite ergo nomini eius qm̃ suauis est. Si gustastis psallite, si gustastis qm̃ suauis est dominus psallite, si bene sapit quod gustastis laudate. Quis tam ingratus est uel coquenti uel pascenti, ut cũ fuerit pulmento aliquo delectatus, non reddat gratiam laudando qd gustat? Si de his nõ tacemus de illo q dedit omnia tacebimus? Psallite nomini eius qm̃ suauis est, & audite iam opera eius. Tende-

E batis. n. uos fortassis uidere bonum omnium bonorum, bonum à quo sunt omnia bona, bonum sine quo nihil est bonum, & bonum qd sine cęteris bonum est: tendebatis uos ut uideretis, & forte in extendenda acie mẽtis uestræ deficiebatis Hoc. n. ex me conijcio, sic patior. Sed & si est aliqs, sicut fieri põt & ualde põt, acie mentis fortior me, & contuitum cordis sui diu figit in eo qd est, laudet ille ut põt, & quõ nos non possumus laudet: Gratias tñ illi q in hoc Psalmo temperauit laudem suam, ut & firmorum esset & infirmorum. Nam & i illa missione

Exod. 3. serui sui Moysi cũ diceret, Ego sum q sum: & dices filijs Israel, Qui est, misit me ad uos: Quia ipsum ꝓprie esse menti humanæ difficile erat capere, & mittebatur homo ad homines, q̃uis non ab homine, cõtinuo deus temperauit laudem suam, & hoc de se dixit qd capi dulciter posset, non in eo uoluit remanere qd laudabatur, quô nõ posset laudator attingere, Vade, inqt, dic filijs Israel, Deus Abrahã & deus Isaac & deus Iacob misit me ad uos: hoc mihi nomẽ est in æternũ. Certe dñe nomẽ illud habes,

F qa & tũ dixisti, Ego sum, q est misit me ad uos: Vnde modo nomen mutasti ut diceres, deus Abrahã & deus Isaac & deus Iacob? Nónne tibi uidetur ratio eius respõdere & dicere, qd dixi, Ego sum q sum uerũ est, sed nõ capis: quod aũt dixi, Ego sum deus Abrahã & deus Isaac & deus Iacob, & uerũ est & capis? Qd. n. ego sum q sum, ad me ꝑtinet: q aũt deus Abrahã & deus Isaac & deus Iacob, ad te ꝑtinet: Et si deficis in eo qd mihi sum, cape quod tibi sum Et ne forte qsq̃ putaret illud quod dixit de⁹, Ego sum q sum, & q est misit me ad uos, hoc solum ęternum ei nomen esse: q autem dixit deus, Ego sum deus Abrahã & deus Isaac & deus Iacob, tpale nomẽ esse non curauit deus cum dixisset, Ego sum q sum, & q est misit me ad uos, dicere q hoc ei nomen sit in æternum, qa & si hoc nõ diceret intelligeretur: Est enim uere est, & eoipso qd uere est, sine initio & sine termino est: Quod uero propter hominem est, ego sum deus Abraham & de⁹ Isaac & deus Iacob, ne ibi suborriretur humana sollicitudo, quia hoc temporale est non sempiternum, securos nos fecit, quia de temporalibus ad æternam uitam nos perducit. Hoc, inquit, mihi nomen est in æternum, nõ

G nō qa æternus Abrahā & æternus Isaac & æternus
Iacob, sed qa deus illos facit æternos postea sine fi
ne. Habuerunt qppe initiū, sed finē nō habebunt.
In Abrahā & Isaac & Iacob totā Ecclesiam eius co-
gitate, omne semen Israel cogitate, omne aūt semē
Israel, non solū qd est ex carne, sed ēt quod est ex fi-
de. Apostolus.n. gentibus loquebatur quibus dice
Gala. 3. bat, Si ergo uos Christi, ergo semen Abrahæ estis,
scdm promissionē hæredes: Benedicimur ergo oēs
in deo Abraham & Isaac & Iacob. Arborem qdem
benedixit quandā, eamq́ oliuam creauit, Sicut di-
xit Apostolus, ipsos patriarchas sanctos unde efflo
ruit populus dei Sed hęc arbor oliuę putata est nō
amputata, & īde supbi rami fracti sunt: Ipse est bla-
sphemus & impius populus Iudæoꝝ, manserunt ta
Rom. 11. men rami boni & utiles: nā inde Apl'i fuerūt. Et cū
ibi rami utiles relicti essent, p dei misericordiā in-
sertus est & oleaster gentiū, cui dicit Apl's, Tu autē
cū esses oleaster insertus es in illis, & particeps pin-
H guedinis oliuæ factus es: noli gloriari aduersus ra-
mos. Qd si gloriaris, non tu radicem portas, sed ra-
dix te. Hæc una arbor est ptinēs ad Abrahā & Isaac
& Iacob: & qd plus est, magis ad Abrahā & Isaac &
Iacob ptinet oleaster insertus, q̄ rami confracti. Illi
enim p fragmentum iam non ibi sunt, oleaster nō
ibi erat & ibi est. Illi p supbiam frangi meruerunt:
iste p humilitatē inseri meruit. Illi amiserunt radi-
cē, iste tenuit eam Cū ergo audistis Israel, & de Is-
rael ptinentem ad deū, inde nolite uos facere alie-
nos. Oleaster qdem fuistis, sed oliua estis, particeps
pinguedinis oliuæ. Nam uultis nosse in Abrahā &
Isaac & Iacob q̄uo sic sit insertus oleaster, ne pute-
tis uos ad hāc arborē non ptinere, qa non ptinetis
carnaliter ad semen Abrahā? Dn̄s qn̄ miratus est fi-
Matth. 8 dē Centurionis illius, q non erat de populo Israel,
sed erat de populo gentium, Propterea, inq', dico
uobis qa multi ab Oriente & Occidente uenient.
Ecce iā oleaster in manu insertoris, multi ab Orien
I te & Occidente uenient. Videmus qd ferat inseren-
dum, ubi inserat uideamus, Et recumbent, inqt, cū
Abrahā, Isaac & Iacob in regno cœloꝝ. Videmus &
qd inseruit, & ubi inseruit. De ramis supbis natura
libus qd dicit? Filij aūt regni ibunt in tenebras ex-
teriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Res ꝓnū
ciata, res impleta. Ergo psallite dn̄o qm̄ suauis est,
& attendite quæ circa nos fecit. Quoniam Iacob
elegit sibi dn̄s, Israel in possessionem sibi.) Lauda-
te, psallite, qm̄ fecit ista. Talia dico quæ capere ua-
leatis. Cæteras gentes sub angelis posuit: Iacob ele
git sibi dn̄s, Israel in possessionem sibi. Gentem suā
fecit agrum quē coleret, quem ipse seminaret. Quā
uis ipse omnes gentes condiderit, cæteras angelis
cōmisit, sibi istā possidendam seruandamq; depu-
tauit: Hūc populū, hūc Iacob: Merito illius, an gra-
tia sua? De nondū natis ait, Maior seruiet minori.
Rom. 9. Apostolus dixit ꝙ meritū habere nōdū nati potue
rūt, antequā quisquā eorū egisset aliquid boni aut
mali Nō ergo se extollat Iacob, nō glorieꝰ, nō suis
meritis tribuat Ante est pręcognitus, ante pręde sti
natus, ante electus, non suis meritis electus, sed gr̄a
Rom. 11. dei inuēt us & uiuificatus. Sic & oēs gentes. Nā ut i
sereret quid meruit oleaster, amaritudine baccarū
sterilitate syluestri? Lignū qppe erat syluæ nō agri
dominici, & tamē ille per misericordiā suā & olea-
strum inseruit in oliuā. Sed adhuc nō erat insertus
oleaster, quando dominus elegit sibi Iacob Israel i K
possessionē sibi. Et quid Propheta? Quoniā ego
cognoui quoniā magnus est dominus.) Mente uo
lante ad supna, erecta a carne, trāscēdēte creaturā,
cognouit quia magnus est dominus. Non oēs pos
sunt uidēdo cognoscere, laudāt quod fecit, quoniā
suauis est: Iacob elegit sibi dominus, Israel i posses
sionē sibi. Et hic illū laudas: Nā et ego cognoui, qa
magnus est dominus. Propheta loquebaꝰ q itrauit 2. Cor. 12
in sanctuariū dei, q audiuit forte ineffabilia uerba
quæ nō licet homini loqui, q dixit quod posset ab
hoibus dici, & tenuit apud se quod nō posset dici.
Ergo & audiatur ad qd possumus, & credaꝰ ad qd
nō possumus. Ad qd possumus audiatur, qm̄ Iacob
elegit sibi dn̄s, Israel in possessionē sibi: Ad qd non
possumus credatur, qa ipse cognouit ꝙ magnus est
dn̄s. Si illi diceremus, rogamus te, explica magnitu
dinem illius, nōnne forte responderet nobis, nō est
ualde magnus quē uideo, si a me poterit explicari.
Redeat ergo ad opera eius & dicat nobis: Hēat ipse L
in conscientia magnitudinē dn̄i, quam uidit, quā
nobis credendā cōmendauit, quō nostros oculos
pducere nō potuit, & enumeret quædā q̄ hic domi
nus fecit, ut & nobis, q magnitudinem illius sicut
ille uidere non possumus, dulcescat ex opibus suis
q̄ capere possumus. Quia ego, inqt, cognoui ꝙ ma-
gnus est dn̄s. Et deus noster sup oēs deos.) Quos
deos? Sicut dicit Apl's, Etsi sunt q dicantur dij in cę 1. Cor. 8.
lo & in terra, sicut sunt dij multi & domini multi,
nobis tamē unus est deus pater, ex quo oia & nos
in ipso, & unus dominus noster Iesus Christus, per
quē oia & nos p ipsum. Dicanꝰ dij homines: dictū
est, enim, Deus stetit in synagoga deorum: dictum, Psal. 81.
est Ego dixi dij estis & filij altissimi oēs: nōnne sup
homines deus? Sed quid magnū si super hoies deꝰ?
Et super angelos deus, quia angeli nō fecerūt deū,
angelos fecit deus, & necesse est super omnia quæ
fecit, sit ipse qui fecit. Cognoscens ergo magnitudi M
nē domini iste, & uidēs eū super omnē esse creatu-
ram, nō tantū corporalem sed etiam spiritalē, Rex
magnus, inquit, super omnes deos. Ipse est summus
deus, q super se non habet deū. Opera eius dicat, ip
sa capiuntur. Oia quęcunque uoluit dominus fe- Psal. 113.
cit in cœlo & in terra, & i mari, & i oibus abyssis.)
Quis autem cōprehendat hęc? Quis enumeret ope
ra domini in cœlo & in terra, in mari & i omnibus
abyssis? Si cōprehendere oia non possumus, tamen
oia inconcusse credere & tenere debemus, quoniā
quicquid creaturarū in cœlo, quicquid in terra, qc
quid i mari & in omnibus abyssis, a domino factū
est, quia omnia quę uoluit fecit in cœlo & in terra
& in mari & in oibus abyssis, sicut iam diximꝰ. Nō
oia quæ fecit coactus est facere, sed omnia quęcun 1. ser. dis. 45. hac itaq.
que uoluit fecit. Causa omnium quę fecit, uolūtas
eius est. Facis tu domū, quam si nolles facere, sine
habitatione remaneres, Necessitas coegit te facere
domū, nō libera uolūtas. Facis uestē, quia si nō fa
ceres, nudꝰ ambulares. Ad faciēdā ergo uestē neces
sitate duceris, non libera uolūtate. Cōseris montē
uitibus, semē spargis, qa nisi feceris, alimēta nō ha-
betis. Oia hęc necessitate facis: Deꝰ bonitate fecit,
& nullo quod fecit eguit: ideo omnia quęcunq; uo
luit fecit. Putas habemꝰ & nos qđ libera uolūtate
faciamus? Ea.n. quæ diximꝰ, ex necessitate facimꝰ,
qa si non faceremus, egētes & inopes remanerem꙽.

Inuenimus

A Inuenimus aliquid qđ libera uoluntate faciamus?
Inuenimus planè, cũ ipsum deum amando lauda-
mus. Hoc.n.libera uoluntate facis, qñ amas quod
laudas: non.n.ex necessitate, sed quia placet. Vnde
iustis & sanctis dei placuit deus ẽt flagellans eos.
Qñ iniquis omnibus displicet, placuit illis, & sub
flagello eius, in ęrumnis, in laboribus, in uulneri-
bus, in egestate cõstituti laudauerunt deũ. Non eis
displicuit nec torquens: Hoc est, gratis amare, non
quasi ꝓposita acceptione mercedis, qa ipsa merces
tua summa deus ipse erit quem gratis diligis: & sic
amare debes, ut ipsum pro mercede desyderare nõ
desinas, q solus te faciet, sicut Philippus desyderat
Ioan. 14. cũ diceret, Oñde nobis patrẽ, & sufficit nobis. Me-
rito, qa hoc de libera uolũtate facimus, & de libe-
ra uolũtate facere debemus, qa delectati facimus,
de hinc amando facimus: qa & ipsi corripimur ab
illo, nobis nunquã displicere debet, qa semp iustus
est. Hoc dixit ille laudator eius, In me sunt deus no
Psal. 55. ta tua, q̃ reddam laudationes tibi. Et alio loco, Vo
luntarie sacrificabo tibi. Quid est, uolũtarie sacrifi
Psal. 49. cabo? Voluntarie laudabo te, qa sacrificiũ laudis,
B inqt, glorificabit me. Si cogereris offerre dño tuo sa
crificium gratũ illi & acceptum, sicut antea uoue-
bantur sacrificia in umbra futuroꝝ, fortè nõ inue-
nires in grege tuo placitũ taurum, in captis hircũ
arę dñi dignum, nec in ouili tuo arietẽ dignum ad
uictimam dño tuo, & non inueniens satageres qd
faceres, & diceres fortè deo: uolui & nõ habui. Nũ-
quid potes de laude dicere, uolui & non habui? Ip
sum uoluisse, laudasse est. Nõ.n. uerba à te q̃rit de⁹,
sed cor. Neq; n.potest quisquam dicere, & linguam
non habui. Si quis obmutescit aliqua ualitudine,
linguam non habuit, & tñ laudẽ habuit. Si.n.deus
aures carnales haberet, & sono tui corporis indige
ret: & idcirco cum remansisses sine lingua, sine lau
de ẽt remaneres. Nunc uero quia cor q̃rit, cor inspi
cit, intus testis est, iudex, approbator, adiutor, co-
ronator. sufficit ut offeras uoluntatẽ. Cum potes,
Rom. 10. ore confitere ad salutẽ: cum aũt non potes, corde
crede ad iustitiã. Corde laudas, corde bñdicis, cor
de in aram consciæ uictimas sacras imponis: & re-
Luc. 2. spondetur tibi, Pax in terra hoibus bonæ uolunta
C tis. Ille igitur deus q oĩps est in cœlo & in terra, oia
quæcunq; uoluit fecit, tu in domo tua non facis o-
mnia q̃ uis. Ille in cœlo & in terra omnia quæcunq;
uoluit fecit, tu fac uel in agro tuo omnia q uis. Mul
ta uis, & nõ potes in domo tua facere omnia q̃ uis.
Contradicit fortè uxor, contradicunt filij, aliqñ &
seruulus contumacia contradicit, & nõ facis quod
Gal. 5 uis. Sed facio, inquis, quod uolo, quia in nõ subdi-
to ac contradicente uindico. Nec hoc facis cũ uis,
aliqñ uindicare uis & non potes, aliqñ minaris, &
antequam facias quod minaris moreris. Putamus
in teipso facis qđ uis? Frenas oẽs cupiditates tuas?
Forsitan frenas, nunquid efficis ipse ut cupiditates
non surgant quas frenas? Certe.n.hoc uis, non titil
lari molestia cupiditatum tuarum: & tñ caro con-
cupiscit aduersus spm̃, & spiritus aduersus carnem,
ut non ea quæ uultis faciatis. Tu inteipso nõ facis
quod uis, deus autem noster in cœlo & in terra oĩa
quęcunq; uoluit fecit, ipse tibi dat gratiã, ut in teip
so facias quod uis: nisi.n.ipso adiuuante, nec in te
facis quod uis. Etenim cum ille.s.Paulus non face-
ret in se quod uellet, idcirco quia caro concupiscit
aduersus spm̃, spiritus autem aduersus carnem, ut D
non ea q̃ uultis faciatis, cum de se ipse gemeret di-
cens, Condelector legi dei scd̃m interiorem homi- Rom. 7.
nem, uideo aũt aliam legẽ in membris meis repu-
gnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducen-
tem in lege peccati, q̃ est in membris meis, qa nõ so
lum in domo sua, nec solũ in agro suo, sed in carne
sua uel in spiritu suo nõ impleuit q̃ uolebat, clama
uit ad deum q omnia quæcunq; uoluit fecit in cœ
lo & in terra: & dixit, Infœlix ego homo, qs me libe
rabit de corpore mortis huius? Et ille bonus, & ille
suauis tanquã responderet ei, cõtinuo subiecit, Gr̃a
dei per Iesum xp̃m dñm nostrum. Hanc ergo suaui
tatem amate, hanc suauitatem laudate. Intelligite
deum qui omnia quæcunq; uoluit fecit in cœlo &
in terra, ipse & in uobis faciet quod uultis, ipso ad-
iuuante uoluntatẽ uestram implebitis. Sed dũ nõ
potestis, confitemini: cũ potentis, gratias agite. Ia-
centes clamate, erecti supbire nolite. Ille ergo in cœ
lo & in terra oia quęcunq; uoluit fecit, in mari & in
oibus abyssis. Suscitans nubes ab extremo terrę)
Videamus ista opera dñi in eius creatura. Veniunt
enim nubes ab extremo terræ ad mediũ, & pluũt, E
unde surrexerint nescis. Ergo indicat illud ꝓpheta
ab extremo terrę, siue ab imo, siue à circũdatione
finium terræ. Vnde uult excitat nubes, tñ à terra.

Fulgura in pluuiam fecit.) Nã fulgura sine pluuia
terrerent te, & nihil tibi darent. Fulgura sunt, cõtre
miscis: pluit, gaudes. Fulgura in pluuiã fecit: q ter-
ruit, ipse ut gauderes refecit. Qui educit uẽtos de
thesauris suis.) Ab occultis causis unde nescis.
Quia.n.flat uẽtus sentis, qua causa flat, uel de quo
thesauro rationis eductus sit nescis: debes deo tñ Hiere. 10
pietatẽ credendi, qa non flaret nisi iussisset ille qui
fecit, nisi ꝓduxisset ille qui creauit. Videmus ergo
hæc in creatura ista, laudamus, miramur, benedici
mus deũ. Videamus q̃ fecit in hominibus pp popu
lum suũ. Qui ꝑcussit primogenita Aegypti.) Ete- Exod. 12.
nim illa diuina dicta sunt q̃ amares, & non erãt di-
cta q̃ timeres. Attende, quia & qñ irascitur facit qđ Psal. 77.
uult. Percussit primogenita Aegypti, Ab homine & 135.
usq; ad pecus. Immisit signa & prodigia in medio
tui Aegypte.) Nostis, legistis quanta per Moysen fe-
cerit manus dñi in Aegypto ad terrendos, ad con- F
tundendos, ad deijciendos superbos Aegyptios, in
Pharaonem & in oẽs seruos eius. Parũ est in Aegy-
pto: quid posteaquam eductus est inde populus?

Qui ꝑcussit gentes multas.) Quæ possidebãt ter- Num. 21.
ram, quam uolebat deus dare populo suo. Et oc- Iosue. 13.
cidit reges fortes. Seon regẽ Amorrhæoꝝ & Ogre-
gem Basan, & oia regna Chanaã.) Omnia ista q̃uo
cõmemorat breuiter psalmus, sic ea legim⁹ in alijs
libris dominicis, & magna ibi manus dñi. Qñ tu ui
des q̃ facta sunt in impios, caue ne fiant in te. Ad
hoc.n.in illos facta sunt, ut tu transires, & eos non
imitareris, & talia nõ patereris. Tñ uide quia flagel
lum dñi est super oẽm carnem. Ne putes te non ui-
deri qñ peccas, ne putes te cõtemni, ne putes dñm
dormire: attende exempla beneficioꝝ dei cùm ea
recolis, & cum uindictam dei recolis time. Omni-
potens est, & ad consolandum, & ad castigandum:
ideo sunt ista utilia cum leguntur. Qñ autem pius
uidet qđ passus est impi⁹, purgat se ab omni impie-
tate, ne ueniat & ipse in talẽ pœnam, talemq; uindi
ctã. Bene ergo hęc accepistis: qđ deinde fecit deus?

G Expulit impios: Et dedit terrā eoꝝ hæreditatem,
hæreditatē Israel seruo suo.)Deinde exultatio lau-
dis eius, Dñe nomen tuum in seculum.)Post ista
oia q̄ fecisti. Quid.n. uideo q̄ fecisti? Inspicio creatu
ram tuā quam fecisti in cœlo, inspicio hāc in parte
ubi habitamus, & hinc uideo bñficia tua nubium
uentoꝝ, pluuiarum. Pplm tuū attēdo, Eduxisti eos
de domo seruitutis, & signa & ꝓdigia fecisti inter
inimicos eoꝝ, punisti eos quos molestos patieban
tur, impios de terra sua eiecisti, reges eoꝝ occidisti,
terrā eoꝝ pplo tuo dedisti. Vidi oia, & impletū est
os meum laude: dixi, Dñe, nomen tuum in secula.

Expositio mystica.

Aec quidem ad literā quō scripta sunt ui-
h demus, nouimus, laudamus. Si aūt aliquid
significant, nō sim onerosus dū explico ut
Psal. 113. potero. Ecce in ipsis hoibus possum agnoscere, qa
in cœlo & in terra oia quæcunq; uoluit fecit. Cœ-
lum.n. æthereū spiritales accipio, terrā carnales, &
de his duobus tanquā cœlo & terra constat Eccle
sia dei, & ad spiritales ptinet ꝑdicatio, ad carnales
ptinet obsecundatio. Nā & cœli enarrant gloriam
H dei & facta manuū annunciat firmamentū. Si aūt
Psal. 18 terra dei non esset plebs dei, non diceret Apls, Dei
1. Cor. 3 ædificatio, dei agricultura estis, sicut sapiēs archite
ctus fundamentū posui, alius superædificat. Ergo
1. Cor. 9 ædificiū dei sumus, & ager dei sum⁹. Quis, inqt, plā
tat uineā, & de fructu eius nō pcipit? Ego plātaui,
Apollo rigauit, sed deus incrementū dedit. Ergo &
in Ecclia sua, & in ꝑdicatoribus suis, & in plebibus
suis, tāquā in cœlo & in terra oia quæcunq; uoluit
fecit. Parū est eis, In mari & in oibus abyssis, omnia
quæcunq; uoluit fecit. Mare sunt oēs infideles, oēs
nondum credentes, & in eis omnia quæcunq; uo-
luit fecit. Non.n. sæuiunt infideles, nisi permittan-
tur, aut uindicatur in eos qñ peruersi sunt, nisi ut
iusserit ille qui fecit oēs gētes, putas quia mare est
& non terra, nunquid ideo à potestate dei, oipotē
tis alienum est? Et in mari & in omnibus abyssis, q̄
uoluit fecit. Qui sunt abyssus? Latentia corda mor
talium, profundæ cogitationes hominum. Quō &
Psal. 10. ibi facit deus qd uult? Quia dñs interrogat iustum
& impium: qui autem diligit iniquitatem, odit ani
I mam suam. Et ubi illum interrogat? Alibi scriptū
Sapi. 1. est, In cogitationibus impij interrogatio erit. Ergo
& in oibus abyssis oia quæcunq; uoluit fecit. Latet
cor bonum, latet cor malū, abyssus est & in corde
bono & i corde malo, Sed hæc nuda sunt deo, quē
nihil latet. Consolatur cor bonū, torquet cor ma-
lum. Omnia ergo q̄ uoluit fecit in cœlo & in ter-
ra, in mari & in oibus abyssis. Suscitās nubes ab ex
tremo terræ.) Quas nubes? Prędicatores uerbi ue-
ritatis suæ. De qbus nubibus alio loco irascens ui-
Esa. 5. neę suæ dicit, Mandabo nubib⁹ meis ne pluant su-
per illā imbrē. Et parū est excitasse nubes de Hieru
salē uel de Israel, quas misit ꝑdicare Euangeliū suū
Psal. 18 in toto orbe terrarū: de qbus nubibus dictū est, In
oēm terram exiuit sonus eoꝝ, & in fines orbis terrę
Matt. 24 uerba eoꝝ. Parū est hoc: sed qa ipse dñs ait, Prædi-
cabitur hoc Euangeliū regni in toto orbe terrarū
in testimoniū oibus gentibus, & tunc ueniet finis:
excitat nubes ab extremo terrę. Nā crescente Euan
gelio, unde erant ꝑdicatores euangelij in finib⁹ ter-
ræ, nisi ibi excitet nubes ab extremo terrę? De ipsis
Hier. 10 aūt nubibus qd operatur? Fulgura in pluuiam fe
cit.) Minas ad misericordiā flexit, de terroribus irri K
gauit. Quō de terroribus irrigauit? Qñ tibi minaſ
deus per Prophetā & per Aplm, & times, nōne coru
scatio terruit te? Sed cum pœnitendo corrigeris &
agnoscis hoc misericordia fieri, in pluuiā uertitur
fulguris terror. Qui educit uentos de thesauris
suis.) Eosdē puto ꝑdicatores & nubes & uētos: nu
bes pp carnē, uentos pp spm. Nubes.n. uidentur,
uenti sentiuntur, & non uidentur. Deniq; qm̄ car-
nem uidemus esse de terra: nubes, inqt, excitat ab
extremo terræ. Expressit unde excitet nubes, uenit Ioan. 5.
ad uentos, quia spūs hominis ignoratur unde ue- Exod. 12.
niat. Producens, inqt, uentos de thesauris suis. Pau
lulū attendite, cætera uideamus. Qui pcussit pri- Psal. 77.
mogenita Aegypti, ab homine usq; ad pecus) Pri- Psal. 135.
mogenita nostra salua sint in dño, qm̄ ipse ea dedit
nobis. Molesta aūt pœna est, & nimium terribilis
plaga mors primogenitoꝝ. Quæ sunt primogenita
nña? Mores isti nostri, quibus nunc seruimus deo,
ipsa sunt primogenita nña Primitias.n. habem⁹ ip-
sam fidē, unde incipimus. Ecclesiæ qppe dictū est,
Et uenies & ptransies ab initio fidei: & nemo inci-
pit bene uiuere, nisi à fide. Fides ergo nña in primo L
genitis nostris est. Qñ custoditur fides nostra, cæ-
tera subsequi possunt. Nam qñ purgātur hoies quo
tidie proficiendo in melius, meliusq; uiuendo, ip-
so interiore hoie renouato de die in diem, sicut di
cit Apls, Et si exterior noster homo corrumpitur, 2. Cor. 4.
interior autē renouatur de die in diem, ideo fit qa
primogenita fides uiuit: de qua primogenita fides
& Apls ait, Non solum autem, sed & nosipsi primi- Roma. 8
tias spūs habentes. i. dantes iam deo primitias spūs
nostri, hoc est, ipsam fidem tanquam primogenita
nostra, tñ in nobismetipsis ingemiscimus, adoptio
nem expectātes redemptionem corporis nostri. Si
ergo magna dei gratia est, ut conseruetur fides no-
stra, magna pœna est occidere primogenita, qñ ho
mines in afflictione Ecclesię cōstituti pdunt fidē.
Affligunt.n. Ecclesiam ut perdant fidē: nam & ipsa
Aegyptus afflictio interpretaſ. Quicunq; ergo affli-
gunt Ecclesiam, quicunq; scandala Ecclesiæ immit
tunt, etsi xpiani appellātur, moriunſ primogenita
eoꝝ. Erunt infideles, & erunt inanes, habentes tm̄
nomē & signum, in corde aūt primogenitū suum M
sepelierūt, usqueadeo, ut qñ eis aliquid dixeris pp
bonam uitam, pp spem uitæ æternæ, & pp timorē
ignis ęterni, apud se subsannent: aut si tales sunt ut
audeant coram te, os torqueant & dicāt, quis huc
inde reuersus est: dicunt sibi hoies quod uolūt: Et
Christianus est, sed quia affligēs occisus est primo
genitus eius, mortua est fides eius, & hoc ab hoie
usq; ad pecus. Dicam frēs quod sentio, Hoies intelli
gas spiritaliter significari tanquam doctos, pp ra-
tionalem animam qd est homo: pecora uero indo
ctos, sed tñ habentes fidem: nam non haberēt pri-
mogenita. Sunt docti q affligunt Ecclesiam, schi-
smata & hęreses faciēdo. Proinde nec in illis inue-
nis fidem, qm̄ facti sunt Aegyptus. i. afflictio popu
lo dei. Occisa sunt primogenita eoꝝ, trahūt post se
turbas indoctas, ipsa sunt pecora. In hac ergo affli
ctione, qua Ecclia affligitur, moriſ in affligentibus
fides, moriunſ primogenita & in ipsis doctis & in-
doctis, qa occidit deus primogenita Aegyptioꝝ ab
homine usq; ad pecus. Immisit signa & ꝓdigia in
medio tui Aegypte, in Pharaonem & in oēs seruos
eius:

eius.)Pharao rex Aegyptiorum. Nomē attēdite, & ui-
dete quemadmodū iſta faciat deus. Rex in oī gēte
prior eſt. Aegyptus afflictio eſt, Pharao diſſipatio.
Afflictio ergo regē habet diſſipationē, qa illi q affli
gunt Eccleſiam, diſſipati affligunt: ut.n. affligant
diſſipant, qm̄ rex ducit, populus ſequit. Præcedit
diſſipatio, ſeqtur afflictio. Audite, audite noia hæc
interpretatione typica & ſapiētia plena. Nec unū in
uenis ex iſtis omnibus quod boni aliqd interprete
tur, ubi exercuit deus iram ſuam. Percuſſit gentes
multas, & occidit reges fortes) Dic quos reges & q̄s
gentes? Seō regē Amorrhęorum.) Audite noia graui
Num. 12. da ſacramentis. Seon regem, inqt, Amorrhęorum occi
dit. Occidit planè: & nunc occidat à cordibus ſer-
uorum ſuorum, & à tentationibus Eccleſiæ ſuæ, nec ceſ-
ſet manus eius in occidendis talibus regibus & ta-
libus populis: interpretatur.n. Seon tentatio oculo
rum: Amorrhæi interpretantur amaricantes, [iam
hic uidete ſi intelligere poſſumus quō amaricātes]
regē habeant tentationē oculorum. Tētatio oculorum
non eſt niſi mendaciū oculorum: habet regē menda-
cē, ueritatē non habet. Iam qd mirum eſt ſi amari-
B cantes talē habeant regē, mendacem regē? Niſi.n.
mendaciū & ſimulatio p̄cedat, non ſunt amarican
tes in Eccleſia: inde.n. amaricant, qa fingunt. Præ-
cedit tentatio oculorum, amaricatio ſeqtur. Et in ipſo
diabolo præceſſit. Nam ſi tentatio oculorum nō eſt,
2 Cor. 11. quō transfigurat ſe uelut in angelum lucis? Occi-
dat manus domini & illū & illos: illū ne inducat,
illos ut corrigātur. Etenim in unoquoque homine oc
ciditur ille rex, q̄do damnat ſimulationē, & diligit
ueritatem. Manus dei nō quieſcit id agere: nā quem
admodū egit ad literā tunc, ſic agitur nunc ſpiritua-
liter, ut impleat nūc qđ tunc prophetice prænūcia-
uit. Occidit etiā aliū regem & alium populū eius.
Num. 21. Et Og regē Baſan.) Et hic quàm malus? Og inter
pretat conclusio: Baſan interpretatur cōfuſio. Malus
eſt rex ille, qui intercludit uiam ad deū. Hoc.n. agit
diabolus, ſemp opponēdo figmēta ſua, opponēdo
idola ſua, opponendo ſe neceſſariū per arreptitios,
ſortilegos, augures, aruſpices, magos, ſacra dæmo-
niorū cōcludit uiā. Quomodo per Chriſtū id agit
ut pateat uia quæ fuerat intercluſa, nā per eū redē
Pſal. 17. ptus quidā dicit, Et in deo meo trāſgrediar murū:
C ſic diabolus mō nihil aliud agit niſi ut intercludat
uiā ne credatur in deū: ſi enim credatur in deum,
Ioan. 14. patet uia, & ipſe Chriſtus eſt uia. Si autē non credit
in deū, intercluſa eſt uia. Si autem intercluſa fuerit,
quia nō creditur, quid reſtat niſi ut cū uenerit qui
non credebatur, confundātur qui non crediderūt?
quare? Quia cōcluſio pręcedit, & ſequitur cōfuſio.
Concluſio pręcedit ut rex, ſequit confuſio tanquā
plebs. Quos modo cōcluſit ut nō credāt ī Chriſtū,
quādo apparuerit Chriſtus, omnes cōfundētur, &
traducent eos ex aduerſo iniquitates eorum. Tunc di-
Sapiē. 5. cent impij cōfuſi, Quid nobis p̄fuit ſupbia? Magna
myſteria fratres mei diſſipatio ex afflictione, diſſi
pant ut affligant. Magna myſteria, tētatio oculorū,
id eſt fallacia rex amaricātiū: fallūt.n. ut amaricēt.
Concluſio rex cōfuſionis: concluduntur enim ne
trāſeant ad fidem, & cū uenerit in quem credimus,
cōfundētur. Et oia regna Chanaā,) occidit deus.
Ioſue. 13. Chanaā interpretat paratus humilitati. Humilitas
q̄ſi bonū aliquod ſignificat, ſed ſi ſit utilis humili-
tas: nā mala humiliatio pœnalis eſt. Si.n. humilia-

tio non pertineret ad pœnam, nō diceret, Qui ſe ex D
altat humiliabitur. Non.n. beneficium illi pręſtat, Luc. 14.
qn̄ punitur ut humilietur. Chanaan ergo modo ſu & 18.
perbus eſt. Omnis impius, oīs infidelis exaltat cor
ſuum, non uult credere in deū. Sed hęc exaltatio pa
rata eſt humilitati in diē iudicij: tūc humiliabitur
qn̄ non uult. Sunt.n. uaſa iræ quæ perfecta ſunt ad Roma. 9.
perditionē. Modo extollant ſe, garriant, extendant
ſe ſup fideles, irrideāt fideles, irrideāt Chriſtianos,
dicāt anicularia ſunt iſta quæ dicūt de die iudicij.
Iſta elatio eorū parata eſt humiliationi, qn̄ uenerit
iudex qui modo annūciatus irridetur, tunc ille qui
modo ſupbit nō utiliter ſed pœnaliter humiliabit.
Modo autē nō humiliatur, ſed paratur humilitati,
id eſt, paratur damnationi, parat uictimæ. Omnia
ergo iſta euertit deus corporaliter tunc, qn̄ patres
noſtri educti ſunt de terra Aegypti: euertit ſpiritali
ter nunc, nec ceſſat manus eius uſq; in finē. Ideo ne
iſtas potētias dei tūc putes peractas ceſſaſſe, Dn̄e
nomē tuū, inquit, in ſeculo.) Id eſt, non ceſſat miſe
ricordia tua, non ceſſat manus tua in ſeculo iſta fa
cere quę tunc prænunciaſti figurando: oia.n. illa in E
figura contingebant in illis, Scripta ſunt autem ad 1. Co. 10.
correctionem noſtrā, in quos finis ſeculorū obue-
nit. Domine memoriale tuum in generatione &
generationē.) Generatione iſta & generatione alte
ra. Generatione q̄ fideles efficimur, & p̄ baptiſmum
renaſcimur: generatione qua à mortuis reſurgem⁹,
& angelis cōiuncti uiuemus in æternū. Memoria-
le tuū domine & ſuper generationē iſtā, & ſuper il-
lā generationem: quia nec nunc nos oblitus eſt ut
uocaret, nec tūc obliuiſcet ut coronet. Memoriale
tuū dn̄e in generatione & generationē. Quoniā
iudicabit dominus plebem ſuam.) Compleuit cer
ta omnia illa in populo Iudęorū. Nunquid iā remā
ſerunt opera eius poſtquā induxit plebē ſuā in ter Deut. 32.
rā repromiſſionis? Adhuc planè iudicabit domin⁹
plebē ſuā. Et in ſeruis ſuis aduocabitur.) Iā iudi
cauit ipſam plebē: excepto iudicio futuro, iudicata
eſt plebs Iudęorū. Quid eſt iudicata? Separati inde
ſunt iſti remāſerunt iniuſti. Si aūt mentior aut men
tiri exiſtimor qa dixi, iā iudicata eſt, audi dominū
dicentem, In iudiciū ueni in hunc mundū, ut qui Ioan. 9.
non uident uideāt, & qui uident cæci fiant. Excęca
ti ſunt ſupbi, illuminati ſunt humiles. Iudicauit er- F
go plebē ſuā. Ipſum iudiciū dixit Eſaias, & nunc tu Eſa. 2.
domus Iacob uenite & ambulemus ī lumine dn̄i.
Parū eſt hoc, ſed quid ſequit? Dimiſit.n. plebā ſuā
domum Iſrael. Ipſa eſt domus Iacob, quæ eſt dom⁹
Iſrael: qui.n. Iacob, ipſe eſt Iſrael. Noſtis ſanctas lite
ras, & puto quod uobis ueniat in mentē qa ipſe Ia-
cob quando uidit angelū ſecum luctari tunc acce Gene 32.
pit nomen appellaret Iſrael. Vnus hō eſt ſiue Iacob
ſiue Iſrael, una perſona eſt domus Iacob, & domus
Iſrael, una gens, una plebs: hanc inuitat, & hanc di-
mittit. Et nūc iā certe occidiſti Chriſtus ô dom⁹ Ia
cob, iā occidiſti Chriſtū, iā caput āte crucē agitaſti
iā pēdentē irriſiſti, iam dixiſti, Si filius dei es, deſcē Mat. 27.
de de cruce: iā rogauit medicus pro phreneticis, Pa
ter ignoſce illis, nō enim ſciunt quid faciunt. Certe Luca 32.
iam feciſti iſta omnia, & nunc crede in eū quem oc † al. teſti
cidiſti, bibe ſanguinē quē fudiſti. Et nunc tu do- monium
mus Iacob teſtimoniū ex te exponere † cupio qđ Eſaiæ ex
hic dixit, Qm̄ iudicabit dn̄s plebē ſuam, & in ſeruis ponere:
ſuis aduocabitur. Iudicaſſe enim intelligitur plebē Eſaiæ 2.

G ſuā ſeparando in ipſa plebe ſua bonos à malis,fide
les ab iſidelib⁹,Apoſtolos à Iudęis mēdacib⁹. Hoc
ſignificauit,ut dicere cœperam,ꝑ Prophetā dicēs,
Iam poſt illa mala oia o tu domus Iacob uenit,am
bulemus in luce domini.Quare uobis dico,uenite
ambulemus ī luce dñi?Ne remanēdo in Iudaiſmo,
non perueniatis ad Chriſtū.Quare?Nō ſemper ibi
ꝓphetatus eſt Chriſtus?Sed nūc dimiſit plebē ſuā
domum Iſrael. Venit dom⁹ Iacob, quia dimiſit ple
bem ſuam domū Iacob.Venit dom⁹ Iſrael,quia di
Ioan. 9. miſit plebē ſuā domū Iſrael.Quę uenit,& quæ di-
miſſa eſt,niſi qa hoc eſt iudiciū,ut qui non uidēt,
uideāt,& q uidēt cęci fiant?Iudicabit ergo dñs ple
bē ſuā.Separauit ergo & non ibi inueniet quos i re
Roma. 11. gnū ſuū reſtituat?Planè iueniet.Et in ſeruis ſuis ad
uocabiſ.Nō repulit,ait Apoſtolus,plebē ſuam quā
præſciuit. Et unde probat?Nā & ego Iſraelita ſum.
Ergo iudicabit dominus plebē ſuam ſeparādo bo
nos à malis,hoc eſt,in ſeruis aduocabiſ.Quibus?à
gentibus?Quantę.n.gentes credēdo uenerūt?quā
ti fundi,quāta loca deſerta modo uenīūt? Veniūt?
inde neſcio quāti,credere uolunt, & dicim⁹ eis,qd
H uultis?Reſpondēt,Noſſe uolumus gloriā dei,Cre-
dite fratres mirari nos & gaudere ad talē uocē ru-
ſticanorum. Veniūt neſcio unde excitati, à neſcio
quo.Quid dicā à neſcio quo?Imó [ſcio á quo:] qa
Ioan. 6. nemo uenit,inqt,ad me,niſi quē pater traxerit, Ve
niunt ſubito de ſylua,de deſerto, de remotiſſimis
& arduis mōtibus ad Eccleſiā,& hanc uocē habēt
plerique & penè oēs eorū,ut uideamus uere intus
docentē deū,Impletur ſcriptura prophetica q̄ di-
Eſa. 54. ctum eſt,Erūt oēs docibiles deo. Quid deſydera-
Roma. 3. tis dicimus illis:& illi,Videre gloriā dei.Omnes.n.
peccauerūt & egent gloria dei. Credūt, cōſecranſ.
clericos ſibi ordinari exigunt.Nōnne impletur, &
Pſal. 113. in ſeruis ſuis aduocabiſ? Denique poſt iſtam totā
diſpoſitionē & diſpenſationē,con uertit ſe ſpiritus
dei ad exprobrāda & irridenda idola,quę iā irridē
tur à cultoribus ſuis. Idola gentium argētū & au
rum,)Iſta omnia deo faciente qui in cœlo & in ter
ra oia quecunque uoluit fecit,qui iudicabit plebē
ſuam,& in ſeruis ſuis aduocabitur,qd reſtat ſigmē
tum,niſi ridendū,nō adorandū?Idola gentium di
cturus erat,fortaſſe ut contemneremus iſta oia:di
cturus erat idola gentiū,non dico lapides & ligna,
gypſum & teſtam:non hęc dico, uilis materia eſt.
Illud quod ualde amant,uel quod ualde honorāt
dico,idola gentiū argentum & aurū. Certe aurum
eſt,certe argētū eſt.Nunquid quia lucet argentū,lu
cet aurum,ideo oculos habēt et uident? Sic qūo
argentum eſt,quomodo aurū eſt,utile,forte auaro
nō religioſo,imò uero nec auaro utile,ſed utile be
ne utenti,& per eius erogationē cœleſtē theſaurū
acquirenti:tamen nunc cum iſta inſenſata ſint,qd
Sapiē. 15. facitis hoīes de argento & auro deos?Quos deos fa
citis,nōnne uidetis quod non uideāt? Oculos ha
bent & non uidebūt,aures habent & nō audient,
Nares habent & nō odorabūt, os habēt & non lo
quenſ,Manus habent & non operanſ,pedes habēt
& non ambulabunt.)Oia iſta artifex,faber argēta
rius,aurifex facere potuit,& oculos,& aures, & na-
res,& os,& man⁹,& pedes:ſed nec lucē oculis, nec
auditū aurib⁹,nec uocē ori,nec ſenſum narib⁹,nec
motū manibus,nec iter pedib⁹ dare potuit.O hō,
rides iam proculdubio qđ feciſti,ſi à quo factus es

agnouiſti.De illis autē qui nō agnouerūt,qd dicit? K
Similes illis fiant qui faciunt ea,& omnes qui cōfi- Pſal. 113.
dunt in illis.)Et creditis fratres exprimi in eis quā-
dam ſimilitudinem idolorum,nō quidem in car
ne eorū,ſed in interiore homine eorū:nā aures ha-
bent & nō audiunt:ad illos qppe clamat deu⁹ Qui Matt. 11.
habet aures audiēdi audiat.Oculos habēt & nō ui
dent Habent enim oculos corporis,ſed nō habent
oculos fidei.Denique impleſ hęc prophetia p om-
nes gentes,Videte quomodo dictū ſit per ꝓphetā.
Nihil allegoricū,nihil figuratum cōmemoro,Pro-
priā,expreſſam,ſimplicē,manifeſtā audite prophe
tiam prædictam,uidete completam. Præualuit,in
quit,dñs aduerſus eos:Propheta dicit Sophonias. Soph. 2.
Aduerſus repugnātes,& aduerſus rebellantes,& de
occiſione fideliū martyres facientes,ſed tamē neſciē
tes,præualuit dñs aduerſus eos. Et quomodo præ
ualuit?In Eccleſia ſua,uidem⁹ qa præualuit aduer
ſus eos Volebāt paucos Chriſtianos extinguere,oc
cidere ſanguinē funderūt,de ſanguine occiſorū tāti
exurrexerūt,à qbus illi interfectores martyrū ſupa
rentur:tamen & modo quęrunt ubi abſcōdāt ido
la ſua,q primo Chriſtianos pp idola trucidabant. L
Nōnne præualuit aduerſus eos domin⁹?Vide ſi fa-
cit quod ſequiſ,Præualuit dñs aduerſus eos.Et qd
fecit?Exterminauit oēs deos gentiū terræ,& adora
bunt eū unuſquiſque de loco ſuo,omnes inſulę gē
tium Quid eſt hoc? Nōnne prædictū erat? nonne
completum eſt?nonne ut legitur ſic uideſ?Et illi q
remanſerunt oculos habent & nō uident,nares ha
bent & nō odorātur.Non ſentiunt illum odorem,
Chriſti bonus odor ſumus,ſicut dicit Apoſtol⁹,in 2. Cor. 2.
omni loco.Quid prodeſt,quia nares habent & nō
odoranſ iam ſuauē odorem Chriſti?Vere in illis fa
ctum eſt,& uere de illis dictū eſt,Similes illis fiant
omnes qui faciunt ea,& omnes qui cōfidūt in eis.
Sed quotidie credūt per miracula Chriſti domini,
quotidie aperiūtur oculi cæcorū,& aures ſurdorū, M
inſpirantur nares inſenſatorū,diſſoluuntur ora mu
torū,cōſtringunſ manus paralyticorum, corrigun
tur pedes claudorū,de lapidibus iſtis excitantur fi Matth. 3.
lij Abrahę.Quibus omnibus iam dicatur,Dom⁹ Iſ
rael benedicite dominū.)Oēs filij Abrahę.Et ſi de
lapidibus iſtis ſuſcitantur filij Abrahæ, manifeſtū
eſt qa illi ſunt magis domus Iſrael q ptinent ad do
mū Iſrael,q pertinent ad ſemen Abrahę, nō carne,
ſed fide. Domus Iſrael benedicite dominū.Sed fac
domū domini illam dici, & populū Iſrael uocari,
crediderūt inde Apoſtoli,& multa circuncisorū.Do
mus Iſrael benedicite dominum. Dom⁹ Aarō be-
nedicite dominū.Dom⁹ Leui benedicite dūm.)Be
nedicite populi dominū,hoc eſt,dom⁹ Iſrael gene-
raliter,Benedicite præpoſiti,hoc eſt,dom⁹ Aaron,
Benedicite miniſtri,hoc eſt,dom⁹ Leui.Quid de cę
teris nationibus? Qui timetis dñm benedicite do
minū.)Omnes ergo una uoce dicamus qđ ſeqtur:
Benedictus dñs ex Sion,qui habitat in Hieruſa-
lem.)Ex Sion & Hieruſalem.Siō ſpeculatio, Hieru-
ſalem uiſio pacis.In qua Hieruſalē nūc habitatur⁹
eſt?In illa quæ cecidit?Nō,ſed in illa matre noſtra
quę eſt in cœlis,de qua dictū eſt,Multi filij deſertę
magis quam eius quę habet uirū.Nūc ergo dñs ex Galat. 4.
Sion,quia ſpeculamur quoad ueniat,nunc tñ quā
diu ī ſpe uiuimus,i Siō ſumus.Finita uia habitabi-
mus ī illa ciuitate quę nūquā ruitura eſt,qa & do-

A minus habitat in ea,& custodit eam,quæ est uisio pacis æterna Hierusalem,pacis illius fratres mei cui laudandæ lingua non sufficit,ubi nullum hostem iam sentiemus, nec in Ecclesia,nec extra Ecclesiã, nec in carne nostra,nec in cogitatione nostra. Absorbebit mors in uictoria,& uacabimus ad uidendũ deũ in pace,ciues Hierusalẽ facti ciuitatis dei.

In Psalmum cent simum tricesimum quintum Ennaratio.

Confitemini domino quoniã bonus,quoniam in æternum misericordia eius,)Psalmus iste laudẽ continet dei,& eodẽ modo in oĩbus suis uersibus terminatur. Proinde quãuis hic in laudẽ dei multa dicãtur, maxime tñ eius misericordia commendatur, sine cuius cõmẽdatione apertissime nullum uersum claudi uoluit,per quẽ spiritussanctus cõdidit Psalmum. Memini autẽ me in psalmo centesimoquinto, qui similiter incipit, qm codex quẽ intuebar non habet in æternũ, sed in seculũ misericordia eius,quæsisse qd potius itelligere deberemus. In Græco.n.sermone scriptũ est, εἰς τὸν αἰῶνα,qd' & in seculũ,& in æternũ interpretari potest. Sed quid illic ut potui disseruerim, etiam hic retexere longum est. In isto autem Psalmo etiã idem ipse codex non habet ĩ seculum quod plerique habent, sed in æternũ misericordia eiu'. Quod etsi post iudiciũ quo in fine seculi uiui & mortui iudicãdi sunt, missis iustis in uitã æternam, iniqs aũt in ambustionẽ æternã nõ sint deiceps futuri, quorũ adhuc misereaẽ de', recte tñ intelligi põt in æternũ futurã misericordiã eius, q̃ suis sanctis fidelibus usque largiẽ, nõ qa in æternũ miseri erũt, & ideo in æternũ misericordia eius indigebũt: sed qa ipsa beatitudo quã misericorditer miseris præstat, ut esse miseri desinãt, & beati esse incipiãt, nõ habebit finẽ, ideo in æternũ misericordia eius. Quod n. iusti erimus ex iniqs, sani ex infirmis, uiui ex mortuis, & imortales ex mortalib', beati ex miseris, misericordia ei' est. Hoc aũt quod ita erim', in æternũ erit: ergo in æternũ misericordia eius. Proinde cõfitemini dño, id ẽ, confitendo laudate dñm, quoniam bon'. Nec pro hac cõfessione aliqd estis tẽporale sumpturi, quoniã in æternũ misericordia eius, id est, beneficium quod uobis misericorditer præstat, in æternũ est. Quod autem habet, qm bonus, Græcus habet ἀγαθός. Non sic habet in Psalmo centesimo & quinto, quod ibi est, qm bonus. Græcus habet χρηστός: Ideo non nulli id interpretati sunt, qm suauis est: ἀγαθός autẽ non utcunque bonus, sed excellentissime bonus est: deinde sequitur, Cõfitemini deo deorum, quoniã in æternũ misericordia eius, Confitemini dño dominoꝝ, qm in æternũ misericordia eius.) Qui nam sint dij & domini, quorũ deorum & dominorum sit deus & dominus qui est uerus deus, merito quæri solet. Et scriptum inuenimus in alio Psalmo, deos etiã hoĩes appellatos, sicuti est, Deus stetit in synagoga deoꝝ, in medio aũt deos discernit. Et paulo post, Ego dixi dij estis, & filij excelsi oẽs, uos autẽ ut hoĩes moriemini, & sicut unus ex pricipibus cadetis. Quod testimoniũ etiam dñs in Euãgelio cõmemorat dicens, Nonne scriptum est in lege uestra, qa ego dixi dij estis & filij excelsi? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & nõ potest solui scriptura, quẽ pater sanctificauit & misit ĩ mũdum, uos dicitis qa blasphemas, qa dixi, filius dei sum? Nõ ergò quia boni sunt oẽs, sed quia sermo dei ad illos fact' est, appellati sunt dij. Nã si propterea boni essent oẽs, non sic eos diiudicaret: cum enim dixisset, Deus stetit in synagoga deorũ non ait, in medio deos & hoĩes discernit: tãquam ostendens quid intersit inter deos & hoĩes: sed in medio, inquit, deos discernit: deinde sequiẽ, Usque quo iudicatis iniquitatẽ? & cætera, Quẽ utique nõ omnibus, sed quibusdã dicit, qa discernẽs dicit, & tñ in medio deus discernit. Sed quæritur si & hoĩes, ad quos sermo dei nunc factus est dij uocanẽ, utrũ & angeli uocandi sunt dij, cũm hominibus iustis & sanctis maximum præmium promittatur æqualitas angelorũ. Et in scripturis quidem nescio utrum uel possit, uel facile possit reperiri, apte dictos angelos deos: sed cũ de domino deo dictũ esset, Terribilis super oẽs deus: cur hoc dixerit, cõtinuo uelut exponẽdo contunxit, Quoniam omnes dij gentiũ dæmonia. Super tales deos dixit dominũ terribilẽ in sanctis suis quos cœlos fecit, à quibus dæmonia terrerentur: sic.n. sequitur, Dñs autem cœlos fecit. Non ergo dij sine additamẽto, sed dij gentium dæmonia, superius tamen terribilis, inquit, super oẽs deos: non ait, super oẽs deos gentium, quãuis intelligi hoc uoluerit, addendo quod sequitur, Qm omnes dij gentium dæmonia. Quod quidẽ in Hebræo dicitur non ita esse scriptum, sed dij gentium simulacra. Quod si uerũ est, multo magis credẽdi sunt Septuaginta diuino spiritu iterpretati, quo spiritu & illa dicta sunt quæ in Hebræis literis sunt. Eodẽ nanque operãte spiritu, etiã hoc dici oportuit quod dictum est, Dij gentiũ dæmonia, ut intelligeremus sic etiã in Hebræo positum, Dij gẽtium simulacra, ut dæmonia potius quæ sunt in simulacris significarenẽ. Nã qd' attinet ad ipsa simulacra, quæ Græce appellanẽ idola, quo nomine iam utimur ꝓ Latino, oculos habẽt & nõ uident, & cætera quæ de his ideo dicũtur, qa oi sensu carent: quocirca nec terreri possunt, qa nisi ea quæ sentiunt terreri utique non possunt. Quomodo ergo dictũ est de domino, Terribilis est super oẽs deos, qm dij gentium simulacra, nisi per simulacra intelligantur dæmonia quæ terreri possunt: unde ait & Apostolus, Scim' qa nihil est idolum, hoc.n. retulit ad materiã terrenam sensu carẽtem. In ea item ne quisquam putaret nõ esse aliquam uiuentẽ sentientẽmque naturã, quæ gentium sacrificiis delectetur, adiũxit, Sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant & non deo: Nolo uos socios fieri dæmonioꝝ. Si ergo nusquã in eloquiis diuinis reperitur sanctos angelos appellatos deos ea mihi causa potissimũ occurrit, ne i isto nomine hoĩes ad hoc ædificarentur, ut ministeriũ uel seruitiũ religionis quæ Græce liturgia, uel latria dicitur, sanctis angelis exhiberet, qd nec ipsi exhiberi ab hoĩb' uolũt, nisi illi deo q & ipsorũ & hoium deus est. Unde multo utilius angeli uocantur, q Latine nuncij nuncupantur, ut ꝑ nomen nõ substãtiæ, sed officij satis intelligam' illũ deũ à nobis eos coli uelle quẽ nunciant. Totam istam quæstionẽ breuiter Apostolus soluit, ubi ait, Nam etsi sunt qui dicantur dij, siue in cœlo siue in terra quẽadmodũ sunt dij multi & dñi multi, sed nobis un' deus pr, ex quo omnia & nos i ipso, & unus dñs Iesus Christus, per quẽ omnia & nos per ipsum. Cõfiteamur ergo deo deorũ, & domino dominorũ quoniã in

Margin notes: B, C (left); D, E, F (right); Psal. 81.; Ioan. 10.; Psal. 95.; Mat. 25.; Psal. 81.; Ioan. 10; 1. Cor. 8.; 1. Co. 10.; 1. Cor. 8.

G ęternum misericordia eius, Quia facit mirabilia
magna solus.)Sicut in omniū uersuum nouissimis
partibus positum est,Quoniā in æternū misericor
dia eius,sic & in omniū capitibus quāuis nō sit po
situm,subaudiendū est,confitemini.Quod in Græ
co euidentius apparet. Appareret aūt & in Latino si
eandē locutionē transferre potuissent interpretes
nostri. Quod quidē in isto uersu possent,si diceret
facienti mirabilia.Quod.n.nos habemus,Quid fa
cit mirabilia,Græcus habet facienti mirabilia,ubi
necessario cōfitemini subauditur.Atque utinā uel
pronomē adderēt,uel dicerent,ei q facit, uel ei qui
fecit,uel ei q firmauit,qa etiam sic facile intelligere
tur confitemini esse subaudiendū.Nūc uero ita ob
scurū factū est,ut qui condicem Græcū siue nescie
rit inspicere,siue neglexerit,possit putare, qui fecit
Gene. 1. cœlos,qui firmauit terrā, q fecit luminaria magna
quoniā in æternū misericordia eius,ideo dictū q̃si
propterea ista fecerit,quoniā in æternū misericor-
dia eius,cū ad eius misericordiā illi pertineāt,quos
de miseria liberat,nō autē ut eius misericordię fuis
se intelligamus facere cœlū, & terrā , & luminaria,
H cū illud sit bonitatis eius qui creauit oīa bona ual
de,Creauit āt omnia ut essent,hoc uero misericor-
diæ ut à peccatis nostris mūdet nos,& a miseria li-
beret i ęternū.Ita ergo nos alloquiť psalmus,Cōfi-
temini deo deorū,confitemini domino dominorū,
cōfitemini ei qui facit mirabilia magna solus , Cō
Ibidem. fitemini ei. Qui fecit cœlos in intellectu.)Cōfi-
temini ei, Qui firmauit terrā sup aquas.) Cōfite
mini ei, Qui fecit luminaria magna solus.) Cur
autē cōfiteamur,qa i oīum uersuum finib⁹ ponit,
Qm̃ in æternū misericordia eius.Sed quid est,q fa-
cit mirabilia magna solus?An qa multa mirabilia
fecit p angelos & p hoīes?Sunt quædā magna quę
solus deus facit,& ipsa exequitur dicens , Qui fecit
cœlos in intellectu,q firmauit terrā sup aquas,q fe
cit luminaria magna solus: Ideo & hoc addidit,so
lus, qa cetera mirabilia quæ dicturus est , p hoīes
fecit:cū.n.dixisset, Qui fecit luminaria magna so-
lus:quæ sint eadē luminaria,secutus aperuit: So
lē in potestatē diei,lunā & stellas in potestatē no-
ctis.)Deinde incipit dicere quę per angelos uel per
hoīes fecerit. Qui percussit Aegyptum cū primo-
I genitis eorū.)Et cętera.Vniuersam igiť creaturā nō
utiq deus p aliquā creaturā,sed solus fecit . Cuius
creaturæ q̃sdā partes excellentiores cōmemorauit,
ex qbus uniuersa cogitaremus, itelligibiles cœlos
& uisibilem terram.Et qm̃ sunt etiam cœli uisibi-
les cōmemoratis eorum luminaribus totū cœleste
corporeū ut ab ipso factū accipiemus , admonuit:
quanquā id qđ ait, Qui fecit in cœlos i intellectū,
uel sicut alij interpretati sunt,intelligentiā,utrū cœ
los itelligibiles significare hoc modo uoluerit,an i
suo intellectu, uel in sua intelligētia fecisse cœlos,
Psa. 103. hoc est,in sua sapiētia:sicut alibi scriptū est, Oia ĩ
sapiētia fecisti:eo modo isinuās unigenitū uerbū,
quæri potest.Sed si ita est,ut in suo itellectu fecisse
accipiam⁹ deū cœlos,cur tātū de cœlis hoc ait,cū
omnia in eadē sapientia fecerit?An ibi tātū expri-
mendū fuit,ut in cæteris etiā tacitū posset intelli-
gi,ut iste sit sensus, Qui fecit cœlos in intellectu,q
fundauit terrā sup aquas:ut & hic subaudias in in
tellectu,Qui fecit luminaria magna solus,solē i po
testatē diei,lunā & stellas in potestatē noctis,uti-
que in itellectu?Quomodo ergo solus,si hoc est i- K
tellectu,uel in intelligentia quod est in sapiētia,id
est,in uerbo unigenito?An qa trinitas nō sunt tres
dij,sed unus deus,ad id referť qnod solus de⁹ fecit,
qa creaturā non per creaturā fecit? Sed quid est,q
firmauit terrā super aquas?Obscura.n.quęstio est,
qa terra grauior uideť,ut nō portari aqs,sed aquas
potius portare credať.De qua re ne aduersus eos q
se putant ista certis rationibus comperisse, cōtētio
se scripturas nr̃as defendere uideamur, siue illud
ita siue aliter sit,habemus quod de ꝓximo itelliga
mus,Terrā quæ habitať ab hoibus,& terrestria cō
tinet animalia,quę alio modo i scripturis arida di
citur,sicut scriptū est , Appareat arida , & uocauit Gene. 1.
deus aridā terrā,super aquas esse fundatā,qđ aquis
circumfluentibus supeminet.Nō.n quæ diciť lito
raria ciuitas sup maria fundata,ita sub ea mare est,
quemadmodū sunt aquę sub speluncarū cauernis,
†aut sub nauibus supernatantibus,sed ideo super †al. cameris.
mare diciť,quia inferiori mari in primos fines sup-
eminet.Sic dictus est Pharao exisse super aquā:ita Exod. 7.
enim habet Gręcus,quod quidā Latini,habent ad L
aquā:sic dn̄s super puteū sedebat , quod ambo su- Ioan. 4.
periores essent quàm flumē & puteus,ille iuxta flu
men,iste iuxta puteū.Si autem etiam aliquid aliud
quod ad nos magis pertinet ista dicta significant,
Fecit deus cœlos i itellectu,spiritales sanctos suos,
qbus non tātū credere,uerū etiā intelligere diuina
donauit:hoc q nondū possunt & solā fidē firmissi
mā tenent,tanquā infra cœlos terræ nomine figu-
rantur.Et q in baptismo quē acceperunt incōcus-
sa credulitate consistunt, ideo dictū est, Firmauit
terrā super aquas.Item quia dictū est de domino Col. 2.
Iesu Chro,quòd in illo sint oēs thesauri sapientiæ 3. sen. di.
& scientiæ absconditi:hæc autem duo, id est,sapiē 35. c. post
tiā & sciētiā distare inter se aliqd alia quoq scriptu præmissa. In me
rarum testanť eloqa,maxime loquente sancto Iob, dio.
ubi quodāmodo singula definiuntur:dixit autē ho Iob. 28.
mini,Ecce pietas est sapientia,abstinere autē à ma
lo scientia est,nō incōgruenter intelligimus sapiē
tiā in cognitione & dilectione eius quod semp est,
atque incōmutabiliter manet quod deus est: nam
& qđ ait,Ecce pietas est sapientia, θεοσέβεια dicta est i
Græco,quod ut totum latine exprimať,dei cultus
dici potest.Abstinere autē à malo qđ dixit esse sciē
tiā,quid est aliud,quàm in medio nationis tortuo M
sæ & peruersæ,tanquā in nocte hui⁹ seculi caute pru
dēterq̃ uersari,ut abstinendo quisque ab iniqtate
nō cōfundať tenebris,proprij muneris luce discre
tus?Cū ergo qdodā loco Apostolus concordē grā
rū dei uarietatē in hominibus dei uellet ostende-
re,hæc in primis duo posuit dicens,Alij qdē datur 1. Cor. 12.
per spiritū sermo sapientiæ,hoc esse arbitror,solē i
potestatē diei Alij sermo scientiæ secundū eūdem
spiritū,hoc est lunam.Deinde quodāmodo stellas
cōmemorari puto in eo quod dicitur,Alij fides in
eodem spiritu,alij curationū donatio in uno spiri
tu,alij opationes uirtutū,alij prophetia, alij diiudi
catio spiritū,alij genera linguarū,alij interpretatio
sermonū:nihil enim horū est quod in huius secu-
li nocte non sit necessariū:quæ cū transierit,neces
saria ista non erunt,ideo in potestatē noctis.In po
testate qppe ait,uel diei uel noctis, ut potestas esset
die lucere uel nocte:qđ in spiritalib⁹ donis sic itelli Ioan. 1.
gitur,qa dedit potestatē filios dei fieri.Qui pcussit Exod. 12.

A Aegyptum cum primogenitis eo℞. Percusit & secu lum cũ his quę pręcipua putantur in seculo. Qui
Exod.13. eduxit Israel de medio eo℞.) Eduxit ẽt sanctos ac fideles suos de medio malo℞. In manu potenti & brachio excelso.) Quid potẽtius, qd excellẽtius eo de quo dictũ est, Et brachium dñi cui reuelatum
Exod.14. est? Qui diuisit mare rubrũ in diuisiones.) Diuidet ẽt baptismum, ut unus atq; idẽ baptismus aliis sit in uitã, aliis sit in mortem. Et eduxit Israel per mediũ eius.) Educit ẽt innouatum pplm̃ suum per lauacrum regenerationis. Et pcussit Pharaonem & uirtutẽ eius in mari rubro.) Celeriter interimit, & peccatum suum reatumq́; eius per baptismum. Qui traduxit pplm̃ suum in deserto.) Traducet & nos in huius seculi ariditate & sterilitate, ne in ea
Nume.21 pereamus. Qui pcussit reges magnos & occidit reges fortes.) Percutit atq; occidit ẽt à nobis diabolicas & noxias ptãtes. Seon regem Amorrhæorũ.) Germen inutile uel tentationem calentem, qd interpretatur Seon: regem amaricantium, q̃ interpretatur Amorrhæo℞. Et Og regem Basan.) Coaceruantem, qd interpretatur Og, & regem cõfusionis
B qd interpretatur Basan. Quid. n. coaceruat diabo-
Iosue.13. lus nisi confusionem? Et dedit terram eo℞ hæreditatem, hęreditatem Israel seruo suo.) Dat ẽt quos diabolus possidebat hæreditatem semini Abrahę, qd est Christus. Quia in humilitate nr̃a memor fuit nostri. Et redemit nos ab inimicis nostris,) Sãguine unigeniti sui. Qui dat escam omni carni.) Hoc est, omni hominũ generi, nõ tantũ Israelitarũ,
Ioan.6. sed & gentium: de qua esca dicitur, Caro mea uera est esca. Cõfitemini deo cœli, qm̃ in ęternum misericordia eius. Cõfitemini dño dño℞, qm̃ in ęternum misericordia eius.) Qd hic ait, deo cœli, credo aliter dicere uoluit qd supra iam dixerat, deo deo℞. Nam qd ibi deinde subiunxit, hoc ẽt hic repetiuit. Cõfitemini dño dño℞. Sed etsi sunt qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra, queadmodũ sunt dij multi & dñi multi, sed nobis unus est deus
1.Cor.8. pater, ex quo oĩa & nos in ipsum, & unus dñs Iesus Christus per quẽ omnia & nos per ipsum, cui confitemur, quoniam in æternum misericordia eius.

In psalmum centesimum tricesimum sextum.

Enarratio.

C Blitos uos esse nõ arbitror commendasse nos uobis, imò commemorasse uos q̃ ois eruditus in sctã ecclesia nosse debet unde ciues simus, & ubi peregrinemur, & peregrinationis nostræ causam esse peccatum, reuersionis autẽ munus remissionem peccato℞, & iustificationem gratiæ dei, duas ciuitates pmixtas sibi interim corpore & corde separatas currere, per ista uolumina seculo℞ usq; in finem. Audistis & nostis unam cui finis est pax æterna, & uocatur Hierusalem: alterã cui gaudium est pax tpalis, & uocatur Babylonia. Interpretationes etiam nominum, si non fallor, tenetis, Hierusalem interpretari uisionem pacis, Babyloniam confusionem. Hierusalem in Babylonia captiua tenebatur non tota: ciues. n. eius & angeli sunt: sed quod attinet ad homines prædestinatos in gloriam dei futuros per adoptionem cohęredes Christi, quos de ipsa captiuitate redemit sanguine suo. Particulam ergo istã ciuitatis Hierusalem captiuam teneri in Babylonia pro peccato, incipere aũt inde exire prius corde per confessionem iniquitatis & charitatẽ iustitiæ, deinde postea in fine seculi D
etiã corpore separandã, cõmendauimus in eo psalmo, quem primò hic cum uestra dilectione tractauimus, q ità icipit, Te decet hymnus deus in Sion, *Psal.64.*
& tibi reddetur uotum in Hierusalẽ. Hodierna aũt die decantauimus: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dũ recordaremur Siõ.) Vide te qa in illo dictum est, Te decet hymnus deus in Sion: hic aũt, Sup flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, cũ recordaremur Sion. Illa Sion ubi decet hymnus deũ. Quæ sunt ergo flumina Babylonis, & qd est nostrũ sedere & flere in recordatione Sion? Si. n. ciues inde sumus, non tantũ hoc cantamus, sed & agimus. Si ciues sumus de Hierusalem. i. de Sion, & in ista uita, in ista cõfusione huius seculi, in ista Babylonia nõ ciues habitamus, sed capti ui detinemur, oportet ut nõ tantũ ista decãtemus, sed & faciamus affectu cordis pio, religioso desyderio æternę ciuitatis. Habet & hęc ciuitas quę Babylonia dicit amatores suos cõsulentes paci tpali, & nihil ultra sperãtes, totumq; gaudiũ suũ ibi figẽtes & ibi finientes, & uidemus eos pro republica terrena plurimũ laborare: sed in ea qcunq; fidelr uersan E
tur, si nõ ibi appetãt supbiam & peritură elationẽ ociosamq; iactantiã, sed ueram fidẽ exhibeãt, quã pñt, quãdiu possunt, qbus pñt, ad quantum uidẽt terrena, & ad quantũ intelligunt speciem ciuitatis, non eos sinit deus perire in Babylonia: prędestinauit. n. eos ciues Hierusalem. Intelligit captiuitatem eo℞ deus, & ostendit illis aliam ciuitatem, cui uere debeant suspirare, ꝓ qua debeãt cuncta conari, ad quã capessendã debeat ciues suos secũ peregrinos quantũ ualuerint adhortari. Propterea dicit dñs Iesus christus, Qui in modico fidelis est, & in magno *Luce.16.*
fidelis est. Et rursum dicit, Si in alieno fideles non fuistis, uestrũ qs dabit nobis? Charissimi attendite flumina Babylonis. Flumina Babylonis sunt oĩa quæ hic amantur & transeunt. Nescio qs amauit, uerbi gratia, agriculturam ipsam exercere, inde ditescere, ibi occupare animum, inde percipere uoluptatem, attẽdat exitũ, & uideat illud qd amauit non esse fundamentũ Hierusalẽ, sed fluuium Babylonis. Alius dixit, magna res est militare. Oẽs agricolæ formidãt eos qui militant, obsequunt eis, tremunt eos: Si fuero agricola, timebo militarẽ: si fue F
ro militaris, timebor ab agricola. O insane aliũ te Babylonis fluuiũ præcipitasti, & turbulentiorẽ & rapaciorẽ: & cũ tu timeri uis à minore, timẽ maiorem ptãtem, te ipso maior fieri põt subito qui te timet, nunq̃ aũt erit minor quem debes timere. Aduocatum esse, inqt, magna res est, potentissima eloquentia in oĩbus habere susceptos, pedentes ex lingua diserti patroni sui, & ex eius ore sperantes, uel dãna, uel lucra, uel mortem, uel uitã, uel perniciẽ, uel salutẽ. Nescis quò te miseris. Alius & iste fluuius Babylonis est, & qd multum sonat, strepitus aquæ saxa percurit. Attende qa fluit, percutit, attende qa labitur: & si attendas, quia fluit & labitur, caue qa trahit. Nauigare, inquit alius, & negociari magnum est, scire multas prouincias, lucra undiq; capere, nõ esse obnoxium in ciuitate alicui potenti, semper peregrinari, & diuersitate negociorum & nationũ animum pascere, & augmentis lucrorum diuitem remeare. Fluius est & iste Babylonis. Lucra tua quãdo stabunt? quando psumpturus, quando securus

G eris ex his quę acqris? Quãto eris ditior, tanto timidior. Vno naufragio nudus exibis, & recte te planges in flumine Babylonis, qa noluisti sedere & flere sup flumina Babylonis. Alij ergo ciues sãctę Hierusalẽ intelligẽtes captiuitatẽ suã, attendũt humana uota & diuersas hominũ cupiditates hac atq; illac rapientes, trahẽtes, impellentes in mare, uident hęc & nõ se mittũt in flumina Babylonis, sed sedẽt sup flumina Babylonis [& flent sup flumina Babylonis,] uel illos qui rapiunt, uel seipsos q in Babylonia esse meruerũt, sedẽtes tñ, hoc est humilitate humiliati. Sup flumina ergo Babylonis illic sedimus & fleuimus, cũ recordaremur Siõ. O sctã Sion, ubi totũ stat & nihil fluit. Quis nos in ista pcipitauit? Quare dimisimus conditorem tuũ & societatẽ tuã? Ecce inter fluentia & labẽtia cõstituti, uix qsquam raptus a flumine, si tenere lignũ potuerit euadet. Humiliati ergo in captiuitate nr̃a sedeamus sup flumina Babylonis, nõ nos audeamus in illis fluminibus pcipitare, nec nos audeamus in nr̃ae captiuitatis malo atq; tristitia superbe erigere, sed sedeamus & sic fleamus. Sedeamus sup flumina Babylonis,

H nõ infra flumina Babylonis: talis sit humilitas nostra, ut nos nõ mergat. Sede sup flumina, noli in flumine, noli sub flumine, sed tñ sede humilis, loquere nõ quõ in Hierusalem. Ibi.n. iam stabis, quia de

Psal. 121. ipsa spe loqtur alius psalmus, & cantat dicens. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem. Ibi erigeris si te hic pœnitendo & cõfitendo humiliaueris. In atriis ergo Hierusalẽ stantes erãt pedes nostri, Sup flumina uero Babylonis sedimus & fleuimus, cũ recordaremur Sion. Inde oportet ut fleas recordando Sion. Multi.n. flent fletu Babylonico, qa & gaudent gaudio Babylonis: qa gaudẽt lucris, & flent dãnis, utrũq; de Babylonia est. Flere debes, sed recordando Sion. Si recordãdo Sion fles, & qñ

Psal. 114. tibi scdm Babyloniã bene est oportet ut fleas. Propterea dicitur in quodam psalmo, Tribulationem & dolorem inueni, & nomen dñi inuocaui. Quid est qd dicit, inueni? Nescio quam tribulationẽ qua si quærendam inuenit tanq; quæsitam. Et cum inuenisset, quo lucro inuenit? Nomen dñi iuocauit. Multum interest utrum inuenias tribulationẽ, an

I inueniaris a tribulatione: dicit.n. alio loco, Dolo-

Psal. 17. res inferni inuenerunt me. Quid est, inuenerũt me dolores inferni? Quid est, tribulationem & dolorẽ inueni? Qñ te repente occupat tristitia perturbatis tibi rebus secularibus, qbus oblectabaris, & qbus delectabaris, qñ te repentina ipsa inuenit tristitia, unde te non putabas posse fieri tristem, accidit, & tristis efficeris, iuenit te dolor inferni. Te.n. sursum putabas, uerũtamen deorsum eras, & cum te dolor inferni inueniret, ibi te inuenisti deorsum qui sursum putabas te esse. Inuenisti.n. te dolore affectum grauiter tristitia alicuius mali, unde forte præsum pseras te nõ fore tristem, inuenit te dolor inferni. Cum aũt bene est tibi, arrident oia secularia, nullus tuorũ obiit, nihil in uinea tua forte uel aruit, uel grandinatũ est, uel sterile apparuit, non acuit cupa tua, nõ abortũ passum est pecus tuũ, nõ exhonoratus es, in aliqua dignitate scdm seculũ cõstitutus, undiq; amici tui & uiuũt & seruãt tibi amicitiam, cliẽtes nõ desũt, filij obsequunt, serui cõtremiscũt, cõiunx cõcors, fœlix dicit domus: ubi iuenis tribulationem, si aliqñ potes, ut inuẽta tribulatione inuoces nomen dñi. Peruersum aliqd uidetur docere sermo diuinus, flere in lætitia, & in mœrore lętari: audi in mœrore lætantẽ, Gloriamur, inqt, in tri-

Rom. 5. bulationibus. Flentẽ aũt in lætitia uide, si inuenit

Psal. 114. tribulationẽ. Attendat qsquam ipsam fœlicitatem suam qua exultauit aia eius, & timuit quodãmodo gaudio & extulit se, & dixit, Fœlix sum: Attendat si nõ fluat illa fœlicitas, si põt certus eẽ de illa qa manet in æternũ. Si aũt nõ est certus, & uidet & fluere unde gaudet, fluuius Babylonis est, sedeat supra & fleat. Sedebit aũt & plorabit si recordat' fuerit Siõ. O pax illa quã uidebimus apud deũ, ô pax illa & scta æqualitas angelorũ, ô illa uisio & spectaculum pulchrũ. Ecce in Babylonia pulchra sunt q̃ tenent, nõ te teneãt, nõ decipiãt. Aliud est solatiũ captiuorum, aliud gaudiũ liberorũ. Sup flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus cũ recordaremur Siõ. In salicibus in medio eius, suspẽdimus organa nostra.) Hñt organa sua ciues Hierlm, scripturas dei, pcepta dei, pmissa dei, meditationem quadã futuri seculi: sed cũ agunt in medio Babylonię, organa

L sua in salicib' eius suspẽdũt. Salices ligna sunt infructuosa, & hoc loco ita posita, ut nõ aliqd boni possit intelligi de salicibus. Alibi aũt forsitan põt: Modo ligna intelligit sterilia, nascẽtia sup flumina Babylonis. Rigãtur hęc ligna de fluminibus Babyloniæ, & nullũ fructũ ferut. Sicut sunt hoies cupidi, auari, steriles in omni ope bono, ita ciues Babylonię, ut ẽt ligna sint illius religionis, ex istis uoluptatibus rerũ trãseuntiũ pascunt, tanq; irrigata a fluminibus Babylonię, Quæris fructũ & nusquã iuenies. Qñ tales patimur, uersamur cũ eis qui sunt in medio Babylonis. Multũ.n. interest inter medium Babylonis, & exteriora Babyloniæ. Sunt qui nõ sunt in medio eius.i. non tãta cõcupiscentia seculi, & delectationib' obruunt. Qui uero, ut aperte dixerim & breuiter, multũ mali sunt, in medio Babylonis sunt, & ligna sterilia, tanq; salices Babylonis, Qñ illos uidemus, & tam steriles eos inuenimus, ut difficile nobis appareat in eis aliqd unde possint duci ad fidẽ rectam, uel ad bona opera, uel ad spem futuri seculi, uel ad cõcupiscentiã liberationis a captiuitate mortalitatis, scripturas nouimus quas eis dicamus. Sed qa nullũ fructũ in eis inuenimus unde incipiamus, auertimus ab ipsis faciem, & dicimus, Adhuc isti nõ sapiunt, nõ capiunt, qa qcqd illis dixerimus, sinistrũ & aduersum habebunt. Ergo disferẽdo circa eos scripturas, suspẽdimus organa nostra in salicibus: non.n. dignos habemus qui organa nostra portent. Nõ ergo eis organa nr̃a inferẽdo alligamus, sed differẽdo suspẽdim'. Salices.n. sunt Babyloniæ ligna infructuosa, pasta in tpalibus uoluptatibus, tanq; fluminibus Babyloniæ. Et uidete si nõ hoc sequtur psalmus. In salicib', inqt, in medio eius suspendimus organa nr̃a. Qm illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos uerba canticorũ, Et qui abduxerunt nos hymnum.) Subaudis interrogauerunt nos Verba canticorũ, & hymnũ interrogauerũt nos qui captiuos duxerũt nos. Qui nos duxerũt captiuos? Fratres, quos sensimus aliquando captiuatores nostros? Sensit qdem illa Hierusalem Babylonios, Persas, Chaldæos, & illarum gentium, & regionum homines captiuatores suos, & hoc postea, non quando isti psalmi cantabantur. Sed iam diximus charitati uestræ omnia

A quæ ſcd'm literam in illa ciuitate contingebant figuras noſtras fuiſſe: & facile pôt demõſtrari captiuos nos eſſe. Non.n.reſpiramus iam in auras illius
Sapien.7. libertatis: non.n.fruimur puritate ueritatis, & illa ſapientia quæ in ſeipſa manens innouat oia. Delectationibus tpalium rerum tentamur, & colluctamur quotidie cũ ſuggeſtionibus illicitas, uolupta tũ:uix reſpitamus uel in orõne,& captiuos nos intelligimus:Sed qui nos captiuos duxerũt? Qui homines?q̃ gẽs? qs rex? Si redimimur, captiui eramus. Quis nos redemit? Xp̃s. A quo nos redemit? A diabolo. Diabolus ergo & angeli ei' captiuos nos duxerũt, nec ducerẽt niſi cõſentiẽtes: nos ducti ſum' captiui Captiuatores nr̃i dixi qui ſint. Ipſi ſunt & latrones uulnerãtes illum uiatorẽ qui deſcẽdit ab
Luca. 10 Hierl'm in Hiericho,quem ſauciatũ ſemiuiuum reliquerunt:hũc ille cuſtos noſter.i.Samaritanus, Samaritanus.n.cuſtos interpretatur, cui obiectũ eſt
Ioan. 8. à iudæis,& dictum,Nõne uerũ dicimus,qa Samaritanus es,& dęmoniũ habes? Et ille obiectos duorum unum reſpuit,& unũ tenuit, Ego,inqt,dęmo-
B nium non habeo:non aũt dixit,ego nõ ſum Samaritanus Si.n.ille Samaritanus nõ cuſtodierit, utiq; perimus. Samaritanus ergo trãſiens uidit ſauciatũ & uulneratũ derelictum a latronibus, & ſicut noſtis collegit. Sicut.n.aliqui latronũ noie ponũtur, qui nobis plagas peccatorũ inflixerunt, iam per noſtræ captiuitatis cõſenſionem: ſic & captiuatores noſtri ipſi dicuntur. Iſti ergo qui captiuos duxerũt nos diabolus & angeli eius, qñ nos duxerunt? Et quæ nos interrogauerũt uerba cantionũ? Quid ergo? Intelligimus quæcunq; qa cum tales nos interrogant in qbus diabolus opatur, intelligendus eſt
Ephes.2. ipſe nos interrogare qui in eis operat: Ap̃ls dicit, Et uos cum eſſetis mortui in delictis & peccatis uřis, cum niueretis in illis ſcd'm ſeculum mundi huius, ſecundũ principem poteſtatis aeris huius ſp̃us,qui tunc operabat in filiis diffidentiæ,in qbus & nos, inquit,aliqñ conuerſati ſumus: oſtendit ſe redemptum de Babylonia & cœpiſſe iam exire, ſed tñ adhuc qd dicit? Quia cum hoſtibus noſtris confligimus, & ne iraſcamur hominibus qui nobis ingerunt pſecutiones,tulit intentionem noſtrã Ap̃ls ab
C odio hominum, & direxit in luctam quorundam ſpirituum,quos non uidemus,& cum ipſis confli-
Ephes.6. gimus:ait enim, Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem.i.aduerſus hoies, quos uidetis, à qbus mala uidemini pati, qui uobis important pſecutiones: nam pro ipſis orare præcepti ſumus Non eſt nobis,inquit, colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem.i.aduerſus homines,ſed aduerſus principes & poteſtates, & rectores mundi tenebrarum hař. Quid dixit mundi? Dilectoř mundi. Quos dixit dilectores mundi, hos appellauit & tenebras.i.iniquos,ſceleratos,ifideles,pc̃tores:qui bus iam credẽtibus gratulat hoc modo ut dicat,
Ephes.5. Fuiſtis.n.aliqñ tenebræ, nunc autem lux in dño. Ergo conſtituit nos luctam habere cum illis prin-
Ioan. 13. cipibus, ipſi nos duxerunt captiuos. Qũo aũt diabolus intrauit in cor Iudæ ut traderet dñm, nõ autem itraret niſi ille locũ daret: ſic multi mali hoies de media Babylonia per deſyderia carnalia & illicita locũ dando diabolo & angelis eius in cordibus ſuis, ut in illis & de illis operetur: aliqñ interrogant nos, & dicunt nobis, Exponite nobis rõnem

Pagani plerię; dicũt iſta nobis, Exponite nobis rationem quare uenit Xp̃s,& quid profuit Xp̃s generi humano? Aliqñ interrogant nos & dicũt nobis, D
Nõne ex quo uenit Chriſtus peiora ſunt in rebus humanis q̃ fuerant antea, & fœliciores tunc erant res humanæ q̃ modo? Dicant nobis chriſtiani, qd boni attulit Chriſtus unde fœliciores putẽt res humanas, qa uenit Chriſtus? Vides.n.ſi theatra & amphitheatra & circi ſtarent incolumes, ſi nihil caderet de Babylonia, ſi ubertas eſſet circũfluentiũ uoluptatum hoibus cantaturis & ſaltaturis ad turpia cantica, ſi libido ſcortantium & meretricantiũ haberet quietem & ſecuritatẽ, ſi non timeret famem in domo ſua qui clamat, ut pantomimi ueſtiãtur: Si hęc oia ſine labe, ſine perturbatione aliqua fluerent, & eſſet ſecuritas magna nugař, fœlicia eſſent tpa, & magnam fœlicitatẽ rebus humanis Xp̃s attuliſſet. Quia uero cæduntur iniquitates, ut extirpata cupiditate plantetur charitas Hieruſalem, qa miſcẽtur amaritudines uitæ tpali, ut æterna deſyderetur, qa erudiuntur in flagellis hoies paternam accipientes diſciplinam, ne iudiciariam inueniant E
ſniam, nihil boni attulit Chriſtus, & labores attulit Xp̃s: Et incipis dicere homini quãta bona fecit Xp̃s, & non accipit, Proponis.n. illi eos qui faciunt qd modò audiſtis in euangelio, Vendunt oia ſua, Matt.19.
& dant pauperibus ut habeãt theſaurum in cœlis & ſequantur dñm: dicis illis, Ecce qd attulit Chriſtus. Quàm multi faciunt iſta ut diſtribuãt res ſuas egenis, & fiũt pauperes, nõ neceſſitate, ſed uolũtate, ſequentes deũ, ſperãtes regnũ cœlorũ. Irridet illi quaſi ſtultos, & talia, inquit, bona attulit Xp̃s, ut pdat homo res ſuas, & cũ dat egenis remaneat egenus? Quid ergo facies? Bona Xp̃i nõ capis. Alius.n. te impleuit qui aduerſarius eſt Xp̃o, cui dediſti locum in corde tuo. Priora tpa reſpicis, & quaſi lętiora tibi uident fuiſſe tpa priſtina, quæ ſic erant tanquam oliuæ pẽdentes in arbore, ducentibus uẽtis quaſi quadã libertate auræ pfruentes uago quodã deſyderio ſuo. Ventum eſt ut oliua mitteret in torcular. Non.n.ſemp pẽdere habebat in arbore, iam finis eſt anni. Non ſine cauſa inſcribunt pſalmi qui Psal.8 80
dam pro torcularibus: in arbore libertas, in torcu & 83.
laribus preſſura. Cum.n.res humanæ conterunt & F
premuntur, attendis qa creſcit auaritia, attende qa creſcit & cõtinentia. Quare tã cæcus es, ut amurcã fluentem per plateas uidẽs, oleũ in gemellaria non uideas? Et hoc nõ ſine cauſa: Qui male.n. uerſant, publicè noti ſunt. Qui aũt ſe cõuertunt ad deũ & à ſordibus malař cupiditatũ purgant, occulti ſunt: qa & in ipſo uel ex ipo ſunt torculari: Amurca aperte fluit, oleũ occulte eliquat. Acclamatis ad iſta, & gaudetis ad iſta, qa iam poteſtis ſedere ſuper flumina Babylonis & flere. Illi aũt qui captiuos duxerũt nos, qñ intrant in corda hominum, & interrogant nos per linguas eoř, quos poſsident: & dicunt nobis, Cãtate nobis uerba canticoř. Reddite nobis rõnem aduentus Chriſti, & quę eſt alia uita? Volo credere, doce me rõnem, quare mihi imperas ut credam? R'ndeo illi, & dico, O homo, quõ non uis tibi imperẽ ut credas? Plenus es malis cupiditatib'. Si bonã dicã illam Hierl'm, non eã capis, oportet ut exinaniaris quo plenus es, ut poſsis ipleri quo inanis es: Ergo noli facile huic aliqd dicere, lignũ eſt ſalicis, lignum eſt ſterile. Noli pcutere organum, ut

G sonet, suspēde potiꝰ. Sed ille dicturus est, Dic mihi,
cāta mihi, redde mihi rónem. Nō uis, inqt, ut dicā,
non bono aío audis, nō sic pulsas ut tibi dignū sit
aperiri. Ille te impleuit qui me captiuū duxit, ipse
me interrogat de te: astutus est, dolosè q̃rit, nó qrit
qd discat, sed qd reprehendat. Ergo ego non dicā,
suspendā organū meū. Sed qd dicturus est adhuc?
Cantate nobis uerba canticoꝝ, cātate nobis hym
nū, Cantate nobis de canticis Sion. Q̃: ud rn̄de-
mus, Babylonia te portat, Babylonia te continet,
Babylonia te nutrit, Babylonia de te loquit̃: nō no
sti cape nisi qd fulget ad tp̄s, æterna meditari igno
ras, non capis qd interrogas. Qũo cātabimus can
ticum dn̄i in terra aliena?) Vere fratres sic est. Inci-
pite uelle prædicare ueritaté quantulamcunq; no-
stis, & uidete q̃ necesse sit, ut tales patiamini irriso-
res & exactores ueritatis, plenos falsitatis: Rn̄dete
illis exigentibus à uobis quæ capere nō possunt, &
dicite ex fiducia sancti cantici uestri, Qũo cantabi
mus canticū dn̄i in terra aliena? Sed uide qũo uer-
seris inter eos, ô popule dei, ô corpus Christi, ô ge-
nerosa peregrinatio, non es hinc, aliunde es: ne cū
H illi qui tibi dicunt, Cātate nobis uerba canticoꝝ,
dicite nobis hymnum, cantate nobis de canticis
Sion, quasi amant̃ à te, & affectas amicitias eoꝝ, &
times talibus displicere, incipiat te delectari Baby-
lonia, & obliuiscaris Hierusalē. Hoc ergo timés ui-
de qd subiiciat, uide qd sequat̃. Passus est.n.homo
iste q cātabat, & iste homo nos sumus si uolumus.
Passus est undiq; talia interrogantes & adulatione
blādientes, mordaciter reprehēdentes, falso laudā-
tes, qd nō capiunt exigentes, qtto & pleni sunt fun-
dere nolētes: & inter turbas talium tanq̃ periclitās,
erexit animū ad recordationē Sion, & constrinxit
se talis aía iuratione quadā, & ait, (Si oblitus fuero
tui Hierusalē.) Inter uerba captiuantiū, inter uerba
dolosoꝝ, inter uerba male iterrogantiū, q̃rentium
& discere nolentium. Ecce inde erat ciuis ille qui
Matt. 19. dn̄m interrogauit, Magister bone qd faciam ut ui-
tam æternā consequar? Nōne de uita æterna q̃rés
quasi canticū Sion interrogauit? Serua mādata, ait
ille dn̄s: Et ille de fastu cum audisset rn̄dit, Iam oia
hæc, inqt, impleui à iuuentute mea. Et dn̄s dixit il-
I li quiddam de canticis Sion, & nouerat qd non ca
peret, sed exemplū dedit nobis qũo multi quærant
quasi consilium ad uitā æternam, & tādiu nos lau
dant quādiu rn̄deamus quod quærunt. Dedit de il
lo documētum tanq̃ nobis dicturis aliqñ talibus
hominibus: Qũo cantabimus canticum dn̄i in ter
ra aliena? Ecce ait, Vis esse perfectus, uade uēde oia
quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū
in cœlo, & ueni sequere me: Vt discat multa cātica
de canticis Sion: prius impedimenta reiiciat, expe-
ditus ambulet, ne ullo onere prægrauetur, & discet
aliqd de canticis Sion. Ille aūt contristatus abscesr-
sit: dicamus post illum, Qũo cantabimus cāticum
dn̄i in terra aliena? Et ille qdem discessit, spem tn̄
diuitibus dn̄s dedit: nam contristati discipuli dixe
runt, Quis nam pōt saluus fieri? Et rn̄dit eis, Quod
hominibus impossibile est, facile est deo. Hn̄t.n. &
diuites quendam modum suum, & acceperūt can-
1. Tim. 6. ticum de Sion, canticum de quo Apl's dicit, Præci-
pe diuitibus huius seculi non superbè sapere, neq;
sperare in incerto diuitiaꝝ, sed in deo uiuo, qui præ
stat nobis oia abundanter ad fruendū adiungens

quid debeant agere, iam tangit organa, non suspen K
dit: Diuites sint in operibus bonis, facile tribuant,
cōmunicent, thesaurizent sibi fundamentū bonū
in futuꝝ, ut apprehédant ueram uitā. Hoc canticū
de canticis Sion diuites acceperūt, primò nō sup-
bè sapere. Extollunt.n. diuitiæ, & quos extollunt,
flumina illa extollunt. Quid ergo his præcipitur?
Ante oia non superbè sapere: Qd faciunt diuitiæ,
hoc caueant in diuitiis, caueant in diuitiis supbiā.
Ipsum.n. malum est qd important maximè diuitię
incautis hoibus. Nō.n. aurum malum est qd deus
condidit, sed malus est homo auarus relinquens
creatorem cóuersus ad creaturā. Hoc ergo sibi prę
caueat ne sit superbus, & super fluuium Babylonis
sedeat? hoc ergo illi dictum est, Non superbè sape-
re. Ergo sedeat neq; speret in incerto diuitiaꝝ. Ergo
sup flumina Babylonis sedeat. Si.n. spauerit in in-
certo diuitiaꝝ, trahit̃ à flumine Babylonis. Si uero
humiliauerit se, & nō supbierit, & nó sperauerit in
incerto diuitiaꝝ, sedet & sup fluuiū, suspirat ęternę
Hierusalē recordatus Sion: & ut perueniat, ad Sion
erogat. Ecce habes canticū qd diuites acceperunt
de canticis Sion: Operentur, tangant organu, non L
uacent, cum inuenerint hoiem dicentē sibi, Quid
est qd agis? Perdis res tuas tanta erogādo, thesauri-
za filiis tuis. Cum uiderint nó capere, & intellexe-
rint lignū esse salicis, non facile dicant quare agāt,
& qd agant, suspendāt organa in salicibus Babylo
nis. Præter salices aūt cantent, non cessent, operen-
tur. Non.n. perdunt qd erogant. Sermo cōmendāt
& tutum est, Christo cómendant & perit. Audistis
canticum diuitū de cāticis Sion, audite & canticū
pauperū: idem Apostolus loqtur, Nihil intulimus 1. Tim. 6.
in hunc mundū, sed nec auferre aliqd possumus:
Victum & tegumentum hn̄tes his contenti simus.
Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentatio-
nē & desyderia multa, stulta & noxia, quę mergūt
hominé in interitum & perditionē. Hęc sunt flumi
na Babylonis. Radix est.n. omnium maloꝝ auari-
tia, quam qdam appetentes naufragauerunt à fide
& inseruerūt se doloribꝰ multis. Ergo cōtraria sunt
ista cantica? Nō sunt cōtraria: uidete qd diuitibus
dictum sit, Non supbè sapere, neq; sperare in incer- Ibidem.
to diuitiaꝝ, sed magis bona opari, tribuere, thesau M
rizare sibi fundamētū bonū in futuꝝ. Pauperibus
aūt qd dictū est? Qui uolunt diuites fieri, incidunt
in tentationé. Non dixit, q diuites sunt: sed, qui uo
lunt diuites fieri. Na si iam diuites essent, alteꝝ can
ticū audirent. Diues audit ut eroget, pauper aūt au
dit ne desideret. Sed cū inter tales uersamini q non
capiūt canticū Sion, suspēdite, ut dixi, organa in sa
licibꝰ i medio eius, differte q̃ dicturi estis. Incipiūt
eē ligna fructuosa, mutant̃ arbores, & habebūt fru
ctū bonū: Ibi iam licet nobis cātare in aures audiē
tiū. Sed cū inter istos obstrepétes, male interrogan
tes, ueritati resistétes uersamini, obstrigite uos nō
eis uelle placere, ne obliuiscamini Hierl'm, & dicat
una aía ur̃a facta una ex multis pace Xp̄i, dicat ipsa
captiua Hierl'm hic agens in terra (Si oblitus fuero
tui Hierusalé, Obliuiscat̃ me dextera mea.) Vehe-
menter se constringit fratres mei, obliuiscatur me
dextera mea, atrociter se obligauit. Dextera nr̃a est
uita æterna, sinistra nr̃a est uita tp̄alis. Quidquid
facis propter uitam æternam, dextera operatur. Si
charitati uitæ æternæ in operibus tuis miscueris
concupiscentiam

A concupiscentiam uitæ tpalis, aut laudis humanæ, aut alicui⁹ cõmodi secularis, cognouit sinistra tua qd faciat dextera tua. Et nostis esse in pcepto euan
Matt. 6. gelij, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Si oblitus ergo, inqt, fuero tui Hierlm, obliuiscat me dextera mea. Et uere sic cõtingit. Prenũciauit, non optauit. Talibus qui obliuiscunt Hierlm hoc contingit qd dixit, Obliuiscitur illos dextera eoꝝ. Vita. n. æterna manet in se, illi remanent in delectatione tpali, & faciunt sibi dextrum qd sinistrũ est. In-
Psal. 120. tendite ad ista fratres, pp dexterã insinuem hoc uo
& 50. bis, quantum dñs donat ad salutem oium. Meministis fortasse hic me aliqñ tractasse de qbusdã qui qd sinistrum est faciunt dextrum. i. qui tpalia bona plus hñt, & in istis beatitudinem ponunt, ignorantes quæ sit uera fœlicitas, uera dextera. Hos scriptura filios alienos dicit tanq̃ ciues nõ Hierlm, sed
Psal. 143. Babyloniæ: dicit. n. quodam loco psalmus, Dñe libera me de manu filioꝝ alienoꝝ, quoꝝ os locutũ est uanitatem, & dextera eoꝝ dextera iniquitatis: Sequitur. n. & dicit, Quoꝝ filij sicut nouellæ cõstabilitæ, filij eoꝝ ornatæ sicut similitudo templi:
B Cellaria eoꝝ plena, eructantia ex hoc in hoc: Oues eoꝝ fœcundæ, multiplicantes in exitibus suis, boues eoꝝ crassi: nõ est ruina sepis, nec clamor in plateis eoꝝ. Nunqd habere istam fœlicitatem, hoc est peccare? Non, sed facere illam dexteram cum sit sinistra. Propterea secutus qd ait? Beatũ dixerunt populum cui hæc sunt. Ecce unde locutũ est os eorũ uanitatem, qa beatum dixerũt ppłm cui hæc sunt. Tu qdem qui docebis Hierlm, qui non obliuisceris Hierlm, ne obliuiscatur te dextera tua, ecce illi q locuti sunt uanitatem, beatũ dixerũt ppłm cui hęc
Ibidem. sunt: dic mihi tu canticum Sion. Beatus, inqt, ppłs cuius est dñs deus ipsius. Interrogate corda uestra fratres, si desideratis bona dei, si desideratis ciuitatem illam Hierusalẽ, si concupiscitis uitam ęternã. Omnis ista terrena fœlicitas sinistra uobis sit, illa sit dextera quã semp habebitis: Et si habueritis sinistrã, nolite de sinistra psumere. Nõne corripis eũ qui de sinistra uoluerit mãducare? Si mensę tuę iniuriam putas fieri mãducante cõuiuia de sinistra: quõ non fit iniuria mẽsæ dei, si qd dextrum est, sinistrum feceris: & qd sinistrum est, dextrũ feceris?
C Quid ergo? Si oblitus fuero tui Hierusalẽ, obliuiscatur me dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, nisi tui meminero: Id est, obmutescã, inquit, nisi tui meminero. Vt qd. n. loqtur? ut qd sonat qui cantica Sion non sonat? Ipsa est lingua nr̃a canticũ Hierusalem: Canticũ delectationis seculi huius lingua aliena, lingua barbara est, quã in captiuitate didicimus. Ergo mutus erit deo q oblitus
Exod. 1. fuerit Hierusalẽ: Et parũ est meminisse: nã & hostes meminerũt eius, uolẽtes eã euertere. Quæ est ciuitas ista dicũt, q sunt xpiani? & quales sunt christiani? O si nõ essent christiani. Vicit iam captiuatura turba captiuatores suos, & tñ murmurãt & sęuiũt, & uolunt interficere apud se peregrinantẽ, sanctã ciuitatem, sicut uoluit ipsum populum interficere Pharao, qñ masculos natos occidebat, & fœminas relinquebat, uirtutes præfocabat, concupiscẽtias nutriebat. Parum ergo est meminisse, uide quõ meminerís, qdam n. cum odio meminimus, qdam cũ amore: cũ ergo dixisset, Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuiscat me dextera mea: Adhæreat lingua mea faucibus meis, nisi tui meminero: addidit statim, Si nõ præposuero Hierusalẽ in principio iocũ D
ditatis meæ. Ibi est. n. summa iocunditas, ubi deo perfruimur, ubi de fraternitate cohęrente, & ciuica societate securi erimus. Nullus ibi tentator nos uolabit, nullus uel ad aliqua illecebra percellere poterit, nihil ibi delectabit, nisi bonũ. Morieť ibi ois necessitas, orietur ibi summa fœlicitas, Si nõ pposuero Hierusalẽ in principio iocũditatis meæ. Et conuertit se ad dñm cõtra hostes ipsius ciuitatis. Memẽto dñe filioꝝ Edom. Edom ipse dictus est qui & Esau: audistis. n. modo cũ Apostolus legeret, Ia- *Roma. 9.*
cob dilexi, Esau aũt odio in utero habui. Duo filij *Gene. 25.*
erãt in uno utero, ambo gemini in utero Rebeccę, filij Isaac, & nepotes Abrahę. Nati sunt ambo, unus *Gene. 27.*
ad hæreditatẽ, alter ad exhęredationẽ. Fuit aũt ho- *Gene. 25.*
stis fratris sui iste Esau, qa puenit bñdictionẽ eius filius minor, & ipletũ est, Maior seruiet minori. Maior ergo qs est, & minor qs est? & qs est maior q seruiet minori, modo intelligimus. Maior uidebatur populus Iudæoꝝ, minor ex tpe populus christianorum. Et uidete quõ maior seruit minori, illi portãt codices, nos uiuimus de codicibus ipsoꝝ. Sed ut E
gñaliter de oibus intelligatis fratres maiorem & minore, maior dicitur homo carnalis, & minor dicit homo spiritalis: qa prius est carnalis, & postea spiritalis. Habes Apostolũ aperte dicẽte, Primus homo *1. Cor. 15.*
de terra terrenus, secũdus homo de cœlo cœlestis: qualis terrenus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales & cœlestes: sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imagine eius q de cœlo est: ibi aũt supra dixerat, Sed non prius qd spiritale est, sed qd aiale, posteã spiritale. Aialem aũt eundẽ dicit quẽ carnalẽ ostendit. Homo qui nascit, ai alis esse incipit, carnalis esse incipit. Si se cõuertat à captiuitate Babiloniæ, in reditu Hierusalẽ renouat, & fit renouatio qdam scdm nouũ & interiorem hominẽ, & fit minor tpe, maior potestate. Ergo Esau oẽs carnales, Iacob autẽ oẽs significat spiritales: minores electi, maiores illi reprobati. Vult & ipse eligi? Fiat minor. Edom autẽ appellatus est de cibo quodam lenticulæ rubro. i. roseo quodam cibo. Bene cocta erat leticula defricata, concupiuit iste Esau à fratre *Gene. 27.*
suo Iacob, & cessit illi primatũ suũ, uictus cõcupi- F
scẽtia mãducandę illius lenticulę. Ille aũt cessit cibũ uoluptatis, & sumpsit honorẽ dignitatis. Ita ex placito quodã inter eos factũ est, ut ille maior, ille minor sit, ut maior seruiret minori, & appellat⁹ est *Gene. 25.*
Edom. Interpretatur aũt, quantũ dicunt qui illam *Roma. 9.*
linguã nouerũt, Edom saguis: nã & Punice Edom sanguis dicitur. Noli mirari. Ad sanguinẽ ptinent oẽs carnales, Caro & sanguis regnũ dei non possi- *1. Cor. 15.*
debũt. Non illuc ptinet Edom, ptinet illuc Iacob, qa caruit cibo carnali, & sumpsit honorẽ spiritalẽ: Ille uero factus est inimicus. Oẽs carnales spiritalibus inimici sunt. Oẽs tales concupiscentes præsentia, insequuntur eos quos uident meditari æterna. Cotra hos ille respiciens in Hierusalem, & rogans deũ, ut eruatur à captiuitate, qd dicit? Memẽto dñe filioꝝ Edom: Libera nos à carnalibus, ab eis q imitãtur illum Edom, qui fratres maiores sunt, sed hostes sunt. Prius nati sunt, sed posterius nati uicerũt ad primatum, qa concupiscentia carnis illos deiecit, contempta concupiscentia illos erexit. Viuũt & *Tal liben*
inuident† & persequuntur. Memento dñe filiorum *ter & in*
uidẽt etc.

A caustum spiritale, q̃ dicit, Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo. Totũ, inq̃r, cor meum flãma tu amoris accendat, nihil in me relinquatur mihi, nec quo respiciã ad meipsum, sed totus in te æstuẽ, totus in te ardeã, totus diligam te, tanq̃ inflãmatus abs te. Confitebor tibi dñe in toto corde meo, Q̃m audisti uerba oris mei.) Cuius oris mei, nisi cordis mei? Ibi.n.habemus uocẽ quam deus exaudit, quã prorsus auris humana nõ nouit. Clamabãt certe q̃
Danie. 3. Susannã accusabãt, & ad cœlũ oculos nõ leuabãt, illa tacebat, & corde clamabat. Vñ illa meruit exaudiri, inde isti puniri. Est ergo os intus, ibi rogamus,
Act. 17. inde rogamus: Et si hospitiũ uel domũ deo præparauimus, ibi loqmur, ibi exaudimur. Non.n.est ille lõge ab unoquoq; nostrũ positus, in quo uiuimus, mouemur & sum⁹. Lõge te à deo nõ facit, nisi iniquitas sola. Deiice mediũ parietẽ peccati, & cũ illo es quẽ rogas. Audisti, inqt, uerba oris mei: cõfitebor tibi, Et corã angelis psallã tibi.) Nõ.n.corã hoib⁹ psallã, sed corã angelis psallam. Psalterium meum, gaudium meũ: Sed gaudiũ meum de inferioribus
B corã hoibus est, gaudium meum de superioribus
Esa. 48. & 57. corã angelis est. Non.n.nouit impius gaudium iusti. Nõ est gaudere impiis dicit dñs. Gaudet iniqu⁹ in põpa, gaudet martyr in catena. Q̃uo gaudebat sancta ista Crispina, cuius hodie solẽnitas celebratur? Gaudebat cũ tenebatur, cum ad iudicẽ ducebatur, cũ in carcerẽ mittebatur, cũ ligata producebatur, cũ in catasta leuabatur, cũ audiebatur, cum dãnabatur. In his oibus gaudebat, & eã miseri miserã putabant, quæ corã angelis gaudebat. Adorabo ad templũ sanctũ tuum.) Q̃d templum sanctũ tuũ? Vbi habitabimus, ibi adorabimus. Currimus enim ut adoremus. Grauidũ cor nostrum parturit, & ubi pariat q̃rit. Quis est ille locus ubi adorãdus est deus? Qui mũndus? Q̃d ædificium? Quæ deniq; sedes in cœlo & inter stellas? Quærimus in scripturis sanctis, & inuenimus in uerbis Sapientiæ, Ego,
Prouer. 8 inqt, erã cum illo. Ego eram ad quam aggaudebat quotidie. Et dicit opa eius, & exponit nobis sedem ipsius. Q̃n? Q̃n ualidas, inqt, faciebat in summo nubes, q̃n sedem suam segregabat super uentos. Sedes
C aũt eius templum eius. Quò ergo ibimus? Sup uentos adoraturi sumus? Si super uẽtos adoratur, aues nos uincunt. Si aũt intelligamus uẽtos animas, id est, uentos noie significatas animas: sicut ait quo
Psal. 17. dam loco scriptura. Volauit super pennas uentoꝝ:
Gene. 2. hoc est, sup uirtutes animaꝝ: unde & flatus dei dicitur anima tanq̃ uentus, non ut iste intelligat uentus, quo corpus propellere sentimus, sed eius noie significetur aliqd inuisibile, quod neq; oculis cerni põt, nec sentiri aurib⁹, nec adoratu duci, nec palato gustari, nec manu contrectari, qd est utiq; uita quædam qua uiuimus, quæ aia dicitur. Si hos uentos intellexerimus, non est quare quæramus pẽnas uisibiles, ut cum auibus uolemus ad orandum ad templũ dei, sed sup nosipsos inuenimus deũ sedere, si eius fideles esse uoluerimus: uidere si hoc non
1. Cor. 3. est, Templũ.n dei sanctũ est, ait Apostolus, quod estis uos. Certe rñ qd manifestum est in angelis habitat deus. Ergo cum gaudium nostrũ de spiritalibus rebus non de terrenis bonis assumit cãticum deo ut psallat corã angelis sanctis, ipsa cõgregatio angeloꝝ templũ dei est, adoramus ad templũ dei: ecclesia deorsum, & ecclesia sursum. Ecclesia deor-

sum in oibus fidelibus, & ecclesia sursum in oibus D
angelis. Sed descendit ad ecclesiã deorsum dñs an- Matt. 4.
geloꝝ, & ei angeli in terra ministrauerunt. Non.n.inqt, ueni ministrari sed ministra- Matt. 20.
re. Quid nobis ministrauit, nisi qd hodieq; manducamus & bibimus? Cum ergo dñs angeloꝝ nobis ministrarit, non desperemus nos futuros æquales angelis. Maior n.angelis descendit ad hominem, & creator angeloꝝ suscepit hominem, dñs angeloꝝ mortuus est pro homine. Adorabo ergo ad tẽplũ sanctum tuum: Intelligo templũ tuum nõ manufa- Psal. 13.
ctum, sed quod tu fecisti tibi. Et cõfitebor nomini tuo: In misericordia tua & ueritate tua) In duobus istis confitemur: sicut.n.& in alio psalmo legitur, Vniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas: i duo- Psal. 24.
bus istis confitemur, in tua misericordia, & in tua ueritate. Misericordia peccatorẽ respexisti, ueritate pmissionẽ reddidisti. In tua ergo misericordia & 4. sent. di
ueritate cõfitebor tibi Has etiam ego pro meis uiri stinc. 46.
bus reddo quas mihi donasti, faciẽs misericordiã capi. Sed
& ueritatem, misericordiã in subueniendo, ueritatẽ in iudicando His adiuuamur à deo, his pmere- quæritur. E
mur deũ. Merito ergo misericordia & ueritas uniuersæ uiæ dñi. Non sunt aliæ uiæ qbus ad nos ueniat: nõ sunt aliæ uiæ qbus ad illũ ueniamus. Q̃m magnificasti super omne nomen sanctum tuum.) Qualis ista gratulatio fratres? Magnificauit nomẽ suum sanctũ super Abraham. Credidit.n Abrahã Gene. 15.
deo, & deputatũ est illi ad iustitiã. Cæterę oẽs gen Roma. 4.
tes idolis imolabant, & dæmonibus seruiebãt. Natus est ex Abrahã Isaac, magnificatus est sup illam domũ deus: inde Iacob, magnificatus est de⁹, q di- Exod. 3.
cit, Ego sum deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob: inde duodecim filij Israel, inde populus Israel liberatus ab Aegypto, ductus p mare rubrũ, exercitatus in eremo, eiectis gẽtibus in terrã pmissionis collocatus est: Magnificatũ ẽ nomẽ dñi sup Israel. Sed inde & uirgo Maria, inde dñs Iesus Xps mor- Roma. 4.
tuus est pp peccata nostra, resurgẽs pp iustificationem nostrã, implens fideles spiritu sancto, mittens Act. 2.
prædicare per gentes, Agite pniam, appropinqua- Matt. 3.
bit n.regnum cœloꝝ: Et ecce magnificauit super F
omne nomen sanctũ suum. In quacunq; die inuocauero te cito exaudi me.) Quare cito? Quia tu di- Psal. 101.
xisti, Adhuc loquẽte te dicã, Ecce assum. Quare ci- Esa. 58.
to? Quia iam nõ peto fœlicitatẽ terrenã, didici sanctum desyderiũ de nouo testõ. Non peto terrã, nõ fœcunditatẽ carnalẽ, nõ salutem tpalem, nõ inimicoꝝ subiectionem, non diuitias, nõ honores: Nihil hoꝝ peto, ideo cito exaudi me, qa docuisti me qd petam. At qd peto? Dicamus huic, Quid tale petis? Audiamus nos & uideamus, eructet petitione suã, & uideamus qd petas, & discamus per eum petere, ut mereamur accipere. Veneras ad ecclesiã, nescio qd hodie petiturus. Quid putamus ueneras petiturus? Veneras cũ desyderio tuo, nescio quo, utinã innocenti: Et si carnali, sed remoue iniqtatẽ, remoue carnalitatẽ, disce qd petas, qd hodie celebres attende. Natalitiũ sanctæ & beatæ fœminæ celebras, & forte fœlicitatem terrenã desyderas? Illa pp desyderium sanctũ dimisit fœlicitatem quã habebat in terra, dimisit filios flentes & tanq̃ crudelem matrẽ dolentes, qa uelut perdiderat humanam misericordiã, quæ ad diuinã festinabat coronã. Nesciebat uero illa qd desyderaret, qd calcaret? Imò uero noue-

G rat psallere corā angelis dei eorumq; desyderare cōsortium, amicitiā sanctā & puram, ubi ulterius nō moreret, ubi iudicē nosset apud quem non ualere posset mendaciū. Quid ergo? In illa uita nulla sunt bona? Imò uero ibi sola sunt bona, nō mali s mixta bona, securitates in qb' gaudeas quantū uis, & nemo dicat tibi unde doleas, tēpera te. Hic aūt de bonis terrenis gaudere molestū est, & piculosum nimis, ne sic gaudeas ut hęreas, & gaudēdo male pereas. Nā unde deus miscet tribulationes gaudiis terrenis, nisi ut tribulationē sentiētes & amaritudinē, discamus æternā desyderare dulcedinē? Quid ergo petit uideam', quo merito dixerit cito exaudi me. Quid eni petis ut cito exaudiaris? Multiplicabis me.) Multis modis multiplicatio intelligi pōt. Est multiplicatio terrenæ gnationis scdm primā gñationis naturæ nr̃æ benedictionē quā audiuimus,

Gene.1. Crescite & multiplicamini, & iplete terrā & dominamini ei. Sic.n. ille ne uolebat multiplicari, q dicebat, Cito exaudi me? Et ista planè multiplicatio fructuosa est, & nō uenit nisi de benedictione dñi.

H Iam qd dicā de aliis multiplicationibus? Multiplicatus est ille auro, ille argento, ille pecoribus, ille familia, ille possessionibus, ille his oibus. Multę sunt terrenę multiplicationes, fœlicior aūt filior, quan quā hoībus auaris ēt ipsa fœcunditas molesta est. Timent.n. ne pauperes relinquant, qui multi nasci potuerūt. Quę sollicitudo plerosq; ad impietatem coegit, ut obliuiscerent q̄ parētes eēnt, omniq; humanitatis affectu expoliari, exponerēt filios suos, ut eos facerent alienos: proiiceret quę peperit, colligeret quę nō peperit: illa cōtēneret, illa diligeret: illa frustra mater carne, illa nerior uolūtate. Cū ergo sint multę multiplicationes & multa gñā multiplicationū, quā multiplicationē q̄rit qui dixit, Cito exaudi me? Ait.n. Multiplicabis me. Expectamus audire in qbus? Audi ergo, In aia mea.) Nō in carne mea, sed in aia mea. Multiplicabis me i aia mea. Est ne adhuc qd addat, ne fortè & multiplicatio in aia non cōtinuo fœlicitatem significet? Etenim & curis & furtis hoies in aia multiplicantur. Multiplicatus uidet in anima, in quo etiā multiplicata sunt uitia. Ille tantūmodo auarus est, ille tantūmodo sup-

I bus, ille tantūmodo luxuriosus, iste & auarus & superbus & luxuriosus: Multiplicatus est in aia sua, sed malo suo: multiplicatio ista egestatis est, non ubertatis. Ergo qd tu q dixisti, Cito exaudi me, & te abstulisti ab omni corporea & ab omni terrena re, ab omni desyderio seculari, & diceres deo, multiplicabis me in aia mea? Adhuc explana qd desyderes, Multiplicabis me, inqt, in aia mea. Virtutē) Expressum uotū, exp̄ssum desyderiū, ab omni confusiōe circūcisum. Si diceret, Multiplicabis me: terrena, nescio quę, cogitares: addidit, in aia mea. Rursus, ne in aia uitia cogitares: addidit, uirtutē. Nihil est qd amplius à deo desyderes, si uis bona & uera frōte dicere, Cito exaudi me. Confiteant tibi dñe oēs reges terrę.) Ita fiet, & ita fit, & quotidie fit, & ostendit nō frustra dictū, nisi qa erat futur. Confiteantur tibi dñe oēs reges terræ. Sed & ipsi cū tibi confitent, cū laudāt te, nō terrena desyderent à te. Quid.n. reges terræ desyderaturi sunt? Nōnne iam hn̄t ipsius imperium? Quiqd amplius desyderauerit homo in terra, usq; ad imperiū est desyderium eius. Quid amplius pōt? Altior sublimitas necessa-

ria est? Sed fortasse quanto altior, tanto periculosior est. Ideoq; reges quāto sunt in maiore fœlicitate terrena, tāto magis humiliari deo debēt. Vt qd faciant? Qm̄ audierunt omnia uerba oris tui.) O dñe, omnia uerba oris tui nescio in qua gente abscondita erāt, lex & p̄phetæ, omnia uerba oris tui: Sed in gente Iudęor, sola erant oia uerba oris tui, quam gētem laudans Apls ait, Quid ergo amplius est Iudæo? Aut quæ utilitas est circūcisionis? Multum per oēm modum. Primum qdem, qa credita sunt illis eloqa dei. Ibi erant uerba dei. Sed da mihi illum Gedeon quendā sanctum uirum tpe Iudicū: uidete quale signum petiuit à dño, Ponam, inqu t, uellus in area, compluat uellus, area sicca sit. Et factum est, cōplutum est uellus solū, area sicca erat. Petiit iter, signū, area tota cōpluta sit, & solū uellus siccū inueniat. Et hoc factum est, compluta est area sicco uellere. Primo cōplutū uellus sicca area, postea cōpluta area sicco uellere. Quid uobis uidetur area fratres? Nōne orbis terrarū? Quid uellus? Tanq̄ gens Iudæa in medio orbe terrar, hn̄s gratię sacrm, non in manifestatione, sed in nube secreti, tanq̄ in uelamēto pluuiam in uellere. Venit tps qn̄ reuelaretur pluuia in area, manifestata est, nō operta: factum est ergo qd dictum est, Cōfiteantur tibi dñe omnes reges terræ, qm̄ audierunt omnia uerba oris tui. Quid est Israel qd abscōdebas? Quādiu abscondebas? Expressum est uellus, exiit de te pluuia. Solus Christus suauitas pluuiæ: ipsum solum non agnoscis in scripturis, pp quem factæ sunt scripturæ. At uero omnes reges terræ confiteantur tibi dñe, qm̄ audierunt oia uerba oris tui. Et cantent in uiis domini, qm̄ magna est gloria domini.) Cantent in uiis domini reges terrę. In qbus uiis domini cantent? de qbus supra dictum est, In misericordia tua & ueritate tua, qm̄ uniuersæ uiæ dñi misericordia & ueritas. Nō ergo sint reges terrę supbi, sed humiles sint. Tunc cantent in uiis dñi si humiles sint, ament & cantabunt. Nouimus uiatores, & cantatores: cantant & peruenire festināt. Sunt cantica mala tanq̄ ueteris hois, sed canticum nouum ptinet ad hominem nouum. Ambulent ergo & reges terr i uiis tuis, ambulent & cantent in uiis tuis. Quid cantent? Qm̄ magna est gloria dñi, nō regū. Vide quō reges uoluit cātare in uiis humiliter portantes dñm, nō se extollentes aduersus dñm. Nam si se extulerint, quid sequitur? Qm̄ excelsus dñs & humilia respicit.) Volunt ergo reges respici? Humiles sint. Quid si se extulerint in superbiam? Latere ipsius oculos possunt? Ne forte qa audisti, humilia respicit superbus uelis esse, & dicas in aia tua, Humiles respicit deus: me non respicit, faciam qd uolo, Quis.n. me uidet? Hominem latet, deus nō uult me uidere qa humilis non sum: ille aūt humilia, respicit. qd uolo facio opportunè. O importune, nūquid hoc diceres si scires qd amare deberes? Ecce si nollet te uidere deus, hoc ipsum non times, quia te non uult uidere? Si salutes aliquem maiorem patronum tuum, & intentus in aliud non te uideat, quō tibi anima dolet? Si autem deus te nō uideat, securum te putas? Nō te uidet saluator, & uidet deprędator & damnator? Et tn̄ & ipse te deus uidet. Non te putes nō uideri, imò roga ut merearis uidere à quo uideris: dictū est enim, Oculi domini sup iustos. Quia non super iniustos, faciant ergo quod uolunt

Margin notes (right column): K — al. subli mitate. — Roma. 3. — Iudic. 6 — L — Psal. 14. — M — Psal. 33.

A uolũt iniusti, oculi dñi super iustos: sequat adhuc, Et aures eius in preces eorũ. Iniusti autẽ qui securos se putabant, qa nõ sunt oculi domini super eos, nõ timent, quia nõ sunt aures eius ad pces eorũ. Nonne melius & oculi eius super nos, & aures eius ad pces nostras? Sed cũ facis ea super quæ uis esse oculos domini, tunc mereris pcibus tuis & aures dñi, & tamẽ male faciendo a te nõ auertis oculos domini: quid enim ibi sequitur? Vultus autẽ domini super facientes malum: sed ad quid? Vt perdat de terra memoriam eorũ. Vides te uideri, uides te latere non posse? Cũ ergo quicquid feceris uideatur, quare hoc non facis unde placere merearis? Ergo & hic quid? Qm magna est gloria domini, qm excelsus dñs & humilia respicit: Excelsa autẽ quasi non respicit. Humilia enim respicit. Excelsa.) Quid? A lõge cognoscit.) Quid sibi ergo prçstat superbus, nisi ut à longe uideatur: non ut non uideatur? Ne putes te ideo securum esse debere, q minus te bene uideat, quia à longe te uidet. Tu enim quod a longe uides non bene uides: Deus & si a longe te uidet, perfecte te uidet,
B & recũ non est. Hoc agis non ut minus perfecte uidearis, sed ut non sis cũ illo à quo uideris! At uero
Psal.33. humilis quid tibi pstat? Prope est dñs his qui obtriuerunt cor. Erigat se ergo superbus quantũ uoluerit, certe in alto habitat deus, in cœlo est deus. Vis tibi propinquet? Humilia te, Nam tanto à te erit altior quanto tu elatior. Excelsa autem à lõge cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me.) Verum est, In quacunq; tribulatione fueris, cõfitere, inuoca, liberat te, uiuificat te. Sed tamẽ aliquid hic debemus melius intelligere, quo iam familiarius inhæremus deo, dicamusq; ei, Cito exaudi me dñe: dixerat enim, Excelsa à longe cognoscit: & excelsa superba nõ norunt tribulationẽ. Nõ norunt, inquã, tribulationẽ, de qua dicitur alio loco,
Psal. 141 Tribulationẽ & dolorẽ inueni, & nomẽ dñi inuocaui. Quid enim magnũ si tribulatio te inueniat? Si aliquid pateris, tu inuenis tribulatiõnẽ. Et quis est, inquis, qui inueniat tribulationẽ? Aut quis illã uel quærat? In medio tribulationis es & nescis. Vita ista parua tribulatio est. Si non est tribulatio, non est peregrinatio. Si autẽ peregrinatio est, aut parum patriam diligis, aut sine dubio tribularis. Quis.n.
C non tribuletur nõ se esse cũ eo quod desyderet? Sed unde tibi non uidetur ista tribulatio? Quia non amas. Ama alterã uitam, & uidebis quia ista uita tribulatio est, quacunq; prosperitate fulgeat, quibuslibet delitijs abundet atq; circũfloreat: † Quando nõdum est illud gaudium sine ulla tentatione certissimũ, quod nobis in fine seruat deus, sine dubio tribulatio est. Ergo intelligamus & huius tribulationẽ fratres, Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me: nõ sic ait, tanq diceret, Si forte euenerit mihi tribulatio aliqua, liberabis inde me. Sed qũo? Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me. aliter non uiuificabis me, nisi in medio tribulationis ambulauero. Væ ridentibus, beati lugẽtes. Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me. Super iram inimicorũ meorũ extendisti manũ tuam, & saluũ me fecit dextera tua.) Sæuiant inimici, qd possunt facere inimici? Pecuniam tollere, expoliare, proscribere, in exiliũ mittere, doloribus tormentisq; cruciare, ad postremũ si pmissi fuerint & occidere. Nunquid & amplius? Tu autẽ dñe su-

† al. circũfluat.

per iram inimicorũ extendisti manũ tuam, super id D quod mihi possunt facere inimici tu extendisti manum tuam. Nõ.n. inimici possunt me separare à te. Tu autẽ amplius uindicas, quia adhuc differs me. Super iram inimicorũ meorũ extẽdisti manũ tuam. Sæuiat quantum potest inimicus, non me separat à deo. Tu autem dñe adhuc me nõ recipis, adhuc me in peregrinatione conteris, adhuc gaudium dulcedinemq; tuam nõ præbes: Nondũ inebriasti me ab Psal.35. ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuę nõ dum potasti. Apud te n. est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumẽ. Sed ecce dedi primitias spiritus, & credidi in te, & seruio mente legi dei, tamẽ in Roma 8. & 6. nobismetipsis adhuc ingemiscimus, adoptionẽ expectantes redẽptionẽ corporis nostri. Hanc autẽ uitam nobis peccantibus dedit deus, ubi etiã necesse est ut conteratur Adam in sudore & labore uultus Gene.3. sui, cũ terra ei tribulos & spinas parit. Nunquid aliquis inimicus plus potuit procurare? Super irã inimicorũ meorũ extendisti manũ tuam, sed tamen nõ ad desperationem: sequitur enim, Et saluũ me fecit dextera tua. Potest & sic intelligi, Super iram inimicorũ meorũ extendisti manũ tuam: Irascebantur inimici, uindicasti me de inimicis. Peccator uidebit & E Psal.111. irascetur, dentibus suis frendet & tabescet. Vbi sunt qui dicebant, Pereat nomẽ Xpianorũ de terra? Certe aut moriuntur, aut conuertunt. Ergo super iram inimicorũ extendisti manum tuam, quãdiu dicetur quod scriptum est, Inimici mei dixerũt mala mihi, Psal.40. quando morietur & peribit nomẽ eius? quãdo delebitur nomẽ Christianorũ de terra? Cũ dicunt ista, partim crediderunt, partim perierunt, pauci timidi remãserunt. Quanta ira inimicorũ sæuiebat, quãdo sanguis martyrũ fundebatur? Qũo se putabant nomen Xpianorũ delere de terra? Super iram inimicorũ meorum extendisti manum tuam, & saluũ me fecit dextera tua. Ecce illi qui martyres persequebantur, memorias martyrũ inquirunt, aut ubi adorent, aut ubi se inebrient, quærunt tamen. Super iram inimicorũ meorũ extendisti manum tuam, & saluũ me fecit dextera tua. Secundum desyderium saluũ me fecit dextera tua. Est qdam salus in dextera tua: nam est altera salus in sinistra. Salus temporalis & carnalis in sinistra est, salus æterna cũ angelis in dextera est. Ideo iam in ipsa imortalitate positus Xps, dici- F tur sedere ad dexteram dei. Non.n. deus habet in se Marc.16. ipso dexteram aut sinistram, sed dextera dei dicitur fœlicitas illa, quæ qm oculis ostendi nõ potest, tale nomen accepit. Hac dextera tua saluũ me fecisti, nõ secundum salutem temporalem. Nam Crispina occisa est: sed nunquid deseruit illam deus? Nõ illam fecit saluam in sinistra, sed fecit in dextera. Macha- 2 Mac.7. bæi quanta tormenta perpessi sunt? Tres autẽ pue- Danie.3. ri in medijs ignibus deambulando laudauerunt deum. Illorum salus in dextera, istorum etiam in sinistra. Aliquando ergo nõ saluat in sinistra sanctos suos, sed semper saluat eos in dextera. Impios autem plerunq; saluat in sinistra, non saluat in dextera. Nã illi qui persequebãtur Crispinam, sani erant in corpore. Illa occisa est, illi uiuunt. Illorum salus in sinistra est, illius in dextera. Et saluum me fecit dextera tua. Dñe retribues pro me.) Ego non retribuo, tu retribues pro me. Sæuiant inimici quantũlibet, tu retribues quod ego nõ possim. Dñe retribues pro me. In ipso capite nostro attẽdite Reliquit.n. nobis 1. Petr. 2.

G exemplum ut ſequamur ueſtigia eius: q peccatũ nõ
fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius,q cũ maledi
ceretur,nõ maledicebat: dicens,Dñe retribues pro
Ibidem. me.Cũ iudicaretur,nõ cõminabatur,ſed cõmenda
bat ſe ille iuſtè iudicãti.Quid eſt,dñe retribues pro
Ioan.8. me? Ego,inquit,nõ q̃ro gloriam meam,eſt qui q̃rat
Rom 12 & iudicet. Nõ uoſmetipſos uindicantes chariſsimi,
Deut.32. Apl's dicit,ſed date locũ iræ : ſcriptũ eſt enim, Mihi
uindictã,& ego retribuam,dicit dñs.Dñe retribues
Pſal.68. pro me. Eſt hic alius intellectus nõ negligendus,&
forte magis eligendus. Dñe Ieſu Xp̃e retribues pro
me. Ego.n.ſi reddã,rapui:tu quod nõ rapuiſti,ſol-
uiſti Dñe retribues pro me. Vide illum retribuentẽ
pro nobis.Venerunt q tributũ exigerent:exigebant
tributũ didrachmas.i.duas drachmas ĩ uno homi-
ne. Ventũ eſt ad dñm ut ſolueret tributum,imò nõ
Matt.17. ad ipſum,ſed ad diſcipulos:& dictũ eſt ad illos,Ma
giſter ueſter nõ ſoluit tributũ. Illi retulerunt ad do
minũ:& ille,Reges terræ à q̃bus exigunt tributum?
à filijs ſuis,an ab alienis ? Rñderunt,ab alienis. Er-
go,inquit,liberi ſunt filij. Sed tamẽ ne ſcãdalizem'
Ibidem. eos,ait Petro, Vade mitte hamũ in mare,& q prim'
H piſcis aſcẽderit tolle,aperi os eius & inuenies ſtate-
rẽ.i.duas didrachmas.Stater põderis genus eſt hñs
quatuor drachmas.Inuenies ibi,da illis ꝓ me & te.
Dñe,retribues pro me. Merito habemus primũ pi-
ſcem hamo captũ,hamo cõprehenſum.Primũ ſur-
gentẽ de mari,primogenitũ à mortuis. In eius ore
inuenimus duas didrachmas i.quatuor drachmas,
in eius ore inuenimus q̃tuor Euãgelia.Iſtis quatuor
drachmis ab exactione huius ſeculi liberamur:per
q̃tuor Euãgelia debitores nõ remanebimus. Ibi.n.
peccata nr̃a omnia ſoluunt.Retribuit ergo pro no-
bis:Gratias miſericordiæ ipſius.Nihil debebat,ꝓ ſe
Ioan.14. nõ reddidit,ſed ꝓ nobis reddidit. Ecce,inquit,ue-
niet,princeps mundi huius,& in me nihil inueniet.
Quid eſt,in me nihil inueniet?Nullũ peccatũ in me
inueniet,quare occidat me,nõ habet. Sed ut ſciant
oẽs, ait, q̃a uoluntatẽ pr̃is mei facio, ſurgite eamus
hinc. Quid eſt,ſurgite eamus hinc? Id eſt,nõ ex ne-
ceſsitate,ſed uolũtate patior,reddens qđ nõ debeo
Dñe retribues ꝓ me , Dñe miſericordia tua in æter
† al. ſub nũ.) Quid deſyderẽ:Non diem hominũ,Non labo
ſole ſe- raui ſubſequens † te dñe,& diem hominũ non cõ-
quens. cupiui,tu ſcis. Ecce martyr ſancta Criſpina ſi deſy-
I deraret diẽ hominũ,negaret Xp̃m.Plus hic uiueret,
Hier.17. ſed in æternũ nõ uiueret Maluit in æternũ uiuere,
q̃ paulo amplius tẽporaliter uiuere.Deniq̃,dñe mi-
ſericordia tua in æternũ,nõ ad tẽpus uolo liberari.
Miſericordia tua in æternũ,qua martyres liberaſti,
& ſic cito de hac uita abſtuliſti. Dñe miſericordia
tua in æternũ , Opera manuũ tuarũ ne deſpicias.)
Non dico,Dñe ne diſpicias opera manuũ mearum,
Pſal.76. non me iacto de operib' meis Exquiſiui q̃dẽ dñm
manibus meis nocte corã eo,& non ſum deceptus,
ſed tamẽ nõ cõmendo opera manuũ mear. Timeo
ne cum inſpexeris,inuenias plura peccata q̃ merita.
Hoc ſolum rogo,hoc dico,hoc impetrare deſidero,
Opera manuũ tuarũ ne deſpicias. Opus tuũ in me
uide,nõ meum.Nã meum ſi uideris,damnas:tuũ ſi
uideris,coronas : q̃a & q̃cunq̃ ſunt bona opa mea,
abs te mihi ſunt,& ideo tua magis q̃ mea ſunt. Au-
Epheſ.2. dio quippe ab Apl'o tuo, Gratia ſalui facti eſtis per
fidẽ, & hoc nõ ex uobis,ſed dei donum eſt, non ex
operib',ne forte quis extollatur.Ipſius enim ſumus

figmentum creati in Xp̃o Ieſu in operibus bonis.Er K
go ſiue in eo ꝙ homines ſumus, ſiue in eo ꝙ ex no-
ſtra impietate mutati & iuſtificati ſumus, domine
opera manuum tuarum ne deſpicias.

In Pſalmum centeſimum trigeſimumoctauum Enarratio.

P Salmum nobis breuẽ paraueramus, quem
mãdaueramus cantari à lectore, ſed ad ho
ram quantũ uidetur perturbatus, alterũ ꝓ
altero legit.Maluimus ergo nos in errore lectoris ſe
qui uoluntatẽ dei, q̃ noſtram in noſtro propoſito.
Si ergo uos in eius prolixitate aliquãdiu tenuerim',
nobis nõ imputetis, ſed credatis deũ nos nõ infru-
ctuoſè laborare noluiſſe.Neque.n. fruſtra in primo
peccato noſtro pœnã accepimus, ut in ſudore uul- *Gene.3.*
tus noſtri panẽ mãducemus Tantũ ſi panis eſt,attẽ
dite,Panis autẽ eſt ſi Xp̃s eſt Ego ſum,inquit,panis *Ioan.6.*
uiuus qui de cœlo deſcendi. Quẽ manifeſtũ nobis
habemus in Euãgelio,ipſum q̃rimus & in prophe-
tis.Hunc ibi nõ uident ſuper quorũ cor adhuc uela- *2.Cor.3.*
men poſitũ eſt, unde audiuit charitas ueſtra heſter
no die.Nobis autẽ quia ſacrificium ueſpertinũ cru-
cis domini conſcidit uelum, ut pateant iam templi L
ſecreta,quãdiu nobis Xp̃s p̃dicatur, & ſi cũ labore *Matt.27.*
& ſudore mãducandus eſt panis. Loquitur aũt dñs *Gene.3.*
noſter Ieſus Xp̃s in prophetis aliquãdo ex perſona
capitis noſtri, qui eſt ipſe Xp̃s ſaluator , ſedens ad *Marc.16.*
dexterã patris, qui etiam propter nos natus de Vir-
gine, & ſub Pontio Pilato qualia noſtis paſſus eſt, *Luc.2.*
fuſo innocẽte ſanguine,quod eſt p̃tium noſtrũ, re- *& 23.*
demit nocẽtes à captiuitate in qua detinebamur à *Col.2.*
diabolo,donãdo nobis delicta,& ipſo p̃tio noſtro
ſanguine ſuo delens chirographũ,quo debitores te
nebamur.Ipſe eſt rector & ſpõſus & redẽptor Eccle
ſię caput nr̃m:Et utiq̃ ſi caput eſt,habet corp'. Cor
pus aũt eius ſancta Eccleſia , q̃ etiam coniunx eius,
cui dicit Apl's,Vos aũt eſtis corpus Xp̃i & membra. *1.Cor.12.*
Totus itaq̃ Xp̃s caput & corpus,tanquã integer uir,
quia & fœmina de uiro facta eſt, & ad uirum perti-
net:& dictum eſt de primo coniugio,Erunt duo in *Gene.2.*
carne una. Hoc autem ad myſterium interpretatur *Ephe.5.*
Apl's nõ fruſtra eſſe dictum de illis duobus homini
bus,niſi quia i eis iam figurabatur Xp̃s & Eccleſia:
nam hoc ſic exponit Apl's, Erunt duo in carne, in-
quit,una.Sacramentum hoc magnũ eſt:Ego autem M
dico,in Xp̃o & Eccleſia.Dicit etiam ipſum Adã for-
mam futuri. Qui eſt, inquit, forma futuri. Si ergo *Roma.5.*
Adam forma futuri, q̃uo de latere dormientis Eua *Gene.2.*
facta eſt,ſic ex latere domini dormientis i.in paſsio
ne morientis & in cruce percuſsi de lancea mana- *Ioan.9.*
uerunt ſacramenta quibus formaretur Eccleſia: nã
de futura eadẽ paſsione ſua ſic dicit in alio Pſalmo, *Pſal.3.*
Ego dormiui & ſomnum cœpi & exurrexi, q̃a dñs
ſuſcepit me. Ergo dormitio intelligitur paſsio. Eua
de latere dormientis,Eccleſia de latere patientis.Lo-
quitur ergo dñs noſter Ieſus Xp̃s in Prophetis, ali-
quando ex uoce ſua, aliquando ex uoce noſtra, q̃a
unum ſe facit nobiſcum,ſicut dictũ eſt, Erunt duo *Gene.2.*
in carne una:unde dicit & ipſe dominus in Euãge- *Matt.9.*
lio,cũ de coniugio loqueretur, Igitur iam non ſunt
duo,ſed una caro. Vna caro,quia de noſtra morta-
litate carnẽ ſuſcepit.Non autem una diuinitas,quia
ille creator, nos creatura. Quicquid igitur dñs lo-
quitur ex perſona ſuſceptæ carnis, & ad illud caput
pertinet,qđ iam aſcẽdit in cœlũ,& ad iſta mẽbra q̃.

A adhuc in terrena peregrinatione laborant: Pro quibus laborantibus mēbris cū ea Saulus insequeret,
Act. 9. clamauit de cęlo, Saule Saule, qd me psequeris? Audiamus ergo loquentē dñm nostrum Iesum Christū in ꝓphetia. Cantati.n.sunt ipsi Psalmi longe an
Luc. 2. teq̄ dñs de Maria uirgine nasceretur, non antequā dñs esset. Semp.n.creator omnium, aliqñ autem & natus ex creatura. Diuinitatem.n. illam credamus, & quātum possumus intelligamus ęqualem patri: Sed illa diuinitas patri æqualis, facta est particeps mortalitatis nrę, nō de suo, sed de nostro, ut & nos efficeremur participes diuinitatis eius, non de nostro sed de ipsius.

Expositio Psalmi.

D Omine ꝓbasti me & cognouisti me.) Dicat hoc ipse dñs Iesus Xps, dicat & dño patri, Non n. dñs eius pater eius nisi quia dignatus est nasci sc̄dm carnem. Pater est dei, dñs hominis. Vis nosse cui pr̄ est? Aequali sibi filio: Apo
Philip. 2. stolus dicit, Qui cū in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Huic formæ pater est deus, æquali sibi formæ, unigenito filio na
B to de substātia sua. Propter nos aūt ut reficeremur & efficeremur participes diuinitatis ei⁹ reparati ad uitā æternā, qa ipse, ut dixi, fact⁹ est particeps mortalitatis nrę, qd de illo ait Apl̄s ibi ubi dixerat, Qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo, Sed semetipsum, inquit, exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hoīum factus, & habitu inuentus ut homo? Erat aūt in forma dei æqualis patri, & accepit formā serui qua mi
Ioan. 10. & 14. nor est patre. Vnde utrūq; dicit in Euāgelio, &, Ego & pr̄ unū sumus, &, Quoniam pr̄ maior me est. Ego & pater unum sumus sc̄dm formā dei, pr̄ maior me est sc̄dm formam serui. Ergo qa & pater & dñs est, pater formæ dei, dñs formæ serui. Dicat ergo ipse, nec miremur, nec scādalizemur, qa fili⁹ dei unicus dicit, Dñe ꝓbasti me & cognouisti me, Probasti & cognouisti: non qa non nouerat, sed qa alijs notū fecerat Probasti me, inqt, & cognouisti me. Tu cognouisti sessionem meā & resurrectionē meam.)
1. sen dis. 48. caput illud quoque. Quid hic sessio? Quid hic resurrectio? qui sedet humiliat se. Sedit ergo dñs in passione, resurrexit in resurrectione. Tu, inqt, hoc cognouisti.i.tu uoluisti, tu approbasti, sc̄dm uoluntatem tuam factū est. Si
C aūt uolueris accipere uocem capitis ex psona corporis, dicamus & nos, Tu cognouisti sessionē meā & resurrectionē meā. Sedet.n.homo, qñ humiliat se in pœnitentia: surgit aūt remissis peccatis, qñ erigitur in spē uitæ æternæ: ppea & in alio Psalmo di
Psal. 126. citur, Surgite posteaq̄ sedistis q mādūcatis panem doloris. Panē doloris pœnitentes manducant q cā
Psal. 41. tant in alio Psalmo, & dicunt, Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Quid est.n.surgite posteaq̄ sedistis? Nolite exaltari, nisi prius humiliati fueritis Multi n.uolūt surgere anteq̄ sederint, uolūt se iustos uideri, anteq̄ peccatores se esse confessi sunt. Ergo si ex psona capitis nostri accipis, sic intellige, Tu cognouisti sessionē meā & resurrectionē meā, passionē meam & resurrectionem meā: si ex psona corporis, Tu cognouisti sessionē meā & resurrectionē meā, corā oculis tuis & peccata confessus sum, & tua grā iustificatus sum. Intellexisti cogitationes meas de lōginquo.) Quid est, de longinquo? Cū adhuc in peregrinatiōe sum, anteq̄ ad illā

patriā ueniā, tu cognouisti cogitationē meā. Atten D
de illū filium minorem, qa ipse ēt factus est corpus xpi, Ecclesia de gentibus ueniens. Ierat qppe in longinquū filius minor. Duos.n.filios habebat qdam
paterfamilias: fili⁹ maior nō lōge ierat, sed in agro *Luc. 15.*
operabat, & significat sanctos in lege faciētes opera & præcepta legis. Genus aūt humanū qd deflexerat in idolorū culturam, in longinquo fuerat peregrinū. Quid tam longe ab eo q fecit te, q̄ figmentū quod tibi ipse esse fecisti? Profectus est ergo fili⁹ minor in regionem longinquam, portans secum substantiā suā, & sicut nouimus in Euangelio dissipauit eā uiuens ꝓdige cum meretricibus, & famē passus applicauit se cuidam principi regionis illius: & ille eū porcis pascēdis ꝓposuit, de quorū siliqs & reliquijs cupiebat saturari, nec poterat. Et post laborē & triturā, & tribulationē & egestatē, uenit illi in mentē pr̄, & uoluit redire, & sic ait, Surgā, & ibo ad patrē meū. Surgā dixit, sederat.n.eius ergo uocem hic agnosce dicētis, Tu cognouisti sessionē meā & resurrectionē meā. Sedi in egestate, surrexi in desyderio panis tui: Intellexisti cogitationes meas de lōginquo, longe.n.eram ꝓfectus: Sed ubi nō est quē
deseruerā? Intellexisti cogitationes meas de longinquo: ppea sic dicit dñs in Euāgelio, Quia occurrit E
illi pater uenienti. Vere, qa intellexerat cogitatiōes eius de longinquo. Semitā meam & limitem meū inuestigasti) Semitam, inqt, meā, quam nisi malā? quam ille ambulauerat ut patrē desereret, quali oculus esse posset ab oculis uindicantis. Aut uero in illa egestate cōteretur, aut porcos pascere poneret,
nisi pater uellet flagellare lōginquū ut reciperet ꝓpinquū? Ergo tanq̄ deprehensus fugitiuus sequente se uindicta legitima dei uindicātis in affectiōes nostras quacunq; ierimus, & quocunq; ꝓgressi fuerimus agnoscimur. Tanq̄ ergo deprehēsus fugitiu⁹ loquit, Semitā meam & limitem meum inuestigasti. Quid est, semitā meā? Quā profectus sum. Quid est, limitē meū? Quousq; perueni. Semitam meam & limitē meū inuestigasti. Limes meus ille lōginqu⁹ nō fuit longe ab oculis tuis: multū ieram, & tu ibi eras. Semitā meā & limitē meum inuestigasti: Et oēs uias meas præuidisti.) Non dixit, uidisti, sed puidisti. Anteq̄ eas irem, anteq̄ eas ambularem præuidisti eas: Et pmisisti me in labore ire uias meas, ut si nollem laborare, redirem ad uias tuas. Qm̄ F
non est dolus in lingua mea.) Quare hoc dixit? qa ecce fateor tibi, ambulaui semitam meā, fact⁹ sum lōginquus a te: discessi a te cū quo mihi bene erat, & bono meo male mihi fuit sine te. Nā si mihi bene esset sine te, nollē forsitan redire ad te. Ergo iste confitens peccata sua dicens corpus Christi iustificatū, non in se, sed in illius gratia, dixit, Non est dolus in lingua mea. Ecce tu dñe cognouisti omnia nouissima & antiqua) Cognouisti nouissima mea
qñ porcos paui: cognouisti antiqua mea quando a *Luc. 15.*
te partē substātiæ meę expetiui. Antiqua fuerūt mihi exordia malorū, nouissima. Antiquū peccatū qñ lapsi sumus: nouissima pœna, qñ in istam mortalitatem laboriosam periculosamq; peruenimus. Atq; utinā nobis ista sint nouissima. Erit ista nouissima si iam redire noluerimus. Est n. alia qbusdam
impijs nouissima, qbus dicetur, Ite in ignē æternū *Matt. 25.*
qui præparatus est diabolo & angelis eius. Nos autem fratres hucusque deseruimus, deum: usque ad

G huius uitæ mortalitatem sufficiat labor noster. Recordemur panē patris nostri, recolamus beatitudinem domus patris nři. Nō nos delectēt siliquę porcorum, doctrinæ dęmonior. Ecce tu dñe cognouisti oia nouissima & antiqua mea. Nouissima quō perueni, antiqua ubi te offendi. Tu finxisti me & posuisti sup me manū tuam.) Finxisti me. Vbi? In ista mortalitate iā ad labores, ad quos oēs nati sumus. Non.n. quisquā nascitur, nisi quē deus finxerit in utero matris suæ, aut ulla creatura est, cuius nō est ille plasmator. Sed finxisti me in isto labore, & posuisti sup me manū tuā, uindicem manū grauantē superbū. Ita.n. salubriter deiecit elatū, ut erigat humilem. Tu finxisti me & posuisti sup me manū tuā.

Luc.15.

Mirificata est scia tua ex me, inualuit, non potero ad illā.) Aliqd qd obscurum quidem est, sed non cū parua dulcedine intelligeť, aduertētes audite. Moyses sanctus dei erat famulus cū quo loquebať deus per nubem, qa spaliter loquens utiq; per assumptā creaturā loquebatur seruo suo. i. non per substantiam suā, sed per assumptā aliquam corporalē creaturam, per quā uoces illæ fierent, & humanis atq;

Exo.33.

lib. 2. de Trinita. ca.16.

H mortalibus auribus psonarent. Sic.n. loquebať tūc deus, non quō loquitur in substantia sua. Quō n. loquitur in substantia sua? Locutio dei, uerbū dei est: uerbum dei xps est. Verbum illud non sonat & transit, sed semper incōmutabiliter manet uerbū, per qd facta sunt omnia. Cui uerbo dicitur, Ipsa est enim & sapientia dei, Mutabis ea & mutabunt, tu aūt idem ipse es. Et alio loco de sapiētia cū scriptura diceret, In seipsa manens, ait, innouat oia. Illa ergo sapiētia stans, si dici debeat uel stans: dr aūt pp incōmutabilitatem, non pp immobilitatem: & eodem modo se semper habens, nullo loco, nullo tpe uariata, nusquam aliter q̄ hic aut ibi, nunquā aliter q̄ nunc aut antea, ipsa est locutio dei. Locutio uero illa q̄ fiebat ad Moysen, ad hoīem fiebat per syllabas per transeuntes sonos. Non aūt fierent ista, nisi deus assumeret talem creaturā per quam hmōi sermonem & uoces emitteret. Moyses sanctus nouerat istā locutionē dei assumptis quibusdam corporeis creaturis fieri, & sic desyderauit & concupiuit uidere ipsam speciē dei, & loquenti secū deo dixit,

Ioan.1.
Psal.101.
Sapi.7.
Exo 33.

I Si inueni gr̄am ante te, ostende mihi temet ipsum. Cū hoc uehementer cōcupisceret, & hoc quadā, si dicendū est, amica familiaritate, qa ipse dignat⁹ est, extorquere uellet deo ut uideret eius maiestatē & faciem, quō dici potest facies dei, ait illi, Non potes uidere faciē meam. Nemo.n. uidit faciē meā, & uixit: sed ponā te in specula petrę, & trāsibo, & ponā sup te manum meā: cum aūt transiero, posteriora mea uidebis. Vt ex his uerbis natū est alterū ænigma. i. obscura qdam figura rerum. Cū transiero, posteriora mea uidebis dicit deus, quasi ex alia parte habeat faciē, ex alia dorsum. Absit a nobis tale aliqd de illa maiestate sentire. Nā q hoc sentit de deo, qd ei pdest q̄ tēpla clausa sunt? Idolū in corde suo fabricat. Sunt ergo in illis uerbis magna mysteria. Loquebal dñs, ut dixi, per creaturam, quō uellet famulo suo. Intellecta est illic psona ipsius dñi, & saluatoris nostri Iesu xpi. Qui qdem scd'm formā dei, quia æqualis est patri, sicut oculis humani inuisibilis est sicut & pater. Si.n. sapientia humana uideri oculis non potest, unctus & sapientia dei uideri oculis carneis pōt? Sed quia erat dñs opportuno tēpore carnem suscepturus, ut oculis ēt carneis pp salubritatem curandæ uirtus mentis appareret, qñ ita apparere opus esset, hoc pdicēs Moysi figurate, ait, Faciem meā uidere non potes, posteriora mea uidebis, sed cū trāsiero. Vt aūt non uideas faciē meā, manus mea erit sup te. Transire quid fuit dño, nisi quod Euangelista dicit, Cum aūt uenisset hora ut transiret Iesus de hoc mundo ad patrem? Nā ipsum transitū significat pascha. Quod.n. Hebraico uerbo dr̄ pascha, Latine trāsitus interpretať. Quid est, faciem meā non uidebis, sed posteriora mea uidebis? Cuius psonam gerebat ille Moyses, qñ ei dictū est, Faciē meā nō uidebis, sed posteriora mea uidebis, & hoc cū transiero, ut autē non uideas faciem meā ponam sup te manū meā? Faciē suam dixit, prima sua, & quodāmodo posteriora sua, transitū de hoc mundo passionis suæ. Apparuit Iudęis, nō eū cognouerunt. Eor. psonā gerebat Moyses qñ ei dicebatur, Faciē meā non potes uidere. Vnde aūt nō uiderunt deū in carne positum? Quia grauata erat sup eos manus dñi. De illis n. dixerat Esaias, Incrassa cor populi huius, & oculos eius graua. Et eorū uox est in alio Psalmo, Qm̄ grauata est sup me manus tua. Vt ergo non cognoscerent tunc diuinitatē xpi, grauati sunt: si.n. cognouissent, nunquā dn̄m gloriæ crucifixissent. Non crucifixo aūt dno, sanguis illius nō redimeret orbem terrarū. Quid egit deus nisi quod ait Apostolus, altitudinē diuitiarū sapientiæ & sciæ dei sibi exclamat, O altitudo diuitiarum sapientiæ & sciæ dei, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius? Quis enim cognouit sensum dñi, aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Qm̄ ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculor. Apostolus hoc dicit, qa superius dixerat, Cæcitas ex parte Israel facta est, ut plenitudo gentiū intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Excæcati sunt ergo ex parte Iudæi merito superbiæ suæ, qa se iustos dicebāt, & excæcati crucifixerunt dn̄m. Posuit super eos manū suā, ne uiderent eū donec transiret. f. de hoc mundo ad patrem. Videamus si postea q̄ transijt uiderūt posteriora eius. Resurrexit dñs, apparuit discipulis suis & oibus q in eum iam crediderant, non eis a quibus crucifixus erat, quia super illos manū posuerat donec trāsiret. Ascendit aūt in cœlum quadraginta dieb⁹ factis cū discipulis suis. Impleto autē die pentecostes misit eis spm̄sanctum. Repleti spiritu sancto cœperunt omniū linguis loqui, qui in una nati erant, & unā solam didicerant. Expauerūt & exhorruerunt tm̄ miraculum milia eorum q crucifixerant dn̄m, compuncti corde de tanto miraculo, quæsierunt consilium ab Apostolis quid facerent, posteaquā eis prædicatus est xps, mirantibus unde idiotæ homines linguis oibus loquerentur. Per Petrum igiť Apostolum annunciato eis xpo, quem in cruce contempserant, quem tāquā mortalem hominem irriserant, cui ppea insultabant, quia de cruce non descendebat, cum utiq; maius multo fuerit q̄ fecit de sepulchro resurgere, q̄ de cruce descendere. Annunciato ergo xpo sibi dixerunt, Quid faciemus? Illi q sæuierunt in dn̄m quem uidebant, iam consilium petunt salutis, & dictum est eis, Agite pniam, & baptizetur unusquisque uestrum in nomine dñi nostri Iesu Christi, & dimittenť uobis peccata uestra. Ecce

li. 2. de Trinita. ca 17.
Philip.2.
1.Cor.1

K
Exo.33.
Ioan.13
Exo.33
Esa 6.
Psal.31.
L
1.Cor.2
Roma.11
ibid.
Exo.33.
Ioan.13.
Ioan.20.
M
Act.1.
& 2.
Mat.27
Act.2

A Ecce uiderũt posteriora eius, cuius faciẽ uidere nó
Exo.33. potuerunt. Manus.n.eius erat super oculos eorũ, nó
semper, sed donec trãsiret. Posteaquã transijt, abstu
lit man⁹ ab oculis eorũ. Ablata manu ab oculis suis,
dicũt discipulis, qd faciem⁹? Primo sæui, postea pij:
primo irati, postea timidi: primo duri, postea flexi:
primo cæci, postea illuminati. Puto ꝙ agnoscamus
& in hoc Psalmo uoces huiusmodi etiã gentium re
Roma.11. cordantiũ infidelitatẽ suã. Conclusit.n. deus oẽs in
infidelitate, ut omniũ misereatur. Tu finxisti me &
posuisti sup me manũ tuã. Mirificata est sciẽtia tua
ex me, inualuit, & nó potero ad illã. Veluti posuisti
super me manũ tuam. Mirus mihi factus es, non te
cóprehendo cũ quo eram. Quàm facilis mihi erat
Luc.15. uultus patris qñ dixi, Da mihi substantiam meam
q̃ me cótingit. Ecce profecto in regionẽ longinquã
& fame cótrito multũ mihi ẽ, & labor est ante me,
Psal.72. nó possum percipere quod dimisi. Mirificata est.n.
inquit, scientia tua ex me. Ex peccato meo factũ est
ut mirificata mihi esset, & incóprehensibilis mihi
existeret. Nã erat mihi facilitas contẽplandi te, qñ i
superbia reliquerã te. Mirificata ẽ, inquit, sciẽtia tua
B ex me. Inualuit, nó potero ad illã. Subaudis ex me.
Nó potero ad illã ex me. Cũ ergo potero, nó potero
nisi ex te. Ecce inuenies in lóginquo fugitiuũ, nó la
tere oculos eius à quo fugit. Et quò iturus est iã cu-
ius limes est inuestigat⁹? Videte qd dicit: Quò ibo
Sapien.1. à spiritu tuo?) Spiritus n. dñi repleuit orbẽ terrarũ
Quis pót fugere in mũdo ab illo spiritu, quo plen⁹
est mũdus? Quò abibo à spiritu tuo? Et quò à fa-
cie tua fugiã?) Locũ q̃rit quò fugiat ab ira dei. Quis
est locus recepturus fugitiuũ dei? Hoĩes q suscipiũt
fugitiuos q̃runt ab eis à quo fugerint, & quẽ seruũ
inuenerint alicuius dñi minus potentis, tanquã si-
ne ullo timore suscipiũt, dicẽtes in corde suo, nó ha
bet iste talẽ dñm, à quo posit inuestigari. Cũ autẽ
audierint dñm potentẽ, aut nó suscipiunt, aut cum
magno timore suscipiunt. Et qa homo potens falli
potest. Vbi nó est deus? Quis fallit deum? Quem nó
uidet deus? A quo fugitiuũ suũ nó repetit de⁹? Quò
ergo ibit fugitiuus iste à facie dei? Vertit se huc atq;
illuc, quasi q̃rens locũ fugæ suæ. Si ascẽdero, inqt,
in cœlum tu ibi es, si descendero in infernũ ades)
Tãdẽ cognouisti male fugitiue nullo pacto te pos-
C se fieri lóge ab eo à quo longinquare uoluisti. Ecce
ille ubiq; ẽ, quò tu iturus es? Inuenit cósiliũ, & hoc
ab illo q eũ iam reuocare dignať inspiratũ. Si ascen
dero in cœlũ tu ibi es, si descẽdero in infernũ ades.
Si me extulero te inuenio repressorẽ, si me abscóde
ro, te inuenio inquisitorẽ: & nó inquisitorẽ tantũ,
sed & inuestigatorẽ. Si.n. supbiero de iustitia mea,
tu ibi es cuius est uera iustitia. Si peccãdo uenero i
Prou.18. ꝓfundũ malorũ, & cófiteri contẽpsero dicens, Quis
Psal.6. me uidet, i inferno.n. quis cófitebitur tibi? etiã illic
ades ut uindices Quò ergo iturus sum ut à facie tua
fugiam. i. iratũ te nó sentiam? Hoc consiliũ inuenit,
Sic fugiam, inquit, à facie tua, sic fugiã à spiritu tuo,
ab ultore spiritu, à uindice facie sic fugiam. Q̃uo?
Si recipiam pẽnas meas in directũ, & habitauero
in extremis maris.) Sic possum fugere à facie tua. Si
in extrema maris uult fugere à facie dei, ibi nó erit
ille à quo fugit: de quo dixit, si descẽdero in infernũ
ades? Mirũ si in extremis maris nó est, q nec apud in
feros deest. Sed noui, inquit, q̃uo fugiam ab ira tua.
Recipiendæ sunt pẽnæ meæ nó in prauũ, sed in di-

rectũ, ut nec in superbã erigar ꝓsumptionẽ, nec in D
perditã mergar desperationẽ. Quas pẽnas uult assu
mere, nisi duas alas, duo p̃cepta charitatis? In quib⁹
duobus p̃ceptis tota lex pendet & Prophetæ, Has, Matt.22.
inquit, alas, has pẽnas si recipiã sic, & habitabo ĩ ex
tremis maris, possum fugerẽ à facie tua ad faciẽ tuã,
& à facie irati ad faciẽ placati. Quid.n. est extremũ
maris, nisi finis seculi? Illuc iam uolemus spe & desy
derio, habẽtes alas geminæ charitatis, nó sit nobis
requies, nisi in extremis maris. Na si alibi requiẽ ha
bere uoluerimus, in mare p̃cipitabimur. Volemus
quousq; finiatur mare, suspẽdamus nos pẽnis gemi
næ dilectionis. Ad deum interim spe uolem⁹, & illũ
finẽ maris spe fideli p̃meditemur. Quis aũt nos per
ducat attẽdite. Ille ipse cuius faciem irati uolumus
fugere. Quid.n. sequitur? Si descendero in infernum
ades, si recipiam pẽnas meas in directũ. Recipiam,
inquit. Ergo amiserat. Si recipiam pẽnas in directũ,
& habitabo in nouissima maris. Etenim illuc ma
nus tua deducet me, & adducet me dextera tua.)
Hoc meditemur fratres charissimi, hæc sit spes nr̃a,
hæc sit cósolatio nr̃a. Recipiamus pẽnas p charita-
tẽ, quas amisimus p cupiditatẽ. Cupiditas.n. uiscũ E
facta est pẽnarũ nr̃arũ, elisit nos de libertate aeris no
stri. i. aurarum illarũ liberarũ spiritus dei. Inde elisi
pdidimus pẽnas, & fuimus quodãmodo captiuati
i aucupis potestate, inde nos sanguine suo redemit
quẽ fugimus ut caperemur. Nutrit nobis pẽnas de
p̃ceptis suis, & erigimus iam eas sine uisco. Nó ame
mus mare, sed uolemus in extrema maris. Nemo tre
pidet, sed nemo de pẽnis suis p̃sumat, qa & pẽnatos
nisi ipse erigat, nisi ipse deducat, p̃cipitabimur in ꝓ
funda maris lassati & fatigati, quasi p̃sumẽtes de ui
rib⁹ nr̃is Opus ergo est ut habeamus pẽnas, & opus
est ut ipse deducat. Adiutor.n. noster est. Habemus
liberũ arbitriũ, sed ipso libero arbitrio q̃tum possu
mus, nisi nos adiuuet ille q iubet? Etenim illuc ma-
nus tua deducet me, & adducet me dextera tua, Et
cósyderans lõginquitatẽ uiæ, qd sibi dixit? Et dixi
fortasse tenebræ cóculcabũt me.) Ecce.n. iã credidi
in Xp̃m, iam erigor duab⁹ alis geminæ charitatis, &
abũdat iniquitas huius seculi, & qm̃ abundauit ini
quitas, refrigescet charitas multorũ: sic dixit dñs,
Qm̃ abũdauit iniquitas, refrigescet charitas multo Mat.24.
rũ. In ista uita inter tanta scandala, inter tam multa F
peccata, inter tãtas turbas quotidianarũ tẽtationũ,
quotidianarũ suggestionũ malarũ, qd facio, inquit?
Q̃uo perueniam ad extrema maris? Audio terribili-
ter à dño, Qm̃ abundabit iniquitas, refrigescet cha-
ritas multorũ. Deniq; deinde subiecit, Qui perseuera
uerit usq; in finem hic saluus erit. Attendens longi-
tudinẽ uiæ, dixi mihi. fortasse tenebræ cóculcabũt
me, Et nox illuminatio mea ĩ delitijs meis.) Facta
est mihi nox illuminatio. qa in nocte me desperaue
ram posse trãsire tantũ mare, & tantã uiam supera-
re, & uenire ad extremũ perseuerãdo usq; in finem.
Gratias illi qui me q̃siuit fugitiuũ, qui terga mea fla
gelli plaga percussit, qui me uocando ab interitu re
uocauit, q fecit mihi illuminatã noctem. Nox est.n.
quandiu ista uita agitur. Q̃uo est nox illuminata?
Quia Xp̃s descendit in noctem. Accepit Xp̃s carnẽ
de isto seculo, & illuminauit nobis noctem. Perdi-
derat enim drachmam mulier illa, accendit lucer- Luc.15.
nam Sapientia dei perdiderat drachmam Quid est
drachma? Nũmus, in quo nũmo imago erat ipsius

G Imperatoris nostri. Factus est.n.homo ad imaginē
Gene.1. dei & perierat. Et qd facit mulier sapiens? Accendit
lucernā. Lucerna de luto est, sed habet lucē qua in-
Lucae 15 ueniatur drachma. Lucerna ergo sapiēuç, caro Xpi.
De luto facta est, sed uerbo suo lucet, & inuenit pdi
tos, & nox illuminatio i delitijs meis. Facta ē mihi
nox in delitijs. Delitiæ nostræ Christus. Videte quē
admodū de illo modo gaudeam'. Clamores isti ue
stri, gaudia ista uestra unde sunt nisi in delitijs? Vn̄
autē istæ delitiæ, nisi quia nox illuminata est, nisi
qa dn̄s Xp̄s nobis p̄dicatur? Quia q̄siuit uos anteq̄
qreretis eum, & inuenit uos ut inueniretis eum. Et
nox illuminatio mea in delitijs meis. Quoniam te
nebræ nō obtenebrabuntur à te.) Tu ergo noli te-
nebrare tenebras tuas, & deus illas nō tenebrat, sed
magis illuminat, qa illi dictū est, ipsi cāto i alio Psal
Psal.17. mo, Tu illuminabis lucernā meam dn̄e deus meus
illuminabis tenebras meas. Qui aūt tenebrant tene
bras suas, quas deus nō tenebrat? Hoies mali, homi
nes puersi. Cum peccant utiq; tenebræ sunt, dū nō
cōfitentur peccata sua q̄ fecerunt, sed insuper defen
H dunt, tenebrāt tenebras tuas. Ergo iam si peccasti, i
tenebris es, sed cōfitendo tenebras tuas, mereberis
illuminari tenebras tuas. Defendēdo aūt tenebras
tuas, tenebraberis tenebris tuis Et qn̄ euades à du-
plicib' tenebris, q in simplicib' laborabas? Vn̄ aūt
dn̄s nō tenebrat tenebras nostras? Quia nō nos si-
nit impunita habere peccata. Flagellat nos i istis la
borib', & erudit nos. Tota ista miseria generis hu-
mani, i qua gemit mūdus, noueritis fratres quia do
lor medicinalis est, nō sentētia pœnalis. Videtis qa
dolor ubiq;, ubiq; metus, ubiq; necessitas, ubiq; la-
bores. Crescit auaritia, sed i malis. Si ad hoc de' hic
talib' flagellis erudit nos, ut nō tenebrent tenebræ
nr̄æ, agnoscamus nos sub pœna flagelli esse, & bene
dicamus deū miscentē iam amaritudines dulcedi-
ni uitæ tēporalis: ne tēporalium delitiarū delecta-
tione cærati, nō desyderemus delitias æternas, nec
uelimus finire mare & habitare i nouissimo maris.
Sæuiāt ergo fluctus maris. Quāto plus sæuiunt flu
ctus maris, tāto se illa cū pēnis colūba suspēdit Nō
ergo tenebrat deus tenebras nr̄as, qa miscet flagella
peccatis nostris, & amaritudines prauis dulcedini-
I bus nostris. Nō nos tenebremus tenebras nr̄as de-
fendēdo peccata nr̄a, & nox illuminatio in delitijs
nostris. Qm̄ tenebræ non obtenebrabunt à te. Et
nox tanq̄ dies illuminabitur.) Nox tanq̄ dies. Dies
nobis p̄speritas seculi, nox nobis aduersitas seculi.
Sed si cognoscamus ob meritū peccatoꝝ nr̄oꝝ nos
aduersitates pati, & dulcia nobis sunt flagella pr̄is,
ne sit amara sentētia iudicis: sic habebim' tenebras
noctis huius, qūo lumē noctis hui'. Si nox est, qūo
ibi lux est? Nox est, qa erratur hic à genere humano.
Nox est, qa nondum uenimus ad illum diē quē nō
coarctat hesternus & crastin', sed est dies p̄petuus,
sine ortu, qa sine occasu. Nox est ergo hic, sed quan-
dā lucē suā nox ista habet, & tenebras suas. Quare
sit generaliter nox diximⁱ. Quæ est lux noctis hui'?
Prosperitas & fœlicitas seculi huius, gaudiū tēpora
le, honor tēporalis, q̄si lux est noctis huius. Aduersi
tas aūt & amaritudo tribulationū uel ignobilitas,
tanq̄ tenebræ sunt noctis huius. In hac nocte, i hac
mortalitate uitæ humanæ habēt hoies lucē, habēt
hoies tenebras: lucē prosperitatē, tenebras aduer-
sitatē. Sed ubi uenerit dn̄s Iesus Xp̄s, & habitauerit
animā per fidem, & promiserit aliam lucē, & inspi- K
rauerit, & donauerit patientiam, & monuerit homi
nē nō delectari prosperis, ne frangat aduersis inci-
pit homo fidelis indifferenter uti mūdo isto, nec ex
tolli quādo res p̄speræ accedunt, nec frangi quādo
res aduersę sunt, sed ubiq; dn̄m benedicere, nō solū
quādo abundat, sed etiam quādo amittit: non solū
quādo sanus est, sed etiam quādo ægrotat, ut sit in
illo uera illa cātatio, Benedicam dn̄m in omni tem Psal.33.
pore, semper laus eius in ore meo. Si ergo semper &
quādo lucet nox ista, & qn̄ obscura est nox ista, qn̄
arridet prosperitas, qn̄ tristis est aduersitas, semper
sit laus eius i ore tuo, & fiet tibi quod modo dictū
est, Sicut tenebræ eius, ita & lumē eius.) Non me
cōculcant tenebræ eius, quia nō me extollit lumen
eius. Ecce habes lumē ipsius in Iob, abundabat oi-
bus reb'. Lux noctis in illius diuitijs prima describi
tur. Quātis reb' & quāta copia redūdabat, lux erat
noctis eius. Putauit inimicus p̄pterea illū talē uirū
colere deum, qa illa omnia donauerat ei, & petiuit
ut auferrent ab eo. Factę sunt tenebræ noctis illius,
q̄ primo habebat lucē. Nouerat tamen ille, siue lux
ibi esset, siue tenebræ, illā noctē esse, in qua peregri L
naretur à deo suo, & habebat interiorē lucē ipsum
deum suū, per quā lucem interiorē indifferenter ha
beret siue tenebras noctis illi', siue lucē. Propterea
quia in luce noctis illius.i. in rerū abundantia cole
bat deum, ablatis illi oibus rebus, posteaquā factę
sunt tenebræ illius, qd dixit ille? Dn̄s dedit, dn̄s ab-
stulit, sicut dn̄o placuit ita factū est, sit nomen do-
mini benedictum. In nocte sum quadā uitæ huius;
Dn̄s, inquit, habitat cor meum, illuminauit mihi so
latijs quibusdam noctem: quādo dedit copias rerū
tēporalium. Subtraxit ipsam lucē tēporalem, & q̄si
tenebrata est nox. Sed qa sicut tenebrę eius, sic & lu
men eius, Dn̄s dedit, dn̄s abstulit, sicut dn̄o placuit
ita factū est, sit nomē domini benedictū. Non sum
tristis i nocte hac, qa sicut tenebræ eius, ita & lumē
eius. Vtrunq; transit, ut qui gaudent tanq̄ non gau- 1.Cor.7.
dentes sint, & qui flent tanq̄ nō flentes sint, quia si-
cut tenebræ eius ita & lumen eius. Qm̄ tu possedi
sti renes meos dn̄e.) Non sine causa sicut tenebræ
eius, sic & lumē eius. Intus est possessor, qui nō solū
cor tenet, sed etiam renes: non solum cogitationes,
sed etiam delectationes. Ipse ergo posidet unde me M
delectaret aliqd lucis i nocte, ipse tenet renes meos:
non noui delectari nisi de luce interiore sapientiæ
ipsius. Quid ergo? Nō delectaris de p̄speritate rerū,
de fœlicitate tēpoꝝ, de honoribus, de diuitijs, de fa
milia? Nō delector, inqt, Quare? Quia sicut tenebrę
eius ita & lumē eius. Vnde tibi ista indifferentia, ut
sicut tenebræ eius, sic sit tibi & lumen eius? Vnde?
Qm̄ tu possedisti renes meos dn̄e, Suscepisti me de
utero matris meæ.) Dū essem in utero matris meę,
nō indifferēter habebā tenebras illius noctis & lu-
cē illius noctis. Etenim uterus matris meæ, cōsuetu
do ciuitatis meę fuit. Quæ est illa ciuitas? Quæ nos
p̄genuit i captiuitate. Nouimus Babyloniā illā, de
qua hesterno die locuti sumus, un̄ p̄ficiscunt oēs q
credūt & suspirāt illi luci Hierlm cœlestis. Ergo ego
dixi, ex utero matris meę susceptus sum a dn̄o: inde
mihi tenebræ noctis hui', & lux hui' noctis indiffe
rētes factę sunt. Qui aūt est i utero matris illi' Baby
lonię, gaudet p̄speris sc̄li, frangit aduersitatib' sc̄li,
nō nouit gaudere nisi aliqd p̄sperū eueniat scdm tē-

A puo, nec nouit cõtristari, nisi aliqd aduersum eueniat secundũ tps. Iam exi de utero Babyloniæ, inci- Gal. 1 pe cãtare hymnũ dño. Egredere & nascere, suscipiet te deus ex utero matris tuæ. Quis deus? Deus ille Apli Pauli qui dixit, Cum aũt placuit deo q me segregauit de utero matris meæ reuelare filiũ suũ in me. Quæ.n. erat mater eius? Synagoga. Et ibi qd didicerat, nisi qd habebãt & didicerãt ipsi Iudæi & ipse ppl's? Nomen in illis remanserat laudis dei, facta aũt in eis nõ inueniebantur. Erant in eis uerba dei, Mat. 21. quasi folia in arbore, & fructus nusquã. Talẽ arborẽ fici sicut nostis, cum dñs inuenisset, maledicto arefecit. Inuenit.n. in ea folia, & fructũ nõ inuenit: quãdam nobis arborẽ figurabat. Nã fructuũ eorũ tps nondum erat. Quod oẽs homines nouerãt, artifex cœli & terræ non nouerat? Ergo ille q Paulum segregauit ab utero matris suæ, ipse & nos segregauit ab utero matris nrę. Cuius matris nostrę? Babyloniç illius. Suscepti ergo ex utero illo, iã incipiam habere aliã spem. Promisit frẽs quare gaudetis, fructus facite positi in alia spe. Iã non nouimus malũ nisi offendere deum & nõ pduci ad illa q promisit:
B nec nouimus bonũ nisi promereri deũ & pduci ad illa q̃ ꝑmittit. Quid illa bona mũdi huius & mala mũdi huius? Indifferenter habeamus, qa iã suscepti ab utero matris nræ indifferenter ea habẽtes, dicimus, Sicut tenebrę eius, sic & lumẽ eius. Nec fœlicitas huius seculi nos beatos facit, nec aduersitas miseros. Opus est iustitiã tenere, fidẽ diligere, sperare in deũ, diligere deũ, diligere & ꝓximum. Post istos labores habebimus indefessam lucẽ, habebim° diẽ sine occasu. Transit quicqd est in ista nocte lucidũ & tenebrosum, Qm̃ tu possedisti renes meos dñe, suscepisti me ex utero matris meę. Cõfitebor tibi dñe qm̃ terribiliter mirificatus es.) Terribiliter mirificatus es, eoipso q te miramur, tu terribilis es, cũ tremore gaudemus. Timemus.n. ne de donis tuis nos extollentes p superbiam, mereamur amittere qd humilitate percepimus. Cõfitebor tibi dñe qm̃ terribiliter mirificatus es, Mirabilia opera tua deus, Et aĩa mea cognoscet ualde.) Iã cognoscit anima mea ualde, qm̃ suscepisti me ex utero matris meę. Antea uero mirificata est sciẽtia tua ex me, inualuerat nec poteram ad illã. Ergo ex me inualuerat, nec poteram
C ad illã. Vnde modo aĩa mea cognoscet ualde, nisi qa nox illuminatio in delitijs meis est, nisi qa uenit mihi gratia tua & illuminauit tenebras meas, nisi qa tu possedisti renes meos, nisi qa tu suscepisti me ex utero matris meæ? Nõ est abscõditũ os meũ à te qd fecisti in abscõdito.) Os suũ dicit. Quod uulgo dicitur ossum, Latine os dicit. Hoc in Græco inuenitur. Nam possemus hic putare os esse ab eo qd sunt ora, nõ os corrupte ab eo qd sunt ossa. Nõ est ergo abscõditũ, inqt, os meũ a te, quod fecisti in abscõdito. Habeo in abscõdito quoddã ossum. Sic.n. potius loquamur. Melius est ut reprehendãt nos grãmatici, q̃ nõ intelligãt populi. Ergo est, inqt quoddã ossum meũ intus in abscondito. Tu fecisti intus ossum mihi in abscõdito, & nõ est absconditũ à te. In abscõdito.n. fecisti, sed nunqd & tibi hoc abscõdisti? Hoc ossum meũ factũ à te in abscõdito hoies non uidẽt, homines non nouerũt, tu aũt nosti qui fecisti. Quod ergo os dicit frẽs? Quæramus illud, in abscõdito est. Sed quia xpiani in nomine dñi Christianis loquimur, modo inuenimus quid sit ossum huiusmodi. Firmitas q̃dam est interior, qa in ossi- D bus firmitas & fortitudo intelligit. Est ergo q̃dam animę interior uis, ubi firmitas nõ frangit. Quælibet tormenta, q̃libet tribulationes, q̃libet huius seculi aduersitates undiq̃ sequãt, illud qd deus in abscõdito fecit firmũ, in nobis frãgi nõ potest, nõ cedit. A dño enim facta est q̃dam firmitas patientiæ nostrę, de qua dicit in alio Psalmo, Veruntamẽ deo Psal. 61. subiecta est aĩa mea, qm̃ ab ipso patiẽtia mea. Et attẽde Aplm Paulum, habentẽ intus hoc genus firmitatis. Quasi tristes, inqt, semper aũt gaudẽtes. Vnde 2. Cor. 6 quasi tristes? Cõtumelijs, opprobrijs, psecutionib°, flagellis, plagis, carceribus, catenis, lapidationibus. Quis nõ eos miseros tũc extimaret? Nec illi ipsi psecutores sçuirẽt in eos, nisi putarẽt eos miseros fieri psecutionibus suis. Illi.n. eos ex sua infirmitate cõijciebãt, q nõ habebant ossum abscõditũ interius. Illi uero q habebant, hoibus foris tristes uidebant, intus aũt gaudebãt deo, cui nõ erat abscõditũ ossum ipsoꝝ, qd fecerat in abscõdito. Aperit aũt hoc ossum in abscondito factum à deo idem Apl's Paulus his uerbis, Non solum aũt, inqt, sed etiam gloria- Rom. 5. mur in tribulationibus. Parũ est qa non es tristis, E sed & glorians? Sufficiat tibi tristẽ nõ esse. Parũ est, inqt, xpianis. Tale ossum mihi fecit in abscondito, ut parũ sit nõ frangi, nisi ẽt glorier. Vnde gloriaris? In tribulationibus, sciẽtes qa tribulatio patientiã operat. Vide q̃uo formata sit illa firmitas intus in corde, Scientes qm̃ tribulatio patiẽtiam operatur, patientia ꝓbationem, probatio spem, spes aũt non confundit, qm̃ charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spiritumsanctũ q datus est nobis. Sic formatũ atq̃ firmatum est ossum illud absconditũ, ut faciat nos ẽt gloriari in tribulationibus. Sed uidemur hoibus miseri, qa abscõditũ est ab eis qd habemus intrinsecus. Nõ est abscõditũ os meũ à te, quod fecisti in abscõdito. Et substãtia mea in inferioribus terrę. Ecce in carne est substãtia mea, In inferioribus terrę est substãtia mea, & habeo tñ ossum intrinsecus qd formasti, qd faciat me nõ cedere oibus psecutionibus inferioris huius regionis, ubi est adhuc substãtia mea. Quid.n. magnũ est, si fortis est angelus? Magnum est si fortis est caro. Et unde fortis est caro? Vnde forte uas fictile, nisi qa factũ est ibi ossum in abscõdito? Et substãtia mea F in inferiorib° terrę. Quid de illis q minus firmi sũt? Loqtur.n. ut iam commendaui, xps Sed multa dicta sunt ex psona corporis: audi & ex persona capitis, & non quasi distinguit ut indicat ipsas psonas, modo caput modo corpus. Si.n. distinguit, & quasi diuidit, nõ erũt duo in carne una. Si aũt duo sũt in carne una, noli mirari si duo sunt in uoce una. Qm̃ dñs noster Iesus xps passus est, discipuli nõdũ Mat. 26 habebant illud ossum interius, nondũ illis erat firmatum robur patiẽtiæ, & latebant se, nesciebãt uires suas: & ausus ẽ Petr° ꝓmittere societatẽ mortis cum dñi passione, & non se nouerat ęgrotus, medicus aũt nouerat ægrotũ. Quid aũt factũ est? Tecũ, inquit, ero usq̃ ad mortem, Amen dico tibi, prius q̃ Luc. 22 gallus cantet ter me negabis. Responsio medici uerior inuenta est, q̃ ęgroti præsumptio. De his ergo dicit. Non est absconditum os meum à te quod fecisti in abscondito. In quibus est ipsum os firmatũ intrinsec°, & maxime robur passionis in ipso domino nostro & saluator Iesu Christo, qui cum uoluit

G sedit,cũ uoluit surrexit,eũ uoluit dormiuit,cũ uo-
Ioan. 10 luit euigilauit. Quia potestatẽ,inqt,habeo ponẽdi
aiam meam, & potestatẽ habeo iterum sumẽdi eã.
Quid de illis in qbus non erat fortitudo illa forma
ta atq; firmata? Quid de illis? Vide qd dicat deo pa-
tri? Imperfectũ meũ uiderunt oculi mei.) Imperfe
ctum meũ. Petrum pollicentẽ & negantem, præsu-
mentem & deficientem, uiderunt tñ oculi tui: nã q
eum & ipse dñs respexit, sicut scriptum est in Euan
Luc. 22 gelio, iam post tertiam negationẽ cõmonitus qd ei
prædixerit dñs, Exijt foras & fleuit amare. Fletus il-
le de respectione dei fuit, quia imperfectum meũ,
inquit, uiderũt oculi tui. Namq; ille imperfectus titu
bans in dñi passione, proculdubio perijt, sed ui-
derunt eũ oculi tui, non solum ipsum, sed & oẽs q
imperfecti fuerunt, donec xpi resurrectione firma-
rentur. Apparuit.n. oculis eorũ non perisse in dño
quod mortuũ erat, & factum est os illud in absco-
dito eorũ, ut nec ipsi iam timerent mori. Impfectũ
meum uiderũt oculi tui. Et in libro tuo oẽs scri-
bentur.) Non solum pfecti, sed etiã imperfecti. Non
timeant imperfecti, tantum proficiant. Nec quia di
H xi, non timeant, ament imperfectionẽ, & ibi rema-
neant ubi inuenti sunt. Tantũ proficiant quãtum
in ipsis est, Quotidie addant, quotidie accedant, tñ
à corpore dñi non recedant, ut in uno corpore, &
in his mẽbris cõpaginati possint mereri de se dictã
esse uocem istam, Imperfectum meum uiderũt ocu
li tui, & in libro tuo oẽs scribentur. Per diem erra
Ioan. 22 bunt & nemo in eis.) Dies hic adhuc erat dñs no-
ster Iesus xps. Vnde dicebat, Ambulate dũ diem ha
betis. Sed per diẽ errabũt imperfecti ipsius. Putaue
runt & ipsi dñm nostrum Iesum xpm tãtummodo
hoiem esse, nõ habere in se occultam diuinitatem,
non esse occulte deum, sed hoc solum esse quod ui
debatur: hoc & ipsi putauerũt. Nam & ipse Petrus,
de illo.n. potissimum loquimur, in quo nobis etiã
non desperatę firmitatis exemplũ propositum est.
Dixerat dño idem Petrus, cum interrogasset quid
Mat. 16 illum dicerent hoies, Tu es xps filius dei uiui. Et di-
xerat ei dñs, Beatus es Simon bar Iona, quia non ti
bi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in
cœlis est, Quare? Quia dixerat eũ filiũ dei. Ibi pau-
I lo post eodẽ loco in ipsa cõtextione uerborũ, cœ-
pit dñs de passione sua futura dicere. Ille aũt Petrus
qui iã illũ confessus fuerat filiũ dei, timuit ne sicut
filius hois moreretur. Erat & filius dei, erat & filius
Philip. 2. hois: filius dei in forma dei æqualis patri, filius ho
minis in forma serui qua minor est patre. Venturus
Ioan. 14. erat ad passionẽ utiq; ex forma serui. Quid timuit
Petrus? Ne in forma serui periret forma dei, & non
poti' psumpsit, qa ex forma dei resuscitaret forma
Mat. 16 serui. Ait illi, Absit à te dñe, ppitius tibi esto Et dñs
qui illũ beatũ dixerat in illa uoce, Vade post me sa
tanas, inquit, neq;.n. sapis q dei sunt, sed q hoium
sunt. Iam dudum quia dixerat, Tu es xps filius dei
uiui: audiuit, non tibi reuelauit caro & sanguis, sed
pater meus qui in cœlis est: ideo petra, ideo beatus.
Modo aũt qa nõ ex patris reuelatione sed ex carnis
infirmitate respõderat, satanas appellatus est, nõ sa
pis, inqt, quæ dei sunt, sed q hoiũm. Et hic erat xps,
Mat. 8. et frẽs: inter illos ambulauerat, uentis imperauerat,
14. ante oculos ipsorũ fluctus calcauerat, ante oculos
Ioan. 11. ipsorũ quatriduanũ mortuũ suscitauerat, ante ocu-
los ipsorũ tãta miracula fecerat, & tñ trepidauerũt i

passione eius, quasi amisissent eũ de quo frustra p- K
sumpserãt: sed p diẽ errabant, & nemo in eis. Nemo
prorsus, nemo, nec ipse q dixerat, Tecũ usq; ad mor
tem ero. Dixerat.n. illis, Veniet hora ut me relinqua Luc. 22
tis solũ, & eat unusquisq; in uiã suam. Sed non sum Ioan. 6.
solus, qa mecũ est pater. Cum illo erat pater, & ipse Ioan. 10.
cũ patre, & in illo pater, & ipse in patre: & ipse & pa
ter unũ, & illi timuerunt cũ moreretur. Quare? Nisi
qa p diem errauerũt, & nemo fuit in eis. Per diẽ er-
rabunt & nemo in eis. Sed qd est errabunt p diem?
Nunqd perierunt? Et ubi est, Imperfectũ meũ uide-
runt oculi tui, & in libro tuo oẽs scribentur? Ergo
qñ per diem errauerunt? Cum hic positũ dñm nõ
intellexerunt. Et quid sequitur? Mihi autem ualde
honorificati sunt amici tui deus.) Iidem ipsi q per
diem errauerunt & nemo in eis fuit, amici tui facti
sunt, & ualde mihi honorificati sunt. Factum est in
eis os illud post resurrectionẽ dñi in abscondito, &
pro eius nomine passi sunt, in cuius passione trepi-
dauerũt. Mihi aũt ualde honorificati sũt amici tui
deus. Valde confortati sunt principatus eorũ.) Fa-
cti Apli, facti duces Ecclesiæ, facti arietes ducentes L
greges, Valde confortati sunt principatus eorũ. Di
numerabo eos, & sup arenã multiplicabunt.) Per il
los q p diem errauerũt & nemo erat in eis, ecce na-
ta est tãta multitudo, q̃ iã sicut arena numerari nõ
potest nisi à deo. Dixit.n. super arenã multiplicabũ
tur: & tñ dixerat, dinumerabo eos. Illi ipsi numera-
ti, sup arenã multiplicabuntur. Ei quippe arena nu
merata est, cui numerati sunt capilli capitis nostri.
Dinumerabo eos & sup arenam multiplicabũtur. Matt. 10
Exurrexi, & adhuc sum tecũ.) Exurrexi & adhuc
sum tecũ, qd est? Iã passus sum, inqt, sepultus sum,
ecce surrexi & adhuc me nõ intelligũt secũ. Adhuc
tecũ sum, id est, nondũ cum ipsis, qa me nondum
agnoscunt. Sic.n. legitur in Euãgelio, Quia post re- Matt. 28.
surrectionem dñi nostri Iesu xpi sibi apparentem,
non cõtinuo cognouerũt. Est & alius sensus, Exur-
rexi & adhuc sum tecũ, ut hoc tẽpus significare uo
luerit, quo adhuc i oculto est & ad dexterã patris,
anteq̃ reueletur in claritate qua uẽturus est ad iudi
candũ de uiuis & mortuis. Et deinde dicit, qd inte
rea p totũ hoc tps dum iã resurrexit & adhuc cũ pa
tre est, patiatur hic p cõmixtionẽ peccatorũ in cor- M
pore suo qd est Ecclesia, & p separationẽ hæretico-
rum. Sequitur.n. & dicit, Si occideris deus pecca-
tores, uiri sanguinum declinate à me, Qm dices in
cogitatione, accipiẽt in uanitate ciuitates suas.) Vi
detur sic connecti ordo uerborũ, Si occideris deus
peccatores, accipiẽt in uanitate ciuitates suas Sic.n.
occisos uult intelligi, cũ per superbiam qua intume
scunt amittũt gratiã qua uiuũt. Spiritus.n. sanctus Sap. 1.
disciplinæ effugiet fictũ, & auferet se à cogitationi
bus quę sunt sine intellectu. Sic occidũtur peccato-
res, qa obscurati intelligentia alienantur à uia dei.
Amittunt.n. confessionem pp elationem, atq; ita in
eis occisis fit quod scriptum est, A mortuo hoie tã Ecclesia-
quam q non sit perit confessio. Et sic accipiunt in stici 17.
uanitate ciuitates suas, id est, pplos suos uanos eo-
rum uanitatem sectantes, cum inflati iustitiæ noie
psuadent, ut dirupto unitatis uinculo tanquã
iustiores cæci & impij sequãtur. Et quia plerunq;
hinc inueniunt occasionẽ separandi se ab unitate
xpi, dum malos accusant, cum quibus se cõionem
nolle habere confingunt, Et qa fieri põt ut non tã-

A tum infament innocētes, quos tanquā malos se fu
gere simulant, sed ēt uera de quibusdam malis sui
Matt.3. similibus dicunt, inter quos triticum xp̄i seruato
unitatis uinculo gemit: ppea interposuit, Viri san-
guinum declinate à me, quī dices in cogitatione,
accipiēt in uanitate ciuitates suas: id est, ideo sedu
cēt in separatione ꝓpria pplos suos uanitate ꝓpria
corrumpendos, qa tu in cogitatione dices, uiri san
guinū declinate a me: ut. s. merito superbiæ pecca-
tores in spritu occisi, ppea ciuitates suas, hoc ē, po-
pulos suos in uanū accipiant: hoc est, in erroris ua
nitatē separando, traducant, & quasi offensi cōmi-
xtione palearū, dirupta unitate triticū deserant: qa
ipsum triticum. i. bonos fideles monet, ut ante uen
tilationem q̄ nouissima futura est, nō apte se à ma-
lis segregent, ne adhuc eis commixtos deserant bo-
nos, sed p bonā conuersationē & dissimilitudinē
uitæ quodāmodo tacite illis dicat corpus xp̄i, uiri
sanguinum declinate à me. Hoc. n. eis uoce dei di-
xit, q̄ uox in cogitatione est, sicut eā deus dicit in
cogitatiōe sancti populi sui. Viri aūt sanguinum q
1. Ioan. 3. sunt, nisi qui oderunt frēs? Sicut Ioannes dicit, Qui
B odit fratrē suum homicida est. Hoc ergo non intel
ligentes occisi peccatores, quō dicat deus malis in
cogitatione bonoꝝ, Viri sanguinū declinate à me,
accusant in eis cōionem malorum, & se per has ca-
lumnias separando accipiunt in uanitate ciuitates
suas. Hæc uox q̄ modo in cogitatione bonorū dici
tur malis, apta erit in illa die qn̄ eis dicetur à capi-
Mat.7. te ipso nostro: nunquam noui uos. Discedite à me
oēs, qui operamini iniquitatem. Nūc aūt dicit cor-
pus xp̄i, quod est Ecclesia, Quid est, quod mihi ca-
lumniantur superbi, ꝙ quasi me maculent aliena
peccata, & ppea separando se, accipiunt in uanitate
ciuitates suas? Nōne eos, qui oderant te odio ha-
bui?) Vt quid à me peiores exigunt ēt corporalem
Mat.13. à malis separationem, ut ante tp̄s messis simul cū
& 3. zizanijs eradicetur & triticū, ut ante tp̄s uentilatio
nis perdam sustinentiam tolerandi paleam, ut an-
tequam omnia gn̄a piscium ad fine seculi tanquā
ad littus separanda perueniāt, retia pacis unitatisq́
dirumpam? Nunqd maloꝝ sunt sacra quæ accipio?
Nunquid eorum uitę factisq́ cōico consentiendo?
C Nonne eos, qui oderant te dn̄e odio habui? Et su-
per inimicis tuis tabescebam.) Nōne cum zelus do
Psal.68 mus tuæ comederet me, uidebam insensatos & ta-
bescebam? Nōne & tædium detinebat me à pecca-
Psal.118. toribus derelinquētibus legem tuā? Qui. n. sunt ini
mici tui, nisi q uita sua indicāt q̄ oderint legē tuā?
Hos ergo cum odissem, cur mihi calumniātur qui
accipiunt in uanitate ciuitates suas, ꝙ mihi impu-
tari posint eoꝝ peccata quos oderam, & super qui
bus zelo domus dei tabescebā? Sed ubi est, Diligite
Matt.5. inimicos uestros? An qa uestros dixit, nō dei? Bene-
facite, inqt, eis qui oderunt uos: non ait, q oderunt
deū: ideo iste secutus dixit, Nonne eos, q oderūt te
dn̄e odio habui? non dixit, qui oderunt me. Et sup
inimicis tuis tabescebā: tuis dixit, nō meis. Sed qui
nos propterea oderūt, & ppea inimici nobis sunt,
quia deo seruimus, quid aliud q̄ eū oderunt, & eius
inimici sunt? Nunquid ergo tales inimicos nostros
diligere nō debemus? Aut non pp deum persecutio
nem patiuntur, quibus dicitur, Orate pro persequē
tibus uos? Ergo attende qd sequtur, Perfecto odio
oderā illos.) Quid est, ꝑfecto odio? Oderam in eis
iniquitates eoꝝ, diligebam cōditionē tuā. Hoc est D
perfecto odio odisse, ut nec pp uitia hoies oderis,
nec uitia pp homines diligas. Nam ecce uide quid
adiungat, Inimici facti sunt mihi.) Non iā tm̄ dei,
sed suos inimicos ostendit. Quō ergo in eis imple- Mat.5
uit, quod & ipse dixit, Nonne eos q oderant te odio
habui: & quod dn̄s præcepit, Diligite inimicos ue-
stros? Quō implebit hoc, nisi illo perfecto odio, ut
hoc in eis oderit quod iniqui sunt, hoc diligat qd'
homines sunt? Nam & tpe ueteris testamenti, quo
uisibilibus supplicijs carnalis populus coercebat,
homo ad nouum testm̄ per intelligentiā pertinens
famulus dei Moyses, quō oderat peccatores cū pro Exo. 32
eis orabat, & quō non oderat cum eos occidebat,
nisi quia perfecto odio oderat eos? Ea nanq́ perfe-
ctione sic oderat iniquitatem quam puniebat, ut
diligeret humanitatē pro qua orabat. Cū ergo cor
pus xp̄i ab impijs & iniquis ēt corporaliter in fine
separandum, nunc inter eos interim gemat: & cum
illi occisi peccatores tanquā de maloꝝ cōione bo-
nis calumniando, & se quasi per occasionem malo
rum magis a bonis & innocentibus separando, sic
accipiēt in unitate ciuitates suas, ut multi mali ad- E
huc restent q eoꝝ separationem non sequātur, sed
à bonis usq́ in finē tolerandi, in eadem pmixtione
remaneant: qd inter hæc ait corpus xp̄i, siue cente- Matt. 13.
num, siue sexagenū, siue tricenum fructum afferēs
cum tolerantia? Quid agit proxima xp̄i in medio
filiarū, sicut lilium in medio spinarū? Quę sunt uo Cant. 2
ces eius? q̄ conscientia? q̄ species filiæ regis intrinse
cus? Ecce audi quid dicat, Proba me deus & scito
cor meū.) Tu deus tu ꝓba, tu scito, non homo, nō
hæreticus, q nec probare nouit, nec scire potest cor
meum, ubi tu ꝓbas & scis, qa non consentiā factis
maloꝝ, & illi me putant cōtaminari posse peccatis
alioꝝ: ut dum ego in longinqua pegrinatione mea
facio qd in alio psalmo gemo. i. Cum ijs q oderant Psal.117.
pacem eram pacificus, donec perueniam ad illā ui
sionem pacis, quod interpretatur Hierusalem, q̄ est
mater oium nostrum, ciuitas æterna in cœlis, ipsi
litigando & calūniando seque separando accipiāt
nō plane in æternitate, sed i uanitate ciuitates suas.
Proba ergo me deus, & scito cor meū, Scrutare me
& cognosce semitas meas.) Vt qd hoc? Attende qd F
sequitur, Et uide, inqt, si uia iniquitatis in me est,
& deduc me in uia æterna.) Scrutare, inqt, semitas
meas. i. cōsilia & cogitatiōes meas, & uide si uia ini
qtatis sit in me, siue faciēdo, siue cōsentiēdo, & de-
duc me in uia ęterna. Quid aliđ dicit, q̄ deduc me
in xp̄o? Quid est. n. uia ęterna, nisi q est uita ęterna?
Aeternus. n. est, q dixit, Ego sum uia, ueritas & uita. Ioan. 14.
Si ergo aliqd inueneris in uia mea qđ displiceat o-
culis tuis, qm̄ uia mea mortalis est, tu deduc me in
uia æterna, ubi nulla est iniqtas: qa & si quis pecca
uerit, aduocatū habemus apud patrē Iesum xp̄m 1. Ioan 2.
iustū. Ipse est exoratio ꝓ peccatis nr̄is. Ipse est uita
ęterna sine pc̄tō, Ipse est uita æterna sine supplicio.
Magna sacra frēs. Quō nobiscum loquitur spiritus
dei? quō nobis facit in hac nocte delitias? Quid est
hoc, rogamus uos frēs? Inde dulciora, quo obscu-
riora. Conficit nobis potionem ad amorem suū,
quibusdā modis suis miris, Mirificat ipsa dicta sua,
ut cum ea diceremus q̄ iam noueratis, tn̄ quia ex il
lis locis eruebantur quæ obscura uidebantur, tan-
quā noua fieret ipsa cognitio. Nunqd nō noueratis

G frēs, quia in Ecclesia dei tolerādi sunt mali, & schif mata nō sunt facienda? Nunqd iam non sciebatis, Matt.13 qa intra illa retia q̄ capiunt bonos & malos pisces, ꝑdurandum est usq; ad littus, nec retia rumpenda sunt, qa in littore separabunt boni ad uasa & mali proijcientur? Iam ista noueratis, uersus aūt istos psalmi huius nō intelligebatis. Expositū est quod non intelligebatis, & innouatū est quod noueratis.

In Psalmum centesimum trigesimumnonum.

Præfatio.

Vi ut istum psalmum afferam ad uos intelligendum, quantum dñs donat: adiuuet orationibus uestris, ut ea dicam q̄ oportet me dicere, & uos audire, uti oibus nobis utilis sit sermo diuinus. Non.n. omnibus utilis est, quia non est om- 1.Thes.3. nium fides. Fides aūt sic est in anima ut radix bona q̄ pluuiam in fructū ducit: pfidia uero & error diabolicus & cupiditas mala radix oium malorū, 1.Tim.6. sicut radix spinarum et dulcem pluuiā ad punctiones conuertit. Quid habet Psalmus iste, credo cum cantaretur aduertisse uos, qm̄ cōqueritur & gemit, H & deo precē fundit inter malos constitutū corpus xp̄i. Eius.n uox est in omni tali Prophetia tanquā Matth.5 illius inopis.i. egentis, nondum satiati, esurientis & sitientis iustitiā, cui q̄dam saturitas promissa in fine seruatur. Interim hic nūc sitiat & esuriat, gemat & pulset & q̄rat. Peregrinationis illecebris non delectetur, non putet patriā seculum, unde ut liberaretur xp̄s aduenit, quia xp̄s caput nostrum esse uoluit, caput.s. cuiusdam corporis. Non.n potest dici caput, ubi corpus nullum est ciu sit caput. Proinde si caput xp̄s, & alicuius corporis caput est xp̄s. Corpus illius capitis sancta Ecclesia est, in cu⁹ nos membris sumus, si caput nostrū diligimus. Audiamus ergo uoces corporis xp̄i, hoc est, nostras, si sumus in xp̄i corpore, quia quisquis ibi nō fuerit, in eis erit inter quos illud corpus gemit. Proinde aut in illo corpore eris ut gemas inter malos, aut non eris in illo corpore, & in eis eris iter quos malos gemit corpus quod gemit inter malos, aut mēbrum xp̄i, aut hostis corporis xp̄i. Nec isti inimici & aduersarij corporis xp̄i uno modo intelliguntur, aut I uno modo agunt. Versipellis est n.q in eis regnat, & qui eis utitur tanquā uasis suis. Cæterum multi ab illo liberant, & in corpus xp̄i transeūt, & q sint, & quid futuri sint, nouit ille q illos redemit sanguine suo nescientes. Sunt aūt q̄dam perseuerantes in malitia sua, ad xp̄i corpus nō ptinentes, & ipsi noti ei utiq; cui nihil ignotum est. Interim illi q iā compaginati sunt cū membris eius: nondū h̄ntes resurrectionem futurā, in qua perit ois gemitus, & laus succedit, in qua omnis tribulatio morief, & erit sine fine exultatio: nōdum ergo h̄ntes hoc in re, sed tm̄ tenentes in spe, gemunt ex desyderio quodā, & orant se liberari ab hoibus malis, inter quos necesse est uiuere & bonis. Non.n. separatio iā cuiq; tuta est. Illius.n. erit separatio, q non nouit errare. Quid est, q nō nouit errare? Vt nec malū traijciat ad dexteram, nec bonū ad sinistram. Nos aūt in hac uita difficile est ut nosipsos nouerimus, quanto minus debemus de quoquā ꝑproperam ferre s̄niam? Quia si hodie malū nouimus, cras qualis futur⁹ sit ignoramus: & forte quē uehemēter odimus, frater nr̄ est & nesc imus. Securi ergo odimus in malis malitiā, & diligimus naturā & creaturā, ut qd ibi fecit deus K amemus, qd ibi fecit ipse hō oderimus. Fecit.n. de⁹ ipsum hoiem, fecit aūt homo pc̄m. Dilige quod fecit deus, odi quod fecit homo. Sic enim persequeris quod fecit homo, ut liberetur quod fecit deus.

In finem Psalmus ipsi Dauid.

Inem non intēdas aliud, q̄ tibi ab Apostolo ꝑstitutum est. Finis.n. legis xp̄s ad iusti- Rom.10. tiam omni credenti. Ergo cum audis Psalmum dicere, in finē, corda conuertantur ad xp̄m. Tāquam.n præco Psalmi est titulus Psalmi, ueluti dicens, Ecce ueni, & inde dicturus sum, de quo cantaturus. Nam & ipse Dauid, nō intelligo nisi ipsum qui factus est ex semine Dauid sc̄d'm carnem. Inte- Rom.1. rim pp genus congruit nomē. Genus carnale à Dauid, genus spiritale supra Dauid: & nō solum ante Ioan.8 Dauid, sed ante Abraham: nec ante Abrahā tm̄, sed ante Adā: nec ante Adam tm̄, sed ante cœlū & terram, ante oēs angelos, ante oēs potestates & uirtutes, ante omnia uisibilia & iuisibilia. Quare? Quia ut hæc essent, oia p ipsum facta sunt, & sine ipso fa Ioan.1 ctum est nihil. Ergo qa ex semine Dauid non sc̄dm diuinitatem, qua creator est ipsius Dauid: sed secū L dum carnē Dauid, dignatus est uocari in ꝓphetia, in ipsum finē intēde, qa ipsi Dauid canit Psalmus, & corporis eius uocē audi, & esto in corpore eius. Vox quā audisti tua fiat, & ora & dic qd sequitur.

Expositio Psalmi.

Xime me dñe ab homine maligno.)Non ab uno, sed ab ipso genere: nec à uasis tm̄, sed ab ipso pricipe. i. ab ipso diabolo Quare.n. ab hoie si sit à diabolo? Quia & ipse in figura homo dictus est. Venit inimicus hō, & supseminauit Matt.13. zizania. Et cū dixissent serui ad patrēfamiliās, Nōne bonū semen seminasti, unde apparuerunt zizania? R̄nsum est, Inimicus homo hoc fecit. Ab isto ergo hoie maligno ora quantū potes ut liberenis. Ephe.6 Quia nō est tibi colluctatio aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, & rectores mūdi tenebrarū harum. i. rectores peccatorum. Quod quidem & nos fuimus, nā audiuimus modo uocē Ap̄li, Fuistis aliqñ tenebræ, nūc autem Ephe.5. lux in dño Iam ergo lux facti, non in nobis sed in dño, oremus non tm̄ cōtra tenebras. i. cōtra pecca M tores, qtos adhuc diabolus possidet, sed ēt contra ipsum principem eoꝝ diabolum, q operatur in filijs diffidētiæ. A ui o iniusto erue me.)Hoc est ab hoie maligno, qd est à uiro iniusto. Malignum.n. ideo dixit, qa iniustū, ne forte aliquem iniustū bonum esse putes. Sunt.n. multi iniusti quasi non nocentes, nō sunt sæui, nō sunt asperi, nō sunt psequētes & pressuras hoibus facientes: sed tn̄ unde iniusti? Quia alio quodā modo, luxuriosi, ebriosi, uoluptatibus dediti. Qūo nulli nocet, q sibi nō parcit? Innocēs.n. ille est q non nocet, non aūt qui sibi nocet. Tibi autem qūo potest, non nocere q sibi nocet? Sed respōdes, In quo mihi nocet? nō.n. inuasit rem meā, aut appetiuit salutē meā. Luxuria sua pascitur, suis uoluptatibus delectatur. Sed si inquinatas hēt uoluntates, ipse inquinatur. Mihi qd ptinet, cui molestus nō est? Nocet tibi saltē uel exemplo, qa uiuit tecū, & ad qd agit inuitat. Nōnne cū eo ui des forte in illis sordibus ꝓsperari, duceris talium delectatione factorum? Et si non consentis, saltem inuenisti quod expugnes. Qūo ergo tibi non no-

A cebat, q laboras uincere qd fecit in corde tuo? Malignus est ergo omnis iniustus, & necesse est noxius sit, siue sit blãdus siue sit ferox. Quisquis in illũ icurrerit, qsquis laqueis eius fuerit capt⁹, inueniet q̃ sit noxium qd putabat lene: Etenim frẽs, & spinæ nõ pungũt in radicib⁹. Erue spinas de terra, contrecta radices ipsas, & uide si sentis dolorẽ. Tñ illud unde dolorẽ sentis, in supficie, de illa radice ꝓcessit. Itaq; nõ uobis placeant hões quasi lenes & blãdi, amatores tñ carnalium uoluptatum, & inquinatarum cupiditatũ sectatores nõ uobis placeant. Et si adhuc uidenť lenes, radices spinarũ sunt. Nã talib⁹ factis p luxuriam plerũq; effundunt, quod habebant. Et qũo quærunt implere quod effuderunt?

Nunqd iã parcunt rapinis & cogitationibus fraudium omni generi malignitatis exqrendę? Iã uides malum hominem quẽ putabas antea lenem, qñ illum uidebas inebriari, bonus erat. Modo iã furem uides, latronem times, ꝓcesserunt spinę de illis radicibus. Qñ sennebas lenes radices spinaꝝ, tunc si posses incendere, & nõ esset unde ꝓdiret qd te modo pungeret. Proinde frẽs mei corpus xpi uel mem B bra xpi gementia inter tales malos, quoscunq; uidetis & inuenitis ꝓcliues ferri in malas libidines, & in pniciosas uoluptates, tunc reprehẽdite, & tũc castigate, tũc urite. Incendatur radix, & non est unde spina ꝓcedat. Si aũt non potueritis, certi estote q eos habebitis inimicos. Tacere possunt, occultare inimicitias suas possunt, amare uos nõ possunt. Sed qm̃ amare uos non possunt, & necesse est ut qui oderunt mala uobis qrant, nõ uacet lingua & cor uestrũ dicere deo, Exime me dñe ab homine maligno, à uiro iniusto erue me. Qui cogitauerũt iniqtitias in corde.) Quid.n.? Quia nõ audẽt ꝓferre in lingua, & seruant in corde? Propter eos.n. dixit, qui plerunq; in labijs bona loquunť. Audis uocẽ iusti, sed nõ est cor iusti. Nã qd profuit hoc addere ut diceret, Qui cogitauerunt iniustitias in corde? Ab eis me libera, ibi sit potẽtissima manus tua ad eruendũ me. Facile est.n. deuitare aptas inimicitias, facile est auerti ab inimico ꝓpto & manifesto, cuius iniqtas iã ẽt in labijs est: Ille est molestus, ille occultus: ille difficile deuitat q in labijs bona portat, & C in corde occultat mala. Qui cogitauerunt iniustitias in corde. Tota die cõstituebãt bella.) Quid est bella? Cõtra q̃ pugnarẽ tota die mihi cõstituebãt. Inde.n. hoc nascit de talib⁹ cordibus, qcquid est cõtra qd pugnat xpianus. Si sedino, si schisma, si hæreses, si cõtradictio turbulẽta, nõ hoc erũpit nisi de illis cogitationibus q̃ tegebãtur: & qñ labia bona loquebanť, tota die cõstituebant bella. Pacata audis uerba, sed belli cõstitutio à cordibus nõ discedit. Quod.n. dictũ est, Tota die, sine intermissione significat.i. toto tpe. Acuerunt linguas suas sicut serpẽtes.) Si adhuc qris hominẽ, aspice silitudinẽ. In serpente maxima astutia est & dolus nocendi, ppea et serpit. Non.n. uel pedes habet, ut eius uestigia cũ uenit audiatur. In eius itinere uelut lenis est tractus, sed nõ est rectus. Ita ergo repũt & serpũt ad nocendũ, hñtes occultum uenenum & sub leni cõtactu. Et ideo sequitur, Venenũ aspidũ sub labijs eoꝝ.) Ecce est illud sub labijs, ut aliud sub labijs, aliud in labijs aduertamus. Quos ẽt apte manife-
Psal.27 stat alio loco ubi dicit, Qui loquuntur pacẽ cũ ꝓximo suo, mala autẽ sunt in cordibus eoꝝ. Con-

serua me dñe de manu peccatoris, ab hominibꝰ iniustis erue me.) Ipsi sunt, noti sunt: nõ hic opus est intelligere, sed agere. Orare opus est, non qrere qui sint. Sed qũo aures aduersus hmõi homines aperit tibi io cõsequenti. Multi.n. aduersus malos imperite orant. D Qui cogitauerũt, inqt, supplãtare gressus meos.) Adhuc potest carnaliter accipi. Habet quisque inimicũ in negocio, cogitat ei fraudẽ facere, & ei auferre pecuniã, q uersatur in cõi negocio. Habet quisq; inimicum uicinum, & cogitat malũ ingerere domui eius, aliqd de re ipsius minuere, & utiq; dolo cogitat, fraude cogitat, machinamẽtis diaboli hæc ipsa gestit implere, nemo dubitat: Sed tñ nõ pp ista isti cauendi sunt, sed ne insidiãdo tibi adducant te ad se.i. à corpore Christi separẽt te, & faciãt te de corpore suo. Sicut.n. bonorum caput xps est, sic illorum caput diabolus. Qui cogitauerunt, inquit, supplantare gressus meos. Quid est, supplantare gressus meos? Nõ quasi ut erres in negocio qd cum illo habes, & decipiat te in causa q̃ tibi cõis est in foro cum illo. Supplantauit gressus tuos, si te impedient in uia dei, ut illud qd rectum intendebas titubet, aut labatur à uia, aut cadat in uia, aut recedat de uia, aut remaneat in uia, aut retro reuertať E unde uenerat. Quicqd tibi tale fecerit, supplãtauit te, decepit te. Cõtra hmõi insidias ora, ne pdas cœleste patrimoniũ, oe amittas xpm cohæredẽ, qa uicturus es in æternum cũ eo qui te fecit hæredẽ. Nõ enim talis te fecit hæredẽ cui mortuo succedas, sed cum quo in æternum uiuas. Absconderunt superbi muscipulã mihi.) Totũ corpus diaboli explicauit breuiter cũ ait, superbi. Inde est q & iustos plerunque se dicunt, cũ sint iniqui: Inde est q nihil illis tã noxium est, q̃ confiteri peccata. Ipsi sunt qui cum sint falsi iusti, necesse est ut inuideant ueris iustis. Nemo.o. inuidet alteri in eo qd nõ uult uel esse uel uideri. Alius tibi inuidet qa diues es, aut diues uult esse ut tibi inuideat, aut putari uult diues. Alius tibi inuidet, qa clarus es & nobilis, aut hoc esse affectat, aut hoc se putari cupit. Et sic oia q̃ uidẽtur bona in hoc seculo & putãtur, qd quisq; uult habere, & in quo uult excellere, uel cui⁹ rei famã captat, in eo tibi inuidet. Isti aũt q falsi iusti sunt, uideri uolunt iusti cũ non sint, & necesse est ut quẽ uiderint F uerũ iustum, inuideãt illi, & hoc cũ illo agant qũo amittat unde gloriatur Inde ueniunt oẽs seductiones & supplãtatiões. Hoc prior ipse diabol⁹ uoluit, *Gen.3.* q cadens stãti homini inuidit, & qa ipse amisit regnũ cœlorũ, hoiem illuc puenire ooluit, & nõ uult, Et id agit nũc ut hõ illuc nõ pueniat unde ipse eiectus est. Quia ergo supbus est ipse, & ideo inuidus qa supbus, omne corp⁹ ipsius taliũ corpus est. Sed oos oremus cõtra illũ q corrigi nõ põt, & pro ipsis q põt, ut dicamus homini iniusto, Quare inuides iusto ô hõ iniuste? Quia uis uideri iustus? Cito fac qd melius est, & facilius eris? Quod uis uideri esto rebus, ita diliges cui inuidebas, q qd illum doles esse eris & tu, & amabis in eo te, & ipsum in te. Etenim si inuideres diuiti, nõ esset in potestate tua ut diues esses Si inuideres honesto alicui senatori nobili, nõ esset in pñte tua ut nobilis tu esses & clar⁹. Si inuideres pulchro, nunq̃ pulchrũ te faceres. Si inuideres forti & ualido, ounq̃ tibi uires dares. Si inuides iusto, res in nolũtate est, Esto qd doles esse alterũ: nõ.n. empturus es qd tu non es, & alius est. Gra

G tis constat, cito constat. Pax in terra hoibus bonæ
Luc.2. uoluntatis. Illi aũt superbi absconderunt muscipu
lam, q̃ sierunt supplãtare gressus meos rectos. Et qd
fecerunt? Et restes extenderũt muscipulas pedib⁹
meis.) Quas restes? Notũ est hoc uerbũ in scriptu-
ris, & inuenimus alibi qd significent restes Dñs fla
Ioan.2. gellum de resticulis fecit, unde expulit eos de tem-
plo q ibi male uersabanĩ, & significauit nobis q̃uo
Prou.5. intelligamus restes, quia criniculis peccatoꝝ suorũ
unusquisq; constringitur. Dicit n. alia scriptura, &
Esa.5. aperte Esaias, Vę ijs, qui trahunt peccata sicut restẽ
longam. Quare autem dicitur restis? Quia omnis
peccator perseuerans in peccatis suis, addit pecca-
ta peccatis, & cũ deberet accusatiõe peccati sui cor
rigi, defensione duplicat qd confessione posset au-
ferri, & plerunq; alijs peccatis uult munitus esse pp
illa q̃ commisit. Fecit adulteriũ, & ne occidatur, pa
rat homicidium, addit peccato pctm̃. Rursum si ei
contigerit facere homicidiũ, iam q unum timẽ ti-
mebat, duo timet, & ideo utiq; cũ uideat se plura ti
mere q̃ antea timebat, nõ cogitat minuere qd fecit,
sed addere qd nondum fecit: Quærit forte & male
H ficum. Tria ecce habet. Inde iam qs cogitet? quis fi
niet restem peccatorũ? Et optime dicitur restis. Vt
enim torqueatur restis additur, & nõ adduntĩ recta
fila sed torta. Prauitas sibi connexa dicitur in lon-
gum, & non cogitat ꝑcidere qd male texuit, sed ad-
dere, ꝓducere, in longũ ꝓtendere, ut habeat in fine
Matt. 22. unde illi ligenĩ manus & pedes, & projciatur in te
nebras exteriores. Hæc aũt peccata sua intendũt iu
stis, qñ eis suadent facere mala q̃ ipsi faciunt. Ideo
dixit, Restes extenderũt muscipulã pedib⁹ meis: Id
est, de peccatis suis me deijcere uoluerunt. Et ubi
hoc? Iuxta semitas scandalũ posuerũt mihi.) Non
in semitis, sed iuxta semitas. Semitæ tuę, ꝓcepta dei
sunt. Illi scandala iuxta semitas posuerũt, tu noli re
cedere à semitis, & nõ irrues in scandala. Nec uolo
dicas, & si ꝓhiberet illos deus ponere mihi scãdala
iuxta semitas, & nõ ibi poneret. Immò pmisit deus
ponere scãdala illos iuxta semitas, ut tu nõ recedas
à semitis. Iuxta semitas scãdala posuerunt mihi. Et
qd restat? Quod remediũ inter tanta mala, in istis
tẽtationibus, in istis piculis? Dixi dño deus meus
I es tu.) Illi hoĩes sunt, & nõ mei, tu & deus es & me⁹
es Dixi dño, deus me⁹ es tu Magna uox orõnis, mo-
uet fiduciam, Numqd illoꝝ non est deus? Cuius n.
non est deus, q est uerus deus? Sed tñ proprie eorũ
est qui eo fruuntur, q ei seruiũt, qui libenter sub ip
so sunt. Nã & mali quamuis inuiti, sub ipso sunt. Illi
appellant deũ à quo coronẽtur, sub illo illi fugiũt
à quo dãnentur Et iniquus q nũ uult habere dñm
deum suum, quò fugiet deum oium? Bonum est illi
ergo ut conuertaĩ ad deum omnium, faciatq; illũ
conuersione suũ, & positus inter tales peccatores,
seductores, hypocritas, supbos, dicat ad deũ quem
sui conuersione sibi fecit deũ suum, Dixi dño deus
meus es tu. Percipe auribus dñe uocem depreca-
tionis meæ.) Simplex quidem snia est, & facilis ad
intelligendũ, sed tñ delectat forte cogitare quare
non dixerit, Percipe auribus deprecationẽ meam,
sed uelut euidẽtius exprimẽs affectũ animi sui, ait
uocẽ deprecationis meæ, uitã deprecationis meæ,
aiam deprecationis meæ, nõ quod sonat in uerbis
meis, sed unde uiuũt uerba mea. Cęteri. n. strepitus
sine aia, soni dici possunt, uoces non pñt. Vox pro-
prie animatoꝝ est, uiuoꝝ est. Quàm multi aũt de- K
precantur deũ, & nõ sentiũt deũ, nec bene cogitãt
de deo? Sonum deprecationis habere possunt, uo-
cem non pñt, qa uita ibi non est. Huius q uiuebat,
qa deum suum intelligebat, & à quo liberareĩ uide
bat, & à qbus liberareĩ sentiebat, ipsa erat uox de-
precationis eius, ipsam cõmendans auribus dei di
cat, Dñe dñe. Tu dñe dñe, id est, tu uerissime dñe,
non quales dñi homines, non quales dñi q emunt
sacello, sed qualis dñs qui emit sanguine. Domi-
ne dñe uirtus salutis meæ.) Id est, qui das uires salu
ti meæ. Quid sibi uult uirtus salutis meæ? Conque
rebatur de scandalis & insidijs peccatoꝝ, & circum
latrantibus & circuminsidiantibus malignis ho-
minibus uasis diaboli, de superbis inuidẽtibus iu-
stis, inter quales necesse est uitã ducere, cum hic ui-
uimus in pegrinatione nostra hac. Talia uero scan
dala abundãtia futura dñs prædixit, & ait, Abũda Mat.24
bit iniquitas, & qm̃ abũdauit iniquitas, refrigescet
charitas multoꝝ. Sed adiunxit statim solatiũ, Qui
pseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Attendit
iste & timuit, & abũdantia iniqtatum turbatus re-
spexit spem: qa qui pseuerauerit usq; in finẽ, hic sal- L
uus erit: extẽdit se pseuerare, & uidit longã uitam:
& qa perseuerare magnũ est & difficile, ipsum ora-
uit ad perfectionẽ perseuerantiæ suæ, à quo illi ius
sum est, ut pseueraret. Certe saluus ero, si pseuerauе
ro usq; in finẽ, sed pseuerantia ad uirtutẽ pertinet,
ut merear salutẽ: Tu es uirtus salutis meæ, tu me fa
cis pseuerare ut pueniam ad salutem. Dñe dñe uir-
tus salutis meæ. Et unde spero, qa tu es uirtus salu-
tis meæ? Obumbrasti sup caput meũ, in die bel-
li.) Ecce modo adhuc pugno, pugno foris cõtra fi-
ctos bonos, pugno intus cõtra cõcupiscẽtias meas,
qm̃ uideo aliam legẽ in mẽbris meis repugnãtem
legi mẽtis meæ, & captiuũ me ducentẽ in lege pec-
cati, q̃ est in membris meis. Miser ego homo, qs me Rom.7.
liberabit de corpore mortis huius? Gr̃a dei, per Ie-
sum xp̃m dñm nostrum. Igitur laborãs in hoc bel
lo respexit ad gr̃am dei, & q iam cœperat æstuare &
arescere, tanquã umbram inuenit sub qua uiueret:
Obumbrasti sup caput meũ in die belli. i. in æstu,
ne fatigarer, ne arescerẽ. Ne tradas me dñe à desy-
derio meo pctõri.) Ecce quo mihi ualeat umbracu M
lum tuũ, ut ęstũ nõ patiar à meipso, Et qd mihi pec
cator faceret ille quantũlibet sæuiret? Sæuierũt. n.
iniqui, martyres traxerũt, eos catenis ligauerũt, car
ceribus incluserunt, gladio ferierũt, bestijs subiece
rũt, ignib⁹ cõsumpserũt: Hęc oia fecerũt, sed nõ eos
tradidit deus pctorib⁹, qa nõ sunt traditi à desyde-
rio suo. Illud ergo ora quãtũ potes, ut à desyderio
tuo nõ tradat deus peccatori. Tu. n. desyderio tuo
facis locum diabolo. Ecce. n diabolus ꝓposuit lu-
crũ, & inuitauit ad fraudẽ. Lucrum. n. hr̃e nõ potes,
nisi fraudẽ feceris. Sed lucrũ esca est, fraus laqueus.
Sic attẽda escam ut uideas & laqueũ, qa lucrum nõ
potes adipisci nisi fraudẽ feceris: fraudem aũt si fe
ceris, capieris. Non ideo dico capieris, qa inuenie-
ris. Aliqñ. n. non inuenieris sed ab hominib⁹, à deo
aũt capieris & traheris & occideris. Omnis. n. q ta-
lia facit, perimit seipsum. Ibi est ergo esca, ibi est &
laqueus, Frena desyderium, & non cades in laqueũ.
Si autem uicerit te desyderium escæ, mittit tibi col
lum in laqueum, & capiet te auceps aiarum. Ne tra
das me à desyderio meo peccatori, unde obũbratur
in die

A in die belli. Desyderium.n. æstus facit, umbraculū aūt dñi temperat desyderium, ut possimus refrenare quo rapiebamur, ut nō ita æstuem' ut ad laqueū pducamur. Cogitauerūt aduersum me, ne derelinquas me, ne forte exaltentur.) Habes & alio loco, *Psal. 12.* Qui me pmūt, exaltabūt si motus fuero. Tales sunt & isti, qa talis est & ipse diabolus, Qñ seduxerit hominē, gaudet, triūphat de illo: Exaltatur ipse, qa ille humiliatus est. Quare autem ille humiliatus est?

Quia male exaltatus fuit, & ille q de illo triūphat, humiliabitur. Tales sunt.n. oēs qui gaudent de malo, uidētur sibi ad tempus gloriari, supbire, ceruicē erigere. Nō uos delectet exaltatio eou, escā habent in faucibus & hamū: Ibi est quo delectātur, ibi est quo trahuntur. Ne derelinquas me, ne forte exaltentur: id est, nō de me triumphent, nō de me gaudeāt.

Caput circumitus eorū, labor labiorū ipsorum teget eos.) Me, inqt, umbra alarū tuau teget, obumbrasti.n. mihi in die belli. Ipsos quid teget? Caput circumitus eorum, Ipsa est superbia. Quid est, circumitus ipsorum? Vt circumeant & nō stent, in gyrum eant erroris, ubi iter est sine fine. Qui.n. in lon

B gum it, aliunde incipit, alicubi finit. Qui in gyrum it, nunq finit. Ipse est labor impiou, quē demonstra

Psal. 11. tur in alio Psalmo euidentius, In circumitu impij ambulāt. Sed circumitus eorū caput, superbia est.

cio cũ his legibus ista phiberentur, & nõ negauit?
Quis eorũ comprehensus est adorare idolũ, & non
clamauit nõ feci, & timuit ne conuinceretur? Tales
ministros diabolus habebat. Vnde aũt præualue-
I runt uerba dñi? Ecce ego mitto uos sicut agnos in
Matt.10. medio luporũ, Nolite timere eos q occidũt corpus,
animam aũt non possunt occidere, sed potius eum
timete q & corpus & aiam potest mittere in gehen
nam ignis. Dedit timorẽ, subiecit spem, inflãmauit
charitatẽ. Nolite, inqt, timere mortem. Mortẽ time-
tis? prior morior. Ne uel capillus uester peat formi-
datis? Prius integer in carne resurgo. Merito audi-
stis uerba eius, qm̃ pualuerunt. Ducebantur & oc-
cidebantur, cadebant & stabant. Et qd est factũ de
tot mortibus martyrũ, nisi ut ipsa uerba pualerẽt,
& tanquã irrigata terra sanguine testiũ xpi, pullula
ret ubiq; seges ecclesię? Audiẽt, inqt, uerba mea qm̃
præualuerunt. Vnde pualuerunt? Iam diximus, cũ
pdicantur à non timẽtibus. Quid nõ timentibus?
Nec exilia, nec dãna, nec mortẽ, nec crucem. Nõ. n.
mortem solam, sed nec crucem, qua morte nihil ui
debatur execrabilius, Ipsam dñs suscepit, ne disci-
puli eius mortẽ qdem non timerent, sed nec genus
mortis horrescerent. Ergo à non timẽtibus cũ dñr
hęc pualuerunt. Quid ergo mortes illę oium mar-
tyrum? quid fecerũt? Audi. Sicut crassitudo terræ
dirupta est super terrã, Dissipata sunt iuxta infernũ K
ossa nr̃a.) Iuxta infernum dissipata sunt ossa marty
rum: id est, corpora testium xpi. Occisi sunt. n. mar
tyres, & quasi præualuerunt q occiderunt. Præua-
luerunt illi psequendo, ut pualerent uerba xpi præ
dicando. Et quid factum est de mortibus sanctorũ?
Sicut crassitudo terrę dirupta est sup terram, dissi-
pata sunt iuxta infernũ ossa nr̃a. Quid est crassitu-
do terrę dirupta est sup terram? Nouimus crassitu-
dinem terræ cõtẽptibilia quæq; esse. Quę sunt qua
si contẽptibilia hoibus, fœcundant terrã. Nam di-
ctum est & in quodam psalmo, iacuisse mortes san Psal.78.
ctorũ, & nõ fuit q sepeliret. Sed illę oẽs mortes factę
sunt crassitudo terræ. Quõ accipit terra quandam
pinguedinẽ de rebus contẽptibilibus & abiectis,
sic ex eo qd contẽpsit hic mundus accepit crassitu
dinẽ terræ, ut inde seges ecclię feracius pullularet.
Iam nostis frẽs qa contemptibilia terrę huius, de q
bus pinguescit terra, nec appellare uolo, nec dicere
decet. Talis est qdam sagina terrę, & q̃dam pingue
do, & contẽptibile est hoibus, & quasi sordidũ est,
& abijcitur. Sed qd fecit hic, ut iam & ipsis uerbis L
utar? De terra erexit inopẽ, & de stercore exaltauit Psal.112.
pauperem, ut collocaret eũ cum principibus, cum
principibus ppl̃i sui. Prostratus est. n. in terra, tan-
quam pinguedo terrę, diruptus est sup terrã, sicut
iacuit ille Lazarus ulcerosus, sed tñ ab angelis sub- Luc.16.
latus est in sinũ Abrahæ. Preciosa est in conspectu Psal.115.
dñi mors sanctorũ eius. Sicut contẽptibilis est secu
lo, ita preciosa est agricolæ. Nouit. n. ibi utilitatem
& uberem succũ, & nouit qd affectet, & qd eligat,
unde seges fertilis surgat: sed contẽnit eã iste mun-
dus. Nescitis qa contẽptibilia mundi elegit deus, & 1.Cor.1
ea q̃ non sunt tanquam q̃ sint, ut ea q̃ sunt euacua
rentur. De stercore erectus Petrus, Paulus, & cũ oc-
ciderentur, contẽnebantur. Modo iã saginata inde
terra, exurgẽte segete ecclesię, ecce qd est nobile, &
pcipuum in mũdo, impator uenit Romã: quo festi
nat? Ad templũ impatoris, an ad memoriã piscato-
ris? Sicut. n. crassitudo terrę dirupta est sup terram,
dissipata sunt iuxta infernum ossa nostra. Qm̃ ad
te dñe oculi mei, in te spaui, ne auferas aiam meã.)
Cruciati sunt. n. in persecutionibus: & multi defe-
cerunt: Et quia de captiuitate persecutionis dixit, M
Sicut crassitudo terrę dirupta est sup terram, Dissi-
pata sunt ossa nr̃a iuxta infernum: occurrit multós
defecisse, & multos piclitatos esse, & tanquã in me-
dijs tribulationibus psecutionũ emissa est uox pre
cantis, Qm̃ ad te dñe oculi mei. Non curo quid mi
nentur qui circunstant, ad te dñe oculi mei. Plus si
go oculum meum in promissis tuis, q̃ in minis eo-
rum. Noui qd pro me passus sis, qd mihi pmise-
ris. Ad te dñe oculi mei, in te speraui ne auferas ani
mam meam. Custodi me à muscipula quam sta-
tuerunt mihi.) Quæ erant muscipulæ? Si cõsentis
parco. In muscipula posita est esca uitę huius. Si
amat auis hãc escam, cadit in muscipulã. Si autem
auis talis est ut dicat, Et diẽ hois non cõcupiui tu Hier.17.
scis, oculi eius nõ recedent à deo, & ipse euellet de Psal.24.
laqueo pedes ei'. Custodi me à muscipula quã sta-
tuerũt mihi. Et ab scãdalis eorũ, q operanť iniqta-
tẽ.) Duas res dixit, amba sĩter se distinguẽdas, Mu-
scipulã statuisse persecutores dixit, scãdala uero ab
eis q cõsenserũt & apostatauerũt, & ex utroq; uult
se custodiri. Hinc sæuiũt minãtes, hinc labunť con
sentientes

A sentientes. Timeo ne talis sit iste quẽ timeam, nec talis sit iste quẽ imiter. Hæc tibi facio si non consensis. Custodi me à muscipula, quã statuerunt mihi. Ecce frater tuus iam cõsensit, & ab scandalis eorũ q operanť iniquitatẽ. Cadent in retia eius peccatores.) Quid est ergo frẽs, cadẽt in retia eius peccatores? Sed nõ omnes peccatores: quidam peccatores qui usqueadeo sunt peccatores, ut sic ament uitam istam, ut pponant illam uitæ æternæ, cadent in muscipula eius. Sed qd dicis? Putas isti tales cadunt in

Matt.26. retia eius? Sed qd de discipulis tuis ò Xpe? Ecce cũ ferueret persecutio, qñ dimiserunt te omnes solũ, & ierunt unusquisq; in sua, pdixisti hoc quia puidisti. Non enim quia tu prænunciasti, tu fecisti, aut tu in quoquã te negasti. Sed ecce illi qui tibi cohærebãt, in tua tentatione & persecutione qua te inimici requirebant crucifigendũ, defecerunt. Et unus ille audax q tibi promiserat, quia tecũ esset usq; ad mortẽ, audiuit quidẽ à medico quid in se ageretur: ægrotus febriens se enim sanũ dixerat, cordis uenam ille tangebat. Ventũ est ad tentationẽ, uentũ est ad pro

B bationem, uentũ est ad accusationẽ, & iam ipse interrogatus, nõ ab aliqua magna potestate, ab infimo mãcipio, & hoc à fœmina, ab ancilla interrogatus succubuit. Negauit ter. Semel negato, cũ memoraretur, negauit iterũ. Bis negato, cũ memoraretur, negauit tertio. Hoc pdixerat dñs, nõ pceperat, non

Ibidem. coegerat. Aut si ppterea putatur Petrus rectè fecisse, quia hoc prædixerat dñs, rectè fecit & Iudas qui tradidit eum, quia & hoc prædixerat dñs. Absit fratres mei. Hæc uox illorũ electorũ est, qui etiam peccata sua defendunt potius q̃ fatentur. Petrũ ipsum potius attendamus. Si nihil peccauit quare fleuit? Nõ interrogamus de Petro, nisi lachrymas Petri. Fideliores testes de illo nõ inuenimus. Fleuit amarẽ, in-

Ioan.14. quit, Nondũ idoneus erat passioni, Sequeris me postea illi dictũ erat. Adhuc futurus erat firmus, confirmatus domini resurrectione. Ergo nondum erat tẽpus ut dispergerentur illa ossa iuxta infernũ. Nã uidete q̃ multi defecerunt usq; ad ipsos primos hærentes ori eius, & iam ipsi defecerunt. Quare hoc? Singularis ego sum donec transeam.) Hoc.n. sequi

C tur in Psalmo: supra dixerat, Custodi me dñe à muscipula quã statuerunt mihi, & ab scandalis eorũ operantur iniquitatem. A muscipula & à scandalis, & à terrentibus & à lapsis. Sed qa in eius passione etiam illi primi, q futuri erant duces ecclesiæ & columnæ terrę defecerunt, nondũ factũ erat quod ait in alio

Psal.74. Psalmo, Ego cõfirmaui colũnas eius. Quid ait? Singularis ego sum donec transeam. Hæc uox ex persona capitis, singularis ego sum donec trãseam. Quid est singularis? In passione tu solus patieris, tu solus occideris ab inimicis. Singularis ego sum donec trã

Ioan.17. seam. Quid est, donec trãseam? Euãgelista dicit, Cũ autẽ uenisset hora ut Iesus trãsiret de hoc mũdo ad patrẽ. Quid est ergo donec trãseam, nisi de hoc mũdo ad patrẽ? Tunc.n. cõfirmaui colũnas eius.i. columnas terræ, qñ in mea resurrectione didicerunt plene mortẽ non esse timendam. Donec ergo transeam, singularis sum, cum transiero multiplicabor. Multi me imitabuntur, multi patientur pro nomine meo. Vnus ergo sum donec trãseam, multi in me unus erunt dũ transiero. Singularis ego sum donec transeam. Audite etiam mysteriũ uerbi eius. Secundum Græcã locutionẽ Pascha uidetur passionẽ si-

gnificare. πάσχειν enim pati dicitur secũdũ Hebræã D autẽ linguã sicut interpretati sunt q nouerunt, Pascha transitus interpretať. Nã etsi interrogetis bene Græcos, negant Græcũ esse Pascha. Sonat ibi quidẽ πάσχειν.i. pati, sed non solet sic deflecti. Passio.n. πάθος Græce dicitur, non pascha. Ergo pascha sicut dicunt qui nouerũt, & q nobis qd legeremus interpretati sunt, trãsitus interpretatur. Ideo uẽtura passione dñi, tanquã ipso uerbo loqueretť Euangelista, Cũ uenisset, inquit, hora ut trãsiret Iesus de hoc mũdo ad patrem. Pascha hic ergo sonuit in hoc uersu, Singularis ego sum donec trãseam. Post pascha iam nõ ero singularis, post transitũ non ero singularis. Multi imitabunť, multi cõsequentur: & si postea sequenť, quid erit? Singularis ego sum donec transeã. Quid est quod dñs ait i hoc psalmo, singularis ego sum donec trãseam? quid est quod exposuimus? Si intellexerimus, attende ipsius uerba in Euangelio, Amẽ amẽ dico uobis, inquit, nisi granũ frumẽti ca Ioan.12. dens in terrã mortuũ fuerit, ipsum solum manet: si autẽ mortuũ fuerit, multum fructũ affert: hoc autẽ sibi ait, ubi etiã dixit, Cũ exaltatus fuero à terra, oia E traham ad meipsum. Nisi granũ frumẽti, inquit, cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet: si autẽ mortuũ fuerit, multum fructum affert. Ergo illi grano multa seges debebatur: sed expecta, mortificetur adhuc, qa granum nisi in terrã cęciderit & mortificatum fuerit, solum remanet: ergo solus erat antequã esset mortificatus. Propterea & Petrus non dum habebat tales uires: accepturus erat uires sequendi, nõ habebat pcedendi. Propter Xpm enim, id est, propter cõfessionem nominis Xpi quo Xpiani sumus, nemo mortuus est ante Xpm, ne forte oc- Ioan.13. currat nobis, Multi.n. mortui sunt & martyres sunt, multi & Prophetæ talia passi sunt, non tamen ideo moriebãtur, quia pnunciabant Xpm, sed qa peccata hominũ dicebant in eos, & eorũ iniquitatibus liberius resistebant, & habentur inter martyres, Iuste etenim si non pro nominis Xpi confessione, tamen pro ueritate occisi sunt. Vsqueadeo aũt pro ipso nomine.i. pro cõfessione nominis Xpi nemo mortuus est antequã granum illud caderet in terrã, cuius ex Ioan.12. persona dictum est, Singularis ego sum donec tran F seam, ut & ipse Ioannes q recens interfectus erat, ab iniquo rege donatus puellę saltatrici, nõ pter hoc Matt.14. interfectus sit, quia confessus est Xpm. Potuit itaq; & inde occidi & hoc à multis. Si propter aliud occisus est ab uno, quãto potius propter Xpm potuit occidi ab his ipsis qui occiderunt Xpm? Perhibebat enim de Xpo testimonium Ioannes: Illi qui audiebant Xpm, ipsum occidere uolebant, & eum qui testimonium perhibebat non occidebant. Quia.n. si fieret impetus propter Xpm in Ioannẽ, nõ negaret. Erant quippe in illo uires magnæ, quibus appellatus est amicus sponsi. Magna in illo gratia, magna Ioan.3. excellentia, Inter natos mulierum nemo exurrexit Matt.11. maior Ioanne Baptista. Ergo in illum impetus factus est, qui non habebat tales uires. Fit impetus in Petrum, non fit in Ioannem. Etenim uires ipsas Petrus post accepit, tunc autem infirmus fuit Pro Xpi Matt.26. nomine ille interrogatur, qui uires non habebat. Ille qui habebat uires, non patitur persecutionem propter Christum, ne pro nomine Christi antecederet Christum, Non occiditur à Iudæis, qui perhibebat liberum testimonium Xpo quẽ occiderunt

G Iudæi, & occiditur ab Herode qui dicebat ei, Non tibi licet habere uxorem fratris tui, Neq; enim frater eius sine posteritate decesserat: Pro lege quidem ueritatis, pro æqualitate, pro iustitia: Ideo sanctus, & ideo martyr, sed nō tamen pro illo nomine quo Christiani sumus. Quare nisi ut impleretur, Singularis ego sum donec transeam.

In Psalmum centesimum quadragesimumprimum Enarratio.

SOlennitati martyrū sicut deuotio celebritatis uestræ, ita nostræ seruitutis sermo debetur. Sed meminisse oportet charitatē uestram, hesterna die q̄ multa dicta sint. Non.n. quia propter auiditatem interioris oris uestri per totum sermonem tanquā recentes assuistis, propterea obliuisci debemus infirmitatis cōmunis, primo quia & honorare oportet uerba p̄clara, sicut scriptum est, Præclara autē uerba sapientiæ sunt, dn̄i dei sunt, q̄ per nos tanquā per uascula uobis ministrant. Etsi fictilia sunt uasa, sed panis cœlestis est. Ap̄ls dicit, [2.Cor.4.] H Habemus thesaurū istum in uasis fictilibus, ut eminentia uirtutis sit dei. Qui autē thesaurus, idē & panis. Nam si nō idem esset thesaurus & panis, non de [Prou.14.] ipso thesauro alibi scriptū esset, Thesaurus desyderabilis requiescit in ore sapientis, uir autem stultus glutit illum. Vnde admonemus charitatē uestram, ut ea q̄ audiendo tanquā uentre memoria cōditis, rursus reuoluendo & cogitando quodāmodo ruminetis. Hoc est.n. thesaurus desyderabilis requiescit in ore sapientis, uir autē stultus glutit illū: breuiter autē dixit, Sapiens ruminat, stultus nō ruminat. Hoc autē aperte & Latine quid est? Sapiens cogitat ea quę audierit, stultus autē audita obliuioni tradit. Neq; n. propter aliud in lege munda ea dicta sunt animalia q̄ ruminant, imunda quæ non ruminant. [Leuit.11.] Nam creatura dei omnis munda est. Artifici [Gene.2.] deo tam mūdus est porcus, q̄ agnus. Creauit enim omnia bona ualde, & omnis creatura dei bona est, [1.Tim.4.] dicit Ap̄ls, & omnia munda mundis. Cum ergo in natura utrunq; sit mundū, significatione tn̄ agnus [Ad Tit.1.] significat aliquid mundū, porcus significat aliquid imundum. Agnus significat innocentiam sapientię ruminantis: porcus significat imunditiam stultitiæ I obliuiscentis. Breuis Psalmus pro solēnitate dictus est, uideamus an possit etiam breuiter tractari. Voce mea ad dn̄m clamaui.) Sufficeret, uoce ad dn̄m clamaui: forte nō frustra additum est, mea. Multi.n. clamant ad dn̄m, non uoce sua, sed uoce corporis sui. Homo ergo interior in quo cœpit habitare Xp̄s per fidem, uoce sua, nō in strepitu labiorum, sed in affectu cordis clamat ad dn̄m. Non ubi homo audit, ibi deus audit. Nisi uoce pulmonum & laterum & linguæ clames, homo te nō audit. Cogitatio tua clamor est ad dn̄m. Voce mea ad dominū clamaui,

Voce mea ad dn̄m deprecatus sum.) Quod dixit clamaui, exposuit cum dixit, deprecatus sum. Clamant enim ad dn̄m & qui blasphemant In superiori uersu clamorem posuit, in sequenti clamorem exposuit. Quasi exigeretur quo clamore clamasti ad dn̄m? ad dominū, inquit, deprecatus sum, Clamor meus deprecatio mea, nō conuitium, nō murmur, nō blasphemia. Effundam ante eum p̄cem meā.) Quid est ante eum? In conspectu eius. Quid est in conspectu eius? Vbi uidet. Vbi autē nō uidet? Ita.n. dicimus ubi uidet, quasi alicubi nō uideat. Sed in isto cœtu rerū corporalium uident & homines, uident & animalia: ille autem uidet, & ubi homo nō uidet. K Nam cogitationem tuam nullus hominū uidet, deus autē uidet. Ibi ergo effunde precem tuam, ubi solus ille uidet qui remunerat. Nam in abscondito te dn̄s Iesus Xp̄s iussit orare, sed si agnoscas cubiculum tuū & mūdes, ibi rogas deum. Cum autē [Math.6.] oratis, inquit, nolite fieri sicut hypocritæ, qui stant in plateis & uicis orantes, ut uideantur ab hominibus. Tu autem cū oras, intra in cubiculum tuū, & claude ostium, & deprecare deum tuū in occulto, & qui uidet in occulto reddet tibi. Si homines reddituri sunt, effunde ante homines precē tuā Si deus redditurus est, effunde ante eum precē tuā, & claude ostium tuū ne tentator ingrediatur. Tētator nō cessat pulsare ut irrumpat, si clausum inuenerit trāsit. Ideo Ap̄ls, quia in nostra potestate est ostiū claudere: ostium cordis nō parietum, ibi.n. & cubiculum: quia ergo in nostra potestate est ostium claudere, Neq; detis, inquit, locū diabolo. Etenim si [Ephe.4.] intrauit & possedit, attende quia tu negligēter clausisti, aut claudere neglexisti. Quid est autē claudere L ostium? Hoc ostium tanquā duas habet ualuas, cupiditatis & timoris. Aut cupis aliquid terrenum, & hac intrat: aut times aliquid terrenū, & hac intrat. Timoris ergo & cupiditatis ianuam claude contra diabolū, aperi ad Xp̄m. Quō ipsas ualuas aperis ad Xp̄m? Cupiendo regnū cœlorum, timendo ignem gehennarū. Per cupiditatem seculi diabolus intrat, per desyderium uitæ æternæ Xp̄s intrat. Per timorē pœnarum temporalium diabolus intrat, per timorē ignis æterni Christus intrat. Ecce martyres clauserunt ianuam contra diabolum, Xp̄o aperuerunt. Promisit eis multa mundus iste, clauserunt, clauserunt ualuam cupiditatis aduersus diabolū. Minatus est mundus iste bestias, ignes, cruces, non timuerunt, clauserunt timoris ualuam cōtra diabolum: Videamus si aperuerunt illas Xp̄o, Qui cōfessus me, inqt, [Matt.10.] fuerit corā hominibus, confitebor illum & ego corā patre meo, qui est in cœlis. Amauerunt ergo Xp̄m, regnum cœlos, ubi eos confitebitur Xp̄s. Quō eos [Matt.25.] cōfessurus est Xp̄s? Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod uobis paratū est ab origine mū- M di, Cōfitebitur illos ad dexterā positos. Videamus si timoris ualuam Xp̄o aperuerunt, quam diabolo clauserunt. Vno eodemq; loco dn̄s monet hoc, ut [Matt.10.] & diabolo claudatur, & sibi aperiatur. Nolite, inq̄t, timere eos qui corpus occidunt, animam autē non possunt occidere. Monuit ut timoris ualua in faciē diabolo elideretur. Ergo nihil est timendum? Non ergo aperitur aditus timoris Xp̄o, q clausus est diabolo? Statim subiecit tanquā dicens, Exclusisti illū, aperi mihi. Sed eum timete, inquit, qui habet potestatem & animam & corpus occidere in gehennam ignis. Iam ergo si credidisti & aperuisti Xp̄o, claude contra diabolum. Intus est Xp̄s, ibi habitat. Effunde ante eum precē tuam, noli q̄rere ut de longe te [Sapien.8.] exaudiat. Non.n. longe est sapientia dei, quę pertendit à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Ecce intus est apud te, ante eum effunde precem tuam. Ibi sunt aures eius, quia neq; ab Ori- [Psal.74.] ente, neque ab Occidente, neque à desertis montium, quoniam deus iudex est. Si iudex est, qualem causam geras in corde tuo uide. Effundam ante eū precem meam. Tribulationem meam in conspe-

A ctu ei⁹ annũciabo.) Repetitio eſt, & in ſuperioribus duob⁹ uerſibus, & in his conſequentibus ſinẽ duæ ſunt, ſed utraq; bis dicta. Vna eſt illa, Voce mea ad dñm clamaui, uoce mea ad dñm deprecatus ſum. Altera eſt, Effundam ante eũ precem meam, tribulationem meam in conſpectu eius annũciabo. Qđ enim eſt ante eũ, hoc eſt, in cõſpectu eius: & quod eſt, precẽ meam effundam, hoc eſt, tribulationem meam annunciabo. Qñ hoc facit? In perſecutione poſitus loquitur. Cum deficit à me ſpũs meus.) Quare deficit ſpiritus tuus ô martyr in tribulatione poſite? Vt non mihi arrogem uires meas, ut ſciã quod alius in me opatur ipſam uirtutẽ. Cum autẽ uos tradent iudicib⁹, ſicut monuit dñs quos mar-
Mat. 10. tyres facere uolebat, nolite cogitare qđ loquamini: non.n. uos eſtis q loquimini, ſed ſpũs patris ueſtri q loquitur in uobis. Ergo deficiat ſpũs tuus, loquatur ſpiritus dei. Merito eos pauperes facere uo-
Mat. 5 lebat ſpiritu, Beati, inquit, pauperes ſpiritu, qm̃ ipſorũ eſt regnum cœlorum. Beati ergo pauperes ſpiritu ſuo, diuites ſpiritu dei. Omnis.n. homo qui ſpm̃
B ſuum ſequitur, ſuperbus eſt. Subdat ſpiritum ſuũ, ut capiat ſpm̃ dei. Ibat in culmen, reſideat in ualle: ſi ierit in culmen, denatat ab illo aqua: ſi in ualle reſederit, implebitur ex ea, & fit ille uenter de quo
Ioan. 7 ſcriptũ eſt, Flumina aquæ uiuæ fluẽt de uentre ei⁹. Ergo dum deficit à me ſpũs meus, in cõſpectu tuo annunciaui tribulationẽ meam, humilis factus, cõfitens tibi deficiente ſpiritu meo, cũ ſim plenus ſpiritu tuo. Et audierunt forte hoies, quia defecit in me ſpũs meus, & deſperauerunt de me, & dixerunt, Cepimus eũ & oppreſſimus eũ. Et tu cognouiſti ſemitas meas.) Illi.n. me deiectum putabant, tu me ſtantem cernebas. Illi q perſequebantur & comprehenderant, implicatos putabant pedes meos, ſed il
Pſal. 19 lis obligati ſunt pedes & ceciderunt, nos aũt ſurre-
Pſal. 24. ximus & erecti ſum⁹. Oculi mei ſemp ad dñm, qm̃ ipſe uellet de laqueo pedes meos, Perſeueraui am-
Mat. 10. bulãdo. Qui.n perſeuerauerit uſq; in finem, hic ſaluus erit. Illi oppreſſum me putabãt, ſed ego ambulabam. Vbi ambulabã? In ſemitis quas illi non uidebãt q me captũ putabãt, in ſemitis iuſtitiæ tuæ,
C in ſemitis pceptorum tuorum. Tu enim cognouiſti ſemitas meas, pſecutor nõ eas cognouit. Nã non in eis mihi inuideret, ſi i eis mecũ ambularet. Quæ ſunt iſtæ ſemitæ, niſi uiæ illæ de quib⁹ alio loco di
Pſal. 1 citur, Nouit dñs uiã iuſtoꝝ, & uia impioꝝ peribit? Non dixit, uiam impiorum non nouit, nouit uiam iuſtoꝝ, & uia impiorũ peribit. Quod enim non nouit peribit, multis locis ſcripturæ inuenimus. Quia dei agnoſcere ſeruare eſt, dei agnoſcere cuſtodire ẽ, non ag noſcere damnare eſt. Vnde.n. q nouit oia di
Mat. 7. cturus eſt in fine, Non noui uos? Nõ inde gaudeãt & dicant, non puniemur, qa non nouit nos iudex. Iã puniti ſunt ſi eos non nouit iudex. Quæ ergo dictæ ſunt uiæ quas nouit dñs, ipſæ hic dictæ ſunt ſemitæ, quo ait, tu cognouiſti ſemitas meas. Omnis enim ſemita uia eſt, nõ ois uia ſemita eſt. Quare ergo uiæ illæ ſemitæ ſũt dictæ, niſi qa anguſtæ ſunt? Via lata impioꝝ, uia anguſta iuſtoꝝ. Quæ uia, ipſæ & uiæ: queadmodũ q eccleſia, ipſæ eccleſiæ, & qđ cœlum, & ipſi cœli. Pluraliter dñr & ſingulariter di
Cant. 6 cuntur, Propter unitatẽ eccleſiæ, una eccleſia: una eſt colũba mea, una eſt matris ſuæ, Propter cõgregationes fraternas, ploca multæ ſunt eccleſiæ. Ec-

cleſiæ, inquit, Iudææ q erant in xpo, gaudebãt qđ D
ille q nos perſequebatur, nunc euangelizat fidem, Gal. 1
quam aliqñ uaſtabat, & in me glorificabãt deum. Eccleſias ſic dixit, & unam eccleſiã ſic dicit, Sine of 1. Cor. 10
fenſione eſtote Iudæis & Græcis, & eccleſiæ dei. Sic ergo & uiæ & uia, & ſemitæ & ſemita. Quare ſemitæ, & quare ſemita? Qũo quare eccleſiæ & eccleſia rationẽ reddidimus, debemus & hic reddere rationẽ. Semitæ dictæ ſunt dei, qa multa pcepta ſunt: & quia eadem multa pcepta ad unũ rediguntur, quia plenitudo legis charitas, ppea uiæ iſtæ in multis Roma. 13.
præceptis ad unã colliguntur & una dñr, quia uia nr̃a charitas eſt. Videamus ſi charitas uia eſt: audiamus Aplm̃, Et adhuc ſupereminentiorem uiam uo 1. Cor. 13.
bis demonſtro. Quã dicis ô Apoſtole, ſupereminẽtiorem uiam? Quã dico audi, Si linguis hoium loquar & angelorum, charitatem autem non habeã, factus ſum uelut æramentum ſonans, aut cymbalum tinniens: & ſi habuero prophetiã, & ſciero oia ſacramenta & oẽm ſcientiam, & ſi habuero oẽm fidem ita ut montes trãſferam, charitatem aũt non habeam nihil ſum: & ſi diſtribuero oia mea paupe E
ribus, & ſi tradidero corpus meum ut ardeã, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. Ergo charitatẽ dixit ſupereminentiorem uiam. Magna uia iſta fratres, magnũ miraculum habet hæc uia. Certe qa ſupemineñtior eſt, excellentior eſt: hoc enim ſupereminet qđ excelſum eſt. Nihil excellentius eſt uia charitatis, & nõ in illa ambulãt niſi humiles. Has ergo ſemitas dicit pcepta charitatis. In me ois. Tu ergo, inqt, cognouiſti ſemitas meas: tu noſti qa quod pro te patior amore patior. Tu noſti, qa charitas in me oia tolerat, tu noſti qa etſi tradon corpus meũ ut ardeã, habeo illam, ſine qua illđ non prodeſt homini. Quis aũt nouit uias iſtas hominis frẽs mei, niſi uere ille cui dictũ eſt, tu cognouiſti ſemitas meas? Oia.n. facta humana ante oculos hoium, incertum eſt quo corde fiant. Et q̃ multi impii metientes ſemetipſos ex ſemetipſis, dicunt de nobis quod iſta i eccleſia q̃rimus, honores, laudes, utilitates tẽporales: Quã multi dñt me ppea loqui uobis ut acclametis & laudetis me, & hunc me habere finẽ, & hanc intentionẽ cũ loquor? Et qũo F
eis oſtendo non ea intentione me loqui? Reſtat ut eo dicã, Tu cognouiſti ſemitas meas. Quomodo illi ſciunt, quod nec uos ſcitis? qũo illi ſciunt qđ uix ego ſcio? Neq; enim ego meipſum diiudico: qui.n. diiudicat me, dñs eſt. Neſcio quid de ſe Petrus ne- 1 Cor. 4
ſciens præſumpſit, & aliud uidebat medicus in uiribus eius. Ergo pie pureq; clametur ad dñm, quia uere clamatur, tu cognouiſti ſemitas meas. Sed uis ut ducat te p iſtas ſemitas? Eſto mitis, eſto manſuetus, non ferox, non ſuperbus, non excuſſa & erecta ceruice, ſicut equus & mulus qbus non eſt intelle- Pſal. 31
ctus. Cum.n. fueris mitis, cũ fueris manſuetus, inſi debit dñs & ducet te per uias ſuas. Diriget.n. mites Pſal. 24.
in iudicio, docebit mãſuetos uias ſuas. Tu ergo cognouiſti ſemitas meas. In uia hac qua ingrediebar, abſconderũt mihi muſcipulam.) Via hæc qua ingrediebar xp̃s eſt: ibi illi abſconderunt muſcipulã qui perſequuntur in xp̃o propter nomen Chriſti. Ibi ergo abſcõderũt muſcipulã mihi, q ibi me ſcandalizat. Quid in me zelãt? qd in me pſequuntur, q̃ Chriſtianus ſum? Si ergo hoc pſequuntur q xp̃ianus ſum, in uia quã ingrediebar abſcõderunt mihi

G muscipulam. Quantũ in ipsis est, in uia qua ingrediebar ipsi absconderũt muscipulã mihi. Quantũ ad eorũ cupiditatem ptinet, quantum ad eorũ conatum, quantum ad eorũ uotũ, in ipsa uia me uoluerunt habere muscipulã qua caperer. Sed nouit dñs uiam iustorũ, & tu cognouisti semitas meas. Hoc quidem illi uoluerunt, sed tu eos non pmisisti in te ponere scandalũ, qa tu es uia mea. Nam & hæretici in nomine xpi nobis uolunt abscondere scandalũ, & ipsi falluntur. Quod ipsi in hac uia putant se ponere, extra uiã ponunt, qa & ipsi extra uiã sunt, muscipulam ponere non pñt ubi ipsi nõ sunt. Sed dictũ est hoc scdm cupiditatem ipsorum, scdm uotum & opinionem eorũ: nam expresse alibi dictũ est, Iuxta semitas scandala posuerunt mihi. Hoc qd dictũ est in uia, scd'm cupiditatem eorũ & uotum dictũ est. Illud quod dictũ est iuxta uiam: id est, iuxta semitam, scdm ueritatem dictum est. Reuera. n. non ponunt in semita, nõ ponunt in ipsa uia, quia xps est uia. Sanè iuxta semitas ponunt: nõ eos xps sinit ponere in uia, ne non sit quã eamus: sinit tñ eos ponere iuxta uiam, ut de uia non declinemus, in uia se

Psal. 1.

Psal. 139.

Ioan. 14

H putat ponere scandalum Paganus: qñ mihi dicit, Colis deum crucifixum. Reprehendit crucem xpi, quam non intelligit. In xpo se ponere putat, quod iuxta uiam ponit. Non egrediar à xpo, & non incidam à uia in muscipulã. Insultet ille ex crucifixo xpo, uideam ego in frontibus regum crucem xpi. Quod irridet, ibi saluor. Nihil est superbius ægroto q deridet medicamentũ suum. Si non derideret, acciperet & ipse & sanaretur. Crux illa signũ est humilitatis, ille autem sUpbia nimia nõ agnoscit unde sanetur tumor aiæ suæ: si autẽ ego agnosco, in uia ambulo. Vsqueadeo de cruce non erubesco, ut nõ in occulto loco habeam crucẽ xpi, sed in frõte portem. Multa sacrã atq; aliter accipimus. Quædã sicut nostis ore accipimus, qdam p totũ corpus accipimus. Quia uero in fronte erubescit, ille q dixit, Qui me erubuerit corã hominibus, erubescã eũ coram patre meo q in cœlis est, ipsam ignominiã quodãmodo & quã Pagani derident, in loco pudoris nři constituit. Audis hoiem insultare impudenti & dicere, frontẽ non hẽt. Quid est, frontẽ non habet? Impudens est: non habeã nudã frontẽ, tegat eã crux dñi

Luce. 9.

I mei. Ergo in uia qua ingrediebar, absconderũt muscipulam mihi, quantũm ipsis est. Nã iuxta uiã posuerũt, ego aũt tut'ero si de uia nõ recessero. Ignoras qa in medio laqueorũ ingredieris, ait scriptura? Quid est, in medio laqueorũ? In uia xpi. Et hinc laquei, & hinc laquei. Laquei à dextris, laquei à sinistris. Laquei à dextris, psperitas seculi: laquei à sinistris, aduersitas seculi. Laquei à dextris, promissiones: laquei à sinistris, terrores. Tu in medio laqueorum ingredere, à uia noli discedere, nec pmissio te capiat, nec terror elidat. In hac uia qua ingrediebar absconderũt muscipulã mihi. Consyderabam ad dexterã & uidebam.) In dexterã cõsyderabat & uidebat: in sinistrã q consyderat excæcat. Quid est, in dexterã consyderare? Vbi erũt illi qbus dicetur, Venite bñdicti patris mei possidere regnũ. Erunt. n. quidam in sinistra, qbus dicetur, Ite in ignẽ æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Fremẽte ergo toto mundo & minãte in psecutionibus, crebrescentibus undiq; insultationibus hoium atq; terroribus, ille contẽnens psentia, respiciebat in futura,

Eccli. 9.

Matt. 25.

attẽdebat in dexterã ubi futurus est, ubi esse meditabatur, illuc attendebat & uidebat, & ideo oia ferebat: illi aũt qui psequebantur nõ uidebant: ideo cũ diceret, Consyderabam in dexterã & uidebam, secutus ait: Et non erat q cognosceret me.) Cũ. n. toleras omnia, qs nouit qd attendas utrum ad dexteram oculum dirigas, an in sinistrã? In eo qd toleras, si laudem hoium qris, in sinistram attendisti. In eo quod toleras, si promissa dei qris, in dexterã attendisti. Attendisti in dexteram, uidebis: attendisti in sinistram, excæcaberis. Sed & cũ uides in dexteram, non erit q te agnoscat. Quis. n. te consolaf, nisi dñs cui dicis, Et tu cognouisti semitas meas? Nec erat q cognosceret me. Perijt fuga à me.) Tanquam circumclusum se dicit, perijt fuga à me. Insultant persecutores, oppressus est, captus est, circumclusus est, uictus est, perijt fuga ab illo. Ab illo pijt fuga q non fugit. Qui autẽ non fugit, patitur quicquid potest pro xpo: id est, non fugit animo. Nam corpore fugere licet, concessum est, permissum est, dño dicente, Si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliã. Qui ergo non fugit aio, perijt ab illo fuga. Sed interest quare nõ fugiat, qa circumclusus est, qa captus est, an qa fortis est? Et à capto perijt fuga, & a forti pijt fuga. Quæ ergo fuga caueda est, q fuga à nobis pereat? De qua dñs dicit in Euãgelio, Quia pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Mercenarius aũt & qui non est pastor, cum uiderit lupum uenientẽ fugit. Cũ uiderit prędonem, quare fugit? Quia nõ est ei cura de ouibus. Talis fuga ab isto pierat, siue ab ipsius capitis psona accipiamus hanc uocẽ illius xpi dñi, qui pro omnibus mortuus est: siue à membris eius martyribus nřis, qa & ipsi pro fratrib' passi sunt. Audi Ioannem dicentem, Sicut. n. ille aiam suã pro nobis posuit, sic & nos debemus aias pro fratribus ponere. Sed cum illi ponunt, xps ponit, quia cum illi patiũtur persecutionem, ipse clamat, Quid me persequeris? Perijt fuga à me. Et nõ est, q requirat animam meam.) Ergo non est, q exquirat animã ipsius? Videt hoies uelle sæuire in necem suam, uelle effundere sanguinem ipsius, quo non est qui requirat animam eius? Et hoc duobus modis accipit. Quo perire fugam accipitur duobus modis, qa & à capto & à forti pit fuga: sic duobus modis qritur aia hominis, aut à psecutoribus, aut à dilectoribus. Ita ergo non est q requirat aiam meam. De illis dixit certe q psequuntur animam meam, & non qrunt animam meam. Si aũt requirant animam meam, inueniunt inhęrentem tibi: & si non norunt eam qrere, norunt & imitari. Nam ut noueritis qri animã hominis & à psecutoribus, inde alibi dicitur, Confundantur & reuereantur, qui qrunt animam meam.

K

Matt. 10.

L

Ioan. 10.

1. Ioan. 3.

Actu. 9.

M

Psal. 39

Clamaui ad te dñe dixi tu es spes mea.) Qñ tolerabã, qñ tribulabar, dixi, tu es spes mea. Spes mea hic, ideo tolero. Portio autem mea nõ est hic, sed in terra uiuentiũ.) Dat deus portionem in terra uiuentium, sed nõ aliqd à se extra se. Quid dabit amãti se, nisi se? Intende ad orõnem meam, qa humiliatus sum nimis.) Humiliatus à psecutoribus, humiliatus in cõfessione. Humiliat se inuisibilr, humiliat ab hostib' uisibiliter: Erigit ergo ab illo uisibiliter & inuisibilr. Inuisibiliter erecti sunt iã martyres, uisibiliter erigenf, cũ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ in resurrectiõe mortuorũ. cũ & hocipsum *1. Cor. 15.*

A in quod solū pſecutores ſæuire potuerūt inſtaurabitur. Mat. 10. Nolite timere eos qui corpus occidunt, aiam aūt non poſſunt occidere: Et quid perit? quid occidunt? Vel hoc eis pmitteť, ut qď occiderint pereat? Luc. 21 Non periet. Audi ipſius dñi promiſsionē, Amen dico uobis, capillus capitis ueſtri non periet. Quid ergo de cæteris mēbris ſollicitus es ubi damnū capilli non erit? Erue me à pſequentib⁹ me.) A quib⁹ putatis quod oret ut eruatur? ab hominibus qui pſequebātur? Ita uero ipſi hoies ſunt hoſtes nři? Habemus alios hoſtes inuiſibiles, q aliter perſequuntur. Homo pſequitur ut occidat corpus, pſequitur ali⁹ ut illa queat animā. Et ideo p uaſa ſua, quia de illo Ephe. 2. dictū eſt, Operatur in filijs diffidētiæ p uaſa ſua: id eſt, p hoies in quibus operatur, agit perſecutionem corporis, ut int⁹ fiat ruina cordis. Nā ſi cadēte cor- Pſal. 123. pore ſtat aia, muſcipula comminuta eſt, & nos liberati ſumus. Ergo ſunt & alij hoſtes nři, à quib⁹ deprecari debemus deū ut eruat nos, ne ſeducāt nos, uel fractos moleſtijs ſecularib⁹, uel inductos illecebris. Qui ſunt iſti hoſtes? Videam⁹ ſi ab aliquo ſeruo dominico apte deſcribunť, ab aliquo milite pſe- B cto q cū illis congreſſus eſt: audi Apſm dicentem, Ephe. 6 Nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem. Nolite quaſi odia ueſtra conuertere in hoies, & eos uobis hoſtes exiſtimare, & eorū inimicitijs uos conteri putare. Iſti homines quos timetis caro & ſanguis ſunt, & non eſt uobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinē. Sic uoluit dicere, contēnens hoium mortalitatem. Et aduerſus quos? Aduerſus principes, inqť, & poteſtates, & rectores hui⁹ mūdi tenebrarū harū. Expaueras, cū audires rectores mūdi. Si rectores mūdi iſtius, nunqd præter mundum iturus es ubi illos nō patiaris? Præter mundū iturus es ubi ab eis eruaris? Sic ergo accipe mūdi & tenebrarū harū rectores, nō rectores cœli & terræ: nā ipſa fabrica dei eſt. Cœlū & terra mūdus dicitur, & homines mali mūdus. Quare & iſti mūdus? Quia diligūt mundū, & ideo tenebræ, qa impij. Ideoq; iā ex ipſo numero credētibus multis, qd dicit Apſs? Fui- Ephe. 5. ſtis aliqñ tenebræ, nunc aūt lux in dño. Antequam eſſetis ergo lux, cū tenebræ eſſetis, attendite quem rectorem habuiſtis. Quem rectorem habēt iniqui, niſi diabolum, qūo pij & fideles rectorem habent C xpm? Ergo diabolum & angelos eius rectores mūdi appellauit: id eſt, rectores dilectorum mundi, rectores peccatorū, quod eſt tenebrarū harum, ipſos habemus inimicos, à qbus debem⁹ deprecari dñm ut eruamur. Audi mundū, & mundum aperte uno loco in ſcriptura ſancta in Euangelio, mundū quē fecit deus, mundum quem regit diabolus: id eſt, dilectores mūdi. Homines.n. ipſos fecit deus, dilectores mundi non eos fecit, Mundum.n. diligere peccatum eſt, peccatum aūt non fecit deus. Audi ergo, ut dicere cœperā, mundū & mundū. In hoc mūdo Ioan. 1. erat, dictum eſt. De quo dictum eſt in hoc mundo erat, niſi de ſapientia dei, quod eſt xps Ieſus, de qua dictū eſt qd pauloante commemoraui, Pertēdit à Sap. 8 fine uſq; ad finem fortiter, & diſponit oia ſuauiter? Sap. 7 Attingit enim ubiq; pp ſuam mundiciam, & nihil Ioan. 1. inquinatū in illa incurrit. Ergo in hoc mūdo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eū non cognouit. Audiſtis duos mūdos, mundus p eum factus eſt, & mundus eū non cognouit. Nō mundus q factus eſt p Ieſum, ab illis principibus & poteſtatibus tenebrarū harū regitur, ſed mundus qui non D cognouit Ieſum: id eſt, dilectores mūdi peccatores Ephe. 6 & iniqui ſupbi & infideles. Vnde mūdus peccatores? Quia diligūt mundū, & diligendo inhabitant mundum, qūo domus dicitur & fabrica & inhabitantes. Bona domus plerunq; bona fabrica, & bona domus, qa boni conuerſantur in ea. Et caue domū iſtā, qa mala eſt. Duobus modis diciť mala eſt domus hæc: caue fortè pp ruinam, ne aliqd cadat & te pmat. Dicitur & ſic alio modo quemadmodū caueas domū iſtam tuā malā, ne incurras in laqum uenantium, ne paup opprimaris à diuite, ne fraudē aliquā patiaris, Qūo ergo domus & domus, ſic mūdus & mundus. Quare enim & iuſti cum ſint & ipſi in mundo non dicūtur mūdus? Quia dicit Apſs, In 2. Cor. 10 carne autem ambulantes non ſecundum carnem militamus: conuerſatio.n. noſtra in cœlis eſt. Habitat hic iuſtus in carne, ſed corde rū deo eſt. Et ipſe appellať mundus, ſi ſine cauſa audit, ſurſum cor: ſi aūt eſt cauſa quare audit, ſurſum cor habet Mortui Col. 3. enim eſtis dicit, & uita uīa abſcōdita eſt cū xpo in deo. Quorū aūt uita hic eſt: id eſt, quorum deſide- E riū & amor hic eſt, †hic conteritur, hic implicatur, †al. habet. bene dicūtur habitatores mūdi. Et bene dicuntur mundus illi q habitāt in mūdo, ſicut bene dicunť domus illi q inhabitāt domū. Mūdus ergo & mundus: mūdus p eū factus ē, & mundus eū nō cognouit. Ioan. 1. Ecce mundus factus eſt per dñm, ecce mundus qui non cognouit dñm. Lauda tu fabricā, & ama fabricatorem, & noli amare habitare in fabrica, ſed habita in fabricatore. Erue me à pſequentibus me.

Qm corroborati ſunt ſuper me.) Quis dixit corroborati ſunt ſuper me? Corpus xpi clamat, eccleſiæ uox eſt, membra xpi clamant. Multū creuit numerus peccatorum, Qm abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Erue me à pſequentibus me, qm corroborati ſunt ſuper me. Erue de carcere animam meam ut confiteatur nomini tuo.) Car- Mat. 24. cer iſte à prioribus uarie intellectus eſt, Et fortaſſe ipſe eſt carcer q & ſcribitur in titulo, ſpelūca. Titulus enim Pſalmi huius ita ſe habet, Intellectus ipſi Dauid, cū eſſet in ſpelūca, oratio.) Quę ſpelūca, ipſe & carcer. Duo qdam intelligenda propoſuimus, ſed unū cū intellexerimus, utrunq; erit. Merita carcerē faciunt. Nā in uno quodā habitaculo alteri do- 1. Reg. 22 mus eſt, alteri carcer eſt. Illi q cuſtodiunt hoies in- F cluſos, & ſi in domo ſua cuſtodiāt illi, p arctius cuſtodiuntur, in carcere ſunt: nunqd & illi in carcere dicēdi eſſe ſunt? Vnū habitaculū & illi eſt & illi. Alteri fecit domū libertas, alteri carcerē ſeruitus. Qui buſdā ergo uiſum eſt, q ſpelunca & carcer mūdus iſte ſit. Et hoc orat eccleſia, ut de carcere educatur: id eſt, de hoc mundo, de ſub ſole, ubi oia uanitas. Dicitur.n. oia uanitas & pſumptio ſpiritus in omni Eccle. 6 tempore † hois quo ipſe laborat ſub ſole. Ergo ex- †al. ope. tra iſtū mundū neſcio quā requiem pollicetur nobis deus quo futuri ſumus, fortè ideo de loco iſto clamamus, Educ de carcere aiam meā. Anima nīa Pſal. 141. p fidem & ſpem in xpo eſt, ſicut paulò antè iā dixi, Vita ueſtra abſcondita eſt cum xpo in deo: corpus Col. 3. aūt noſtrum in iſto carcere, in iſto mundo ſi diceret, Educ de carcere corpus meū, ſecuri acciperem⁹ carcerem mundum. Fortaſſe tñ pp aliqua quę nos tenent deſyderia terrena, contra q luctamur & dimicamus, qa uideo aliam legem in membris meis Roma 7.

G repugnantē legi mētis meæ, & recte dicimus, Educ
Roma. 7. de carcere aīam meā de hoc mūdo, id eſt, de labo-
ribus & ꝑſſuris huius ſeculi. Non. n. caro quā tu fe-
ciſti, ſed corruptela carnis & ꝑſſuræ & tentationes
carcer mihi ſunt. Aliqui aūt dixerunt carcerē iſtum
& ſpeluncā corpus hoc eſſe, ut hoc ſit, educ de car-
cere animā meā, [educ de corpore animā meā.] Sed
& iſte intellectus uacillat aliquantulum. Quid n.
magnum, educ de carcere animam meam, educ de
corpore animam meam? Latronum animæ & ſce-
leratorū nonne exeūt de corpore, & eunt in peiores
q̄ hic pertulerunt? Quid enim magnū petitur, educ
de carcere aīam meam, cum ſiue ſerò ſiue citò, ne-
ceſſe ſit hinc exire? Forte iuſt' dicit, iā moriar, educ
de carcere iſto corporis aīam meam, Si nimis feſti-
nat, non habet charitatē. Deſyderare qdem hoc de
Philip. 1. bet & concupiſcere ſicut Apl's ait, cōcupiſcentiam
habens diſſolui & eſſe cū xpo, multo. n. magis opti
mum. Sed ubi eſt charitas? Ergo ſeqtur, Manere in
carne, neceſſariū eſt propter uos. Si de corpore ergo
educat deus qn̄ uoluerit, poſſet dici & corpus no-
ſtrū carcer, non qa carcer eſt qd fecit deus, ſed quia
H pœnale & mortale. Duo. n. conſyderāda ſunt in no
ſtro corpore, figmentum dei & pœna meriti. Tota
iſta forma, ſtatus, inceſſus, mēbra ordinata, ſenſuū
diſpoſitiones, uidere, audire, olfacere, guſtare, con-
tingere, ois hæc cōpago & fabricæ diſtinctio, non
potuit fieri niſi à deo, q oia operatus eſt, cœleſtia,
terreſtria, ſūma & ima, uiſibilia & inuiſibilia. Quid
ergo ibi pœnale nr̄m? Quod corruptibilis caro, qd
fragilis, qd mortalis, quod indigēs, hoc nō erit in ꝑ
mio. Non. n. corpus nō erit, cū corpus reſurgat. Sed
1. Cor. 15 qd ibi non erit? Corruptio: corruptibile n. hoc in-
duet incorruptionē. Ergo ſi caro tibi carcer eſt, nō
corpus eſt carcer tuus, ſed corruptio corporis tui.
Corpus. n. tuū fecit deus bonum, qa bonus eſt: cor
ruptionē intulit iuſtus, qa iudex eſt. Illud habes de
beneficio, illud habes de ſupplicio: hoc ergo forte
dixit, Educ de carcere aīam meam, educ de corru-
ptione aīam meā. Si ſic intelligam', nō eſt blaſphe-
mia, intellectus cōſtat. Ad extremū frēs ſicut arbi-
tror hoc dixit, educ de carcere aīam meā, educ de
anguſtia. Gaudenti. n. homini & carcer latus eſt, &
triſti pratū anguſtū eſt. Ergo orat ſe educi ab an-
I guſtia. Quāuis n. in ſpe latitudinē habeat, in re tn̄
2. Cor. 2. pręſentia anguſtatur: attēde anguſtias Apl'i: Nō ha
bui requiem ſpiritui meo dixit, qa nō inueni Titum
2. Cor. 11 fratrē meū: alio loco, Quis infirmatur & ego nō in-
firmor? Quis ſcādalizatur & ego nō uror? Qui ergo
& infirmabatur & urebat, nōnne in pœnis & carce
re erat? Sed iſte pœnę ex charitate coronam partu-
1. Tim. 4. riūt: unde iterū dicit, Supeſt mihi corona iuſtitiæ,
quam reddet mihi dn̄s in illa die iuſtus iudex. Ad
hoc ualet, Educ de carcere animā meā, ut cōfitea-
tur nomini tuo. Iam educta de corruptione, qd ha
bet cōfiteri? Peccata non ibi ſunt, ſed laudes ſunt.
Duobus aūt modis cōfeſſio intelligit, & in pecca-
tis nr̄is, & in laude dei. In peccatis nr̄is nota eſt cō-
feſſio, & ita nota omni populo, ut qn̄ auditū fuerit
nomē confeſſionis in lectione, ſiue in laude dicat,
ſiue de peccatis dicat, currāt pugni ad pectus. Notū
eſt ergo nomē cōfeſſionis de peccato: Confeſſionē
in laude q̄ramus. Vbi inuenim'? Habetis in ſcriptu
Ecclesia- ris, Et hæc dicetis in cōfeſſione, Opera dn̄i uniuer-
stis. 19. ſa, quoniam bona ualde. Ergo hic cōfeſſio laudis

eſt: alio loco ipſe dn̄s dicit, Cōfiteor tibi pater dn̄e K
cœli & terræ. Quid confitebatur? Nunqd peccata? Mat. 11.
xp̄i ergo confiteri, erat laudare: & audi laudem pa-
tris, Quia abſcōdiſti hæc, inqt, à ſapientibus & pru
dētib', & reuelaſti ea paruulis. Quia ergo poſt iſtas
corruptiones anguſtas habitabimus in domo dei,
tota uita nr̄a non erit niſi laus dei. Iam ſæpe uobis
expoſitū eſt, qa recedēte neceſſitate oia negocia ne
ceſſitatis intercidūt, qm̄ non erit quid ibi agamus.
Nō dico die ac nocte ubi nox nō ē, ſed toto die cū
unus dies eſt, nō erit qd ibi agamus niſi laudemus
quē diligimus, qa tūc & uidebim'. Modo nō uiſum
deſyderamus & laudamus, tūc uiſum qd amamus,
quō laudabimus? Sine fine erit laus, quia ſine fine
amor. Quia ergo hoc ibi agemus, ideo educ de car
cere animā meā, ut cōfiteatur nomini tuo. Beati. n.
qui habitant in domo tua dn̄e, in ſecula ſeculorū Sup 83.
laudabunt te. Modo impedit carcer qa corpus qd Psal.
corrumpitur aggrauat animā. Nunc corpus aggra- Sap. 9.
uat animā; nam & tūc habebimus corpus, ſed cor-
pus qd nō corrumpitur. Ergo carcerē facit, nō cor
pus, ſed corruptio. Educ de carcere animā meā, ut
cōfiteatur nomini tuo. Iam uox q̄ ſequitur, ex capi L
te ſonat dn̄i noſtri Ieſu xp̄i. Et eſt talis ipſa, qualis
heſterna ultima. Heſterna. n. ultima, ſi meminiſtis
hæc fuit, Singularis ego ſum donec tranſeā. Et hic
quæ eſt ultima? Me ſuſtinebunt iuſti quoaduſq;
retribuas mihi.)

In Pſalmum centeſimum quadrageſimumſecundum
Enarratio.

E Pſalmo quē cantauimus, iam loquar qd
d dn̄s dederit charitati ueſtræ. Heſterno die
Pſalmus breuior tractabatur, ſed ſpatium
temporis dabat nobis copiā etiā de paucis multa
dicendi. Nunc qm̄ prolixior Pſalmus eſt, non debe
mus tm̄ in ſingulis uerſibus immorari, ne forte nō
concedat dn̄s facultatem, ut totum peragrare ua-
leamus. Titulus Pſalmi eſt, Ipſi Dauid, qn̄ eum fi-
lius ſuus ꝑſequebatur.) In Regnoꝝ libris nouimus 2. Reg. 15
hoc factū eſſe, extitiſſe inimicū Abſalon patri ſuo,
geſſiſſe cōtra illū non ſolū ciuile, uerumetiam do-
meſticū bellum: illum aūt non deiectū inique ſed
humiliatum, pie accepiſſe à dn̄o diſciplinam: ſuſti-
nuiſſe medicinam, non retribuentē iniquitati ini-
quitatem, ſed paratū cor habuiſſe ad ſequendā dn̄i M
uoluntatē. Ille Dauid ita laudabilis, ſed alius Da-
uid uere manu fortis, qd interpretatur Dauid, dn̄s
noſter Ieſus xp̄s agnoſcendus eſt nobis. Præterita
enim illa facta figuræ fuerant futuroꝝ: nec diu cō-
mendandum eſt quod ſæpe audiſtis, quod optime
retinetis. Quæramus ergo in hoc Pſalmo dn̄m &
ſaluatorem noſtrum Ieſum xp̄m, prænunciantē ſe
per hanc prophetiā, & qd futurum eſſet in hoc tem
pore, ꝑ ea quæ pridē facta ſunt ꝓdicantem. Ipſe. n.
ſe in Prophetis prædicabat, qm̄ ipſe eſt uerbū dei,
nec illi tale aliqd dicebāt, niſi pleni uerbo dei. An-
nunciabant ergo xp̄m pleni xpo, & illi eum uentu
rum ꝓcedebant, quos præcedentes non deſerebat.
Agnoſcamus ergo quemadmodum & xp̄m pſeque
batur filius ſuus: habebat. n. filios, de quibus dice-
bat, Non ieiunabunt filij ſponſi quādiu cū eis eſt Mat. 9
ſponſus, cū aūt ab eis ablatus fuerit ſpōſus, tūc ie-
iunabunt filij ſponſi. Ergo filij ſponſi, Apl'i, & inter
hos pſecutor Iudas diabolus. Paſſionē itaq; ſuam Ioan 6.
in hoc Pſalmo ꝓdicaturus eſt Chriſtus, audiamus.

A Rursus aũt ad hoc intentam facimus charitatẽ ue-
stram, non docendo qd ignoratis, sed admonẽdo
quod nostis, dñm & saluatorẽ nostrũ Iesum Chri-
1.Tim.2. stum caput esse corporis sui, illũ unum esse media-
torẽ dei & hoium, hominem Iesum, natũ ex uirgi-
Apoc.12 ne, tanquã in solitudine, sicut in Apocalypsi audi-
uimus. Per solitudinẽ qppe arbitror q solus ita na
tus est. Hunc.n. illa mulier pepit recturum pplm in
uirga ferrea. Hęc aũt mulier, antiqua ẽ ciuitas dei,
Psal.86 de qua in psalmo dr̃, Gloriosa dicta sunt de te ciui
Gene.4 tas dei. Hæc ciuitas initium hẽt ab ipso Abel, sicut
mala ciuitas à Cain. Antiqua ergo ista ciuitas dei
semp tolerans terrã, sperans cœlũ, q̃ ẽt Hierusalem
uocatur & Sion: Vnq de nato quodã in Sion, & cõ
Psal.86 ditore ipsius Siõ, Psalmus qdam dicit, Mater Siõ di
cet homo. Quis homo? Et homo factus est in ea, &
ipse fundauit eã altissimus. Deniq ipse in Siõ fact⁹
est hõ, sed humilis factus est homo, & idẽ ipse altis
simus fundauit eã ciuitatẽ, in qua factus est hõ. Ita
Apoc.12 que & illa mulier sole cooperiebat, sole ipso iustitiæ
Sap.5 quẽ non cognoscunt impij, q dicturi sunt in fine,
Ergo errauimus à uia ueri[illegible]s, & iustitiæ lumẽ nõ
B luxit nobis, & sol nõ or[illegible] est nobis. Est ergo qdã
Matt.5. sol iustitię, q non oritur impijs. Cæterũ istum solẽ
Apo.12 facit oriri sup bonos & malos. Ergo & amicta erat
sole, & gestabat uisceribus masculũ paritura, idem
ipse erat condens Siõ, & nascẽs in Sion: Et illa mu-
lier ciuitas dei, eius luce ptegebatur, cui⁹ carne gra-
uidabatur. Merito & lunã sub pedib⁹ habebat, qa
mortalitatẽ crescentis & decrescẽtis carnis uirtute
calcabat. Ergo ipse dñs Iesus xp̃s caput & corpus:
Voluit n. ẽt loqui in nobis: qui dignatus est mori
pro nobis, mẽbra sua nos fecit. Aliqñ itaq ex perso
na membrorũ suorum loquitur, aliqñ ex psona sua
tanquam capitis nostri. Habet aliquid ille quod di
cat sine nobis, nos uero sine illo nihil possumus di
Colo.1. cere: Apostolus dicit, Vt suppleam q̃ desunt pressu-
rarum xp̃i, in carne mea. Vt suppleam, inqt, quę de-
sunt pressurarum, non mearũ, sed xp̃i, in carne, non
iam xp̃i sed mea. Patitur, inqt, adhuc Christus pres-
suraram, non in carne sua, in qua ascẽdit in cœlũ,
sed in carne mea q̃ adhuc laborat in terra. xp̃s, in-
Gala.2. quit, pressuram patitur in carne mea. Viuo.n. non
C iam ego, uiuit uero in me xp̃s. Nisi.n. Christus & in
membris suis, hoc est, fidelibus suis pressuram ipse
pateretur, Saulus in terra xp̃m in cœlo sedentẽ nõ
persequeretur: deniq aperte hoc exponens quodã
Roma.12 loco, Sicut.n. corpus unum est, inquit, & membra
multa habet, omnia autem membra corporis cum
sint multa, unum est corpus, ita & xp̃s. Non ait, ita
& xp̃s & corpus, sed corpus unum membra multa,
ita & Christus. Totum ergo xp̃s. Et quia totũ xp̃s,
Acto.9. ideo caput de cœlo, Saule, inquit, Saule, qd me per-
sequeris? Tenete hoc, & fixum omnino commẽda
te memoriæ, tanquam filij ecclesiasticę eruditionis
& fidei catholicæ, ut agnoscatis xp̃m caput & cor-
pus, eundemq xp̃m uerbum dei unigenitum ęqua
lem patri, & inde uideatis quanta gratia ptingatis
ad deũ, ut ipse uoluerit esse nobiscũ unus q est cũ
patre unus. Quõ cum patre unus? Ego & pater unũ
Qui sunt cœli inclinati? Apostoli humilitati. Isti.n. K cœli enarrant gloriã dei. Et de his cœlis enarrãtib⁹ Psal. 18. gloriam dei mox dicit, Non sunt loquelę neque sermones quorum non audiant uoces eorum, In omnē terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eos. Cum.n. isti cœli emitterent uoces suas per oēs terras, & facerent mirabilia, coruscante de illis & intonãte dño miraculis & præceptis, patati sunt dij dicendisse de cœlo ad homines. Nã quidã ex gentib⁹ hoc putantes, eis etiã sacrificare uoluerunt. Tunc illi uidentes sibi deferri indebitum honorē, expauescentes & detestantes, & eos q sic errabãt corrigētes, ut ostēderēt eis motũ animi sui, cōsciderūt uestimēta sua & dixerūt, Quid hoc facitis? Acto. 14. Homines & nos sum⁹, passibiles sicut & uos Et cœperūt sub his uerbis cōmendare excellentiã domini nostri Iesu Christi, humiliantes se, ut cōmēdaretur deus, qa inclinati erant cœli, ut descēderet de⁹. Inclina ergo cęlos tuos & descende. Factũ est. Tãge montes & fumigabũt.) Mōtes supbos, elationes terrenas, tumidas grãditates, Tãge, inqt, tãge istos montes. De grã tua da istis montib⁹ & fumigabũt, quia fatebuntur peccata sua, Fumus cōfitentiũ pec L catorũ, extorquebit & lachrymas humiliatos supbos. Tange montes, & fumigabunt. Quãdiu nō tacti, magni sibi uidētur. Dicturi sunt tu magnus es dñe, dicturi sunt & montes, Tu solus altissim⁹ sup Psal. 82. omnē terrã. Sed sunt quidã cōspirãtes, conueniē- Psal. 2. tes in unum aduersus dominũ & aduersus Chri- Acto. 4. stum eius, Cōuenerūt, cōspirauerunt. Corusca coruscationes, & disperges eos.) Crebresce miraculis tuis, & soluet conspiratio eos. Corusca coruscationes & dispges eos. Iam miraculis territi, non audebūt aliqd cōtra te, & in ipsis miraculis expauescentes hęsitabũt Quis est iste q tãta pōt? Quis est iste q sic exaltat? cuius nomē tantũ ualet? Cum dicũt, quis est iste? credituri sunt, corruscati miraculis, & dispisisti malã cōsensionem eorũ. Emitte sagittas tuas & cōturbabis eos) Sagittę potētis acutę, præcepta tua, dicta tua feriant cor eorũ. Emitte sagittas tuas & cōturbabis eos. Vulnerent male sani, ut sanent bene uulnerati. Et dicant iã in Eccłia, & in corpore Chri constituti dicant cũ Eccłia, Qm uulnerata charitate ego sum. Emitte sagittas tuas & cō 1. Thes. 4. turbabis eos Emitte manum tuã ex alto. Quid po M stea? Quid in fine? Qũo, iquit, corpus: Chri cœlesti adiutorio? † Veniet.n. ipse dñs in uoce archãgeli, & in tuba dei descendet de cœlo, ipse saluator corporis, manus dei. Emitte manũ tuã ex alto. Et exime me, & erue me de aqs multis. (Quid est, de aqs multis? De populis multis. Quib⁹ populis? Alienigenis, infidelibus, siue foris oppugnãtib⁹, siue intus insidiãtib⁹ Exime me de aqs multis. In qbus me exercebas, in qbus me ad exuēdũ à sordib⁹ uoluebas. Hęc est illa aqua cōtradictionis. Exime me, inqt, & de aquis multis. Audiamus iã de istis aqs multis à qbus eruet de⁹ corpus Christi sui, à qb⁹ eruet deus humilitatē Dauid. Quid est, de aquis multis? Quid dixisti, ne aquæ aliter intelligantur? Quid dixisti aqs multas? Quid dixi, audi. De manu filios alienos. Audite fratres inter quos uiuamus, à qb⁹ erui desyderemus. Quorum os locutum est uanitatem.) Hodie uos oēs si nō ad hęc diuina spectacula uerbi dei congregati essetis, & eis hac ora ꝓmixti uiueretis, quãtas uanitates audiretis? Quorũ os lo-

† al. Quomodo nisi corpus Christi? cœlesti adiutorio. al. Quo hic ubi corpus Christi in diget cœlesti adiutorio?

A cutum est uanitatẽ. Qñ denique loquentes illi ua-
1.Reg.17. nitatem, audirent uos loqui ueritatem? Quorũ os
locutum est uanitatem. Et dextera eorũ dextera
iniquitatis.) Quid tu inter eos cũ uase pastorali ha
bente quinque lapides? Dic mihi aliter, eandẽ legẽ
quã significasti quinq; lapidib⁹, significa & aliter.

Deus canticũ nouum cãtabo tibi.) Canticũ no
uum gratia est, canticũ nouũ hominis noui est: cã
ticum nouũ testamẽti noui est. Cãtabo inqt, canti
cũ nouum. Sed ne putes gratiam à lege discedere,
cum in Psalmis magis per gratiam lex impleatur.

In Psalterio decẽ chordarum psallã tibi.) In Psal
terio decem chordarũ, in lege decem præceptorũ.
Ibi tibi psallam ibi tibi gaudeã, ibi tibi cantẽ can-
ticũ nouũ, quia plenitudo legis charitas est. Cæ-
Rom.13. terum qui non habent charitatẽ, portare psalteriũ
possunt, cantare nõ possunt. Ego itaque, inqt, iter
aquas cõtradictionis cãtabo tibi canticũ nouum,
& nũquã strepitu suo faciẽt aquæ cõtradictionis,
ut obmutescat psalteriũ meum. In psalterio decem
chordarũ psallã tibi) Qui dat salutem regibus.)
Iam fumantibus mõtibus. Qui redemit Dauid ser
B uũ suum.) Agnoscis Dauid, estote Dauid. Vnde re-
demit Dauid seruũ suum? Vnde redemit Christũ?
Vnde redemit corp⁹ Christi? De gladio maligno
erue me.) De gladio nõ sufficit, addit maligno. Pro
culdubio est gladius benignus. Quis est gladi⁹ be-
Mat.10. nignus? De quo dñs dicit, Non ueni pacem mittere
in terram, sed gladiũ. Separaturus.n. erat fideles ab
infidelibus, filios à parentibus, & cæteras necessi-
tudines directurus, gladio putredinem abscinden-
ti, membra autẽ Christi sanãti. Est ergo benignus
gladius bis acutus, utroque acumine prępotẽs, ue
teris & noui testamẽti narratione prętéritorũ & ꝓ
missione futurorũ. Est ergo iste gladius benign⁹: il
le autẽ malignus est, quo illi loquuntur uanitatẽ,
quia benignus est quo deus loqtur ueritatẽ. Ergo
Psal.56. à gladio maligno erue me. Filij quippe hominũ dẽ
tes eorũ arma & sagittę, & lingua eoꝝ gladius acu
t⁹. Ab hoc gladio maligno erue me. Quẽ dixit mo
do gladiũ, ipsas superius dixit aquas multas. Erue
me de aquis multis. Quas dixit aqs multas, ipsum
dico gladiũ malignũ. Denique de aqs multis cũ di
xisset, secutus est, de manu filiorũ alienorum, quo
C rum os locutũ est uanitatẽ. Et ut noueris ipsos di-
ci, cũ & hic dixisset, de gladio maligno erue me, se-
cutus est, Et exime me de manu filiorũ alienorũ,
quorũ os locutũ est uanitatẽ.) Similiter sicut ibi,
& quod sequitur, Dextera eorũ dextera iniquita-
tis.) Hoc & supra posuerat, qñ eos dixerat aquas
multas. Tu.n. ne aquas multas bonas putares, ex-
posuit eas, in gladio maligno Nunc ergo exponat
qđ dixit, Quoꝝ os locutũ est uanitatẽ, & dextera
eorũ dextera iniquitatis. Quorũ uel quam uanita-
tem locutum est os eorũ? Et quomodo dextera eo
rum dextera iniquitatis? Quorum filij ipsorũ ue-
lut nouellę constabilitę in iuuentute sua) Felicita
tem ipsorũ uult enumerare. Attẽdite filij lucis, filij
pacis, attendite filij Ecclię, membra Christi, attẽdi
te quos dicat alienigenas, quos dicat filios alienos,
quos dicat aqs contradictionis, quos dicat gladiũ
malignũ. Attendite obsecro, quia inter istos pericli
tamini, inter horũ lignas aduersus carnis uestrę de
syderia dimicatis. Inter horũ linguas positas i ma-
nu diaboli, de qb⁹ pugnat, colluctationẽ habetis,
non aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus prin D
cipes & potestates & rectores mundi tenebraꝝ ha Ephe.6.
rũ, hoc est, iniquorũ. Attendite ut discernatis uos,
attendite ne putetis ueram fœlicitatem esse, quã si
bi optãt hoies aut infirmi aut maligni. Ecce fratres
certe filios alienos dixit, certe aqs multas, certe gla
diũ malignũ. Videte uanitatem quam loquuntur,
& cauete ne talia loqmini, cauete ne talia loquẽtes
imitemini quorũ os locutũ est uanitatem, & dexte
ra eorum dextera iniquitatis. Quam uanitatem lo
cutum est os eorum, & quæ dextera eoꝝ iniqtatis
est dextera? Audi, Quorũ filij ipsorum uelut nouel
læ, constabilitæ à iuuẽtute sua. Filię eorũ compo
sitę, & ornatę sicut similitudo templi Cellaria eoꝝ
plena, eructantia ex hoc in hoc. Oues eorũ fœcun
dę, multiplicãtes in egressib⁹ suis, boues eorũ cras
si. Nõ est ruina sepis nec exitus, nec clamor i plateis
eorũ.) Ergo nõ est ista fœlicitas? Interrogo filios re
gni cœlorũ, interrogo progeniẽ resurrectionis in
æternũ, interrogo corpus Christi, mẽbra Christi,
templũ dei. Ergo nõ est fœlicitas habere filios in
columes, filias ornatas, plena cellaria, abundantiã E
pecorũ, nullã ruinam, non dico parietis, sed nec se-
pis, nullum tumulũ & clamorem i plateis, sed quie
tem, pacẽ, abondantiã, copiam rerum in domibus,
in ciuitatibus? Ergo nõ est ista fœlicitas? Aut debẽt
eã iusti defugere? Aut nõ inuenis domum iusti abũ
dãtem rebus his omnibus plenam ista fœlicitate?
Non erat domus Abrahę abundans auro argẽto, fi Gene.12.
lijs familia, pecorib⁹? Nonne Iacob sanctus patriar & 13.
cha fugiens à facie Esau fratris sui in Mesõpotamia Gene.32.
seruiẽs, ditatus egressus est, & egit gratias dño deo
suo, qa in uirga sua transiit fluuium, & regressus est
cum tanta abũdantia pecorum atque filioꝝ? Quid
dicimus? Nõ est ista fœlicitas? Sit licet, sed sinistra.
Quid est sinistra? Tẽporalis, mortalis, corporalis.
Nolo illam iam diffugias, sed neque dexterã putes.
Non.n. isti ideo maligni, ideo uani, quia his abun-
dabant, sed qa id quod sinistrũ esse debuit, in dex
tera ponebant Ideo & dextera eorum, dextera iniq
tatis, ideo os eoꝝ locutum est uanitatem, quia hoc
in dextera posuerunt, qđ in sinistra habere debue
rũt. Quid.n. in dextera ponere debuerũt? Deũ, æter
nitatẽ, annos dei non deficientes, de quibus dicit,
Et anni tui nõ deficient. Ibi dextera, ibi esse debet Psal.101.
desyderiũ nostrũ. Sinistra utamur ad temp⁹, dexte
ram desyderemus in ęternũ Diuitiæ si affluant, ne Psal.61.
apponatis cor. Si.n. diuitijs fluẽtib⁹ cor apposueri- F
tis, quod sinistrũ est dextrũ facietis. Corrigite uos,
agnoscite sapientiam amplectentẽ uos: cui dictum
est, Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius cõ- Canti.2.
plectet me: Videte amatoria sancta cantica uidete
Cãtica canticorũ nuptiarũ cœlestiũ Christi & Ec-
clesię. Quid dicit spõsa de sponso? Sinistra eius sub
capite meo, & dextera ei⁹ amplectetur me. Sinistra
sub capite, dextera sup caput. Amplectẽtis.n. desup
brachium super caput, sinistra autẽ subter caput.
Sinistra, inqt, eius sub capite meo. Nõ.n me deseret,
& in tẽporalibus necessariis & desideriis: sed tamẽ
ipsa sinistra sub capite erit. Nõ capiti prępone[t], sed
sub capite erit, ut dextera ei⁹ cõplectat me pollicẽs
uitam ęternam Ita.n. sinistra sub capite, si dextera
sup caput, impleturq; quod ad Timotheũ scriptũ 1.Thi.4.
ẽ, Promissionẽ habẽs uitę pręsentis & futurę. Pro-
missionẽ, inqt, habẽs uitę pręsentis & futurę. Quid

G in præsenti? Sinistra sub capite. Quid i futuro? Dex
tera eius cōplectetur me. Tépori necessaria quæri-
Matth. 6. tis? Quærite primū regnū dei, id est, dexterā, & hęc
oia apponētur nobis. Habebitis hic, inquit, & diui
tias, & gloriā, & in futuro seculo uitā ęternā, & in si
nistra continebo infirmitaté uestrā, & dextera co-
ronabo perfectioné uestrā. An forte Apostoli relin
Matt. 19. quétes omnia sua, aut pauperib⁹ quod habebāt di
stribuentes, sine diuitiis in hoc seculo remanserūt?
Et ubi est illa ꝓmissio sinistrę; Accipiens in hoc se
culo septies tantū? Multiplicationé ꝓmisit. Et reue
Hieronymus in ꝓlogo bibliorum. ra quid desit hoi dei? Si quis forte infidelis est, unā
domū aut paucas habet; fidelis hominis tot⁹ mun
dus plenus diuitiarū est. Vide sinistrā eius plenam
sub capite: accipiet in hoc seculo septies tantū. Vi-
ca. 8. de dexterā complectentem, & in futuro seculo uitā
æternā. Merito & alio loco de ipsa sapiētia dicitur,
Prouer. 3. in dextera eius anni uitæ, & in sinistra eius diuitiæ
& honor. Vnde ergo isti uaniloq? Quare uanitaté
locutū est os eorū? Quia dextera eorū dextera ini-
quitatis. Non ergo eos arguo, qa filij eorū uelut no-
uellæ cōstabilitę a iuuentute sua, nec qa filię eorū
H ornatę sicut similitudo tépli, nec quia cętera abū-
dantia & pax terrena aderat eis. Sed quare arguo?
Beatū dixerunt populū cui hęc sunt.) O loquē-
tes homines uanitaté, Beatum dixerūt populū cui
hęc sunt. Perdiderunt ueram dexteram maligni, ꝑ-
uersi, beneficia dei uniuersi se uestierūt. O maligni,
ô uaniloqui, ô filij alieni, beatū dixerunt ppl'm cui
hęc sunt. Quod ad sinistrā erat, ad dexteram posue
runt. Beatū dixerunt populū cui hęc sunt. Quid tu
Dauid? Quid tu corpus Christi? Quid uos mébra
Christi? Quid uos non filij alieni, sed dei? Quoniā
uaniloquis filij alieni, beatum dixerunt populū cui
hæc sunt. Vos quid dicitis? Beatus populus cui⁹
dominus deus ipsius.) Habete ergo sinistram, sed
in sinistra desyderate dexteram, ut ponamini ad
Matt. 25. dexteram. Ad sinistram enim habuerunt Christū,
apud quos esūriuit, & dederunt ei manducare: siti
uit, potum dederunt: hospes fuit, suscepérūt: nud⁹
fuit, uestierunt. Hoc totū de sinistra abstulerūt, &
ad dexterę opera transtulerunt, ut ad dexteram po
nerentur. Dixerunt ergo uaniloq filij alieni, beatū
populum cui hęc sunt, uos dicite nobiscum, Bea-
I tus populus cuius dominus deus ipsius.

In psalmum centesimum quadragesimum quartum Præfatio.

Audare uobiscum dñm desyderauimus
& quoniā hoc concedere dignatus est, ut
laus quam illi dicimus habeat ordiné suū;
ne forte aliquo excessu qué laudat offendat, meli⁹
iter laudis in scriptura dei quęrimus, & ab ipsa uia,
nec in dexterā nec i sinistram digrediamur. Audeo
enim dicere charitati uestrę, ut bene ab hoie laude
tur de⁹ quia laudauit ipse deus. Et qa dignatus est
laudare se ideo inuenit hō quēadmodū laudet eū.
Neque. n. hoc potest dici deo quod dictū est homi
ni, Nō te laudet os tuū. Vt. n. se hō laudet, arrogan-
Prou. 27. tia est: ut deus se laudet, misericordia est. Prodest
amare quē laudamus: bonū amādo nos meliores
efficimur. Itaq qm̄ hoc nobis ꝓdesse nouit, ut ame
mus eū, laudando se amabilé se facit: etenim in eo
nobis cōsulit, quia se amabilem facit: Exhortatur
ergo cor nostrū i laude suā, & in spiritu suo ipleuit
seruos suos, ut laudarent eū. Et qm̄ spiritus eius in
seruis suis laudat eū, qd aliud quàm ipse se laudat? K

Expositio Psalmi.

Xaltabo te deus me⁹ rex me⁹, & bñdicā no- Aleph.
E men tuū in seculū, & in seculū seculi.) Vi- א
detis inchoatā esse laudé dei, & usq in finé
Psalmi laus ipsa perduci. Denique titulus Psalmi est,
Laus ipsi Dauid.) Et quoniā dictus est Dauid q Roma. 1.
uenit ad nos ex semine Dauid: ipse auté rex noster
est, regens nos, & introducens nos in regnū suū: in
telligitur laus ipsi Dauid, laus ipsi Chro. Christus
auté secundū carné Dauid, qa filius Dauid: secun-
dum diuinitaté auté creator Dauid, & dñs Dauid.
Denique & Apostolus cū honoraret primum popu-
lum dei, unde & Apostoli ipsi crediderunt, & mul
tæ Ecclīæ primæ factæ sunt facientes in multis ho
minū milibus qd modo ex Euangelio diues unus
audiuit, & tristis abscessit: id est, uendétes oia quæ
habebāt, & distribuētes paupibus & ꝑfectioné in
dño requirentes: cum ergo laudaret ipsum popu- Matt. 19.
lum primum, sic ait, Quorū patres & ex qbus Chri Roma. 9.
stus secundum carnem, qui est super oia deus bene
dictus in secula. Quia itaq ex ipsis Christus secun
dū carné, ideo Dauid. Quia uero ipse est super oia L
deus benedictus i secula: ideo, exaltabo te dñe de⁹
me⁹ rex meus, & benedicā, inquit, nomé tuū i secu
lum & in seculū seculi. Forte in seculū, hic: in secu-
lum auté seculi, in æternum. Modo ergo incipe lau
dare, sed in æternū laudaturus es. Qui laudare nō
uult in trāsitu huius scli, obmutescet cū uenerit se
culū scli. Proinde sequētibus uersib⁹ propè hoc di
xit, Ne quis etiam aliter itelligeret qd ait, Laudabo
nomé tuum in seculum: & quæreret aliud seculum
qn̄ laudaret. Per singulos, inquit, dies benedicam Beth.
te.) Lauda ergo & benedic dominum deum tuum ב
per singulos dies, ut cū finiti fuerit singuli dies, &
uenerit sine fine unus dies, eas ex laudib⁹ i laudé,
sicut ex uirtutibus i uirtutem. Per singulos, inquit,
dies benedicā te: & nō trāseat dies quo te nō bene
dicā. Nec mirū est, si læto die tuo, benedicis deum
tuū. Quid si forte illuxerit aliquis tristis dies, sicut
se habent humanę res, sicut est abūdantia scādalo
rū, sicut est multiplicatio tentationū? Quid ergo si
aliquid accidat triste hoi, desines laudare deū? de-
sines benedicere creatoré tuū? Si desinis, mentitus M
es dicendo, Per singulos dies benedicā te domine.
Si auté non desinis, & si tibi uidetur i die tristi ma
le, erit tibi in deo tuo bene. Est. n. & quando male,
est tibi, ubi bene tibi sit. Si. n. in aliquo malo male
est tibi proculdubio in aliquo bono bene tibi erit.
Et quid tā bonum quàm deus tuus: de quo dictū
est, Nemo bonus nisi unus deus? Nā quā sit secura Matt. 19.
ista laudatio, & quàm sit securū hoc bene, itellige
de ipso bono. Nā si gaudes de bono qd tibi accidit
ꝑ dié, fortasse transiit alio die bonū hoc unde gau
des. Bene fuit mihi, bonū diem duxi, qa forte lucra
uenerūt, aut iuitatus es, aut i epulis diu fuisti. Gau
des, qa in epulis diu fuisti: alter te dolet, qa nō eru-
buisti. Verūtamē de quocunq tali bono gaudeas,
certe transitorium est. Si auté gaudeas in dño deo Psal. 36.
tuo, audies dicenté scripturā, Delectare in dño. Tā
to firmius gaudebis, quanto est ille certior in quo
gaudebis. Si. n. gaudes de nummo, times furé. Si au
tem gaudes de deo, qd times? Ne tibi quisquā aufe-
rat deū? Deum nemo tibi auferet, si tu eum non di
miseris. Nō. n. sic est de⁹, quomodo lux ista de cœ-

A lo fulgens. Non quãdo uolumus ad eã accedimus, nõ in omni loco lucet. Per infirmitatẽ nostrã forte fit, ut hyeme nos delectet esse in ipsa luce. Nunc autẽ per æstatẽ uidetis, quia magis eũ locũ quæsiuimus, ut in ipsa luce nõ staremus. In deo autem tuo quando stas, & in lumine eius ueritatis delectaris, nõ pæris locũ quò ad eũ accedas, sed cõsciẽtia accedit, & cõsciẽtia recedit. Quod dictũ est, accedite
Psal. 33. ad eũ, & illuminamini: animo dictũ est, non uehiculo, Affectibus dictum est, non pedibus. Et cũ in eo stabis, æstus non patieris: Spiritus enim sperabit tibi, & sub alis eius sperabis. Vides enim habere te quo delecteris p singulos dies. Nõ enim te dimittet deus tuus, etiã si aliqd triste acciderit. Quàm.n. triste erat quod sancto uiro Iob acciderat, quam repente, quàm multa mala, queadmodum omnia de qbus gaudere putabatur, nõ de quibus gaudebat, diabolo tẽtãte subtracta sunt, queadmodũ & filij mortui sunt? Perijt qd' seruabatur, perierũt quibus seruabatur, nec tñ perijt qui & illud & illos dedit. Quin & ipsi filij præsenti seculo perierunt, agnoscedi & recipiẽdi in futuro. Ille tamẽ uir habẽs aliud
B unde gauderet, in quo uerũ erat quod modo cõmemorauimus, Per singulos dies benedicã te: nimqd qa ille dies quo totũ perierat tristis illuxit, ideo lux
Iob. 1. interior in corde defecit? Stetit qppe in illa luce, & ait, Dñs dedit, dñs abstulit, sicut dño placuit, ita factũ est, sit nomen dñi benedictũ. Ergo per singulos dies laudauit. qui etiã in die tã tristi laudauit. Breue mag sterium est, ut semper laudes deũ, uerò
Psal. 33. que corde nõ falso dicas, Benedicam dñm in omni tpe, semper laus eius in ore meo. Breue mysterium
† alias, magisterium. † est, scilicet ut noueris eũ misericorditer dare cum dat, misericorditer auferre cũ tollit, nec te credas à misericordia eius derelinqui, qui tibi aut blandit dando ne deficias, aut corripit exultantem ne pereas. Siue ergo in eius donis, siue in eius flagellis, lauda eũ. Laus flagellantis, medicina est uulneris. Per singulos, inquit, dies benedicã te. Prorsus p singulos dies fratres bñdicite: omnino quicqd acciderit, bñdicite deũ. Etenim ne accidat aliqd qd' ferre nõ potestis, ipse facit. Ideo cũ timore debes esse, qñ tibi bene est, neque te ad hoc parare quasi nũquã tẽteris. Si enim nunquã tẽtaris, nunquã probaris.
C Nonne melius est tentari & probari, quã nõ tẽtatũ
Gimel. reprobari? Et laudabo nomẽ tuum in seculum, & in seculum seculi. Magnus dñs & laudabilis ualde) Quantum dicturus erat? Quæ uerba quæsiturus? Quãtã cõceptionẽ cõclusit in uno ualde? Cogita quãtum uis. Qñ autẽ potest cogitari qui capi non potest? Laudabilis est ualde: Et magnitudinis eius non est finis.) Ideo dixit ualde, qa magnitudinis eius non est finis: ne forte incipias uelle laudare, & putes ne laudando posse finire, cuius magnitudo finẽ nõ potest habere. Noli ergo te putare eũ, cuius magnitudinis finis nõ est, sufficiẽter posse laudare. Nonne ergo melius est, ut quo ipse nõ finit, nec lau' ipsius finiat? Illius magnitudine sine fine est, & tua laudatio sine fine sit. De magnitudine eius qd dictũ est? Magnitudinis ei' nõ est finis. De tua laude qd? Laudabo nomẽ tuũ in seculũ, & in seculũ sẽcli. Ergo sicut ei' magnitudinis nõ est finis, sic tuę laudis nõ erit finis. Nõ enim cũ mortuus fueris in hac carne, desines laudare dñm. Dictum est quidem.
Psal. 113. Non mortui laudabunt te dñe: sed ille de quibus dicitur, A mortuo uelut q nõ sit, perit confessio: nõ D
illi de qbus dixit, Qui credit in me licet moriatur Ecclesiastici. 17.
uiuet: qa deus Abrahã & deus Isaac & deus Iacob,
nõ est deus mortuor, sed uiuor. Si enim nunquã Ioan. 11.
nisi ipsius eris, nunquã à laude ipsius tacebis. Timere poteris ne dum hic uiuis, ipsius sis: & cum mortuus fueris, nõ ipsius sis. Audi Aplm, pmittẽtẽ tibi securitatẽ, Siue uiuimus dño uiuimus siue morimur dño morimur. Siue ergo uiuimus siue morimur, dñi sumus. Et unde factum est, ut eius sis & mortuus? Quia precio sui sanguinis te redemit, & mortuus. Quo pdit seruum mortuum, cuius mors est precium tuum? Ideo cum dixisset, Siue uiuimus
siue morimur dñi sumus, ut ostenderet suum pre- Rom. 14.
cium: Ad hoc enim, inqt, Christus[mortuus] est, ut & uiuor & mortuor dñetur. Verũtamẽ qa magnitudinis eius non est finis, & eum quẽ nõ capimus laudare debem'? Si.n. capimus, magnitudinis eius est finis: si aũt magnitudinis eius nõ est finis, capere eũ nõ possumus. deũ tñ totũ cadere nõ possumus: tãquã deficientes in eius magnitudine, ut reficiamur eius bonitate, ad opera respiciamus, & de
opibus laudemus opantẽ, de cõditis cõditorẽ, de E
creatura creatorẽ. Videamus q hic fecerit, quę nobis nota sunt, q nobis manifesta sunt. Illius enim immensa bonitas & interminabilis magnitudo, quanta alia fecit quæ nos nõ nouimus? Qñquidẽ aciem oculor nostrorũ usq ad cœlũ extendimus, & a sole & a luna & a stellis rursus reuocamus ad terrã. Et hoc totum spatium est ubi uagatur acies nostra. Vltra cœlos quis extendat uel aciem mẽtis, nõ dicã carnis? Ergo quãtũ nota sunt nobis opera eius, laudemus eũ p opa eius. Inuisibilia enim eius à constitutione mundi opa, p ea quę facta sunt in-
tellecta cõspiciuntur. Generatio & generatio lau- Rom. 1.
dabit opa tua.) Omnis generatio & generatio lau- Daleth.
dabit opera tua. Forte enim omnis generatio dicta est. generatio & generatio. Nõ enim tãdiu dicturus erat generatio & generatio, quãdiu finiret numerũ omniũ generationũ, sed repetitio loquẽtis, in infinitum misit animũ cogitantis. Ecce ista generatio quæ nũc in carne est trãsitura hinc, sicut uenit, laudat opa dei, & illa quæ succedit & credit, laudabit utiq opa dei, & post illã erit alia, & usq in finẽ secu-
li quàmultę generationes. Hoc significans ait, gene- F
ratio & generatio laudabit opa tua. An forte duas quasdã generationes isinuare uoluit ista repetitio-
ne: Sumus enim in ista generatione filij dei †, eri- † fidei.
mus in alia gñatione filij resurrectionis. Appellauit scriptura, filios resurrectionis, ipsam resurrectionẽ
regnationẽ uocauit, In regnatione inqt, cũ uenerit Matth. 19
& sederit fili' hominis in maiestate sua. Iẽ in alio & 22.
loco, Nõ enim nubẽt neq uxores ducẽt, cũ sint filij resurrectionis. Ergo generatio & generatio laudabit opa tua. Laudamus nũc opa dñi, cum in hac mortalitate uiuimus. Et si laudam' cõpediti, qũo laudabimus coronati? Ergo hæc nunc attẽdamus in hac generatione opa dñi, in cuius laude dicitur, Generatio & generatio laudabit opa tua, qm magnitudinis tuæ non est finis. Opera tua intueri licet ut tu lauderis qui talia operaris. Et uirtutem tuã annunciabunt) Neque enim opera tua laudabunt, nisi ut uirtutẽ tuam annuncient. Proponuntur laudes pueris in schola, & oia talia proponunt quæ laudetur, quorũ deus est operator. Proponi-

G tur homini laus solis, laus coeli, laus terrae, ut ad mi
nora ueniã, etiã laus rosae, laus lauri. Oia ista opera
dei sunt. Proponunt, suscipiunt, laudant, opera cele
brant, de operatore tacetur: ergo in operibus uolo
laudare creatorẽ, ingratũ nõ amo laudatorẽ. Lau-
das quicquid fecit, taces de illo q fecit? Quasi uero
nisi ille tantus esset, inuenires quod laudares? In eo
qd' uides, quid ibi laudatur? Species, utilitas, aliqua
uirtus, aliqua potentia rerũ istarum? Si pulchritudo
te delectat, qd pulchrius faciente? Si utilitas lauda-
tur, qd illo utilius q fecit omnia? Si uirtus laudatur,
qd illo potentius a quo etiam facta nõ dimittunt,
sed regunt & gubernantur omnia? Non ergo quem
admodũ quidam eloquentes muti, laudantes crea-
turã, obliuiscẽtes creatorẽ: nõ sic te laudat genera-
tio & generatio in seruis tuis, cũ laudat opera tua.
Sed quõ laudat? Et uirtutẽ tuam annunciabunt In
laudãdis operib' tuis, uirtutẽ tuam annunciabũt.
Laudatores isti, sancti & boni, fideles, ueri laudato-
res, nõ ingrati grẽ cũ laudant opera dei haec atq; il-
la, summa & ima, cęlestia & terrestria, inter ipsa ope
H ra dei q̃ laudant, & seipsos inueniunt, qa in operib'
dei & ipsi sunt. Qui.n.fecit omnia, ipse nos fecit in-
ter omnia. Proinde si laudes opera dei, & te lauda-
Prou. 27. turus es, qa & tu opus dei es. Vbi est ergo, Nõ te lau
det os tuũ? Ecce inuentũ est quõ & te laudare pos-
sis, & arrogans nõ sis. Deum in te lauda, nõ te, non
qa tu es talis, sed qa ille fecit te: non qa tu aliqd po-
tes, sed qa potest ille in te & per te: ac per hoc lauda
bunt te, & uirtutẽ tuam annunciabunt, non suam,
sed tuã Discite ergo laudare, intuẽtes opera, mirami
ni artificem, gratias agendo, nõ arrogando. Lauda-
te qa ipse fecit, quia sic cõstituit, quia talia donauit.
Deniq; uide quae sequuntur, Virtutẽ, inquit, tuã an-
Heb. nunciabunt. Et magnificentiam glorię sanctitatis
tuae loquentur, & mirabilia tua narrabũt, Et uirtu-
Vat. tem metuendorũ tuorũ dicent, & magnitudinẽ tuã
enarrabunt.) Memoriã abundantiae suauitatis tuę
eructabunt. Nõ nisi tua, Nõ nisi tuam. Iste operũ
cõsyderator, uide si deflexus est ab operãte ad op',
uide si decidit ab eo q fecit ad ea q̃ fecit. Ab his quę
facta sunt gradũ sibi fecit ad eũ, non ab illo ad ista
I. casum. Si.n amaueris haec plus q̃ illum, nõ habebis
illum. Et quid tibi ꝓdest abundare operibus, si te
deserit operator? Certe ama & haec, sed plus illum
ama, & haec propter illum ama. Annũcia uirtutem
eius, magnificentiam gloriae sanctitatis eius loque-
re, mirabilia eius enarra, uirtutem metuendorũ dic.
Iste enim amabilis est & terribilis. Nõ enim blandi
tur & non minatur: si non blandiretur, nulla esset
exhortatio: si non minaretur, nulla esset correctio.
Dicent ergo laudatores tui, & uirtutẽ metuendorũ,
uirtutẽ creaturae tuae punientis, & disciplinã dãtis,
dicent, non tacebunt. Non n. ꝑdicabunt regnũ tuũ
aeternum, & tacebunt ignem aeternum. Laus.n.dei
in uia te constituens, ostendere tibi debet & qd di-
ligas, & quid timeas, & quid appetas, & qd fugias,
& quid eligas, & quid reijcias. Tempus electionis
nunc est, acceptionis postea erit. Dicatur ergo uir-
tus metuendorum. Et magnitudinem, inquit, tuam
enarrabunt eam. Sic infinitam, sic quemadmodum
magnitudinis tuae nõ est finis, nõ de illa tacebunt,
Illam, inquã, magnitudinem tuam de qua superius
dixerat, & magnitudinis tuę nõ est finis, enarrabũt
eam. Quõ enarrabunt eam si finis nõ est? Enarra-
bunt eam cũ laudabunt eam. Et quia finis eius nõ K
est, sic & laudis eius nõ erit finis. Probemus qa non
erit finis laudis eius, Beati, inquit, q habitant in do- *Psal. 83.*
mo tua, in secula seculorũ laudabunt te. Et magnitu
dinem tuam illam, illam infinitam enarrabunt eã.
Memoriã abundantię suauitatis tuę eructabunt.) *Sacn.*
O epulas foelices. Quid mãducabunt qui sic eructa
bunt? Memoriam abundantiae suauitatis tuę. Quid
est, memoriã abundantiae suauitatis tuae? Quia nos
oblitus nõ es, cũ nos obliti te fueramus. Omnis.n.
caro oblita erat deum, ille tamẽ opera sua non est
oblitus. Haec memoria eius super nos, qa non nos
oblitus est, ꝑdicanda est, enarranda est: & qa ualde
dulcis est, mãducanda & eructãda est. Sic mãduca,
ut eructes, sic accipe, ut des. Mãducas cũ discis, eru-
ctas cũ doces: manducas cũ audis, eructas cũ prędi
cas: hoc tamẽ eructas quod manducasti. Deniq; ille
auidissimus epulator Ioannes Apostolus, cui non *Ioan. 13.*
sufficiebat ipsa mẽsa domini, nisi discumberet sup
pectus domini, & de arcano eius biberet diuina se-
creta, qd eructauit? In principio erat uerbũ, & uer- *Ioan 1.*
bũ erat apud deum. Memoriam ergo abundantiae L
suauitatis tuae eructabunt Quõ nõ sufficit memo-
riam tuam, nec memoriam abũdantiae tuae, uel me
moriam suauitatis tuę, sed memoriam abundantię
suauitatis tuae? Etenim quid ꝓdest si abundet, & in
suaue est? Item molestum, si suaue & parũ est Ergo,
memoriam abũdantię suauitatis tuę eructabũt, qa
nõ es tu oblitus nñi, & nõ oblitus cõmonuisti nos,
ut & nos reducas in memoriam. Cõmemorabũtur *Psal. 21.*
enim & conuertentur ad dñm uniuersi fines terrae.
Quia ergo memoriã abundãtiae suauitatis tuae eru
ctabunt: intelligẽtes in se nihil boni esse quod à te
nõ sit, nec potuisse conuerti ad te, nisi cõmoneren- *† al. cõmemorarentur.*
tur † abs te: nec reduci potuisse i memoriã tui si tu
obliuiscereris illorũ: Haec consyderantes in grã tua,
Et iustitia tua exultabunt.) Haec, inquã, in tua gra
tia cõsyderantes, exultabũt iustitia tua nõ sua. Fra-
tres si uultis eructare grãm, bibite grãm. Quid est,
bibite gratiam? Discite gratiam, intelligite gratiam.
Nos antequã essemus omnino non eramus, & facti
sumus homines, cũ antè nihil essemus. Deinde iam *Ephe. 2.*
ipsi homines ex traduce illi' peccatoris & maligni M
eramus, & filij irę natura sicut & cęteri. Attẽdamus
ergo gratiam dei, nõ solũ qua fecit nos, uerũ etiam
qua refecit. Cui ergo debemus, quia sumus: illi de-
bemus, quia & iustificati sumus. Nemo q̃si tribuat
deo, qa est: & sibi tribuat, quia iustus est. Melius est
enim quod tibi uis tribuere, q̃ quod illi. Melius est
enim aliquid esse quia iustus es, q̃ quia homo es. In
ferius aliquid das deo, & superius tibi. Totũ illi da,
in toto ipsum lauda, nõ cadas de manu artificis. Vt
esses qs fecit? Nõne scriptũ est quia sumpsit deus li- *Gene. 2.*
mum de terra, & formauit hominem? Antequã ho-
mo esses, limus eras: antequã limus esses, nihil eras.
Sed nõ de isto solo figmento grãs agas artifici tuo.
Audi aliud eius figmentũ ubi te fecit: Nõ ex operi- *Ephe 2.*
bus, ait, ne forte quis extollatur. Sed qui dixit, Non
ex operibus ne quis extollatur, superius quid cõme
morauit? Gratia salui facti estis per fidem, & hoc ut
salui essetis ꝑ fidẽ nõ ex uobis. Apostoli uerba sunt
non mea, Gratia salui facti estis per fidem, & hoc ut
salui essetis per fidem, nõ ex uobis. Quamuis & hoc
ipsum quod dixerat grã, uiq; non ex uobis, sed ne
qs aliter intelligeret, planius hoc aperire dignatus

G est. Da intellectorē & totū dixit. Gratia salui facti
estis. Vbi audis gratiā, gratis itellige. Si ergo gratis,
nihil tu attulisti, nihil meruisti. Nā si meritis aliqd
Rom. 10. redditū est, merces est, nō gratia. Gratia, inquit, sal-
ui facti estis p fidē. Expone illud apertius propter
arrogantes, propter sibi placentes, ꝓpter ignorātes
dei iustitiā & suā uolētes cōstituere. Audi hoc idē
apertius. Et hoc, inqt, quòd gratia salui facti estis,
nō ex uobis sed dei donū est. Sed & nos forte ali-
Ephe. 2 quid fecimꝰ, ut dona dei mereremur? Nō ex opibꝰ,
inqt, ne forte qs extollat. Quid ergo? Nos bene non
operamur? Immo opamur. Sed quō? Ipso in nobis
operante, quia p fidē locū damus in corde nostro,
ei qui in nobis & p nos bona operatur. Audi enim
unde opereris bona. Ipsius enim sumus figmentū,
creati in Christo Iesu in operibus bonis, ut in illis
ambulemus. Ista est suauitas abundans memoriæ
ipsius circa nos. Hāc eructādo prędicatores eius, iu
stitia eius exultabunt, nō sua. Quid ergo ut simꝰ &
laudemus, ut iustitia tua exultemus, & memoriam
abūdātię suauitatis tuę eructemus? Quid ergo nos
H fecisti dn̄e, quē laudamus? Dicamus, & cū dicimus
Heth. laudamus. Misericors & miserator dn̄s, longani-
mis & multū misericors.) Suauis deus oībus, & mi
serationes eius in oīa opa eius. Nisi ille talis esset,
de nobis repetitio & reparatio talis nulla esset. At-
tēde ad teipsum, qd merebaris peccator? Cōtēptor
dei qd merebaris? Vide si occurrit tibi nisi pœna, si
occurrit tibi nisi suppliciū. Vides ergo qd tibi debe
bat, & qd dederit q gratis dedit. Data est uenia pec-
catori, datus est spiritus & spes iustificationis, data
est charitas & dilectio, in qua omnia bona facias,
& sup hęc dabit & uitā æternā & societatē angelo-
rū. Totū de misericordia. Merita tua nusquā iactes
qa & ipsa tua merita illiꝰ dona sunt. Et iustitia tua
exultabunt misericors & miserator dn̄s, qui fecisti
omnia gratis, Longanimis. Quantos enim sustinet
peccatores? Misericors & miserator dn̄s, in his qbꝰ
ueniā dedit, in his quibus non dedit adhuc, longa
nimis, nō damnans sed expectans, ipsa expectatio-
Malac. 3. ne clamans, Conuertimini ad me, & ego cōuertar
Ezec. 18. ad uos. Et nimia longanimitate, nolo, inqt, mortē
& 33. impij tātū ut reuertatur & uiuat. Ille quidē longa-
I nimis, tu aūt secundū duritiā cordis tui & cor im-
Rom. 2. pœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuela
tionis iusti iudicij dei, q reddet unicuique secundū
opera sua. Non enim modo sic longanimis in susti
nēdo, ut nunquā iustus in uindicando. Distribuit
tpa, uocat te nūc, exhortatur te nūc, expectat do-
nec resipiscas & facias, & tu tardas? Magna eius mi
sericordia & in hoc quòd diē uitæ tibi icertū fecit,
ut nescias qn̄ hinc emigrabis, & cū quotidie speras,
te aliqn̄ cōuertas: & in hoc eius magna misericor-
dia. Cæterū si statuisset diē, omnibus faceret abun
dare peccata de securitate. Dedit ergo spē ueniæ, ne
desperando amplius pecces: [& spes] & desperatio
timenda est in peccatis. Videte uocē desperātis ad
augenda peccata, & uidete uocē sperātis ad augen-
da peccata, & quō utriq; uoci occurrit ꝓuidētia &
misericordia dei. Audi uocē desperātis, Iā, inquit,
damnādus sum, quare nō facio qcqd uolo? Audi &
uocē sperantis, Misericordia dn̄i magna est, qn̄ me
conuertero dimittet mihi omnia, quare non facio
quicqd uolo? Desperat ut peccet, sperat ut peccet.
Vtrunque metuēdum est, utrunque periculosum.

Væ à desperatione, uæ à peruersa spe, Vtriq; huic pe K
riculo, & utriq; malo quomodo occurit misericor-
dia dei? Quid dicis tu q desperādo uolebas pecca-
re? Iā dānandus sum, quare nō facio quicqd uolo?
Audi scripturā, Nolo mortē impij, tātū ut reuertat Eze. 18.
& uiuat. Hæc uoce dei reducitur in spe, sed timen- & 33.
dus est alius laqueus, ne ipsa spe amplius peccet.
Quid ergo & tu dicebas q spe maggis peccas? Qn̄
me conuertero, omnia mihi deus dimittet, faciam
quicquid uolo. Audi & tu scripturam, Non tardes Eze. 33.
cōuerti ad dn̄m, neque differas de die in diē. subi-
to enim ueniet ira illius, & in tpe uindictæ disper-
det te. Noli ergo dicere, Cras me conuertā, cras deo Eccli. 5.
placebo, & omnia hodierna & hesterna dimittunt
mihi. Verū quidē dicis, quia deus conuersioni tuæ
indulgentiam promisit, sed dilationi tuę diē crasti
num non ꝓmisit. Suauis dn̄s omnibus, & misera Theth.
tiones eius in omnia opera eius.) Quare ergo dam
nat? Quare flagellat? An quos dānat, an quos flagel
lat nō sunt opera eius? Planè opa eius. Et uis nosse Matth. 5.
qa sup opera eius miserationes eius? Inde est illa lō
ganimitas, qua facit solē suū oriri sup bonos & ma
los. Nōne miserationes eius in oīa opera eius, qui L
pluit sup iustos & iniustos? Nōnne miserationes eiꝰ
in oīa opera eius? Longanimis expectat peccatorē
dicens, Conuertimini ad me, & conuertar ad uos. Malac. 3.
Nōne miserationes eius in oīa opa eius? Et cum di
cit, Ite in ignē æternum q paratus est diabolo & an Matt. 25.
gelis eius. Hic nō miseratio eius, sed ueritas & seue-
ritas eius. Miseratio eius reddita est opibus eius, se-
ueritas eius est, nō in opa sua, sed in opa tua Deni-
que si tollas opera tua mala, & nō in te remaneant
nisi opa eius, non te dimittet miseratio eius: si aūt
tu nō dimittis opa tua, erit seueritas eius in opera
tua, non in opa sua. Confiteantur tibi dn̄e oia o- Teth.
pera tua, & sancti tui benedicāt te.) Oia opera tua
confiteantur tibi. Quid. n.? Terra nō est opus eius?
Ligna nō sunt opa eius? Pecora, bestiæ, pisces, uola
tilia nō sunt opa eius? Planè & hæc sunt opa eius.
Et quō ei confitebuntur & hæc? Video quidem in
angelis cōfiteri illi opa eius. Etenim opa eius sicut
sunt angeli, & hoīes opera eius sunt. Et cum confi-
tentur illi hoīes, opa eius illi confitentur. Nūquid
ligna & lapides uocē hn̄t confessionis? Prorsus cō- M
fiteantur ei oia opera eius. Quid dicis? Et terra & li
gna omnia opera eius. Si omnia laudant, cur non
omnia confitentur? Confessio. n. non peccatorum
tm̄ dicitur, sed & laudis. Ne forte ubicunq; auditis
confessionem, putetis iam non esse nisi peccati. Vs
queadeo. n. hoc putatur, ut qn̄ sonuerit de diuinis
eloquijs, continuo sit consuetudo pectora tūdere.
Audi qa est & laudis confessio. Nunquid dn̄s Iesus
Christus habebat pctm̄? Et tn̄ ait, Cōfiteor tibi pa Matt. 11.
ter dn̄e cœli & terræ. Confessio est ergo in laude.
Proinde quid accipiendum, Confiteātur tibi dn̄e
omnia opa tua? Laudēt te omnia opera tua. Sed ta
lis qō redit ad laudem, qualis erat in confessione.
Si n. propterea confiteri non poterunt, terra, ligna,
& quæq; insensata, quia uocem non hn̄t confiten-
di: ideo nec laudabunt, quia uocem non hn̄t prędi
candi. Nonne tn̄ omnia tres illi pueri enumerant
deambulantes inter flammas innoxias, quibus spa
tium erat, non solum non ardendi, sed etiā laudan
di deum? omnibus dicunt à cœlestibus usque ad
terrena, benedicite, hymnū dicite, & superexaltate

Danie. 3. eum in secula? Ecce quō dicūt hymnū. Nemo hoc
G sentiat quôd mutus lapis aut mutum animal ha-
beat rationē intelligēdi deum. Hoc qui putauerūt,
multum á ueritate aberrauerunt. Deus ordinauit
oīa, & fecit omnia. Quibusdā dedit sensum, & intel
lectū & immortalitatē, sicut angelis: quibusdā de-
dit sensum & intellectū cū mortalitate, sicut homi
nibus: quibusdam dedit sensum corporis, nec itel-
Infra Ps. 148. lectū, nec immortalitatē, sicut pecoribus: qbusdā
uerò nec sensum, nec itellectū, nec immortalitatē,
sicut herbis, lignis lapidibus, tamē & ipsa in genere
suo deesse non possunt, & gradibus quibusdā ordi
nauit & ornauit creaturā, a terra usque ad cœlū, á
uisibilibus ad innisibilia, á mortalibus ad imorta
lia. Ista contextio creaturæ, ista ordinatissima pul-
chritudo, ab imis ad summa cóscēdēs, á summis ad
ima descendēns, nusquā interrupta, sed dissimilib⁹
tēperata, tota laudat deū. Quare ergo tota laudat
deū? Quia cū eā consyderas & pulchrā uides, tu i il
la laudas deū. Vox quædā est certe mutæ terræ, spe
cies terræ. Attendis eius speciē, uides eius fœcundi-
tatem, uides eius uires quomodo concipiat semē,
H quomodo plerunque afferat qd non est seminatū,
uides, & consyderatione tanquam interrogas eam,
& ipsa inquisitio interrogatio est. Cum autē inqui
sieris admirans & perscrutatus fueris, & magnā ui
& magnam pulchritudinē, præclarámque uirtutē
inueneris, quoniā apud se & á se habere hanc uirtu
tem non posset, continuo tibi uenit in mentē quia
non potuit á se esse, nisi ab illo creatore. Et hoc qd'
in illa iuenisti, uox cófessionis ipsius est, ut laudes
creatorē. Nónne consyderata uniuersa pulchritudi
ne mūdi huius, tanquā una uoce tibi species ipsa re
spondent, non me ego feci sed deus? Ergo, cófiteant
tibi domine oīa opera tua, & sancti tui benedicant
te. Vt in confessione operū tuorū sancti tui te bene
dicant, ipsi sancti tui inspiciant creaturā cófitētē,
& illorum uocem audi benedicentē. Etenim cum
Caph. sancti tui benedicunt te, quid dicūt? Gloriā regni
tui dicent, & potentiam tuam loquent) Quam po-
tens deus qui fecit terram, quàm potens deus qui s
pleuit terrā bonis, quàm potens deus qui dedit ui-
tas suas ꝓpriis animalibus, quàm potens deus q se
mina diuersa dedit uisceribus terræ, ut germinarēt
I tantā uarietatē fruticū & fructū cū tanta specie ar
borū: quā potēs deus, quàm magnus deus. Tu iter
roga, creatura respōdet, & de responsione tāquā cō
fessione creaturæ tu sancte dei benedices deū, Et
Lamech. potentiā tuā loquent. Vt notam faciant filiis ho-
minum potentiā tuam, & gloriā magnitudinis de-
coris regni tui.) Sancti ergo tui cómendant gloriā
magnitudinis decoris tui, magnitudinis decoris
gl̄iam. Est quędā magnitudo decoris regni tui, hoc
est, regnū tuū habet decorem & magnum decorē:
quādoqdem quicquid habet decorē, á te habet de
corem. Ipsum regnū tuū qualem decorem habet?
Nō nos terreat regnū, habet & decorē quo delecte
mur Et enim quale illud dec⁹ est? Quo pfruent san
Mat. 25. cti quibus dicetur, Venite benedicti patris mei, pci
pite regnum dei. Vnde ibunt? Quô ibūt? Videte fra
tres, & si potestis quātū potestis cogitare decorem
regni illius quod uenturū est: unde est in oratione
Mat. 6 nostra, Adueniat regnū tuum. Ipsum enim regnū
optamus ut ueniat, hoc regnū uenturū sancti prę-
dicant. Mundum istum atendite, decorem habet.

Quem decorē habet terra, mare, aer cœlū, sydera? K
Omnia hęc. Nónne omnem cósyderationē terrēt?
Nónne pulchritudo ipsa sic eminet, ut q̄si pulchri⁹
nihil iueniri possit? Et hic uiuis i isto decore, i ista
pulchritudine, propè iā ineffabili. Hic uiuunt tecū
& uermiculi & mures, & oīa terræ repentia & serpē
tia, ista tecum uiuunt in decore isto. Quale decus
est illius regni, ubi tecū non uiuūt nisi angeli? Ideo
parum fuit, ut diceret gloriā decoris. Potuit.n. dici,
& gloriam decoris cuiuslibet speciei etiam in hoc
mundo constitutę, uel de terra uiuentis, uel de cœ
lo fulgentis: sed magnitudinis decoris regni tui ali
qd cómendat quod nondū uidemus, quod nódū
uisum credimus, quod creditū desyderam⁹, ꝓpter
cuius desyderium oia sustinemus. Est ergo magni
tudo decoris cuiusdā, ametur antequā uideatur, ut
cū uisa fuerit teneatur. Regnum tuū.) Quod re-
gnum dico? Regnum omnium seculorū.) Nam & Mem.
regnū huius seculi habet decorem suum, sed nō est
ibi magnitudo illa decoris q̄lis est in regno oium
seculorū: Et dominatio tua in omni generatione
& generationem.) Hæc est illa repetitio, uel omnē
generationem significans, uel generationem illam L
quæ erit post hanc generationē. Fidelis dominus Nun.
in uerbis suis, & sanctus in omnibus operib⁹ suis.)
Fidelis dn̄s in uerbis suis. Quid.n. promisit & non
dedit? Fidelis dominus in uerbis suis Adhuc quę-
dam promisit & nō dedit, sed credit illi ex his quæ
dedit. Fidelis dn̄s i uerbis suis. Possum⁹ illi crede-
re tantummodo dicenti? Noluit sibi credi dicenti,
sed uoluit teneri scripturam suam sanctam, quō si
diceres alicui homini cū aliquid promitteres, Nō
mihi credis, ecce ego scribo tibi. Etenim qnia gene
ratio uadit, & generatio uenit, & sic trāscurrūt ista
secula cedētibus succedentibúsque mortalib⁹, scri
ptura dei manere debuit, & quoddā chirographū
dei quod omnes transeūtes legerent, & uiā promis
sionis eius tenerent. Et quāta sunt quæ reddidit ex
isto chirographo? Dubitāt homines credere illi de
resurrectione mortuorū & de futuro seculo qd so-
lū iam reddendū restet, quādo si faciat rationē cū
infidelibus, erubescunt infideles? Si dicat tibi de⁹,
chirographū meū tenes, iudiciū promisi de reddi-
tione bonorum & malorū, regnum sempiternū fi-
delibus, & nō uis credere? Ibi in chirographo meo M
lege omnia quę tibi promisi, deduc mecū rationē,
certe uel cōputando quę reddidi potes me credere
redditurum esse quod debeo. In ipso chirographo Rom 8.
habes promissum unicū filiū, cui non pepci, sed ꝓ
nobis omnibus tradidi eū. Iam cōputa in redditis, Acta. 2.
lege chirographū. Promisi ibi, per filium meum pi
gn⁹ spiritussancti me daturū, computa redditum.
Promisi ibi sanguinem & coronas martyrū glorio
sissimorū, computa redditū, iam admoneat te mas
sa debiti mei. Sed & hęc gloria martyrū, ut redde-
ret tibi i promissa in chirographo, ubi scriptū est,
Propter te mortificamur tota die, ut hoc redderet, Psal. 43.
Fremuerūt gentes, & populi meditati sunt inania, Psal. 2.
Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in
unus aduersus dominū, & aduersus Christū eius.
Principes cōuenerunt in unū, conspirantes aduer-
sus Christianos. Quid? Ipsorum regnū fidē, Nónne
& promisi in chirographo, & reddidi in effectu? At
tende ubi promisi, Adorabunt eū omnes reges ter
rę, omnes gentes seruient illi. Ingrate, legis debitū, Psal. 72.

A cernis redditum,non credis ꝓmissum? Lege aliud
in chirographo meo, Qm̄ fremuerũt gẽtes,qm̄ ini-
Psal.2. mici mei dixerunt mala mihi: hoc est Christo, Qñ
& 40. morietur & peribit nomen eius. Qm̄ hæc oia fece-
runt atq; dixerunt,lege quod ꝓmisi,cui me soluen
Sopho.2. do obstrinxi. Præualebit dñs aduersus eos,& exter
minabit oẽs deos gentium terræ,& adorabũt eum
unusqsq; de loco suo. Nempe iam præualuit, & ex-
terminat oẽs deos gentium terræ. Nõne & hoc fa-
cit,& hoc reddit? Ante oculos oium ponit solutio-
nem debitoꝝ suoꝝ. Quędam reddidit sub maiori-
bus nostris quæ nos non uidimus,quædam reddi
dit tpibus nostris,quę illi non uiderũt. Per omnes
generatiões reddidit quæ scripta sunt. Et qd restat?
non ei creditur? His omnibus redditis,quid restat?
Ecce fecisti rõnem,tanta reddidit. Nunqd pp pau-
ca residua infidelis est factus? Absit. Quare? Quia
Sãmech. fidelis dñs in uerbis suis, & sanctus in oibus operi
bus suis. Confirmat dñs omnes decidentes.) Sed
quos omnes decidentes? Omnes non omnino de-
Psal. 5. cidentes, sed modo quodam decidentes. Etenim
multi decidunt ab eo,multi aũt decidunt à cogita
B tionibus suis. Si habebant malas cogitationes de-
cidunt ab eis, & confirmat dñs omnes decidẽtes.
Qui aliqd amittũt in isto seculo & sancti sunt, ue-
luti exhonorantur in isto seculo. Ex diuitibus fiũt
pauperes,ex honoratis fiũt abiecti, & tñ sancti dei
sunt,tanq̃ decidentes sunt. Sed confirmat dñs oẽs
decidentes. Septies.n. cadit iustus & resurgit, impij
autem infirmabuntur in malis. Qñ mala accidunt
Prouer.24 impiis,infirmantur ibi. Qñ mala accidunt iustis,
confirmat dominus omnes decidentes. Deciderat
Iob à gloria pristinæ lucis tpalium rerum, quibus
nitebat ad tempus, deciderat à gloria domus suæ.
Iob.1. Vultis nosse quantum deciderat? In stercore sede-
bat,& confirmauit dñs decidentem. Quantum cõ
firmauit? Vt & in ipso graui uulnere,quo per totũ
corpus percussus erat, responderet uxori tentanti,
quam solam sibi diabolus reliquerat adiutricem,
Iob.2. Locuta es tanq̃ una ex insipientibus mulieribus, Si
bona percepimus de manu domini, mala non su-
stineamus? Quõ confirmauerat decidentem? Con
Psal.36. firmat dñs omnes decidentes. Cum ceciderit,inqt,
Iustus non conturbabitur, qm̄ dominus cõfirmat
C manum eius. Et erigit omnes elisos.) Omnes ad
Ayn. se pertinentes. Nam deus superbis resistit: Oculi
omnium in te sperãt, & tu das escam illis in oppor
tunitate.) Prorsus tanquam reficiens ægrotum in
opportunitate, quando debet accipere tunc das,&
quod debet hoc das. Itaq; aliquando desyderatur
ab illo & non dat,nouit horam dandi qui curat.
Quare ista dico fratres? Ne quis qñ fortè non fuerit
exauditus aliqd iustum petens à deo: nam quando
iniustum aliqd petit, in pœnam suam exauditur,
sed aliqd non iniustũ petẽs: si fortè nõ fuerit exau
ditus, non minuatur animo, non deficiat, expectẽt
oculi eius ad escam quã ille dat in opportunitate.
Qñ non dat, ideo non dat, ne obsit qd dat. Neq;.n.
2.Cor.12. aliqd iniustum petebat Apls, qñ rogabat ut aufer-
retur ab eo stimulus carnis, angelus satanæ à quo
colaphizabatur, & tñ rogauit & non accepit, quia
tps adhuc erat exercendæ infirmitatis,& non escæ
opportunitatis. Sufficit, inquit, tibi gratia mea, nã
uirtus in ifirmitate perficitur. Petiit Iob tentandũ
Iob.1. diabolus,& accepit. Attẽdite fratres mei magnum
mysterium discendum,repetendum,tenendũ ani- D
mo,nunq̃ obliuiscendum, ꝓpter abundantiã ten-
tationum in isto seculo. Quid dicam? Reuera com
parandus Apls diabolo? Apostolus rogat & nõ ac-
cipit,diabolus petit & accipit. Sed nõ accipit Apls
ꝓpter perfectionem suã, accepit diabolus ad dam
2. Cor. 12. Propter qd dñm ter rogaui ut auferret eum à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gr̃a mea, nã uirtus in infirmitate pficitur. Desyderauit aliqd, nõ cõcessum est ad uoluntatẽ ut consolaretur ad sanitate Hic ergo qd nobis ppositum est? Laudate, inqt dñm. Quare laudamus dñm? Qm bonus psalmus. Ipse psalmus laus dñi est. Hoc ergo ait, Laudate dñm, qm bonũ est laudare dñm. Non sic prætereamus laudare do minum, dictum est & transit, factum est & siluimus, laudauimus & tacuimus, cantauimus & conquieuimus. Imus in aliud forte agendũ qd restat, & aliæ actiones cũ occurrerint nobis laudatio diuina cessabit à nobis? Nõ sic ptereamus laudare dominũ, nõ sic. Nam lingua tua ad horam laudat, uita tua semp laudet. Inde ergo bonus psalmus. Psalmus qppe cantus est non qlibet, sed ad psalterium. Psalterium aũt quoddã organũ est cãtilenæ, sicut lyra, sicut cithara, & hmõi organa, quę inuẽta sunt ad cantandũ. Qui ergo psallit, nõ sola uoce psallit, sed assumpto ẽt quodã organo qd uocatur psalteriũ, accedẽtibus manibus uoci cõcordat. Vis ergo psallere? Nõ solũ uox tua sonet laudes dei, sed opa tua cõcordent cum uoce tua. Cũ ergo uoce cãtaueris, silebis aliqñ: uita sic canta, ut nunq̃ sileas. Negocium agis, & fraudẽ cogitas, siluisti à laude dei: & qd grauius est, nõ solum à laude siluisti, sed in blasphemiã perrexisti. Cũ ergo deus laudat de bono opere tuo, ope tuo laudas deũ: & cum blasphemat deus de malo ope tuo, ope tuo blasphemas deum. Itaq ad aurium exhortationẽ cãta uoce, corde ne sileas, uita ne taceas. Nõ cogitas in negocio fraudẽ,

L psallis deo. Cũ mãducas & bibis psalle, nõ intermisscẽdo sonos, suauitates ad aures aptas, sed modeste & frugaliter & tẽperanter mãducando & bibẽdo. Quia hoc dicit Apostolus, Siue mãducatis, siue bibitis, siue qd facitis, oia in gloriã dei facite. Si ergo bene agis, & qd mãducas & bibis, & ad refectione corpis sumis reparationẽq; mẽbrorum, gr̃as agens ei q tibi prębuit mortali & fragili ista supplementorũ solatia, & cibus tuus & pot⁹ laudat deũ. Si uero modũ naturæ debitum imoderatione uoracitatis excedas, & uinolẽtia te ingurgites, quãtaslibet laudes dei ligua tua sonet, uita blasphemat. Post cibũ & potũ reqescas ut dormias: nec in lecto aliqd turpiter agas, nec excedas ultra cõcessam licentiã in lege dei: sit castus cũ cõiuge thorus, & si est cura pro pagãdi liberos, nõ sit effrenata luxuries libidinũ, defer in lecto tuo cõiugi tuę honorem, qa mẽbra Xpi estis ambo, ambo illo cõditi, ambo sanguine ipsius reparati. Hęc agẽs laudas deũ, nec oino silebit laudatio tua. Quid si somnus aduenerit & cũ dormis? Nõ te excitet à te qete mala cõscia tua, & innocẽtia somni tui laudat deũ. Si ergo laudas, non tantum lingua tua canta, sed ẽt assumpto bonorum operũ psalterio, qm bonus psalmus. Laudas cũ agis negocium, laudas cum cibum & potum capis, laudas cũ in lecto reqescis, laudas cũ dormis. Qñ non laudas? Perficietur in nobis laudatio dei, cum ad illam ciuitatẽ uenerimus, qñ effecti fuerimus ęquales angelis dei, qñ nos nulla corporalis necessitas ulla ex parte sollicitat, nõ fames, nõ sitis iterpellat, non æstus fatigat, nõ frigus confringit, non febris deiicit, non mors finit. Ad illam pfectissimã laudẽ exerceamus nos laudatione ista in bonis opibus: Propterea cũ dixisset, Laudate dñm qm bonus psalmus: Deo nostro, inquit, iocunda sit laus.) Quomodo erit deo nostro iocunda laus? Si bene uiuẽdo laudetur. Audi quia tunc erit illi iocunda laus. Alio loco dicitur, Non est speciosa laus in ore peccatoris. Si ergo in ore peccatoris speciosa laus non est, iocunda non est. Hoc enim iocundum, quod speciosum. Vis ergo ut deo tuo iocũda sit laus? Noli bonę cãtilenę tuę obstrepere morib⁹ malis. Deo

nostro

Marginal references and letters in the right margin: K; L; 1. Cor. 10; 1. Cor. 6.; M; Matt. 22.; Eccle. 15.

A nostro iocũda sit laus. Quid dixit? Qui laudatis bñ uiuite: Laudatio impioꝝ offendit deum. Plus ille attendit qd uiuas, quã quid sones. Certe cũ eo quem laudas, pacẽ habere uis. Quõ cũ illo quæris pacem, qñ à te ipso dissonas? Quõ, inquies, à memetipso dissono? Aliud sonat lingua, aliud indicat uita. Deo nostro iocunda sit laus. Potest.n. laus iocunda esse homini, cum audit concinnis acutisq; sententijs & suaui uoce laudantem. Sed deo nostro iocunda sit laus, cuius aures non ad os, non ad linguam, sed ad uitam laudatoris patẽt. Quis est deus noster, cui iocũda sit laus? Dulcescit nobis, cõmendat se nobis, gratiæ dignationi eius. Dignat.n. cõmendare se nobis, nõ quasi aliquid præstaturis, sed multa ab illo potius accepturis. Quõ ergo cõmendat se nobis deus? *Roma. 5.* Audite Aplm Paulum, Cõmendat autem, inquit, dilectionẽ suam deus in nobis. Quõ cõmendat? audite, Ipse dicat Apostolus, ut cõpareatur & Psalmo, Cõmendat, inquit, dilectionem suam deus in nobis. Quõ cõmendat? Qm cũ adhuc peccatores essemus, Christus ꝓ nobis mortuus est: Quid ergo seruat laudatorib⁹, qui sic se cõmendat

B peccatorib⁹? Quia ergo sic dixit Apostolus cõmendasse deum nobis dilectionẽ suam, ut Xps moreretur pro impijs, nõ ut impij remanerent, sed ut mortui iusti ab iniustitia sanarentur. Hic quid audis, cũ dixisset, Deo nostro iocunda sit laus? Videamus si ipsa est cõmendatio quã dixit Apostolus, Quia Xps pro peccatoribus & pro impijs mortuus est. Aedificans, inquit, Hierusalem dñs, & dispersiones Israelis colligẽs.) Et ædificans Hierusalem dñs, colliget dispersiones populi ipsius. Populus.n Hierusalem, populus Israel. Est Hierusalem æterna in cœlis, ubi *Gene. 32.* ciues etiam angeli sunt. Quid ergo ibi Israel? Si hominem illum nepotem Abrahæ consideres, qui dictus est & Iacob, quõ angelos intelligimus Israel? Si interpretationem nominis discutiamus, quia & ipse Iacob, mutato nomine uocatus est Israel, magis ibi nomẽ Israel, & utinã & nos sequentes simus Israel. Quid.n. interpretatur Israel, Videns deum. Omnes ergo ciues illius ciuitatis uidendo deũ gaudent in illa magna ciuitate & ampla & cœlesti, spectaculũ eis deus ipse est. Sed nos ab illa ciuitate peregrinamur, peccato expulsi ne ibi remanerem⁹, &

C mortalitate ꝑgrauati ne illõ redirem⁹. Respexit de⁹ peregrinationẽ nostrã, & ille q ædificat Hierusalẽ, restituit lapsam partẽ. Vnde restituit lapsam partẽ? Dispersiones Israel colligens. Cecidit.n. pars qdam, & facta est peregrina. Hanc peregrinationem misericorditer uidit deus, & qsiuit non qrentes se. Vnde *Roma. 5.* qsiuit? Quem misit ad captiuitatem nostram? Misit redemptorem, secundum quod ait Apostolus. Cõmendat, inquit, deus dilectionẽ suam in nobis, qm cũ adhuc peccatores essemus, Xps pro nobis mortuus est. Misit ergo ad captiuitatem nostrã redemptorem filium suum, Porta, inquit, tecum saccum, serto ibi pretium captiuoꝝ. Induit.n. se ille mortalitatem carnis, & ibi erat sanguis quo fuso redimeremur. Illo sanguine collegit dispersiones Israel. Et si ille collegit olim dispersos, quõ satagendũ est ut colligantur modo dispersi? Si collecti sunt dispersi, ut in manu artificis ad ædificium formarẽtur, quõ colligendi sunt qui de manu artificis inquietudine ceciderunt? Aedificans Hierusalem dñs. Ecce quem laudamus, ecce cui laudem tota uita nostra debemus? Aedificans Hierusalem dñs, & dispersiones D Israel colligens. Quõ colligit? Quid agit ut colligat?

Qui sanat contritos corde.) Ecce quõ colliguntur dispersiones Israel, ut sanentur contriti corde. Qui cor non conterunt, nõ sanantur. Quid est.n. conterere cor? Notum sit charissimi, fiat ut sanari possitis. Dictum est.n. multis alijs scripturarum locis, & maxime illo loco uoce nostra quidã cantans dicebat, Qm si uoluisses sacrificiũ dedissem: Vtiq; deo *Psal. 50.* dicebat, Si uoluisses sacrificiũ dedissem utiq;, holocaustis autẽ non delectaberis. Quid ergo? Sine sacrificij oblatione remanebimus? Audi qd te uelit offerre. Sequitur & dicit, Sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus, cor contritum & humiliatũ deus non spernit. Sanat ergo cõtritos corde, quia illis propinquat ut sanet, sicut dicitur in alio loco, Prope est dñs his *Psal. 33.* qui obtriuerunt cor. Qui obtriuerunt cor? Humiles. Qui nõ obtriuerunt cor? Superbi. Contritũ sanabitur, elidetur elatum. Ad hoc.n. forte eliditur, ut contritum sanetur. Ne uelit ergo fratres cor nostrũ esse erectum, antequã sit rectũ. Male erigitur quod nõ primo corrigitur. Qui sanat cõtritos corde. Et alligat cõtritiones eoꝝ.) Sanat, inquit, cõtritos cor E de, sanat ergo humiliatos corde, sanat cõfitentes, sanat seipsos punientes, in sese uerũ † iudiciũ exercẽtes, ut possint esse illius misericordiã sentientes. *† al. in se seuerum.* Tales sanat, sed pfecta eoꝝ sanitas trãsacta mortalitate fiet, qñ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & *1. Cor. 15.* mortale hoc induerit imortalitatem: qñ nihil erit quod ex carnis labe sollicitet, nõ solũ nihil cui consentiamus, sed nihil quod suggeratur ex carne. Etenim modo fratres mei quãtæ illicitæ delectationes animum tangunt, quãuis eis non consentiamus, ut mẽbra nostra iustitiæ seruiant, nõ iniquitati: tamẽ uel delectari talibus, etsi nõ cõsentis, nondũ est pfecta sanitas. Sanaberis ergo, corde sanaberis cõtrito. Noli erubescere, cõtere cor: tales sanat deus. Sed qd ago inquies modo? Cõdelector.n. legi dei secundũ *Roma. 7.* interiorẽ hominem: uideo autẽ aliam legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ & captiuũ me ducentẽ in lege peccati. Quid agis? Cõtere cor, cõfitere: age, dic sequentia: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hoc.n. dicere, infœlix homo, iam cor conterere est. Ille speret fœlicitatẽ, q cõfitetur infœlicitatẽ. Dic ergo, Infœ- F lix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ut rñdeatur tibi, Gratia dei per Iesum Xpm dñm nostrum. Quõ autẽ liberabit ipsa gratia dei? unde nunc pignus accepim⁹? Audi eundem Aplm, Corpus quidem, inquit, mortuũ est propter pecca- *Roma. 8.* tum, spiritus autẽ uita est propter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum Xpm ex mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Xpm à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra ꝑ inhabitantẽ spiritũ eius in uobis. Hoc ergo pignus accepit spiritus noster, ut incipiamus fide seruire deo, & ex fide appellari iusti. Qm iustus ex fide uiuit. Quic *Rom. 1.* quid autẽ nobis adhuc repugnat & resistit, de mortalitate carnis est, & hoc sanabitur. Viuificabit.n. inquit, & mortalia corpora uestra per inhabitantẽ *Rom. 8.* spiritũ eius in uobis. Ad hoc pignus dedit, ut compleat quod promisit. Quid ergo nunc in hac uita, quãdo adhuc cõfessores sumus, nondũ possessores? Quid in hac uita? Quid fiet? Quomodo durabitur? Sanat contritos corde. Sed pfecta sanitas tunc erit,

G quãdo diximus. Nunc ergo qd? Alligat cõtritiones eorũ. Qui curat, inquit, cõtritos corde, quorũ pfecta sanitas i resurrectione iustorum erit, alligat modo cõtritiones eorũ. Quæ sunt alligamenta contritionũ? Sicut medici alligant fracturas. Aliquãdo.n. intelligat & ex hoc charitas uestra, & notũ est eis qui animaduerterunt, uel á medicis audierũt, aliquãdo praue & distorte firmata, ut corrigant medici frangunt, & faciunt uulnus nouũ, qa mala erat sanitas
Eccl.3. praua. Sic ergo rectæ sunt, inquit scriptura, uiæ dñi,
Sup.psal. 44. sed prauicordius i illis scãdalizabitur. Quid est prauicordius? Torticordius, tortũ cor habẽs, Putat torta esse omnia q̃ dicuntur á deo, putat praua esse oia q̃ fecit deus, & displicent illi omnia iudicia dei, maximeq; in quibus ipse corripitur, & sedet & disputat q̃ male faciat deus, qa non pro eius uoluntate facit. Distortũ cor, prauũ cor est, quod non se corrigit ad deum, & deũ uult distorquere ad se. Quid ergo dicit deus desuper? Tortus es, æquus sum. Si tu rectus esses, sentires & sitires æquitatẽ meam. Quẽadmodum si in pauimentũ æquale poneres distortum lignũ, non collocaretur, undiq; nutaret, undiq; agita
H retur, quod nõ loci inæqualitas sed distortio ligni facit, sicut ait scriptura, Quã bon' Israel deus rectis
Psal.72. corde. Quid ergo tortum est cor? Qũo dirigitur? Et tortũ est & durũ. Iam ergo tortum & durũ frangat, conteratur ut dirigatur. Tu dirigere cor tuũ, nõ potes: tu frange, ille dirigat. Qũo tu frangis? quo tu conteris? Confitendo, puniendo peccata tua. Quid aliud significat pectorũ tunsio, nisi forte putamus ossa nostra aliquid peccasse cũ cædimus & tundimus pectus? Sed significamus nos cor conterere, ut á dño dirigatur, Sanat ergo cõtritos corde, & cõtritum cor habentes: & sanitas ipsius cordis tunc erit perfecta, cũ & corporis reparatio implebitur q̃ promissa est. Nunc interea qd facit medicus? Alligat cõtritiones tuas, ut tu possis peruenire ad plenissimã firmitatẽ, donec cõsolidetur quod fractũ est, quod alligatũ est. Quæ sunt ista alligamẽta? Temporalia sacramẽta. Alligamenta medicinalia sunt contritionis nostræ, sacramenta interim tẽporalia quib' habemus cõsolationem: & ista omnia q̃ loquimur uobis, ipsa q̃ sonant & transeunt, quicquid in Ecclesia geritur temporaliter, alligamenta sunt cõtritionum.
I Quemadmodũ.n. medicus perfecta sanitate detra-
Matt.22. hit ligaturã, sic in illa ciuitate Hierusalem cũ æqua
tal.fueri mus.Nũ quid putatis ibi nos &c. les angelis facti fuerim'. Nã quid putans? ibi nos † accepturos esse qd' hic accipim'? Aut ibi recitandũ est nobis euangeliũ, ut fides nostra permaneat? aut imponẽda est manus ab aliquo præposito? Ista oia alligamẽta fracturæ sunt, sed pfecta sanitate detrahentur: sed ad eam nõ perueniretur, nisi alligarent, Sanat ergo cõtritos corde, & alligat cõtritiones eorum. Qui numerat multitudinẽ stellarũ, & omnibus eis nomina uocans.) Quid magnũ deo, numerare multitudinẽ stellarum? Hoc & homines conati sunt. Viderint utrũ implere potuerint nõ tamẽ conarentur, nisi se ipleturos esse sperarent. Illis dimittamus qd potuerint, & quousq; peruenerint: deo autem non puto esse magnũ numerare omnes stellas. An forte numerum ne obliuiscatur, recensẽt? Et magnũ est aliquid deo stellas numerare, cui capilli ca-
Matt.10. pitũ numerati sunt? Manifestum est fratres aliquid uelle deum intelligere nos in eo qd' ait, Qui numerat multitudinẽ stellarũ, & omnibus eis, inquit, nomina nocans. Sunt stellæ qdã lumina in Ecclesia cõ K solantia noctẽ nostram omnes de quib' dicit Apostolus, in qbus apparetis tanquã luminaria in mun *Philip.2.* do, In ista, inquit, natione tortuosa & puersa, in quibus apparetis tanq̃ luminaria in mundo uerbũ uitæ habẽtes: illas stellas numerat deus. Oẽs secũ regnaturos, oẽs aggregãdos corpori unigeniti sui numeratos habet, & numerat eos. Qui indign' est, nec numerabitur. Et multi crediderũt, uel multi se qualicũq; adũbrata specie fidei, ppt̃o eius applicuerũt, nouit tamẽ ille quid numeret & quid uentilet. Nam tãta est celsitudo euãgelij, ut fieret quod dictũ est, Annũciaui & locutus sum, multiplicati sunt sup nu *Psal.39.* merũ. Sunt ergo in populis & supernumerarij quodãmodo. Quid est supernumerarij? Plus q̃ ibi futuri sunt. Intra parietes istos plures sunt, q̃ futuri sunt in regno dei, in illa Hierusalẽ cœlesti, ipsi super numerũ sunt. Animaduertat quisq; utrũ luceat in tenebris, utrũ in iniquitate seculi tenebrosa nõ seducatur, si non fuerit seductus nec uictus, tanquã stella erit, quã iam numerat deus. Et oibus, inquit, eis nomina uocans: ibi est totum pmium. Habemus nomina qdam, nomina apud deũ: ut nouerit deus no L mina nr̃a, hoc optare debemus, hoc agere, hoc satagere quantũ possumus, nõ de alijs reb' gauderẽ, nec de donis qbusdã spiritalib', uideat charitas uestra, multa dona sunt in Ecclesia, sicut Apls dicit, Alij q- *1.Cor.12.* dem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundũ eundẽ spiritũ, alij fides in eodem spiritu, alij donatio curationũ, alij dijudicatio spiritũ. ut dijudicet inter bonos malosq; spiritus, alij linguarũ genera, alij pphetia. Quãta dixit? q̃ multa dixit? Multi donis talibus male usi, audient in fine, Nõ noui uos. Et quid dicturi sunt in fine, q audiẽt, Non noui uos? Dñe nõnne in nomine tuo pphetauimus, & in noie tuo dæmonia eiecimus, & in noie *Matt.7.* tuo uirtutes multas fecim'? In nomine tuo oia ista? & quid dicet eis? Nunquã noui uos, discedite á me oẽs q operamini iniquitatẽ. Quid est ergo esse iam lumẽ cœli cõsolans noctẽ, & qd' nõ uincat á nocte? Adhuc, inquit, supereminentiorẽ uiã uobis demonstro. Si linguis hominũ loquar & angelorũ, charita- *1.Cor.13.* tem autẽ non habeam, factus sum ut æramentũ sonans, aut cymbalũ tinniens. Quale donũ est loqui M linguis angelorũ & hominũ? Tamen si charitatem, inquit, nõ habeam, eramentũ sum sonans, aut cymbalum tinniens. Si sciero, inquit, oia sacramenta & oẽm scientiam, & si habuero omnem prophetiam, & oẽm fidem, ita ut montes transferam, quãta ista dona sunt? Charitatẽ aũt nõ habeam, inquit, nihil sum. Quale est illud donũ martyrij & distributiõis rerũ suarum? Et tamẽ si distribuero, inquit, omnia mea pauperib', & tradidero corp' meum ut ardeat, charitatẽ autẽ nõ habeam, nihil mihi prodest. Qui ergo nõ habet charitatem, & si ad tẽpus habet hęc dona, auferent ei. Auferetur ei quod habet, qa qdã nõ habet, Et ipsum quiddã hoc nõ habet unde cætera teneant, & ipse nõ pereat. Quid est illud qd' modo ait dñs, Qui habet, addetur ei: qui autẽ non habet, & qd' habet auferetur ab eo? Qui ergo nõ ha- *Matt.13.* bet, & qd' habet auferetur ab eo. Habet grãm possidendi sed nõ habet charitatẽ utendi. Quia ergo illud nõ habet, & qd' habet auferẽt ab eo. Propterea discipuli ut haberent charitatẽ quos uolebat facerẽ in cœlo stellas ambulãtes supereminentẽ uiam ille

A qui numerat multitudinem ſtellarum, & oibus eis noia uocans, cũ redirent diſcipuli quo miſsi erant, exultauerunt & dixerunt, Dñe, ecce ſpiritus immũdi ſubiecti ſunt nobis pp nomen tuum, Et ille qui numerat multitudinem ſtellarum, & oibus eis nomina uocans, ſciens multos dicturos eſſe, Nõne in noie tuo dæmonia eiecimus, qbus dicturus eſt in finem, Non noui uos, qa eos non numerauit in multitudine ſtellaɼ, nec eis noia uocauit, Nolite, inqt, in hoc gaudere, qa ſpũs uobis ſubiecti ſunt, ſed gaudete qa nomina ueſtra ſcripta ſunt in cœlo. Qui numerat multitudinẽ ſtellarum, & oibus eis nomina uocãs. Magnus dñs noſter.) Impletus eſt gaudio, eructauit ineffabiliter, neſcio quid dicere non ualebat, & cogitabat qũo ualebat. Magnus dñs noſter,

Luc 10

Et magna uirtus eius, & intelligentiæ eius nõ eſt numerus.) Ille ipſe qui numerat multitudinem ſtellarum, numerari non poteſt. Magnus dñs noſter, & magna uirtus eius, & intelligentiæ eius non eſt numerus. Quis hoc exponat? qs digne uel cogitet qđ dictum eſt, Et intelligentiæ eius non eſt numerus? Atq utinã infundat ſe uobis, & ubi nos deficimus,

B qa ipſe potẽs eſt, ipſe illuſtret mẽtes ueſtras, ut ſciatis qđ ſit, intelligẽtiæ eius nõ eſt numerus. Videtis enim frẽs, nunqđ eſt numerus arenæ? nobis nõ eſt, deo eſt. Cui capilli capitis nři oẽs numerati ſunt, & arena numerata eſt. Quicqd ergo finitum mundus iſte cõplectitur, ẽt ſi non homĩni, tñ eſt deo, parũ dico deo, angelis numeratum eſt, Intelligentię eius non eſt numerus, Excedit oẽs numerarios intelligentia eius, numerari à nobis nõ põt, ipſum numerum qs numerat? Numero numerantur quæcunq numerantur. Si qcquid numeratur, numero numeratur, numeri non põt eſſe numerus: numerari numerus nullo pacto põt. Quid ergo eſt apud deum? Vnde fecit oia, & ubi fecit oia, cui dicit, Omnia in menſura & numero & pondere diſpoſuiſti? Aut qs ipſam menſurã, & ipſum numerũ, & ipſum pondus ubi deus oia diſpoſuit, aut numerare põt, aut metiri, aut appendere? Ergo intelligẽtiæ eius non eſt numerus. Conticeſcant humanę uoces, requieſcant humanæ cogitationes. Ad incõprehenſibilia non ſe extendant quaſi cõprehenſuri, ſed tanquã partici-

Matt. 10

Li.12. de Ciui. dei ca.18.

Sap. 11.

C paturi: participes. n. erimus. Nam hoc qđ capimus erimus, nec totũ capiemus: ſed participes erimus, qa dictum eſt de Hieruſalẽ cuius diſperſiones colligit, dictũ eſt de illa quiddã magnum, Hieruſalem q̃ ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in id ipſum. In idipſum qđ ait, niſi qđ mutari nõ poteſt? Cętera q̃ ſunt creata, aliter & aliter põt eſſe: qui aũt creauit, aliter & aliter non põt eſſe. Idipſum ergo ille eſt, q̃m dictum eſt ei, Mutabis ea & mutabuntur, tu aũt idem ipſe es, & anni tui non deficient. Igitur ſi ipſe idẽipſe eſt, & mutari ex nulla parte põt, participando eius diuinitatẽ erimus & nos immortales in uitã æternã. Et hoc nobis pignus datũ eſt de filio dei qđ iã dixi ſanctitati ueſtrę, ut antequã efficeremur participes immortalitatis ipſius, fieret ipſe prior particeps mortalitatis nřę. Sicut aũt ille mortalis, non de ſua ſubſtãtia, ſed de noſtra, ſic nos immortales, nõ de noſtra ſubſtãtia, ſed de ipſius. Participes ergo erimus nemo dubitet, ſcriptura hoc dixit. Et cuius rei participes erimus, quaſi partes ſint apud deũ, aut p partes diuidat deus? Quis ergo explicat qũo ſint participes unius ſimplicis multi? Non

Pſal. 121.

Pſal. 101

ergo exigatis qđ apte antè dici non poſſe puto qui D deatis, ſed redite ad remedium ſaluatoris, cõterite cor, cõfringatur animi durities, cõterat animi duritia, conterat animi ptinacia, accuſetur in malo, renaſcatur in bono diriget ipſe, alligabit fracturã, cõſolidabit ſanitatẽ, & non erunt iã impoſsibilia nobis q̃ modo impoſsibilia ſunt. Bonũ eſt. n. ut confiteatur infirmitatẽ, q uult puenire ad diuinitatẽ. Intelligentię eius nõ eſt numerus. Ideo qđ debeas facere in difficultate intelligẽdi, oñdit tibi cum cõſequenter dicit, Suſcipiẽs mãſuetos dñs.) Verbi gratia, Non intelligis, parũ intelligis, nõ cõſequeris. Honora ſcripturã dei, honora uerbũ dei, ẽt non apertum, differ pietate intelligentiã. Noli proteruus eſſe accuſare aut obſcuritatẽ, aut quaſi prauitatẽ ſcripturę. Peruerſum hic nihil eſt, obſcurum aũt aliqđ eſt, non ut tibi negetur, ſed ut exerceat accepturũ. Ergo q̃n obſcurum eſt, medicus illud fecit ut pulſes. Voluit ut exerceteris in pulſando, uoluit ut pulſanti aperiret, Pulſando exerceberis, & exercitatus latior efficieris, latior factus, capies qđ donat. Ergo noli indignari qđ clauſum eſt. Mitis eſto, mãſuetus eſto. Noli recalcitrare ad uerſus obſcura, & dicere, Melius diceref, ſi ſic diceretur. Q̃n. n. potes tu ſic dicere aut iudicare qũo dici expediat? Sic dictum eſt qũo dici debuit. Non corrigit æger medicamenta ſua. Nouit ea medicus modificare, ei crede q te curat, Ideo qđ ſequitur: Suſcipiẽs manſuetos dñs. Noli ergo reſiſtere aduerſus clauſa dei, mãſuetus eſto, ut ſuſcipiat te. Si aũt reſiſtis audi qđ ſequatur, Humilians aũt peccatores uſq ad terrã.) Multa genera ſunt peccatoɼ. Humiliãs aũt peccatores uſq ad terram. Quos peccatores, niſi cõtrarios manſuetis? Ex eo qppe qđ ait, Suſcipiens manſuetos dñs humilians aũt peccatores uſq ad terram, ſpeciem quandã peccatorum ex prædicta manſuetudine uoluit intelligi. Peccatores ergo hoc loco immites, & eos q manſueti nõ ſunt, intelligimus. Quare humiliat uſq ad terrã? Reprehendunt intelligibilia, terrena ſenſuri ſunt. Hoc fecit & hoibus q uoluerunt irridere legẽ antequã noſſent: non. n. fuerunt manſueti. Intelligat charitas ueſtra, Extitit qdam perditiſsima ſecta Manichæoɼ, acceptas ſcripturas & lectas irriſit, reprehendere uoluit qđ non intelligebat, & exagitando & reprehendendo nõ intellecta multos illaqueauit. Sed humiliati ſunt q hoc facere uoluerũt, uſq ad terram. Non ſunt permiſsi intelligere cœleſtia, terrena ſapuerũt, Quicqd audis in fabulis ipſorũ, non niſi blaſphemia eſt, & qdam figmenta imaginum corporalium, q̃nquidem uolentes intelligere deum, uſq ad lucis iſtius uiſibilis cogitationem uenerunt ultra ire non potuerunt, & tales campos lucis fecerunt in regno dei, qualẽ uiderunt hunc ſolẽ quaſi fructum lucis illius. Totum autem hoc qđ p terram carnis tãgitur, terra eſt deo: habemus. n. unde uideamus, unde audiamus, unde odoremus, unde guſtemus, unde tangamus. Caro iſta per quinq nuncios quoſdam, quos appellamus ſenſus, percipit non niſi corporalia, intelligibilia uero & ſpiritalia, mente capiunt. Quia ergo illi obſcuritatem ſcripturarum irriſerunt, q propterea clauſa erat, ut pulſantes exercerentur, no ut paruulis negaretur, humiliati ſunt uſq ad terrã, ut cogitare amplius nõ poſſint, q̃ quod per terrã percipitur. Per terrã qđ dico? Per carnẽ caro. n. iſta terra eſt, & de terra facta eſt.

Mat. 7.

E

F

G Quicquid per oculos capis, ad terrā ptinet, qcquid
per aures, qcquid per olfactum, qcquid per gustū,
qcquid per tactum, ad terrā pertinet, quia per terrā
percipitur. Illi ergo non uolebant intelligere intel-
ligentiam cuius non est numerus, quia intelligen-
tiæ eius non est numerus, reprehendētes scripturas
mysticas, mysticis qbusdam rebus salubriter tegen
tes intelligentiā paruuli exerceantˡ, & ipsa reprehen
sione immites facti, qđ contrarium est mansuetis,
humiliati sunt usq; ad terrā, ut incorporalē deū sen
tire non possent, & qcquid de deo cogitarenᵗ, nō ni
si corporaliter cogitarent. Humilians ergo est deus
peccatores usq; ad terrā. Quid ergo debemus facere
nos si nolumus humiliari usq; ad terram? Quia ma
gnum est ꝓficere usq; ad intelligibilia, magnum est
ꝓficere usq; ad spiritalia, magnū est eò puenire cor,
ut nouerit esse aliqđ qđ non per loca extendatˡ nec
p tpa uarietur. Qualis est.n. species sapientiæ? quis
illā cogitet? longa est? quadrata est? rotūda est? Mo
do hic & modo ibi est. Cogitat sapientiā nescio qs
in Oriēte, cogitat illā alius in Occidente: si bñ illā
cogitant, in tanta locoꝝ diuersitate positi, ambobꝰ
H ꝑsto est, Quid est hoc? qs illud capit? Istam substan
tiam, istā quandā diuinam incōmutabilemq; natu
ram qs capit? Noli festinare poteris capere, Audi qđ
sequitur, Incipite dño in confessione.) Hinc inci-
pe, si uis puenire ad intelligentiā pspicuā ueritatis.
Si uis à uia fidei pduci ad possessionē speciei, inci-
pe in cōfessione. Te prius accusa, te accusato, deum
lauda. Inuoca quē nondū nosti, ut ueniat & sciatˡ,
non ut ipse ueniat, sed ut te ad se pducat. Qūo ipse
uenit, unde nunquā discedit? Ipsa est.n. perfectio sa
pientiæ. Vbiq; est, & longe est a malis. Vbiq; est, in-
quam, & longe est à malis q ubiq; sunt. Rogo uos à
qbus longe est qđ ubiq; est? Vbi putatis, nisi qa ia-
cent in dissimilitudine sua, exterminātes in se simitu
dinē dei? Si dissimiles facti recesserūt, reformati re-
deāt. Vnde, inqt, reformabuntˡ? qñ reformabimur?
Incipite dño in confessione. Post confessionē qđ?
Sequantur bona opera. Psallite deo nr̄o in cithara.) Quid est, in cithara? Quod iam exposui, sicut il
lud in psalterio Psalmus, sic & cithara, nō solū uo-
ce sed & ope. Psallite deo nr̄o in cithara. Ecce con-
I fitemini, operamini opa misericordiæ, psallite deo
nostro. Cui deo nr̄o? Qui cooperit cœlū nubibꝰ.)
Quid est, cooperit cœlū nubibus? Qui cōtegit scri-
pturā figuris & sacris. Ille q humiliat peccatores us
que ad terrā, ille q suscipit māsuetos, coopit cœlum
nubibus. Et qs uideat cœlū qđ coopertū est nubi-
bus? Noli timere, audi qđ seqtur, Qui cooperit cœ-
lū nubibus, Qui parat terræ pluuiā.) Qui coopit
cœlū nubibus, Expansisti, qa non uides cœlū: cum
plueris, fructificabis, & serenū uidebis. Coopit cœ
lū nubibꝰ, q parat terræ pluuiā: forte hoc fecit dñs
deus noster. Nisi.n. haberemus occasionē obscuri
tatis scripturaꝝ, ista uobis nō diceremus qbus gau
detis. Hæc ergo pluuia fortasse est ad quā gaudetis.
Exprimi uobis p linguā nostrā nō posset, nisi deus
nubibꝰ figurarū cœlū scripturaꝝ coopiret. Ad hoc
ergo ille cooperit cœlū nubibus, ut paret terrę plu
uiā. Ad hoc obscura esse uoluit dicta ꝓphetaꝝ, ut
haberent postea serui dei qđ interpretando influe-
rent sup aures & corda hoium excipientiū de nubi
bus dei saginā lætitię spiritalis. Qui coopit cœlum
nubibus, q parat terrę pluuiā. Qui exoriri facit in
montibus fœnū, & herbā seruituti hominū.) Ecce K
fructus pluuię, Qui exoriri, inqt, facit in montibus
fœnū. Nunqđ nō & in terra humili? Sed qđ magnū
est in mōtibus? Montes dicit excelsos seculi, aliqua
magna dignitate ꝑditos, hoc loco mōtes accipe. Et
non est mirū, qa duo minuta misit, nescio q̄ uidua
in gazophilaciū, terra attulit fœnū, terra humilis: Marci.12
& mōs attulit, Zacchæus ille maior publicanorū: Luc.19
hoc.n. erat mirabilius, qa mōs attulit fœnū. Quan
to.n. elati sunt hoies, tanto auari sunt: & quāto in
hoc seculo maiores, tāto plus amāt diuitias. Vnde
ille tristis abscessit, q cōsiliū uitæ ęternæ petebat à
dño, & appellauit eū magistrū bonū dicens, Quid Matt.19.
faciā ut uitā æternā habeā? Et ille, Serua mandata.
Quæ? & dixit, Mādata legis. Hæc oia feci à iuuētute
mea. Vnū, inqt, tibi deest, uis esse pfectus, uade uen
de oia tua q̄ habes, & da paupibus, & habebis the-
saurū in cœlo, & ueni sequere me: qa dixit dñs, Ec-
ce mōs es, accipe pluuiā, & da fœnū. Quid.n. datu-
rus es? Nōne fœnū? Etenim ista oia q̄ Ecclię ad ne-
cessitates seruientiū deo dantˡ à diuitibꝰ, qđ sunt ni
si fœnū? Carnalia.n. sunt, & ad tp̄s apparentia: sed
non inde aliqđ carnale conquiritur. De rebus uili- L
bus qđ emas attende: Apostolus.n. ait ostēdens fœ
num esse illud, Si nos uobis spiritalia seminauimꝰ, 1.Cor 9
magnū est si carnalia uestra metamus? Et audi qa
carnalia fœnū sunt, Omnis caro fœnum, & ois cla Esa.40
ritas hois ut flos fœni. Ergo ille tristis abscessit: &
ait dñs, Quā difficile diues intrat in regnum cœlo- Matt. 19.
rum? Hoc ergo magnum, quia exoriri facit in mōti
bus fœnum? Et qūo exoriri facit in montibus fœ-
nū, si diues ille audito ꝙ res suas deberet dare pau
peribus, tristis abscessit? Qūo postea respōdit apo-
stolis cōtristatis? Quæ hominibꝰ impossibilia sunt,
deo facilia sunt. Ergo ille exoriri facit in montibus
fœnū, cui oia facilia sunt. Nam nihil esset sterilius
durissimis mōtibus. Pluit ille q facit exoriri in mō
tibus fœnū & herbam seruituti hoium. Cui serui-
tuti? Ipsum Paulum attende. Nos autē, inqt, seruos 2.Cor.4.
uestros per Iesum xp̄m: q dicebat, Si nos uobis spiri 1.Cor.9
talia seminauimus, magnum est si uestra carnalia
metamus? seruum se dixit: seruimus.n. uobis frēs.
Nemo se, nostrū dicat quasi maiorē uobis esse: eri-
mus maiores, si fuerimus humiliores. Quicunq; au Matt. 20
tē uult esse maior uestrum, dñi sententia est, erit ue M
ster seruus. Ergo exoriri facit in montibus fœnū &
herbam seruituti hoium. Paulus qdem apostolus
manibus suis uiuens, ipsum fœnū montiū noluit
accipere, uoluit indigere, sed tñ montes dabant fœ
num. Nam qa ille noluit accipere, ppea montes da-
re non deberent, aut steriles remanerēt? Debetˡ plu-
uiæ fructus, debetur seruo cibus, sicut dñs ait, Man Matt. 10
ducate q̄ ab ipsis sunt. Et ne putarent aliqđ de suo
donare, Dignus est, inqt, operarius mercede sua. Ita
que frēs, qm contigit iam ex ista occasione aliquid
loq uobis, maxime qa loquimur, talia nos nō qren
tes à uobis, & ideo liberius dicimus. Sed etsi quęre
remus, fructū uestrū q̄reremus, & non uestras opes,
sed uestram iustitiā tm, tñ admoneo breuiter, qm̄
iam multa diximus, & aliquando sermo finiendus
est, si uultis non esse steriles, ut reddatis pro pluuia
fœcunditatem, ne damnetur postea sterilitas ue-
stra. Minatur.n. deus terrę sterili & spinosæ ignem,
sicut fructuosę horreum parat, Efficite ut uosipsos
exigatis, efficimini exactores uestri. Christus tacitꝰ Hebr. 6.
exigit,

A exigit,& maior est uox tacentis,qa in Euangelio nō
Luca 16. tacet : nō.n.uere tacet cū dicit, Facite uobis amicos
Supra de mãmona iniquitatis, ut & ipsi recipiant uos in
Psal.103. æterna tabernacula.Nō tacet ipse,audite uocē eius.
tract.3. Nemo.n.à uobis potest exigeř, nisi forte exactione
opus est,ut q uobis in Euangelio seruiunt,petant à
uobis.Si ad hoc uentū fuerit ut petāt,uidete ne qd'
uos à deo petistis frustra petatis. Ergo estote exa-
ctores uestri,ne aliqd illi,q in Euãgelio seruiunt uo
bis,nō dicā petere cogantur, nā forte nec coacti pe
tent,sed ne silētio uos arguāt:unde scriptū est,Bea-
Psal. 40. tus q intelligit sup egenū & pauperē. Cū dicit,q in-
telligit sup egenū & pauperē, nō expectat ut petat.
Intelligite super illū. Alius te q̃rit indigens,alium tu
debes q̃rere indigentē. Vtrūq; dictū est fratres mei.
Et omni petenti te da:modo lectum est, Et alio lo-
Luc.6. co scriptura dicit, Sudet eleemosyna in manu tua,
quousq; inuenias iustū, cui eã tradas. Alius est q te
q̃rit,alium tu debes q̃rere:nec eum qui te q̃rit relin-
quas inanē, omni enim petenti te da. Sed alius est
quē tu debes q̃rere,Sudet eleemosyna in manu tua,
quousq; inuenias iustū cui des. Nunquã hoc facie-
B tis,nisi aliqd de reb⁹ uestris sepositū habueritis,qd
cuiq; placet pro necessitate rei familiaris suæ, tanq̃
12. q.c. debitū quasi fisco reddendū. Si non habet rempubli
Exēplum cam suam Xp̃s, nō habet fiscum suum? Fiscus.n.sci-
& c. Ha- tis quid sit? Fiscus.n.saccus est, unde & fiscellæ &
bebat do fiscinæ dicunt. Ne putetis quia aliquis draco est fi-
minus. scus, qa cū timore auditur exactor fisci, Fiscus sac-
Ioan.12. cus est publicus : ipsum habebat dñs hic in terra,
& .13. qñ loculos habebat, & ipsi loculi Iudæ erant cō-
Matt 4. missi. Iudã traditorem patiebatur dñs & furē & in
& .14. ipso ostendens ubiq; patientiam suam:tamen illi q
conferebant,in loculos dñi conferebant:nisi forte
putatis quia dñs ibat & petebat aut indigebat,cui
angeli seruiebant, qui de quinq; panibus tot milia
hominū pauit. Quare ergo egere uoluit,nisi ut da-
ret exēplum montibus,ut parerent fœnū, ne cōtra
pluuiam sterilitatē redderent? Præcidite ergo aliqd
& deputate aliquid fixum,uel ex annuis fructibus,
uel ex quotidianis q̃stibus uestris. Nã quasi diuino
uideris dare,& necesse est ut trepidet manus tua,qñ
illam porrigis ad id quod nō debueras. Exime ali-
C quã partē redditū tuorum. Decimas uis,decimas
exime,quanquã parum sit: dictum est.n.quia Pha-
risæi decimas dabãt, Ieiuno bis i sabbato,decimas
Luc.18. do omnium q̃ possideo. Et quid ait dñs? Nisi abun
dauerit iustitia uestra plusquã Scribarum & Phari-
sæorum,nō intrabitis in regnū cœlorum. Et ille super
quē debet abūdare iustitia tua,decimas dat,tu aũt
nec millesimam das. Q̃uo n.superabis eum,cui nō
æquaris? Qui cooperit cœlum nubibus, qui parat
terræ pluuiam,qui exoriri facit in mōtibus fœnum
& herbam seruituti hominū. Et dat pecorib⁹ escã
ipsorum.) Pecora ista dicit greges dei. Non fraudat
deus gregem suū esca sua per homines,quorum serui-
1.Cor.9. tuti herbam facit exoriri. Vnde dicit Ap̃s, Quis pa-
scit gregē,& de lacte gregis nō percipit? Qui dat pe-
coribus escam ipsorum. Et pullis coruorum qui inuo-
cant eū.) Hoc forte putabimus, qa corui deum in-
uocant ut det illis escam? Ne hoc cogitetis,irratio-
nalē aiam inuocare deum:nō nouit anima inuoca
re deū,nisi sola rationalis. In figura accipite dictū,
nec putetis,sicut impij quidã dicūt,reuolui aias hu
manas ad pecora, ad canes, ad porcos, ad coruos.

Hoc à cordib⁹ uestris excludite, & à fide uestra. Aia D
humana facta est ad imaginē dei,nō dabit imaginē
suã cani & porco. Quid est ergo, Et pullis coruorū Gen.1.
q inuocant eum? Qui sunt pulli coruorum? Israelitę se
solos iustos esse dicebant,qa legē acceperant,cæte-
ros oēs omnium gentiū homines peccatores dice-
bant. Et uere oēs gentes in peccato,in idololatria i
adoratione lapidum atq; lignorum erant. Sed nūquid
sic remãserunt? Et quid ipsi? Et si nō nisi ipsi corui
patres nostri,tamē pulli coruorum nosipsi inuocam⁹
deum. Dat pecoribus escam ipsorum,& pullis coruorum,
qui inuocant eum. Ipsi sunt pulli coruorum,quib⁹ di-
cit Petrus,Quia nō corruptibili argēto uel auro re- 1.Petr. 1.
dempti estis de superuacua uestra consuetudine à
parentibus uestris tradita. Proficientes.n.pulli cor
uorum, qui simulacra colere uidebant parentū suorū,
conuersi sunt ad deum. Et audis modo pullū corui
inuocantem unū deum. Quid ergo? Dimisisti parē
tem tuū,dicis pullo corui? Dimisi planè. Ille.n.cor-
uus nō inuocans deū, ego pull⁹ corui inuoco deū.
Et pullis coruorum qui inuocant eū. Non in potenta
tu equi uoluntatē habebit) Potētatus equi est sup
bia. Videtur.n.equus ueluti ad suggestum hominis E
accōmodatus,ut altior incedat, Et reuera est in eo
ceruix indicans quandã supbiã Nō se extollant ho
mines in suis dignitatib⁹, nō se sublimes putent ho
norib⁹,caueant ne i equo indomito p̃cipitent. Vide
enim qd dictū est in alio Psalmo, Hi in curribus, &
hi in equis,nos autē in nomine domini dei nostri Psal.19.
magnificabimur, Hoc est illi in honorib⁹ tēporali-
bus, nos aũt in nomine domini dei nostri magnifi
cabimur. Propterea illis qd accidit? Videte quid se-
quitur, Illis obligati sunt pedes & ceciderūt,nos au
tē surreximus & erecti sumus. Nō in potētatu equi
uolūtatē habebit. Nec in tabernaculis uiri bene
sentiet.) In tabernaculis,inqt,uiri. Est.n.tabernacu
lū dñi,ipsa sancta Ecclesia toto orbe diffusa. Hęreti
ci diuidētes se ab Ecclesiæ tabernaculis,sibi taber
nacula posuerūt,nō in ipsis tabernaculis uiri bene
sentiet deus. Sed pullū coruorum attende dicentē, Ele Psal.83.
gi abiectus esse in domo dei magis,q̃ habitare in ta
bernaculis peccatorum. Etenim si alicui bono, pio,
confitenti infirmitatē suam,pullo corui inuocanti
deū cōtigerit forte in Ecclesia carere honore tpali, F.
nō it extra Ecclesiã, nō sibi facit extra Ecclesiam ta
bernaculū,in quo nō bene sentiat deus Sed qd di-
cit? Elegi abiectus esse magis in domo dñi, q̃ habi-
tare in tabernaculis peccatorum. Nec in tabernaculis
uiri bñ sentiet. Sed quid adiungit? Bene sentiet dñs
in timentibus eū,& in his q sperant in misericordia
eius.) Bene sentit dñs in timentibus eum. Sed nun-
quid sic timetur deus,q̃uo & latro? Nam & latro ti-
metur,& bestia timetur, & homo iniustus & potēs
timetur multū. Bene sentiet dñs in timentibus eum.
Sed q̃uo in timentibus eum? Et in his q sperant in
misericordia ei⁹, Ecce timuit eū Iudas traditor xp̃i, Matt.27.
sed nō sperauit in misericordia ipsius. Postea n.pœ
nituit eum q; tradiderit xp̃m,& dixit, Peccaui,quia
tradidi sanguinem iustum. Bene quidē timuisti,sed
si sperares in misericordia eius quē timuisti. Ille de-
sperando abijt,& laqueo se suspēdit. Ergo sic time
dñm, ut speres in misericordia eius. Si times latro-
nē ab alio speras auxiliū,& non ab eo quē times. Si
sic times, poscis auxiliū ab eo quē nō times aduer-
sus eū quē times. Si sic times deū,& iō times deū qa

G peccãtores, à quo accepturus es auxilium aduersus
deũ? Quó iturus es? Quid factur⁹: Vis ab illo fugerẽ?
Ad ipsum fuge. Vis fugerẽ ab irato? Fuge ad placatũ.
Placabis.n.eũ, si speres i misericordia ipsius. Atq; ita
de cętero peccare caueas, ut de prętéritis depreceris
ut tibi dimittanẽ à dño, cui est honor & imperium
cũ patre & spiritu in secula seculorum, Amen.

In Psalmum centesimum quadragesimumseptimum Enarratio.

Meminit charitas uestra de Psalmo quẽ mo-
do cãtauimus, in hodiernũ diem nos distu
lisse sermonẽ. Ipsi.n.erat, & de die domini-
co lectus est, & tractandus ipse susceptus est. Sed qa
Euãgelica lectione tunc pmoti, prę magnitudine ti
moris nostri & uestrę utilitatis imorati sumus i eo
Matt.24. ꝙ nobis dñs diem nouissimum cõmendauit, cau-
Luc.17. tosq; nos & uigilãtes expectarẽ uoluit aduentũ suũ,
terrens etiam exẽplo, ne dãnaret iudicio, sic futurũ
dicens aduentũ filij hominis, sicut i dieb⁹ Noe mã-
ducabant & bibebãt, emebãt, uẽdebant, nubebãt,
uxores ducebãt, donec introiret Noe in arcã, & ue-
nit diluuiũ & perdidit oẽs. Solliciti ergo & magno
H timore cõcussi, quis.n.si credit nõ timeat? in eo su-
mus quantũ potuimus imorati, ut de uestris mori-
bus uitaq; uestra, & omniũ nr̃m sermo produceretẽ,
quo possimus illũ diẽ nõ solũ securi expectare, sed
etiã desyderare. Si.n.amamus Xp̃m, utiq; aduentum
eius desyderare debem⁹. Peruersum.n.est, & nescio
utrũ uerũ, quẽ diligis timere ne ueniat: orare, Adue
Matth.6. niat regnũ tuũ, & timere ne exaudiaris. Vnde autẽ
timor? qa iudex uẽturus est? nũquid iniustus? nun-
qd maleuolus? nunquid inuidus? nunqd postremo
ab altero expectans nosse causam tuã, ne forte ille
quẽ instruxisti, uel p̃uaricatione te decipiat, uel mi
nori facũdia & facultate deficiens, inocẽtię tuę bo-
nũ uerbis demõstrare modo nõ possit? Nihil hor.
Quis ergo uẽturus est? quare nõ gaudes? qs uẽturus
est iudicare te, nisi q uenit iudicari ꝓpter te? Nõ ti-
Ioan.12. meas accusatorẽ de quo ipse dixit, Princeps huius
mũdi missus est foras. Non timeas malũ aduocatũ:
ille n. tibi modo aduocatus est, q tũc iudex futurus
est. Ille erit, & tu, & tua causa, sermo causę tuæ, testi-
moniũ cõscientiæ tuę. Quisqs ergo futurũ iudicẽ ti
I mes, p̃sentẽ cõscientiã tuã modo corrige. Parũm ne
tibi est qđ p̃terita non requiret? Sine reliquo spatio
tẽporis tũc iudicabit, sed quod cũ tãto spatio tẽpo
ris modo p̃cipit, tunc etiã corrigi nõ licebit. Modo
quis prohibet? Hoc cũ uehemẽter cõmendaremus
dñico die, qa reuera, qa ꝓpe hoc solũ dicendũ est,
nõ parũ tẽporis effluxit, & coacti sumus hunc psal-
mũ susceptũ ad tractandũ in hunc diẽ differre. Mo
do ipse p̃sto est, intẽdamus in eũ, imo in deum, qui
hos sermones p misericordiã suam in spiritusancto
dispẽsare dignatus est, ita ut ipse nouit expedire in-
firmitatib⁹ nostris. Quis.n.æger cõsilium dare me-
dico audet? Cũ legeretur credo aut oẽs aut multos
uestrũ animaduertisse ꝙ habeat aliquos uersus ad
quos aperiẽdos pulsandũ ẽ, maximeq; ubi ait, Qui
dat niuẽ uelut lanã, nebulã uelut cinerẽ spargit, q
mittit crystallũ suũ uelut frusta panis, in faciem fri
goris eius qs subsistet? His.n.auditis quisquis ea ac-
cepit ad literã, opera qdẽ diuina cogitauit. Quis.n.
dat niuẽ nisi deus? & qs nebulã spargit nisi de⁹? cry
stallũ qs durat nisi ipse deus? Et habet hęc tria simi
litudines congruas appositas. Neq;.n.dissimulis est
lana niui, aut cinis nebulæ, aut frusta panis cãdido K
nitori, & cãdori crystalli. Est.n.crystallũ species, q̃-
dã in modũ uitri, sed cãdidũ est: Hoc aũt genus tra
ditur ab eis q nouerũt, unde dubitare nõ debem⁹,
qm̃ fidelissima scriptura testimoniũ dicit. Traditur
enim crystall⁹ durata p multos annos, & nõ resolu
ta niue ita cõgelascere, ut resolutio nõ facilis sit. Ni-
ues p̃teritę hyemis facilè dissoluit ęstas adueniens:
nõ.n eis ad cõfirmandã duritiã accessit annositas.
Vbi aũt niues multæ p annos multos super inuicẽ
missę fuerint, & copia sua uiolẽtiã ęstatis euicerint,
nõ æstatis uni⁹, sed multarũ p̃sertim i his terrę parti
bus.i.s aquilonia plaga, ubi nec ęstate sol p̃feruẽtis-
simus inuenitẽ, ipsa diuturna & annosa duritia red-
dit hanc speciẽ, q̃ crystallũ dicitur. Intẽdat charitas
uestra. Quid est ergo crystallũ? Nix est glacie durata
p multos annos, ita ut à sole uel igne facilè dissolui
nõ possit. Hoc ꝓpterea aliquãto diutius exposuim⁹,
qa multi ignorant: nec illi q hoc forte norunt, de re
quã nouerũt onerosum habẽt deberẽ sermonẽ adhi
bitũ, nõ ꝓpter se, sed ꝓpter eos q nõ nouerunt. Hęc
ergo cũ audistis p̃sonãte lectore, nõ dubito uos di-
uersa cogitasse, dixisse aliquos, & uerum dixisse, ma L
gna opa dñi: unde particula q̃dã cõmemorata est,
& ipsa terrena & ꝓpe oĩbus annis nota, qũo ningat
deus, qũo nebulã spargat, qũo etiam crystallũ soli-
det, alios dixisse sibi. Putás ne sine causa ista in scri
pturis posita sunt, aut uere hoc totũ habent qđ so-
nant? Nõ nobis aliquid innuit nix ista & lana, nebu
la & cinis, crystallus & panis? Sed quare sic scriptu-
ra loqui uoluit, p q̃dã quasi caligines similitudinũ?
quanto melius apertius loqueretur? Quare uel gro
uel hælito, qd sibi illa uerba exigãt? q̃re in audiẽdo
uel laboro, q̃re plerunq; audito psalmo, indoctus
abscedo? Hoc est, qđ pauloante dixi, Patere te cura-
ri, ita sanãdus es. Multũ supbus & p̃ceps est æger, q
& medicũ monere audet etiã hoiem. Consilium ne
audebit dare æger medico? Vbi hõ ęgrotat, & deus
curat, magnũ pietatis & sanitatis indiciũ est. Anteq̃
scias quare qd dictũ sit, crede ita dici debuisse ut di
ctũ est. Hæc.n.pietas faciet te capacẽ ut q̃ras quod
dictũ est, & cũ q̃sieris, inuenias: & cũ inueneris gau
deas. Assit ergo nobis apud dñm deum nostrũ iste
affectus precũ uestrarum, etsi nõ propter nos, certe
ꝓpter uos donare dignetẽ, quod hic absconditũ la- M
tet. Modo ergo putate nos qm̃ cuiusdam spectaculi
æditionis diuinę diẽ ꝓmisimus, ꝓnũciatis his uer-
sib⁹ & nondũ expositis, inuolutas quasdã æditoris
nr̃i sarcinas ꝓtulisse. Vtrq; ad hoc inuolutę ꝓferun-
tur, ut euolutę expectentur: uos autẽ non tantũ in-
tueri, sed & uestiri paramini. Dixeramus aũt die do-
minico, si meminit charitas uestra q affuistis, ipsam
euangelicã lectionẽ q̃ nos diutius tenuit, ut psalmi
expositio differretẽ, cõgruã lectã fuisse eidẽ psalmo.
Hoc tũc diximus, sed ostẽdere nõ ualuimus, qa psal
mũ distulimus. Hodie itaq; demõstranda est & ipsa
cõgruẽtia. In euãgelica illa lectione territi sum⁹ de Matt.24.
die nouissimo, terror ille securitatẽ parturit: terri-
ti.n. p̃cauemus, p̃cauẽtes securi erimus. Qũo n p̃po-
stera securitas in terrores impellit, ita ordinata solli-
citudo securitatẽ parit. Territi.n sumus ne p̃sentem
uitã deficientẽ, uolaticã, transitoriam sic amemus,
quasi alia nulla sit: si.n.alia nulla est, amemus hãc.
Si alia uita nulla est, fœliciores nobis sunt q ad am
phitheatrũ hodie uigilarunt. Quid.n.ait Apostol⁹?

A Si in hac uita tm̃ in Christo sperantes sumus, mise-
1.Cor.15. rabiliores sumus oibus hominibus. Est ergo alia
uita? Interroget quisquā uestrū in fide sua, sed dor-
mit fides: merito fluctuas, qa xp̄s dormit in naui.
Matt. 8 Iesus n. dormiebat in naui, & nauis fluctuabat in
aquis & tēpestatibus multis. Fluctuat ergo cor qn̄
Christus dormit: xp̄s semper uigilat, quid est ergo,
xp̄s dormit? Fides tua dormit. Quid adhuc dubita
tionis tempestate iactaris? Excita Christum, excita
fidem tuam. Conspice oculis fidei uitā futurā, pp
quam credidisti, propter quam signo eius signaris,
qui propterea duxit hanc uitam, ut tibi ostenderet
quā sit contemnenda q̄ diligebas, & q̄ sit speranda
quā non credebas. Si ergo fidem excitaueris, & ocu
los eius in nouissima miseris, futurumq; seculū in
quo gaudebimus post alterum dn̄i aduētum, post
iudicium peractū, post traditum iustis regnū cœ-
lorum, si illā uitam cogitaueris, & illius uitę nego-
cium ociosum, de quo sæpe locuti sumus, charissi-
mi, non fluctuabit negociū nostrū: ociosum nego
† al. in- cium plenū solius dulcedinis, nulla interpellatū †
terpolatū molestia, nulla fatigatione sauciatū, nulla nube p-
B turbatum. Negociū nostrū qd erit? Laudare deum,
Psal. 83 amare & laudare: laudare in amore, amare in laudi
bus. Beati q habitant in domo tua, in secula seculo
rum laudabūt te. Quare, nisi qa in secula seculorū
amabunt te? quare, nisi qa in secula seculorū uide-
86. di. ca. būt te? Hoc ergo frēs mei quare spectaculum erit in
uidens uisione dei? Vident hoies uenatorē & delectantur:
homines. uæ miseris si nō se correxerint. Qui n. uident uena
torē & delectanf, uidebūt saluatorē, & cōtristabū-
tur. Quid illis miserius, quibus saluator saluti non
erit? Nō ergo mirum, qa illis qbus uoluptati est hō
pugnans, nō erit saluti deus liberās. Nos aūt frēs si
nos in eius mēbris meminimus, si cōcupiscimus, si
pseueramus, uidebimus & gaudebimus. Erit illa ci
uitas purgatis oibus ciuibus suis, nullo admixto se
ditioso aut turbulēto. Inimic⁹ ille q modo inuidet,
ne ad illā patriā ueniamus, illic cuiquam insidiari
nō poterit, qa nec esse ibi pmittetur. Si. n. modo ex-
cludif de corde credentiū, qūo excludetur de ciui-
tate uiuentiū? Quid erit frēs? qd erit? Rogo uos esse
in illa ciuitate, de qua loq tm̃ gaudiū est: huic futu
C ræ uitę corda pparare debemus. Quisqs ei cor ppa-
rauerit, totā istā contemnit: contēpta ista, securū fa
cit expectare diē, de quo expectando dn̄s terruit.
Cū ergo psalmus iste dicat nobis, & cātet de illa ui
ta futura, Euangeliū aūt terruerit de p̄senti: psalm⁹
facit amorē futurę, Euangeliū facit timorē p̄sentis.
Nec de futura delectatione tacef in literis noui te-
stamēti, & multo magis in eis ubi nō tanquā inuo
lucris qbusdam pferuntur illa q̄ intelligenda sunt,
sed ibi uidenf apta, ut hic intelligātur obscura. Cū
Matt. 24 ergo dicit nobis Euāgeliū, Obseruate diem nouis-
simum uenturū, diē aduētus filij hois, qa illos ma-
le inuenturus est q modo securi sunt, ideo qa puer-
se securi sunt: securi sunt. n. in uoluptatibus seculi,
cū deberent esse securi domitis cupiditatib⁹ seculi:
Iam utiq; illi uitæ nos p̄parauit Apl̄s in uerbis quæ
tunc ēt cōmemoraui, De cætero fratres tp̄s breue
1.Cor. 7 est. Reliquum est ut q habent uxores tanquam nō
hn̄tes sint, & qui emunt tanquā non emētes, & qui
gaudent tanquā non gaudētes, & q flent tanquam
non flentes, & q utuntur hoc mundo tanquā non
utentes sint: pterit. n. figura huius mundi, uolo uos
sine solicitudine esse. Qui gaudiū totum suum to- D
tamq; fœlicitatē suā constituit in manducando, bi
bendo, uxorē ducendo, emendo, uendēdo, utēdo
mundo isto, sine solicitudine est talis: sed præter ar
cam, uæ illi à diluuio. Quisquis aūt siue māducat,
siue bibit, siue aliud qd agit, oia in gloriā dei facit:
& si aliqua tristitia est de reb⁹ secularibus, sic flet,
ut intus in spe gaudeat: & si aliqua lætitia est in re-
bus secularibus, sic gaudeat, ut intus spiritaliter ti-
meat, nec donet se corrumpendū fœlicitati, nec ce
dat aduersitati frangendū. Hoc est. n. flere tanquā
non flentē, & gaudere tanquā nō gaudentē. Quis-
quis & si hēt uxorē, eiusq; infirmitati cōpatiēs, red
dit non exigit debitū: aut si pp propriā infirmitatē
ducit uxorem, plangens potius qa sine uxore esse
non potuit, q̄ gaudens qa duxit. Quisqs uendit qd
nouit qa & si maneret, beatū non faceret, quisquis
qd emit nouit qa transiet: & de his oibus etsi abun
dantibus, etsi circūfluentibus non p̄sumit, facitq;
ex eo qd habet, misericordiā cum eo qui non hēt,
ut & ipse accipiat qd nō hēt ab illo qui oia habet.
Quisquis talis est, securus expectet diē nouissimū, Gene. 6.
quia non est pter arcam, iā inter ligna imputribilia E
cōputatur, ex qbus arca fabricaf. Non ergo timeat
uenturū dn̄m, sed & speret & desyderet. Non. n. ue-
niet ille ad inferendas pœnas, sed ad finiendas mo
lestias. Hoc aūt fit desiderio illius ciuitatis. Quod
ergo monuit Euangeliū, impletur eius ciuitatis de
syderio qd Psalmus cantat, ita congruit Euangeliū
huic cantico, Et quā ciuitatē Psalmus iste cātat au
diamus. Audiamus & cātemus gaudiū nr̄m: cū hoc
audimus, canticū dei nostri est. Non. n. tm̃ canta-
mus qn̄ uoce & labijs sonamus canticū. Est & can
ticū intus, assunt labia, qa sunt & aures cuiusdā in-
tus. Voce cātamus, ut nos excitemus: corde cante-
mus, ut illi placeamus. Aggęi & Zacharię Psalm⁹.
dicif. Aggęus & Zacharias Prophetæ fuerunt. Erā
aūt Prophetę isti iā in captiuitate Hierusalē illius 1.Esdr. 5.
in terra portauit umbrā cuiusdā ciuitatis cœlestis
In illius ergo ciuitatis captiuitate cū essent in Baby
lonia, pphetauerūt Prophetæ isti reparationē Hie-
rusalē, pphetauerūt ciuitatē nouā ex reparatione
ueteris, liberato pplo à captiuitate. Agnoscimus &
istā captiuitatē, si uere agnoscimus nostrā pegrina F
tionē. In hoc. n. mundo, in his tribulationib⁹ secu-
li, in hac turba multiplici scandalorū, quodāmodo
in captiuitate gemimus, sed erigemur: pnunciaf ci-
uitas nr̄a noua ęqualis futura. Nā & post istorū pro
phetationē, & uisibiliter contigit ut totū explicare
tur qd ad ploluendā imaginē ptinebat. Reparata
est Hierusalē post septuaginta annos captiuitatis. Hier. 25
Sic Hieremias Propheta septuaginta annis septena & 29.
rio illo numero oēm uolubilitatē hui⁹ tp̄is signat:
septenario. n. numero uoluunf dies hi, sicut nostis,
id est, abeunt, ijdē redeūt. Post septuaginta ergo an
nos cū pphetauit Hieremias reparari ciuitatē Hie-
rusalē, factū est ut & ibi significaref imago futuro-
rum: significatum est nobis post oēm istam uolu-
bilitatē tp̄is, q̄ septenario numero uoluitur, futurā
illā ciuitatem nostram iā in æternitate in uno die.
In illa qppe habitatione tp̄s non uoluif, qa habita-
tor ibi nō labif. Hāc cū uiderēt in spiritu Prophetę,
uidebāt illā, dicebant de ista. Sed hæc dicebant de
ista, q̄ in illā dicerent, & illa oia q̄ fiebant scd̄m tē
pus, scd̄ in corporales motiones, secundū actus ho

G minum,signa erant & pnunciationes futurorum. Audiamus iam cantari ciuitatē illam, & erigamur ad eam. Multum n. nobis eam commendat spūs dei, infundens nobis amorē illius, ut ei suspiremus,& in peregrinatione ingemiscamus, & ad illā uenire desyderemus. Amemus illam, & ipsum amare ambulare est. Ecce amemus illam ex ore sancto & ex ore Prophetico & dei spiritu dicentis:

Expositio Psalmi.

Collauda Hierusalem dnm.) In captiuitate
c adhuc constituti, uident illos greges, imò unum grege oium ciuium undiq; collectorum ad illā ciuitatem: uident gaudium massę post trituras post uentilationē iam missæ in horreū, nihil timentis, nihil laboris & molestiæ patientis: & adhuc hic positi, & in ipsa cōditione cōuersantes, pmittunt gaudiū spei,& anhelant in illā quasi coniungentes corda sua angelis dei, & futuro illi pplo secū in gaudio permansuro. Collauda Hierusalem dnm. Quid.n.factura es ô Hierusalē? Transiet certe & labor & gēmitus, qd factura es? aratura, seminatura, nouellatura, nauigatura es, negociatura es?
H Quid factura es? An in illis opibus quāuis bonis & de misericordia uenietibus exerceri te adhuc oportet? Cōsydera numerū tuū, consydera undiq; societatem tuā. Vide utrum aliqs esuriat cui porrigas panem, uide si aliqs sitiat, cui des calicē aquę frigidę, uide utrū aliquis modo apud te pegrinus est quē hospitio recipias, uide utrū aliqs sit æger quē uisites, uide utrū aliqs est q litiget quē concordes, ui-
Matt. 25. de utrū aliqs moriatur quē sepelias. Quid ergo factura es? Collauda Hierusalē dnm. Ecce hoc est negociū tuū. Sicut solet in titulis scribi, utere fœlix, collauda Hierusalē dnm. Estote Hierusalem, memēto te de qbus dictum est, Dne in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilū rediges. Hi sunt q modo gaudent talibus pompis: inter illos sunt q ppea hodie non uenerunt, qa munus est. Cui munus est? cui dānum? Aut unde munus? aut unde damnum? Non.n. illi tm q talia ędunt, dāno feriuntur, sed maiori damno pcutientur q talia libenter intuentur. Illorum arca auro exinanitur, istorū pectus iustitiæ diuitijs ex-
I poliatur. Plangunt pleriq; æditores uendētes uillas
† al. spectatores. suas. Qūo debent plangere speculatores † & peccatores pdentes aīas suas? Itane ad hoc clamauit dns dominico die, uigilate, ut hodie sic uigilares? Obsecro uos ô ciues Hierusalem, adiuro uos per pacem Hierusalem, per redemptorem, per structorem, per rectorem Hierusalē, ut conuertatis pro illis preces ad dnm, ut uideant, sentiant quia nugantur, & multum intenti in illa spectacula q̄ illis placent, aliqn & se spectent, sibiq; displiceant. In multis.n. iam factum gaudemus: & aliqn nos quoq; ibi sedimus, & insaniuimus: & q̄ multos putamus ibi nunc sedere, futuros non solum xpianos, sed etiam Epos? Ex præteritis futura conijcimus, ex his q̄ iā facta sunt, q̄ deus acturus est prænunciamus. Vigilent preces nostrę, nō gratis gemitis frēs. Prorsus illi qui euaserunt deprecantes pro his qui periclitantur, qa & ipsi fuerunt in numero piclitantium, exaudiuntur, & abstrahet deus à captiuitate Babyloniæ plebē suā, redimet oino & eruet, & pficietur numerus sancto-
Psal. 72. rum gestantiū imaginē dei. Non ibi erunt quorum imaginē deus in ciuitate sua spernet, & ad nihilum rediget, qa & ipsi in captiuitate sua, & in ciuitate sua

K hoc est, Babylonia imaginē eius ad nihilum redegerunt. Erit ille ppls laudans dnm, quem præuidet modo spūs pphetiæ, & dicit ut expleemus in spe, & desyderemus ipsam rē. Collauda Hierusalē dnm,
Lauda deū tuū Sion.) Collauda, qa ex multis con-
1. Cor. 10 stas: lauda, qa unū facta es. Multi, inqt, Apostolus, unum sumus in xpo Iesu. Qūo ergo multi collaudamus, qūo unum laudamus? Iidem multi q unū, quia ille in quo unum, semper unus. Quare, inqt, hæc Hierusalē, collaudo dnm, & laudo deū meum Sion? Que Sion ipsa Hierusalē. Diuersis causis duo noia. Hierusalē dicta est uisio pacis, Sion dicta est speculatio. Videte si aliud sonant ista noia nisi spectacula, ne putēt gētes se hre spectacula, & nos nō habere. Aliqn dimisso theatro aut amphitheatro, cū cœperit ex illa cauea euomi turba perditorum, aliqn tenentes in aīo phantasias uanitatis suæ, & memoriam suā pascentes rebus non solū inutilibus, sed & pniciosis, gaudētes in eis tanquā in dulcib9, sed pestiferis: uident plerunq;, ut fit, transire seruos dei, cognoscunt ipso habitu, uel uestis, uel capitis, uel forte notos hnt, & dnt apud semetipsos uel se-
L cum, O miseros istos, qd pdunt? Fratres, rogemus dnm pro beneuolentia ipsorum, qa bonū illi putant, bene nobis uolunt. Sed q diligit iniquitatem, odit aīam suā: si odit animam suā, qūo amabit animā tuam? Tn ipsa puersa & inanis & uana beneuolentia, dicēda beneuolentia non est: dolent nos pdere qd amant, oremus ne pdant quod amamus. Videte qualē Hierusalē exhortet ad laudē, uel potius præsentiat laudaturā. Non.n. illius ciuitatis laudes tūc cum uidebimus & amabimus & laudabimus, uoce pphetica exhortandæ & excitādę sunt: sed ppea modo dicūt hoc Prophetæ, utpote quantū pnt in hac carne constituti, futura gaudia beatorum eructātes in aures nostras, ut excitent amorē illius ciuitatis. Ferueamus desyderio, non simus spiritu pigri. Sed uidete qualē Hierusalē dicit laudaturā deū, & unde laudaturā? pfectione quadam beatitudinis. Collauda, inqt, Hierusalē dnm, lauda deum tuum Sion. Et quasi diceret, unde secura laudabo? Qm confirmauit, inqt, uectes portarū tuarum.) Attendite frēs mei, Confirmauit, inqt, uectes portarum tuarum.
M Vectiū confirmatio non est portarū apertarum, sed clausarū. Vnde pleriq; codices hnt, confirmauit seras portarum tuarum. Attēdat charitas uestra, Cōclusam Hierusalē dicit laudare dnm. Collauda Hierusalē dnm, lauda deum tuum Sion. Collaudamus modo, laudamus mō, sed inter scādala: multi quos nolumus intrāt, multi & si nolum9 exeūt: ideo cre-
Matt. 24 brescūt scādala. Et qm abūdauit iniquitas, ait ueritas, refrigescit charitas multorum, pp intrantes quos diiudicare nō possumus, & exeūtes quos tenere nō possum9. Quare hoc? Quia nondū pfectio, nondū illa beatitudo. Quare hoc? Quia adhuc area, nondum horreū. Tunc ergo qd, nisi ut non timeas tale aliqd futurū? Collauda.n. Hierusalem dnm, lauda deū tuū Sion, qm cōfirmauit uectes portarū tuarum. Confirmauit, nondū dixit, apposuit tm, sed confirmauit uectes portarū tuarū: nemo exeat, nemo intret. Nemo exeat gaudeam9, nemo intret timeam9. Ne hoc timeas cū intraueris Dr tmmodo, esto i nu-
Matt. 25. mero uirginū q portarūt oleū secū: uirgines.n. illæ aīas significāt. Nō n. uere quinq; erūt, sed in quinq; illis milia sunt. In numero illo qnario milia intelli-

A guntur,nō fœminas tantū, sed & uirorū, qa uterq; sexus dicitur fœmina, quia Ecclesia:& uterq; sexus,
2. Cor. 11. hoc est, Ecclesia dicitur uirgo. Desponsaui uos uni uiro,uirginē castam exhibere xpo. Paucoꝝ est uirginitas in carne,oium debet esse in corde, Virginitas carnis,corpus intactum:uirginitas cordis,fides īcorrupta. Ergo dicitur uirgo tota Eccl'ia, & masculino genere appellatur populus dei:uterq; sexus populus dei,& unus popul',& unicus ppls:& una Ecclesia, & una columba, atq; in hac uirginitate milia
Matt. 25. sanctoꝝ. Ergo quinq; uirgines oēs animas intraturas in regnū dei significant,nō sine causa quinario numero, qm̄ quinq; sunt corporis sensus notissimi omnibus. Per quinq;.n.ianuas intrat aliquid p corpus ad aiam: aut p oculos intrat quod cōcupiscas male, aut p aures, aut p olfactum, aut per gustum, aut p contactum. Per has quinq; ianuas quisqs nō admiserit corruptionē, inter quinq; uirgines computatur. Admittuntur aūt corruptiones per illicita desyderia. Quid aut liceat & quid non liceat, pleni sunt libri scripturarum. Ergo opus est ut sis in illis quinq; uirginibus:non timebis qd dictū est, Nemo
B intret. Dicitur.n. hoc, & fiet hoc. Sed cū intraueris, nemo cōtra te claudet. Sed te ingresso, claudentur portæ Hierusalē,& firmabūtur uectes portaꝝ eius. Nā si tu esse uolueris aut non uirgo corde, aut & si uirgo inter fatuas uirgines, foris remanebis & frustra pulsabis. Quę sunt fatuę uirgines? Et ipsæ quinque sunt, q̄ nisi aiæ quę habēt istā continentia carnis,ut uitēt corruptelas ab oibus sensibus tenentes,quos sensus iā enumeraui? Quę uitēt ueluti corruptiones uenietes undiq;,& nō in cōscientia gerūt bonū suū corā oculis dei, sed placere inde uolunt hoibus, & iudiciū sequūtur alienū. Fauores uulgi aucupanf,uiles sibi sunt,cū spectatoribus esse chari uolūt,nō eis sufficit cōsciētia:Merito nō portāt oleū secum. Oleum aūt est ipsa gloriatio,pp nitorem & splendorem. Sed quid dicit Ap'ls? Vide uirgi
Gala. 6. nes sapientes portantes oleū secum, Opus aūt suū probet unusquisq;,& tūc in semetipso habebit gloriam,& nō in altero. Hæ sunt ergo uirgines sapientes. Stultæ aūt accendunt qdem lampades,uident
Matt. 25. qdem lucere opera eaꝝ, sed deficiunt & extinguun
C tur,qa nō de oleo interiore pascuntur. Et dormiūt oēs tardante sponso, quia ex utroq; genere hoium obdormiscunt in morte, & de illis fatuis, & de his sapientibus tardante aduentu dn̄i,ituri in mortem istam corporalē & uisibilē, quam somni loco scripturas ponere notum est omnibus xpianis,cū dicere de ægrotantibus Apl's,Propterea in uobis,inqt,
1. Cor. 11. multi infirmi & ægri,& dormiunt sufficiēter. Dormiūt,inqt,moriūtur. Sed ecce uenturus est spōsus, & oēs surgent,sed non oēs intrabūt. Deficiēte ope stultaꝝ uirginū non habentium oleum cōscientię non inuenient à qbus emant, quod illis solebant uendere adulatores. Ab irridentibus.n.dicitur,non
Matt. 25. ab inridentibus, Ite emite uobis. Petierant.n.stultæ à sapientibus & dixerūt eis. Date nobis oleū,qa faces nostrę extinguūtur. Quid illę sapiētes? Ne forte nō sufficiet nobis & uobis,ite potius ad uēdentes & emite uobis:hoc admonere erat,Quid uobis modo ,psunt à qbus emere soletis adulationem? Et cū eunt,inqt,intrarūt illæ,& clausum est ostiū. Cū eūt corde,cū talia cogitāt, dum se ab illa intētione alienant, & retro ptérita sua recordanf, eunt quasi

ad uendentes, & nō inueniūt tunc fauentes, nō inueniūt tūc laudātes à qbus solebāt laudari, & quasi excitari ad bona opa, nō robore bonæ cōsciētiæ, sed incitamēto linguę alienę Et illud qd dictū
est,Ne forte nō sufficiat nobis & uobis, magna cō- Matt. 25.
syderatione humilitatis dictū est. Oleū.n. quod gestam' in cōscientia, iudiciū est nřm de nobismetipsis quales simus:Et difficile est ut de se quisq; pse certe iudicet,frēs mei, quātumlibet homo proficiat, quantulibet se ad interiora extēdat, & ptérita obliuiscatur,iā dicit sibi, bene est, ,pcedit regula de thesauris dei, examinat liqdum, Et qs gloriabit castū
se habere cor? Et qs gloriabit mundū se esse à pec- Philip. 3.
cato?Sed qd dixit scriptura?Iudiciū sine misericor- Prou. 20.
dia ei q non fecit misericordiā. Quantumcunq; p- Iacobi. 2.
ficias,sperabis in misericordiā. Nam si iustitia sine misericordia ,plata fuerit, in quolibet quod dānet inueniet.Quæ nos cōsolatur scriptura? Quę hortat ad misericordiā faciendam, ut oīno crebresceamus in erogando quod amplius habebamus.Multa aūt supflua habemus,si non nisi necessaria teneamus. Nam si inania qramus,nihil sufficit.Fratres,quęrite quod sufficit operi dei, non qd sufficit cupiditati
uestræ. Cupiditas uřa nō est opus dei: Forma uřa, E
corpus uestru,aia uestra,hoc totū opus dei. Quęre
q̄ sufficiant,& uidebis q̄ pauca sint. Vtduæ suffece- Marci. 12.
runt duo minuti nūmi ad faciēdam misericordiā, suffecerūt duo nūmi ad emendū regnū dei. Ad uestiendos totiens uenatores,qd sufficit æditori? Videte qa non solū pauca sunt q̄ uobis sufficiant, sed nec ipse deus multa à uobis q̄rit. Quære quātū tibi dederit,& ex eo tolle qd sufficit. Cętera q superflua iacent,alioꝝ sunt necessaria. Supflua diuitū necessaria sunt pauperū. Res alienæ possidenf,cum supflua posidēt. Faciēs ergo hmōi misericordias, & illam præcipue quæ gratis constat. Dimitte sicut dimittimus, quia non nisi charitate erogas, q̄ crescit cū erogas. Faciēs ergo & feruēs in ipsis bonis operibus misericordię,q̄ iā bona opa,ut iam diximus, tunc nō erūt necessaria, qa nullus erit miser in quē facienda sit misericordia, expectabis securus iudicium, non tam securus de iustitia tua, q̄ securus de misericordia dei, qa & tu misericordiā prærogasti.
Iudicium.n.sine misericordia illi, qui non fecit mi- F
sericordiam:Superexaltat aūt, inquit,misericordia
iudicium. Ne putetis fratres quia tunc non est iu- Iacobi. 2.
stus qn̄ nostri miseretur,aut recedit à regula iustitiæ suæ. Et cum dānat,iustus est:& cum miseret, iustus est. Quid.n. tam iustum, q̄ reddere misericordiam prærogāti? Quid tam iustū,q̄ ut in qua mē
sura mensi fueritis,in ea remetiatur uobis?Da egen- Matt. 7.
ti fratri. Cui fratri? xpo. Si ergo quia fratri xpo.& qa xpo deo, qui est super omnia deus benedictus in
secula:Deus egere à te uoluit,& tu manus retrahis? Roma. 9.
Certe tu porrigis manum, & petis à deo:audi scri- Ecclesia-
pturam,Nō sit manus tua porrecta ad accipiendū, stici. 4.
& ad dandū collecta. Erogari sibi uult deus ex illo quod dedit. Quid.n. das,qd ille nō dedit? Quid.n.
habes qd non accepisti? Aut uero nō dico deo,sed 1. Cor. 4
cuilibet de tuo das aliqd? De illius das q iubet ut
des. Prerogator esto nō inuasor. Hæc ergo faciēs,& Matt. 25.
si bona humilitate dicis de illo oleo, ne forte non sufficiat nobis, intras & claudit:audi Apl'm hoc di-
centem, Mihi aūt minimū est, ut à uobis diiudicer. 1. Cor. 4.
Qn̄.n. potestis diiudicare conscientiam meam? Qn̄

G examinare quò aio facio quicqd facio? Quantum
possunt hoies de alio iudicare? Plus homo utiq; ip-
se de se, sed deus plus de hoie, q̃ homo de se. Ergo si
Matt. 25. talis fueris intrabis, in quinq; illis uirginibus eris,
cæteræ fatuę excludent: nã hoc habes in Euãgelio,
Claudet ostiũ, & stabũt & clamabũt, aperi nobis,
& nõ aperietur. Qm̃ confirmauit uectes portarum
tuarũ. Cõfirmauit, inqt, uectes portarũ tuarũ, secura
insta, secura lauda, sine fine lauda. Fortiter clausæ
sunt portæ tuę, nõ exit amicus, nõ intrat inimicus.
Cõfirmauit uectes portarũ tuarũ. Benedixit filios
tuos in te.) Non uagãtur foris, non peregrinantur,
intus gaudent, intus laudãt, intus benedicũt, intus
non parturiũt, qa iã neminẽ pariũt. Filij sunt, sancti
sunt, isti filij sancti iã laudãtes & gaudẽtes, parturiti
& parti sunt matre charitate, inclusi sunt colligẽte
charitate. Audi charitatem parturientem illos, qua
præditus Paulus Apl's, non solum paternum, sed &
maternũ amorẽ congerẽs in filios & corrigẽs, Filij
Gala. 4. mei, inqt, quos iterũ parturio. Cũ Paulus eos partu
riebat, charitas eos parturiebat. Cum charitas eos
H parturiebat, dei spirit⁹ parturiebat. Charitas.n. dei
Roma. 5. diffusa est in cordibus nr̃is p spiritumsanctũ, q da-
tus est nobis. Ergo colligat quos parturiuit & pe-
perit. Modo iã intus filij sunt, securi sunt: Volarũt
de nido timoris, uolarũt i cœlestia, uolarũt in ęter
na, iã nihil metuũt tẽporale. Bñdixit filios tuos in
te. Quis? Qui posuit fines tuos pacẽ.) Qũo exul-
19. libro. tatis oẽs? Hanc amate fres mei. Multũ delectamur,
de Ciui- qñ clamat de cordibus uestris pacis dilectio. Qũo
tate dei nos delectauit? Nihil dixeram, nihil exposueram,
cap. 11. uersum pnunciaui, & exclamastis. Quid de uobis
clamauit? Dilectio pacis: Quid ostẽdit oculus ur̃is?
Vnde clamatis si nõ amatis? Vnde amatis si non ui
detis? Inuisibilis est pax. Quis est oculus, quo uisa
est ut amaretur? Neq; n. acclamaretur, nisi amaret.
Hæc sunt spectacula q exibet deus rerũ inuisibiliũ.
Quanta pulchritudine intellectus pacis corda ur̃a
pcussit? Quid iã ergo loquar de pace, aut de laude
pacis? Præuenit oia uerba mea uester affectus, non
implebo: Non possum, infirmus sum. Differam⁹ oẽs
laudes pacis ad illã patriã pacis. Ibi eã plenius lau-
dabimus, ubi eã plenius habebimus. Inchoatã in
I uobis si sic amamus, pfectam qũo laudabimus? Ec
ce hoc dico ô filij dilecti, ô filij regni, ô ciues Hie-
rusalẽ, qm̃ in Hierusalem uisio pacis est, & oẽs q ha
bent & amãt pacẽ, bñdicunt in ea, & ipsi intrãt cũ
claudũtur portæ, & firmantur uectes. Hãc quã no-
minatam sic amatis & diligitis, ipsam sectamini, ip
sam desyderate, ipsam in domo, ipsam in negocio,
ipsam in uxorib⁹, ipsam in filijs, ipsam in seruis, ip-
sam in amicis, ipsam in inimicis diligite. Ipsa ẽ pax,
quã nõ habẽt hęretici. Quid agit pax in hui⁹ adhuc
regionis incertis, in ista peregrinatione mortalita-
tis nr̃ę, cũ adhuc nemo ẽ alteri cõspicuus, nemo ui-
det cor alteri⁹? Quid agit pax? De incertis nõ iudi-
cat, incognita nõ cõfirmat. Procliuior est ad bene
credẽdũ de hoie, q̃ ad male suspicandũ. Nõ se mul
tũ dolet errare, cũ bene credit ẽt de malo. Pernicio-
sa aũt cũ male senserit forte de bono, nesciẽs qualis
sit. Quid pdo si credo qa bonus est? Si incertũ est,
licet ut caueas ne forte uerum sit, non tñ damnes
Psal. 33. tanq̃ uerum sit. Hoc pax iubet, Quære pacem, ait, &
sequere eã. Hæresis qd monet? Dãnat incognitos,
damnat totũ mundũ, perijt totus mundus, nullus
est xp̃ianus, Aphrica remãsit. Bene iudicasti. De quo K
tribunali dicis tu sententiam in orbem terrarũ? In
quo foro ante te mũdus stetit? Nolo mihi credatur,
sed nec tibi: xp̃o credatur, spiritui dei p Prophetas
credatur, legi Moysi credatur. Quid dixit Moyses
de futuris his temporibus? ad Abrahã dictũ est, In Gene. 12.
semine tuo benedicẽtur oẽs gentes. An dubitas qd & 26.
sit semen Abrahæ? Puto qa cum Apostolus dixerit,
non dubitabis: aut & si de Apl'o dubitabis, quare
pax pax, & nõ est pax? Quid dicit Apl's? Abrahæ di- Gala. 3.
ctæ sunt pmissiones & semini eius. Non dixit, & se-
minibus tanq̃ in multis, sed tanq̃ in uno, & semini
tuo quod est xp̃s: ecce ante milia annorum dictum
est Abrahæ, In semine tuo benedicentur oẽs gẽtes.
Quod ante milia annorum dictum est, & ab uno
creditum est, modo iam uidemus impletũ. Hoc le-
gimus, hoc intuemur, & tu resistis de trãsuerso ue-
niẽs? Quid dicturus? Noli credere. Cui? Spiritui dei?
deo loquẽti ad Abrahã? Et cui credo? Tibi? Nõ hoc
dico, inquies. Nõ hoc dicis, Non dicis, mihi potius
crede q̃ spiritui dei, & deo loquenti ad Abraham?
Quid ergo mihi dicis? Ille dedit, & ille tradidit. De L
Euãgelio recitas hoc, de Apl'o, de pphetia? Discute
oẽs scripturas, lege mihi hoc ex eis q̃bus credo, tibi
enim non credo. Vnde lecturus es? Hoc mihi pater
meus, ait, hoc mihi auus meus, hoc mihi frẽr meus,
hoc mihi Episcopus me⁹. Sed hoc Abrahę deus, In Gene. 12.
semine tuo bñdicentur oẽs gentes. Audit unus hõ & 26.
& credit, & fit in multis post multa tẽpora. Qñ di-
ctũ est, creditur: qñ implet, dubitat? Hoc ergo dixit
Moyses, dicãt & Prophetę. Vide comercium redem
ptionis nostræ, xp̃s pependit in ligno. Vide quanto
emit, & sic uidebis qd emit. Empturus est aliqd, ip-
sum aliqd nondũ scis. Vide quãti, & uidebis quid,
sanguinẽ fudit, sanguine suo emit, sanguine imma
culati emit, sanguine unici filij dei emit. Quid em-
ptũ est sanguine unici filij dei? Adhuc uide quanti:
Propheta longe anteq̃ fieret, dicit, Foderũt manus Psal. 21.
meas & pedes meos, dinumerauerũt oia ossa mea.
Magnũ preciũ uideo xp̃i, uideã qd emisti. Comme-
morabũtur & cõuertentur ad dñm uniuersi fines
terrę. In uno eodemq; Psalmo emptorẽ uideo, & p-
cium, & possessionem. Emptor xp̃s est, precium san
guis possessio orbis terrarũ. Voces ipsas propheti- M
cas audiamus, cõtradicentes litigatoribus hæreti-
cis Ecce possessio dñi mei: bis lego in Psalmo, Cõ-
memorabuntur & cõuertentur ad dñm uniuersi fi-
nes terræ, & adorabũt in cõspectu eius uniuersę fa
milię gentiũ. Et uide iurgantẽ, uide eius defenden
tẽ, Qm̃ ipsius est regnũ, & ipse dominabit gentiũ.
Ipse q emit xp̃s, non qui apostatauit Donatus. Ado
rabunt recte, adorabunt oẽs patrię gentiũ in con- Psal. 21.
spectu eius. Quare recte? Qm̃ dñi est regnum, & ipse
dominabitur gentiũ. Illud Moyses, hoc Prophetæ,
& alia multa milia, Quis numerat testimonia de
Ecclesia toto terrarũ orbe diffusa, qs numerat? Non
sunt tot in orbe hæreses contra Eccl'iam, quot sunt
testimonia legis p Eccl'ia. Quæ pagina nõ hoc so-
nat? Quis uersus nõ hoc loqtur? Oia clamãt p uni-
tate dominica, qa posuit fines Hierusalẽ pacem. Tu
cõtra ista latras hæretice? Vnde merito dicit in illa
ciuitate, qd scriptũ est in Apocalypsi, Canes foras. Apoc. 22.
Tu cõtra ista latras, unde iudicasti de orbe terrarũ,
ut dicere cœperã? Quo tribunali? Prę sũptione uide
licet cordis tui. Alterũ tribunal, sed ruinosum Dixit

A hoc Moyses, dixerunt hoc Prophetæ, & nondũ credunt qui se xpianos uideri uolunt. Torquebatur quidam diues apud inferos, desyderauit aquę stillã de digito contempti ante ianuã suã pauperis, qm̃ urebatur in flammis. Et cum ei non daretur, quia iudicium sine misericordia illi q non fecit misericordiã, cum ergo ei non daretur, dixit ad Abraham, Pater Abraham, miserere, mitte Lazarũ, habeo illic quinq; frẽs, annunciet eis q̃ hic patior, ne & ipsi ueniãt in locum hunc tormentorũ. Et quid illi Abrahã? Hñt illic Moysen & Prophetas: & ille, Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis resurrexerit, credent: & Abrahã, Si Moysen, inqt, & Prophetas non audiũt, nec si qs à mortuis resurrexerit, credent. De quibus dixit, Hñt ibi Moysen & Prophetas? De his utiq; qui adhuc uiuebant, qbus adhuc tps correctionis largum erat, q nondũ uenerant in loca illa tormentorum: Hñt ibi, inqt, quos audiant, Moysen & Prophetas. Non credũt his, sed si qs à mortuis resurrexerit credent. Si Moysen & Prophetas nõ audiunt, nec si quis à mortuis resurrexerit credẽt: Snia Abrahę est. Abrahę snia ubi? Et unde? De quodã excelso loco, B & pleno qetis & fœlicitatis, quę uidit ille q cruciabatur in flamma leuatis oculis suis, qñ in eius gremio. i. in eius secreto uidit pauperem fœliciter exultantem, inde plata est ista snia. Vide de quo tribunali. Ibi. n. habitat deus, qa in sanctis habitat deus: unde optat Apl̃s & dicit, Dissolui & esse cum xpo, multo magis optimũ: & latroni illi dr̃, Hoc die mecum eris in paradiso. Ergo dñs cum Abrahã, & in Abrahã manens dixit istam sniam, Habẽt ibi Moysen & Prophetas, si illos non audiunt, neq; si quis à mortuis resurrexerit credent ei. O hæretici, habetis hic Moysen & Prophetas, uiuitis, adhuc potestis audire, adhuc licet corrigi, animositatẽ frẽnare, ueritatem tenere adhuc cõcedit. Disceptate uobiscũ utrum audiendus sit Moyses & Prophetę, qui fidei suæ testimonia tanta exhibuerũt, cũ uideamus sic currere res humanas, ut ab ipsis p̃dictæ sunt. Quid dubitatis adhuc credere Moysi & Prophetis? Quid dubitatis audire? An forte qritis resurgentẽ à mortuis, ut rũ & ipse uobis dicat de Ecclesia sua? Quæsiuit C hoc diues apud inferos, aliquem mitti ex mortuis ad frẽs suos, reprehensus est qa hoc q̃siuit. Sufficere debuerunt fratrib⁹ eius Moyses & Prophetæ. Ad hoc ille frustra q̃siuit, ut uos iã exẽplo admoniti ne frustra & sero qrentes, sicut ille torqueamini, & audiatis Moysen & Prophetas. Quid dixit Moyses? In semine tuo bñdicentur oẽs gentes. Quid dixerunt Prophetæ? Cõmemorabuntur & conuertẽtur ad dñm uniuersi fines terræ: adhuc mihi dictu rus es, Surgat aliqs ex mortuis: Ego non credo, nisi aliqs inde uenerit & dixerit, O dñe, grãs misericordiæ tuæ, uoluisti mori, ut aliqs ab inferis surgeret, & ipse aliqs nõ quicunq;, sed ueritas surrexit ab inferis, q uerũ de inferis diceret, & si ad inferos nõ ueniret tñ pp uoces imperitorũ malorũ, ecce ipse mortuus est, ecce resurrexit ab inferis. Quid dicis hæretice? Quid dicis? Modo te audiã, finitæ sunt oẽs excusationes tuę? Et si uerba deridens diuitis apud inferos cõstituti, surrexit à mortuis xps, dignaris uel ipsum audire? Ecce qa forte filis es diuiti mortuo, uiuus desyderabas surgere ab inferis. Nõ pater tu⁹, non auus tuus, nõ illi surrexerunt, qui nescio quos noĩe traditionis infamauerũt. Sed ecce nõ infamauerunt, uerũ dixerunt. Vis nosse q̃ nihil ad me? Audiamus simul quid dixerit, qui surrexit à mortuis. D Quid pluribus immorer? Audiamus, iã apiat Euangelium, legatur qd factum est tanquã fiat, ponãtur ante oculos nostros gesta præterita pp cauenda futura. Ecce xps surgens à mortuis, oñdit se discipulis suis. Nuptię ipsius, ipse spõsus, Ecclesia sponsa: Ecce sponsus q dicebatur mortuus, absumptus, finitus, ecce integer resurrexit, ecce oñditur oculis discipulorum, ecce pbetur cõtrectantibus manib⁹, ecce tetigerunt cicatrices, q desperati sunt uulnera. Exhibuit se oculis eorũ uidendũ, manibus contrectandum, putabãt spm̃ esse. Desperauerant. n. de salute sua. Exhortat eos, cõfirmat in fide, Palpate & uidete, qa spũs carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Tangũt, gaudent, trepidãt: Et cũ adhuc trepidarent præ gaudio, sic hẽt scriptũ, & sic certa sunt, q̃ multũ lecta sunt, uix credunt. Dubitatio quædam ueluti tardius credentis condit uoluntatẽ tenentis: Necesse est ut plus homo gaudeat cũ ueneri qd desperauerat. Nã ad ipsum gaudiũ condiendum & augendũ, noluit se statim cognosci: Tenuit uisus discipulorũ suorũ, illorũ duorũ, quos inuenit in uia colloquẽtes iã in desperatione, & dicẽtes, Nos autẽ sperabamus, qa ipse esset redẽpturus Israel. Putauerant hoc, iã nõ putabant, iã spes cũ eis non erat, & xps cũ eis erat: q se reddidit, & spem reduxit: Postea ergo dixit, postea q̃ eũ illi in panis fractione cognouerunt, & obtulit se alijs discipulis suis, cũ putarent spm̃ esse, dixit, Palpate & uidete qa spũs carnem & ossa non habet, sicut me uidetis hẽe. Et cũ adhuc præ gaudio trepidarent, habetis hic, ait, qd manducetur? Accepit, bñdixit, mãducauit, & dedit eis. Expressa est ueritas corporis, ablata est oĩs suspitio falsitatis. Quid deinde? Nõ sciebatis, qa oportebat impleri oĩa q̃ scripta sunt i lege Moysi & Prophetis & psalmis de me? Et qa illi credebant Moysi & pphetis, uerũ. n. erat qd dixit Abrahã, Si Moysen & Prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent. Quia ergo credebãt Moysi & Prophetis, & nõ erãt de ipsis quos rephendit Abrahã, audierunt qd ait dñs, Non sciebatis qa oportebat impleri oĩa, q̃ scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & psalmis de me? Ecce q crediderunt Moysi F & Prophetis, uidete queadmodũ ex ipsorũ testimonio credunt ei q surrexit à mortuis. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerẽt scripturas, & dixit eis, Qm̃ sic scriptum est, & sic oportebat xpm pati, & à mortuis resurgere tertia die. Habes iã sponsum Ecclię, & non hinc tacuit Moyses, non hinc tacuerũt Prophetæ, xpm̃ resurrecturum a mortuis tertia die, passurum, & resurrecturum. Descriptus est nobis sponsus, ut nõ erremus, sed nescio q existunt, & quia nõ erramus in spõso, & ipsi uident ea q̃ & nos credere de sponso, ut a membris sponsi nos auocent, dicũt nobis, Ipse est qdem sponsus quẽ creditis, quem & nos credimus, sed sponsa non est ipsa Ecclesia quã tenetis. Et q̃ illa est? Pars Donati: & hoc est qd tu dicis, Hoc tu dicis, an spõsus? Tu dicis, an deus p Moysen? Ecce Ecclesiam teneo: dictũ est a Moyse, In semine tuo bñdicentur oẽs gentes. Tu dicis, an spũs dei per Prophetas? Ecclesiam teneo: dictum est per Prophetã, Commemorabuntur & conuertẽtur ad dñm uniuersi fines terræ. Ecce iam teneo testimonium legis & testimoniũ Prophetarũ: audiamus &

Marginal notes (left column): Luc.16; Iacobi.2.; Luc.16.; Luc.16; Ibid.; Philip.1.; Luc.23; Luc 16; Gene.12. & 26.; Psal.21.; Luc.16

Marginal notes (right column): Luc.24; Ibid.; Luc.16.; Luc.24; Gene.12. & 26; Psal.21

G eum q̄ surrexit à mortuis. Ondit se sponsum, teneamus eum. Confirmauit demonstrando exhibēdo testimonia. Hoc.n. Moyses, hoc Prophetæ dixerunt,
Luca. 24 quia oportebat pati xp̄m, & resurgere tertia die. Iã ergo quia tenemus ambo sponsum ex ipsis uerbis, & puto qa iam incipis mecum credere & his uerbis Moysi & Prophetis credamus, & ei qui resurrexit à mortuis sequatur & dicat, O dñe uideo iam sponsum xp̄m, factū est ne qs me auocet a membris spōsæ tuæ, & nō sis mihi caput, si ego in membris eius nō fuero, dic mihi & de Ecclesia aliqd, qa iã de spōso eius non dubito: audi & de Ecclesia, legitur & dicit, Prædicari in noie eius pniam & remissionē peccatorum. Nihil uerius pdicari in noie eius pniam & remissionem peccator. Sed hoc ubi? Alij n. dicūt,
Mat. 24. Ecce hic, alij ecce illic. Et quid ipse? Nolite credere, exurgent pseudochristi & pseudoprophetæ, & dicent, Ecce hic, & ecce illic. Non.n. de ipso capite dicunt, ecce hic & ecce illic, Notum est.n. q̄ Christus in cœlis est, sed de Ecclesia ubi Christus est, q ait,
Matt. 28. Ecce ego uobiscum sum usq ad consummationem seculi: sed ait dñs, Nolite credere: Qui dicit, ecce hic
H & ecce illic, partes ostēdit, ego totū emi: dicat mihi hoc Euangelium, dic hoc ipse ex Euangelio, qa iã surrexisti à mortuis, ut credant tibi q credunt Moy
Luc. 6. si & Prophetis: dic mihi hoc tu, Audio oportebat
Luc. 24. xp̄m pati & resurgere tertia die, & pdicari in nomine eius pniam & remissionē peccator, per oēs gētes incipientibus ab Hierusalem. Quid est hæretice? Certe cū recitarem Moysen, cū recitarē Prophetas, distulisti ad eū q resurrecturus erat à mortuis, Ecce resurrexit, ecce dixit, tã nullã habet dubitatio
†al. xp̄i ex ore Christi. nem Ecclesia xp̄i & uxor Christi, † q̄ nullam habet dubitationem corpus xp̄i, demonstratum oculis, contrectatum manibus discipulor. Ecce qui resurrexit à mortuis utrunq̄ ostendit, ostendit caput, ostendit mēbra, ostendit sponsum, ostēdit sponsam. Aut utrunq̄ mecum crede, aut illud in damnationem tuã credis. Quid.n. qa resurrexit à mortuis, qa in eodē corpore resurrexit: Bene qa cicatrices ostēdit, qa ut crucifixus est, ut sepultus, ita redditus, ita demonstratus: optime credis, audi illū loquentem in quē credis, Prædicabi in noie eius pnia & remissio peccator. Vbi? Per latas terras. Si uellem illud ego dicere, iam tu luctans aduersus hæreticos, iam pugnans, iam habens cum illis conflictum tantæ qonis, non illud dicerem sic contra pſentes hæreticos, qūo illud dixit ille cōtra futuros. Quid uis am
I plius? Remissio peccator. in xp̄i nomine prædicat. Vbi pdicatur? per oēs gentes. Vnde? Incipit ab Hierusalem. Cōica huic Ecclesię quare litigamus? Cœpit.n. hæc Ecclesia ab Hierusalē ista terrena, ut gaudeat de deo in illa Hierusalē cœlesti. Ab hac.n. incipit, ad illã terminat. In illa tota Eccl'ia erit, ab ista exordium fidei sumpsit. Lege Actus Apostolorū, si forte mentior qūo ibi erant cōgregati discipuli cū uenisset spiritussanctus, ut ostendatur tibi qd dixit
Acto. 2. dñs, Incipientibus ab Hierusalem, qūo linguis omnium locuti sunt in quos uenit spūssanctus. Quare non uis loqui oium linguis? Ecce ibi oēs linguæ fuerūt. Quare modo cui datur spiritussanctus nō loquitur oium linguis? Hoc.n. tunc erat indicium uenientis in homines spiritussancti, ut linguis omnium loquerentur, Modo quid dicturus es hæretice, qa non dat spiritussanctus? Nō dico tibi ubi datur, an non datur? Si non datur, qd est qd agitis lo- K
quendo, baptizando, benedicēdo? Quid est qd agitis? Inania celebratis? Ergo datur. Si daī, quare linguis oium non loquuntur qbus datur? Nunqd defecit donū dei, aut minor est fructus? Creuerūt zizania, sed & triticum: Sinite utraq̄ crescere usq̄ ad Matt. 13.
messem. Nō dixit crescãt zizania, decrescat triticū, Acto. 2.
utrunq̄ creuit. Quare nō apparet modo spūssanct' in linguis oibus? Imò uero apparet in linguis omnibus. Tunc.n. nondū erat in Ecclesia per orbē terrarum diffusa, ut membra xp̄i in omnibus gentibus loquerent. Tūc implebatur in uno, qd pnunciabatur in oibus. Iam totum corpus xp̄i loqtur omniū linguis, & qbus nondum loquitur loquetur. Crescit.n. Ecclesia donec occupet oēs linguas. Quod uos deseruistis quousq̄ creuit? Tenete uobiscū quousq̄ accedat, ut nobiscū pueniatis ad ea q̄ nōdum accesserunt. Loquor oium linguis, audeo tibi dicere, in corpore xp̄i sum, in Ecclesia xp̄i sum. Si corp' xp̄i omnium linguis iam loquitur, & ego in omnibus linguis sum, mea est Græca, mea est Syra, mea L
est Hebræa, mea est oium gentium, quia in unitate sum oium gentiū. Ergo frēs cœpit Ecclesia ab Hierusalem, ut per oēs gentes ppagaretur. Quid euidē- Luc. 24.
tius hoc testimonio legis & prophetar. ipsius dñi? Apostolor. tibiq̄ personant uoces, reddentes testimonium spei nostræ in unitate corporis xp̄i. Gaudete in frumentis, tolerate zizania, Gemite in triturã, suspirate in horreū: Veniet illud tp̄s quo gaudebimus, confirmatis uectibus portar. Hierusalē. In- Matt. 10.
tret q intraturus est, qui illuc manifestus intrabit, huc uictus nō intret. Qui aūt hnc uictus intrat, foris est: Foris est & nescit, uentilabrū pbabit, uectes probabunt. Qui modo uere intus & ueraciter int', ibi firmiter intus. Qui aūt hic tolerando intus, ibi gaudendo intus. Fines.n. Hierusalē pax, qa posuit, inqt, fines tuos pace. Modo desyderamus pacē, quã hic habemus in spe. Adhuc n. in nobisipsis qualis pax? Caro concupiscit aduersus spm̄, spiritus autē Galat. 5.
aduersus carnem. Vbi plena pax in uno hoie? Qñ erit plena in uno homine, tunc erit plena in oibus ciuibus Hierusalem. Qñ erit plena pax? Qñ corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc 1. Cor. 15.
induerit immortalitatē, tunc plena pax, tūc firma pax: Nihil litigat aduersus animã in homine, nō ipsa aduersum se ex quadã parte saucia, nō carnis fra- M
gilitas, non indigentia corporis, nō fames, nō sitis, nō frigus, non æstus, nō lassitudo, nō ulla inopia, nō puocatio rixæ, nō certe ipsa solicita cautela, & uitãdi inimici & diligendi. Hęc oia fi ẽs mei litigãt aduersum nos, nōdū est plena & pfecta pax. Quod clamastis, q iam dudum noiata pace ex desyderio clamastis: clamor uester de siti erat, nō de saturitate, qa ibi erit pfecta iustitia, ubi perfecta pax. Modo esurimus & sitimus iustitiã: Beati q esuriūt & sitiūt Matt. 5.
iustitiam, qm̄ ipsi saturabuntur. Quo ipsi saturabūtur? Cum ad pacem uenerimus. Ideo cum dixisset, q posuit fines tuos pacem, quia ibi saturitas & nulla indigentia, subdidit statim, Et adipe frumenti satians te.) Fratres qm̄ pax ipsa de qua loquimur non Psal. 80.
dum est in totis nobis, id est, in uno quoq̄ nostrū tota adhuc forte spm̄ uestrum delectat audire. Sed si nihil resistit & rebellat ex corpore, finiemus Psalmū: Fatigatos uos nusquã uideo, tñ uereor, nouit deus, ne oneri sim uobis aut qbusdã frīb', & uideo studia

A studia multorum exigentium hûc laborem de me & sudorem, quem credo in dño non futurum infructuosum: Gaudeo tantam esse uoluntatem & uoluptatē in ueritate uerbi dei, ut studium uestrum bonū in bono & de bono uincat studiū insanorū currentiū in amphitheatrū. Nunqd illi si tādiu starent adhuc spectarēt? Ergo fiēs audiant cætera, qa hoc uultis. Assit dñs, assit & uiribus & mentibus nostris. Qui posuit fines tuos pacē, ad illā Hierusalē dicit & adipe frumenti satiens te. Transiit fames & sitis iustitiæ, succedit saturitas. Qui ibi erit adeps frumēti, nisi panis ille qui descēdit de cœlo ad nos? In

Ioan. 6. patria ipsa quo saturabit, q̄ in peregrinatione sic pauit? Iā modo de ipsa peregrinatione nr̄a locuturus est, qua uenitur ad illā Hierusalē ubi collaudabimus dñm. Laudabimus dñm deū nostrū, nos Hierusalem, nos Siō, qm̄ confirmabūtur uectes portarum nostrarū. Etenim ille q tunc satiabit adipe frumēti, qd facit in ista peregrinatione? Hoc quod sequitur, Qui emittit uerbū suum terræ.) Ecce in terra laboramus fessi, lāguidi, pigri, frigidi? Qn̄ leuaremur

B ad adipē frumenti & satietatem, nisi mitteret uerbum suum terræ qua grauabamur, terræ qua impediebamur à reditu? Misit uerbū suū, nō deseruit et

Exod. 16. in eremo, pluit manna de cœlo. Qui emittit uerbū suū terræ, & uenit ad terras uerbū eius. Qūo eius? Aut quod est uerbū eius? Vsq; in uelocitatem cur

Psal. 103 rit uerbum eius.) Non dixit uelox est uerbum eius, currit uerbum eius usq; in uelocitatē. Intendamus fratres, non potuit eligere melius uerbum: Calidus calore calescit, frigidus frigore frigescit, uelox uelocitate uelox fit. Quid calidus ipso calore, quo calet quicqd fit calidū? Quid frigidius ipso frigore, quo frigescit quicqd frigidū fit? Quid ergo uelocius ipsa uelocitate, qua uelox fit quicqd ueloci ter currit? Possunt dici multa uelocia, & alia magis, alia minus, & tāto quæq; res uelox est, quāto est particeps uelocitatis. Illa res magis est particeps uelocitatis ergo magis uelox: aut minus particeps uelocitatis, ergo minus uelox. Ipsa itaq; uelocitate qd uelocius? Ergo quousq; currit? Vsq; in uelocitatē. Quantū uis auge qd uelox est uerbū, & dic, uelocius est q̄ illud

C aui illud, q̄ aues, q̄ uenti, quàm angeli: Nunqd aliquid horū, attamen quāta ipsa uelocitas usq; in ip-

a. sen. di. sam uelocitatē. Velocitas ipsa qd est fratres? Vbiq;

37. ca. fa- est, non est in parte. Hoc ptinet ad uerbū dei nō e-

teamur se in parte, ubiq; esse p seipsum uerbum, ex quo dei uirtus & dei sapiētia est, nondū assumpta carne. Si

1. Cor. 1 cogitemus deū in forma dei, uerbū equale patri, ip-

Sap. 8. sa est sapiētia dei, de qua dictū est, Attingit à fine usque ad finē fortiter. Quāta uelocitas? Attingit à fine usq; ad finē fortiter. Sed forte immobilitate attingit. Si immobilitate tanq̄ moles aliqua saxea impleat locū aliquē, dicitur qd attingit eiusdē loci à fine usq; ad finē, non tn̄ motu. Quid ergo dicimus? Non habet motum uerbum illud, Et sapientia illa

† al. soli- stolida † est? Et ubi est qd dicitur de sapientiæ spi-

da. ritu? Cū multa dicerentur, acutus, inqt, mobilis, cer

Sap. 7 tus, incoinqnatus. Sic utiq; sapiētia dei mobilis. Si ergo mobilis, qn̄ hoc tangit, illud nō tāgit: Aut hoc tangit, illud deserit? Et ubi est uelocitas? Hoc facit uelocitas, ut & ubiq; semp sit, & nusquā inclusa teneatur. Sed cogitare ista nō possumus, pigri sumus.

Quis ista cogitet? Et reuera fratres qm̄ dixi quo potui, si tamen potui, si intellexi, & quo potuistis intellexistis: sed qd dicit Apostolus? Ei autem qui

D potens est facere supra, q̄ petimus aut intelligimus.

Ephe. 3. Quid hic ostēdit? Quia quotienscunq; intellexerimus, nō intelleximus sicuti est. Quare hoc? Corpus

Sap. 9 enim qd corrūpitur, aggrauat animā. Ergo in terra frigidi sumus. Velocitas n. feruens est, & oia feruētiora uelociora, oia frigidiora tardiora. Nos tardi ergo frigidi. Illa aūt sapientia currit usq; in uelocitatem. Ergo feruentissima est, Nec est qui se abscō-

Psal. 18 dat à calore eius. Nos ergo q; frigidi corporis tarditate, uinculo terrenæ uitæ huius corruptibilis onere pgrauati, nullam ne spē habemus ad capiēdum uerbū, quod usq; in uelocitatē currit? An uero ille quāuis ex torpore in infima depssos deseruit? Nōne ipse pdestinauit nos, antequā in isto mortali & pigro corpore nasceremur? Qui ergo prædestinauit nos, dedit terræ niuē ipsos nos. Iā n. ueniamus ad illos Psalmi uersus subobscuros, incipiāt illa inuolucra euolui, qm̄ uos uerbū dei quanto magis p nos licit, tāto auidiores inuenit. Ecce nos pigri in hac terra quasi congelauimus hic: Et quo cōtingit nibus: sursum n. gelāt & in ima decidūt: sic frige-

Mat. 24 scente charitate decidit humana natura in has ter-

E ras, & pigro corpore inuoluta uelut nix facta est. Sed in ista niue sunt pdestinati filij dei. Dat. n. ille niuē uelut lanā.) Quid est uelut lanā? Id est, de niue quam dedit, de istis pigris adhuc spiritu & frigidis quos pdestinauit, adhuc facturus est aliqd. Lana n. materies uestis ē. Lana cū uidetur, ueluti pparatio est alicuius de uestem. Ergo qa pdestinauit hos, q ad tps frigidi repunt in terra, & nondū feruent spiritu charitatis, de pdestinatione n. adhuc loqtur, ueluti lanā dedit hos deus, & facturus est inde uestē. Me-

Mat. 17. rito in mōte uestis xpi fulsit sicut nix. Fulgebat uestis xpi sicut nix, tanq̄ de illa lana iam facta erat tunica: De qua lana: Id est, de niue quam dedit sicut lanam, adhuc pdestinati, pigri erant: sed expecta ui de quid sequatur, Quia sicut lanā dedit eos, fit inde tunica. Quo enim dicitur Ecclesia corpus xpi, dicitur & uestimentū Christi ipsi ecclesia: inde est

Ephe. 5 illud quod ait Apls, Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam. Ergo exhibeat sibi gloriosam ecclesiam non habentem

F maculā aut rugā. Faciat sibi uestē de illa lana quā pdestinauit in niue. Adhuc in hominibus incredulis, & frigidis, & pigris, faciat uestem de hac lana: ut abluat à maculis, mundet fide: ut rugā nō habeat, tendatur in cruce. Qui dat niuē sicut lanā. Iā si præ

Roma. 8 destinati sunt, uocandi sunt, Quos n. pdestinauit, illos & uocauit. Iam quo uocātur ex languore corporis illius ut sani fiant: quo uocantur? Audi Euan

Mat. 9. gelium, Non ueni uocare iustos, sed pctōres in pœnitentiam. Incipit ergo iam pdestinatione niuis illius cognoscere torporem suum, accusare peccatū suum: incipit uocatione uenire ad pniam. Merito ergo qui dat niuem uelut lanam pp confectum tunicæ futuræ, ēt pp uocationē in pniam, Nebulam uelut cinerem spargit.) Nebulam, inquit, uelut cinerem spargit. Quis? Qui dat niuem sicut lanam.

Roma 8. Quos enim prædestinauit, uocat i pniam, qa quos prædestinauit, illos & uocauit. Cinis autem ad pœnitentiam pertinet: audi uocantem ad pniam, cum

Matt. 11 exprobrāuit qbusdā ciuitatibus, dicens, Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida, qa si in Tyro & Sydone factæ eēnt uirtutes, q̄ factæ sunt i uobis, olim, inqt,

G in cilicio & cinere pœnitẽtiã egissent Ergo nebulã
uelut cinerẽ spargit. Quid est, nebulã uelut cinerẽ
spargit? Cũ uocatur quis ad intelligendũ deũ, &
dicitur illi, cape ueritatẽ: Incipit uelle capere uerita
tem, nõ sufficit, uidet se quandã caliginẽ pati, quã
antea non uidebat. Ad hoc est ergo illa nebula, ut
noueris nescire te, & noueris qd scire oporteat, & ui
deas te inualidũ ad illud sciendũ qd oportet sciri.
Nã si in ista nebula iã te psumpsens scire, audies ab
Galat. 6 Aplo, Qui se putat aliqd scire, nondum scit quẽ ad-
modũ oportet eum scire. Ergo nondũ comprehen
disti, adhuc nebulã pateris. Sed non te deseruit, q
accendit tibi lucernã carnis suæ: Nõ erres in nebu-
la, fide seqre. Sed qa conaris uidere & nõ potes, pœ
niteat te peccatorũ, qa nebula uelut cinis sparsa est.
Quid iã te pœniteat? Cõtumacem te fuisse aduer-
sus deũ. Quid iã te pœniteat? Secutũ te fuisse uias
tuas malas: Peruenisti in istã difficultatẽ illius bea
tę uisionis, & erit tibi salubris nebula, quã sicut ci-
nerẽ spargit deus. Tu ipse es adhuc nebula, sed ue-
lut cinis. Adhuc.n. pœnitentes uolutãtur in cinere
fratres mei, tanq̃ similes se cõtestantes, dicẽtes deo
H suo, cinis sum: dixit.n. qdam scriptura, Despexi me
Iob. 42. ipsum, distabui, & æstimaui me terrã & cinerẽ. Hęc
uũ, dicat qđ uult, linguis sonet hallelu ia, dicat tota die, dicat tota nocte, nõ ualde aures meæ inclinantur ad uocẽ cãtantis, sed q̃ro mores operantis. Interrogo. n. & dico. Quid est qđ cantas? Respõdet, hallelu ia. Quid est hallelu ia? Laudate dñm. Veni, simul laudemus dñm. Si tu laudas dñm, & ego laudabo dñm. Quare in discordia sum'? Charitas laudat dñm, discordia blasphemat dñm. Et uultis iam nosse ubi cãtetis cãticum nouum? Quæ dicturus est in ipso Psalmo, uidete qũo fiant & ubi fiãt, utrum per oẽs gẽtes fiant ista, an in una aliqua parte terrarum, & hinc plenius intelligetis ad quẽ pertineat canticum nouum. Iam quidem manifestum est illud qđ de alio psalmo cõmemoraui. Cantate *Psal. 95*
dño canticum nouum. Et ut ostenderet in cantico nouo esse fructũ charitatis & unitatis, addidit, Cã- *Ibid.*
tate dño omnis terra. Nemo se separet, nemo se disiungat: triticũ es, ferto paleã quousq; uentiletur. De area uix excutieris, si triticũ es. Si triticum esses foris ab area, inuenirẽt te uolatilia & colligerent te. Adde quia eo ipso quo discedis & uolas, paleã te esse indicas. Sed qa leuis eras, uenit uentus, & de sub pe-

dibus

A dibus boum, ablatus es. Qui autem triticum sunt ferunt tritulam, gaudent qa grana sunt, gemūt inter paleā, expectant uentilatorem quē cognoscunt redemptorem, Cātate dño canticū nouum, Laus eius in ecclesia sanctoꝝ.)Hæc est ecclesia sanctoꝝ, ecclesia frumentoꝝ, toto terrarum orbe diffusorū, per agrum dñi disseminata, qđ est hic mundus, ipso dño exponente cum de seminante diceret, qa homo seminauit bonū semen in agro suo, & ueniit inimicus & superseminauit zizania. Et dixerunt pueri
Matt. 13. patrisfamilias, Nonne bonū semē seminasti in agro tuo? Vnde hic sunt zizania? Et respondit illis, Inimicus homo hoc fecit. Voluerunt colligere zizania, & cōpescuit illos dicens, Sinite utraq; crescere usq; ad messem, & in tpe messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & alligate ea fasciculos ad comburendū ea, triticum aūt meū reponite in horrea. Postea interrogauerunt eū discipuli dicentes, Narra nobis parabolā zizanioꝝ. Et ipse exponit oia, ut nullus homo cordi suo tribuat qđ ibi intellexerit, sed magro cœli exponenti. Nemo dicat, exposuit si
B bi q̄uo uoluit. Si parabolam prophetiæ exponeret deus, qñ ipse per eos loquebatur qđ dicebant, quis auderet dicere, nō sic debere exponi? Multo magis qñ ipse exposuit, qđ proposuit ipse, qs audet cōtradicere manifestæ ueritati? Cum aūt dñs parabolā hanc exponeret, ait, Qui aūt seminat bonū semen,
Matt. 13. est filius hominis: se utiq; demonstrans. Bonum uero semen, filij sunt regni, ipsa est ecclesia sanctoꝝ: zizania aūt filij sunt maligni: ager est hic mundus. Iā uidete frēs, quia per mundū seminatū est bonum semen, & per mundū seminata sunt zizania. Nunquid in parte triticū, & in parte zizania? Per totum triticū, & per totū zizania. Ager dñi mundus est, nō Aphrica. Non q̄uo fert terra ista Getuliæ sexagenū aut centū, & Numidia fert denū, nō sic est deo ager suus. Vbiq; illi fertur fructus, & centenus, & sexagenus, & tricenus: tu tm̄ uide quid uelis esse, si cogitas ad dñi fructus pertinere. Ergo ecclesia sanctoꝝ, ecclesia catholica est. Ecclesia sanctoꝝ non est ecclesia hęreticoꝝ. Ecclesia sanctorum illa est, quam pręsignauit deus antequā uideretur, & exhibuit ut
C uideretur. Ecclesia sanctoꝝ erat antea in codicib⁹, modo in gentibus. Ecclesia sanctoꝝ antea tm̄modo legebatur, nunc & legitur & uidetur. Qñ solum legebatur, credebatur: modo uidetur & contradicitur. Laus eius in ecclesia sanctoꝝ. Lætetur Israel in eo qui fecit eum. Quid est Israel? uidens deum. Hoc enim interpretatur nomen Israel. Qui uidet deum, in ipso lætetur à quo factus est. Quid est ergo frēs, quid dicimus nos ad ecclesiam pertinere sanctoꝝ? nunquid iam uidemus deum: quo sumus Israel, si non uidemus. Est q̄dam uisio huius temporis, erit altera uisio futuri tēporis. Visio q̄ modo est, per fidem est: uisio q̄ futura est, per speciē erit. Si credimus, uidem⁹: si amam⁹, uidemus. Quid uidemus?
1. Ioan. 4. Deū. Vbi est ipse deus? Interroga Ioannē, Deus charitas est. Benedicamus nomē eius sc̄tm̄, & gaudeamus in deo, si gaudemus in charitate. Quisquis hēt charitatē, ut qd illū mittimus lōge ut uideat deū? Conscīam suā attēdat, & ibi uidet deū. Si charitas ibi nō habitat, nō ibi habitat deus: si aūt charitas ibi habitat, deus ibi habitat. Vult illū forte uidere sedentē in cœlo, habeat charitatē, & in eo habitat sicut in cœlo. Ergo simus Israel, & lætemur in eo q

fecit nos. Lætet Israel in eo q fecit eum. In eo q fecit D
eū lætet, nō in Arrio, nō in Donato, non in Cæciliano, nō in Proculiano, nō i Augustino In eo lætet q fecit eū. Nos frēs non uobis commendamus nos metipsos, sed cōmendamus uobis deū, quia cōmēdamus uos deo. Q̄uo uobis deū commendamus? Vt diligatis eū bono uestro, nō bono ipsius, qa malo uestro si eū nō diligitis, non malo ipsius. Nō.n. minus habebit deus diuinitatē, si homo in illo nō habuerit charitatē. Tu crescis ex deo, non ille ex te, 1. Ioan. 4.
& tñ tm̄ nos dilexit prior antequam eum diligeremus, ut filiū suum unicū mitteret mori pro nobis. Qui fecit nos, factus est inter nos. Q̄uo nos ipse fecit? Omnia p ipsum facta sunt, & sine ipso factū est Ioan. 1.
nihil. Q̄uo factus est inter nos? Et uerbum caro factū est & habitauit in nobis. Ergo ipse est i quo debemus lætari. Nemo sibi arroget, nemo sibi deroget partes ipsius, ab ipso est lætitia q̄ nos facit fœlices. Lætet Israel in eo q fecit eū. Et filij Sion exultent in rege suo.) Ipse est Israel, filij ecclīæ sunt, quia Sion fuit quidē una ciuitas q̄ cecidit. In eius reliqis habitabant qdē sancti tpaliter, sed Sion uera & Hie E
rusalē uera, qa ipsa Sion q̄ Hierusalē, æterna est in Gal. 4.
cœlis, q̄ est mater nr̄a. Ipsa nos genuit, ipsa est ecclesia sanctoꝝ, ipsa nos nutriuit, ex parte peregrina, ex magna parte manens in cœlo Ex parte qua immanet in cœlo, beatitudo angeloꝝ est, ex parte qua peregrinatur in hoc seculo, spes est iustoꝝ. De illa dictū est, Gloria i excelsis deo. De hac dictū est, Et in Luc. 2.
terra pax hominibus bonæ uolūtatis. Qui ergo in hac uita gemūt & desyderant illā patriam, currant dilectione, nō pedibus corporis, non q̄rant naues, sed pennas, duas alas charitatis apprehēdant. Quæ sunt duæ alæ charitatis? Dilectio dei & dilectio ꝓximi. Peregrinamur.n. suspiramus, gemimus. Venerunt ad nos literæ de patria nr̄a, ipsas uobis recitamus, Lętet Israel in eo q fecit eū, & filij Sion exultēt in rege suo. Quod dixit, q fecit eū, hoc dixit, in rege suo. Quod audistis Israel, id sunt filij Siō: & qd audistis, in eo q fecit eū: hoc est, in rege suo. Filius dei q fecit nos, factus est inter nos, & rex nr̄ regit, nos qa creator nr̄ fecit nos. Ipse est tñ per quē facti sumus, q est per quē nos regimur, & ideo Christiani, qa ille F
xp̄s. Christus à chrismate dictus est, id est, ab unctione. Reges aūt ungebantur & sacerdotes. Ille uero unctus est & rex & sacerdos. Rex pugnauit ꝓ nobis, sacerdos obtulit se ꝓ nobis. Qñ pugnauit pro nobis quasi uictus est, iure aūt uere uicit. Crucifixus est.n. & de cruce sua in qua erat fixus diabolū occidit, & inde rex nr̄. Vnde autē sacerdos? Quia se pro nobis obtulit. Date sacerdoti qđ offerat. Quid inueniret homo qđ daret? Mundam uictimam. Quam uictimā? Quid mundum potest offerre peccator? O inique, ô impie, quicqd attuleris immundum est, etsi aliqd mundum pro te offerēdum est. Quære apud te qd offeras, non inuenies? quære ex te qđ offeras: nō delectat arietibus, nec hircis, nec tauris. Oia ipsius sunt, & si non offeras. Offer ergo illi mūdū sacrificiū. Sed peccator es, impius es, sed conscientiā inquinatam habes. Poteris forte aliqd mundū offerre, purgatus: sed ut purgeris aliqd pro te offerendū est. Quid ergo ꝓ te oblatur⁹es ut mun deris? Si mūdatus es, poteris offerre qđ mundum est. Offerat ergo seipsum mūdus sacerdos, ut mundet hoc quod xp̄s fecit. Nihil mundū inuenit in ho

Marginal references (right column): 1. Reg. 6. Exo. 40.

G minibus qđ offerret pro hominibus: seipsum obtu
lit mundā uictimā, hostiā immaculatā. Fœlix uicti
ma, uera uictima, munda uictima hostia immacu-
lata. Nō ergo hoc obtulit qđ nos illi dedimus, imo
hoc obtulit qđ à nobis accepit, & mundū obtulit.
Carnē.n. à nobis accepit, hanc obtulit. Sed unde il
lam accepit? De utero uirginis Mariæ, ut mūdam
offerret pro immundis. Ipse rex, ipse sacerdos, in eo
lætemur. Laudēt nomē eius in choro.) Et chorus
qd significat? Multi nouerunt chorū, & qa in ciuita-
te loquimur, propè oēs norunt. Chorus est consen
sio cantantiū. Si in choro cātemus, concorditer cā
temus. In choro cantantiū quisquis uoce discrepa-
uerit, offendit auditū, & perturbat chorū. Si uox in-
conuenienter cātantis disturbat concentū cantan
tiū, quō disturbat hæresis dissonans concentū lau
dantiū? Chorus xp̄i iā totus mūdus est. Chor⁹ xp̄i
ab Oriente in Occidentē cōsonat. Videamus si tm̄
extendiť chorus xp̄i. Dicit Psalmus alius, A solis or-
tu usq; ad occasum, laudate nomē dn̄i. Laudent no
men eius in choro, In tympano & psalterio psal-
H lant ei.) Quare assumit tympanū & psalterium? Vt
non sola uox laudet, sed & opera. Qn̄ assumiť tym
panum & psalteriū, manus cōcinunt uoci: sic & tu
Matt. 25. qn̄ hallelu ia cantas, porrigas & panē esurienti, ue-
stias nudū, suscipias peregrinū, nō sola uox sonat,
sed & manus consonat, qa uerbis facta cōcordant.
Assumpsisti organū, consentiant digiti linguæ. Et
ipsum mysteriū tympani & psalterij nō est tacēdū.
In tympano coriū extendiť, in psalterio chordę ex-
tenduntť: in utroq; organo caro crucifigiť. Quā bn̄
Gala. 6 psallebat in tympano & psalterio qui dicebat, Mihi
mundus crucifixus est, & ego mūdo. Ipsum psalte-
rium uelut tympanū tollere te uult q amat cāticū
Matt. 16. nouum, q te docet qn̄ tibi dicit, Qui uult esse meus
discipulus, abneget semetipsum, & tollat crucē suā
& sequatur me. Nō dimittat psalterium suū, non di
mittat tympanū, extendať in ligno, & siccetur à cō
cupiscentia carnis. Nerui quāto plus fuerint extēti,
tanto acutius sonāt. Vt ergo acute sonaret Pauli A-
Philip. 3. postoli psalteriū, qd dixit? Quæ retro oblitus, in ea
q antè sunt extentus, sequor ad palmā supnæ uoca
I tionis. Extēdit se ipse, tetigit xp̄s, & sonuit dulcedo
ueritatis. In tympano, & psalterio psallant ei, Qm̄
bene facit dn̄s in populo suo.) Quid tā beneficiū,
q̄ mori pro impijs? Quid tam beneficium, q̄ sangui
ne iusto delere chirographum peccatoris? Quid tā
beneficium, q̄ dicere, nō ad me pertinet qđ fuistis,
estote quod non fuistis? Benefecit dn̄s in populo
suo, dimittendo peccata, promittendo uitam æter-
nam. Benefacit auersum conuertere, pugnantē ad-
iuuare, uincentem coronare. Benefecit dn̄s in popu
lo suo, Et exaltabit mansuetos in salutem.) Exal
tantur.n. & superbi, sed non in salutem. Māsueti in
salutem, superbi in mortē, id est, superbi ipsi se exal
tant, & dn̄s eos humiliat, mansueti autem ipsi se hu
miliant, & deus eos exaltat. Et exaltauit mansuetos
in salutem. Exultabunt sancti in gloria.) Aliquid
uolo dicere, audite attentius de gloria sanctorum.
Nemo.n. est qui non amet gloriam, sed gloria stul-
torum popularis illa quæ dicitur, habet illecebrā
delectationis & deceptionis, ut ad laudem suam &
honorem uanorum hoium quisq; commotus, ue-
lit sic uiuere ut prædicetur ab hominibus quibus-
cūque quocunque. Hinc homines insani effecti, &
inflati typho, inanes intus, foris tumidi, ēt res suas K
perdere uolunt, donādo scenicis, histrionibus, ue-
natoribus, aurigibus† Quāta donant, quāta impē † al. auri
dunt? Effundunt uires, nō patrimonij tm̄, sed ēt ani gis.
mi sui. Isti fastidiunt pauperē, qa non clamat popu
lus ut pauper accipiat, clamat autē ppl's ut uenator
accipiat. Illi ergo ubi eis non clamať, nolunt eroga
re: ubi clamatur ab insanis, insaniunt oēs, & fiunt
oēs insani, & qui expectatur, & q expectat†, & qui †al. & q
donat. Insana ista gloria reprehenditur à dn̄o, im- spectaur,
probatur ante oculos omnipotentis. Et tn̄ fratres & qui
mei xp̄s sic improperat suis & dicit, Non à uobis ac spectant.
cepi tm̄ quantum acceperunt uenatores, & illis ut
donaretis, de meo donastis. Ego autē nudus eram,
& nō uestistis me. Et illi, Et qn̄ te uidimus nudum Matt. 25.
& non uestiuimus te? Et ille, Cum uni ex minimis
meis nō fecistis, nec mihi fecistis. Sed eū uis uestire
qui tibi placet, in quo tibi Xp̄s displicet. Vestire uis
uenatorē, quo forte uicto erubescas. xp̄s nunquam
uincit, & diabolū uicit, & pro te uicit, & tibi uicit,
& in te uicit. Talem uictorē uestire non uis? Qua-
re? Quia minus clamatur, qa minus insanitur. Pro- L
pterea isti q tali gloria delectanť, in conscientia sua
nihil hn̄t. Quō exhauriunt arcas ut uestes mutēt†, †al. mit-
sic exinaniūt ipsam conscientiā, ut nihil sibi habeāt tant.
preciosum. Sancti aūt q exultāt in gloria, quō exul-
tent, non opus est ut nos dicamus, ipsius psalmi au
dite sequentē uersum, Exultabūt sancti in gloria,
Lætabunť in cubilibus suis.) Nō in theatris, nō in
amphitheatris, nō in circis: nō in nugis, nō in foris
sed in cubilibus suis. Quid est in cubilibus suis? in
cordibus suis. Audi Apl̄m Paulū exultantē in cubi
li suo, Nam gloria nr̄a hæc est, testimoniū consciæ 2. Cor. 1.
nr̄ę. Rursum timendū est, ne quisquā apud seipsum
fiat sibi placens, & quasi supbus de conscia sua glo
rietur. Debet.n quisq; cū tremore exultare, quia do Psal. 2.
num dei est unde exultat, non meritū suū. Etenim
sunt multi sibi placētes, & iustos se esse arbitrātes,
& pcedit aduersus illos alia pagina dicēs, Quis glo
riabitur castū se hr̄e cor? Aut quis gloriabitur mun Prou. 20
dum se esse a peccato? Est ergo quidā modus in cō
scientia gloriandi, ut noueris fidē tuā esse syncerā,
noueris esse spem tuā certam, noueris charitatē tuā M
esse sine simulatione. Sed qm̄ multa sunt adhuc for
tè quæ possunt offendere oculos dei, lauda eum q
tibi ista donauit, [tunc perficiet qđ donauit.] Pro-
pterea cum dixisset, Lætabunť in cubilibus suis: ne
quasi sibi placētes uiderenť, adiūxit statim, Exul-
tationes dei in faucib⁹ eorū.) Sic lætabunť in cubili
bus suis, ut nō sibi tribuāt qđ boni sunt, sed illum
laudent à quo acceperūt qđ sunt, à quo uocantur
ut pueniant ad id qđ nondū sunt, & à quo sperant
perfectionē cui gr̄as agūt, qa inchoauit, Exultatio-
nes dei in faucib⁹ eorū. Iā uidete sanctos, uidete glo-
riam eorū, uidete per uniuersum mundū, uidete qđ
exultationes dei sint in faucibus eorū. Et frameæ
bis acutę in manib⁹ eorū.) Framea appellať q̄ uulgo
spatā dn̄t. Sūt.n. gladij ex una parte acuti, ipsæ sunt
machæræ: ipsæ aūt frameæ, ipsæ & rōpheæ, ipsæ ēt
spatæ appellanť. Magnū mysteriū habet hoc genus
ferramenti, qđ ex utraq; parte acutum est. Ipsæ fra-
meæ sunt bis acutæ i manib⁹ eorū. Frameas bis acu
tas intelligimus sermonem dn̄i, & una framea est
sed ideo multæ dn̄r, quia ora sunt, & multæ linguę,
sunt sanctorū. Sermo dei, gladius bis acutus. Vn̄ bis Ephe. 6

A acutus? Dicit de temporalibus, dicit de æternis: in
Hebr. 4. utroq; probat qd' dicit, Et eum quem ferit separat á
Matt. 10. mundo. Nónne ipse est gladius, de quo dñs dicit, Nó
ueni pacẽ mittere in terrã, sed gladiũ? Audite quõ
uenit disiungere, quõ uenit separare. Disiungit san
ctos, disiungit impios, separat à te qd' te impedit. Fi
lius uult seruire deo, pater non uult, uenit gladius,
uenit sermo dei, diuidit filiũ a patre. Filia uult, ma-
ter nó uult, gladio diuidunt abinuicé. Nurus uult,
sed socrus no uult, ueniat gladius bis acut⁹, afferat
promissionẽ uitæ p̄ntis & futuræ, consolationẽ té-
poralium, æternoꝝ perfruitionem. Ecce gladius ex
utraq; parte acutus, ꝓmittẽs temporalia, in quibus
nos no fefellit. Nonne ecclesia dei per totũ mundũ
nó erat? Ecce est, Antea legebaĩ & nó uidebaĩ, mo-
do sicut legitur ita cernitur. Quicquid tp̄aliter no-
bis ꝓmissum est, ad unã partẽ gladij pertinet: quic
quid in sempiternũ, ad alteram partem gladij perti
net. Habet spem futurã rerũ, habes consolationem
præsentiũ: noli retrahi ab eo qui uult retrahere. Pr̄,
mater, soror, uxor sit, amicus sit, non te retrahãt, &
B utilis tibi erit gladius bis acutus: utiliter te ille se-
parat, male te tu cóglutinas. Venit ergo dñs noster
ferens gladiũ bis acutũ, promittens æterna, implẽs
tẽporalia. Nã ideo duo testamenta dñr. Quæ erant
ergo frameæ bis acutæ in manibus eoꝝ? Duo testa
menta ad gladiũ bis acutum pertinent. Vetus testa
mentũ terrena ꝓmittit, nouũ æterna. In utroq; ser-
mo dei uerax inuentus est ut gladius bis acutus.
Quare ergo in manib⁹ & non in linguis? Et frameæ
bis acutæ, inqt, in manibus eoꝝ. In manib⁹ dixit in
potestate. Acceperunt .n. sermonẽ dei potestate, ut
ubi uellẽt dicerẽt, cui uellẽt dicerent, nó timerent
potestatẽ, non contẽnerent paupertatẽ. In manib⁹
enim habebãt gladiũ, qua uolebant uibrabãt, uer-
sabant, pcutiebãt: & hoc totũ erat in potestate p̄di
cantium. Nã si non est in manib⁹ sermo, ne forte ali
quis dicat, quõ sermo est gladius bis acutus, & quõ
in manibus? Si ergo sermo nó est in manibus, qua-
Aggei. 1. re scriptũ est, Factus est sermo dñi in manu Aggæi
Prophetæ? Nunqd frẽs sermonẽ suũ deus in digitis
ipsius fecit? Quid est, in manu ipsius factus est? In
C potestate illi datũ est p̄dicare sermonẽ dñi. Postre-
mo possumus ẽt has manus aliter intelligere: nam
qui locuti sunt, in lingua habuerunt sermonẽ dei:
qui scripserunt, in manibus: & frameę bis acutæ in
manibus eoꝝ. Iam fratres uidetis sanctos armatos.
Attendite strages, attẽdite gloriosa p̄lia. Si .n. impe-
rator & miles, si miles & hostis, si bellũ & uictoria:
qd fecerunt isti hñtes in manibus frameas bis acu-
tas? Ad faciẽdas uindictas in gentibus.) Videte si
nó est uindicta facta in gentibus: quotidie ipsa fit,
hoc agim⁹ & nos loquẽdo. Attẽdite quõ cæsę sunt
gẽtes Babyloniæ. Illi redditĩ duplũ: sic .n. de illa scri
ptũ est, Reddite illi duplũ, ad qd' fecit. Quõ redditĩ
duplum? Bellãt sancti, educunt frameas bis acutas,
fiunt strages, fiunt occisiones, separationes. Quõ il
li duplũ redditur? Illa qñ poterat psequi xp̄ianos,
carne occidebat, deũ non confringebat. Modo illi
duplũ redditĩ, & Pagani extinguuntur, ei idola fran
guntur. Quõ, inquies, Pagani occiduntĩ? Quõ nisi
cum xp̄iani fiunt? Quæro Paganũ & non inuenio,
xp̄ianus est: ergo mortuus est Paganus. Nam si nó
Actо. 10. occiduntur, unde dictũ est Petro, Macta & mandu
Acto. 9 ca? Vnde ipse Paulus occisus est p̄secutor, & Paulus
erectus est p̄dicator? Quæro Saulũ persecutorem & D
non inuenio, occisus est. Vnde? De framea bis acu-
ta. Sed qa occisus est in se, & uiuificatus in xp̄o, ideo
confitens & confidens dicit, Viuo aũt iam nó ego,
uiuit uero in me xp̄s. Quõ illi fit, sic p illũ. Etenim Gal. 2.
cum factus esset p̄dicator, accepit & ipse in manib⁹
frameã bis acutã, ad faciendam uindictam in gẽti
bus. Et ne uere tu putares hoĩes ferro pcuti, sangui-
nem fundi, uulnera in carne fieri, seqtur & exponit,

Obiurgatiões in populis.) Obiurgatio q̃ est? Cor
reptio. Procedat ex uobis framea bis acuta, Nolite
cessare, dedit illã uobis de⁹ ꝓ modulo uestro. Qua
lis hó es q idola colis? Dic amico tuo, si tñ remãsit
cui dicas, Qualis homo es q dimisisti eum à quo fa
ctus es, & adoras qd' fecisti? Melior est faber q̃ qd' fa
bricat faber. Si fabrũ adorare erubescis, adorando
qd' faber fecit nó erubescis? Cũ cœperit erubescere,
cũ cœperit compungi, fecisti uulnus de framea, per
uenit ad cor, mortuus est ut uiuat. Frameæ bis acu
tæ in manib⁹ eoꝝ, ad faciendam uindictã in genti-
bus, obiurgationes in populis, Vt alligẽt reges eo
rũ in cõpedibus, & nobiles eoꝝ in uinculis ferreis, E
Vt faciant in eis iudiciũ conscriptum.) Facilé expo
suimus quõ de frameis cadãt ut exurgant, separen-
tur ut congregentur, uulnerenĩ ut sanetur, moriam
tur & uiuãt. Sed qd faciemus? Quõ exponemus ad
alligãdos reges eoꝝ in compedibus? Reges gentiũ
alligandi in compedibus, & nobiles eoꝝ in uincu-
lis, addidit ferreis. Adestote ut agnoscatis quod no
stis. Isti .n. uersus quos cœpimus exponere obscuri
sunt: sed illud qd' ex illis dictur⁹ sum nó est nouũ.
Iã notũ est uobis, q modo nó discere opus habea-
tis, sed cõmemorari. Ad hoc aũt uoluit deus obscu
re poni quosdã uersus suos, nó ut aliqd notũ de il
lis eruaĩ: sed ut qd' iã inusitatũ erat obscuris exposi
tis innouetur. Nouimus reges factos xp̄ianos, noui
mus nobiles gentiũ factos xp̄ianos. Sũt hodie quæ
fuerũt, & erunt, & non cessant frameæ bis acutæ in
manibus sanctoꝝ. Quõ ergo ligatos cõpedibus &
uinculis ferreis intelligimus? Scit charitas uestra &
eruditio, qa i eccl̃ia nutriti estis, & soletis audire di-
uinas lectiones, qñ infirma mundi elegit deus, ut
cõfunderet fortia: & stulta mũdi elegit deus ad cõ F
fundendos sapientes, & ea q̃ non sunt tanquã ea q̃
sunt, ut q̃ sunt euacuenĩ. Sic .n. ait Apostolus, Vide- 1. Cor. 1
te uocationẽ uestram fratres, quia nó multi sapien
tes scd'm carnẽ, non multi potentes, non multi no
biles, sed stulta mundi elegit deus, & infirma mun
di, ut cõfunderet fortia, & ignobilia & cõtemptibi
lia elegit deus, & ea q̃ nó sunt tanquã ea q̃ sunt, ut
ea q̃ sunt euacuẽtur. Venit deus xp̄s prodesse omni
bus, sed elegit prodesse imperatori de piscatore, nó
piscatori de imperarore, & elegit ea quę nullius mo
menti erant in mũdo. Ipsos impleuit spiritusancto,
dedit eis frameas bis acutas, p̄dicare pcepit Euan- Matt. 24
gelium, & ire per totum orbem terrarum. Fremuit
mũdus, erexit se leo aduersus agnũ, sed fortior leo-
ne inuẽtus est agnus. Leo uictus est sęuiẽdo, agnus
uicit patiẽdo. Conuersa sunt corda hoĩum ad timo
rem, xp̄i cœperunt reges, cœperunt nobiles miracu
lis cõmemorari, ꝓphetiæ adimpletione turbari, ui
dere in unũ nomẽ cõcurrere genus humanũ. Et qd
facerẽt? Multi elegerũt ignobilitatẽ, & dimittentes
domos suas, & substãtias suas distribuentes paupi-
bus, cucurrerũt ad p̄fectionẽ. Tali .n. imperfecto di

G citur à dño, Si uis perfectus esse, uade uende omnia
Matt. 19. quæ habes & da pauperibus, & ueni sequere me, &
habebis thesaurũ in cœlo. Multi ex nobilibus fece
runt hoc, sed cessauerũt isti nobiles esse gentiũ, ele-
gerunt paupertatẽ in seculo, nobilitatẽ in xpo. Mul
ti aũt tenent ipsam nobilitatẽ in xpo, tenent regias
potestates, & sic sunt Christiani. Ipsi sunt tãquam
in cõpedibus, & tanquam in uinculis ferreis. Vnde
Eccli. 6. hoc? Ne pgrederentur ad illicita compedes accepe
runt, cõpedes sapientiæ, cõpedes uerbi dei. Quare
uincula ferrea & nõ aurea? Ferrea sunt quandiu ti-
ment, amẽt & aurea erũt. Attendat charitas uestra
1. Ioan. 4 qd loquar. Audistis modo Aplm Ioannẽ. Timor nõ
est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit ti-
morẽ, quia timor tormentũ habet, hoc est uinculũ
ferreũ. Et tñ nisi timore incipiat homo deum cole-
Psal. 110. re, non perueniet ad amorẽ, Initiũ sapientiæ timor
dñi. Incipit ergo à uinculis ferreis, finit ad torquẽ
Prouer. 1. auream Dictum est. n. de sapiẽntia, Et torquem au
Eccli. 6. ream circa tuam ceruicẽ. Non tibi imponeret tor-
H quẽ aureũ, nisi primũ in compedibus ferreis re alli
3 sen. di. gasset. Sed cœpisti à timore, cõsummaris à sapiẽtia.
3. cap. Est Quã multi sunt qui ppea nolunt male facere, qa ge
aũt alia. hennas timent, qa cruciatus timẽt, & nondũ amãt
circa fi- iustitiã. Si illis promitteretur impunitas, & diceret
nem. eis, Facite qđ uultis securi, ipunitũ erit uobis, emit
terent progressus libidinũ suarũ in quæq; nequissi-
ma. Et maxime frẽs mei, maxime reges & nobiles,
quibus non facilẽ dicitur, qd fecisti? Nã pauper ho
mo & si nõ timeat deũ, quia nullarum uirium est,
nullarũ facultatũ, ne cum se commonerit in suppli
cium rapiatur, cessat timore hominis & si non dei.
Potentes aũt mundi, reges, nobiles, nisi deũ timeãt
qd timebunt? Sed pdicatur illis, & percutiuntur fra
Matt. 25. mea bis acuta, Dicitur illis, qa est qui ponat alios ad
dexterã, alios ad sinistram, ut dicat eis q à sinistris
sunt, Ite in ignẽ æternũ q paratus est diabolo & an
gelis eius. Nondũ diligunt iustitiam, sed timent pœ
nam, & timẽdo pœnã, iam acceperunt compedes,
& in uinculis ferreis erudiũtur. Venit ad nos potẽs
homo de seculo, offendit illũ uxor sua, aut forte cõ
I cupiuit alterius pulcriorẽ, aut alterã ditiorẽ, uult
dimittere eã quam habet, & nõ facit, audit à seruo
dei, audit à Propheta: audit ab Apostolo & non fa-
cit, audit ab eo in cuius manib^9 est framea bis acu-
ta: non facies, nõ licet tibi, nõ pmisit deus dimitti
Matth. 5. uxorem, excepta causa fornicationis. Audit hoc, ti
& 19. met & nõ facit, pedes leues iã progrediebãtur in la
psum, cõpedibus tenent: hẽt uincula ferrea, timet
deũ: dicit illi, Dãnabit te deus si feceris, iudex est su
pra oẽs, audit gemitũ uxoris tuæ, reus tenebẽris in
cõspectu eius. Hac cõcupiscentia blandit, hac pœ-
1. Cor. 7. na deterret. Ibat. n. ad cõsentiendũ prauæ cupidita
ti, nisi uincula ferrea retinerẽt. Dicã qđ plus est: qd
dicat, Cõtinere iã uolo, nolo iam uxorem: nõ pót.
4. sen di. Quid si tu uis & illa non uult? Nun qd per continẽ
32. cap. 1. tiam tuam debes illã facere fornicariam? Si alij nu-
Et. 33. pserit te uiuo, adultera erit, Nõ uult tali lucro deus
q̃st. 5. ca. compensare tale damnũ. Redde debitũ, & si nõ exi
Si dicat. gis, redde. Pro sanctificatione perfecta deus tibi cõ
Roma. 7. putabit, si nõ qđ debetur exigis, sed reddis qđ de-
betur uxori. Times, non facis, concutiunt uincula
1. Cor. 7. tua. Audi qa uinculis ferreis constrictus es. Alliga-
tus es uxori, ne q̃sieris solutionẽ. Durũ est, ferreum
est. Nam qñ dñs hoc ait, ostendit qa uinculũ est fer

reum. Adolescẽtes audite, Vincula ferrea sunt, noli K
te pedes mittere, ne cũ miseritis, arctius constringa
mini cõpedibus. Tales cõpedes consolidant uobis
& Epi manus. Nunquid non fugiunt in Ecclesiam
cõpediri & soluunt hic? Hi uiri fugiunt huc uolen-
tes dimittere uxores suas, & hic arctius colligãtur.
Nemo soluat has cõpedes, Quos deus cõiunxit, hõ Matt. 19.
nõ separet. Sed dura sunt uincula. Quis nesciat illã
duritiã? Doluerũt Apostoli & dixerũt, Si talis est cã
cũ uxore, nõ expedit nubere. Si uincula ferrea sũt,
non opus est ut illic pedes mittant. Et dñs, Nõ oẽs
capiũt uerbum istud, sed qui potest capere capiat.
Alligatus es uxori, ne q̃sieris solutionem, quia alli- 1. Cor. 17.
gatus es uinculis ferreis. Solutus es ab uxore, ne q̃-
sieris uxorẽ, non te obliges uinculis ferreis. Vt fa-
ciant in eis iudiciũ conscriptum:) hoc est, iudiciũ
qđ faciunt sancti super oẽs gentes. Quare conscri-
ptũ? Quia ista antea cõscripta sunt, & modo cõplẽ
tur. Ecce modo fiunt, aliqñ legebant & nõ fiebant:
& cõclusit ita, Gloria hæc est oibus sanctis eius.)
Per totũ mundum, & per uniuersas gentes, hoc san
cti agũt, & sic glorificant, sic exaltant deum in fau- L
cibus suis, sic letant in cubilibus suis, sic exultãt in
gloria sua, sic exaltant in salutẽ, sic cantant canticũ
nouũ, sic dicunt hallelu ia, corde, ore, uita, Amen.

In Psalmum centesimum quinquagesimum
Præfatio.

VANVIS ordo Psalmorũ, qui mihi ma-
q gni sacri uidetur continere secretum, non-
dum mihi fuerit reuelatus, tñ quia omnes
centum quinquaginta numerantur, etiam nobis q
totius ordinis eorum altitudinem adhuc acie men
tis non penetrauimus, insinuãt aliqd, unde nõ im-
prudenter † quantum dñs adiuuit, disputare posũ † al. impudẽter.
mus. Primum quindenarius numerus, ex quo iste
multiplicat. Quod. n. ualent quindecim in ordine
singulor., hoc ualent centũ quinquaginta in ordi-
ne denariorũ, qm̃ quindecies deni eos faciunt: hoc
ualent mille quingenti in ordine centenarior., qm̃
quindecies centeni sunt: hoc ualẽt quindecim mil-
lia in ordine millenariorum, qm̃ quindecies mille-
ni sunt. Quindenarius ergo numerus concordiam M
significat duũm testamentorum. In illo. n. obserua Exod. 20
tur sabbatũ quod significat quietẽ, in isto dñicus
dies qui significat resurrectionem. Sabbatum eum
est dies septimus, dñicus uero post septimum, quid
nisi octauus, idẽ q primus habendus est? Ipse. n di-
citur ẽt una † sabbati, ut deinde sit secunda, tertia, † al. prima.
quarta, & deinceps usq; ad septimum sabbatum A
dominico aũt usque ad dñicum octauus est, dies, Marci. 16
ubi testamẽti noui reuelatio declarat, qđ in ueteri
tanquã sub terrenis promissionibus regebatur. Se
ptẽ porrò & octo, qndecim sunt. Tot sunt & cãtica
quæ appellantur graduum, qm̃ totidem fuerunt ẽt
templi gradus. Deinde etiam quinquagenarius nu
merus magnum sacrm̃ per se gerit. Constat. n. de se
ptimana septimarum, addito uno tanquam ipso o-
ctauo ad quinquagenarium numerum terminan-
dum. Septies qppe septẽ quadragintanouẽ faciunt,
qbus unus addit ut fiant qnquaginta. Qui nume-
rus qnquagenarius usqueadeo magnæ significatiõ
nis est, ut ex dñi resurrectione tot dieb^9 cõpletis, ip-
so qnquagenario die uenerit super eos, q in xpo fue
rant cõgregati, spiritussanctus. Qui spiritussanctus Act. 2.
in scripturis septenario pcipue numero cõmenda-
tur, siue

A tur,siue apud Esaiã,siue ĩ Apocalypsi, ubi apertissi
Apoca. 1. me septẽ spiritus dei perhibentur, pp operationem
septenariã unius eiusdemq; spũs. Quæ opatio septe
Esaie. 11. naria per Esaiam Prophetã ita commemoratur, Re
quiescet super eũ spiritus dei, spũs sapiæ & intelle-
ctus, spũs cõsilij & fortitudinis, spũs scientię & pie-
Psal. 18 tatis, spũs timoris dñi. Ipse debet intelligi timor dñi
1. Ioan. 4. castus permanens in seculum seculi. Seruilem autẽ
timorem consummata charitas foras mittit, & nos
liberos facit, ne seruilia opera faciamus q̃ sabbato
Roma. 5. ꝓhibentur. Charitas aũt dei diffusa est in cordib'
nr̃is per spiritumsanctum qui datus est nobis. Hinc
quoq; spiritussanctus septenario numero commen
datur: quinquagenarium uero etiã in quadraginta
Act. 1. & decẽ dñs dispertitus est. Die qppe quadragesimo
& 2. post resurrectionẽ suam ascendit in cœlos, ac dein
de cõpletis diebus decẽ misit spiritũsctm̃, quadra-
genario. s. numero temporalẽ in hoc mundo coha
bitationem commendans, qm̃ quaternarius in qua
dragenario numerus præualet. Quatuor aũt partes
habet mundus & annus, denario uero addito ue-
B lut mercede pro impleta lege bonis operibus reddi
ta, ipsa æternitas figuratur. Hunc quinquagenariũ
triplũ hẽt centesimus & quinquagesimus numer',
tanquã eũ multiplicauerit trinitas. Vnde & hac cã
non inconuenienter intelligimus istũ numerũ esse
Ioan. 21 Psalmorũ. Nã & in illo numero pisciũ q capti sunt
retibus post resurrectionẽ missis, ad cẽtũ quinqua
ginta, additis trib', uelut admonitio uidet facta, in
quot partes debeat iste numer' dispertiri, ut ter ha-
beat quinquagenos: quanq̃ ille numerus pisciũ ha
beat & aliã rõnem multo subtiliorẽ & iocundiorẽ,
q decẽ & septẽ in trigonũ missis: id est, ab uno usq;
ad decem & septem oibus computatis, ad eundem
numerũ puenit. In decem aũt lex, in septẽ uero gr̃a
Roma. 5. significatur, qa legem non implet, nisi charitas dei
diffusa in cordibus nr̃is per spm̃sanctum qui septe-
nario numero significatur. Quod ergo quidã oim
Psalmorũ quinq; libros esse crediderunt, illud secu
Ps. 40. 71 ti sunt, quoties in fine Psalmi dictũ fuerit, fiat fiat.
88. & Sed huius dispertitionis rõnem cũ uellem compre
105. hendere non ualui, qa nec ipsæ quinq; partes æqua
C les sunt inter se, & si non scripturæ quantitate, saltẽ
Psalmorũ ipso numero, ut tricenos haberent. Et si
uniuscuiusq; libri finis est, fiat fiat, cur liber quint'
idemq; ultimus nõ eodẽ fine sit terminatus, meri-
to q̃ri potest. Nos aũt scripturæ canonicæ authori
Act. 1. tatem sequẽtes, ubi legit, Scriptũ est. n. in libro Psal
morum: unũ Psalmorũ librũ esse nouimus. Et ui-
deo quidem qũo & hoc uerũ sit. Et illud & illud si
uerũ est, huic uero nõ reluctetur. Fieri. n. põt ut ali-
qua cõsuetudine literarũ Hebraicarũ unus liber di
catur, qui cõstat ex pluribus: sicut ex Ecclesiis plu-
ribus una cõstat ecclesia, & ex pluribus cœlis unũ
cœlum. Non. n. cœloꝝ aliqđ prætermisit qui dixit,
Psal. 120. Auxilium meum à dño, q fecit cœlum & terram. Et
Gene. 1. cum scriptura dicat, Et uocauit deus fimamentum
cœlũ, & aquas esse sup firmamentũ, hoc est sup cœ
Psal. 148. lum: non mentitur tñ eadem scriptura dicẽs, Et aq
Psal. 24. quæ super cœlos sunt laudent nomen dñi: qa non
Act. 1. ait, super cœlum. Et una terra ex multis terris. Nam
& orbẽ terræ, & orbem terrarũ, quotidiana consue
tudine dicimus. Et q ait, Scriptum est in libro Psal-
morum, quanq̃ mos loquendi sic se habeat, ut unũ
insinuare librum esse uoluisse uideatur, tñ respõde
ri potest in libro psalmoꝝ esse dictum, in aliquo li- D
bro eorũ quinq;. Quod in usu locutiõis usqueadeo
uel non est, uel raro est, ut ẽt duodecim Prophetaꝝ
unum librum esse ideo persuadeatur, quia sic legi
tur, Sicut scriptũ est in libro Prophetarum. Sunt ẽt Act. 7.
qui uniuersas omnino scripturas canonicas unum
librum uocent, q ualde mirabili & diuina unitate
concordent. Et hinc esse dictum, In capite libri scri Psal. 39
ptum est de me, ut faciã uoluntatẽ tuã: ut sic intelli
gatur per filiũ pater fecisse mundũ. Cuius cõditio,
principiũ scripturarũ est in libro Geneseos. Vel ma Gene. 1
gis, quia ꝓphetia uidetur esse, non facta narrãs, sed
futura p̃nuncians. Non. n. ait, qđ fecerim: sed, ut fa-
ciam: siue, ut facerẽ uoluntatem tuã. Ad illud hæc
sentẽtia referenda est, qđ in primis partibus eiusdẽ
libri scriptũ est, Erunt duo in carne una. Quod sa- Gene. 2
cramentum magnũ dicit Apostolus, in xp̃o & in ec Ephe. 5
clesia. Quanq̃ & iste psalmoꝝ liber potest significa
tus intelligi, ubi dictũ est, In capite libri scriptũ est
de me, ut faciã uolũtatem tuam. Sequitur. n. Deus Psal. 39
meus uolui & legẽ tuã in medio cordis mei. De ip-
so quippe accipit prophetatus in capite libri huius E
psalmus iste primus, Beatus uir q non abiit in cõsi-
lio impioꝝ, & in uia peccatoꝝ nõ stetit, & in cathe- Psal. 1.
dra pestilentiarum nõ sedit, sed in lege dñi fuit uo-
lũtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.
Vt hoc sit qđ dictũ est, Deus meus uolui, & legẽ tuã Psal. 39
in medio cordis mei. Quod aũt sequitur, Euangeli
zaui iustitiam tuã in Ecclesia magna: congruẽtius
ad illud refert, Et erũt duo in carne una. Siue ergo Gene. 2.
illud, siue hoc intelligatur qđ dictũ est, In capite li Ephe. 5
bri, liber iste Psalmoꝝ per quinquagenos, si p ipsos
quinquagenarios articulos interrogetur, magnum
aliqd & ualde dignũ consideratione respõdet. Nõ
enim frustra mihi uidetur quinquagesimus esse de
pnia, centesimus de misericordia & iudicio, centesi
mus quinquagesimus de laude dei in sanctis eius.
Sic. n. ad æternã beatamq; tendimus uitã. Primitus
peccata nr̃a damnando, deinde bene uiuendo, ut
post cõdẽnatam uiam malam, gestamq; bonã, me-
reamur æternã. Scdm propositum. n. occultissimæ
iustitiæ bonitatisq; suæ deus quos p̃destinauit, il-
los & uocauit: & quos uocauit, ipsos & iustificauit: F
quos aũt iustificauit, ipsos & glorificauit. Prædesti Roma. 8.
natio nr̃a nõ ĩ nobis facta est, sed ĩ occulto apud ip
sum in ei' p̃sentia. Tria uero reliqua in nobis fiunt,
uocatio, iustificatio, & glorificatio. Vocamur p̃di-
catione pniæ. Sic. n. cœpit dñs euangelizare, Agite
pniam, appropinquabit. n. regnũ cœloꝝ. Iustifica-
mur in uocatione misericordiæ, & timore iudicij.
Hinc est qđ dicit, Deus in noie tuo saluũ me fac, & Psal. 53.
in uirtute tua iudica me. Nõ timet iudicari, q impe
trauerit antè saluari. Vocati, renunciamus diabolo
p pniam, ne sub iugo eius remaneamus. Iustificati,
sanamur p misericordiã, ne iudiciũ timeamus. Glo
rificati, trãsimus in uitã æternam, ubi deũ sine fine
laudabimus. Ad hoc ptinere arbitror qđ dñs ait, Luc. 13.
Ecce eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie &
cras, & tertia die cõsummor. Quod ẽt in triduo suę
passionis & dormitionis, & euigilatiõis oñdit. Cru
cifixus est. n. & sepult', & resurrexit. In cruce de pri-
cipibus & potestatib' triũphauit: in sepulcro requie-
uit, in resurrectione exultauit. Pnia cruciat, iustitia
tranqllat, uita ęterna glorificat. Pniæ uox est, Mise-
rere mei deus secundũ magnam misericordiã tuã, Psal. 50.

G Et secundū multitudinē miserationū tuarum dele iniquitatē meam. Hæc offert sacrificiū deo, spiritū cōtribulatū, cor contritū & humiliatū, quod deus non spernit. Iustitiæ Christi uox est in electis suis,
Psal.100 Misericordiā & iudiciū cātabo tibi dñe, psallam & intelligā in uia imaculata, qñ uenies ad me. Per misericordiā quippe adiuuamur ad faciendā iustitiā, ut securi ad iudiciū ueniamus, ubi disperdunt de ciuitate dñi omnes q operanī iniquitatē. Quo uersu Psalmus iste cōcluditur, Et uitæ æternæ uox est.

Expositio Psalmi.

Laudate dñm in sanctis eius.) Vtique in eis
1 quos glorificauit. Laudate eū in firmamēto uirtutis eius. Laudate eum in uirtutibus eius) uel ut alij interpretati sunt, In potētatib⁹ eius. Laudate eum secundū multitudinē magnitudinis eius.) Oia ista ipsi sunt sancti eius, qūo dicit Apls,
2.Cor.5. Vt nos simus iustitia dei in ipso. Si ergo iustitia dei quā fecit in eis, cur nō & uirtus dei quā fecit in eis,
2.Cor.13. ut resurgerent à mortuis? Nā in Christi resurrectione uirtus maxime cōmendatur, qa in passione infir
Philip.3. mitas fuit, dicēte Aplo, Et si crucifixus est ex infir-
Roma.6. mitate nrā, sed uiuit ex uirtute dei. Et alio loco, Ad
H cognoscendū, inquit, eum, & uirtutē resurrectionis
1.Cor.5. eius. Optime autē ait, In firmamento uirtutis eius. Firmamentū est enim uirtutis, quia iam nō morietur, & mors ei ultra nō dominabitur. Cur nō & potentatus dei dicanī quos i eis fecit? Immo ipsi sunt potētatus eius: qūo dictum est, Nos sumus iustitia dei in ipso. Quid enim potentius q̃ regnare in æter
Heb.10. num, sub pedibus positis oibus inimicis? Cur non
Psal.109 ipsi sunt etiā multitudo magnitudinis eius? Nō qa ipse magnus est, sed qa magnos eos fecit, tā multos, hoc est, milia miliū. Sicut aliter intelligitur iustitia qua est ipse iustus, aliter q̃ in nobis facit, ut nos simus iustitia eius. Iidem ipsi sancti sunt in oib⁹ musicis organis, deinceps significati ad laudādū deū. Quod enim proposuit dicens, Laudate dñm in sanctis: hoc exequitur uarie, significans eosdem ipsos sanctos eius. Laudate eū i sono tubæ.) Propter laudis excellentissimā claritatē. Laudate eū in psalte-
I rio & cithara.) Psalteriū est de superiorib⁹ laudans dñm, Cithara de inferioribus laudans deum, tanq̃ de cœlestibus & terrestribus, tanq̃ eum qui cœlum & terrā fecit. Iam quippe i alio Psalmo exposuimus Psalterium desuper habere sonorū illud lignū, cui neruorū series ut meliorē sonū reddat incubit, qd' lignū cithara inferius habet. Laudate eū in tympano & choro.) Tympanū laudat deum, cū iam i carne mutata & morata nulla est terrenæ corruptionis infirmitas. De corio qppe fit tympanū, exiccato atq; firmato, Chorus laudat deum, qñ laudat eum pacata societas. Laudate eū in chordis & organo.) Chordas habet & psalterium & cithara, q̃ superius cōmemorata sunt. Organū autē generale nomē est oium uasoꝝ musicoꝝ, quis iam obtinuerit cōsuetudo, ut organa ꝓprie dicanī ea q inflantur follib⁹, quod genus significatū hic esse non arbitror. Nā cū organū uocabulū Græcū sit, ut dixi generale oib⁹ musicis instrumentis, hoc cui folles adhibenī, alio Græci noie appellant. Vt autē organū dicaī, magis Latina & ea usitata est uulgaris consuetudo, Quod ergo ait i chordis & organo, uidet mihi aliqd' organū quod chordas habeat, significare uoluisse. Non enim sola psalteria & citharæ chordas habent. Sed quia in psalterio & cithara ꝓpter sonū ab inferiori K
bus & superiorib⁹ aliquid inuentū est, qd secundū hanc distinctionē posit intelligi, aliud nos in ipsis chordis qrere admonuit, quia & ipsæ sunt caro, sed iam à corruptione liberatæ: qbus fortasse ideo addidit organū, nō ut singulę sonent, sed ut diuersitate cōcordissima cōsonent, sicut ordinanī in organo. Habebūt.n. etiā tunc sancti dei differētias suas cōsonantes, nō dissonātes .i. cōsentientes, nō dissentientes: sicut fit suauissimus cātus ex diuersis qdē, sed non inter se aduersis sonis. Stella.n. à stella differt in claritate, sicut & resurrectio mortuoꝝ. Laudate eū in cymbalis bene sonātib⁹, laudate eum in cymbalis iubilationis.) Cymbala in inuicē tāguntur ut bene sonent, ideo à qbusdā labijs nostris cōparata sunt. Sed melius intelligi puto in cymbalis quodāmodo laudare deum, dū quisq; honoratur à proximo suo, nō à seipso, & inuicē honorātes dant laudē deo. Ne quis aūt cymbala intelligeret q̃ sine anima sonant, ideo puto additū, i cymbalis iubilationis. Iubilatio nanq; .i. ineffabilis laus, nō nisi ab anima ꝑficiscitur. Nec ꝓtereundū existimo quod L
musici dicūt, & res ipsa manifesta est, tria esse genera sonoꝝ, uoce, flatu, & pulsu. Voce, ut est p fauces & arterias, sine organo aliquo cantantis hominis. Flatu, sicut p tibiam, uel qd eiusmodi. Pulsū, sicut p citharā uel qd eiusmodi. Nullū itaq; genus hic ꝓtermissum est. Nā uox est i choro, flatus i tuba, pulsus in cithara: tanq̃ mens, spiritus, corpus, sed p similitudines, nō per proprietates. Quid ergo proposuit, Laudate dñm in sanctis eius? Quib⁹ hoc dixit, nisi eis ipsis? Et in qbus ut deum laudēt, nisi in seipsis? Vos.n. sancti eius, inquit, uirtus eius estis. Sed quā fecit i uobis, Et potētatus eius, & multitudo magnitudinis eius, quā fecit & ostendit i uobis. Vos estis tuba, psalterium, cithara, tympanū, chorus, chordę & organū, & cymbala iubilationis bene sonantia, qa cōsonantia. Vos estis hæc omnia: nihil hic uile, nihil hic trāsitorium, nihil hic ludicrū uel lubricū cogitetur. Et quia sapere secundū carnē mors est, Omnis spiritus laudet dominum.

Psalmi centesimi quinquagesimi & ultimi.

FINIS. M

DIVI AVRELII AVGVSTINI DEVOTA *Oratio. quā post singulos sermones atque tractatus psalmorum dicere consueuit.*

Conuersi ad dominum deum patrem omnipotentem, puro corde ei quantum potest paruitas nostra, maximas atque ueras gratias agamus, precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, ut preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur, inimicum quoq; à uestris actibus & cogitationibus sua uirtute expellat, nobis fidē multiplicet, mentem gubernet, spiritales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducat, per Iesum Christum filium suum dominū nostrum, qui cū eo uiuit & regnat in unitate spiritussancti deus, p omnia secula seculoꝝ. Amē.

Tomi octaui finis.

INDEX QVATERNIONVM.

abcdefghiklmnopqrstuxyz
ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ
Aa. Bb.

Omnes quaterniones preter ultimum ternionē.